

BIBLIOTHECA
VETERUM PATRUM
ANTIQUORUMQUE SCRIPTORUM
ECCLESIASTICORUM,

POSTREMA LUGDUNENSI MULTO LOCUPLETIOR ATQUE ACCURATIOR.



Cura & studio ANDREÆ GALLANDII *Presbyteri*
CONGREGATIONIS ORATORII.

TOMUS VI.

VENETIIS CIↃIↃCCLXX.



EX TYPOGRAPHIA
JOANNIS BAPTISTÆ ALBRITII HIERON. FIL.
CUM VENETI SENATUS PRIVILEGIO.

PROLEGOMENA.

CAPUT I.

DE S. CÆSARIO, S. GREGORII NAZIANZENI FRATRE.

I. CÆsarius, trium filiorum novissimus [1] quos ante episcopatum e conjuge Nonna lectissima femina susceperat Gregorius Nazianzi antistes, ingenio atque integritate plurimum præstitit. Domo egressus discendique ardore succensus Alexandriam se contulit, eo adhuc tempore doctrinarum omnium gymnasium haud immerito existimatam [2]. Inde autem digressus, litteris jam humanioribus, præcipue vero philosophicis disciplinis egregie satis excultus, artisque medicinæ apprime gnarus, Constantinopolim perrexit, quo pariter Gregorius Theologus germanus ejus frater Athenis redux commigrarat. Ea porro in urbe regia magnam adeo nominis celebritatem brevi est consecutus [3], „ ut publici honores nobileque matrimonium ac senatoria dignitas eidem fuerit oblata: quin & communi decreto ab imperatore Constantio qui tunc in Italia degebat, per legatos petitum sit, ut principem urbem viro eruditorum principe honestari vellet, atque ad ceteras ipsius laudes hanc accedere, ut Cæsario & medico & cive ornaretur: „ *καὶ τοῦτο προσεθῆναι πᾶσι τοῖς ὑπὲρ αὐτῆς (πόλεως) διηγήμασι, τῷ Καισαρίῳ καλλωπίζεσθαι καὶ ἰατρῷ καὶ οἰκήτορι.* Verum ille his omnibus posthabitis, ac pietati erga parentes præ ceteris rationem habens, in patriam redeuntem fratrem suum Gregorium sequi maluit.

II. Deinceps vero quum jam doctrinæ suæ primitias patriæ urbi consecrasset, tum demum aulæ se se addixit, domusque augustæ archiater creatus est, quo tempore Julianus *ὁ παραβάτης* rerum potiebatur: invitis plane ipsius parentibus, maxime vero fratre Gregorio, qui propterea gravissimas ad eumdem litteras dedit [4]. Morem gessit germano monenti Cæsarius; ejusque consilio, postquam egregium fidei Christianæ specimen coram imperatore apostata exhibuit [5], ex ejus aula pedem referens, ad suos revertitur. Porro sublato e medio Juliano, sub Valente quæstoris munere in Bithynia perfunctus esse auctor noster comperitur: qui proinde ad sui officii partes explendas dum Nicææ ageret, anno Christi CCCLXVIII. desinente, terræ motu longe post hominum memoriam maximo urbe illa funditus eversa, ex tanto periculo solus idem ex illustribus viris aut certe cum admodum paucis divinitus servatus fuit, ipsis ruinis protectus [6]. Et terræ quidem motu superior fuit, morbo vero non item: quo correptus, sacro tum demum suscepto baptismate, omniumque bonorum suorum pauperibus relictis heredibus, eadem in urbe paullo post supremum diem obiisse videtur. Quamvis enim varia sit virorum doctissimorum sententia de loco quo Cæsarius e vivis excessit; aliis quidem ubi mortuus ille fuerit nusquam memoriæ proditum asserentibus [7]; aliis vero in patria ipsum decessisse apud sanctos parentes Gregorium episcopum & Nonnam existimantibus [8]: attamen ex Theologo ejus fratre constat [9], Cæsarium extra patriam, *in medio munere*, *ἐν ἀρχῇ μέσῃ θνήσκει*, ad superos evolasse; ejusque cineres ex Bithynia Nazianzum fuisse delatos [10].

— *Κόνιν ἐκ Βιθυνῶν δεξάμεθ' αὖ σε πέδου.*
Cinerem e Bithyniæ solo te rursum suscepimus.

III. Maxima ingenii vi præstantem fuisse Cæsarium, omneque doctrinæ genus tanta animi contentione pertractasse, ut longo intervallo plerosque post se reliquerit, testis est locuples idem Gregorius [11]: „ Omnia, inquit, ut unum excoluerat, „ & singula rursum ut omnia. Atque ut volucri „ ingenio præditos, studio & diligentia; ita studiosos & industrios, ingenii celeritate superabat: vel, ut rectius loquar, ingeniosos ingenio, „ & laboriosos studio, & eos qui utraque re pollebant, utraque præcellebat. „ Sub tanti ergo viri nomine *Dialogi* IV. circumferuntur, in quibus præ ceteris abditissima theologiæ arcana reserantur. Ex antiquioribus ejusmodi opus Photio perlectum fuisse comperimus [12]; qui *κεφάλαια ἐκκλησιαστικὰ* ipsum appellat, ejusque scriptorem, Gregorium cui cognomentum Theologus, cum aliis agnoscit. Neque porro Suidam latuisse idem opus videtur, dum ait [13], *varia scripsisse itemque contra Græcos* Cæsarium, *ἔγραψε διάφορα καὶ κατὰ Ἑλλήνων*. Et recte quidem, licet aliter visum Tillemontio [14]. Primum enim multijuga doctrina & eruditione referti noscuntur hi Dialogi, variisque contexti quæstionibus, non solum ex theologica facultate, sed etiam ex mathematicis ac philosophicis disciplinis haustis; in quibus excolendis adeo excelluisse Cæsarium, ut primas inter quosque doctissimos ferret, ex ejus fratre Gregorio modo intelleximus: proindeque auctorem nostrum *varia* litteris consignasse, jure pronuntiaverit Suidas. Deinde vero *adversus Græcos* disputasse Cæsarium propterea dixerit idem Lexicographus, quod ille fatum in

1. *Greg. Naz.* Orat. x. pag. 176. & Carm. LIV. edit. Murat.
2. *Id.* Orat. x. pag. 163.
3. *Id.* ibid. pag. 164.
4. *Id.* epist. XVII.
5. *Id.* Orat. x. pagg. 167. seqq.
6. *Id.* ibid. pag. 169.
7. *Bolland.* Act. SS. Febr. tom. II. pag. 495. n. 6. *Tillem.* Mem. eccl. tom. IX. pag. 396.
8. *Baron.* ad ann. 368. §. IX.
9. *Greg. Naz.* Carm. de vita sua. opp. tom. II. p. 6. D.
10. *Id.* Carm. LX. edit. Murat.
11. *Id.* Orat. x. pag. 163. & Carm. LVIII. edit. Murat.
12. *Phot.* Bibl. cod. CCX. p. m. 539.
13. *Suid.* Lexic. tom. II. pag. 288.
14. *Tillem.* Mem. eccl. tom. IX. pag. 702. not. XII. sur S. Greg. de Naz.

primis astrologicum ex Bardesane copiose satis everterit [1].

IV. Photio præterea & Suidæ Michaelem Glycam subjicimus : quem duo loca , & alterum quidem de angelis [2] , alterum vero de quarumdam gentium moribus [3] , *αὐτολεξεὶ* excerpsisse comperimus [4]. Quid quod ipsemet Gregorius Nazianzenus Cæsarii fratris Dialogorum sinceritatem adstruere merito existimatur? Nimirum ille *certamina* enarrat [5] , *quæ* suus germanus *pro veritate suscepit* , *&* SERMONES *quos* MULTOS ET FREQUENTES ET CUM MULTIS *habuit* , *non* ARGUTOS *solum* , *sed etiam admodum* PIOS *&* *ardentes* : *τοὺς ὑπὲρ ἀληθείας ἀγῶνας καὶ λόγους , οὓς πολλάκις καὶ πρὸς πολλοὺς συνεστήσατο , οὐ λογικῶς μόνον , ἀλλὰ καὶ λίαν εὐσεβῶς τε καὶ διαπύρως* . Quibus sane verbis Cæsarii quæstionum characteres expressos videas, quos paullo ante descripsimus . His quoque accedit codicum mss. auctoritas , quos excitant Lambecius [6] & Montfauconius [7] : ut propterea hinc etiam operis Cæsariani *γνησιότης* comprobetur . Plura in eamdem sententiam , & quidem scitu digna , laudatus Lambecius l. c. inter quæ illud potissimum advertas velim , scilicet in ipsius operis inscriptione [8] pro *ἐπὶ ἔτη κ'.* legere virum illum doctum [9] , *ἐπὶ ἔτη ς'.* hoc est *annos* VI. pro XX. Unde objectio ea eliditur , quam primum ingerit Tillemontius [10] .

A Reliqua vero quæ sive idem vir criticus sive alii adversus horum Dialogorum integritatem congerunt, ex iis demum quæ superius protulimus , satis esse diluta existimamus .

V. Unum tamen adhuc addere libet , ex ipsomet auctore desumtum . Nimirum inquit ille [11] : „ Non „ quædam proprie mea leviaque proferam : sed „ quæcumque clarorum beatorumque patrum prata peragrans , de illorum roseto collegi . „ *οὐκ οἰκεῖά τινα ἢ αὐτοσχέδια φράζων , ἀλλ' ὅσα τῶν ἀοιδίμων καὶ μακαρίων πατρῶν τοὺς λειμῶνας ἐπελθὼν , τῆς ἐκείνων ῥοδωνίας συνήγαγον* . Hinc vero haud mirum , si ex Bardesane , Cyrillo Hieroso-
B lymitano aliisque vetustis auctoribus exscripta complura in Dialogis Cæsarii reperias . Si qua porro ex nonnullis scriptoribus Cæsario posterioribus petita iisdem in Dialogis occurrant ; ea demum librariorum licentia intexta jure arguas . De variis autem operis editionibus , præ ceteris consulendus Fabricius [12] . Nos illam secuti sumus, quam interprete Joanne Leunclavio evulgavit Fronto Ducæus in auctario bibliothecæ Patrum Parisiensis. At eam multo emendatiorem typis excudendam curavimus : complura quippe loca integritati restituimus , adnotatis potissimum usi quæ in suis *Ecclesiæ Græcæ Monumentis* litteris consignavit doctissimus Cote-
C lerius .

CAPUT II.

DE LUCIFERO

EPISCOPO CARALITANO.

LUCIFER Caralitanus , sive *insularum Sardiniæ metropoleos* antistes, ut verbis utar magni Athanasii [13], eo tempore claruit quo Constantius imperator catholicam exagitabat ecclesiam. In tanto namque fidei orthodoxæ discrimine , e sede sua *Deo procurante* digressus , Romam perrexit [14]. Quam quidem opportunam occasionem nactus Liberius papa, promta Luciferi opera usus est , eumque legatum in Gallias ad Constantium una cum Eusebio episcopo Vercellensi direxit: quippe quem fide, religione ac zelo pietatis præstantem probe noverat. In eamdem sententiam Marcellinus & Faustinus [15] : *Apostolicus vir Lucifer*, inquiunt, *de Sardinia Caralitanæ civitatis episcopus , ob hoc quod bene esset agnitus per contemtum sæculi , per studium sacrarum litterarum, per vitæ puritatem, per constantiam fidei, per gratiam divinam, a Romana ecclesia missus est legatus ad Constantium: & ob hoc quod fidem venerabilem vindicavit, quod detexit & convicit hæreticos, ductus est in exsilium cum omni atrocitate injuriarum*. Hæc illi. *Sanctus vir* propterea dictus Liberio papæ [16] ; *qui* scilicet [17] *pro devotione fidei suæ subire voluit justum laborem*. Atque adeo ab Athanasio *inter probos episcopos veritatisque præcones* recensitus [18] .

II. Anno igitur CCCLIV. suscepta Lucifer lega-
D tione apud Augustum obeunda , postulaturus nimirum cum reliquis Romanæ sedis legatis celebrandæ synodi facultate, ipsius petitionibus annuit imperator , conciliumque Mediolani anno insequente cogendum indixit. Quo quidem coacto, Nicænam fidem adversus Arianos strenue adeo propugnavit noster Caralitanus episcopus, ut neque blanditiis a proposito dimotus, neque minas imperatoris reformidans, exsilium cum aliis sanctis episcopis, Dionysio, Eusebio, Paullino & Rhodanio, pro ministerii sui officio læto animo excepit [19] : in quo quidem mutatis subinde locis, usque ad Juliani apostatæ imperium constanter permansit. Quatuor videlicet Luciferi exsilia numerantur Marcellino & Faustino [20]. Et
E primum quidem Germaniciam Syriæ fuit deportatus ; cujus urbis tum erat episcopus Eudoxius Arianus, ut ipsemet auctor Constantium compellans testatur his

1. *Cæsar.* quæst. CIX - CXI. infra pagg. 60 - 65.
2. *Id.* quæst. LXI. pag. 37. C.
3. *Id.* quæst. CIX. pagg. 61. seq.
4. *Mich. Glyc.* Annal. part. I. pag. 80. & part. II. p. 143. edit. Paris.
5. *Greg. Naz.* Orat. X. pag. 166.
6. *Lambec.* Comment. lib. IV. pag. 31.
7. *Montfauc.* Bibl. Biblioth. tom. I. pagg. 544. a. 589. b. 593. b. 685. b. & tom. II. pag. 1396. a.
8. Vid. infr. pag. 3. sub init.
9. *Lambec.* l. c. pag. 47.
10. *Tillem.* l. c. pag. 701.
11. *Cæsar.* quæst. I. sub fin. infr. pag. 5.
12. *Fabric.* Bibl. Gr. tom. VII. pag. 542. & tom. IX. pag. 448.
13. *Athan.* Apolog. de fug. sua. §. IV. opp. tom. I. p. 322.
14. *Liber.* epist. III. §. I. tom. V. nostr. Biblioth. pag. 65.
15. *Marcell.* & *Faust.* libell. prec. cap. VII. tom. VII. nostr. Biblioth. pag. 465.
16. *Liber.* epist. IV. §. VII. l. c. pag. 67.
17. *Id.* epist. III. §. I. l. c. pag. 65.
18. *Athan.* Apolog. de fug. sua l. c. & Hist. Arian. §. XXXIII. tom. I. pag. 363.
19. *Athan.* l. c. pag. 364.
20. *Marcell.* & *Faust.* libell. prec. cap. XVI. l. c. pag. 468.

verbis [1]: *Talis est Georgius, qualis fuerat Arius... vel ad quem me destinasti, Germanicienfium Adoxius.* Sic enim ibi legendum pro *Germanensium Eudoxius*: eademque vox *Adoxius* locis restituenda infra indicatis [2]. *Adoxium* scilicet antiphrastice appellare libuit Lucifero Arianum *Eudoxium*, ut post Papebrochium [3] advertit Tillemontius [4]: quemadmodum idem auctor alibi *Photinum*, per contemtum *Scotinum* vocavit. Verum, ut ad propositum redeamus, paullo post Eleutheropolim Palæstinæ abductus fuit Lucifer, ut scribit sanctus Hieronymus [5]. Postremum vero, quo tempore e vivis excessit Constantius, in Thebaide Ægypti provincia exsulabat idem Caralitanus antistes: ubi ab Eutychio ejus loci episcopo Ariano dira passum, gravius adhuc exagitatum fuisse a Turbone illius successore plane constat [6]. Qua quidem ex deportatione, lege de reditu episcoporum sub Juliano edita, ipsum reversum fuisse perhibent Doctor maximus [7], Rufinus [8] ac Theodoritus [9]. Hujusmodi autem postremum exsilium, *quartum* vocant, ut modo innuimus, presbyteri Luciferiani Marcellinus & Faustinus [10]: *Post aliquot annos*, inquiunt, *beatus Lucifer de quarto exsilio Romam pergens, ingressus est Neapolim Campaniæ:* cet. Quæ sane ipsius reversio contigit anno CCCLXII. Ceterum nullam tertii exsilii Luciferiani mentionem apud veteres exstare comperimus.

III. Porro ex Ægypto in occidentem rediens Lucifer cum Eusebio, ab eo exoratus ut Alexandriam ad concilium sub Athanasio habendum secum pergeret; legatum quidem pro se diaconum suum illuc direxit, ipse vero interim Alexandriam contendit. Qui quum eam urbem inter Eustathianos ac Meletianos divisam reperisset, Paullinum presbyterum Eustathianorum ducem, episcopum ordinavit, *secus quam fieri oportuit*, ait Theodoritus [11], οὐκ ἄγε ποιῶν: id enim longo dissidio caussam præbuit. Verum & illud præterea incommodi tum accessit, quod improbata Paullini ordinatione ab Eusebio episcopo Vercellensi, „ eam injuriam Lucifer dolens, „ ut Rufini verba usurpem [12], nec ipse recipere cogitat Alexandrini decreta concilii. Sed constringebatur legati sui vinculo, qui in concilio ipsius auctoritate subscripserat: abjicere namque eum non poterat, qui auctoritatem ejus tenebat: si vero recepisset, omne suum frustrandum videbat inceptum. Diu ergo de hoc multumque deliberans, quum ex utraque parte concluderetur, elegit ut legato suo recepto, erga ceteros sententiam disparem, sed sibi placitam custodiret. „ Huc usque Rufinus. Neque aliter Theodoritus [13], Socrates [14] ac Sozomenus [15]. Verum de dissensionis caussa Luciferum inter & Eusebium, in aliam abiit sententiam noster Baronius [16].

IV. Quænam autem fuerit Luciferi *dispar* illa *sententia, sed sibi placita*, modo memorata Rufi-

A no, nobis edisserit Sulpicius Severus his verbis [17]: *Lucifer tum Antiochiæ longe diversa sententia fuit: nam in tantum eos qui Arimini fuerant, condemnavit, ut se etiam ab eorum communione secreverit, qui eos sub satisfactione vel pœnitentia recepissent.* Nimirum Lucifer non solum lapsis qui ulli Arianorum formulæ subscripsissent, licet ad catholicam fidem reversis, aditum ad ecclesiæ communionem denegavit; verum etiam ab iis omnibus se ipsum discrevit, qui eosdem lapsos pœnitentes in suam communionem admisissent. Atque hinc ortum schisma Luciferianum. Sed non defuere, qui Luciferianos quidem schismatis damnarent, a quo tamen Luciferum absolverent. Præ ceteris vero Papebrochius
B Luciferi defensionem suscepit [18]: at ipsi obstitit Tillemontius [19], cujus sane argumentis vix fortasse quispiam occurrere valeat. Ceterum haud otiosum fuerit sanctum Hieronymum hac de re disserentem audire [20]: *Ventum est*, inquit, *ad asperrimum locum, in quo adversum voluntatem & propositum meum cogor de beato Lucifero, secus quidquam quam & illius meritum & mea humanitas poscit, existimare. Sed quid faciam? Veritas os reserat, & invitam linguam conscium ad eloquendum pectus impellit. In tali articulo ecclesiæ, in tanta rabie luporum, segregatis paucis ovibus, reliquum gregem deseruit. Bonus quidem ipse pastor, sed multam prædam bestiis relinquens. Præterea illa, quæ quidam*
C *ex maledicis quasi satis firma defendunt . . . . Nihil istorum de tali viro credo: unum est quod etiam in præsenti constanter loquar, verbis eum a nobis dissentire, non rebus: si quidem recipiat, qui ab Arianis baptisma consecuti sunt.* Hæc sanctus doctor: qui & alibi de eodem Lucifero verba faciens, sic ait [21]: *Lucifer Caralitanus episcopus moritur, qui cum Gregorio episcopo Hispaniarum & Philone Lybiæ numquam se Arianæ miscuit pravitati.* Quibus quidem verbis, ipsum anno VII. Valentiniani senioris, Christi CCCLXXI. supremum diem claufisse docet. At de Luciferi gestis satis hæc sunto.

V. Ad ejus vero scripta quod attinet; quum adhuc
D exsul ageret, duos libros in primis adversus Constantium pro Athanasio sibi variis nominibus conjunctissimo litteris consignavit; ubi magna animi libertate atque constantia in imperatorem invehitur, quod Athanasium virum optimum, veræque religionis assertorem ac strenuum fidei vindicem, e medio tollere omni studio contenderet. Neque vero eos libros apud se retinuit antistes Caralitanus, post ejusdem Constantii obitum aliquando edendos: sed illos ipsimet imperatori in vivis etiamnum agenti deferendos curavit, ut ex litteris Florentii officiorum magistri ad Luciferum datis, nec non ex ipsius Luciferi responsione intelligimus [22]. Quod quidem minime latuit Doctorem maximum. Sic enim il-
E le [23]: *In Palæstinam*, inquit, *relegatus, miræ constantiæ & præparati animi ad martyrium, contra Constantium imperatorem scripsit librum*, eique legendum

1. *Lucif.* lib. I. pro S. Athan. §. XI. infra pag. 159.
2. *Id.* ibid. §. XXXVI. pag. 171. & lib. *Moriend. esse pro Fil. Dei*. §. XVIII. pag. 252.
3. *Papebr.* ad Act. SS. Maii tom. VI. pag. 201. n. 23.
4. *Tillem.* Mem. eccl. tom. VII. pag. 514. not. 2. & pag. 763. not. I. *sur Lucifer.*
5. *Hieron.* de Vir. illustr. cap. XCV.
6. *Marcell.* & *Faust.* libell. prec. capp. XXX. XXXI. l. c. pag. 472.
7. *Hieron.* de Vir. illustr. l. c.
8. *Rufin.* Hist. eccl. lib. I. cap. XXVII.
9. *Theodor.* Hist. eccl. lib. III. cap. IV.
10. *Marcell.* & *Faust.* l. c. cap. XVI. pag. 468.
11. *Theodor.* Hist. eccl. lib. III. cap. V.
12. *Rufin.* Hist. eccl. lib. I. cap. XXX.
13. *Theodor.* Hist. eccl. lib. III. cap. V.
14. *Socrat.* lib. III. cap. IX.
15. *Sozom.* lib. V. cap. XV.
16. *Baron.* ad ann. 362. §. CCXV.
17. *Sulp. Sev.* Hist. sacr. lib. II. cap. XLVI.
18. *Papebr.* ad Act. SS. Maii tom. VI. pagg. 203. seqq.
19. *Tillem.* Mem. eccl. tom. VII. pag. 764. not. IV. *sur Lucifer.*
20. *Hieron.* Dial. adv. Lucifer. §. XX. opp. tom. II. pag. 193. edit. Veron.
21. *Id.* in Chron. ad ann. CCCLXXI. pag. 189. edit. Amst.
22. *Lucif.* epistt. II. & III. infr. pag. 257.
23. *Hieron.* lib. de Vir. illustr. cap. XCV.

miſit. Id autem contigiſſe anno demum cccLx. A cenſent Tillemontius [1] ac Montfauconius [2]. Siquidem in horum librorum primo meminit Lucifer belli, quod eo tempore Conſtantius adverſus Soporinum ſive Saporem Perſarum regem gerebat [3]: *Ergo*, inquit, *quia Soporinus Perſarum rex* NUNC *contra te gerit prœlium*, cet. Quum autem anno cccLIX. cœperit ejuſmodi bellum, opportune propterea in annum cccLx. eos Luciferi libros conferri poſſe cum modo laudatis viris doctis exiſtimamus. Reliqui porro ejuſdem præſulis Caralitani libri, & ii quidem omnes eodem animi vigore eademque libertate conſcripti, paullo poſt ſucceſſive intra ſubſequentem annum cccLxI. fuiſſe ab eo exarati videntur. In eorum namque poſtremo, cujus inſcriptio, *Moriendum pro Filio Dei*, Eudoxium memorat ex Antiochena ſede ad Byzantinam tranſlatum. Conſtat autem ex Socrate [4] aliiſque vetuſtis ſcriptoribus Eudoxium ineunte anno cccLx. fuiſſe Macedonio ſuffectum. Atqui anno demum cccLxI. deſinente mortuus eſt Conſtantius, adverſus quem ſcripta ſua omnia elucubrarat Lucifer: ut proinde ultra præfatum annum Conſtantii emortualem nullus ex libris ab eo ſcriptis jure producendus videatur; quum in primis eum ab exſilio reducem ſub initium imperii Juliani qui Conſtantio ſucceſſit, rebus potius agendis quam libris conſcribendis operam navaſſe compertum habeamus.

VI. Neque heic illud omittendum de libris Luciferianis judicium, quod tuliſſe perhibetur ſanctus Athanaſius. Nimirum, quum ad ipſum in eremo latitantem fama pertuliſſet, quæ & quanta in Conſtantium ſumma confidentia ſcripſerit ab exſilio noſter Caralitanus epiſcopus; miſſo Eutychete diacono antiſtes ille Alexandrinus, litteris ipſum flagitat præclaro confeſſoris nomine compellans, ut ſibi hujuſmodi ſcriptorum exemplum deſtinare haud gravetur: *quo*, inquit [5], *non tantum auditu*, *ſed etiam ex litteris mecum perſpicere poſſint omnes confeſſores animæ tuæ virtutem*, *fideique fiduciam & libertatem*. Et magno quidem viro poſtulanti libens quam primum annuit Lucifer, omniumque ſuarum ſcriptio- D num exemplar ad eum perferendum ſtuduit. Quibus demum acceptis Athanaſius, multaque animi admiratione ac lætitia perlectis, ἀ'χαρις-ηρίης eidem Lucifero litteras remiſit, ipſum inſimul de ſuis ſuorumque calamitatibus certiorem reddens, deque malis in clericos, nec non in monachos aliofque orthodoxos ab Arianis illatis: atque iterum Luciferum a fidei firmitate, ab animi conſtantia dicendique libertate plurimum commendat. Exſtat utraque Athanaſiana epiſtola libris Luciferianis ſubjecta [6]: & utraque ſane tanto eccleſiæ doctore digniſſima; qui & ambas, vel ſaltem poſteriorem, Latine ſcripſiſſe videtur, ut jure advertit cl. Montfauconius: adludens enim ſanctus pater ad vocem E Latinam *Lucifer*, hæc habet [7]: *O vere* LUCIFER, *qui* LUMEN *veritatis* FERENS, *poſuiſti ſuper candelabrum ut* LUCEAT *omnibus*! De quibus quidem Athanaſii epiſtolis, ſimulque de Luciferi ſcriptis, quæ ſequuntur poſteritati mandarunt Marcellinus & Fauſtinus, eadem tempeſtate in vivis agentes [8]: „ Libros, inquiunt, ſcripſit (Lucifer) ad Conſtan- „ tium, non, ut plerique, gloriam captans ingenii, „ ſed divina teſtimonia aptiſſime congerens contra „ hæreticos & contra ipſum hæreticorum patro- „ num, ad divinam æmulationem pro filii Dei „ amore ſuccenſus . . . Quos quidem libros quum „ per omnia integros ageret, (forte *legeret*) ſu- „ ſpexit & Athanaſius atque in Græcum ſtilum „ tranſtulit, ne tantum boni Græca lingua non ha- „ beret. Parum eſt: quin etiam *propriis litteris* „ *idem Athanaſius eoſdem libros prædicat*, ut Pro- „ phetarum & Evangeliſtarum atque Apoſtolorum „ doctrinis & pia confeſſione contextos . . . . Sed „ *Lucifer*, *ignarus licet artificioſæ eloquentiæ* „ cet. Hactenus illi. Miror equidem hunc locum fugiſſe B doctiſſimum Montfauconium [9]: quo ſane duarum Athanaſii epiſtolarum ad Luciferum γνησιότης apprime confirmatur. Porro poſtremis verbis modo recitatis, ea videlicet reſpexerint laudati presbyteri Luciferiani, quæ ipſemet Lucifer de ſuis litterarum monimentis profitetur. Sic enim ille [10]: *Probant*, inquit, *epiſtolæ meæ mediocritatis*, *& libri ruſtico licet ſermone deſcripti*, *me ſæpe dixiſſe*, cet. Atque in eamdem ſententiam [11]: *Inter hæc*, ait, *daturos legentes veniam conſpicere debes*, *quod . . . . facundia mediocris ingenii mei . . . . deſcribere non valuerit*. Et aliquantis interjectis iſta ſubinfert [12]: *Nos vero quibus ad loquendum natura ſufficit*, *alieni ab omni ſcientia*, *& hinc alieni litterarum*, *ad omnem* C *deſtruendam hæreſim valemus*, *quia res ipſa ac veritas loquitur*. Et hæc de libris ſcriptiſque Luciferi quæ habuimus in promtu, pro inſtituti noſtri ratione in medium protuliſſe oportuit.

VII. Quod ſupereſt, de opera noſtra in iis edendis adhibita, hæc paucis accipe. Principem Tilii editionem quam anno 1644. ſecuti ſunt Pariſienſes, typis excudendam ſtatuimus. Eam vero librariorum vitio ſane inquinatiſſimam fœdiſque mendis obſitam, pro viribus emaculandam curavimus. Subſidia contulere virorum doctorum, præcipue vero Latinii & Cotelerii, caſtigationes & conjecturæ: quibus aliæ quoque acceſſerunt, quas occaſione accepta in aliorum ſcriptis deteximus. Quum vero Lucifer in ſuis libris conſcribendis integra ferme ſacrorum bibliorum volumina ordinatim percurrat, aliamque verſionem Vulgata vetuſtiorem adhibeat: in id potiſſimum incubuimus, ut loca utriuſque fœderis quibus ferme ſolis contexta ſunt ſcripta Luciferiana, ſive cum interpretatione LXXvirali ſive cum textu novi teſtamenti conferrentur: eo in primis nomine quod antiqua illa verſio Latina, ad libros quod attinet veteris fœderis, ad LXX. ſenum editionem exacta noſcatur. Verumtamen Luciferi libros penitus deterſos haud præſtiterimus: quin immo in iis recenſendis nonnulla ipſi deprehendimus, quæ in *emendandis* adhuc forte corrigenda propoſuimus: ut propterea plura etiamnum in Lucifero ſupereſſe quæ manum medicam exſpectent codicum mſs. ope præſertim adjutam, ultro agnoſcamus. Utinam vero ſtudium noſtrum, qualecumque demum illud fuerit, prævertiſſet doctiſſimus Cotelerius, qui *in purgando eo Augiæ ſtabulo plurimum laboris impendiſſe* perhibetur [13]. Ceterum quo deinceps Luciferianorum lectio pronior faciliorque ſuc-

1. *Tillem.* Mem. eccl. tom. VII. pag. 763. not. 1. *ſur Lucifer.*
2. *Montfauc.* Vit. S. Athan. pag. LXXVI. n. 2.
3. *Lucifer.* lib. I. pro Athan. cap. XXXV. infr. pag. 170.
4. *Socrat.* Hiſt. eccl. lib. II. cap. XLII.
5. *Athan.* epiſt. ad Lucif. n. II. infr. pag. 258.
6. *Athan.* epiſt. n. IV. & V. infr. pagg. 257. ſeqq.
7. *Id.* ibid. pag. 258. epiſt. n. V. §. II. Vid. not. 9.
8. *Marcell.* & *Fauſt.* libell. prec. §§. XXIV. XXV. tom. VII. noſtr. Bibl. pag. 470.
9. *Montfauc.* ad Athan. opp. tom. I. part. II. pag. 965.
10. *Lucif.* lib. de non parcend. in D. delinq. §. XXXI. infr. pag. 236.
11. *Id.* lib. Moriend. pro Fil. Dei, §. VIII. pag. 248.
12. *Id.* ibid. §. XVIII. pag. 252.
13. *Cotel.* ad Conſt. Apoſt. lib. II. cap. LVII.

cedat, libros omnes in sectiones distinximus. Qui- A bus præterea nonnullas sive ejusdem Luciferi sive aliorum ad ipsum Epistolas, recognitas & illustratas adjecimus.

CAPUT III.

DE

DIDYMO ALEXANDRINO.

I. DIDYMUS Alexandrinus, vir plane admirabilis ac disertissimus, *ἀνὴρ θαυμαστὸς καὶ ἐλλόγιμος* [1], ad ecclesiæ gloriam Dei munere concessus creditur, ut verbis utar Rufini [2]. „ Captus B „ a parva ætate oculis, inquit Hieronymus [3], & „ ob id elementorum quoque ignarus; tantum mi„ raculum sui omnibus præbuit, ut dialecticam quo„ que ac geometriam quæ vel maxime visu indi„ get, usque ad perfectum didicerit. „ Divinitus autem edoctus, ad tantam divinarum rerum scientiam pervenit, ut scholæ Alexandrinæ præfectus, sacras litteras magna cum laude fuerit interpretatus, eoque nomine complures fama ejus impulsi [4], ad ipsum audiendum Alexandriam se contulerint: quos inter Hieronymus [5], atque Rufinus [6]. Persuadebat enim facillime [7] pro ea qua in dicendo valebat facultate; divinumque nescio quid [8] ac supra humanam vocem sonans, auditores in illius ser- C monibus agnoscebant. Maximus præterea fidei patronus ac propugnator habebatur [9]: quippe qui adversus Arianos validissime disputans, sophisticas eorum cavillationes dissolveret, & falsos ac fraudulentos eorum sermones refelleret. Quapropter sapientibus in ecclesia viris Dei admodum probatus, cunctisque catholicis apprime carus fuisse perhibetur. Illud quoque accedit, quod magnus ille Antonius, quum de Thebaide Alexandriam eo tempore descendisset, ut Athanasii fidem suo testimonio comprobaret, Didymo isthæc dixisse fertur: „ Non est „ grave nec dolendum, o Didyme, quod oculis ca„ reas quibus lacertæ, mures & vilissima quæque „ prædita sunt animalia: sed beatum potius & ju- D „ cundum est, quod perinde atque Angeli oculos „ habeas, quibus Deum perspicue contemplaris, „ veræque cognitionis lumen intueris. „ Hæc sanctus abbas.

Porro supremum diem clausisse Didymum anno CCCXCIX. nonagenario majorem, ex Hieronymo [10] & Palladio [11] comperimus. Primum enim vivebat adhuc anno CCCXCII. quo suum scribebat librum *de Viris illustribus* sanctus Doctor; tumque jam *octogesimum tertium ætatis annum excesserat*. Palladius autem qui Alexandriam contendit *secundo Theodosii consulatu* [12], *ἐν τῇ δευτέρᾳ ὑπατείᾳ*, hoc est anno CCCLXXXVIII. postquam *beati scriptoris Didymi qui fuit cæcus*, obitum enarrasset, statim subdit [13], E quater ipsum invisisse, decem annorum interjecto intervallo, *ἐπὶ δέκα ἔτη*, ex quo in Ægyptum perrexerat: ut proinde rite subductis rationibus, probe arguisse videatur Tillemontius [14], anno demum CCCXCIX. ineunte Didymum e vivis excessisse definiens.

II. *Plura opera & nobilia conscripsit* vir iste *θεοδίδακτος*, inter quæ *de Spiritu sancto librum unum, quem ego in Latinum verti*. Verba sunt Hieronymi [15]: qui & eadem repetit, scribens adversus Rufinum [16]. Unum item ejusdem argumenti librum a Didymo perscriptum agnoscit Augustinus [17]: *Summi philosophi gentium*, inquit, *quantum in eorum litteris indagatur, sine Spiritu sancto philosophati sunt, quamvis de Patre & Filio non tacuerint: quod etiam* DIDYMUS *in* LIBRO SUO *meminit*, QUEM *scripsit* DE SPIRITU SANCTO. Neque aliter Ratramnus [18], Hieronymiana interpretatione usus. Immerito itaque ac præter auctoris & interpretis mentem, hujusmodi opus in tres libros fuisse distributum, sæpiusque ita discretum ex quo primitus in lucem prodiit, intelligimus, ut recte advertit Tillemontius [19], aliique post ipsum monuere. At improvidum præcedentium editorum consilium haud secutus cl. Vallarsius, editionem suam ad Didymi Hieronymique sententiam exegit [20]: quam nos proinde præ ceteris selectam, ejusdemque viri docti observationibus auctam, iterum evulgamus.

Didymi porro archetypum temporum iniquitas nobis invidit: neque uspiam exstare vel parvulam saltem illius laciniam satis constat: cujus quidem jacturæ caussa sive occasio, fortasse fuerit ipsamet Hieronymiana versio. Hanc autem Romæ inchoaverat Doctor maximus anno CCCLXXXIV. quum adhuc in vivis ageret Damasus papa, cui etiam opusculum inscribendum statuerat, ut ex ejus præfatione compertum fit. At illam demum confecit Hierosolymam reversus, fratrique suo Paulliniano nuncupatam in vulgus emisit anno CCCLXXXVI. sive, ut aliis visum, CCCLXXXIX. De operis vero præstantia illud unum ex doctissimo ejus interprete addere libet [21]: *Certe*, inquit, *qui hunc* (Didymum) *legerit, Latinorum furta cognoscet; & contemnet rivulos, quum cœperit haurire de fontibus. Imperitus sermone est, sed non scientia: apostolicum virum ex ipso stilo exprimens, tam sensuum lumine quam simplicitate verborum.*

III. Scripsit præterea noster Didymus *infinita alia*, teste sæpius laudato Hieronymo [22], *quæ digerere proprii indicis est*. Inter ea vero *infinita* quæ

1. *Socrat.* Hist. eccl. lib. IV. cap. XXV.
2. *Rufin.* Hist. eccl. lib. II. cap. VII.
3. *Hieron.* lib. de Vir. illustr. cap. CIX.
4. *Sozom.* Hist. eccl. lib. III. cap. XV.
5. *Hieron.* epist. I. ad Domnion. §. I. epist. LXXXIV. ad Pammach. & Ocean. §. III. nec non præfat. ad Oseam & in Epist. ad Ephes.
6. *Rufin.* l. c.
7. *Sozom.* l. c.
8. *Rufin.* l. c.
9. *Socrat.* l. c.
10. *Hieron.* lib. de Vir. illustr. cap. CIX.
11. *Pallad.* Hist. Laus. cap. III.
12. *Id.* l. c. cap. I.
13. *Id.* ibid. cap. III.
14. *Tillem.* Mem. eccl. tom. X. pag. 696. not. *sur Didyme*.
15. *Hieron.* l. c.
16. *Id.* contr. Rufin. lib. II. §. XVI. opp. tom. II. pag. 507. edit. Veron.
17. *Aug.* Quæst. in Exod. lib. II. quæst. XXV. opp. tom. III. part. I. pag. 429.
18. *Ratramn.* lib. II. contr. Græc. cap. V.
19. *Tillem.* Mem. eccl. tom. X. pag. 393.
20. *Vallars.* Hieron. opp. tom. II. pag. 103.
21. *Hieron.* præfat. ad lib. Didym. de Spir. S. sub fin.
22. *Id.* lib. de Vir. illustr. cap. CIX.

sanctus Doctor silentio præteriit, superant adhuc A ejusdem auctoris *Breves in Epistolas canonicas enarrationes*, quarum interpretationem Epiphanius Scholasticus auctore Cassiodorio adornavit. Senatoris illius doctissimi verba hæc accipe [1]: *Quum*, inquit, *de reliquis canonicis Epistolis magna nos cogitatio fatigaret, subito nobis codex Didymi Græco sermone conscriptus in expositionem septem canonicarum Epistolarum, Domino largiente, concessus est; qui ab Epiphanio viro disertissimo, divinitate juvante, translatus est*. Et Græcus quidem textus prorsus interiit: sed ætatem tulit hæc ipsa Epiphaniana versio; passim tamen, quod sane dolendum, mendis obsita, quorum nonnulla ex conjectura saltem tollere studuimus. Neque mirum enimvero, si ejusmodi versio quæ hodie prostat, pluribus deformata maculis ad nos pervenerit. Qui enim primus illam in lucem extulit, studium curamque suam in ea edenda hisce verbis exponit [2]: „ Hæc sunt, quas ex „ vetustissimo in membranis scripto codice, multa „ sane industria, quum lectionem litterarum ob- „ scuritas plurimum moraretur, Didymi in cano- „ nicas Epistolas enarrationes invenimus. Et si, „ quantum ex ipsa intelligere potuimus composi- „ tione, aliqua, paucula tamen, desiderari videan- „ tur; hanc tamen jacturam jam nunc reponere „ non erat integrum. „

Ceterum ad operis pretium quod attinet, minime accedendum existimamus sententiæ Huetii V. C. qui has Didymi Enarrationes *Origeniano fermento turgere* pronuntiavit [3]: pauca enim sunt, quæ minus probata viris doctis, ac propterea censura notata videas. Mitius proinde judicium tulisse, simulque veritati propius accessisse videtur doctissimus Tillemontius, dum ait [4]: „ Dans le commentaire „ sur les sept Epîtres canoniques on trouve tout „ ce qui peut faire juger, qu'il est veritablement „ de Didyme, & d'un auteur peu instruit des ma- „ tieres de la grace. Il contient des instructions „ & des reflexions utiles & judicieuses, qui ne sont „ pas indignes du grand Didyme. „ Alia nonnulla in eamdem sententiam apud nuperum Thesauri Canisiani editorem reperias [5].

IV. Denique ex Joanne Damasceno comperimus [6], opus conscripsisse Didymum κατὰ Μανιχαίων, *contra Manichæos*: quod quidem inter illa *infinita* referre oportet, quæ Hieronymus aliis recensenda reliquit, ut paullo ante advertimus. Illud vero ex versione Francisci Turriani primus evulgavit Possevinus [7]: deinde Canisius [8]: posthac vero B Coloniensi & Lugdunensi bibliothecis Patrum intextum. At Græca deerant: quæ demum ex apographo Emerici Bigotii ex Italia reducis publici juris fecit Combefisius [9]. Jamque antea excerptum ex eodem Didymi opere Græce dederat Possinus [10]. Heic autem haud præterire licet, nonnullorum fuisse sententiam, opus istud alicubi mutilum ad nos pervenisse: siquidem, inquiunt, aliqua ex eo ῥητῶς citantur in Parallelis Damascenicis [11], quæ in edito Græco non comparent. Sunt autem ejusmodi: Διδύμου κατὰ Μανιχαίων. Φιλοῦσι τὰ ἁμαρτήματα ἐκ πλήθους ὄχλων καὶ ἀηθείας τῶν ἀναγκαίων τίκτεσθαι. DIDYMI *contra Manichæos*. *Peccata ex inconditarum turbarum multitudine, rerumque necessariarum abundantia oriri solent*. C Ceterum, utcumque demum res se habeat, Didymi ingenium accurate referre opusculum, nemo fuerit qui jure ambigat. Est enim auctor, ut Combefisii verba usurpem, cum primis argutus & acer, ἐπιχειρηματικὸς, sollersque disputator. Porro editionem Combefisianam excudendam selegimus, ea sane accuratiorem quam in suo Thesauro Canisiano exhibet Basnagius [12].

C A P U T IV.

D E

S. D A M A S O P A P A.

I. DAMASUS natione Hispanus [13], *vir egregius & eruditus in scripturis, & virgo Ecclesiæ virginis doctor*, ut scribit sanctus Hieronymus [14], D post Liberium Romanæ sedis administrationem suscepit; & *judicio* quidem *Dei electus*, inquit sanctus Ambrosius [15]: quippe qui „ omni genere virtutis or- „ natus — vitæque sanctitate conspicuus, pro apo- „ stolica doctrina nihil non dicere atque agere pa- „ ratus esset. „ Verba sunt Theodoriti [16]: παμπόλλοις ἀρετῆς εἴδεσιν — καὶ ἀξιεπαίνῳ βίῳ κοσμούμενος, καὶ πάντα λέγειν καὶ πράττειν ὑπὲρ τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων αἱρούμενος. Tanti porro viri electio haud fuit usquequaque pacifica. Nam, ut cum magno Baronio loquar [17], quæ olim cœperat in clero Romano dissensio ex substitutione Felicis, E latenter serpens, novi pontificis eligendi occasione recruduit: dum alii ex parte Felicis, ex parte vero Liberii alii conarentur ordinare pontificem. Itum porro est a majori saniorique parte in Damasi electionem. „ Quem quidem, teste Rufino [18], „ prælatum sibi non ferens Ursinus quidam ejus- „ dem ecclesiæ (Romanæ) diaconus, in tantum „ furoris erupit, ut persuaso quodam imperito & „ agresti episcopo, collecta turbulentorum & sedi- „ tiosorum hominum manu, in basilica quæ Sici- „ niana appellatur, episcopum se fieri extorqueret, „ legibus & ordine & traditione perversis. Quo „ ex facto tanta seditio, immo vero tanta bella „ coorta sunt, alterutrum defendentibus populis, „ ut replerentur humano sanguine orationum lo- „ ca. — Sed assertor innocentiæ Deus adfuit, „ & in caput eorum qui intenderant dolum, pœ-

1. *Cassiod.* Instit. divin. litter. cap. VIII.
2. Bibl. PP. edit. Paris. 1644. tom. IX. pag. 90.
3. *Huet.* Origenian. lib. II. quæst. III. §. XXVI. pag. 64.
4. *Tillem.* Mem. eccl. tom. X. pag. 393.
5. *Basn.* ad Thes. Canis. tom. I. pag. 199.
6. *Jo. Damasc.* sacr. Parall. opp. tom. II. pag. 507.
7. *Possev.* Appar. sacr. tom. I. pag. 488. seqq. edit. Colon. 1608.
8. *Canis.* Antiq. Lect. tom. V. pag. 17.
9. *Combef.* Auctar. noviss. part. II. pagg. 21. seqq.
10. *Possin.* ad Nili epist. CCCXLII.
11. *Jo. Damasc.* Parall. l. c.
12. *Basn.* Thes. Canis. tom. I. pagg. 204. seqq.
13. Vid. *Bayer.* Damas. Hispan. assert. & vindic. pagg. 5. seqq. edit. Rom. 1756.
14. *Hieron.* epist. XLVIII. al. L. ad Pammach. XVI. opp. tom. I. pag. 228. edit. Veron.
15. *Ambr.* epist. XVII. §. X. opp. tom. II. p. 826. edit. BB.
16. *Theodor.* Hist. eccl. lib. II. cap. XXII. & lib. V. cap. II.
17. *Baron.* ad ann. 367. §. VI.
18. *Rufin.* Hist. eccl. lib. II. cap. X. edit. Rom. 1X.

„ na conversa est. „ Hæc Rufinus. Atque in eamdem ferme sententiam Socrates [1], Sozomenus [2], alii.

II. Ex quibus profecto intelligas nullam fidem adhibendam esse Marcellino & Faustino Luciferianis, qui non solum primitus Ursinum electum, & postmodum Damasum creatum Romanum pontificem scribunt [3]; sed etiam, quod multo gravius, ipsum Damasum haud verentur traducere [4] tamquam sævum hominem, qui ea de caussa tot cædium auctor exstiterit. Verum licet istiusmodi mendacia satis abunde refellantur ex scriptoribus ecclesiæ cum Græcæ tum Latinæ qui ea tempestate claruerunt, ut modo enarravimus: utramque tamen calumniam ulterius adhuc refutandam ex Hieronymo existimamus. Et prior quidem ex iis eliditur quæ in Chronico tradit sanctus Doctor his verbis [5]: *Damasus XXXV. Romanæ ecclesiæ ordinatur episcopus*. ET POST NON MULTUM TEMPORIS INTERVALLUM URSINUS *a quibusdam episcopis constitutus, Sicininum cum suis invadit: quo Damasianæ partis populo confluente, crudelissimæ interfectiones diversi sexus perpetratæ*. Posterior vero Luciferianorum calumnia ex eodem Doctore maximo qui Damasum probe noverat, ita confutatur [6]: *Quis valeat*, inquit, *digno canere præconio — Romanum episcopum* (Damasum) *jam pæne factionis laqueis irretitum, & vicisse adversarios*, & NON NOCUISSE SUPERATIS? At missis schismaticis hominibus, illud potius attendendum: videlicet beatum hunc pontificem, eruditione, sanctimonia & constantia in oppugnandis hæreticis conspicuum, præclaris conciliorum patrumque Græcorum & Latinorum elogiis fuisse honestatum. Qui vero post exactos in pontificatu annos XVIII. Christi demum anno CCCLXXXIV. desinente, *prope octogenarius*, ut ait Hieronymus [7], *sub Theodosio principe mortuus est*: ejusque nomen in vetustissimis ecclesiæ tabulis relatum.

III. Verum non inter sanctos dumtaxat Damasus miraculis clarus adnumeratur; sed & inter scriptores ecclesiasticos ab eodem sancto Hieronymo recensetur [8]: *Elegans*, inquit, *in versibus componendis ingenium habuit, multaque & brevia metro edidit*: Et alibi [9], *de virginitate versu prosaque* librum ab eodem Damaso conscriptum memorat. Quin & Ebedjesu scripsisse Damasum tradit [10], *de re fidei & canones*. Quibus verbis, Damasi Confessionem fidei catholicæ ad Paullinum episcopum Antiochenum, & Epistolam synodicam ad episcopos orientis designari, existimat doctissimus Assemanus [11]. Neque illud heic omittendum, inter sanctos patres scilicet *qui in occidente doctrina gratiæ claruerunt*, *Damasum magnæ Romæ* a Theodorito referri [12]: τῶν ἐν τῇ δύσει διαπρεψάντων ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τῆς χάριτος, Δάμασον τὸν τῆς μεγάλης Ῥώμης κ. τ. λ. Ex quorum veterum scriptorum auctoritate compertum exploratumque habemus, sanctum Patrem nostrum non solum in sacris carminibus pangendis, quod tradit Hieronymus; verum etiam in doctrina fidei potissimum edocenda propugnandaque plurimum valuisse.

IV. Quæ porro superant omnia Damasi litterarum monimenta collegit primus notisque adornavit Martius Milesius Sarazanius; ejusque opus confectum absolutumque, superioris sæculi anno 1638. Federicus Ubaldinus evulgavit. Deinceps vero Epistolas ejusdem pontificis accuratius digestas uberiusque illustratas, aliorum Romanorum pontificum Epistolis intextas exhibuit vir doctissimus Petrus Coutantius [13]. Novissime demum laudatam Sarazanii editionem exactius digestam eruditisque diatribis & observationibus auctam, adjectis præterea opusculis eidem beatissimo papæ falso tributis, Romæ anno 1754. cl. Antonius Maria Merenda rursus typis excusam in vulgus emisit.

Quod superest, duas in partes opuscula Damasiana tribuimus. Et epistolas quidem cum aliis nonnullis eidem Damaso inscriptis, ad luculentam Coutantii editionem exegimus, notasque subjecimus editoris litteram textus tantummodo illustrantes, quibus aliquot observatiunculæ insertæ aliunde petitæ. Unum tamen est, in quo a viri eruditi vestigiis discessimus: videlicet epistolæ I. germanum exemplar illud agnoscentes, quod edidit Holstenius in collectione Romana; ipsum propterea prætulimus alteri quod exhibent Theodoritus [14] atque Sozomenus [15]: qua quidem in re virorum doctorum Tillemontii [16] & Marani [17] sententiæ in primis accessimus. Quorum vero posterior de hac ipsa Damasi epistola I. pluribus alibi differit [18]. Vide sis & cl. Montfauconium [19].

Illud præterea heic addere libet, quod nos præteriit, dum Damasi epistolas recensebamus. Nimirum Marano viro docto modo laudato visus est admisisse sanctus pontifex tres hypostases in epistola ad Paullinum episcopum Antiochenum, prout extat apud Theodoritum [20]: ibi enim Damasus prædicat *unum Deum in tribus hypostasibus*, Θεὸν ἕνα ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν. Quæ quidem verba licet desint in exemplaribus Latinis, legitima esse censet idem V. C. [21], secus quam existimat Coutantius, ex Flaviani scilicet testimonio eumdem Paullinum coram magistro militum alloquentis. Dignus profecto est locus qui conferatur. Verum, ut mea quidem fert sententia, semel admisso quod Latine scripserit Damasus; jam non Damasi, sed interpretis Græci fuerit lectio, quam objecit Paullino Flavianus. Ceterum litterarum Damasi ad Paullinum mentionem quoque injicit magnus Basilius [22].

V. Complura porro ex Damasi carminibus, & quidem potiora, intercidisse dolendum enimvero. Ex antiquis tamen inscriptionibus haud pauca ec-

1. *Socrat.* Hist. eccl. lib. IV. cap. XXIX.
2. *Sozom.* Hist. eccl. lib. V. cap. XXIII.
3. *Marcell. & Faust.* præfat. ad Libell. prec. §§. II. & III. tom. VII. nostr. Bibl. PP. pag. 461.
4. *Id.* Libell. prec. §§ XXII. XXIII. XXIV. — ibid. pagg. 469. 470.
5. *Hieron.* Chron. ad ann. CCCLXVII.
6. *Id.* epist. I. al. XLIX. ad Innocent. §. XV. opp. tom. I. pag. 7. edit. Veron.
7. *Id.* lib. de Vir. illustr. cap. CIII.
8. *Id.* ibid.
9. *Id.* epist. XXII. ad Eustoch. §. XXII.
10. *Ebedj.* Catal. libb. Syror. cap. VIII. apud *Asseman.* Bibl. orient. tom. III. part. I. pag. 16.
11. *Assem.* Bibl. orient. l. c.
12. *Theodor.* epist. CXLV. ad monach. Constant. opp. tom. III. pag. 1026.
13. *Coutant.* epistt. Roman. Pontif. pagg. 471. seqq.
14. *Theodor.* Hist. eccl. lib. II. cap. XXII.
15. *Sozom.* lib. VI. cap. XXIII.
16. *Tillem.* Mem. eccl. tom. VIII. pag. 774. not. VII. *sur S. Damase*.
17. *Maran.* ad Epistt. S. Basil. tom. III. pag. 186. not. c.
18. *Id.* ibid. in Vit. S. Basil. cap. XXI. §. III. pag. CX.
19. *Montfauc.* in Vit. S. Athan. ad ann. 370. §. I. pag. LXXXVI.
20. *Theodor.* Hist. eccl. lib. V. cap. XI.
21. *Maran.* præfat. ad tom. III. opp. S. Basil. pag. VIII. §. VI.
22. *Basil.* epist. CCXIV. §. II. opp. tom. III. pag. 321.

clesiasticis annalibus intexuit noster Baronius [1]: A unde in posteriores deinceps editiones translata. Paullo auctiorem collectionem dedit Sarazanius, Palatinis membranis a Grutero vulgatis praecipue usus: in qua tamen minus recte distributa carmina reperias. Concinnius ea digessit cl. Merenda, qui & de singulis ferme iisdem carminibus disserit erudite; cujus propterea vestigiis inhaerendum jure optimo duximus, ejus item adnotata nonnulla subinde usurpantes.

At vero, quo castigatiora demum prodirent Damasi carmina, Franciscum Perezium Bayerium V. C. prae ceteris consuluimus; qui etiamnum superstites in Urbe Damasi inscriptiones, ex archetypis quam accuratissime descriptas, aeri fideliter incidendas curavit [2]. Ceterum de studio nostro in Damasianis carminibus perpoliendis atque ad germanam lectionem revocandis, liberum demum arbitrium viris eruditis permittimus.

CAPUT V.

DE

S. GREGORIO NAZIANZENO.

Jam semel iterumque lectores nostros voluimus superius [3] admonitos, nos in hanc bibliothecam illaturos fore omnia litterarum monimenta, quae in praecedentibus *Patrum majorum* quos vocant, editionibus desiderabantur. Nunc vero promissorum memores, in Gregorii Nazianzeni jam dudum editis supplendis, prout ratio temporis quam nobis servandam proposuimus requirit, fidem nostram praestare prosequimur: postmodum quoque idem munus in Gregorio Nysseno suscepturi. Duplex itaque supplementum ad Nazianzenum exhibemus: quorum alterum ejus Carmina, Epistolas alterum complectitur.

Et primo quidem carmina occurrunt, quae V. C C. Ludovicus Antonius Muratorius anno *1709.* Patavii evulgavit. De quibus propterea operae pretium fuerit, ipsiusmet doctrina & eruditione praestantis editoris verba in medium adducere, quae sic se habent: „ Inutilem, inquit, operam luderem, si quidquam adferrem in Gregorii Nazianzeni carminum laudem. Satis eximia commendatio erit, Nazianzenum audire illorum parentem, nempe virum eminentissimae inter Graecos patres eloquentiae & sapientiae singularis, & cui post Joannem Apostolum pro peculiari panegyrico & κατ' ἐξοχὴν *Theologi* cognomen adhaesit. Quam multa ex illius ingenio & calamo carmina fluxerint, alter ejus operum a Billio editorum tomus abunde D ostendit. — Alia tamen nondum evulgata in bibliothecis latere, jam diu exploratum erat. — Mihi autem contigit plurima offendere olim in Ambrosianae bibliothecae ms. codice hactenus incomperta. Aetatem codicis e characterum forma atque ex antiquitate membranarum, excedere ultra septingentos annos conjiciebam. Ibi inter inedita habebantur etiam edita. Sed quaterniones nonnulli hinc inde avulsi ac deperditi, maximam codici labem, & mihi plura desideranti majorem intulere molestiam. —

II. Porro quae in censum nostrum ex illo ms. E codice ἀνέκδοτα transiere, quin omnibus venerandae antiquitatis cultoribus grata futura sint, nullus dubito. Multa enim heic deprehendas ad illorum temporum historiam illustrandam perutilia: multa de praeclaris hominibus, Nazianzeno aut sanguine aut pietate aut amore conjunctis, quae alibi frustra quaeras. Nam quod est ad poeticas Christiani scriptoris veneres, quamquam non paucae sint, pretio tamen B ac utilitate vincuntur ab aliis horum carminum dotibus. Vel hinc discas, quam vividum fortunatumque ingenium illi esset, cui non ecclesiasticae curae, non melioris philosophiae perpetua meditatio, non ingravescens aetas, eripere umquam potuit gravissimi stili usum, adhibito quoque in piae vitae condimentum musarum contubernio. — Quum autem in illustrandis Nazianzeni carminibus interdum adhibuerim fidem & verba anonymi cujusdam scholiastis Graeci, praedocendi sunt lectores, eum profecto antiquitatis caussa magni esse faciendum. Ante quingentos annos scriptus videtur membranaceus ille codex Ambrosianus, ubi hujusmodi scholia leguntur: quorum unicus est scopus, diversis reddere verbis & paraphrastice sacri poetae verba. „ Haec aliaque plura eruditissimus Muratorius: qui praeterea grati animi ergo profitetur haud pauca Nazianzeni carmina ex mss. codicibus bibliothecae regiae Parisiensis & Mediceae, studio & humanitate VV. CC. Boivinii & Salvinii, suae collectioni accessisse.

Quo autem emaculatior pro viribus prodiret denuo hujusmodi epigrammatum Nazianzeni sylloge Muratoriana, varias eo nomine lectiones & emendationes hinc inde subjecimus, quas e schedis Salvinianis nuper evulgavit vir de litteris Graecis optime meritus Angelus Maria Bandinius [4]; queis etiam nonnulla aliis adnotata intexta reperias: ea quoque addituri, si praesto fuissent, quae monente Fabricio [5], ex codicibus Bodlejanis desumta publici juris fecit in ephemeridibus litterariis Germanice editis Lipsiae Joannes Christophorus Wolfius.

III. Muratorianam carminum Nazianzeni collectionem altera excipit, quam anno *1696.* Trajecti ad Rhenum in lucem eduxit notisque adornavit V. C. Jacobus Tollius; cujus quidem editionis exemplar Spiridioni Talù amicorum optimo atque humanissimo viro acceptum refero. Ea vero descripsit editor e Caesarea Vindobonensi bibliotheca; qui deinceps Florentiae degens, Viennense apographum cum ms. codice bibliothecae Mediceae, unde quoque complura in usum Muratorii a Salvinio desumta, contulisse perhibetur. Sunt autem numero xx. carmina quae Tollius edidit, eaque inscripsit Ἄσματα κύκνεια, *Carmina cygnea*, tamquam novissima atque dulcissima sacri poetae monumenta. „ Sub eo tamen nomine, ut viri eruditissimi verba usurpem [6], non venire puto carmen I. quod in episco-

1. *Baron.* ad ann. 384. §§. xxi - xxxi.
2. *Bayer.* Damas. Hisp. vindic. pagg. 53. seqq.
3. Prolegom. ad tom. II. cap. vii. & ad tom. iv. cap. xiii. init.
4. *Bandin.* Graec. eccl. vet. monum. tom. II. pagg. 123. seqq.
5. *Fabric.* Bibl. Gr. tom. vii. pag. 511. not. **
6. *Murat.* praefat. ad Anecd. Graec. pag. 4.

pos eorum temporum acri stilo scripsit Nazianzenus. Virum enim ad beatam mortem grandibus gressibus animoque tranquillo tendentem tam graves querelæ non produnt, sed potius exasperatum e recenti vulnere ob depositas infulas Constantinopolitani throni contracto. Carmina reliqua, utpote dulcia consummatæ pietatis argumenta, & miram suavitatem spirantia, eidem ad postremas vitæ lineas properanti æquius adscribas. „ Hactenus V. C.

Ceterum ex notis Tollianis eas tantum selegimus, quæ ad Nazianzeni textum emaculandum spectasse intelleximus: iisque pauca inseruimus, quibus unus alterve locus integritati restituitur.

IV. Carminibus porro Theologi, aliquot ejus epistolæ attextæ, quas in sancti Patris antea editis ejusce generis scriptis deesse agnovimus. Et primam quidem Nazianzeni epistolam *Nectario* episcopo Constantinopolitano inscriptam, ex libris regiis eduxit Cotelerius, suisque notis intexuit ad sancti Barnabæ epistolam cap. XI. Exstant autem inter editas epistolas Gregorianas aliæ IV. ad eumdem Nectarium, nimirum LI. LII. CCXXV. & CCXXVII. Cui etiam Orationem XLVI. nuncupavit noster Gregorius.

Secundam vero epistolam inter eas quas nunc proferimus, cujus inscriptio *Basilissæ* nomen præ se fert, ex amplissimæ Venetæ Marcianæ bibliothecæ codice LXXXI. inter Græcos, qui sancti Gregorii Nazianzeni epistolas CCXXXI. complectitur, descripsit haud ita pridem ac Latine redditam anno 1754. edidit V. C. Antonius Bongiovanni [1]. De cujus quidem epistolæ integritate nemo, ut videtur, jure ambigat, si sermonis in primis elegantiam sententiarumque gravitatem spectet. Neque novum præterea Basilissæ nomen apud Nazianzenum. Duo enim carmina

A funebria prostant inter ea quæ in lucem extulit Muratorius [2], quorum alterum in *Eusebium & Basilissam*, alterum in *Georgium Basilissæ* fratrem videas exarata: ut proinde haud immerito quis conjiciat, Basilissam carmine a Gregorio celebratam, eamdem cum illa esse cui epistola nuper edita fertur inscripta. Ceterum Theologus eidem fortasse Basilissæ scripserit, ad quam ea ipsa tempestate aliam dedit epistolam Gregorius Nyssenus [3], jam dudum ab Isaaco Casaubono primum editam.

V. Neque vero hanc unam Nazianzeni epistolam de qua modo edisseruimus, ex eodem Venetæ Mar-
B cianæ bibliothecæ codice descripsit laudatus Bongiovanni: sed aliam insuper eruit quæ est num. CCXXIV. atque insequente anno 1755. publici juris fecit [4] sub ejusdem Nazianzeni nomine, qui *Eustathio* eam inscripserit: jussitque simul lectorem suum neutiquam dubitare, quin eam velut genuinum Nazianzeni fetum agnosceret. Quod equidem factum nollem. Neque enim Nazianzeni est illa epistola, neque porro inedita erat, quo tempore vir eruditus eamdem typis committendam exhibuit. Siquidem ejusmodi epistola, jam dudum evulgata, Basilii magni esse comperitur, *Eustathio philosopho* inscripta: exstatque, & quidem plenior, inter Basilianas num.
C I. al. CLXV. [5]. Nimirum quo illam sub Nazianzeni nomine securius venditaret impostor, non solum Basilianæ inscriptionem decurtatam dedit, sed ejus etiam initium tredecim ferme lineis constans penitus omisit, aliudque brevius confictum textui reliquo appinxit.

Quod superest, de aliis duabus epistolis quas præcedentibus subdidimus, cur eas Nazianzeno adscripserimus, ex notis demum subjectis compertum satis esse existimamus.

C A P U T VI.

D E

S. A M P H I L O C H I O

EPISCOPO ICONIENSI.

I. CAppadocem fuisse AMPHILOCHIUM, perinde atque Basilium & Gregorium Nazianzenum, diserte prodit Hieronymus [6]: quin & Cæsareæ, in ipsa videlicet primaria Cappadociæ urbe, magnique Basilii patria, ortum habuisse, aperte satis testatur idem Basilius [7]. Primum rhetor ac foro assuetus [8], in solitudinem secedens monachum egit. Deinceps vero *ineluctabilibus gratiæ retibus captus*, *atque in mediam Pisidiam numine divino deductus*, ut verbis utar Basilii [9], Iconii episcopus fuit ordinatus, anno CCCLXXIII. exeunte, vel initio anni CCCLXXIV. ex viri docti sententia [10] quam sequimur. Basilio in primis fuit omnium carissimus, ut ex pluribus ejus epistolis ad ipsum datis compertum habemus; quas inter eminent tres canonicæ [11], intra annos CCCLXXIV. & CCCLXXV. perscriptæ: quo quidem

D tempore librum quoque *de Spiritu sancto* Basilius eidem Amphilochio inscripsisse perhibetur [12]. Eo itidem familiariter usus Gregorius Theologus, ut ex ejus epistolis haud paucis ad ipsum datis constat. Et jure sane optimo noster Iconiensis antistes magnis illis viris in pretio habitus: qui nimirum egregiis cum mentis tum animi dotibus præditus fuisse noscatur. Illius enim igneus caritatis fervor, morumque gravitas ac taciturnitas celebratur [13]. Discendi studium & humilitatem admirabatur in eo Basilius [14]; quippe qui discere non gravaretur, quum docendi locum teneret. Tantum denique amoris sibi apud omnes conciliabat, ut nullius præsentia magis
E expeteretur quam Amphilochii [15].

II. Jam vero, ut res in episcopatu ab eo præ-

1. Vid. *Memor. per servire all' Istor. letter.* tom. IV. part. III. pagg. 55. seqq.
2. *Nazianz.* Carm. XLVI. & L. infra pagg. 366. 367.
3. *Nyssen.* opp. tom. III. pagg. 659. seqq.
4. Vid. *Memor. per servire all' Istor. letter.* tom. V. part. V. pag. 62. seqq
5. *Basil.* opp. tom. III. pag. 69. noviss. edit. BB. Paris.
6. *Hieron.* epist. LXX. al. LXXXIV. §. IV.
7. *Basil.* epist. CLXI. al. CCCXCIII. §. I. — opp. tom. III. pag. 252. noviss. edit. BB.
8. *Id.* epist. CL. al. CCCXCII. §§. II. & IV.
9. *Id.* epist. CLXI. §. I.
10. *Maran.* in Vit. Basil. cap. XXX. §§. I. & VI. ad opp. tom. III. pagg. CXXXVI. CXL.
11. *Basil.* epistt. CLXXXVIII. CXCIX. CCXVII. l. c. pagg. 268. 290. 324.
12. *Maran.* in Vit. Basil. cap. XXX. §. VI. pag. CXL.
13. *Basil.* lib. de Spir. sanct. cap. XXX. §. LXXIX. opp. tom. III. pag. 67.
14. *Id.* epist. CXC. §. I. pag. 282.
15. *Id.* epist. CLXXVI. pag. 263.

clare gestas summatim recenseamus, Isaurorum ecclesiam sanctus Pater prudenter curasse [1], resque Lycaoniæ more apostolico composuisse traditur [2]. Anno autem, ut videtur [3], CCCLXXVII. consultus ab alterius provinciæ, fortasse Lyciensis [4], episcopis qui circa Macedonii hæresim fluctuabant, concilium coegit: in quo consultationi respondens, egregiam synodicam suo & aliorum episcoporum Lycaoniensium nomine conscripsit; quam sæculo superiore a Cotelerio editam, inter nostra Amphilochiana protulimus. Anno deinceps CCCLXXXI. synodo generali Constantinopolitanæ interfuit, atque a patribus ad fidem catholicam per Asiæ provincias restituendam delegatus fuisse comperitur [5]. Quo item anno primus subscripsit noster Iconiensis episcopus testamento Gregorii Nazianzeni, Flavio Eucherio & Flavio Evagrio coss. litteris consignato [6]. Biennio post synodo viginti quinque episcoporum præfuit, Sidæ in Pamphilia contra Messalianos coactæ, teste Theodorito [7]: qui & alibi [8]: „ Accuratius, „ inquit, hæresim (Messalianorum) confodit longe „ optimus Amphilochius, —— ipsa illorum verba „ actis a se confectis inserens, quæ dogmatum dif„ ferentiam aperte declarant „. Sed hujusmodi opus Amphilochianum, ut ferme reliqua, intercidit. Exstat fragmentum ex Amphilochii epistola dogmatica ad Pancharium diaconum Sidensem [9], quod fortasse ad res in ea Sidetana synodo gestas pertinere, haud immerito quis existimet. Utcumque fuerit, juvabit tamen adire Photium [10] qui acta hujusce synodi Sidæ habitæ legit, pluraque de ea scitu digna posteris tradidit. Neque Tillemontium hac de re prætereas velim [11].

III. Porro ad hunc ipsum annum CCCLXXXIII. ut post Baronium [12] censent Valesius [13] ac Tillemontius [14], spectat egregium illud Amphilochii facinus, memoria scilicet dignissimum, quo a magno Theodosio, invito licet, imperavit ut Arianorum conventicula vetarentur. Rem fusius enarrat Theodoritus [15], sed minus accurate Sozomenus [16]. Nimirum in palatium ingressus admirandus ille Amphilochius, Theodosium quidem solito honore prosecutus est; Arcadium vero patri adstantem, quem ille paullo ante Augustum renuntiaverat, insalutatum præteriit. Quod quidem indigne ferens imperator, de filii contemtu quod in se ipsum recidat, cum episcopo expostulat. Tunc vero contenta voce Amphilochius: „ Vides, inquit, imperator, te filii tui „ contumeliam ferre non posse, sed succensere iis „ qui illi contumeliam faciunt. Crede igitur, Deum „ quoque hujus universi eos aversari atque odio ha„ bere, qui Filium ipsius unigenitum blasphemant. „ Factum dictumque admiratus imperator, legem a beato antistite postulatam extemplo tulit. Quod superest, idem Amphilochius anno CCCXCIV. desinente concilio Constantinopolitano sub Nectario habito interfuit, in quo Agapii & Bagadii qui de Bostrorum in Arabia episcopatu contendebant, caussa definita est. Posthæc autem quo tempore supremum diem obierit sanctus præsul, haud satis est exploratum, ut videre est in primis apud Tillemontium [17]. Illud potius attendendum, ipsum scilicet dum adhuc in vivis ageret, Gregorio Theologo teste [18], miraculis claruisse. Ejus vero memoria die XXIII. Novembris ab utraque ecclesia recolitur.

IV. Reliquum est, ut de sancti Patris nostri litterarum monimentis verba faciamus. Et Hieronymus quidem egregii unius libri *de Spiritu sancto* ab Amphilochio conscripti, mentionem injicit [19]. Neque id sane mirum: *Non enim*, inquit [20], *de his quæ non legi, nosse potui; & quod aliis forsitan sit notum, mihi in hoc terrarum angulo* (Bethleemitico) *fuerit ignotum*. At vero idem Doctor maximus ad Magnum oratorem scribens anno circiter CCCXCVII., quinque nimirum post annos ab edito suo libro *de Viris illustribus*, ex quo memoratum opus *de Spiritu sancto* ab Amphilochio sibi lectum testatur; eumdem præstantissimum præsulem Iconiensem, ob spectatam jam & diu cognitam ejus doctrinam, Basilio magno & Gregorio Theologo exæquat his verbis [21]: *Exstant & Julii Africani libri*, —— *Cappadocumque Basilii, Gregorii*, AMPHILOCHII: *qui omnes in tantum philosophorum doctrinis atque sententiis suos refarciunt libros; ut nescias quid in illis primum admirari debeas, eruditionem sæculi, an scientiam scripturarum*. Ex ipso ergo Hieronymo compertum habemus, complura fuisse ab Amphilochio perscripta, & multiformis quidem doctrinæ laude conspicua: quæ tamen tantum non omnia intercidisse, dolendum enimvero.

V. Neque aliter sane censendum, si spectentur in primis Amphilochiana fragmenta, quæ veteres nobis servarunt; Cyrillus inquam Alexandrinus, Theodoritus, Anastasius Sinaita, Leontius Byzantinus, Facundus Hermianensis, Joannes Damascenus aliique ecclesiæ scriptores. Hæc autem magnam partem collegit Combefisius: quibus alia neque pauca & ipsi adjecimus; eaque omnia primum congesta non solum digessimus, sed etiam cum pridem editis denuo contulimus. Unum tamen nos fugit ab Ephræmio Antiocheno recitatum apud Photium [22], quod heic saltem subjicere operæ pretium fuerit. Sic vero se habet:

Καὶ ὁ ἐν ἁγίοις δὲ τοῦ Ἰκονίου πρόεδρος Ἀμφιλόχιος οὕτω φησίν· ὁρᾶται τοιγαροῦν ὅπως καὶ οἱ θεσπέσιοι πατέρες ὁμοούσιον εἰρήκασι τὸν υἱὸν τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον τῇ μητρὶ κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, διπλοῦν τὴν οὐσίαν ἤτοι κατὰ τὴν φύσιν· οὐ διπλοῦν δὲ τὴν ὑπόστασιν.

Sanctus quoque AMPHILOCHIUS *Iconii episcopus ita ait:* Apparet certe divinos patres nostros consubstantialem asserere Patri filium secundum divinitatem, & consubstantialem matri secundum humanitatem; duplicem quoad essentiam sive naturam, non duplicem quoad personam.

1. *Basil.* epist. CXC. §. I. pag. 282.
2. *Id.* epist. CC. pag. 298.
3. *Maran.* in Vit. Basil. cap. XXXVIII. §. I. pag. CLXVIII.
4. *Tillem.* Mem. eccl. tom. IX. pag. 624.
5. *Socrat.* Hist. eccl. lib. V. cap. VIII. *Sozom.* lib. VII. cap. IX.
6. *Greg. Naz.* opp. tom. I. sub init.
7. *Theodor.* Hist. eccl. lib. IV. cap. XI.
8. *Id.* Hæret. fab. lib. IV. cap. XI. opp. tom. IV. pag. 243.
9. Infra pag. 505.
10. *Phot.* Bibl. cod. LII. pagg. 38. seqq.
11. *Tillem.* Mem. eccl. tom. VIII. pagg. 534. & 798. not. II. *sur les Messaliens*.
12. *Baron.* ad ann. 383. §. XXXI.
13. *Vales.* ad Theodor. Hist. eccl. lib. V. cap. XVI. not. 2.
14. *Tillem.* Mem. eccl. tom. VI. pagg. 627. & 802. not. CIII. *sur les Ariens*.
15. *Theodor.* Hist. eccl. lib. V. cap. XVI.
16. *Sozom.* lib. VII. cap. VI.
17. *Tillem.* Mem. eccl. tom. IX. pag. 745. not. IV. *sur S. Amphil.*
18. *Greg. Naz.* Carm. LI. ✠. 242. opp. tom. II. pag. 125.
19. *Hieron.* lib. de Vir. illustr. cap. CXXXIII.
20. *Id.* in prolog. ad lib. de Vir. illustr.
21. *Id.* epist. LXX. al. LXXXIV. ad Magnum orat. §. IV.
22. *Phot.* Bibl. cod. CCXXIX. pag. 790.

VI. Præter ejusmodi germana Amphilochii operum deperditorum fragmenta, ex vetustis ecclesiasticis scriptoribus desumta; exstant præterea ejusdem sancti Patris *Jambi ad Seleucum*, quos cum metaphrasi Latina primum edidit Schleusingæ anno 1609. Joachimus Zehnerus. Sunt autem versus CCCXXXIII. eosque in fine adnumerat ipsemet auctor per tres hecatontadas & decadas totidem ac monadas tres, ad SS. Trinitatem videlicet respiciens. De operis integritate diffident eruditi. Billius primus omnium hos Jambos Gregorio Nazianzeno asserere nititur, ex antiquarii quo usus est hujusmodi conjectura: *καὶ ταῦτα δοκεῖ μοι τοῦ Θεολόγου τυγχάνειν φρενός, ὡς παρὰ Ἀμφιλοχίου γραφέντα. Hæc mihi videntur a Theologi mente profecta, tamquam sub Amphilochii nomine scripta:* ea nimirum ratione, qua Nazianzenus ad Nicobulum ex Nicobuli filii persona, & alia quædam ad Vitalianum parentem *ἄστοργον* scripsit. „ Sunt nihilominus, inquit Combefisius [1], hæc leviora, quam ut fidem codicum vendicantium Amphilochio elevent. Primum enim minus quadrant heic posita de libris canonicis cum iis quæ habet Theologus [2], ubi absolute pronuntiat de Paulli epistolis & septem catholicis, nulla mentione libri Esther aut Apocalypsis. Tum quia videntur hi Jambi non ita accedere ad cothurnum Gregorianum, potiusque referre facilem Amphilochii venam, ac nonnihil licentius decurrere & stilo solutæ orationi propinquiori. — Item, quid vetat ut Theologo æqualis, isque ipse omni scientiarum genere excultus ac plane vir *ἐλλογιμώτατος*, etiam metro Seleucum instituerit, ad quem prosa semel & iterum eum scripsisse dogmatica probant quæ ejus producimus fragmenta? Nec est simile in aliis allatis, in quibus statim palam est assumta persona. Etiam Balsamon habet ut Amphilochii [3], passimque Damascenus in Elementis emin. Rupifucaldii. „ Hæc porro eadem quæ hactenus Combefisius, repetit augetque Tillemontius [4], licet operis auctorem Amphilochium libere adstruere non audeat.

Verum ad vindicandum Carmen Jambicum extra omnem dubitationis aleam episcopo nostro Iconiensi, præter codices manu exaratos quos præ ceteris excitat Montfauconius [5], veterum quoque scriptorum accedit auctoritas, non solum Joannis Damasceni & Balsamonis quorum meminit Combefisius, sed etiam Zonaræ [6] Balsamone antiquioris: quin & Cosmæ Indicopleustæ, qui circa medium sæculi VI. floruisse perhibetur [7]. Quandoquidem vero ejusdem Cosmæ locum hac de re nemo hactenus animadvertit, ne ipse quidem Fabricius Amphilochii scripta recensens; ipsum propterea huc adferre juverit. Sic igitur ille [8]: *Ἀμφιλόχιος ἐπίσκοπος γενόμενος τοῦ Ἰκονίου, φίλος καὶ κοινωνικὸς τοῦ μακαρίου Βασιλείου, καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς πρὸς Σέλευκον αὐτῷ γραφεῖσιν ἰάμβοις ἀμφιβαλλομένας αὐτὰς (τὰς καθολικὰς) ἐξεῖπεν.* Id est: *Amphilochius Iconii episcopus, amicus & familiaris beati Basilii,* IN JAMBIS SUIS AD SELEUCUM *scriptis dubias illas* (catholicas epistolas) *pronuntiavit*. Eo quidem loci minus accurate loquitur iste monachus Ægyptius de septem catholicis epistolis, ut probe advertit vir doctissimus [9]: verum ad rem nostram satis apte, quippe qui Jambos Amphilochianos agnoscat. Ex quibus ergo, mea quidem sententia, nullus dubitandi locus relinquitur, quin Carmen illud Jambicum tamquam sincerus Amphilochii fetus sit habendum.

VII. De synodicæ Amphilochii epistolæ *γνησιότητι* quam sæculo superiore desinente in lucem extulit Cotelerius, nemo est qui ambigat: est enim, inquit cl. editor, tota Amphilochiana, Basiliana, Gregoriana. De ea pluribus Tillemontius [10].

Ex octo autem orationibus quas sub Amphilochii nomine edidit Combefisius, quinque tantum selegimus, tribus reliquis cum eodem editore, alio amandatis [11]. Porro de his omnibus laudatus Tillemontius pro more suo accurate satis differit [12]. Hoc unum addimus, orationem videlicet II. *de occursu Domini* Amphilochio asseri ex codice bibliothecæ Mediceæ apud Montfauconium [13]; qui & alterum bibliothecæ Sfortianæ codicem laudat [14], ex quo eidem Iconiensi antistiti adstruitur oratio III. *in Lazarum quatriduanum*.

Vitam demum Amphilochii quam damus post Combefisium, descripsit editor ex regio codice n. XCII. qui & de illa hæc habet [15]: „ Ipsa est antiqua Amphilochii vita, non quam Metaphrastes stilo ornavit ac *μεταφράσει* reddidit: quidquid mihi juniori, meque secuto Philippo Labbe obrepsit. „ Et alibi [16]: „ Eamdem vitam habet Aloysius Lipomanus tom. V. & ex eo Surius XXIII. Novembris; majori tamen verborum fluxu, quam habeat laudatus codex regius: eoque fuit Latina versio Græcis componenda, seu potius nova adornanda: nonnullis etiam re ipsa, quamquam minoris momenti, in nostro & quo usus est Lipomani interpres, codice diversis. „

1. *Combef.* not. ad Amphil. pag. 253.
2. *Greg. Naz.* Carm. XXXIII. opp. tom. II. pag. 98.
3. *Balsam.* comment. pagg. 656. & 1082. edit. Paris. 1620.
4. *Tillem.* Memor. eccl. tom. IX. pag. 746. not. VI. *sur S. Amphil.*
5. *Montf.* Bibl. bibl. tom: I. pag. 257. a. & tom. II. pagg. 1050. d. 1053. e. 1331. b.
6. *Zonar.* comment. pag. 415. edit. Paris. 1618.
7. *Montf.* præfat. ad Cosm. Topogr. Christ. cap. I. §. I. pag. II.
8. *Cosm. Indic.* Christ. Topogr. lib. VII. pag. 292.
9. *Montfauc.* præfat. ad Cosm. Christ. Topogr. cap. V. §. X. pag. XVI.
10. *Tillem.* Mem. eccl. tom. IX. pag. 624. seq.
11. *Combef.* Recens. auct. ad Bibl. concion. tom. I. p. 3.
12. *Tillem.* l. c. pag. 747. not. VII. *sur S. Amphil.*
13. *Montf.* Bibl. bibl. pag. 258. c.
14. *Id.* ibid. pag. 702. e.
15. *Combef.* l. c.
16. *Id.* in not. ad Amphil. pag. 279.

CAPUT VII.

DE

S. GREGORIO NYSSENO.

I. Editis jam dudum Gregorii Nysseni operibus, plurima nunc demum fit acceſſio: quod quidem ſuperius de S. Gregorio Nazianzeno differentes præmonuimus. Primum itaque ſancti Patris *Antirrheticum librum adverſus Apollinarem* proferimus, quem ſæculo proxime elapſo ex ſeptingentorum circiter annorum codice Vaticano, Romæ in lucem protulit cum aliis ejuſdem Nyſſeni epiſcopi ſcriptis V. C. Laurentius Alexander Zacagnius [1]. Præclarum hujuſmodi opus vetuſtis eccleſiæ ſcriptoribus memoratum videas, Leontio videlicet Byzantino [2], Joanni Damaſceno [3], Euthymio Zigabeno [4], nec non in Actis ſextæ ſynodi act. x. [5], ut mittamus Nicephorum [6]. Quo vero tempore Antirrheticum ſcripſerit Nyſſenus, haud eſt exploratum. Si editorem audias [7], opus iſtud elucubraverit ſanctus Pater ante Apollinaris obitum, quem circa æræ Chriſtianæ annum CCCLXXX. accidiſſe putant. Nonnullos præterea dicendi modos pluribus explanat idem vir eruditus, qui non admodum exercitatis in Nyſſeni ſcriptis pervolutandis, aliquid negotii faceſſere valeant: ut propterea ipſum hac de re conſulere juverit.

II. Antirrheticum excipiunt *Teſtimonia adverſus Judæos*, quæ Latine tantum ex Laurentii Siſani verſione olim edita fuerant. Ea vero ex duobus Vaticanis codicibus invicem collatis evulgavit idem Zacagnius [8]. De hujuſce operis integritate nonnulli eo nomine dubitarunt, quod ſub ejus finem citetur Chryſoſtomus qui poſt Nyſſeni ætatem claruit, in illud *Joan.* XIX. 34. *ſtatim exivit ſanguis & aqua.* Verum [9] non eſt cur amplius hoc opus Nyſſeno abjudicent, ſi eo tantum argumento nitantur; quum verba illa Chryſoſtomi pannum eſſe huic Nyſſeni operi adſutum, ex Vaticano codice num. MDCCCCVII. plane conſtet.

III. Sequuntur Orationes duæ [10], quarum prior eſt *Homilia* II. *in ſanctum Stephanum protomartyrem*, ex mſ. Vaticano num. CCCCXLVI. deſcripta: ſiquidem Homilia I. jam pridem inter opera Nyſſeniana prodierat. Orationem vero poſteriorem *de Spiritu ſancto*, quæ antea ex Franciſci Zini verſione Latine tantum exſtabat, nactus eſt editor in tribus codicibus Vaticanis, eamque nova interpretatione donavit.

IV. His porro ſubjiciuntur *Epiſtolæ* XXII. quarum quindecim priores hauſit ex codice Vaticano num. CCCCXXIV. laudatus Zacagnius: ſeptem autem poſteriores e vetere libro membranaceo bibliothecæ
A Mediceæ primus in lucem eduxit vulgavitque Florentiæ anno 1731. V. C. Joannes Baptiſta Caracciolus: qui præterea epiſtolas a Zacagnio editas cum eodem codice Mediceo elegantibus litteris exarato contulit, pluribuſque in locis emendavit. Noſtra itaque intereſſe duximus, viri eruditiſſimi adnotata ſingulis ſubjicere epiſtolis, quas propterea multo emendatiores quam in Zacagnii edito exhibemus.

V. *Sermonem*, ſeu potius epiſtolam, *de divinitate ad Evagrium monachum* quæ inter Nazianzeni opera circumfertur [11], cum virorum doctorum ſententiam, tum mſs. codicum veterumque ſcriptorum
B auctoritatem ſecuti, Nyſſeno vindicamus. Nam utrumque Gregorium, librariorum ſive dolo, ſive incuria, ſæpe fuiſſe confuſos haud eſt incompertum. Petavius enimvero vir doctiſſimus locum recitans ex eodem ſermone [12]: „ Vere quidem iſtud, inquit, in Oratione XLV. ſuppoſititius Gregorius. „ Ut enim Gregorii illius Nazianzeni germanam „ eſſe non putem, cogit tum ſtili diſſimilitudo, „ tum pedeſtris illius ac plebejus ſermo, minime„ que Nazianzeni elegantiam & granditatem redo„ lens „. Quid quod neque Nicetas eamdem Orationem tamquam Nazianzeni fetum agnoviſſe videtur, qui eam videlicet in ſuis commentariis prætererit? [13] Quin & Euthymius ex Nyſſeni Sermo-
C ne *πρὸς Εὐάγριον μοναχὸν περὶ θεότητος*, excerpta duo deſcripſiſſe comperitur [14]. His demum accedit codicum mſs. fides, quos laudant Cotelerius [15] & Fabricius [16].

VI. Sequitur *de Anima diſputatio ad Tatianum*. Hanc vero primus edidit Moguntiæ anno 1604. inter opera Gregorii Thaumaturgi Gerardus Voſſius: eamdemque deinceps tamquam adhuc ineditam Pariſiis anno 1697. iterum evulgavit Nicolaus Nourryus [17] ex codice bibliothecæ regiæ, qui *Gregorii* tantum ſine addito nomen præferebat. Hujuſmodi autem opuſculum epiſcopo Neocæſarienſi abjudicant
D eruditi ad unum omnes, ſi Voſſium excipias. Fabricius quidem ejus auctorem Thaumaturgum primo agnoverat [18]: verum mutato deinde conſilio, illud Gregorio Nyſſeno adtribuit [19], licet nullo argumento ſententiam ſuam confirmarit. Exiſtimaverim equidem & ipſe hanc Diſputationem jure optimo Nyſſeno epiſcopo vindicandam: ea utique ratione adductus, quod illam ſanctus antiſtes *Tatiano* inſcripſerit. Nimirum ſanctus Baſilius ad Amphilochium ſcribens, *Tatiani* cujuſdam meminit [20], qui primum presbyter, mox vero epiſcopus Myrenſis concilio CP. interfuit; ejuſque communionem

1. *Zacagn.* Collect. monum. vet. eccl. Gr. pagg. 123 - 287. E
2. *Leont.* lib. de Sect. act. VIII. bibl. PP. Pariſ. 1644. tom. XI. pag. 126
Id. lib. I. contr. Neſtor. & Eutych. tom. I. Theſ. Canil pag. 552.
3. *Jo. Damaſc.* de duab. volunt. §. XXXV. opp. tom. I. pag. 548.
4. *Euthym.* Panopl. part. II. tit. XIII. & XV. bibl. PP. Lugd tom. XIX. pagg. 156. 187.
5. Concil. tom. VII. pag. 822. edit. Ven. -- Labb.
6. *Niceph.* Hiſt. eccl. lib. XI. cap. XIX.
7. *Zacagn.* præfat. § XIX. pag. XIX. ſeqq.
8. *Id.* l. c. pagg. 288 - 299.
9. *Id.* præfat. §. XXXII. pag. XXXVIII.
10. *Id.* l. c. pagg. 330 - 353.
11. *Gr. Naz.* Orat. XLV. opp. tom. I. pagg. 717. ſeqq.
12. *Petav.* Dogm. theol. tom. I. lib. II. cap. VI. §. III.
13. *Gr. Naz.* opp. tom. II. pag. 1265.
14. *Euthym.* Panopl. part. I. tit II. pag. 17. edit. laud.
15. *Cotel.* Monum. eccl. Gr. tom. III. pag. 550.
16. *Fabric* Bibl. tom. VIII. pag. 162.
17. *Nourr.* Appar. ad biblioth. PP. tom. II. pagg. 736 - 740.
18. *Fabric.* Bibl. Gr. tom. V. pag. 253.
19. *Id.* in Delect. argument. cap. II. §. XX. pag. 87.
20. *Baſil.* epiſt. CCXVIII. al. CCCCIII. opp. tom. III. p. 331.

expetebat magnus ille Cæsarienſis epiſcopus; propterea quod ipſum ex iis eſſe ſciebat, qui Valente imperante rectam fidem omni ſtudio profitebantur, ut probe advertit cl. Lequienius [1]. Huic itaque Tatiano diſputationem ſuam de Anima nuncupaverit Nyſſenus, Baſilii germanus frater; & fortaſſe quidem ante quam is eccleſiaſticæ militiæ nomen dederit, quippe Θωμάσιος Ταπανὸς a Nyſſeno appellatur. Temporis enimvero notatio, nomenque viri ejuſque præſtantia, opuſculi auctorem fuiſse Nyſſenum evincere, nedum ſuadere videntur.

VII. Operum Nyſsenianorum ſupplementum claudit *Expoſitio Cantici Canticorum paraphraſtica*, *collecta ex ſanctorum* Gregorii Nyssæ *pontificis*, *Maximi & Nili commentariis*, cum Pſelli στίχοις πολιτικοῖς ἐξηγητικοῖς, ex codice Vaticano eruta & cum Franciſci Zini verſione ſuperiore ſæculo ineunte Pariſiis in lucem emiſsa. De ea videas in primis Suareſium [2], ut Fabricium omittamus [3].

VIII. Jam vero ſupereſt, ut nonnulla de Fragmentis ex operibus ſancti Patris deperditis nunc demum collectis obſervemus.

Primum itaque occurrit ſupplementum textus Orationis *adverſus fornicarios* ex Vaticano codice num. ccccxlv. Græce tantum a Zacagnio editum [4], quod in Appendice operum Nyſseni a Gretſero evulgata deſideratur. Latinam verſionem Galliciolius meus adornavit.

Secundum fragmentum exhibet inſignem locum *de Spiritu ſancto*: deſumtumque eſt ex Nyſseni Sermone in orationem dominicam. De eo pluribus agit docte ſimul & erudite Lequienius [5]; qui præ ceteris, ad rem noſtram hæc habet: „ In nullo, inquit, ejuſdem Doctoris ſermone in dominicam orationem locus iſte compareat: immo neque in Sermone qui in editis cenſetur tertius; in cujus tamen fine de Spiritus ſancti deitate & conſubſtantialitate diſputatur. Verum tamquam a Nyſseno acceptus citatur ab Hugone Etheriano [6] — Quin & ex Euthymio certum fit [7], genuinum eum eſse, tranſſumtumque ex ea ſermonis in orationem dominicam parte, quæ homilia tertia cenſetur. „

Quartum fragmentum ex regio codice 3451. in lucem extulit laudatus Lequienius [8], ubi hoc ſcholion reperit: τοῦ Νύσσης ἐκ τοῦ εἰς τὸν Ἰωσὴφ καὶ τὴν Μαρίαν. *Gregorii Nyſſeni ex oratione in Joſeph & Mariam.*

De quinto autem jam ſuo loco verba fecimus [9]: ubi viri docti cenſuram fragmenti ſinceritatem impugnantis, minime probandam demonſtravimus. Quibus nunc addenda ſancti Joannis Damaſceni auctoritas, fragmentum idem tamquam Nyſſenianum, contra Jacobitas uſurpantis [10].

Nihil porro eſt, cur diutius immoremur in fragmentis recenſendis quæ nobis ſervavit Euthymius ſive ex Nyſseni libro inſcripto *de cognitione Dei*, ſive ex oratione contra Ablabium deſumta, quæque ſub numm. vii. & viii. repræſentamus.

Ceterum ſi quis in poſterum de Nyſsenianis operibus junctim edendis conſilium inierit; præter iſta quæ alibi omiſsa heic protulimus, haud ipſi prætermittendus erit ejuſdem ſancti Patris *Dialogus de anima & reſurrectione*, quem jam diu editum, contulit cum duobus probæ notæ codicibus, & in ſuis *Anecdotis Græcis* evulgavit cl. Wolfius [11].

1. *Lequien.* Or. Chriſt. tom. I. pag. 968.
2. *Suareſ.* ad Nili opuſc. pag. 637.
3. *Fabric.* Bibl. Gr. tom. viii. pag. 162. n. 76.
4. *Zacagn.* Collect. monum. eccl. Gr. pag. 353.
5. *Lequien.* Diſſert. I. Damaſc. §. xlvii. pag. xxii.
6. *Hug. Ether.* lib. I. cap. III.
7. *Euthym.* Panopl. part. II. tit. xii.
8. *Lequien.* ad opp. Damaſc. tom. I. pag. 258. not. 2.
9. Infra pag. 709. not. 2.
10. *Jo. Damaſc.* opp. tom. I. pag. 424.
11. *Wolf.* Anecd. Gr. tom. II. pagg. 274-330. & tom. III. pagg. 1-47.

INDEX

Eorum quæ in PROLEGOMENIS continentur.

INDEX CHRONOLOGICUS
VETERUM PATRUM
ANTIQUORUMQUE SCRIPTORUM
ECCLESIASTICORUM,
QUORUM OPERA IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR.

SÆCULUM IV.

INDEX ALPHABETICUS
VETERUM PATRUM
ANTIQUORUMQUE SCRIPTORUM
ECCLESIASTICORUM,
QUORUM OPERA IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR.

S A N C T I

C Æ S A R I I,

GERMANI FRATRIS BEATI GREGORII THEOLOGI,

D I A L O G I IV.

Interprete JOANNE LEUNCLAVIO:

Nunc primum recogniti, emendati notiſque illuſtrati.

Sæcul. IV.
circa
Ann. Chr.
368.



ΚΑΙΣΑΡΙΟΥ ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΤΟΥ ΘΕΟΛΟΓΟΥ ΟΜΑΙΜΟΝΟΣ,

ΔΙΑΛΟΓΟΙ ΤΕΣΣΑΡΕΣ.

Πεύσεις προσαχθεῖσαι ἀπὸ Κωνσταντίου, Θεοχαρίστου, Ἀνδρέου, Γρηγορίου, Δόμνου, Ἰσιδώρου, Λεοντίου ἐπισκεπτέῳ Καισαρίῳ τῷ ἀδελφῷ τοῦ ἁγίου Γρηγορίου ἐπισκόπου Ναζιανζοῦ, ὁπηνίκα ἐκρατήθη ἐν Κωνσταντινουπόλει διδάσκων ἐπὶ ἔτη εἴκοσι.

ΔΙΑΛΟΓΟΣ Α΄.

CÆSARII, SAPIENTISSIMI VIRI,

FRATRIS SANCTI PATRIS NOSTRI GREGORII THEOLOGI,

DIALOGI IV.

Quibus continentur explicationes quarumdam quæstionum de rebus gravibus, propositarum Cæsario per Constantium, Theocharistum, Andream, Gregorium, Domnum, Isidorum, Leontium: quo tempore Cæsarius a secretis erat, & Constantinopoli docens, xx. totos annos commorabatur.

DIALOGUS PRIMUS.

Πεῦσις α΄.

A

ΟΙ τὴν μεγάλην καὶ εὐρύχωρον διαπλέοντες θάλασσαν, ἕως μὲν ἐξ οὐρίας ἡδέως ποντοποροῦσι, μικρὰ τῶν παρακειμένων φροντίζουσιν· ἐπεὶ δ' ἂν δ' ἐναντίος αὐτοῖς καὶ σφοδρὸς ἀντιπνεύσῃ ἄνεμος τὴν ζάλην διεγείρων, καὶ τὸν θάνατον ἀπειλῶν τοῖς πρὸ ὀλίγου ἀφόβως πλέουσι, τότε δὴ τὸν εὔδιον ἐπιποθοῦσι λιμένα, καὶ πᾶσαν τὴν ἀντικρὺ κειμένην περισκοποῦντες, μηδαμοῦ τι ἐνορμισθῆναι δυνάμενοι, λοιπὸν ἐπὶ τὴν πλησίον, εἰ τύχοι, νῆσον διὰ τῶν πηδαλίων τὴν ὁλκάδα ἰθύνουσι, παντὶ τρόπῳ τὴν σωτηρίαν ἑαυτοῖς πραγματευόμενοι. ταύτῃ δὲ πλησιάσαντες, καὶ ὑπὸ τὴν σκέπην τῶν ἀκρωτηρίων ὑποφυγόντες ἀπευκτοῦ θανάτου περισωθέντες, εὐχαριστηρίους ἀναπέμπουσι φωνὰς τῷ σωτῆρι πάντων Θεῷ· καὶ ἡμεῖς τοίνυν ὦ φιλόπονε πάτερ, τὴν πολύζαλον τοῦ βίου διαπλέοντες θάλασσαν, καὶ τοῖς κύμασι τῶν αἱρέσεων διαφόρως περιαντλούμενοι, καὶ μηδαμοῦ λιμένα λογικὸν εὑρίσκοντες, πρὸς τὴν σὴν ἥκαμεν ἀγάπην· δεόμενοι τὰ περὶ τῆς προσκυνητῆς καὶ ἁγίας τριάδος, καὶ ἑτέρων κεφαλαίων τῆς ἁγίας γραφῆς ἀκοῦσαι ἡμᾶς· ὅπως μὴ πλανώμεθα τοῖς ματαιόφροσιν, ἀλλ' ἐνισχυόμενοι τῇ ὑμῶν κατηχήσει, τοῦ κοσμικοῦ κλύδωνος κατὰ μικρὸν ἀψοφητὶ ἑαυτοὺς ἀπαγάγωμεν, καὶ εἰς τὸν ἀκύμονα Χριστοῦ λιμένα, τὸ ψυχικὸν σκάφος ἡμῶν εἰσελάσαι σπουδάσωμεν, τῇ σῇ μελιρρύτῳ νουθεσίᾳ ἑπόμενοι.

Interrogatio I.

QUi navigant ingens & amplum mare, quam quidem diu secundis auris ex animi sententia vela faciunt, non sunt admodum vicinis de locis soliciti: sed si cooriatur adversus vehemensque ventus, qui tempestate concitata mortem paullo ante secure navigantibus minitetur; tum vero tranquillum aliquem portum offerri sibi magno desiderio expetunt. Itaque postquam oculos omnem ad terram objectam sibi circumtulerunt, ac nusquam appellere se posse vident; quod unum restat, forte proximam aliquam ad insulam clavi adjumento dirigunt navem, ac nulla non ratione saluti suæ consulunt. B Ad eam delati propius, ubi horrendo mortis e periculo servati, se in tutum sub promontoria receperunt; testes grati animi voces ad omnium Servatorem Deum emittunt. Ita nos etiam, Pater optime, qui procellosum vitæ hujus mare trajicimus, absurdarumque opinionum fluctibus multipliciter exhausti, nullum usquam rationis participem portum invenimus, ad benignitatem tuam nos conferimus; utque nos cum de adoranda sacrosanctaque Trinitate, tum aliis sacrarum litterarum capitibus audias, obsecramus: ne cum insipientibus circumveniamur, sed confirmati doctrina, & admonitioni suavissimæ tuæ obsequuti, e mundi hujus tempestate paullatim nosmet taciteque subducamus, & participem animi naviculam nostram in secretum ab omni fluctu Christi C portum agere studeamus.

Ἀπόκρισις.

Πολὺ μὲν ὑπεραναβέβηκε καὶ ὑπερφέρεται τὴν ἐμὴν ἔννοιαν ἡ τῶν θείων γραφῶν ἀκριβεστάτη διήγησις, μήπω καθαρθεῖσαν, μηδὲ τὸ πολυπαθὲς τῆς ὕλης ἀποθεμένην ἱμάτιον. οὔτε γὰρ οὐ δίκαιος δικαίῳ ἀνάκειμαι τῷ Θεῷ, ῥᾳθυμίᾳ κατακείμενος· οὔτε ὡς δημιουργῷ καὶ πάντων καθηγητῇ πρυτάνει πρόσειμι παιδευθῆναι λόγους σωμάτων καὶ κρίσεως καὶ προνοίας· οὔτε δ' ὡς βασιλεῖ καὶ δεσπότῃ ὁ τάλας

Responsio.

Meam vero intelligentiam accurata sacrarum litterarum explicatio longe excedit ac superat: quippe quæ purgata necdum sit, crassæque in nobis materiei multis morbis obnoxiam vestem nondum deposuerit. Nam socordia depressus, ad Deum qui justus est, ipse non justus erigi nequeo: non ipsum accedere mihi fas est, ut de corporeorum & corporis expertium, de judicii, de providentiæ rationibus erudiar: quum & Opifex,

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



παρίσταμαι· γυμνῇ γὰρ κεφαλῇ μέχρι καὶ νῦν ἐκλιπαρεῖν αὐτὸν οὐκ ἰσχύω, τὰ τοῦ κόσμου περιφέρων εἴδωλα· καὶ τῇ ἐκείνου σφαλερᾷ καρηβαρούμενος, καὶ περὶ γῆν ἀρραττόμενος. καὶ συνελόντι φάναι, ὅταν πρὸς τὴν τῶν θείων ἴδω ὑπεροχὴν, αὖθις ἰλιγγιῶ, καὶ κραδαίνομαι, ὥσπερ οἱ ἔκ τινος ὑψηλῆς ἀκρωρείας εἰς ἀχανὲς κατακύπτοντες πέλαγος. ἢ αὖ πάλιν οἱ τὰς ὄψεις πεπληγότες, ἐν σταθηρᾷ μεσημβρίᾳ τοῦ ἡλίου τὸν οὐρανὸν διϊππεύοντος, ἀτενὲς αὐτὸν ἀθρῆσαι πειρώμενοι, ὑπερβολῇ τῶν μαρμαρυγῶν καὶ τῇ ἐκεῖθεν λαμπρότητι ἀμαυρούμενοι τὴν ὅρασιν. δεῖν τοίνυν ᾠήθην τῇ σιγῇ βοηθῷ χρήσασθαι. ἀλλ' ἵνα μὴ τῇ παντελεῖ κωφώσει βασκανίας ὕποπτος ὑμῖν εἰκότως γένωμαι, τὸ εὐπαθὲς καὶ ὑπήκοον τῇ εἰκαίᾳ σιωπῇ διακρουόμενος· τοῦ μὲν θεσπεσίου Δαβὶδ μελῳδοῦντος· πολλὰ ἐποίησας σὺ Κύριε ὁ Θεός μου τὰ θαυμάσιά σου· καὶ τοῖς διαλογισμοῖς σου οὐκ ἔστι τίς ὁμοιωθήσεταί· ἀπήγγειλα καὶ ἐλάλησα, ἐπληθύνθησαν ὑπὲρ ἀριθμόν. καὶ πάλιν, εὐηγγελισάμην δικαιοσύνην ἐν ἐκκλησίᾳ μεγάλῃ· ἰδοὺ τὰ χείλη μου οὐ μὴ κωλύσω κύριε· σὺ ἔγνως. τὴν δικαιοσύνην σου οὐκ ἔκρυψα ἐν τῇ καρδίᾳ μου· τὴν ἀλήθειάν σου καὶ τὸ σωτήριόν σου εἶπα· οὐκ ἔκρυψα τὸ ἔλεός σου καὶ τὴν ἀλήθειάν σου ἀπὸ συναγωγῆς πολλῆς· σὺ δὲ κύριε μὴ μακρύνῃς τοὺς οἰκτιρμούς σου ἀφ' ἡμῶν. τοῦ δὲ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων δι' ἐγγράφου καθολικῆς παρεγγυῶντος ἕτοιμον ὑπάρχειν πρὸς ἀπολογίαν παντὶ τῷ πυθομένῳ περὶ τῆς ἐν ἡμῖν ἐλπίδος· καὶ Παύλου δὲ τοῦ ὑψηλοῦ διαρρήδην βοῶντος, κατ' ἴχνος αὐτοῦ βαίνειν, καὶ Χριστὸν μιμεῖσθαι· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Χριστοῦ θεηγοροῦντος, δωρεὰν εἰληφότας ὁμοίως παρέχειν, καὶ παντὶ σθένει διπλασιάζειν τὰ παρ' αὐτοῦ ἡμῖν ἐπὶ τοῦτο πιστευόμενα θεῖα τάλαντα, μὴ ἐκεῖνα τῇ εἰκαίᾳ σιγῇ οἱονεὶ ἐν χέρσῳ κατορύττοντες, ἅμα τῷ ἐν εὐαγγελίοις πονηρῷ καὶ ὀκνηρῷ οἰκέτῃ εἰς τὸ σκότος ἐκβληθῶμεν τὸ ἐξώτερον. ἐνταῦθα οὖν ἄμεινον τῷ δέει, ἢ τῇ σιγῇ βοηθῷ χρήσασθαι.

Ἀρχὴ γὰρ σοφίας φόβος Κυρίου, φησὶ Δαβὶδ ὁ τῶν θείων μελῳδός. καλὸν γὰρ τὸ σιωπᾷν διακρίσει, καὶ λογισμῷ κρείττονι· καὶ οἱονεὶ κωφὸν καὶ ἐσταυρωμένον ὑπάρχειν τῷ κόσμῳ. ἐναργῆ δὲ καὶ ἀείφθογγον τῶν θείων ὀργάνων. οὕτως γὰρ συμβήσεται ἡμῖν ἡ τῶν θεσπεσίων ἐράσμιος κώφευσις καὶ ἀσίγητος ὁμιλία, ὅταν ἐκλιπαροῦμεν τὸ θεῖον· ἐπὶ μὲν τῶν ψυχοφθόρων βοῶντες· Θοῦ Κύριε φυλακὴν τῷ στόματί μου, καὶ θύραν περιοχῆς περὶ τὰ χείλη μου, καὶ μὴ ἐκκλίνῃς τὴν καρδίαν μου εἰς λόγους πονηρίας· ἐπὶ δὲ τῶν θείων καὶ ζωοποιῶν· Κύριε τὰ χείλη μου ἀνοίξεις, καὶ τὸ στόμα μου ἀναγγελεῖ τὴν αἴνεσίν σου. εἰκότως οὖν αὖθις ἀποδύομαι πρὸς τὰς ὑμῶν πεύσεις, Θεὸν καθηγεμόνα τοῦ λόγου ποιούμενος, καὶ ταῖς ὑμῶν πρὸς αὐτὸν ἱκετείαις ἐπερειδόμενος. ἢ ὡς τοῖς παρ' αὐτῶν σπουδαζομένοις ἐν ταῖς ἁμίλλαις τῶν δρόμων, ἂν καὶ μηδὲν προθυμίας εἰς τὸ τάχος ἐλλίπωσιν, ὅμως τῇ περὶ τὴν νίκην σπουδῇ ἄνωθεν τῶν καθισμάτων καὶ βάθρων ἐπιβοῶσιν ἐξ αὐτῆς σπλαγχνίας αὐτῆς· καὶ τὸν ὀφθαλμὸν τῷ δρόμῳ συμπεριάγοντες, διεγείρουσιν ὡς οἴονται, εἰς ὀξυτέραν ὁρμὴν τὸν ἡνίοχον, ἐπικλαγγάζοντες ἅμα τοῖς ἵπποις· καὶ ἀντὶ μάστιγος τὴν χεῖρα κατ' αὐτῶν παρατείνοντες, καὶ τῷ λιχανῷ δακτύλῳ τοῖς ἐχομένοις παίοντες, καὶ τὴν παρειὰν παρακνώμενοι· πολλάκις δὲ καὶ τῶν ὀδόντων παραθήγουσι, καὶ ἀπειλοῦσι τῷ βλέμματι αὐτανδροι ἐπὶ τοὺς σταδιοδρομοῦντας δια-

A & Dux, & Gubernator sit omnium, non ut cum Rege ac Domino miser ipse versari possum: quippe qui capite nudo hactenus eum compellare audacter nequeo, quum mundi adhuc simulacra circumferam, & corrupta imagine quasi crapula gravatus, ad terram allidar. Ad summam, quoties divinarum rerum sublimitatem intueor, mox vertigine correptus tremo, illorum instar qui de excelso montis vertice in immensum mare prospectant. Vel idem accidit mihi, quod iis qui dum & læsis oculis & puro meridie, sole cælum perequitante, immoto hunc vultu intueri conantur, victi a nimia radiorum copia & orto ab iis splendore, videndi facultatem amittunt. Quapropter equidem existimavi silentii ope mihi utendum esse: B verum ne, si prorsus sim mutus, invidiæ merito meo me insimuletis, quasi qui facilitatem obsequendi vana taciturnitate repellam, quum divinus ille Davides canat: [a] *Multa tu Domine, qui Deus es meus, admiranda fecisti, nemo tibi par esse cogitando potest. Equidem hæc annuntiavi ac protuli: supra omnem numerum amplificata sunt.* Item: [b] *Magno in cœtu justitiam annuntiavi. Ecce labia mea, Domine, non comprimam sicut ipse nosti. Justitiam tuam meo in corde non occultavi: veritatem ac beneficium in salvando me tuum exposui. Misericordiam & veritatem tuam frequente in concilio non celavi. Tu quidem, Domine, miserationem tuam multiplicem nobis diu ne differto.* Itidem quum princeps Apostolus præcipiat [c], ut *ad* C *reddendum rationem ea de spe quam fovemus, ad quemvis de hac re sciscitantem parati simus:* Paullus etiam clarissime clamet [d], esse nobis ipsius vestigiis inhærendum, imitandumque Christum: qui profecto & ipse divinitus præcepit [e], ut quæ *gratis acceperimus*, cum aliis vicissim *gratis communicemus*: omnesque vires in hoc contendamus, ut divina nobis in eum finem ab ipso credita talenta, quo augeantur, duplicemus: ne si vano hæc silentio tamquam in terra defoderimus, una cum pravo illo desideque servo de quo proditum est in Evangeliis [f], ad tenebras extimas abjiciamur: metuendum mihi potius, quam silendum arbitror.

Est enim [g] *sapientiæ principium, Domini timor:* D quemadmodum vates ille rerum divinarum prudens Davides loquitur. Præclarum sane, certo judicio considerateque silere: ac mundo quidem quasi mutum ac crucifixum; in prædicatione vero divinorum operum ad omnes illustrem ac perpetuo vocalem esse. Nimirum & summa cum voluptate muti divinis in rebus erimus, & nihilominus eas absque silentio tractabimus, exorantes divinum numen in iis sane quæ animo perniciem adferunt, his verbis: [h] *Adhibeto, Domine, custodiam ori meo, & circum labia mea quoddam ostium, quo coerceantur: neve cor meum ad sermones pravos deflectere patiaris.* In illis vero, divina quæ sunt, & in quibus vivit animus: [i] *Aperito labia mea Domine, ac laudem tuam os meum* E *annuntiabit.* Quamobrem merito ad interrogationes vestras iterum accingar; sic tamen, ut & Deum orationis nostræ ducem constituam, & vestris ad hunc supplicationibus innitar. Libet enim illos imitari, qui ludos equestres perlubenter spectant. Solent hi cursuum in certaminibus ad eos quos favore suo complectuntur, tametsi ad summam illi celeritatem nihil reliqui faciant, victoriæ tamen studio de sellis gradibusque superioribus quasi toto cum viscerum motu, acclamationibus uti: oculisque una cum cursu circumactis, aurigam (uti quidem arbitrantur ipsi) majorem ad impetum excitant. Quin & equos acclamando cohortantur, proque flagello manum ad eos

a Psalm. XXXIX. 6. b Ibid. ℣℣. 10-12. c I. Pet. III. 15. d Philipp. III. 17. e Matth. X, 8.
f Matth. XXV. 30. g Psalm. CX. 9. h Psalm. CXL. 3. 4. i Psalm. L. 17.

νιστάμενοι, χειρονομοῦντες αὐτοῖς τὰ δοκοῦντα πρὸς A τὸ ἔπαθλον. οὐχ ὅτι συντελεῖ πρὸς τὴν νίκην τὰ δρώμενα, ἀλλ' εὐνοίᾳ τῇ πρὸς τοὺς ἀγωνιζομένους, φωνῇ τε καὶ σχήματι τὸν πρὸς ἐκείνους ἔρωτα διαγράφοντες. ὅπερ καὶ αὐτὸς τῷ πρὸς ὑμᾶς πόθῳ ποιεῖν ἀναγκάζομαι, φίλων ἐμοὶ καὶ ἀδελφῶν τιμιώτατοι, ὠκυπόδως ἐνάρετον διαθέουσι στάδιον, καὶ πρὸς τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως πυκνοῖς τε καὶ κούφοις συντεινομένοις τοῖς ἅλμασι· οὐκ οἰκεῖά τινα ἢ αὐτοσχέδια φράζων, ἀλλ' ὅσα τῶν ἀοιδίμων καὶ μακαρίων πατρῶν τοὺς λειμῶνας ἐπελθὼν τῆς ἐκείνων ῥοδωνίας συνήγαγον· ὧν τὰ ῥόδα τῷ ἐκ πλευρᾶς ὕδατι τοῦ Θεοῦ καὶ λόγου σαρκωθέντος ἄρδεται, καὶ τῷ ξὺν ἐκεῖθεν αἵματι ἐρυθραίνεται· οἳ κόσμον ὅλον εὐωδιάζονται λάμποντες B καὶ δαδουχοῦντες ὑπὲρ τοὺς φωστῆρας τοῦ στερεώματος, λόγον ζωῆς ἐπέχοντες· ὧν οὐδέποτε ἡ θρυαλλὶς πίπτει, οὐδὲ ὁ λύχνος συντρίβεται, οὐ δαπανᾶται τὸ ἔλαιον, ἡ λυχνία οὐ σείεται, ὁ πυρσὸς οὐ μαραίνεται. ῥάβδον δὲ σταυρὸν περιφέρουσι, καὶ πήραν τὰ εὐαγγέλια, καὶ τὴν ἀγάπην καλαύροπά τε καὶ σύριγγα. ἐν αὐτοῖς τὸ λογικὸν ποίμνιον τοῦ Χριστοῦ νέμοντες. πύθεσθε οὖν ἀξιάγαστοι περὶ ὧν ἥκατε, τὰ θεῖα ἐκείνων σπέρματα παρὰ τῆς ἐμῆς ἀσθενείας ἀμώμενοι.

protendunt, & indice digito proximos ſibi feriunt. Neque malas tantum fricant, ſed nonnumquam & dentem exacuunt, & vultu minantur, & totos ſe ad ſtadii curſores erigunt, digitiſque geſticulando quæ facere ſibi ad conſequendum præmium videantur, indicant. Atque hæc non eo faciunt, quod ad victoriam quidquam momenti adferant: ſed ſuam erga illos qui decertant, benevolentiam amoremque tam voce quam geſtu exprimunt. Idem ut & ipſe faciam, amici ac fratres, quos equidem maxime ſuſpicio, meum me ſtudium erga vos cogit. Nam apud vos qui agiliter virtutis ſtadium percurritis, & ad ſupernæ vocationis præmium crebris & expeditis ſaltibus contenditis, non quædam proprie mea leviaque proferam: ſed quæcumque clarorum beatorumque patrum prata peragrans, de illorum roſeto collegi. Quorum roſæ aqua latere Dei ac Verbi, qui carnem adſumſit, manante rigantur: & ab jugi ſanguinis indidem orti rivo, rubro colore tinguntur, totumque mundum ſuavi odoris fragrantia replent. Qui & ſplendore ſuo firmamenti luminaria vincunt, & vitæ ſermonem continent. Quorum ellychnium numquam decidit, & lucerna non comminuitur, & oleum non abſumitur, & lampas non quaſſatur, & flamma non extinguitur. Nam crucem geſtant pro virga, Evangelia pro pera, caritatem pro pedo ac fiſtula, quibus omnibus Chriſti gregem rationis participem paſcunt. Quamobrem, viri optimi, ſic ea proponite, de quibus percunctatum acceſſiſtis, ut qui divina horum ſemina meſſuri ex me, homine ceteroqui vili, ſitis.

Πεῦσις β'.

C

Ἐπεὶ δή τινας ἀλόγους καὶ βλασφήμους φωνὰς παρ' ἐνίων ἀκούομεν, περὶ τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ πνεύματος, λεγόντων, κτιστὸν μὲν εἶναι τὸν υἱὸν καὶ τῷ πατρὶ ἀνόμοιον· τὸ δὲ πνεῦμα ἐν ὑπηρέτου καὶ ἀποστόλου τάξει τετάχθαι. καὶ ὅτι ἀλογωτέρας καὶ ταπεινοτέρας τὰς περὶ αὐτῶν δόξας διαλαμβανόντων, ἀξιοῦμέν σου τὴν φιλότεκνον ἀγάπην δι' ἐπιτόμου ῥηθῆναι ἡμῖν ὡς ἔχει τὰ περὶ τῆς θείας καὶ προσκυνητῆς τριάδος.

INTERROGATIO II.

Quando igitur ex nonnullis voces quaſdam abhorrentes a ratione & exſecrandas audimus, qui & de unigena Dei Filio & de Spiritu ſancto adſerunt, illum quidem creatum, Patrique diſſimilem: hunc vero miniſtri loco ac conditione eſſe, nonnullas etiam his abſurdiores abjectioreſque de utroque commenti opiniones: per eam te caritatem obſecramus, qua nos ut liberos tuos complecteris, ut quid de divina & adoranda Trinitate ſit ſtatuendum, breviter nobis exponas.

Ἀπόκρισις.

D

Πᾶσα δόσις ἀγαθὴ, καὶ πᾶν δώρημα τέλειον ἄνωθέν ἐστι, καταβαῖνον ἀπὸ τοῦ πατρὸς τῶν φώτων, φησὶν ὁ θεῖος Ἰάκωβος. ἀλλ' ἐρεῖς εἰκότως, ποίων ἄρα φώτων; κυρίως μὲν καὶ πρώτως ἀληθινὸν φῶς ὁ πατὴρ, καθώς φησιν Ἰωάννης ὁ θεολόγος· καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ ἐπαγγελία ἣν ἠκούσαμεν ἀπ' αὐτοῦ, δηλονότι τοῦ υἱοῦ, καὶ ἀναγγέλομεν ὑμῖν, ὅτι ὁ Θεὸς φῶς ἐστιν, καὶ σκοτεία οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ οὐδεμία. φῶς δὲ καὶ ὁ υἱὸς, καθὼς ὁ αὐτός φησιν· ἦν γὰρ τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον. αὐτὸ δὲ τὸ ἄϋλον καὶ ἀνύκτερον φῶς, τὸ πάσης νοερᾶς τε καὶ λογικῆς φύσεως φωτιστικὸν ἐν εὐαγγελίοις φησίν· ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου· φῶς δ' ὑπάρχειν καὶ E τὸ θεῖον πνεῦμά φημι, συνᾴδων τῷ θεσπεσίῳ Δαβίδ· ἐν τῷ φωτί σου ὀψόμεθα φῶς. ἐν γὰρ τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ, ὁρῶμεν τὸν υἱὸν καὶ Θεόν· ἐν δὲ τῷ υἱῷ, τὸν πατέρα· ἐν ἀμφοῖν δὲ τὸ πνεῦμα, καθὼς φησιν ὁ υἱὸς, ὁ πατὴρ ἐν ἐμοὶ, κἀγὼ ἐν τῷ πατρί. καὶ ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα. περὶ δὲ τοῦ πνεύματός φησι, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας τὸ ἐκ πατρὸς ἐκπορευόμενον. ἐν φωτὶ οὖν τῷ πατρὶ, φῶς τὸν αὐτοῦ παῖδα καὶ λόγον ὁρῶμεν. καὶ ἐν φωτὶ τῷ υἱῷ, φῶς τὸ πνεῦμα ὁρῶμεν· εἰκότως οὖν νοείσθω, τρία ἐν ἀλλήλοις φῶ-

RESPONSIO.

Omne bonum donum, munus omne perfectum de ſupernis oritur, & a luminum patre deſcendit, quemadmodum divinus vir Jacobus inquit [a]. At qualiumnam, non immerito quæſiveris, luminum? Nimirum & proprium, & princeps, & verum lumen eſt ipſe Pater, ſicut Joannes ille cognomento Theologus his verbis ſcripſit: [b] *Hæc eſt illa annuntiatio, quam noſmet ex ipſo* (filio ſcilicet) *audivimus: Deum eſſe lumen, & caliginem in ipſo nullam eſſe*. Deinde Filius quoque lumen eſt, ſicut idem Joannes ait: [c] *Erat is lumen verum, quod venientem in hunc mundum* omnem hominem illuminat. Quin & ipſum hoc ab omni craſſa materie caligineque ſecretum lumen, quod omnem naturam intelligentia præditam ac rationis participem illuminat, in Evangeliis inquit: [d] *Ego ſum mundi lumen*. Sanctum etiam Spiritum lumen eſſe, divino Davidi adſentiens ajo: [e] *In lumine* (ait) *tuo lumen videbimus*. Nam in Deo ac patre filium & ipſum Deum, atque in filio patrem: Spiritum autem in utroque cernimus, quemadmodum filius ait: [f] *Pater in me eſt, & ego in patre. Qui vidit me, patrem vidit*. De Spiritu vero inquit: [g] *Spiritus veritatis, qui de patre procedit*. Itaque in lumine, quod eſt pater, lumen aliud, nimirum ipſius Verbum ac filium cernimus: & in lumine quod eſt filius, lumen Spiritum

a Jac. I. 17. b I. Joan. I. 5. c Joan. I. 9. d Joan. VIII. 12. e Pſalm. XXXV. 10. f Joan. XIV. 9. 10. g Joan. XV. 26.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

τα, ἀσυναλείπτως καὶ ἀχωρίστως ἡνωμένα. ἀλλ' A ὁ μὲν ἐπὶ πάντων Θεὸς, καὶ πατὴρ ὁ παντοκράτωρ οὐ γεννητὸς, οὐκ αἰτιατὸς ὑπάρχει. γεννήτωρ δὲ καὶ αἴτιος τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ ὡς πηγὴ ποταμοῦ, ὡς ἀκτῖνος ἥλιος, ὡς φλογὸς τὸ πῦρ· αἴτια μὲν, οὐ προγενεστέρα δέ. ὁμοίως καὶ τὰ ἐξ αὐτῶν αἴτια μὲν, οὐ μεταγενέστερα δέ. οὕτως καὶ ὁ υἱός· ἐξ αἰτίου καὶ γεννήτορος τοῦ πατρὸς ἀϊδίως ἀφράστως γεννηθεὶς, οὐ μεταγενέστερος δὲ χρόνῳ, οὐκ ἐλάσσων δυνάμει, οὐκ ἀνόμοιος δόξῃ ἀεὶ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ἐκ τοῦ πατρὸς, καὶ σὺν τῷ πατρὶ ὢν, ἀσυναλείπτως, ἀχωρίστως, ἀμεταβλήτως ξυνὼν τῷ γεννήτορι.

videmus. Quamobrem ratione consentanea tria in se ipsis lumina intelligantur, omni sine tam confusione quam separatione unita. Extra quam quod omnipotens ille Deus ac Pater, qui supra universa est, non est genitus, non ortus ab alio, tamquam caussa. Genitor autem & caussa ipsius filii sicut fons fluminis, sicut sol radii, sicut ignis flammæ: Horum ergo sicut sunt illa quidem caussæ, non tamen hæc ortu præcedunt: sic filius est quidem is a Patre, tamquam a caussa & genitore, ab æterno ineffabiliter genitus: non tamen tempore posterior, non inferior potestate, non inæqualis majestate. Nimirum semper & in patre, & ex patre, & cum patre exsistit, eique sine confusione, sine separatione, sine immutatione adest.

B

Πεῦσις γ'.

Καὶ πῶς ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθεὶς καὶ ἐξελθὼν, σὺν τῷ πατρὶ καὶ ἐν τῷ πατρὶ δύναται εἶναι. τὸ γὰρ ἅπαξ γεννηθὲν καὶ προελθὸν τοῦ ἔχοντος, πῶς πάλιν ἐν τῷ γεννήσαντι ἔσται;

INTERROGATIO III.

Et quei potest is qui ex patre genitus est, & exiit, cum patre & in patre exsistere? Nam quod semel est genitum, atque ab eo quo continebatur, exiit, quo pacto rursum erit in gignente?

Ἀπόκρισις.

Ἀλλ' οὐκ ἶσα βροτοῖς κατὰ ῥεῦσιν ἢ τομὴν, ἢ διάστασιν, ὁ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ πατρὸς προῆλθον, ἀλλ' ὡς ἐκ κρήνης ποταμοὶ, ἐξ αὐτῆς καὶ ἐν αὐτῇ καὶ σὺν αὐτῇ ὄντες· καὶ ὡς ἐκ τοῦ ἡλίου αἱ μαρμαρυγαὶ, ἐν αὐτῷ καὶ σὺν αὐτῷ καὶ ἐξ αὐ- C τοῦ· καὶ ὡς ἡ φλὸξ καὶ τὸ φῶς, ἐκ τοῦ πυρὸς καὶ σὺν αὐτῷ καὶ ἐξ αὐτοῦ. ἀμυδροῖς μὲν, ἐοικόσι δὲ, τῇ εἰκόνι χρησάμενος ἔφην. τοίνυν ἐν τῷ πατρὶ ὢν ἐξῆλθεν, καὶ σὺν τῷ πατρὶ ὑπάρχει, καὶ ἔσται εἰς τοὺς αἰῶνας· καθὼς αὐτός φησιν· ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί· τὸ ταυτὸν τῆς οὐσίας καὶ τὸ ἀπαράλλακτον τῆς θεότητος καὶ ἰσοσθενὲς ἐκ τούτων δηλῶν. καὶ πάλιν· ἐγὼ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐξῆλθον καὶ ἐλήλυθα εἰς τὸν κόσμον· τὸ ἑτεροῖον καὶ ἰδιάζον τοῦ προσώπου παριστῶν. τὸ δὲ θεῖον καὶ πανάγιον πνεῦμα, οὐ γεννητὸν μὲν, ἐκπορευτὸν δὲ, καὶ αἰτιατὸν ἐξ αἰτίου τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον. ἀλλὰ καὶ Δαβὶδ, ὁ τῆς θείας τριάδος ἐξηγητὴς, τῷ λόγῳ Κυρίου φησὶν οἱ οὐρανοὶ D ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν. Ζαχαρίας δὲ τούτοις συμφωνῶν· ἰσχυέτωσαν, φησιν, αἱ χεῖρες Ζοροβάβελ, καὶ αἱ χεῖρες Ἰωσεδὲκ τοῦ ἱερέως, καὶ αἱ χεῖρες τοῦ λαοῦ· διότι ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι, καὶ ὁ λόγος μου, καὶ τὸ πνεῦμά μου, λέγει Κύριος παντοκράτωρ. ἀγέννητος οὖν ὁ πατὴρ, γεννητὸς ὁ υἱὸς, ἐκπορευτὸν τὸ πνεῦμα, ἐν ἀλλήλοις φῶτα· μήτε συναλειφόμενοι, ὁμόφωτοι, ἀείφωτοι, ἀδιαιρέτως χωριζόμενοι ταῖς ὑποστάσεσιν ἤτε προσώποις, καὶ ἀσυναλείπτως ἑνούμενοι τῇ ὑπερουσίῳ οὐσίᾳ, καὶ ὑπὲρ νοῦν συναφείᾳ, καὶ διαστάσει ἀδιαστάτως. καὶ οὔτε αἱ τρεῖς ὑποστάσεις εἰς τοσαύτας φύσεις τέμνουσι τὴν μίαν τῆς θεότητος οὐσίαν, οὔτε ἡ μία οὐ- E σία εἰς ἓν πρόσωπον καὶ μίαν ὑπόστασιν συνελείφθη, καὶ συναιρεῖται τὴν τρίστομον καὶ τριταέννaον κρήνην τῆς θεότητος. φῶς τοίνυν ὁ πατὴρ, φῶς ὁ υἱὸς, φῶς τὸ θεῖον πνεῦμα· ἀλλ' οἱ τρεῖς, ἓν ὑπάρχουσιν φῶς, ὑπὲρ χρόνον προαιώνιον, ἄναρχον, τριπρόσωπον, τριυπόστατον, τριδέσποτον, τρίθρονον, τριλαμπὲς, τριαυγὲς, ἰσολαμπὲς, ἀναλλοίωτον, ἀμείωτον, ἀνύκτερον, ἀχείρωτον, ἀλώβητον, μία οὐσία, μία συσθένεια, μία δύναμις, μία βασιλεία, μία θεότης, ἓν θέλημα, δρᾶμα καὶ πρόσταγμα· πᾶσα ἑνότης καὶ ἰσότης καὶ ταυτότης ἐν τριάδι, πλὴν ἀγεννησίας καὶ γεννήσεως, καὶ ἐκπορεύσεως, ἑκάστης ὑποστάσεως ἰδιαζόντως οὐ-

RESPONSIO.

Nimirum filius ac spiritus non hominum more per fluxionem sectionemve, aut dimensionem ex patre prodierunt: sed ut ex fonte flumina, quæ quidem ex eo & in eo cum eo sunt: ut ex sole radii qui in eo, C & cum eo, & ex eo sunt: ut flamma & lux de igne, cum igne, in igne exsistunt. His enim rebus equidem usus hæc declaravi, obscure sane rem explicantibus, sed ab imagine tamen non prorsus abhorrentibus. Filius ergo qui est in patre, de eodem prodiit, & cum patre exsistit, & infinitis sæculis erit, quemadmodum ipse inquit: [a] *Ego in patre sum, & pater est in me.* Quibus verbis & eamdem utriusque naturam sive essentiam, & nulla ex parte diversam utriusque divinitatem, & parem denique potestatem esse significat. Rursus quum ait: [b] *Ego de patre sum egressus, atque in mundum veni*: diversitatem proprietatemque personæ demonstrat. Porro divinus sanctissimusque Spiritus non ille quidem est genitus, sed procedit: atque eo ipso D quod de patre procedit, a patre tamquam caussa oritur. Davides quidem, sacrosanctæ Trinitatis enarrator: [c] *Domini sermone*, inquit, *constabiliti sunt cæli, & spiritu oris ipsius omnis cælestis exercitus.* Quibus & illa Zachariæ verba sunt consentanea: [d] *Robustæ sint Zorobabeli & Josedeci sacerdotis, & populi manus, quoniam ego vobiscum sum, & Verbum meum, & Spiritus meus. Hæc Domini omnipotentis verba sunt.* Pater igitur non est genitus, Filius genitus, Spiritus procedit; quæ tria sunt in se ipsis lumina. Non confunduntur, lucent eodem lumine, lucent æternum, indivise per hypostases sive personas distinguuntur, & sine confusione sunt unum essentia supernaturali, & conjunctione mentis vim superante, & E distantia nullam dimensionem admittente. Atque tres hypostases deitatis unam essentiam in totidem naturas non dividunt: ita unitas essentiæ fontem illum deitatis tribus ostiis æternum fluentem, in unam sive personam sive hypostasin neque commiscet neque contrahit. Ergo & Pater lumen est, & Filius est lumen, & Spiritus itidem sanctus: & nihilo tamen minus hi tres unum lumen exsistunt, quod est supra omne tempus, & ante sæcula, & expers principii, & personas tres habet, & tres hypostases, & tres Dominos, & thronos tres, & trinam lucem, & trinum splendorem, & lucis æqualitatem; immutabile, nulli obnoxium diminutioni, caliginis expers, invictum, interitui minime subjectum; una essentia, potestas

a Joan. xv. 10. *b* Joan. xvi. 28. *c* Psalm. xxxii. 6. *d* Zach. iv. 6. 9.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

σης ϗ ἐσομένης, οὐκ ἀρξαμένης, οὐ παυσαμένης, A ἀλλ' ἀεὶ ὡσαύτως ἐχούσης ϗ ἀμεταβλήτου μενούσης. ἀεὶ γὰρ ὑπῆρχεν ὁ Θεὸς ϗ πατήρ· ἀεὶ ὢν πατὴρ παιδὸς μονογενοῦς, αὐδῆς ἐνυποστάτου, πάντα δρώσης, ἀεὶ ξυνόντος αὐτοῖς τοῦ θείου πνεύματος, καὶ συμπροσκυνουμένου παρὰ πάσης νοερᾶς τε καὶ λογικῆς φύσεως. οὐ πρόγονός τις ἐξ αὐτῶν οὐδ' ἐπίγονος, οὐκ αὔξων, οὐ λήγων κατὰ τὸ αἰσθητὸν φῶς, ἢ τὰς ὑπερκοσμίους δυνάμεις. αἱ ταυτὸν μὲν τῇ οὐσίᾳ πᾶσαι ὑπάρχουσαι (ὁμοίως ϗ αἱ λογικαὶ βροτῶν ψυχαὶ, ταυτὸν ὑπάρχουσαι τῇ οὐσίᾳ πᾶσαι.) αἱ μὲν τυγχάνουσι τάξει, αἱ δὲ στάσει, ἕτεραι δὲ, παραστάσει, ϗ λειτουργίᾳ, ἐπιβολαῖς ϗ μεταβολαῖς ϗ μετατροπαῖς, αὐθαιρέτως πρὸς τὸ χεῖρον ἢ κρεῖττον ῥέπουσαι, οὐκ ἀνάγκῃ δὲ φυσικῇ ἐκ- B πίπτουσαι κατὰ τὸ μεῖζον ϗ ἧττον· ἐν τούτοις τὸ διάφορον ἔχουσαι τῆς ὑπεροχῆς. φῶς δὲ ϗ ὁ βροτὸς προσαγορεύεται, φῶς ϗ ὁ ἥλιος ϗ ἡ σελήνη καλεῖται· φῶς ϗ ἡ ποικίλη τῶν ἄστρων χορεία κατωνόμασται. ἀλλὰ τῶν εἰρημένων πλείστων ὑλικῶν ϗ διαφόρων φώτων, πολυμερῶς ϗ πολυτρόπως ποιητὴς ϗ δημιουργὸς ὑπάρχει τὸ ἀληθινὸν ϗ ἄϋλον φῶς, ὁ ἐπὶ πάντων Θεὸς ϗ πατὴρ, σὺν τῷ μονογενεῖ αὐτοῦ παιδὶ ϗ θείῳ πνεύματι· ὁ ἀσώματος, ὁ ἀόρατος, ὁ ὑπερούσιος ϗ ὑπεράγνωστος, ὁ τοῦ μὲν υἱοῦ γεννήτωρ, τοῦ δὲ πνεύματος προβολεὺς, κατὰ φύσιν ἀφάτως, ἀχρόνως, πρὸ τῶν αἰώνων. οὐ γὰρ πρόγονον ἢ ἐπίγονον, οὐ προϋπάρχον ἢ ἐπείσακτόν τι ἐν τῇ θείᾳ C τριάδι, οὐ προαιώνιον, οὐ τήμερον, οὐκ ἐπέκεινα. τρία γὰρ ὑπάρχει ἀεὶ, τρία συνάγια, τρία ξυνάναρχα, τρία ἔμπρακτα, τρία σύμπρακτα, τρία ἔμμορφα, τρία σύμμορφα, τρία ἐνεργὰ, τρία συνεργὰ, τρία ἐνυπόστατα, τρία συνυπόστατα, οὐ μεταβαλλόμενα ϗ μεταχωροῦντα, ἢ μιγνύμενα εἰς ἄλληλα. ἀεὶ γὰρ ὁ πατὴρ, ϗ μόνον πατὴρ, οὐχὶ ϗ υἱός· ἀεὶ υἱὸς ὁ υἱὸς, ϗ μόνον υἱός· οὐχὶ δὲ ϗ ὁ πατήρ. ὁμοίως δὲ ϗ τὸ θεῖον πνεῦμα, οὔτε πατήρ ἐστιν, οὔτε υἱός· ἀλλ' ἐκπορευτὸν ἀναλλοιώτως. ἀμεταβλήτως ἔχουσιν ἀεὶ τὸ ἑστὼς ϗ ἰδιάζον ϗ ὑπερτέλειον, κατὰ τὴν οἰκείαν ἕκαστος ὑπόστασιν· πατὴρ ϗ υἱὸς ϗ ἅγιον πνεῦμα τριὰς ἐν μονάδι ἔστι τε ϗ νοεῖται, ϗ ὁμο- D λογεῖται ϗ προσκυνεῖται, παρὰ τῶν ἐν ἀληθείᾳ ϗ οὐ σχήματι ϗ βλασφημίᾳ προσκυνούντων· ὡς Ἄρειος, διαιρῶν ϗ ζυγοστατῶν, μεῖζον ϗ ἧττον ἐν τῇ θείᾳ τριάδι φανταζόμενος, ἢ ὡς Σαβέλλιος συναλείφων ϗ συγχέων, υἱοπατορίαν μεμηνότως παιδεύων. ἰσοσθενὴς τοίνυν ἡ θεία τριὰς, ἰσοκλεὴς, ἰσομεγέθης, μᾶλλον δὲ ὑπερκλεὴς, ὑπερμεγέθης, ϗ πάσης καταλήψεως ὑπερτέρα, ἐν μιᾷ θεότητι ϗ βασιλείᾳ, ϗ ῥώμῃ ϗ αὐθεντίᾳ, πάντα ἐκ μηδενὸς ὑποκειμένου φυσιουργήσασα, τὸ δ' ὅπως, ἐκείνην τὴν ἀκρίβειαν καταλείψωμεν· οὐδεὶς γὰρ οἶδε τὸν πατέρα, εἰ μὴ ὁ υἱὸς, οὐδὲ τὸν υἱόν τις ἐπίσταται, εἰ μὴ ὁ πατήρ. ἀποκαλύπτει δὲ βροτοῖς ἐκείνους τὸ θεῖον πνεῦμα. οὐκοῦν ταῦτα E τρία ὄντα, οὐκ αὔξοντα, οὐ λήγοντα, οὐ κορυφούμενα, οὐ συναγόμενα, ἐξ αὐτοῦ ἢ παρ' αὐτοῦ ἢ πρὸς αὐτὸν ἕκαστα ἀξίως νοούμενα, ϗ ὀρθῶς πιστευόμενα. καθὼς ἑαυτὰ ἀποκαλύπτει φῶς, πῦρ, πνεῦμα, ϗ ἑτέραις οἶμαι ὁράσεων παραβολαῖς ϗ ὁμοιώσεσι, καθὼς ἄξιος φανείη τοῖς θείοις διακονούμενος.

A una, una gloria, unum regnum, una divinitas, una voluntas, actus, imperium. Denique non niſi unitas, æqualitas, identitas eſt in Trinitate, extra proprietatem ingeniti, & geniti, & procedentis: unaquaque hypoſtaſi ſingillatim & exſiſtente, & exſtitura: non aliquando orta, non deſinente, ſed eodem ſe modo ſemper habente, ac manente citra mutationem omnem. Semper enim exſtitit Deus ac pater, qui quidem ſemper eſt pater unigenæ filii, Verbi ſubſiſtentis, a quo facta ſunt univerſa, quibus & divus ille ſpiritus ſemper adeſt, unaque cum ipſis ab omnibus intelligentia rationeque præditis creatis adoratur. Nemo in his vel prior eſt natu, vel poſterior: non accreſcit, non imminuitur inſtar luminis, quod ſub ſenſum cadit, B vel inſtar earum, quæ ſupra mundum ſunt, copiarum. Quæ quum univerſæ natura ſua idem exſiſtant, (quemadmodum & animi hominum rationis participes idem natura ſua ſunt omnes) partim tamen ordine, partim ſtatione, partim adſiſtendi miniſtrandique munere differunt, ac per incrementa & mutationes & converſiones, libero animi conſilio vel in melius vel deterius propendentes, non aliqua naturali neceſſitate magis minuſve degenerant, excellentibus aliis alias ſecundum ea, quæ indicavimus, diſcrimina. Quin & homini luminis appellatio tribuitur, & ſoli, & lunæ, & vario reliquorum ſiderum choro: quorum tamen maximo numero luminum, de materie conſtantium, multiſque partibus ac modis inter ſe diverſorum auctor eſt & C opifex verum illud & expers materiei lumen, nimirum Deus & pater, qui eſt ſupra omnia, cum unigena filio ſuo, divinoque ſpiritu, incorporeus, ſub adſpectum non cadens, omni & natura & cognitione ſuperior: Qui filium genuit, & ſpiritum produxit ratione ſecundum naturam ineffabili, ſine ullo tempore, ante ſæcula. Non enim quidquam vel majus vel minus natu, non quidquam prius exſiſtens adventitiumve divina in Trinitate vel ante ſæcula fuit, vel eſt hodie, vel deinceps erit. Nimirum tria ſemper exſiſtunt, tria ſunt ejuſdem ſanctitatis, tria ſimul expertia principii, tria agentia, tria ſimul agentia, in eadem forma, tria conformia, tria efficacia, tria effectionibus conjuncta, tria ſubſiſtentia, tria ſi- D mul ſubſiſtentia, quæ non mutantur, neque tranſeunt, neque miſcentur inter ſe ſe. Nam ſemper exſiſtit pater, & quidem ſolummodo pater eſt, non etiam filius: ſemper exſiſtit filius, & quidem ſolummodo filius eſt, non etiam pater: ſimiliterque divinus ille ſpiritus nec pater eſt, nec filius: ſed omni ſine mutatione procedit: ſemper habent id, quod ſingulis eſt peculiare, perfectione ſumma, pro ſua unuſquiſque hypoſtaſi. Nimirum pater, filius, ſpiritus ſanctus, in unitate Trinitas & eſt, & intelligitur, & profitendo perhibetur, & adoratur ab iis qui vere, non ſpeciei cauſſa, vel blaſpheme adorant: ut Arius qui & Dei naturam diſtrahit, & ad trutinam revocat, & majus ac minus divina in Trinitate imaginatur: E vel ut Sabellius, qui eamdem commiſcet ac confundit, & υἱοπατορίαν, hoc eſt, patris filiique confuſionem ſingulari furore docet. Quapropter ſtatuamus Trinitatem parem potentia, gloria, amplitudine, vel potius ſumma cum gloria & amplitudine, omnem animi perceptionem ſuperantem; idque in una divina natura, regno, robore, libera poteſtate, quæ univerſam rerum naturam de nulla materie ſubjecta fabricata ſit. Quomodo autem hæc ſe ſe habeant; id vero accurate perveſtigare ſuperſedeamus. Nam [a] *nemo novit patrem niſi filius, neque filium quis novit niſi pater*. Mortalibus autem eos divus ille ſpiritus patefacit. Atque in hunc modum hæc tria ſic exſiſtunt, ut nec accreſcant, nec minuantur, nec altius inſurgant, nec contrahantur: & ſingula ex ſe, vel a ſe, vel ad ſe, ratione ipſis conſentanea, tam intelligantur quam credantur. Quemadmodum ſe ipſa patefaciunt lumen, ignis, ſpiritus. Quin & per alias, ut equidem arbitror, viſionum comparationes ac ſimilitudines patefiunt, prout dignus is habitus fuerit, qui divinas res tractat.

[a] Matth. xi. 27.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

A

Πεῦσις δ'.

Καὶ πῶς Μωϋσῆς γράφει, Κύριος ὁ Θεός σου, Κύριος εἷς ἐστιν; ἐν δὲ τῇ ᾠδῇ, ἡ Αννα, ὅτι οὐκ ἔστιν ἅγιος ὡς ὁ Κύριος, καὶ οὐκ ἔστι δίκαιος ὡς ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐκ ἔστιν ἅγιος πλὴν σου; αὐτὸς δὲ ὁ Χριστὸς λέγει, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθῆ Θεὸν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ιησοῦν Χριστόν· καὶ οὐκ εἶπε Θεόν.

INTERROGATIO IV.

At enim quei Moyses scribit, [a] *Deus ille tuus, unus est Dominus?* Et id Annæ hymno dicitur: [b] *Non est quisquam sanctus, ut Dominus: non est quisquam justus, ut Deus noster: non est quisquam sanctus extra te.* Quin & ipse Christus ait: [c] *Ut cognoscant te* solum verum Deum, & quem misisti Jesum Christum. Non inquit, (Jesum) Deum.

Ἀπόκρισις.

Ἀλλ' οὐχ ὑπεξάγων ἑαυτὸν τῆς θεότητος ὁ Χριστὸς, τοιά δέ φησιν, εἰς μοναρχίαν δὲ καὶ θεογνωσίαν ἀνάγων ἡμᾶς μᾶλλον, ἵνα μηκέτι ὦμεν τοῖς στοιχείοις τοῦ κόσμου ἱκετεύοντες, καὶ ἀντὶ Θεοῦ τοῖς συνδούλοις λατρεύοντες, καὶ εἰς πολυθείαν εἰδώλων ὑποφερόμενοι. φησὶ γοῦν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ιησοῦν Χριστόν. τίνα τοῦτον, ἀλλ' ἢ Θεὸν, καθώς φησιν, ὁ Ιωάννης, ὁ μονογενὴς υἱὸς, ὁ ὢν ἐν τοῖς κόλποις τοῦ πατρὸς, ἐκεῖνος ἐξηγήσατο. συμφώνως δὲ τούτοις Παῦλος γράφων περὶ Χριστοῦ, ὧν οἱ πατέρες, καὶ ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεός.

RESPONSIO.

Enimvero Christus his verbis a deitate se ipsum

B non eximit: sed potius ad unius rerum principis ac Dei nos agnitionem in sublime ducit, ne mundi elementis amplius suppliciter addicti simus, ac Dei loco nostris conservis cultum divinum exhibentes, ad deorum multitudinem exorbitemus. Idcirco quum ait, *Et quem misisti Jesum Christum*: quemnam hunc esse dicit, nisi Deum? sicut & Joannes inquit: [d] *Unigenitus filius qui est in sinu patris, ipse enarravit.* Quibus sunt consentanea, quæ Paullus de Christo scripsit: [e] *Quorum patres, & ex quibus Christus secundum carnem, qui est Deus super omnia.*

Πεῦσις ε'.

Εἰ οὖν ἴσος τῷ πατρὶ ὁ υἱὸς, διατί μὴ προσκυνεῖται τοῖς Ιωάννου καὶ Παύλου γράμμασιν, ὡς ἐπὶ τοῦ πατρὸς τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν;

INTERROGATIO V.

C Si ergo patri æqualis est filius, cur in Joannis & Paulli monumentis litterarum non adorationis eo cultu adficitur, quo pater, cui veri Dei appellationem illi tribuunt?

Ἀπόκρισις.

Ἀρ' οὖν οἷος ὑπάρχεις ὑποσπάσασθαι τὴν καθολικὴν Ιωάννου ἐπιστολὴν, πρὸς τῷ τέλει βοῶσαν, ὅτι Ιησοῦς ὁ Χριστὸς οὗτός ἐστιν ὁ ἀληθινὸς Θεὸς καὶ ζωὴ αἰώνιος; καὶ ἑτέρωθεν, περὶ μὲν τοῦ πατρός φησιν, ὅτι φῶς ὁ Θεὸς, καὶ οὐ πρόσκειται τὸ ἀληθινόν. τολμητέον ἄρα φῆσαι, μὴ εἶναι φῶς ἀληθινὸν τὸν πατέρα;

RESPONSIO.

Ergo ne quisquam poterit universe receptam Joannis epistolam subvertere, quæ in extremo clamat: [f] Jesus Christus *hic verus Deus est, & vita æterna?* Et alio quodam loco de patre dicit, [g] *Deus est lumen:* neque adjicit vocem, verum? Ergo ne dicere audeamus patrem non esse verum lumen?

D

Πεῦσις ς'.

Περὶ μὲν τοῦ πατρὸς καὶ υἱοῦ ἱκανῶς ἀπέδειξας τὴν ἰσότητα. λοιπὸν δὲ, ἐπὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ζητοῦμεν τοῦ ἀληθινοῦ συμφωνίου.

INTERROGATIO VI.

Satis abs te patris & filii demonstrata est æqualitas. Quamobrem quod reliquum est, cupimus etiam de spiritu sancto fateri opera tua, verum hunc Deum dici.

Ἀπόκρισις.

Ἱκανὸς τούτου παιδευτὴς αὐτὸς ὁ υἱός. ἐὰν γὰρ ἐγὼ ἀπέλθω, φησὶν, ἐκεῖνον ἔρχεται τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείαν.

RESPONSIO.

Id vero filius ipse nos abunde docet, quum ait: [h] *Ego si abiero, veniet ille, qui spiritus est veritatis.*

Πεῦσις ζ'.

Καὶ ἡ γραφὴ, κτιστὸν δείκνυσι τὸ πνεῦμα, λέγουσα· Κύριος στερεῶν βροντὴν, καὶ κτίζων πνεῦμα.

INTERROGATIO VII.

E Atqui litteræ sacræ spiritum creatum esse significant, quum ajunt: [i] *Qui solidum efficit tonitru, & spiritum creat.*

Ἀπόκρισις.

Ἀλλ' οὐ περὶ τοῦ θείου ἐνταῦθα πνεύματός φησι τὸ γράμμα. οὐ πρόσκειται γὰρ τῷ κτιζομένῳ τὸ ἅγιον· ἀλλὰ ψιλῶς φησι, κτίζων πνεῦμα, τὸ ἐπὶ κινήσεως νεφῶν καὶ ἐνέργειαν ὑετοῦ πνέον, δι' οὗ καὶ ὁ τῆς βροντῆς εἰκότως ἀποτελεῖται ἦχος, ἐν ταῖς κοιλότησι τῶν νεφῶν ἐναπολαμβανομένου τοῦ πνεύματος,

RESPONSIO.

At non heic de divino spiritu sermo est. Nam spiritui creato sancti appellatio non adjicitur, sed nude dicitur: qui spiritum creat. Nimirum qui stat in hoc, ut nubes commoveat & efficiat imbres. Per quem & tonitrus sonum fieri consentaneum est, spiritu in concavitatibus nubium intercepto, & perruptione flatu-

a Deut. VI. 4. *b* I. Reg. II. 2. apud LXX. *c* Joan. XVII. 3. *d* Joan. I. 18. *e* Rom. IX. 5. *f* I. Joan. V. 20. *g* I. Joan. I. 5. *h* Joan. XVI. 7. 13. *i* Amos IV. 13.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 368.

A καὶ τῇ διαῤῥαγῇ καὶ πνοιᾷ κατακροτοῦντος τὰ ὑποκείμενα· κατὰ τὴν εἰκόνα τῆς ἐν ὄρνισιν, ἢ κτήνεσι πεφυκότος ὑμένος ἐξιτήλου καὶ διαφανοῦς πομφόλυγος· ὅντινα τὰ σοβαρὰ καὶ ἀπαίδευτα μειράκια κομιζόμενα, καὶ τῷ ἀέρι ἀναξηραίνοντα, τῷ σφῶν πνεύματι διατείνουσιν, εἶτα κρύβδην πατάξαντές τινα τῷ ἤχῳ τῆς περιῤῥαγῆς τοὺς περιεστῶτας ἐκ ξυσπλενδίας αὐτῆς καὶ βάθους καρδίας ἐθρόησαν.

que subjecta supplodente: prorsus uti fieri videmus in avium vel jumentorum vesica, quæ tenui pellucidæque bullæ consimilis est. Hanc enim petulantes maleque morati pueri sumtam, & aere siccatam, suo spiritu extendunt, ac deinde clanculum eam ferientes, fragoris sono circumstantes toto cum viscerum motu & imo corde perterrefaciunt.

Πεῦσις η'.

INTERROGATIO VIII.

Καὶ πῶς χειμῶνος τῶν αὐτῶν ὄντων πνευμάτων, καὶ σφοδροτέρων μᾶλλον, οὐ γίνονται αἱ τῆς βροντῆς κτύποι;

Et quei fit, ut quum hiberno tempore sint iidem spiritus, immo etiam vehementiores, tonitruum tamen fragores illi non accidant?

B

Ἀπόκρισις.

RESPONSIO.

Ἐπινοτιζομένων τῶν νεφῶν καὶ μαλακουμένων τῇ τοῦ ἀέρος παχύτητι, καὶ ὁμιχλώδους καὶ ὑγρᾶς τῶν ἐγκεκραμμένων τῇ χέρσῳ κρηναίων τε καὶ ποταμίων ὑδάτων, οὐκ ἀποτελεῖται ὁ τῆς διαῤῥαγῆς ἦχος· οὐ καθ' ὅλης μέντοι ἠπείρου ταῦτα συμβαίνει, ἀλλ' ἐν τοῖς χειμερίοις αὐτῆς κλίμασι μόνοις, κατὰ τὴν εἰκόνα σκυτάλης ἢ μεμβράνης· ἡλίῳ μὲν διαφυσσωμένων, μηδὲ τὴν ἀφὴν ἄψοφον ἔχειν. νοτιζομένων δὲ, μηδὲ τὴν διαῤῥαγὴν σημαίνειν ἢ συστολήν. πηλουμένου τοίνυν καὶ παχυνομένου τοῦ περὶ γῆν ἀέρος, δοκῶ μὴ ἐξακονύεσθαι τὸν ἴκμαρον τῆς βροντῆς ἦχον. εἰκότως νοείσθω τὸ τοῦ ἀνέμου πνεῦμα κτίζεσθαι φάσκειν τὴν γραφήν· διὸ καὶ τῇ βροντῇ συντέτακται.

Quum nubes madidæ funt, ac factæ molliores ob crassitiem aeris, & caliginosam humidamque aquarum evaporationem, tam quæ fontibus, quam quæ fluviis continentur, & terræ mistæ sunt: strepitus ille fragoris orti de perruptione nubium non efficitur. Quod quidem non ubivis terrarum accidere solet, sed tantum in climatibus ejus hiemi plus æquo subjectis. Ac licet heic imaginem de scutica membranave petere, quæ si a sole sint arefactæ, ne contingi quidem citra strepitum possunt. Verum ubi maduerunt, sonum plane nullum edunt, sive adeo rumpantur, C sive complicentur. Eodem modo si quasi luteus fit, crassusque circa terram aer, exaudiri non posse fluidum laxumque sonum illum tonitrus arbitror. Debetis igitur existimare, litteras sacras dicere, spiritum illum ventosum a Deo creari: qua ipsa de caussa vox hæc tonitrui conjuncta est.

Πεῦσις θ'.

INTERROGATIO IX.

Καλῶς περὶ τοῦ πνεύματος διδαχθέντες, τὰ περὶ τοῦ υἱοῦ προστεθῆναι παρακαλοῦμεν. τὸ γὰρ ὑπὸ τῆς γραφῆς λεγόμενον, Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ, περὶ αὐτοῦ εἰρῆσθαί τινες διδάσκουσιν, ὅτι κτιστὸς καὶ τοῦ πατρὸς ὕστερος.

Quando recte nos de spiritu erudisti, petimus uti de filio quædam adjicias. Quod enim sacris in litteris perscriptum legimus: [a] *Dominus me creavit, initium viarum suarum ad opera sua*: id de filio plerique dictum volunt, esse videlicet hunc creatum, D ac patre posteriorem.

Ἀπόκρισις.

RESPONSIO.

Περὶ μὲν τοῦ υἱοῦ φημι κἀγὼ τὸ ῥῆμα, οὐ μέντοι περὶ τῆς αὐτοῦ θεότητος· ἀλλὰ τῆς ἐκ Μαρίας αὐτοῦ σαρκός. ἄκτιστος γὰρ θεότητι, κτίζεται τῷ προσλήμματι. οὐ γάρ φησιν ἡ θεία γραφὴ περὶ τοῦ πατρὸς, κτίζων εἰς ἀνθρώπους τὸν Χριστὸν αὐτοῦ, ἀλλ' ἀπαγγέλλων εἰς ἀνθρώπους τὸν Χριστὸν αὐτοῦ, τὸν ἀληθινὸν καὶ ἄτρεπτον Θεὸν, τὸν ἀναλλοίωτον, τὸν ἄκτιστόν τε καὶ συναΐδιον τῷ πατρὶ, πρὸ αἰώνων ξυνυπάρχοντα. Ἰωάννου μὲν βοῶντος, ὁ ὢν ἐν τοῖς κόλποις τοῦ πατρός· αὐτὸς Μωσεῖ ἐντέλλεται ἐρεῖν τῷ Φαραὼ, οὐχ ὅ ποτε κτισθεὶς, (κατὰ τοὺς εἰκαιοβούλους καὶ ματαιόφρονας,) ἀλλ' ἐρεῖς, φησιν, ὁ ὢν ἀπέσταλκέ με. αὐτὸς δὲ περὶ ἑαυτοῦ ἐν Παύλῳ φησὶ, Χριστὸς ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεός.

Etiam ipse de filio dictum illud accipio, non tamen de ipsius divinitate: sed de carne, quam ex Maria sumsit. Increatus enim respectu divinitatis, ejus ratione creatur, quod adsumsit. Nec enim litteræ sacræ de patre sic loquuntur, qui creat hominibus Unctum suum: sed qui annuntiat hominibus Unctum suum: Deum scilicet illum verum, immutabilem, non creatum, coæternum patri, & cum eo subsistentem ante sæcula: de quo Joannes clamat: [b] *Qui est in sinu patris:* & qui Mosem Pharaoni E dicere jubet: Non, is qui conditus aliquando est, (de sententia stolidorum quorumdam & insipientium) sed, [c] *Qui est, ad te me ablegavit*. Ipse denique de se per Paullum ait: [d] *Christus qui est Deus supra universa*.

Πεῦσις ι'.

INTERROGATIO X.

Ἀλλὰ Μωϋσῆς περὶ τοῦ πατρὸς ἔγραψε τὸ, ὁ ὢν ἀπέσταλκέ με, οὐ γὰρ περὶ Χριστοῦ.

Immo de patre scripsit hoc Moses, *Qui est, ad te me ablegavit*: non de Christo.

a Prov. VIII. 22. *b* Joan. I. 18. *c* Exod. III. 14. *d* Rom. IX. 5.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

A

Ἀπόκρισις.

Ἀξιῶ ὑμῶν τὴν ἀγάπην, μὴ παραχαράττειν τὰ εὐαγγέλια, τοῦ Κυρίου ἐν αὐτοῖς θεηγοροῦντος, Μωσῆς ἔγραψε περὶ ἐμοῦ, καὶ αὐτὸς μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ. ὢν τοίνυν ὁ πατὴρ, καὶ ὢν ὁ υἱὸς πρὸς τὸν πατέρα, καὶ ἐξ αὐτοῦ γεννηθεὶς, οὐ συναλοιφὴ ὢν τῷ πατρὶ, οὐκ ἀρξάμενος τὸ εἶναι, ἀλλὰ συνὼν τῷ πατρὶ ὡς γνήσιος υἱός. οὐκ ἦν γάρ ποτε αἰὼν ἢ χρόνος ἢ καιρὸς, ὅτε οὐκ ἦν ὁ υἱός. ἆρα καὶ αὐτὸς ὁ πατὴρ ἦν ἑτέρου πατρὸς τοῦ πρὸ αὐτοῦ; ἅμα οὖν πατέρα ὁμολογήσεις, συνομολογεῖς αὖθις τὸν μονογενῆ, καὶ φίλτατον παῖδα. οἱ γὰρ δοκοῦντες διὰ τῆς προϋπάρξεως τὸν πατέρα τι- B μᾷν, τέλεον ἀσεβοῦσι, χρόνον ἢ καιρὸν προτάττοντες τοῦ ποιητοῦ τῶν αἰώνων Χριστοῦ. παρὰ Θεῷ γὰρ οὐκ αἰὼν, οὐ χρόνος, οὐχ ἡμερῶν περίοδοι, οὐ στιγμαὶ, οὐκ ἄτομοι, οὐ ῥιπὴ ὀφθαλμοῦ, οὐ διανοίᾳ φαντασθῆναι οἷόν τε τῆς ἀφράστου τριάδος τὸ ἄχρονον. εἰ γὰρ φῂς ὅτι ἦν πατήρ ποτε ὅτε οὐκ ἦν ὁ υἱὸς, τίνος ἄρα ὑπῆρχε πατὴρ μὴ ὄντος υἱοῦ; εἰ δ᾽ αὖ πάλιν τὸν πατέρα αὐτὸν μὴ ὑπάρχειν ὑποσταὶς εἶς, συναφέλου αὐτὸν καθόλου τὸ εἶναι. πίστευε οὖν ὁμοούσιον τῷ πατρὶ τὸν υἱὸν, μὴ συνούσιον, κατὰ τὴν τοῦ Σαβελλίου παροινίαν. τὸ μὲν γὰρ ὑπάρχει ὑποστάσεως δηλωτικὸν, τὸ δὲ, βλασφημίας· εἰς πατέρα τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος ἀνακιρναμέ- C νων, καὶ εἰς μονάδα τὴν τριάδα ἀναλυούσης, ὅπερ ἀλλότριον παντελῶς τῶν θείων ὑπάρχει νόμων.

Responsio.

Equidem a veſtra caritate peto, ne ſacrorum Evangeliorum falſarii ſitis, in quibus ipſe Dominus hoc divinitus protulit: [a] *Moſes de me ſcripſit, & mihi teſtimonio eſt.* Igitur & pater eſt Exſiſtens ille, & filius exſiſtit cum patre, de patre genitus, non confuſus cum patre, non exſiſtendi principium habens: ſed exſiſtens cum patre, tamquam nativus filius. Nec enim umquam ævum aliquod vel tempus vel temporis articulus fuit, quo filius non exſiſteret. Ceteroqui num & ipſe pater, erat alterius ſe prioris patris? Quapropter ſimul patrem profiteberis, & mox cum patre unigenam dilectiſſimumque filium. Nam qui ſe patrem honore putant adficere, ſi dicant eum prius exſtitiſſe, prorſus impij propterea ſunt, quod tempus ante ſæculorum opificem Chriſtum ſtatuunt. Etenim apud Deum nec ævo locus eſt, nec tempori, nec dierum converſionibus, nec puncto, nec minutis, nec oculi momento, ſicuti nec informare ſecum mens ulla Trinitatis ineffabilis æternitatem poteſt. Quippe ſi dicas, fuiſſe patrem aliquando, quum filius non exſiſteret: cujus erat obſecro pater, quum filium non haberet? Quod ſi negas eum patrem eſſe, ſimul ipſam ejus naturam in univerſum tollito. Quapropter credendum, eſſe filium ejuſdem eſſentiæ cum patre, non cum eſſentia patris confuſum, quemadmodum Sabellius delirabat. Nam horum alterum ſignificationem perſonæ ac ſubſtantiæ habet, alterum plane blaſphemum eſt: quando ea ratione filius & ſpiritus cum patre commiſcentur, ac Trinitas in unitatem reſolvitur: quod omnino divinis a legibus eſt alienum.

Πεῦσις ιά.

Ἐξ ὧν εὑρίσκομεν, τριθεΐαν φρονεῖς τιμιώτατε πάτερ· εἰς ἣν ἐκφερόμενοι, εἰς πολλὰ ἐκπεσούμεθα, καὶ οὐ μοναρχίᾳ ἀλλὰ πολυθεΐᾳ λατρεύειν παρασκευάζεις ἡμᾶς.

Interrogatio XI.

Quantum nos quidem deprehendimus, veneratione digniſſime pater, tres eſſe Deos ſtatuis: quo ſi exorbitabimus, in multitudinem incidemus. Eaque ratione fiet, ut nos doceas colere non unum principem Deum, ſed multos.

D

Ἀπόκρισις.

Οὐ τὴν θείαν φύσιν διαιρῶν, τρεῖς αὐτῆς ὑποστάσεις φημὶ, ἀλλ᾽ ἐκείνης τὴν ἕνωσιν ὁμολογῶν, τριάδα ποτνιῶμαι δεόμενος.

Responsio.

Ego vero quum tres perſonas ſtatuo, non divinam naturam divido: ſed unitatem ejus confitendo, Trinitatem ſupplex imploro.

Πεῦσις ιβ΄.

Τὸ δὲ λέγειν σε Θεὸν τὸν πατέρα, καὶ Θεὸν τὸν υἱὸν, καὶ Θεὸν τὸ ἅγιον πνεῦμα, τριθεΐαν φανερῶς διδάσκεις.

Interrogatio XII.

At quum Deum patrem, Deum filium, & Deum ſpiritum ſanctum dicis, manifeſto tres Deos doces.

Ἀπόκρισις.

E Τριάδα φημὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας, τῆς αὐτῆς ῥώμης τε καὶ θεότητος, οὐκ αὔξουσαν ἢ μειουμένην καὶ λήγουσαν, οὐ προσθήκην τῷ ἀριθμῷ λαμβάνουσαν· εἰ καὶ σαρκὶ ἑνωθῆναι ὁ λόγος ηὐδόκησεν, μηδὲν ἐπεισάγων τῷ ἀριθμῷ τῆς τριάδος. μία οὖν ἐν τριάδι σφραγὶς καὶ σωτηρία, καὶ οὐδὲν ἐν αὐτῇ κτιστόν. εἰ γὰρ ἄκτιστος ὁ πατὴρ, κτιστὸς δὲ ὁ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα, κατὰ τοὺς Ἀρειανοὺς μύθους, καὶ τοὺς λοιποὺς ματαιόφρονας, τίνι λόγῳ συνῆπται καὶ συνδέδεται συγκεραννύμενον καὶ συνδοξαζόμενον τοῖς κτιστοῖς τὸ ἄκτιστον, [1] ἐν τῇ σφραγίδι τῆς μυστικῆς τελειότητος; ἆρ᾽ ὡς μὴ οἷόν τε τοῦ πατρὸς σώ-

Respodsio.

Immo Trinitatem profiteor unius & ejuſdem eſſentiæ, poteſtatis ac divinitatis ejuſdem, quæ non augeſcit, vel deminuitur, vel deficit, nec incrementum numeri recipit. Quamquam enim Verbo placuit cum carne uniri, numero tamen Trinitatis haudquaquam aliquid addidit. Quapropter unicum eſt in Trinitate ſignaculum atque ſalus, & nihil in eadem creatum. Quippe ſi pater eſt increatus, filius autem creatus, itemque ſpiritus, de ſententia fabularum Arii reliquorumque dementium: quonam quæſo pacto creatis increatum conjunctum eſt & copulatum, ita ut pari honore gloriaque cum eo adficiatur in obſignatione perfectionis illius arcanæ?

a Joan. V. 46.

1. Ἐν τῇ σφραγίδι] *In obſignatione*, hoc eſt in baptiſmo. Reſpicit fortaſſe auctor *Epheſ.* I. 13. IV. 30.

ζειν, καὶ προσλαβομένου βοήθειαν τὰ δύο κτιστά;

A quasi videlicet pater salutem largiri non possit, ac propterea creata duo, quorum ope uteretur, adsumserit.

Πεῦσις ιγ'.

Εἰ οὖν τρία τῆς τριάδος πρόσωπα καὶ τρεῖς ὑποστάσεις, πάντως ἡ ὑπόστασις ἓν πρόσωπον ἂν εἴη, καὶ τὸ πρόσωπον ἐνυπόστατον. ἐξ ὧν τρεῖς δηλοῦνται Θεοί. ὅπερ ἀναιρῶν ὁ ἀπόστολος γράφει, εἷς Κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα. καὶ πρὸ τούτου Μωσῆς τῷ Ἰσραὴλ, Κύριος ὁ Θεός σου, Κύριος εἷς ἐστιν.

INTERROGATIO XIII.

Quod si ergo tres sunt Trinitatis personæ ac tres hypostases, omnino sequetur, hypostasim personam, ac personam vicissim hypostasim constituere; qua ratione tres Dii significantur: id quod Apostolus refellere volens, in hæc verba scripsit: [a] *Unus Dominus, una fides, unum baptisma.* Et ante ipsum Moses ad Israeliticos inquit: [b] *Dominus Deus ille tuus: Dominus unus est.*

B

Ἀπόκρισις.

Ἀλλὰ μετὰ Μωσέως καὶ Παύλου, καὶ τῆς φωνῆς τῶν Χερουβὶμ καὶ Σεραφὶμ ἀκούσωμεν, ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, ἀσιγήτως βοώντων. οὐ γὰρ δὶς ἢ τετράκις τοῦτό φασι τὰ πνευματικὰ ἐκεῖνα καὶ θεοφόρα ζῶα, οὐδ' αὖ πάλιν μονοφωνοῦσιν, ἢ ἅγιοι ἅγιοι φασὶν, ἵνα μὴ τὸ ἑνικὸν πολυώνυμον ἀποφαίνωσιν. ἀλλὰ τρισὶ μὲν τὸν ἁγιασμὸν ἀσιγήτως ἀναφωνοῦσιν, ἑνικῶς δὲ ἀποφαίνονται· ἵνα μὴ πολυθεΐαν τοῖς νηπιόφροσιν ὑποσπείρωσιν.

RESPONSIO.

At præter Mosem & Paullum etiam Cheruborum Seraphorumque vocem illam audiamus, qua citra intermissionem clamant: [c] *Sanctus, Sanctus, Sanctus.* Nam hoc non vel bis vel quater animalia illa spiritualia divinoque numine plena proferunt, non item semel tantum efferunt; vel Sancti, Sancti, dicunt, ne quod unicum est, plures appellationes habere declarent: sed tribus sanctitatem perpetuo tribuunt; & singulari nihilominus utuntur numero, ne Deum multitudinem in animo rudiorum inferant.

C

Πεῦσις ιδ'.

Τί οὖν ἐστι τὸ γεγραμμένον, ὅτι τὸ πνεῦμα ἐρευνᾷ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ; εἰ ὁμοούσιος τριὰς, καὶ μία γνῶσις καὶ ἓν θέλημα, καὶ μία αὐτῆς ἡ θεότης, καὶ οὐ κτιστόν τι καὶ ἀνόμοιον ἐν αὐτῇ, πῶς ἐρευνᾷν λέγεται τὸ πνεῦμα τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ, ὡς ἀγνοοῦν; εἰ γὰρ γινώσκει, οὐ χρὴ ἐρευνᾷν· ἀγνοίας γάρ ἐστι τὸ ἐρευνᾷν.

INTERROGATIO XIV.

Quid igitur sibi vult, quod perscriptum legimus [d] *Spiritus scrutatur etiam Dei profunditates?* Si Trinitas unius & ejusdem est essentiæ, si una cognitio, voluntas una, divinitas una, nec quidquam in ea creatum vel inæquale: quo tandem pacto scrutari spiritus profunditates Dei, tamquam eas ignorans, dicitur? Quippe si eas cognitas habet, perscrutationis haud indiget: quum scrutari, sit ignorationis.

Ἀπόκρισις.

Ἀλλ' οὐκ ἀγνοίᾳ ἢ περιεργίᾳ, κατὰ Μακεδόνιον τὸν μεμηνότα ἐρευνᾷ, ἀλλὰ γνησιότητι. ἐπειδὰν γὰρ ἐν τοῖς ἐναρέτοις καὶ ἐναγίοις βροτῶν γένηται τὸ θεῖον καὶ παναγίον πνεῦμα, παρασκευάζει αὐτοὺς τὰ βάθη ἐρευνᾷν τοῦ Θεοῦ, ἐκ τῆς προχείρου τοῦ γράμματος ἐξετάσεως, ἐπὶ τὴν ὑψηλοτέραν αὐτοὺς ἀνάγει διάνοιαν, τῇ ἐρεύνῃ τῶν θειοτέρων, ὥσπερ ἐν βυθῷ τινι γενομένης τῆς διανοίας, καὶ τῷ ἀγκίστρῳ τοῦ πνεύματος ἐκ τοῦ βιοτικοῦ βυθοῦ τὸν ἰχθὺν τῆς ψυχῆς ἀνάγοντος, ἔχοντα ἐν τῷ στόματι τὸν πολυτίμητον στατῆρα, καὶ τοῦ παντὸς σωτῆρα Χριστόν. οὕτως γὰρ καὶ ὁ τῶν ἀποστόλων κορυφαῖος, ἀνθ' ἑαυτοῦ καὶ Χριστοῦ τὸν τῆς ψυχῆς ἰχθὺν δοῦναι τοῖς ἀπαιτοῦσι προστάττεται, ἔχοντα τὸν στατῆρα Χριστὸν, καὶ τῆς πίστεως τὸν λόγον ἐν τῷ στόματι, καὶ τὴν ἐκ βάθους καρδίας ἀναγωγὴν καὶ αἴνεσιν. ἀλλὰ καὶ ὁ ὑψηλὸς ἀπόστολος, ἡμεῖς δέ, φησι, τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ ἐλάβομεν, ἵνα ἴδωμεν τὰ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ χαρισθέντα ἡμῖν. καὶ πάλιν ὁ αὐτός φησιν, Ἡμῖν δὲ ὁ Θεὸς ἀπεκάλυψε, διὰ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ. καὶ πάλιν Δαβὶδ ὁ τῶν θείων μελῳδός. τὸ στόμα μου φησὶν ἤνοιξα, καὶ εἵλκυσα πνεῦμα· οὐκ ἀέριον δὲ, ἀλλὰ τὸ θεῖον, δι' οὗ τὰ ἀπόκρυφα τῆς θεανδρικῆς τοῦ Θεοῦ παρουσίας, πρὸ χιλίων ἤδη ἐτῶν προαπεφήνατο, διαῤῥήδην τραγῳδῶν τῷ Θεῷ, τὰ ἄδηλα καὶ τὰ κρύφια τῆς σοφίας σου ἐδήλωσάς μοι.

RESPONSIO.

At non scrutatur ex ignoratione vel curiositate, D quemadmodum furens ille Macedonius tradit, sed nativa quadam ipsi proprietate. Nam quum divinus ille sanctissimusque spiritus est in egregiis & sanctis hominibus, sic eos instruit, ut profunditates Dei scrutentur, de faciliore ac obvia cuivis litterarum sacrarum indagatione subvehens ipsos ad sensum quemdam sublimiorem, dum in perscrutatione rerum diviniorum quasi ad fundum mens penetrat, perque spiritus hamum de hujus vitæ gurgite speciem animi educit, continentem ore staterem illum maximi pretii, adeoque Christum servatorem omnium. Sic enim & Apostolus ille princeps pro se ipso & Christo animæ piscem iis qui exigebant, dare jubetur, habentem staterem Christum & fidei E doctrinam in ore, profectamque de profunditate cordis subvectionem & laudem. [e] *Ex profundis* enim, inquit, *clamavi ad te Domine, Domine exaudi vocem meam.* Sed & eximius ille Apostolus: [f] *Nos*, inquit, *spiritum Dei accepimus, ut sciamus quæ a Deo donata sint nobis.* Atque iterum inquit idem: [g] *Nobis autem Deus revelavit per spiritum suum.* Et rursus divinorum carminum auctor Davides: [h] *Os meum*, inquit, *aperui, & spiritum attraxi*, nempe non aerium, sed divinum, per quem abscondita de adventu uniti cum Deo hominis mille jam ante annos luculente declarat, canens Deo: [i] *Obscura & abscondita sapientiæ tuæ nota fecisti mibi.*

a Ephes. IV. 5. b Deut. VI. 4. c Isa. VI. 3. Apoc. IV. 8. d I. Cor. II. 10. e Psalm. CXXIX. 1. f I. Cor. II. 12. g Ibid. ṽ. 10. h Psalm. CXVIII. 131. i Psalm. L. 8.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 368.

A

Πεῦσις ιέ.

Καὶ εἰ Θεὸς ὁ υἱὸς καὶ ἴσος τῷ πατρὶ, πῶς ἀγνοεῖ ἃ ὁ πατὴρ γινώσκει; αὐτὸς γὰρ ἐν εὐαγγελίοις λέγει, ὅτι οὐδεὶς οἶδε τὴν ἡμέραν οὐδὲ τὴν ὥραν τῆς συντελείας, οὔτε οἱ ἄγγελοι τῶν οὐρανῶν, οὔτε ὁ υἱὸς, εἰ μὴ ὁ πατὴρ μόνος.

Interrogatio XV.

Si filius est Deus & æqualis patri, quomodo ignorat ea quæ novit pater? At vero ipse in Evangelio inquit: [a] *Nemo novit diem, neque horam consummationis, neque angeli cæleſtes, neque filius, niſi ſolus Pater.*

Ἀπόκρισις.

Ἐπεὶ οὖν παραδείγμασι βροτῶν κεχρῆσθαι πέφυκεν ἡ θεία γραφὴ, καὶ φυσιολογίαις πολλάκις, καθὼς ἐν εὐαγγελίοις θεηγορῶν φησιν ὁ Κύριος, ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ζύμῃ, καὶ κόκκῳ σινάπεως· καὶ Παῦλος δὲ ὁ ὑψηλὸς τὴν διάνοιαν, σώματά φησιν ἐπουράνια, καὶ σώματα ἐπίγεια· φυσιολογεῖ δὲ καὶ Κορινθίοις ἐπιστέλλων, ἀπὸ σάλπιγγος αὐλοῦ καὶ κιθάρας. κἀγὼ τοίνυν ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς ἀμυδρᾷ εἰκόνι χρήσομαι. ἆρ' οὖν ἀγνοεῖ ὁ ἐμὸς λόγος τὰ ἐμὰ βουλεύματα; ἀλλ' οὐδεὶς τῶν ὁπωσοῦν παιδείας μετειληφότων ταῦτα ἐρεῖ. πῶς οὖν ὁ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς λόγος ἀγνοήσει τὰς ἐκείνου βουλὰς, φάσκων, πάντα ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ, ἐμά ἐστι; τὸ, Θεὸς ἡ ζωὴ, τὸ φῶς, τὸ ἀθάνατον, τὸ ἀκατάληπτον. καὶ πάλιν, καὶ πάντα τὰ ἐμὰ σά ἐστι πάτερ, καὶ τὰ σὰ ἐμά. εἰ τοίνυν πάντα τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἐστι, καὶ ἡ γνῶσις ἡ τοῦ πατρὸς, πάντως αὐτοῦ ἐστι καὶ τοῦ πνεύματος, ὡς μετ' ὀλίγον πλατυτέρως ῥηθήσεται.

Responsio.

Solet humanis uti ſimilitudinibus ſacra ſcriptura, & de rebus naturalibus ſæpenumero quædam petit, ut quum in Evangelio inquit Dominus: [b] *Simile* B *eſt regnum cælorum fermento*, & [c] *grano ſinapi*. Paullus item ille ſublimis, [d] *Corpora*, inquit, *cæleſtia ſunt, & corpora terreſtria*. Et de rebus naturalibus ſumtum etiam illud, quod ad Corinthios ſcribens, [e] *tibiæ citharæque* meminit. Idcirco & ipſe nunc a rebus noſtris petita exili quadam ſimilitudine utar. Num ignoraret mea ratio conſilia mea? nullus hoc eorum, qui vel qualemcumque diſciplinam conſequuti ſunt, dicet. Quomodo igitur Dei & patris Verbum ignorabit ejus conſilia? quum dicat ipſe, [f] *Omnia quæcumque habet Pater, mea ſunt*: nempe, quod Deus eſt vita, quod eſt lux, quod eſt immortalitas, quod eſt incomprehenſibilis. Et alibi ait: [g] *Omnia mea tua ſunt*, pater, *& tua mea* C *ſunt*. Si igitur omnia quæ patris ſunt, ipſius ſunt: etiam cognitio quæ patris eſt, omnino ipſius eſt; itemque ſpiritus, ut paullo poſt latius dicetur.

Πεῦσις ις'.

Τί οὖν, ἐπειδὴ ἐγὼ λέγω, πάντα ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ, ἐμά ἐστιν, ἄρα καὶ τὴν γνῶσιν ἔχω τοῦ πατρὸς, καὶ τὴν βουλὴν αὐτοῦ οἶδα;

Interrogatio XVI.

Num igitur, ſi dixero, Omnia quæcumque habet pater, mea ſunt, etiam cognitionem habeo patris, & conſilium ejus novi?

Ἀπόκρισις.

Ἐροίμι κἀγὼ ὑμᾶς ἀξιάγαστοι, τίς μείζων, ἡ ἡμέρα καὶ ἡ ὥρα ἐκείνη, ἢ ὁ πατήρ;

Responsio.

Merito interrogem & ego vos o præclari, Quis major? num dies & hora illa, an pater?

D

Πεῦσις ιζ'.

Ὁ πατὴρ δηλονότι, ὡς ἄναρχος καὶ προαιώνιος καὶ ἀκατάληπτός τε καὶ πάντων ποιητής.

Interrogatio XVII.

Pater utique, qui eſt abſque principio, & ſæculis omnibus prior, & incomprehenſibilis, & omnium conditor.

Ἀπόκρισις.

Εἰ τοίνυν μείζων ὁ πατὴρ τῆς ὥρας καὶ τῆς ἡμέρας καὶ πάντων· πῶς τὸ μεῖζον ἐπιστάμενος ὁ υἱὸς, τὸ ἔλασσον ἀγνοεῖ; καὶ τὸν ποιητὴν γινώσκων, καὶ συνεργῶν αὐτῷ ἐν πᾶσι, πῶς ἀγνοήσει τὰ ὑπ' αὐτοῦ ποιηθέντα; καθὼς γάρ φησι, γινώσκει με ὁ πατὴρ, κἀγὼ γινώσκω τὸν πατέρα· πῶς οὖν ἀγνοήσει τὸ ἧττον, ὁ τὸ μεῖζον ἐπιστάμενος;

Responsio.

Si ergo major Pater, quam hora & dies ille, & quidem major omnibus: quomodo majus cognoſcens filius, ignorabit minus? qui & conditorem cognoſcit, & operatur cum ipſo in omnibus, quomodo ignorabit a ſe facta? [h] *Quemadmodum*, inquit, *novit me pater, etiam ipſe novi patrem*. Quomodo E igitur ignorabit minus, qui novit id quod majus eſt?

Πεῦσις ιή.

Ἀλλ' ἡμεῖς νομίζομεν, καὶ τοῦ υἱοῦ μείζον' εἶναι τὸν πατέρα, καθὼς αὐτός φησιν, ὁ πατήρ μου μείζων μου ἐστίν.

Interrogatio XVIII.

Atqui nos arbitramur etiam filio majorem eſſe patrem, quemadmodum inquit ipſe: [i] *Pater meus major me eſt*.

Ἀπόκρισις.

Οὐχ ὅσιον οἴεσθε, μείζονα ὑπάρχειν τοῦ υἱοῦ τὸν πατέρα, ἢ περιφερείᾳ, ἢ ὄγκῳ, ἢ χρόνῳ, ἢ καιρῷ, ἢ ἀξίᾳ, ἢ ῥώμῃ, ἢ θεότητι, ἢ μεγέ-

Responsio.

Non ſatis pie putatis majorem eſſe filio patrem, vel ambitus ratione, vel molis, vel temporis, vel dignitatis, vel roboris, vel divinitatis, vel magni-

a Marc. XIII. 32. *b* Matth. XIII. 33. *c* Ibid. ỳ. 31. *d* 1. Cor. XV. 40. *e* 1. Cor. XIV. 7. *f* Joan. XVI. 15. *g* Joan. XVII. 10. *h* Joan. X. 15. *i* Joan. XIV. 28.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

θει, ἢ ὄψει. οὐδὲν γὰρ τούτων ἐν τῇ θείᾳ τριάδι. ἀλλὰ καθὸ πατὴρ ὁ πατήρ ἐστιν, οὕτω γνησιότητι ὁ υἱὸς τὸν πατέρα τιμᾷ. οὐ γὰρ ὄγκῳ φέρεται τὸ θεῖον, οὐδ' ὑπέρογκος ἐστὶ τοῦ παιδὸς ὁ πατήρ, οὐ χρόνοις ὑπόκειται, ἵνα ὑπέρχρονος ᾖ ἀγεννήτωρ τοῦ γεννηθέντος. οὐδ' αὖ πάλιν τῷ ὕψει μερικῶς τάττεται ὁ πατὴρ, πάντα περιέχων, ὑπ' οὐδενὸς δὲ περιεχόμενος, ἀμεγέθης ὑπάρχων καὶ ἄποσος.

A tudinis, vel excellentiæ. Nihil enim ejusmodi in ſancta Trinitate locum habet: ſed quatenus pater, pater eſt, legitimo quodam honore filius patrem adficit. Non enim mole quadam geſtatur divinitas, ut mole ſuperet filium pater. Neque tempori ſubjacet ut prior tempore ſit genitor genito. Neque item ſublimitatis habita ratione ſeparatim ponitur pater, qui omnia complectatur, ipſe a nullo comprehenſus, expers magnitudinis & quantitatis.

Πεῦσις ιθ'.

Εἰ οὖν ἴσος τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ ὁ υἱὸς, καὶ ὡς ἐκεῖνος ἀγαθὸς, πῶς αὐτὸς λέγει, οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ εἷς ὁ Θεός;

INTERROGATIO XIX.

Si igitur æqualis Deo ac patri filius eſt, & bonus quemadmodum ille, quomodo inquit ipſe; [a] B *Nemo bonus eſt, præter unum Deum.*

Ἀπόκρισις.

Ἀλλ' οὐκ ἀρνούμενος ἑαυτὸν τῆς ἀγαθότητος, οὐδ' ὑπεκφερόμενος τῆς θεότητος μόνον φησὶν ἀγαθὸν ὑπάρχειν τὸν Θεὸν καὶ πατέρα. ἀκροτάτης δὲ στοργῆς καὶ ἀγαθότητος ἐναργὴς ἀπόδειξις, τὸ μὴ ἑαυτῷ ἀλλὰ τῷ πατρὶ ἀναφέρειν τὴν τιμὴν, φιλοπάτορας ἡμᾶς παιδεύων ὑπάρχειν. αὐθαιρέτως γὰρ μετριάζων οὐ φιλοδοξεῖ, οὐδὲ τῷ ἀξιώματι κορυφοῦται κατὰ τοὺς σοβαροὺς καὶ ἀλαζόνας ἀμυδρᾶς ἐπιλελημμένους ἀρχῆς, διὰ τῆς πρὸς τὸ ἀμειδὲς καὶ δυσπρόσιτον τῇ τοῦ κήρυκος φωνῇ ἐξογκούμενοι, καὶ πρὸς ἀτίθασσον θῆρα μετατυπούμενοι· οὐχ ἡμερότητι καὶ φιλανθρωπίᾳ τὴν ἐξουσίαν κρίνοντες τῆς ἀλήκτου δόξης, εἰκότως ἐπαχθήσονται. εἰ δὲ προχείρως πᾶν ἀγαθὸν ζωοποιεῖτε, πλείστους ἐν τῷ μέρει τούτῳ Θεοὺς ἕξομεν, πολλαχοῦ τῆς θείας γραφῆς μετὰ Θεὸν βοώσης ὑπάρχειν καὶ ἕτερα ἀγαθά· τῇ μὲν φάσκουσα ἀγαθὸν παῖδα πτωχὸν καὶ σοφὸν τὸν Σαμουὴλ, τῇ δὲ ἀγαθὸς Σαοὺλ υἱὸς Κίσου, ὁ πρῶτος τοῦ Ἰσραὴλ ἄναξ. καὶ τῇ Ἄννῃ ἀπαιδίᾳ καὶ στειρώσει ποτνιωμένῃ φησὶν ὁ Ἐλκανᾶ, τί λυπῇ, οὐκ ἀγαθός σοι ἐγὼ ὑπὲρ δέκα τέκνα; ὁ δὲ τῶν θείων σοφὸς Σολομών· ἀγαθὸν, φησι, πορεύεσθαι εἰς οἶκον πένθους. καὶ, ἄνοιξον τὸν οὐρανὸν τὸν θησαυρόν σου τὸν ἀγαθόν. καὶ, ἀγαθὸς λόγος, ὑπὲρ δῶμα, καὶ ἀγαθὸς κύων ζῶν, ὑπὲρ λέοντα τεθνηκότα· εἰ δὲ καὶ ἔζη, οὐκ ἂν εἴη Θεὸς, ὥσπερ οὐδ' ὁ ζῶν κύων, εἰ μὴ παρ' Ἕλλησιν ἴσον, παρ' οἷς κρῆναι, καὶ κρόμμυα, καὶ γαστρὸς πνεύματα μεμηνότως ἐκθειάζονται.

RESPONSIO.

Non quod neget in ſemet ipſo bonitatem, neque de divinitate ſe eximens, ſolum inquit bonum eſſe Deum & Patrem. Summi nimirum amoris & bonitatis evidens argumentum eſt, non ſibi ſed patri deferre honorem: quo ipſo nos amore parentes proſequi debere docet. Nam ſponte de ſe modeſte loquens, non inanem captat gloriam, neque dignitatis exiſtimatione effertur, ut ſolent ſuperbi & arrogantes, qui tenue ac obſcurum imperium nacti eo ipſo ad inamabiles mores, & omni a comitate C in congreſſibus alienos per vocem præconis elati, immanem quamdam in feram mutantur, ideoque non ex manſuetudine ac humanitate perpetuæ gloriæ poteſtatem metientes, odium in ſe ſe non abs re concitabunt. Quod ſi temere quodvis bonum deificabitis, plurimos in hac parte deos habituri ſumus, multis in locis clamante ſcriptura ſacra, ſecundum Deum & alia quædam eſſe bona: verbi gratia, quum quodam ait in loco, [b] bonum fuiſſe puerum & ſapientem Samuelem: alibi vero, [c] bonus erat Saul filius Ciſi primus rex Iſraeliticorum. Et Annæ propter orbitatem ac ſterilitatem ingemiſcenti dicebat Elcana: [d] *Quamobrem mæſto es animo? Nonne bonus tibi ſum ego præ decem liberis?* Sa- D piens autem in divinis Solomon: [e] *Bonum eſt*, inquit, *in domum luctus ingredi.* Et alibi dicitur: [f] *Aperi cælum, theſaurum tuum bonum.* Item, [g] *Bonus ſermo præſtat munere.* Item, [h] *Bonus canis qui vivit, potior eſt leone mortuo.* Quod ſi leo maxime vivat, non tamen Deus erit, ſicuti nec canis quidem vivus: niſi forte de ethnicis loquamur, apud quos & fontes, & cepæ, & flatus ventris non ſine furore quodam inter deos referuntur.

Πεῦσις κ'.

Ἐπειδήπερ ἀνωτέρω ἐπηγγείλω πλατυτέρως λέγειν περὶ τοῦ γινώσκειν τὸν Χριστὸν τὴν ἡμέραν καὶ τὴν ὥραν τῆς συντελείας, ἀπόδος ἡμῖν τὸν λόγον, μήποτε συζητούντων ἡμῶν, δυνηθῶσιν οἱ δι' ἐναντίας ἑτέρως ἡμῶν περιγενέσθαι.

INTERROGATIO XX.

Quia ſupra pollicitus es, te latius dicturum de eo quod Criſtus norit diem illum, & horam conſummationis: rationem ejus nobis reddito, nequando diſputantibus nobis alio quodam modo nos ſuperare queant, qui ſe nobis opponunt.

Ἀπόκρισις.

E

Ἤδη ἐν ἐπιτόμῳ εἴρηται περὶ τούτου· ἄγαμαι δὲ ὑμῶν τὴν ποικίλην περὶ τούτου ζήτησιν. ὁ τοίνυν ἅγιος λόγος, ὁ ζῶν, καὶ ἐνυπόστατος, ὁ βασιλεὺς πάσης ἅμα κτίσεως, ὁ τοῦ πατρὸς γνήσιος υἱὸς, τὸ ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως, ὁ συναΐδιος καὶ σύνθρονος τοῦ πατρὸς, ὁ ἀδέκαστος κριτὴς ζώντων καὶ νεκρῶν, ὁ ἐκ ζωῆς ζωὴ, ὁ ἐκ τοῦ φωτὸς φῶς, ὁ ἐκ τῆς σοφίας σοφία, ὁ ἐκ τῆς θείας κρήνης πηγὴ ἀέναος, ὁ πο-

RESPONSIO.

Eſt quidem iam de hoc breviter dictum: ſed nihilominus magni facio veſtram multiplicem de eo quæſtionem. Sanctum illud Verbum, vivens & per ſe ſubſiſtens, Rex univerſæ creaturæ, Patris filius genuinus, [i] *ſplendor gloriæ, & expreſſa imago ſubſtantiæ*, coæternus, & in eodem ſedens ſolio cum Patre, incorruptus judex viventium & mortuorum, vita de vita, lumen de lumine, ſapientia de ſapientia, ex divina ſcaturigine fons perennis, *flumen*

[a] Marc. x. 18. [b] I. Reg. II. 26. [c] I. Reg. XIII. 1. [d] I. Reg. I. 8. [e] Eccle. VII. 3. [f] Num. XX. 6. [g] Prov. XV. 26 [h] Eccle. IX. 4. [i] Heb. I. 3.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

A ταμὸς ὁ ἀπαθῶς ῥέων τὰ θεῖα αὐτοῦ χαρίσματα, ὁ τοῖς ὁρμήμασιν εὐφραίνων τὴν πόλιν τοῦ Θεοῦ, κατὰ τὴν θείαν μελῳδίαν, ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαὶ, τὸ σκῆπτρον τοῦ Δαβὶδ, ἡ ῥάβδος, καὶ τὸ ἐξ αὐτῆς θεῖον ἄνθος κατὰ Ἡσαΐαν τὸν θεσπέσιον, ὁ λέων, ὁ βασιλεὺς ὁ ἐκ φυλῆς Ἰούδα, κατὰ Μωσέα τὸν ἱεροφάντην, τὸ λογικὸν κατὰ Ἡσαΐαν πρόβατον, τὸ ἄκακον ἀρνίον, κατὰ Ἱερεμίαν τὸν πολυκίνδυνον, ὑπὲρ κόσμου σωτηρίας θυόμενον, ὁ λίθος ὁ ἀδόκιμος παρὰ Ἰουδαίοις, ὁ εἰς κεφαλὴν γωνίας τῆς τῶν ἐθνῶν ἐκκλησίας τεθεὶς, καὶ πᾶσαν τοῦ θιάσου τὴν οἰκοδομὴν συντηρῶν, κατὰ Δαβὶδ τὸν μελῳδὸν, ὁ τῆς μεγίστης βουλῆς ἄγγελος, καὶ Θεὸς ἰσχυρὸς, ὥς φησιν Ἡσαΐας, ὁ βροτὸς γενόμενος, μένων Θεὸς, μὴ τραπεὶς τὴν φύσιν, μὴ ἀλλοιωθεὶς τὴν θεότητα, B ὁ σαρκωθεὶς λόγος καὶ γεννηθεὶς ἐν σαρκὶ, ὁ λόγος σὰρξ γενόμενος, κἀκεῖνο μείνας, οὐκ εἰς τοῦτο μεταπεσὼν τῇ φύσει, (μετὰ γὰρ τὸ βροντῆσαι Ἰωάννην τὸ, ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ πᾶσαν κατακτυπῆσαι τὴν κτίσιν, τότε ἐπάγει, καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, προαιώνιον μὲν καὶ ὑπέρχρονον Θεὸν, σύνθρονον τῷ πατρὶ τὸν λόγον δεικνύς· τὸ δὲ, ἐγένετο, ὕστερον δηλῶν τὴν θεανδρικὴν αὐτοῦ ἐκ τῆς ἀειπαρθένου Μαρίας προέλευσιν) ὁ τοίνυν ζῶν ἅγιος καὶ ἐνυπόστατος λόγος, λαλῶν καὶ ἀκούων, οὗτος ἐν εὐαγγελίοις θεηγορῶν, φησιν, οὐδεὶς οἶδε τὴν ἡμέραν ἢ τὴν ὥραν ἐκείνην, οὔτε ἄγγελοι τῶν οὐρανῶν, οὔτε ὁ υἱός· ὅπερ οἰκονομικῶς φησι, καθὰ γὰρ παρῳχηκὼς ἔφην, εἰ παντὸς μεγέθους καὶ καταλήψεως C ὑπέρτερον ὑπάρχοντα τὸν πατέρα γινώσκων, πῶς τὴν ἡμέραν καὶ τὴν ὥραν ἐκείνην, ἀτμίδα ἤτοι χοῦν, καὶ ἔτι ἀδρανῆ καὶ ἀμυδρότερα πρὸς τὸ θεῖον συγκρινόμενα, ἀγνοεῖ; διαῤῥήδην θεηγορῶν, οὐδεὶς γινώσκει τὸν πατέρα εἰ μὴ ὁ υἱὸς, οὐδὲ τὸν υἱόν τις ἐπιγινώσκει, εἰ μὴ ὁ πατήρ; ὡς γὰρ μέγας ὁ πατὴρ γινώσκει τὸν υἱὸν, ὡς δὲ μέγιστος ὁ παῖς γινώσκει τὸν γεννήτορα, καὶ ἰσομέγεθες τὸ θεῖον πνεῦμα ὑπάρχον γινώσκει τὸν πατέρα, καὶ τὸν υἱὸν, ἐπ' ἀμφοῖν γινωσκόμενον. δύο δὲ γνώσεις, διττὴν καὶ εἴδησιν ὑπὸ τῆς θείας γραφῆς παιδευόμεθα· τὴν μὲν κατ' ἐνέργειαν, τὴν δὲ κατ' ὄψιν, καθὼς ἀμυδροῖς παραδείγμασι χρησάμενος ἀποῤῥήξω τὸν κάλων, εἴ τις ἀγνοεῖ, τῶν αἱρέσεων ἀντισπώμενος ὑμᾶς τῆς D βλασφήμου φάλαγγος. οὕτως γὰρ αἰχμαλωτισθέντας βροτοὺς ὑπὸ τοῦ ποικίλου Βελιὰρ, ἀνταιχμαλωτίζει Χριστὸς ἐπὶ σταυρῷ ὑψούμενος, κατὰ Δαβὶδ τὸν θεῖον μελῳδόν. προεῖδε γὰρ ὁ θεσπέσιος τὸ σωτήριον πάθος καὶ τὴν ἡμῶν αἰχμαλωσίαν, δι' ὧν φησιν, ἀναβὰς εἰς ὕψος, ᾐχμαλώτευσας αἰχμαλωσίαν, ἔδωκας δόματα ἐν ἀνθρώποις. τίνα ταῦτα; τὴν εἰς τριάδα πίστιν, καὶ τῶν μυστικῶν τελετὴν, καὶ ἐλπίδα τῆς ἀναστάσεως. ἐπάγει δ' αὖθις ἡ τῶν θείων μελῳδία, καὶ γὰρ ἀπειθοῦντας τοῦ κατασκηνῶσαι. τίνα ἄρα καὶ ποῦ; τοὺς ἐξ Ἰουδαίων καὶ Ἑλλήνων ἐν τῇ θείᾳ σκηνῇ τῆς ἐκκλησίας. ἀπειθῶν γὰρ, παίων, καὶ σπαράττων λύκος Χριστιανοὺς, Παῦλος ὁ νῦν τῆς ἐκκλησίας στύλος, ἡ ὑψηλόφωνος τῆς πίστεως E σάλπιγξ, ὁ πάλαι διώκων κακῶς, καλῶς τραπεὶς ἑκουσίως ὑπὲρ τῶν διωχθέντων μαστίζεται, ὁ παίων ῥαβδίζεται, ὁ ἀναιρῶν ὑπὲρ τῶν σφαγέντων αὐθαιρέτως καρατομεῖται, τῇ οὐρανόθεν φωνῇ, καὶ πληγῇ τῶν ὄψεων πρὸς ταῦτα μεταπεσὼν, ἀντὶ Σαύλου Παῦλος ὑπὸ τοῦ ὠνησαμένου Χριστοῦ μετονομασθεὶς, ἵνα τὰ ἔθνη Χριστιανοὺς προσαγορεύσῃ.

A quod abſque defectu manat divinis gratiæ donis, *quod impetu ſuo lætificat civitatem Dei*, ſicut eſt in carmine illo divino perſcriptum; [a] *radix Jeſſea*, ſceptrum Davidis, *virga*, *& ortus ex ea* divinus ille *flos*, ſecundum vatem ſacrum Eſaiam; [b] leo, Rex de tribu Judæ, ſecundum myſteriorum doctorem Moſem; [c] Rationalis, ſecundum Eſaiam, [d] ovis; innocens agnus, ſecundum Jeremiam [e] in multis periclitatum, pro ſalute mundi immolatus; *lapis improbatus* a Judæis, *qui in caput anguli* Eccleſiæ gentium *eſt poſitus*, & totam cœtus ejus ſtructuram conſervat, ſecundum Davidem divinorum carminum auctorem; [f] *maximi conſilii nuntius*, *Deus fortis*, ut inquit Eſaias; [g] mortalis factus, manens Deus, B non immutatus ratione naturæ, neque factus alius ſecundum divinitatem, Verbum illud incarnatum, & carne genitum, Verbum caro factum, quod tamen quod erat, manſit, non in hoc degenerans ratione naturæ: (poſtquam enim intonuiſſet Joannes: [h] *In principio erat Verbum*, omnemque perſonuiſſet creaturam, infert: [i] *Et Verbum caro factum eſt*; quibus verbis Verbum fuiſſe ante æternitatem, & poſitum ſupra omne tempus Deum, in eadem ſolii gloria cum Patre oſtendit: & ſubſequentibus aliis, quum ait, *Caro factum eſt*, ſignificat uniti cum Deo hominis ex Maria ſemper virgine progreſſum) vivens igitur illud ſanctum & per ſe ſubſiſtens Verbum, loquens & audiens, in Evangelio divinitus illa verba protulit: C [k] *Nemo novit diem aut horam illam, nec angeli cæleſtes, neque filius*: & quidem ratione adminiſtrationis ſuæ, ac ſecundum peculiarem ſenſum ea protulit. Hac enim de cauſſa ſuperius a nobis dictum eſt, ſi omni magnitudine & comprehenſione perceptioneque ſuperiorem Patrem cognoſcit, quomodo diem & horam illam neſciret, quæ ſunt inſtar auræ pulveriſque cujuſdam, aut etiam levioris & tenuioris rei, ſi cum natura numinis illius divini comparentur? præſertim quum diſerte dicat: [l] *Nemo novit patrem niſi filius, neque filium quiſquam cognoſcit, niſi pater*. Ut enim magnus ille pater novit filium, utque maximus ille filius novit genitorem: ita & æqualis magnitudine Spiritus ille ſanctus novit D patrem & filium, ab utriſque cognitus. De duabus autem cognitionibus duplicique notitia ſacris in litteris docemur; quarum alia quidem ſecundum, actum, alia vero ſecundum faciem exſiſtit: quemadmodum obſcuris exemplis utens funem ignorationis abrumpam, ac vos a ſectarum blaſphemo agmine revocabo. Sic enim captos a verſuto Beliale mortales, viciſſim captivos ſibi reddit Chriſtus, exaltatus in cruce, ſecundum Davidem vatem divinum. Prævidebat enim ſanctus ille vir ſalutarem paſſionem & captivitatem noſtram: & idcirco inquit: [m] *Adſcendiſti in altum, captivam duxiſti captivitatem; dediſti dona inter homines*. Quænam illa? Fidem in Trinitatem, & rerum myſticarum ſacram adminiſ- E trationem, & ſpem reſurrectionis. Subjicit autem rurſus canticum divinum: [n] *ſed & inobedientes ad habitandum*. Quidnam & ubi? Eos qui ſunt ex Judæis & gentibus, in ſancto habitaculo Eccleſiæ. Inobediens enim ille, terrificus & diſcerpens Chriſtianos lupus erat Paullus, qui nunc Eccleſiæ columna eſt, altiſona fidei tuba; qui aliquando male perſequebatur, recte converſus, ſpontanea voluntate pro iis qui perſequutionem patiuntur, flagellatur; percutiens, virgis cæditur; interfector, pro occiſis lubens capite truncatur: per auditam cælitus vocem & oculorum plagam converſus, pro Saulo Paullus, a redemtore Chriſto deinceps nominatur, ut gentibus Chriſtianorum nomen inderet.

Ἀλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον τῷ λόγῳ παλινδρομήσωμεν,

Sed enim ad propoſitum ſermonem recurramus, acrio-

a Pſalm. XLV. 5. b Iſa. XI. 1. c Gen. XLIX. 9. d Iſa. LIII. 7. e Jer. XI. 19. f Pſalm. CXVII. 22. g Iſa. IX. 6. h Joan. I. 1. i Ibid. ℣. 14. k Marc. XIII. 32. l Matth. XI. 27. m Pſal. LXVII. 19. n Ibid.

ὀξυτέρᾳ τῇ ὄψει τῆς διανοίας χρώμενοι, πρὸς τὴν κατανόησιν τῆς διττῆς γνώσεως καὶ εἰδήσεως. φησὶ γοῦν ἡ θεία γραφὴ περὶ τοῦ Ἀδὰμ καὶ τῆς Εὔας, μετὰ τὸ ἐξορισθῆναι αὐτοὺς τοῦ παραδείσου, αἰδουμένους τοῦ ἀπηγορευμένου, ἔγνω Ἀδὰμ Εὔαν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ συλλαβοῦσα ἔτεκε. τί οὖν ἐροῦμεν, ὅτι ἐν παραδείσῳ ἠγνόει αὐτὴν ὁ φάσκων περὶ αὐτῆς, τοῦτο νῦν ὀστοῦν ἐκ τῶν ὀστῶν μου, καὶ σὰρξ ἐκ τῆς σαρκός μου; ἀλλ' ἐγίνωσκεν αὐτὴν, ἐκεῖ μὲν τῇ ὄψει μόνῃ, ἐνταῦθα δὲ τῇ ὄψει, καὶ ἐνεργείᾳ σωματικῇ. καὶ Ἀβραὰμ ἔγνω Σάῤῥαν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, οὐκ ἀγνοουμένην πρὸ τῆς μίξεως. καὶ περὶ τοῦ Δαβὶδ φησιν ἡ τῶν βασιλειῶν πυκτίς. ἐγήρασε Δαβὶδ, καὶ ἔσκεπον αὐτὸν ἱματίοις, καὶ οὐκ ἐθερμαίνετο, καὶ ἐζήτουν παρθένον συγκαθεύδειν αὐτῷ καὶ συνθάλπειν. καὶ εὑρέθη, φησὶν, Ἀβισσὰ ἡ Σωμανῖτις, καὶ οὐκ ἔγνω αὐτὴν Δαβὶδ, συγκαθεύδουσαν αὐτῷ. ἆρ' οὖν παρὰ τούτῳ ἐροῦμεν μηδὲ τῇ ὄψει καὶ ἁφῇ γινώσκειν αὐτήν; πολλάκις δὲ, καὶ ἡμεῖς φαμεν πρὸς τοὺς περὶ γυναικῶν ἐγκαλοῦντας ἐπαρώμενοι αὐτοῖς, καὶ ἐξομνύμενοι μὴ ἐγνωκέναι αὐτὴν γυναῖκα ὑπάρχειν ἢ ἄνδρα. ἅπερ ἐπὶ μὲν τῆς ἐνεργείας ἀληθεύειν φανῶμεν, ἐκ δὲ τῆς φωνῆς καὶ ὄψεως πρόδηλον τὴν γνῶσιν τοῦ τε ἄῤῥενος καὶ θήλεος ἔχοντες. οὐκ ἀγνοεῖ τοίνυν ὁ υἱὸς τὴν ἡμέραν καὶ τὴν ὥραν ἐκείνην, πάντα αὐτῆς τὰ σημεῖα καὶ φόβητρα προφαίνων, καὶ οἱονεὶ παροῦσαν αὐτὴν τοῖς γνωρίσμασι διαγράφων, ἀλλ' οὐκ ἐβούλετο σαφηνίζειν τὴν εἰκαίαν ἐρώτησιν, ἀγνοεῖσθαι δ' αὐτὴν πᾶσιν εἰκότως προμηθεύεται. ὥστε πᾶσαν ἡμέραν καὶ ὥραν ἐκείνην οἰομένους, παρασκευάζεσθαι πρὸς αὐτὴν, καὶ νηφόντως καραδοκεῖν αὐτὸν ἥκοντα πρὸς ἔκτισιν τῶν ἐπάθλων τοῦδε τοῦ βίου. ἄπαγε τοίνυν τῆς ἀνοίας, ἄγνοιαν μιᾶς ἡμέρας καὶ ὥρας καταληρῶν τοῦ ποιητοῦ τῶν αἰώνων, ἐν ᾧ πάντες οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας ὑπάρχουσι, καθὼς φησιν ὁ ἱερὸς ἀπόστολος.

A re mentis adſpectu utentes ad conſiderationem duplicis cognitionis & notitiæ. Inquit igitur ſcriptura ſacra de Adamo & Eva, quod poſtquam ejecti eſſent e paradiſo, deguſtato fructu interdicto, [a] cognoverit Adamus Evam uxorem ſuam, quæ fetu concepto, pepererit. Quid igitur dicemus? an quod in paradiſo non cognoverit eam, qui de ipſa dicebat: [b] *Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea?* Omnino cognovit eam, illic quidem ſolo adſpectu, heic autem & adſpectu & actu corporali. Sic etiam Abrahamus cognovit Saram uxorem ſuam, non incognitam ante commiſtionem. De Davide perſcriptum eſt in libro de Regnis: [c] *Conſenuit Davides, & operuerunt eum veſtibus, nec tamen calefie-* B *bat. Igitur quærebant virginem, quæ cum ipſo dormiret, & foveret eum. Et inventa eſt Abiſa Sunamitis, quam non cognovit Davides dormientem ſecum.* Num igitur propter hoc dicemus, quod neque adſpectu neque attrectatione cognoverit eam? ſæpe autem nos quoque dicemus ad eos, qui nobis propter mulieres crimen intentant, devoventes noſmet, ac jurejurando purgantes, non noviſſe nos, ſit ne mulier illa, vel vir. Id quod actus quidem ratione dicere vere poſſe videmur, ex voce tamen & adſpectu haud obſcuram habemus maris vel feminæ cognitionem. Non ignorat igitur filius diem & horam illam, quum omnia ejus ſigna prodigiaque terribilia prædicat, & quaſi præſentem ſuis indiciis deſcribat: C verum noluit clarius reſpondere ad vanam illam quæſtionem, adeoque prudenter omnibus ut ignota eſſet, inſtituit; quo nimirum quamlibet diem & horam illam eſſe arbitrantes, ad eam præparemur, & ſobrie exſpectemus ipſam venientem, ad compenſationem atque remunerationem certaminum hujus vitæ. Abſit igitur procul ea dementia, quæ ignorationem unius diei & horæ quodam cum delirio tribuit conditori ſæculorum, [d] *in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ*, quemadmodum ſanctus ille Apoſtolus loquitur.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

Πεῦσις κά.

Τί οὖν; ἄλλως μὲν γινώσκει ὁ πατὴρ ἐκείνην, καὶ ἄλλως ὁ υἱός;

INTERROGATIO XXI.

Quid igitur? num aliter illam cognoſcit Pater, D & aliter filius?

Ἀπόκρισις.

Οὐχ ἑτέραν γνῶσιν φαμὲν τοῦ πατρὸς, θατέραν δὲ τοῦ παιδὸς καὶ τοῦ [1] πνεύματος, ἀλλὰ τὸ μὲν πραχθὲν, τὸ δὲ ταμιευόμενον. γινώσκει γὰρ ὁ πατὴρ ἐκείνην τῇ διττῇ γνώσει καὶ πράξει, τῇ μὲν δημιουργήσας, τῇ δὲ κρίνας διὰ τοῦ γνησίου παιδὸς κρῖναι πάντας. γινώσκει δ' αὐτὴν καὶ ὁ υἱὸς ἴσα τῷ γεννήτορι κατ' εἴδησιν καὶ πρᾶξιν δημιουργικὴν, οὐ μέντοι κριτικήν. οὔπω γὰρ ἔκρινεν, τοὺς μὲν πυρὶ ἀσβέστῳ, τοὺς δὲ τρυφῇ ἀλήκτῳ ἀποκρίνας. οὐκ ἀγνοίας δὲ τοῦτο, ἀλλὰ μακροθυμίας, καιρὸν διορθώσεως τοῖς μοχθηροῖς παρεχομένης, ἐν ᾧ τοὺς μὴ καθαιρομένους τὸ αἶσχος καὶ ἐκνήφοντας ἐκτραγῳδῶν καταυλίζων ὁ Δαβὶδ φησιν, δανείζεται ὁ ἁμαρτωλὸς, καὶ οὐκ ἀποτίσει· δάνος τὸν καιρὸν τῆς θείας μακροθυμίας δηλῶν, ἔκτισιν δὲ τὴν μετάγνωσιν. καὶ αὖθις ὁ θεῖος ἐπάγει μελῳδὸς, ὁ δὲ δίκαιος οἰκτείρει καὶ δίδωσιν. ὁ διδοὺς, Θεὸς, τὸ διδόμενον, μεταμελείας καιρός. δανείζων γὰρ Θεὸς βροτοῖς, σπανίως ἢ μόγις, ἢ οὐδ' ὅλως ἀπολαμβάνει, μέχρι τέλους τοῦ ὀφείλοντος ἀναμένων τὴν ἔκτισιν. δανειζόμενος δὲ διὰ τοὺς πένητας τὸν ἔλεον, αὖθις πολλαπλάσιον

RESPONSIO.

Non aliam quidem dicimus cognitionem Patris, aliam vero Filii & Spiritus: ſed aliud quidem actu præteritum, aliud vero in futurum reſervatum. Cognoſcit enim pater illam horam duplici cognitione & actu; alia quidem quod tamquam opifex crearit, alia vero quod decreverit per unigenitum filium judicare omnes. Cognoſcit autem ipſam & filius æqualiter cum genitore, ſecundum ſcientiam & actum creationis, non tamen judicii. Nondum enim judicium exercuit, ſecretis iis qui vel inextincto E igni, vel voluptati æternæ deſtinati ſunt: id quod non ignorantiæ, ſed longanimitatis eſt, correctionis tempus flagitioſis præbentis. Quo quidem tempore quotquot a turpitudine non purgantur & evigilant, eorum miſeriam decantans & deplorans Davides inquit: [e] *Mutuum accipit peccator, & uſuram non perſolvet.* Tempus heic ſcilicet divinæ longanimitatis ſignificans, ac perſolutionis voce intelligens pœnitentiam. Iterumque divinorum carminum auctor ſubjungit, [f] *Juſtus autem miſeretur, & dat.* Quibus in verbis Deus eſt qui dat; tempus autem pœ-

a Gen. IV. 1. *b* Gen. II. 23. *c* III. Reg. I. 1. 3. 4. *d* Coloſſ. II. 3. *e* Pſalm. XXXVI. 21. *f* Ibid.

1. Πνεύματος] Sic reſcripſimus pro πατρὸς quod exhibent editi. Atque ita legebat interpres. Nam πνεύματος πατρὸς, πνεύματι πατρὶ aliaque hujuſmodi, haud infrequenter librarii confundere conſueverunt, ut præ ceteris obſervat Cotelerius *Monum. Eccl. Gr.* tom. II. pag. 6..

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



ἀντιδίδωσιν, ὀξέως εὐεργετεῖν, βραδέως κολάζειν εἰωθώς. ἔτι γὰρ καὶ νῦν ἀσεβεῖς θεοστυγοῦσι, καὶ ἄπιστοι ταῖς θεουργίαις ἐπισκάζουσι, οὐδ᾽ ἑτέρῳ τῆς διανοίας τὰς βάσεις ἐρείζοντες, καὶ ἡ ἀδικία κρατεῖ, καὶ ὁ κριτὴς μακροθυμεῖ, ἕως τῆς δευτέρας πρὸς ἡμᾶς φοιτήσεως, ἥτις ὑπάρχει τῆς ἡμέρας καὶ τῆς ὥρας ἐκείνης ἡ πρακτικὴ τῆς κρίσεως γνῶσις αὐτῷ.

A nitentiæ eſt id quod datur. Mutuum enim dans Deus hominibus, vel raro, vel vix, vel numquam recipit, uſque ad finem debitoris exſpectans perſolutionem. Mutuum autem accipiens, propter proximos miſericordiam rurſus multiplicans retribuit: quum cito quidem benefacere, tarde vero punire conſueverit. Nunc enim adhuc impii oderunt Deum, & increduli in divinis operibus claudicant, neque ulla alia re mentis greſſus firmant; adeoque iniquitas ſuperat, & judex longanimis eſt, uſque ad ſecundum ad nos adventum, qui eſt diei & horæ illius nimirum judicii exercendi cognitio.

Πεῦσις κβ΄.

Καὶ πῶς αὐτὸς λέγει, πρὸς τὸν Θεόν μου καὶ Θεὸν ὑμῶν, καὶ πατέρα μου καὶ πατέρα ὑμῶν; ἐκ τούτου δεικνὺς μὴ ἴσος ὑπάρχειν τοῦ πατρὸς, λέγων, πορεύομαι πρὸς τὸν Θεόν μου;

Interrogatio. XXII.

Quomodo vero inquit ipſe, [a] *Ad Deum meum & Deum veſtrum, & patrem meum & patrem veſtrum?* quo oſtendit ſe non æqualem eſſe patri, B quum inquit; *Vado ad Deum meum?*

Ἀπόκρισις.

Ἀλλὰ μὴ πρὸς τὸ, ἧττον ὑπάρχειν τοῦ πατρὸς τὸν παῖδα, καταπέσῃ ὑμῶν ἡ διάνοια, τῷ ῥήματι τῆς θεανδρικῆς αὐτοῦ οἰκονομίας προσκόπτουσα. οὐ γὰρ πρὸ ταύτης φαίνεται φήσας ἐν τῇ παλαιᾷ πυκτῇ ἔτι ἀσώματος ὑπάρχων, πορεύομαι πρὸς τὸν Θεόν μου. καὶ σαρκὶ δὲ ἑνωθεὶς, οὐχ ἧττον ὑπὸ τῶν προφητῶν θεολογεῖται, Ἡσαίου μὲν βοῶντος, παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν καὶ ἐδόθη, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ, καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ, μεγάλης βουλῆς ἄγγελος, θαυμαστὸς σύμβουλος, Θεὸς ἰσχυρὸς, ἐξουσιαστὴς, ἄρχων εἰρήνης, πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. τοῦ δὲ Δαβὶδ μελῳδοῦντος τὴν δευτέραν αὐτοῦ θεανδρικὴν ἐπιφοίτησιν, ἐπὶ κρίσει καὶ ἀνταμείψει πάντας συναγείρουσαν, ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐμφανῶς ἥξει, ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐ παρασιωπήσεται. πῦρ ἐναντίον αὐτοῦ προπορεύσεται, καὶ κύκλῳ αὐτοῦ καταιγὶς σφόδρα, τοὺς αἰτίους πρὸς τιμωρίαν συνελαύνουσα, καὶ τῷ φρικώδει καὶ ἀκλινεῖ παριστῶσα βήματι τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. εἰκότως οὖν διὰ τὴν σωματικὴν οἰκονομίαν φησὶ, πορεύομαι πρὸς τὸν Θεόν μου, διὰ δὲ τὴν κατὰ φύσιν τῆς θείας ἐκ τοῦ πατρὸς γεννήσεως, πορεύομαί φησι πρὸς τὸν πατέρα μου. Θεὸς τοίνυν τῶν μαθητῶν καὶ πατὴρ τοῦ παιδὸς κατὰ φύσιν, Θεὸς δὲ τοῦ υἱοῦ κατὰ σάρκα, καὶ πατὴρ τῶν φοιτητῶν κατὰ χάριν.

Responsio.

Nequaquam recidat eo mens noſtra, ut putemus minorem eſſe patre filium, offenſa hoc verbo, quod ratione adminiſtrationis uniti cum Deo hominis dicitur. Non enim ante hoc tempus eum conſtat ſic loquutum eſſe in ſcriptura veteri, quum adhuc eſſet incorporeus: *Vado ad Deum meum*. Immo etiam carni unito divinitas nihilominus a vatibus tribuitur. Eſaia quidem clamante: [b] *Puer natus eſt nobis, & datus eſt, cujus imperium ſuper humerum ejus; & vocabitur nomen ejus, Magni conſilii nun-* C *tius, admirabilis Conſiliarius, Deus fortis, Dominator, princeps pacis, pater futuri ævi.* Davides autem ſecundum uniti cum Deo hominis adventum canit, quo ad judicium & retributionem omnes excitabuntur: [c] *Deus noſter manifeſto veniet;* Deus inquam noſter, nec tacite id fiet: [d] *Ignis præcedet ante ipſum, & in circuitu ipſius vehemens procella,* impellens ad ſupplicium reos, quos terribili & incorrupto ſiſtet tribunali ejus qui ſupra omnia exſiſtit, Dei ſcilicet ac Servatoris noſtri Jeſu Chriſti. Merito igitur propter adminiſtrationem in corpore ſuam, inquit, *Vado ad Deum meum*. Propter eam vero quæ ſecundum naturam divinæ ex patre generationis eſt, *Vado*, inquit, *ad Patrem meum*. Deus D igitur ille diſcipulorum eſt, & Pater filii ſecundum naturam: & Deus idem filii ſecundum gratiam.

Πεῦσις κγ΄.

Καὶ πῶς περὶ τοῦ πατρὸς γέγραπται, οὐ πεινάσει, οὐ διψήσει, οὐδέ ἐστιν ἐξεύρεσις τῆς φρονήσεως αὐτοῦ· περὶ δὲ τοῦ υἱοῦ, ὅτι ἐπείνασε μετὰ τέσσαρας ἡμέρας, πειρασθεὶς ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ διψήσας ἐζήτει πιεῖν παρὰ τῆς Σαμαρείτιδος; πάλιν περὶ τοῦ πατρὸς, οὐ κοπιάσει, οὐ νυστάσει, οὐδὲ ὑπνώσει ὁ φυλάσσων τὸν Ἰσραήλ· ἐκοπίασε δὲ Ἰησοῦς ἐκ τῆς ὁδοιπορίας, καὶ ὑπνώττει ἐν τῷ πλοίῳ, ἅπερ οὐκ ἔστι Θεοῦ.

Interrogatio. XXIII.

Et quei fit, ut de patre ſit ſcriptum: [e] *Non eſuriet, non ſitiet, neque eſt invenire ſapientiam ejus*: de filio autem, quod eſurierit poſt quadraginta dies, tentatus in deſerto? Et quod ſitierit, dum peteret a Samaritana potum. Iterumque de patre: [f] *Non laſſabitur, non dormitabit, neque dormiet cuſtos Iſraelis*: at Jeſus defatigatus eſt ex profectione, & dormivit in navi: quæ utique Deo non competunt.

E

Ἀπόκρισις.

Ἄπαγε σαυτὸν τῆς νηπιότητος ἄνθρωπε. οὐ μόνον γὰρ πεινῆσαι κατεδέξατο ἐλθὼν ὁ ἐνυπόστατος καὶ ζῶν ἅγιος λόγος, ἀλλὰ καὶ πέπονθε τῷ ἐξ ἡμῶν προσλήμματι, καὶ ὑπὸ ταφὴν τούτου γέγονε, πρῶτον μαστιχθεὶς τὸν νῶτον, καὶ δέσμιος τῇ ἑνώσει ἀναπεμφθεὶς Ἡρώδῃ ὑπὸ Πιλάτου. εἶθ᾽ οὕτως ῥαπίζεται παρειαῖς καὶ ἐμπτύεται. ἀλλὰ καὶ ἐδάκρυσε, καὶ ἐν ἀγωνίᾳ γενόμενος ἵδρωσε· καὶ ἐγένετο ὁ ἱδρὼς αὐτοῦ ὡσεὶ θρόμβοι αἵμα-

Responsio.

Apage ſis cum hac tua dementia mi homo. Non enim eſurire modo ſuſtinuit, per ſe ſubſiſtens illud vivum ſanctumque Verbum: ſed & paſſum eſt adſumta noſtra natura, in qua & ſepulturam ſubiit. Primum flagellis cæſo dorſo conſtrictum vinculis ad Herodem miſſum eſt a Pilato. Deinde colaphis in maxillas cæditur, & conſpuitur. Sed & flevit, & in angore conſtitutum ſudavit, [g] *fuitque ſudor ejus tamquam*

[a] Joan. xx. 17. [b] Iſa. ix. 6. [c] Pſalm. xlix. 3. [d] Ibid. [e] Eccli. xviii. 5. [f] Pſalm. cxx. 4. [g] Luc. xxii. 44. 45.

A τος, καὶ ὤφθη ἄγγελος, ἐνισχύων αὐτὸν, φησὶν ὁ θεῖος Λουκᾶς. ἀλλ' ὡς ἀγνοῶν περὶ Λαζάρου ἤρετο, ποῦ τεθείκατε αὐτόν; καὶ περὶ τῆς αἱμόῤῥου γυναικὸς, συλησάσης διὰ τοῦ κρασπέδου τὴν ἴασιν, τίς με ἥψατο, φησί. καὶ πρὸς τοὺς ζητοῦντας αὐτὸν Ἰουδαίους συλλαβεῖν, τίνα ζητεῖτε, φησί. καὶ τοῖς φοιτηταῖς φησι, τίνα με λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι εἶναι; πόσους ἄρτους ἔχετε; οὐθ' ἕτερον τούτων ἀγνοῶν. ὡς τὸ πέρας τῶν δρωμένων παρίστησι· τοῦ μὲν Λαζάρου ἡ θανάτου πρόῤῥησις, περὶ ἧς λεπτότερον μικρὸν ὕστερον διαλέξομαι, τῆς ὥρας ἐπὶ τὴν παῦλαν τοῦ λόγου συνωθούσης· περὶ δὲ τῆς αἱμόῤῥου, ἡ τῆς ψαύσεως αἴσθησις, καὶ ἡ τῆς δυνάμεως ἄφθονος ἐπικουρία· περὶ δὲ τῶν συλληπτόρων ἡ τῆς ἐφόδου πρόφασις, καὶ ἡ τῆς ὥρας ἐκείνης ἐγγύτης, καὶ τὸ φῆσαι τοῖς μιαιφόνοις, ἐγώ εἰμι. περὶ δὲ ὧν τοῖς B βροτοῖς ᾤετο, ὁ τῷ Πέτρῳ ἐπὶ τῇ ἀκριβεστάτῃ καὶ ἀῤῥαγεστάτῃ (sic) ἀρραρότῳ ὁμολογίᾳ ἐπαχθεὶς μακαρισμός· περὶ δὲ τῶν ἄρτων, ἡ ἐξ ἀμυδρῶν καὶ βραχέων ἄπειρος πληθὺς ῥα τῶν λειψάνων. πέντε γὰρ ὄντες, πεντακισχιλίους εἰς κόρον διέθρεψαν, δώδεκα κοφίνους κλασμάτων μετὰ τὴν ἑστίασιν τοῦ ὄχλου πληρώσαντες, τῇ ἁφῇ καὶ κλάσει αὐξόμενοι τοῦ προστάξαντος ἐν ἀρχῇ τῇ χέρσῳ πυρὸν βλαστῆσαι, καὶ τοῖς ὕδασιν ἐκβράσαι πᾶν γένος πλωτὸν, καὶ πᾶν ὁποῖον ἐξ αὐτῶν φύεται.

guttæ sanguinis. Et apparuit angelus qui corroborabat eum, inquit divinus ille Lucas. Quin etiam velut ignorans de Lazaro quærebat, [a] *Ubi posuistis eum?* Et de muliere profluvio sanguinis laborante, quæ clam per tactum fimbriæ abstulerat sanitatem: [b] *Quis me tetigit?* inquit. Et ad Judæos qui ipsum comprehensuri erant, [c] *Quem quæritis?* ait. Et ad discipulos, [d] *Quem me dicunt homines esse?* Item, [e] *Quot panes habetis?* Quum nihil horum ignoraret; sicut exitus ipse rerum declarat: in Lazaro primum, quod ejus mortem prædicit, de quo apertius paullo post differam, quum ad finem orationis me tempus compulerit: in muliere sanguinis profluvio laborante, contrectationis ipse sensus, & copiosum divinæ potestatis auxilium: in comprehensoribus, impetus & accessus caussa, & horæ illius propinquitas, item quod interfectoribus dicit, [f] *Ego sum*: in eo quod quærit, quis hominibus esse videretur, hoc ipsum, quod Petrum ob exactissimam firmissimamque confessionem beatum prædicat: in panibus, de exiguis & paucis ingens multitudo reliquiarum. Quum enim quinque tantum essent, quinquies mille ad satietatem paverunt, ac præterea duodecim cophinos fragmentis repleverunt, postquam turba epulata erat, contactu & fractione illius aucti, qui in principio terræ mandaverat, ut triticum produceret, & aquis ut produceret omne genus natabile, ac quidquid ex eis nascitur.

Πεῦσις κδ'.

C Καὶ εἰ τέλειός ἐστι Θεὸς ὁ Χριστὸς, πῶς ὁ εὐαγγελιστὴς λέγει, τὸ δὲ παιδίον Ἰησοῦς ηὔξανε καὶ ἐκραταιοῦτο πνεύματι, καὶ προέκοπτε σοφίᾳ καὶ ἡλικίᾳ; Θεὸς οὐκ αὔξει οὐδὲ προκόπτει σοφίᾳ, οὐδὲ κραταιοῦται ὡς ἀσθενής.

INTERROGATIO XXIV.

Quod si perfectus Deus est Christus, quomodo inquit Evangelista, [g] *Puer Jesus crescebat ac spiritu confirmabatur, & proficiebat tam sapientia quam ætate?* Deus certe non crescit, neque proficit sapientia, neque confirmatur, ut antea infirmus.

Ἀπόκρισις.

Σοφία καὶ δύναμις τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς ὑπάρχων, καθά φησιν ὁ ἱερὸς ἀπόστολος, οἰκονομικῶς καθ' ἡμᾶς διαφοιτᾷ, αὐθαιρέτῳ μετριότητι σοφίαν παιδεύων βροτοὺς, ὁ τοῦ Ἀδὰμ φυτεύσας τὸ οὖς. βραχὺ δὲ ἀναλαβὼν τὰ εἰρημένα, σαφέστερον τὸν ἐμὸν ἀποδείξω Θεὸν, ἀτρέπτως καὶ ἀμεταβλήτως διὰ βροτοὺς βρέφος γενόμενον, καὶ αὔξησιν προσδεξάμενον σώματος, οὐ θεότητος. D φησὶ γοῦν ὁ πολυκίνδυνος τῶν προφητῶν Ἱερεμίας, ἄνθρωπός ἐστι, καὶ τίς γνώσεται αὐτόν; ἐκ τούτου δηλῶν ὅτι Θεός ἐστι, λανθάνων τοὺς παχυτέρους τὴν διάνοιαν, καὶ οὐχ οἵους τε ὄντας δι' ἀπιστίαν χωρῆσαι τὴν γνῶσιν, καθὰ τοὺς βαρυωποῦντας, καὶ δι' ἀσθένειαν μὴ χωροῦντας τοῦ ἡλίου τὴν ὄψιν. εἰ δὲ ἄνθρωπος ἦν, πῶς οὐκ ἐγινώσκετο καθ' ἡμᾶς; πᾶς γὰρ ἄνθρωπος γινώσκεται πάντως, εἴτε ἀπὸ γεννητόρων, εἴτε ἀπὸ τῶν συγγενῶν καὶ ὁμαίμων, εἴτε ἀπὸ τῶν συσκήνων καὶ συνεστίων. ἐξ οὐδενὸς τοίνυν τῶν καθ' ἡμᾶς ὁ προφήτης αὐτὸν παριστῶν, φησὶν, ἄνθρωπός ἐστι, καὶ τίς γνώσεται αὐτόν; ὅτι Θεὸς ὑπάρχων τοῦτο γενέσθαι ηὐδόκησε. λιμὸν δὲ καὶ δίψαν ὕδατος προσίεται, τὰ τοῦ σώματος ἀδιάβλητα πάθη· Μανιχαίων λύων τὴν ματαιότητα, δόκησιν καὶ φαντασίαν ποιουμένους E τὴν οἰκονομίαν.

RESPONSIO.

Qui [h] *est sapientia & potentia Dei & Patris*, ut inquit sanctus ille Apostolus, per dispensationem nostri similis incedit voluntaria demissione, sapientiam docens mortales, qui Adami plantavit aurem. Paullo autem superius oratione repetita, dilucidius ipsum demonstrabo Deum, qui citra conversionem & immutationem ullam propter nos mortales infans fit factus, & incrementum acceperit corporis, non divinitatis. Dicit igitur multa perpessus ille vates Hieremias: [i] *Homo est, & quis cognoscet ipsum?* quo innuit, ipsum Deum esse, qui tamen ignoretur ab iis qui crassiore sunt intellectu, neque possunt per incredulitatem capere cognitionem ejus; veluti qui oculis ægri sunt, per imbecillitatem adspectum solis tolerare nequeunt. Si vero homo erat, quomodo non cognoscebatur, quemadmodum nos? Omnis enim homo plane cognoscitur aut ex parentibus, aut ex cognatis & consanguineis, aut denique ex contubernalibus & domesticis. Ex nullo igitur eorum quæ in nobis sunt, vates ipsum exprimens, inquit: *Homo est, & quis cognoscet eum?* Quoniam quum Deus esset, hoc tamen fieri voluit, famem & sitim æque admittit, quæ sunt corporis adfectiones, expertes vitii ac reprehensionis: Manichæorum hoc ipso vanitatem refutans, qui opinionem & rem imaginariam esse statuunt ipsius in carne administrationem.

Πεῦσις κε'.

Ψυχὴν λέγεις ἔχειν τὸ σῶμα τοῦ λόγου, ἢ ἀντὶ ψυχῆς τὴν θεότητα ἐνεργεῖν; πολλοὶ γὰρ τοῦτο λέγουσι, καὶ πιθανὸν δοκεῖ.

INTERROGATIO XXV.

Num animam tradis habere corpus Verbi, vel pro anima ipsa operatur divinitas? Hoc enim multi adserunt, & verisimile videtur.

a Joan. XI. 34. b Luc. VIII. 45. c Joan. XVIII. 4. d Matth. XVI. 13. e Matth. XV. 34. f Joan. XVII. 5. g Luc. II. 40. 52. h I. Cor. I. 24. i Jer. XVII. 9. sec. LXX.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

A

Απόκρισις.

Ευηθείας καὶ νηπιότητος ἄψυχον οἴεσθαι τὸ τοῦ Θεοῦ καὶ λόγου σῶμα. ἀμφοτέροις γὰρ ἐξ ὧν ἡ βροτῶν φύσις συνίσταται, ὁ λόγος ὑπερλόγως ἥνωται, ψυχῇ φημι καὶ σώματι, ἑκατέρῳ τμήματι ῥωστίαν δωρούμενος. θατέρου γὰρ αὐτοῦ λείποντος, ἀτελὴς ἡμῶν ἡ σωτηρία, ἢ τοῦ σώματος ἐν φθορᾷ μένοντος, ἢ τῆς ψυχῆς ἐν ᾅδῃ κατεχομένης.

RESPONSIO.

Stoliditatis & dementiæ eſt, inanimatum putare Dei Verbi corpus: utriſque enim quibus humana natura conſtat, Verbum unitum eſt ſupra captum rationis noſtræ; animæ inquam & corpori, utrique parti robur ſuppeditans. Alterutro enim ſi careat, inutile erit & alterum, & imperfecta ſalus noſtra, dum vel manente in interitu corpore, vel anima detenta in orco.

Πεῦσις κϛ'.

B Καὶ διὰ τί ὁ Ιωάνης οὐ λέγει τοῦτο; εἰπὼν γὰρ, ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος σάρξ ἐγένετο, οὐ προστίθησιν, ὅτι καὶ ψυχὴ ἐγένετο, ἢ ὅτι ἔλαβε ψυχήν.

INTERROGATIO XXVI.

Quamobrem ergo Joannes id non indicat? Poſtquam enim dixiſſet, [a] *In principio erat Verbum*, & [b] *Verbum caro factum eſt*, non addit: quod etiam anima factum ſit, aut quod animam ſumſerit.

Απόκρισις.

Εἰ ἄψυχον οἰηθῶμεν τὸ κυριακὸν σῶμα, ἕψεται πάντως, παθητὴν ἀποφαίνειν τὴν θεότητα, ψυχῆς δίκην ἐν τῇ σαρκὶ διήκουσαν, πείνῃ τε καὶ δίψει, ὕπνῳ τε καὶ δάκρυσιν, ἀγωνίᾳ τε καὶ ἱδρῶτι φυσικῶς ὑποκύπτουσαν. ἀκουστέον δὲ τοῦ θεσπεσίου Δαβὶδ περὶ τῆς θεανδρικῆς μελῳδοῦντος ψυχῆς, ἐκ προσώπου αὐτοῦ ἐκείνου, ὅτι οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδου, οὐδὲ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν. αὐτὸς δὲ ὁ σωτὴρ ἐν εὐαγγελίοις φησίν· ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι τὴν ψυχήν μου, καὶ πάλιν λαβεῖν αὐτήν· καὶ, ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, ὁ τιθεὶς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ὑπὲρ τῶν προβάτων.

RESPONSIO.

Si inanimatum eſſe cogitabimus Domini corpus, ſequetur prorſus, paſſioni nos obnoxiam pronuntiare divinitatem, animæ inſtar in carne ſe didentem, famem, ſitim, ſomnum, lacrymas, angorem, ſudoremque naturaliter perferentem. Audiatur autem Davides divinus ille vates, de anima perſonæ ex homine Deoque conſtantis, canens illius ipſius verbis: [c] *Quoniam non derelinques animam meam in orco, neque permittes ut ſanctus tuus videat corruptionem*. Ipſe vero Servator inquit in Evangelio: [d] *Poteſtatem habeo ponendi animam meam, & rurſus ſumendi eam*. Item, [e] *Ego ſum paſtor ille bonus, qui ponit animam ſuam pro ovibus*. C

Πεῦσις κζ'.

Οὐκοῦν καὶ ὁ πατὴρ ψυχὴν ἔχει; Ησαΐας γὰρ ἐκ προσώπου αὐτοῦ, περὶ Χριστοῦ φησιν· ἰδοὺ ὁ παῖς μου ὃν ᾑρετισάμην, ὁ ἀγαπητός μου εἰς ὃν εὐδόκησεν ἡ ψυχή μου. εἰ οὖν ἐξ ὧν εἶπεν ὁ υἱὸς, ψυχὴν αὐτὸν νομίζεις ἔχειν, πάντως καὶ ἀφ' ὧν εἶπεν ὁ πατὴρ, ψυχὴν αὐτὸν λέγωμεν ἔχειν. ἀλλ' ὁ πατὴρ οὐκ ἔχει, πάντως οὐδὲ ὁ υἱός· εἰ δὲ ἔχει, ἐντεῦθεν δείκνυται ἀνόμοιος ὑπάρχειν τῷ πατρί.

INTERROGATIO XXVII.

D Num igitur & pater animam habet? Eſaias enim in ipſius perſona, de Chriſto inquit: [f] *Ecce ſervus meus quem elegi, dilectus meus qui gratus & acceptus eſt animæ meæ*. Si igitur ex iis quæ filius loquitur, animam ipſum habere putas: omnino etiam ex iis quæ loquutus eſt pater, animam habere ipſum dixerimus. Quod ſi pater non habet, nec filius habebit. Sin autem habet, de hoc ipſo liquet, quod patri ſit inæqualis.

Απόκρισις.

Αλλ' οὐκ ἔχει ψυχὴν ὁ πατὴρ, ἐπεὶ οὐδὲ σάρκα βροτῶν ὑπῆλθεν ἴσα τῷ παιδί· οὐδὲ ἐπὶ σταυρὸν καὶ θάνατον ἧκεν, δι' ὧν καὶ χρεία σαρκὸς τῷ λόγῳ, ὑπ' ἐκείνῃ κρατουμένῳ καὶ πάσχοντι, καὶ ἀντὶ θνητῶν, ἀθανάτους καὶ μάκαρας ἀεὶ ἐσομένους βροτοὺς ἀπεργαζομένῳ.

RESPONSIO.

At non habet animam pater, quod neque carnem humanam ſubiit cum filio, neque crucem & mortem, propter quæ Verbum carne opus habuit, ut illa adſumta pateretur, ac pro mortalibus immortales & æternum beatos homines efficeret. E

Πεῦσις κη'.

Καὶ διατί μὴ φανερῶς εἶπεν Ιωάννης, ὅτι καὶ ψυχὴν ἔλαβεν, ὡς περὶ τῆς σαρκὸς λέγει;

INTERROGATIO XXVIII.

Sed quare non aperte Joannes & de anima dixit, quod adſumſerit eam, ſicut dicit de carne?

Απόκρισις.

Αρ' οὖν, ἐπεί φησιν ἡ γραφὴ, ὅτι ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς λαβὼν, καὶ οὐ προσέθηκεν, ὅτι ἐποίησε κεφαλὴν ἢ ἐγκέφαλον, οὐχ ἧπαρ, ἢ σπλῆνα καὶ πνεύμονα, οὐχ ἕτερόν τι τῶν φυσικῶν μυστηρίων, παρὰ τοῦτο ἐρήμους καὶ ἀκτήμονας ἐκείνων ἑαυτοὺς οἰηθῶμεν, μὴ λεπτηγοροῦσης τῆς γραφῆς τὰ φυσικὰ ἡμῶν ὄργανα; ὡς γοῦν ἐφ' ἡμῶν ἀπὸ μέρους τὸ πᾶν διαγινώσκεται, οὕτως καὶ τὸν ἅγιον Θεὸν λόγον,

RESPONSIO.

Num ergo, quia dicit ſcriptura, quod fecerit Deus hominem, accepto de terra pulvere, nec addidit, quod fecerit caput, aut cerebrum, aut hepar, aut ſplenem, aut pulmonem: non quod cetera denique naturalia in nobis arcana fecerit, ideo privatos eſſe, & illis carere nos putabimus, quia non quævis minuta noſtræ naturæ organa litteræ ſacræ recenſent? Ut igitur in conſideratione noſtri

a Joan. I. 1. *b* Ibid. ℣. 14. *c* Pſal. xv. 10. *d* Joan. x. 18. *e* Joan. xi. 14. *f* Iſa. xlii. 1.

ψυχῇ ϗ σώματι ἡνῶσθαι πιςεύσωμεν· ἵνα μὴ ἄψυχον τὸ θεῖον σῶμα δοκοῦντες, τῷ Θεῷ κατὰ φύσιν πάθη προσάψωμεν.

A ex parte totum cognoscitur: sic & sanctum Deum Verbum tam animæ quam corpori unitum esse credamus, ne inanimatum divinum illud corpus arbitrantes, Deo quasdam adfectiones naturales tribuamus.

Πεῦσις κθ'.

Καὶ πῶς ἴσος τῷ πατρὶ κατὰ θεότητα ὁ Χριςὸς ἀγωνίᾳ καὶ ἱδρῶτι συνεχόμενος, ϗ ὑπὸ ἀγγέλου ἐνισχυόμενος, καθὼς ὁ Λουκᾶς περὶ αὐτοῦ λέγει; ϗ ἀνωτέρω γὰρ τούτων κινηθέντων παρέδραμες τὴν διασάφησιν.

INTERROGATIO XXIX.

Sed quomodo æqualis patri secundum divinitatem est Christus, angori & sudori obnoxius, & ab angelo confirmatus, quemadmodum de ipso Lucas inquit [a], de quibus supra quæstione mota, eorum declarationem præteriisti?

Ἀπόκρισις.

Σαφῶς ἐκ τούτων παιδευόμεθα, οὐ φαντασίᾳ καὶ δοκήσει, ἀληθείᾳ δὲ μᾶλλον τὰ ἡμέτερα ἡνῶσθαι τὸν ζῶντα καὶ ἐνυπόστατον ἅγιον Θεὸν λόγον, πλὴν μόνης τῆς ἀνοσίου κακίας. ἀνεπίδεκτον γὰρ αὐτῆς τὸ θεῖον. τὸ γὰρ ἀγωνιᾷν τῆς ψυχῆς, τὸ δὲ ἱδροῦν, τοῦ σώματος φαμέν· τοὺς δὲ αἱμώδεις θρόμβους τῆς σαρκὸς ἐκβραττομένους δοκῶ, διὰ τῆς ἐκδιδομένης νοτίδος, τὸν ἐγχεθέντα ἡμῖν δι' ἀκοῆς ἰὸν τοῦ ὄφεως, ἐπὶ τῇ παραβάσει τῆς θείας ἐν παραδείσῳ ἐντολῆς, τῇ ἑνώσει τοῦ Θεοῦ, ϗ λόγου, τῆς φύσεως ἡμῶν ἐκμύζεσθαι· ὥστε μηκέτι κνίσαις ϗ αἵμασι καὶ παιδοκτονίαις ὑφ' ἡμῶν θρησκεύεσθαι τὸν ἀρχέκακον δαίμονα. ὁ δὲ ἄγγελος ἐπιῤῥωννύειν, καὶ σθεναρὸν ἀποτελῶν τὸν ἑαυτοῦ ποιητὴν ἐνισχύειν μοι δοκεῖ. πῶς γὰρ οἰκέτης δεσπότην ἐνισχύσειεν, ἢ πνεῦμα πέτραν ὑποστηρίξειεν; ἡ γὰρ πέτρα ἦν ὁ Χριςός, φησιν ὁ θεῖος ἀπόςολος. καὶ πάλιν, ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα. καὶ πάλιν, χωρὶς πάσης ἀντιλογίας τὸ ἔλαττον ὑπὸ τοῦ κρείττονος εὐλογεῖται ϗ ἐνισχύεται. ἐξ ὧν εἰκότως νοείσθω ὑπὲρ τοῦ μέλλοντος παραδόξου τῆς νίκης Χριςοῦ ἐπινίκιόν τι σχῆμα τὸν ἄγγελον ποιεῖν, ἔργῳ τὰ Μωσέως τοῦ νομοθέτου παριςῶντα ῥήματα, πρὸ χιλίων ϗ ἄνω χρόνων διαῤῥήδην βοῶντος, εὐφράνθητε οὐρανοὶ ἅμα αὐτῷ, ὅτι τὰ κάτω ἄνω ἀνήγαγε, καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι Θεοῦ, τὰς σφῶν χώρας προσθήκῃ βροτῶν αὐξομένας ὁρῶντες. εὐφράνθητε ἔθνη μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, οἱ ἐξ ἐθνῶν, τῷ Ἐνὼχ, τῷ Ἀβραὰμ, τῷ Ἰσαὰκ, τῷ Ἰωσὴφ, τῷ Δαβὶδ, τῷ Χριςῷ, τῇ ἐκκλησίᾳ προστιθέμενοι, ὅτι τὸ αἷμα τῶν υἱῶν αὐτοῦ φησιν ἐκδικεῖται, καὶ ἐκδικήσει, ϗ ἀνταποδώσει δίκην τοῖς ἐχθροῖς, ϗ τοῖς μισοῦσιν αὐτὸν ἀνταποδώσει, ϗ ἐκκαθαριεῖ Κύριος τὴν γῆν τοῦ λαοῦ αὐτοῦ. ἀλλὰ ϗ ὁ ὑψηλὸς ἀπόςολος, ἐπινικίως ἐνισχύων τῷ Χριςῷ, φησί, Χριςὸς Θεοῦ δύναμις, ϗ Θεοῦ σοφία. ϗ πάλιν, ὡς νικητῇ πᾶσαν κτίσιν ποτνιᾶσθαι αὐτῷ παιδεύων, φησίν, ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριςοῦ πᾶν γόνυ κάμψει ἐπουρανίων, ϗ ἐπιγείων, ϗ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται αὐτῷ. συμφώνως δὲ τούτῳ βροντόπαις Ἰωάννης, ἐπινικίως θεολογῶν τὸν Χριςόν, φησί· καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρός· πλήρης χάριτος ϗ ἀληθείας. τῷ δὲ ἀγγέλῳ ἑπόμενοι καὶ ἡμεῖς, οἷον ἐνισχύομεν, ἐπινικίως τὸν Χριςὸν ἐν τῷ καιρῷ τῆς θείας τῶν μυςικῶν τελετῆς βοῶντες, ὅτι σοῦ τὸ κράτος καὶ ἡ βασιλεία καὶ ἡ δύναμις ϗ ἡ δόξα. ἰδοὺ τὸ ἑνικὸν τῆς θείας φύσεως τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. ὅπερ νόμος καὶ τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσιν, εἴτ' ἐν σωμασκίαις, τοὺς ἀνδρείους καὶ ῥωμαλέους τῶν ἀθλητῶν, ἤτοι παγκρατείαις, τοὺς ὑπὸ μειρακίων τινῶν καὶ κο-

RESPONSIO.

B Per hæc manifesto docemur, non imaginarie, nec hominum opinione, sed re ipsa potius nobiscum unitum esse vivum illud & per se subsistens sanctum Deum Verbum, excepto solo peccato atque vitio, quæ cadere divinam in naturam nequeunt. Nam angi animæ, sudare vero corporis esse dicimus: sanguineas autem guttas e carne effervescentes, puto, per emanantem liquorem, infusum nobis per aures venenum serpentis in transgressione divini in paradiso præcepti, per unionem Dei & Verbi a nostra natura abstergere: ne amplius sacrificiorum nidore & sanguine, filiorumque mactationibus a nobis colatur auctor ille malorum dæ- C mon. Neque Angelus corroborare, suumque creatorem confirmare mihi videtur. Quomodo enim famulus Dominum confirmaret, aut spiritus petram corroboraret? Nam [b] *petra erat Christus*, inquit divus ille Apostolus. Et rursus, [c] *Qui facit Angelos suos spiritus*. Item, [d] *Absque omni controversia, minus a majore benedicitur & confirmatur*. Ex quibus merito intelligatur, propter novum & inauditum miraculum victoriæ Christi quod sequuturum erat, victorialem quamdam speciem angelum exhibere, Mosis legislatoris verba re ipsa declarantem, qui ante mille & plures annos exclamat: [e] *Exsultate cæli cum eo*, quoniam id quod dejectum erat ad superna reduxit; *& adorent ipsum omnes Ange-* D *li Dei*, quum sua loca hominum accessione augeri cernant. *Exsultate gentes cum populo ejus*, & quotquot ex gentibus Enocho, Noe, Abrahamo, Isaaco, Jacobo, Josepho, Davidi, Christo, & Ecclesiæ sunt additi: *quoniam sanguis filiorum ejus*, inquit, *vindicatur, & vindicabit, & retribuet ultionem inimicis, & odio prosequentibus ipsum retribuet, & expurgabit Dominus terram populi sui*. Sed & eximius Apostolus victoriose in Christo se confirmans inquit: [f] *Christus est Dei potentia & Dei sapientia*. Et rursus tamquam ipsi victori omnem creaturam se suppliciter summittere docens, inquit: [g] *In nomine Jesu Christi omne genu se flectet, cælestium & terrestrium; & omnis lingua confitebitur* E *ei*. Cum hoc autem consentiens filius ille tonitrui Joannes, de Christo victoriose concionatur, in hæc verba: [h] *Et conspeximus gloriam ejus, gloriam velut unigeniti a patre, qui plenus est gratia & veritate.* Angelum autem & nos imitemur, quasi confirmantes victoriose Christum, tempore divinæ illius rerum mysticarum administrationis, clamantes: [i] *quia tua est potentia, & tuum est regnum, & potestas, & gloria*. Ecce unitatem divinæ naturæ, nempe Patris, & Filii & Spiritus sancti. Consimilis & in gymnicis certaminibus consuetudo est, sive in exercitiis corporum ac certaminibus, ut athletæ fortes atque robusti adolescentulorum & admodum juvenum, quibus adhuc nulla barbæ lanugine genæ conteguntur, acclamationibus excitentur & ungantur, quo vigore quodam aucti fortius in adversarios ten-

a Luc. XXII. 44. 45. b I. Cor. X. 4. c Psalm. CIII. 4. Heb. I. 7. d Heb. VII. 7. e Deut. XXXII. 43. sec. LXX. f I. Cor. I. 24. g Philipp. II. 10. 11. h Joan. I. 14. i Apoc. XII. 10.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



μιδῆ νέων, μηδέπω ἰούλοις τὰς παρειὰς σκιαζομένων, ὑποφωνεῖσθαι καὶ ἀλείφεσθαι, ὥστε αὐτοὺς σφριγῶντας στεῤῥοτέρως κατὰ τῶν ἀντιπάλων χωρεῖν· οὐχ ὅτι ῥώμης καὶ ἀσθενείας τοῖς ἀνδρείοις παρὰ τῶν ἀσθενεστέρων ἐντιθεμένης, ἀλλὰ νόμῳ καὶ ἀκολουθίας ἑκάστῳ δράματι προηγουμένων. δεσποτείας πάντως νόμος ὑπὸ τῶν οἰκετῶν ἀλείφεσθαι, καὶ θωπεύεσθαι· πλήρωμα δὲ νόμου Χριστὸς, ὁ πάντων ὁμοῦ δεσπότης· νόμος δὲ ἀγγέλοις, τὸν σοφὸν ποιητὴν καὶ δεσπότην θωπεύειν καὶ ὑποσαίνειν βοηθουμένους, οὐ βοηθοῦντας. εἰ γὰρ τῆς παρ' ἐκείνων ἰσχύος ἐδεῖτο, πολλῷ μᾶλλον ἐν τῇ ἐρήμῳ τεσσαράκοντα ἡμερῶν ὑπὸ τοῦ διαβόλου πειραζόμενος ἐκείνης ἐδεήθη. ἀλλ' οὐδέ που τῇ γραφῇ τοῦτο εἴρηται. ἄγγελοι γάρ, φησι, προσελθόντες οὐκ ἐβοήθουν, ἀλλὰ διηκόνουν αὐτῷ. ὅπερ ἐναργῆ τοῦ μὲν τὴν δεσποτείαν, τῶν δὲ τὴν οἰκετείαν παρίστησι. κατὰ οὖν τὸν ἀποδοθέντα λόγον νοείσθω τὰ περὶ τοῦ ἀγγέλου. οὔτε γὰρ τὰ ἅγια Χερουβὶμ ἁγιασμοῦ προσδίδονται ἐν οὐρανῷ τῇ θείᾳ τριάδι ἀσιγήτως τὸ ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, ὅταν ἀναφωνοῦσι. οὐδ' αὖ πάλιν ἡμῶν ἐν τρισαγίῳ, ἅγιος ὁ Θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος, ἐκβοώντων, ἁγιασμὸν ἢ ἰσχὺν ἢ ἀθανασίαν τὸ θεῖον ἐνίεται.

A dant. Non quod robur & fortitudo ab imbecillioribus suppeditetur fortibus, sed quod certa lege & ordine consueverint hæc præcedere. Dominii quidem certe lex est, ut a famulis heri ungantur atque colantur: legis autem plenitudo est Christus, qui omnium in universum Dominus est. Angelis vero proposita lex est, ut sapientem illum conditorem & herum suum studiose colant atque demulceant, & ab eo juventur, non eum ipsi juvent. Nam si illorum robore indigeret, multo magis in deserto, dum quadraginta dies a diabolo tentaretur, indiguisset. Verum id sacris in litteris nusquam traditur. [a] *Angeli* enim *accedentes*, non auxiliabantur, sed *ministrabant ei*. Id quod evidenter illius B quidem dominium, horum autem subjectionem demonstrat. Secundum hanc igitur rationem expositam intelligantur ista de angelo. Neque enim sancti illi Cherubim quippiam sanctitatis addentes in cælo sanctæ Trinitati, sine intermissione, [b] *Sanctus*, *Sanctus*, *Sanctus*, exclamant: neque itidem dum nos in hymno sanctissimo canimus, *Sanctus Deus*, *sanctus fortis*, *sanctus immortalis*, vel sanctitatem aliquam, vel fortitudinem, vel immortalitatem divinitas recipit.

Πεῦσις λ'.

Ἱκανῶς περὶ τῶν θείων προσαχθέντων σοι παρ' ἡμῶν διδαχθέντες, τὰς τῶν ἀνοήτων δεόμεθα λοιπὸν ἀνατραπῆναι φωνάς. λέγουσι γὰρ ἀγνοεῖν τὸν σωτῆρα τὸ τοῦ Λαζάρου μνῆμα, καὶ τὴν ἀψαμένην τοῦ κρασπέδου αἱμοῤῥοοῦσαν γυναῖκα, καὶ ὅτι οὐδὲ τέλειος ἦν Θεός· προέκοπτε γὰρ καὶ ἐκραταιοῦτο σοφίᾳ, καὶ ἡλικίᾳ καὶ χάριτι, ὡς λέγει τὸ εὐαγγέλιον.

INTERROGATIO XXX.

Satis de iis quæ a nobis explicare jussus eras, C edocti sumus: quod reliquum est, rogamus ut insipientum quorumdam voces subvertantur. Dicunt enim, Servatorem ignorare Lazari sepulcrum, & mulierem profluvio sanguinis obnoxiam, quum fimbriam tangeret, non sensisse. Præterea quod neque perfectus fuerit Deus. [c] *Proficiebat* enim, *& confirmabatur sapientia*, *& ætate*, & gratia, ut inquit Evangelium.

Ἀπόκρισις.

Ἀλλὰ μὴ τὰ οἰκονομικῶς παρ' αὐτοῦ εἰρημένα, πρόφασις βλασφημίας ὑμῖν γένηται, τὸ, ποῦ τεθείκατε αὐτὸν, ἢ τίς μου ἥψατο, ἢ τίνα ζητεῖτε, ἢ τίνα με λέγουσιν; ἢ ὅτι τὸ παιδίον ηὔξετο, καὶ ἐκραταιοῦτο, καὶ προέκοπτε σοφίᾳ καὶ ἡλικίᾳ. οὐδὲν γὰρ τούτων ἀγνοίας κατηγορεῖ, τῷ δι' ἡμᾶς καθ' ἡμᾶς γενομένῳ λόγῳ Θεῷ· ἐκ τούτων δὲ μᾶλλον ἴσον τῷ πατρὶ δεικνυμένῳ. ὁ πατήρ γάρ μου φησὶν, ἕως ἄρτι ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι. οὐκ ἐκλείποντός τινος τῇ παρ' ἡμῶν τοῦ παντὸς δημιουργίᾳ, ἀτελοῦς τῆς κτίσεως ὁρωμένης, ἀλλ' ἐργαζόμεθα τὸν κατ' ἀρετὴν βίον, βροτοῖς ὑποτιθέμενοι τὸν σὺν Θεῷ ἡμῶν πατρὶ, διὰ τῶν ὑπ' ἐκείνου ἤδη ἐκ τοῦ χείρονος ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταῤῥωσθέντων. ὁ πατὴρ ἐπύθετο προπάτορος ἡμῶν παραβάντος Ἀδὰμ, ποῦ εἶ; οὐκ ἀγνοῶν λανθάνειν πειρᾶσθαι, καὶ τὸ δεῖν κραδαίνεσθαι τὸν παραβάτην, ἀλλ' ὡσεὶ γελῶν καὶ χλευάζων αὐτοῦ τὴν ὑπαγωγὴν καὶ εὐήθειαν τῆς ἀβουλίας, αὖθις τῇ ἀγορεύσει τοῦ ἀπηγορευμένου κρύπτεσθαι πειρωμένου. πρὸς ὃν φησιν ὁ ἄληστος, ποῦ εἶ ὁ δοκῶν ἐκθειάζεσθαι τῇ συμβουλίᾳ τοῦ δράκοντος; ποῦ εἶ ὁ ἀπειθήσας Θεῷ καὶ πιστεύσας ἐχθρῷ; μὴ κρύπτου, φησὶν, οὐ γὰρ λήσῃ τὴν ἀκήρατον καὶ μακαρίαν ζωὴν ἐκδυσάμενος. ὁμοίως οὖν ὁ υἱὸς ποῦ καθεῖρκτο Λάζαρος οὐκ ἀγνοῶν· πρὸ δύο γὰρ ἡμερῶν τοῦ φθάσαι ἐν Βηθανίᾳ τῇ ἐνεγκαμένῃ Λάζαρον, φησὶ τοῖς ἑπομένοις, Λάζαρος ὁ φίλος ἡμῶν κεκοίμηται, καὶ πορεύομαι ἐξυπνῆσαι αὐτὸν ἤδη τετρήμερον

RESPONSIO.

Nolite committere ut quæ ratione administrationis in carne ab ipso dicta sunt, vobis occasionem blasphemiæ præbeant. Nempe, [d] *Ubi posuistis ipsum?* aut [e] *Quis me tetigit*: aut, [f] *Quem quæritis?* aut, D quod [g] *Puer crevit*, *& corroboratus est*, *& proficiebat sapientia & ætate*. Nihil enim horum ignorationis crimen impingit ei, qui propter nos similis nostri factus est Deus Verbum. [h] *Pater* enim *meus*, inquit, *usque ad hoc tempus operatur*, *& ego operor*. Non quod deficiat quidquam in condito a nobis universitatis hujus opificio, quasi imperfecta sint creata sub adspectum cadentia: sed operamur, eam quæ consentanea virtuti est, vitam hominibus suggerentes cum Deo patre nostro: idque per eos, qui ab ipso jam ex conditione deteriore confirmati sunt in meliorem. Pater idem interrogabat primum parentem nostrum Adamum, postquam deliquisset, [i] *Ubi es*? Non ignorans ipsum latebras conatum E quærere, vel quod oporteret terrore percelli transgressorem: sed quasi ridens ac subsannans clandestinam ipsius subductionem, & temerarii consilii stoliditatem, quod mox post fructus vetiti degustationem occultare se vellet. Itaque compellat ipsum is, quem nihil latere potest: *Ubi es*? Tu qui putasti futurum, ut consilio serpentis Deus evaderes, ubinam es? Qui incredulus fuisti Deo, & credidisti inimico, ne te abscondas, inquit: non enim ignorat, te immortalem & beatam vitam exuisse. Similiter igitur & filius, ubi clausus jaceret Lazarus, non ignorabat. Nam ea de caussa jam totum ante biduum, priusquam in Lazari patriam Bethaniam perveniret, [k] *Lazarus*, inquit ad comites itineris, *amicus noster dormit*, *& vado ut excitem eum*, qui

[a] Matth. IV. 11. [b] Isa. VI. 3. [c] Luc. II. 40. 52. [d] Joan. XI. 34. [e] Luc. VIII. 45. [f] Joan. XVIII. 4. [g] Luc. II. 40. 52. [h] Joan. V. 17. [i] Gen. III. 9. [k] Joan. XI. 11.

ὀδωδότα, νεκρὸν ὑπάρχοντα. πῶς οὖν πρὸ τῶν τόπων τὰ ἐν τόποις συμβαίνοντα ἐπιστάμενος, ἐπιβὰς ἐκείνοις σώματι, ἀγνοήσῃ ἃ προέγνω θεότητι καθ' ἣν ἐπιπληροῖ τὰ σύμπαντα; ἀλλ' οἰκονομικῶς ἤρετο· ὥστε προφάσει τοῦ ὑποδεῖξαι Ιουδαῖοι ἐπὶ τὸν τάφον συναγειρόμενοι, μάρτυρες αὐτοὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ τεθνηκότος γένωνται· πῶς σουδαρίῳ μὲν τὴν κεφαλὴν δεδεμένος, καὶ τῇ περιβολῇ τῆς ὀθόνης τὰς ὄψεις κεκαλυμμένος, κειρίαις τὰς βάσεις πεπεδημένος, ἤδη τῇ κράνῃ δεδορκὼς, καὶ τῷ στόματι σεσηρὼς διεφθορὼς, τὴν γλῶτταν καὶ τὰς ὄψεις διεῤῥυηκώς· πῶς τῇ φωνῇ τοῦ δημιουργοῦ πόῤῥωθεν ἡ ψυχὴ ἕλκεται, καὶ τῷ ἀπολειφθέντι ἐνίεται σώματι; πῶς συνειλημμένων τῶν βάσεων, πηδῶν τοῦ τάφου, ἐξεκρούετο ἀλώβητος καὶ ἀνελλιπὴς ὁρώμενος, τῇ φωνῇ τοῦ λόγου ἐπιῤῥωννύμενος, καὶ βοηθῷ πρὸς τὴν ἔξοδον χρώμενος; δοκεῖ δέ μοι καὶ τῷ θανάτῳ ὑπονύττεσθαι πρὸς τὴν ὠκυτάτην ἔγερσιν, μήπως τῇ μελλήσει δευτέρας γενομένης ἐκ τοῦ λόγου φωνῆς, πάντας ἀθρόως ἀπολύσῃ ἐκεῖ πελοῦντας· ὅπερ καὶ μετὰ ἓξ ἡμέρας πέπονθεν ὁ δείλαιος, τοῦ φωνοῦντος πρὸς παλιγζωΐαν τοὺς νεκροὺς, πρὸς αὐτὸν φοιτήσαντος, κατὰ τὴν προφητείαν Ἰὼβ, καὶ Ησαΐου τῶν θεσπεσίων, πρὸ χιλίων ἤδη χρόνων διαῤῥήδην βοώντων, τοῦ μὲν, ἦλθες ἐπὶ τῆς θαλάσσης, ἐν δ' ἴχνεσιν ἀβύσσου περιεπάτησας, ἀνοίγονταί σοι φόβῳ πύλαι θανάτου· πυλωροὶ δὲ ᾅδου ἰδόντες σε ἔπτηξαν. συμφώνως δὲ τούτοις ὁ θεῖος Δαβὶδ, ὁ τῶν θείων μελῳδὸς, ᾄσατε τῷ Θεῷ, ψάλατε τῷ ὀνόματι αὐτοῦ· ὁδοποιήσατε τῷ ἐπιβεβηκότι ἐπὶ δυσμῶν· Κύριος ὄνομα αὐτοῦ· ὁδοποιεῖν δὲ ἑαυτοὺς τῷ Κυρίῳ παιδευόμεθα, καὶ οἰκοποιεῖν δι' ἐναρέτου πολιτείας, τὸ θεῖον ἐπιδρύμενοι, μονὴ καὶ ναὸς αὐτοῦ γινόμενοι, καθὼς ἐν εὐαγγελίοις, καὶ ἐν Παύλῳ θεηγορῶν αὐτὸς ἀπεφήνατο. δυσμὴ δὲ νοεῖται ἡ ἡμετέρα φύσις, καὶ τὸ ἐπίπονον τοῦ κόσμου χωρίον ταῖς ἡδοναῖς τῶν παθῶν σκιαζόμενον. νοεῖται δὲ καὶ ὁ ᾅδης· ἐν οἷς τὸ ἄϋλον καὶ ἄσκιον φῶς ἐναστράψαν, πάντα πρὸς τὸ κρεῖττον μετεστοιχείωσε, τὴν φύσιν ἀνεκαίνισε, τὸν κόσμον φαιδρύνας, τὸν ᾅδην σκυλεύσας πρὸς ἡμερότητα, καὶ τῶν ἐνεχομένων ἀπόλυσιν. καὶ τὰ μὲν ἐκ τοῦ Δαβὶδ ἀμυδρῶς μοι ἔδοξε. τὰ δὲ τοῦ Ἰὼβ, καὶ Ησαΐου μετ' οὐ πολὺ ἀποδώσομεν, διὰ τὸ βραχὺ τῆς ὥρας, νῦν ὑπερτιθέμενοι. ἄμφω δὲ τὸ μέλλον, ὡς ἤδη πραχθὲν, ἐξεβόησαν ἀραρότως, τὴν ἔκβασιν τῆς σφῶν προῤῥήσεως ἐπιστάμενοι. οἰκονομικῶς τοίνυν ἀγνοεῖν ὑπεκρίνετο πάσης ἅμα κτίσεως γινώσκων ἀπόῤῥητα, διὰ τῆς πεύσεως πλῆθος συνεγερθῆναι πρὸς τὴν ὑπόδειξιν, καὶ παρὰ τῶν ἐχθρῶν μαρτυρηθῆναι μᾶλλον τὸ παράδοξον.

A ante totos quatuor dies mortuus fœtet. Quomodo igitur is qui ante accessum locorum, ea quæ in iis locis acciderant, norat, postquam corpore ad illa pervenit, ignorabat quæ præcognorat ipsius divinitas, secundum quam implebat universa? Nimirum certo quodam consilio quærebat, ut ea occasione ipsum demonstrarent Judæi ad sepulcrum congregati, iidemque testes fierent resurrectionis ejus qui fuerat mortuus: quo pacto illius, cujus sudario caput erat obligatum, facies amictu lintei tecta, pedes vinculis sepulcralibus constricti, jam per calvariam cernentis, ore diducto corrupti, lingua oculisque diffluentis: quo igitur pacto hujus anima per vocem opificis eminus attracta in corpus illud quod B reliquerat, rursus immigrasset? Quomodo item convolutis pedibus exsiliens sepulcro, egressus esset, dum illæsus & nulla corporis parte mutilatus cernitur, per vocem Verbi corroboratus, eoque ad egressum auxiliatore usus? Videtur autem mihi, ipsam quoque mortem quodammodo commoveri ad velocissimam istam excitationem, ne quando per cunctationem altera voce Verbis audita, mox universos apud se degentes solvere cogeretur: quale quiddam post sex dies accidit infelici, quum is qui ad reviviscendum vocat mortuos, ad mortem accederet, secundum divinorum vatum Jobi & Esaiæ prophetiam, ante mille annos luculente clamantium: [a] *Ingressus es mare, & ambulasti in vesti-* C *giis abyssi; aperiuntur tibi cum terrore portæ mortis. Custodes januæ orci te videntes exhorruerunt.* His autem consentiens divinorum carminum auctor Davides inquit: [b] *Cantate Deo; psallite ipsius nomini, viam parate ei, qui ingreditur ad occasum: Dominus nomen ei.* Viam autem nos ipsos Domino parare docemur, domumque facere per sanctam vivendi rationem, numen ad nos velut in sacrarium recipientes, mansio & templum ipsius facti, ut in Evangelio [c] & Paullo [d] divinitus ipse docuit. Et intelligi per occasum potest natura nostra, & ærumnosa hujus mundi regio, quæ vitiorum voluptatibus obumbratur. Intelligi etiam potest orcus. Atque in his immaterialis & umbra carens illa lux irradians, D omnia meliorem in statum redegit & transformavit. Naturam reparavit mundo illustrato, & orco spoliato, quo mitescat, & detentos apud se dimittat. Atque hoc quidem aliquo modo tecte mihi videtur innui a Davide. Verba autem Jobi & Esaiæ haud multo post explicabimus, nunc propter angustiam temporis ea differentes. Uterque autem id quod futurum erat, quasi jam factum pronuntiaverunt ratione conveniente, tamquam certi de vaticinii sui eventu. Secundum dispensationem igitur ignorare se simulavit, qui omnis in universum creaturæ cognoscit arcana, ut per interrogationem turba excitaretur ad monstrandum Lazarum, & ut ab ipsis inimicis tanto magis testimonium prodigiosæ rei perhiberetur.

Πεῦσις λά.

E

Καλῶς τὸν περὶ Λαζάρου ἀκούσαντες λόγον, δεόμεθα ὑπὲρ τῆς αἱμοῤῥοούσης γυναικὸς, ἐκ ταύτης τεκμαιρομένων περὶ τῶν λοιπῶν τοῦ σωτῆρος ἐπερωτήσεων.

INTERROGATIO XXXI.

Satis bene hac de Lazaro ratione percepta, rogamus de muliere sanguinis profluvio laborante ut differas, ut ex hac conjecturam faciamus etiam de ceteris interrogationibus Servatoris.

Ἀπόκρισις.

Καὶ ἐκ ταύτης παιδευόμεθα, ἴσον τὸν παῖδα ὑπάρχειν τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ, καὶ οὐκ ἀγνοίᾳ, ἀλλ' οἰκονομίᾳ, κατ' ἐκεῖνον, πυθόμενον. φησὶ γὰρ τῷ πρωτοφόνῳ Κάϊν, βασκανίᾳ τὸν ἀδελφὸν κτείναντι ἐπὶ τῇ προτιμήσει τῶν δώρων, ἐνδομυχοῦντος τοῦ φθόνου, καὶ θήγοντος τοῦ φόνου τὸ φάσγανον,

RESPONSIO.

Per hanc quoque docemur, æqualem filium esse Deo & Patri, nec ob ignorationem, sed ex dispensatione certoque consilio, patrem imitando, quærere. Inquit enim is ad primum homicidam Cainum, qui per invidiam interemit fratrem, propterea quod illius dona prælata essent, jam intus la-

[a] Job XXXVIII. 16. 17. Isa. XIV. 9. [b] Psalm. LXVII. 5. [c] Joan. XIV. 23. [d] I. Cor. III. 16. VI. 16.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

ποῦ Ἄβελ ὁ ἀδελφός σου; οὐκ ἀγνοῶν, ἀλλὰ καιρὸν μετανοίας μιαιφόνῳ μνώμενος. ὁ δὲ εἰς ἀπόνοιαν χωρήσας, μὴ φύλαξ τοῦ ἀδελφοῦ μου εἰμὶ ἐγώ, φησιν; αὖθις δὲ πρὸς αὐτὸν ἡ θεία φωνὴ ἐλέγχουσα, φωνὴ αἵματος τοῦ ἀδελφοῦ σου βοᾷ πρός μέ· ἐξ ὧν δηλοῦται οὐκ ἀγνοίᾳ, ἀλλὰ φιλανθρωπίᾳ τὴν πεῦσιν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς τῷ μιαιφόνῳ προσάγεσθαι. παραπλησίως οὖν καὶ ὁ υἱὸς οὐκ ἀγνοῶν ἤρετο, ἀλλ' ἵνα μὴ δι' αὐτοῦ φήσας τὸ θαῦμα, δόξῃ τυφοῦσθαι τοῖς παχυτέροις τὴν διάνοιαν, μηδ' αὖ πάλιν σιωπῶντος ζημιωθῶμεν τὸ παράδοξον, οἰκονομικῶς τῇ πεύσει κέχρηται· ὅπως ἐκείνη προελθοῦσα κηρύξῃ τὴν ἐκ τῆς ψαύσεως τοῦ κρασπέδου γενομένην αὐτῇ λύσιν τῆς μάστιγος. φησὶ γὰρ ὁ θεῖος εὐαγγελιστὴς, ἰδοῦσα ἡ γυνὴ ὅτι οὐ λέληθεν, τρέμουσα ἦλθεν, καὶ προσεκύνει αὐτῷ. καὶ τὰ ἑξῆς. ἀλλὰ καὶ τῆς πρώτης ἐνσάρκου πρὸς ἡμᾶς φοιτήσεως ἄγνοιαν προσποιούμενος, φησὶ τῷ Ἀβραὰμ, ποῦ Σάῤῥα ἡ γυνή σου; εἰ δὲ ἠγνόει, οὐκ ἂν ἤλεγξεν ἔνδον ὑπάρχειν τῆς σκηνῆς, καὶ μειδιᾷν. τὸ γὰρ, ἐγέλασεν ἐν ἑαυτῇ Σάῤῥα, μειδιῶσαν αὐτὴν δηλοῖ. καὶ ἀθρόως ἔντεχνως ἐπιξενωθεὶς τῷ πατριάρχῃ, ἐκ προσηγορίας τὴν ξεναγὸν ἐπεζήτει, στεῖραν ὑπάρχουσαν παιδοποιεῖν ἐπαγγελόμενος. πέρας δὲ τῆς ἐπαγγελίας, Ἰσαὰκ ἐκ ταύτης ἐκφυόμενος. οὐ γὰρ πλάσμα, οὐ κλῆσις, οὐ παρῳχηκότα, οὐκ ἐνεστῶτα, οὐ μέλλοντα, οὐχ ὁποιῶν φραζόμενον ἢ νοούμενον Χριστῷ λέληθε.

A tente invidia, & gladium cædis exacuente: [a] *Ubi est Abelus frater tuus?* Non ignorans, sed cruento homicidæ occasionem pœnitentiæ suggerens. Ipse vero in amentiam versus: [b] *Num custos ego*, inquit, *fratris mei sum?* Rursusque ipsum divina vox redarguens inquit; [c] *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me*. Ex quibus manifestum fit, non ex ignorantia, sed ex amore & bonitate qua erga hominem præditus est, interrogationem a Deo & patre ad crudelem homicidam institutam fuisse. Ad eumdem igitur modum & filius, non quod ignoraret, sed ideo interrogavit, ne si ipse per se miraculum indicasset, crassioribus videretur superbire: neque item ipso tacente, jacturam faceremus miraculi, certo
B consilio interrogatione usus est, ut ipsa progrediens, prædicaret ejus pœnæ ac mali liberationem, quæ per fimbriæ attrectationem facta erat. Inquit enim Evangelista: [d] *Videns mulier quod latere non posset, tremens venit, & adorans congenulabat*. Quin etiam ante adventum suum in carne ignorantiam præ se ferens, inquit ad Abrahamum: [e] *Ubi est Sara uxor tua?* Quod si ignorasset, non sane reprehendisset eam, quæ in tabernaculo ridebat. Nam quod habetur, intra semet ipsam risisse Saram, modice ipsam risisse indicat. Confestimque trinus hospes a patriarcha susceptus, nominatim ipsam compellabat, eam quæ sterilis erat, secundam fore promittens. Finis autem promissionis erat, natus ex hac Isaa-
C cus. Non enim figmentum, non creatura, non præterita, non præsentia, non futura, non quidquid nominari vel cogitari potest, Christum latet.

Πεῦσις λβʹ.

Καὶ πῶς αὐτὸς ἐν διακόνου τάξει καὶ ὑπηρέτου ἑαυτὸν ἐναριθμῶν λέγει, οὐδεὶς ἔρχεται πρὸς τὸν πατέρα, εἰ μὴ δι' ἐμοῦ;

INTERROGATIO XXXII.

At quomodo ipse in ministri ordine & in famuli numero semet ipsum ponens dicit; [f] *Nemo venit ad patrem, nisi per me?*

Ἀπόκρισις.

Ἀλλὰ χρὴ καὶ ἀντίθετον ταύτης παρὰ Χριστοῦ ἀκοῦσαι φωνὴν, οὐδεὶς, φησιν, ἔρχεται πρὸς μὲ, εἰ μὴ ὁ πατήρ μου οὐράνιος ἑλκύσει αὐτόν.

RESPONSIO.

Verum oportet & eam vocem, quæ huic opposita est, a Christo audire: [g] *Nemo*, inquit, *venit*
D *ad me, nisi pater meus cælestis traxerit eum.*

Πεῦσις λγʹ.

Ἀλλ' οὐ ταὐτόν ἐστι, τὸ, δι' ἐμοῦ, καὶ τὸ, ἑλκύσει. τὸ γὰρ δι' ἐμοῦ, πείθοντός ἐστι· τὸ δὲ ἑλκύειν, ἀναγκάζοντος τοῦ αὐθεντοῦντος.

INTERROGATIO XXXIII.

Sed non est idem, *per me*, &, *trahere*. Nam *per me*, ejus est qui subjectus est: *trahere* vero, qui propria potestate cogit.

Ἀπόκρισις.

Τί οὖν ἐπὶ τοῦ Ἀδὰμ ὁ Θεὸς προσάγει τὰ κτήνη, ἰδεῖν τί καλέσει αὐτὰ, φησὶν ὁ τῆς δημιουργίας λόγος; τολμήσεις παρὰ τοῦτο διάκονον καὶ ὑπηρέτην τὸν Θεὸν ἀποφῆναι;

RESPONSIO.

Quid igitur est, quod [h] *ad Adamum Deus adducit animalia, ut videret quid vocaret ea*, sicut inquit liber de creatione rerum? Num propterea audebis ministrum & famulum nominare Deum?

E

Πεῦσις λδʹ.

Καὶ εἰ τέλειος ἦν Θεὸς ὁ Χριστὸς, πῶς σοφίᾳ καὶ ἡλικίᾳ προκόπτειν αὐτὸν λέγει τὸ εὐαγγέλιον;

INTERROGATIO XXXIV.

Ergo si perfectus Deus erat Christus, quomodo [i] *sapientia & ætate ipsum proficere* dicit Evangelium?

Ἀπόκρισις.

Μὴ τῇ θεότητι ἐκεῖνα προσάψωμεν. οὐ γὰρ αὔξει κατ' ἐκείνην, οὐδὲ λήγει, οὐ μειοῦται, οὐ δοξάζεται, οὐ κορυφοῦται, οὐχ ὑφίσταται, οὐ συνάγεται· προβαίνει δὲ κραταιούμενος, καὶ αὔξων τῇ καθ' ἡμᾶς δουλικῇ μορφῇ. οὐ γὰρ πλήρωμα ἠλατ-

RESPONSIO.

Non debemus illa applicare divinitati. Secundum illam enim neque crescit, neque deficit; non minuitur, non fit gloriosior, non major; non insistit, non contrahitur. Proficit vero roboratus & crescens secundum naturam nostram in servili forma. Non

[a] Gen. IV. 9. [b] Ibid. [c] Ibid. ℣. 10. [d] Luc. VIII. 47. [e] Gen. XVIII. 9. [f] Joan. XIV. 6. [g] Joan. VI. 44. 66.
[h] Gen. II. 19. [i] Luc. II. 52.

πάθη τῆς θεότητος, οὐδὲ κατὰ προκοπὴν ἐξ ἀνθρώπων γέγονε Θεός.

A enim plenitudo divinitatis imminuta est, neque secundum profectum humanum Deus est.

Πεῦσις λέ.

Καὶ πῶς μὴ κτιστὸν εἴπομεν τὸν υἱόν, τοῦ ἀποστόλου γράφοντος περὶ αὐτοῦ, δέξασθε τὸν ἀρχιερέα τῆς πίστεως ὑμῶν, πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτόν; καὶ, γνωστὸν ὑμῖν πᾶς οἶκος Ἰσραήλ, ὅτι τοῦτον τὸν Ἰησοῦν ὃν ὑμεῖς ἐσταυρώσατε, Κύριον καὶ Χριστὸν αὐτὸν ὁ Θεὸς ἐποίησε. καὶ Σολομὼν δέ φησιν, ἐκ προσώπου τοῦ Χριστοῦ πρὸς τὸν Θεὸν καὶ πατέρα, Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ.

INTERROGATIO XXXV.

Quomodo vero non dicemus creatum esse filium, de ipso in Epistola dicente Apostolo: [a] *Suscipite pontificem fidei vestræ, qui fidelis est ei qui constituit ipsum.* Et, [b] *Notum sit vobis omnis domus Israel, quod hunc Jesum quem vos crucifixistis, Dominum & Christum Deus fecit.* Sed & Salomon inquit in persona Christi ad Deum & Patrem: [c] *Dominus creavit me, initium viarum suarum ad opera sua.*

B

Ἀπόκρισις.

Καὶ ἀνωτέρω περὶ τούτων διαλαβὼν, τοῖς αὐτοῖς πάλιν κυλινδεῖσθαι ἀτοπίας ἂν εἴη, ἢ φιλοπαιδίας. τὸ γὰρ, ἐποίησεν αὐτὸν, καὶ ἔκτισέ με, τῇ σαρκὶ νοεῖσθαι δοκῶ ταῦτα. ὁρῶμεν δὲ καὶ τὰς παραβολὰς μὴ ταὐτὸν ὑπάρχειν τοῖς παραβαλλομένοις. ἐν γὰρ τῷ τῆς παροιμίας τεύχει ταχθὲν ἴσμεν τὸ, Κύριος ἔκτισέ με. παροιμίαι δὲ παρόδιά τινα ὑπάρχει ῥήματα, οἶμος γὰρ ὁδὸς τῇ ἔξω παιδείᾳ νοεῖται. ὥστε πάροδοι καὶ εἰκόνες τῶν πραγμάτων αἱ παραβολαὶ τυγχάνουσιν. ὁμοία γάρ ἐστιν βασιλεία τῶν οὐρανῶν κόκκῳ σινάπεως, φησὶν ὁ Κύριος. πῶς τοίνυν ἐν κόκκῳ πάντων σπερμάτων ἀμυδροτέρῳ ἄπειρα πλήθη, C καὶ δῆμοι ἀγγέλων καὶ ἀρχαγγέλων χωρήσωσιν; ἀλλὰ πάντως τῇ εἰκόνι ταύτῃ κέχρηται ὁ πάνσοφος Κύριος, ἢ διὰ τὴν ἁπλῆ τῆς ἑκουσίου πτωχείας, καὶ πρὸς τὴν ἡμετέραν βραχύτητα συγκατάβασιν, δι᾽ ἧς ἡμῖν σκιὰ, καὶ ἀνάψυξις τῶν ἀλγεινῶν τῆς παρούσης ζωῆς γίνεται· ἢ διὰ τὴν ἐν ἀρχῇ τοῦ εὐαγγελίου ποιμνίου μετριότητα, ἢ διὰ τὴν τῆς θεότητος τοῦ λόγου δριμύτητα, δι᾽ ἧς νιφάδες κινοῦνται δακρύων τοῖς ἡδέως καὶ ἁβρῶς δι᾽ ἀρετῆς μετέχουσι τοῦ νοητοῦ τῆς μετανοίας σινάπεως· οὗ καὶ ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ ἐμφορούμενος μελῳδεῖ, λούσω καθ᾽ ἑκάστην νύκτα τὴν κλίνην μου, ἐν δάκρυσί μου τὴν στρωμνήν μου βρέξω. καὶ πάλιν, διέξόδους ὑδάτων κατέδυσαν οἱ ὀφθαλμοί μου· ἢ διὰ τὴν μέλλουσαν D θείαν κρίσιν δριμεῖαν ἐπάγεσθαι τοῖς ἡττημένοις τῷ χείρονι, καθὼς πάντη ἡ θεία πυκτὴ διαμαρτύρεται, καὶ ἡ τῶν ἔξω παίδευσις διὰ Πλάτωνος τοὺς ἐν πυρὶ κωκυτοὺς ἀπειλεῖ. ἢ διὰ τὴν ἄτμητον καὶ ἀδιαίρετον τοῦ λόγου καὶ τῆς σαρκὸς ἕνωσιν καὶ μίαν ὑπόστασιν, οὐδενὶ λόγῳ ἢ ἐπινοίᾳ διαιρουμένην. διεκπίπτει γὰρ αὖθις τῶν δακτύλων τῆς διανοίας τῶν διαιρούντων ὁ θεῖος τῆς βασιλείας κόκκος, βλασφήμων παλάμαις ἐγκλείεσθαι μηδὲ ὅλως ἀνεχόμενος. ἀλλ᾽ οὐδὲ σαφῶς τὸν παροιμιαστὴν Σολομῶντά τις ἐπίσταται, εἰ περὶ τοῦ Θεοῦ φησιν, τὸ, Κύριος ἔκτισέ με. εἰ δὲ καὶ οὕτως ἡμῖν ἐξελήφθη ἡ τοῦ σοφοῦ ῥῆσις, δοκεῖ μοι τὴν θεανδρικὴν τοῦ Κυρίου σημαίνειν ἐπιφοίτησιν, φάσκων, Κύριος ἔκτι- E σέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ, εἰς ἔργα αὐτοῦ, πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμελίωσέ με, πρὸ δὲ πάντων βουνῶν γεννᾷ με. πῶς οὖν τὸ γεννώμενον θεμελιοῦται, πῶς δὲ τὸ κτιζόμενον γεννᾶται; τὸ γὰρ κτιστὸν οὐ γεννητὸν, τὸ δὲ γεννητὸν, οὐ κτιστόν· ἕτερον γὰρ ἐκεῖνο, θάτερον δὲ τοῦτο. ἀμφότερα δὲ ὁρῶμεν ὄντα τὸν υἱόν· ἄκτιστον μὲν θεότητι, κτιστὸν δὲ ἀνθρωπότητι. ἀλλ᾽ ἔθος πολλαχοῦ τῇ θείᾳ γραφῇ τὰ ἐγγύτατα ἡμῖν πρῶτα σημαίνειν, καὶ τὰ ἀρχαῖα, δεύτερα. οὕτω γὰρ καὶ ὁ θεῖος Ματθαῖος ποιεῖ, ἐκ τῶν ἐγγυτέρων καὶ ἐλαττοτέρων ἀρχόμενος ἡμῖν τὸν Χριστὸν εὐαγγελίζεται, Βίβλος

RESPONSIO.

Quum etiam in præcedentibus de iisdem tractaverim, iisdem rursus implicari absurditatis fuerit aut lusus puerilis. Nam quod inquit, *Fecit ipsum*, &, *Creavit me*, de carne intelligi puto. Videmus autem & similitudines non idem esse cum rebus adsimilatis. Nam in Parœmiæ volumine positum esse scimus illud, *Dominus creavit me*. Parœmiæ autem allusiones quædam sunt, in verbis sitæ. οἶμος enim viam in externa doctrina significat. Quapropter & allusiones & imagines rerum sunt parabolæ. [d] *Simile est regnum cælorum grano sinapis*, inquit Dominus. Quomodo vero in grano sinapis omnium seminum minutissimo immensæ multitudines & nationes Angelorum & Archangelorum locum habebunt, nisi dicamus similitudine usum esse sapientissimum Dominum, idque vel propter humilem voluntariæ paupertatis & ad nostram tenuitatem demissionem, per quam nobis umbra & refrigerium fit dolorum præsentis vitæ: vel propter mediocritatem evangelici gregis, qui erat ab initio: vel propter divinitatis in Verbo acredinem, per quam cientur nives lacrymarum delicatis & mollibus per virtutem intellectili pœnitentiæ sinapi participantibus: quo & divinus vates Davides se satiatum canit: [e] *Lavabo singulis noctibus lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo.* Et rursus; [f] *Decursibus aquarum submersi sunt oculi mei:* Vel propter futurum divinum judicium, quod acerbum superveniet iis qui superati sunt a vitiis: quemadmodum ubique divina pagina perhibet, & externæ doctrinæ per Platonem ululatus lugubres in igni futuros minantur. Vel propter indivisam & inseparabilem Verbi & carnis unionem, & unam hypostasin, nullo verbo aut cogitatione separabilem. Nam illico excidit divinum regni granum per digitos mentis eorum qui dividunt, blasphemorum manibus includi nequaquam sustinens. Sed neque manifesto quisquam scire potest, num Parœmiarum scriptor Salomo de filio Dei loquatur, quum ait: *Dominus creavit me*: vel etiamsi sic accipiatur sapientis illius viri dictum, videtur mihi significare adventum uniti cum Deo hominis, quum ait: [g] *Dominus creavit me, initium viarum suarum ad opera sua. Ante ævum me fundavit, & ante omnes colles gignit me.* Quomodo igitur genitum fundatur? aut quomodo creatum gignitur? Nam creatum genitum non est, & genitum creatum non est. Aliud enim est illud, & aliud hoc. Utraque vero videmus esse filium. Increatum quidem divinitate, creatum vero humanitate. Est autem frequens mos sacræ scripturæ, ea quæ nobis propria sunt, indicare primum, & deinceps antiquiora. Sic enim fa-

a Heb. III. 1. 2. b Act. II. 36. c Prov. VIII. 22. d Matth. XIII. 31. e Psal. VI. 7. f Psal. CXVIII. 136. g Prov. VIII. 22. 23. 25.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

Καὶ πῶς οὐ λύεται τὸ κρύσταλλον τῇ πυρώσει τοῦ ἡλίου, τοσούτου ὄντος θερμοῦ ἐμφαίνειν ἡμᾶς αὐτὸν, μεσημβρίᾳ μὴ φέροντας αὐτοῦ τὴν φλόγα;

INTERROGATIO LXXI.

At quomodo non solvitur glacies per solis inflammationem, quum tantus sit calor, ut plerique in meridie non ferant ejus flammam?

Ἀπόκρισις.

Θεοῦ βουλομένου σιωπάσθω τὸ πῶς· ἐπεὶ κἀγὼ εἰκότως ἐροίμην σε πῶς ἡ θάμνος ἐπὶ Μωσέως ἐκφλε-

RESPONSIO.

Quia tuum illud Quomodo, compesci non vult: jure & ego ex te quæsiverim, quomodo rubus tem

* Psalm. xviii. 6. 7.



SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

γομένη, οὐ κατεφλέγετο· ἀλλ' οἷον δρόσῳ νοτιζομένη A ἀειθαλὴς μᾶλλον ἐδείκνυτο. πῶς δὲ οἱ βόστρυχοι, καὶ τὰ σαράβαρα τῶν περὶ Ἀνανίαν, ἐν τῇ Χαλδαίων καμίνῳ, ἐπὶ τεσσαράκοντα ἐννέα πήχεις τῆς φλογὸς κορυφουμένης, ἄψαυστοι καὶ ἀμείωτοι διέμεινον, μᾶλλον ὑπὲρ τὸ πῦρ ἀστράπτοντες; ὅπως δὲ μὴ δόξοιεν ἐκείνην κορυφοῦντες στύππῃ καὶ πίσσῃ, καὶ νάφθῃ, καὶ κληματίδι, μαγείᾳ τινὶ ἢ φαντασίᾳ χαλινωθῆναι τὴν παμφάγον τοῦ πυρὸς δύναμιν, ἡ τοῖς ἔνδον συγχαίρουσα θειότης οἰκονομεῖ τὴν διὰ τοῦ στομίου εἰς τὸ ἄνω διαδρουμένην φλόγα, ἐκδραμεῖν ἐπὶ τῆς χέρσου, καὶ τοὺς ἀπὸ τεσσαράκοντα ἐννέα πηχῶν πόῤῥω τῆς πυρκαϊᾶς καθεζομένους ὑπηρέτας καὶ θεατὰς καταφλέξαι, καὶ μέχρι κόνιος ἀποτεφρῶσαι. πῶς δὲ Ἠλίας πυρίνῳ τεθρίππῳ εἰς οὐρανὸν ἀναπτερούμενος ἄφλεκτος διέμεινε μέχρι καὶ τῆς ἰδίας τριχός; B πῶς δὲ ἐκ τῆς ἀμιάντου βοτάνης θρυαλλὶς τῷ λύχνῳ ἐντιθεμένη, εἴκοσι ἐτῶν περίοδος ἀρκεῖ, τοῦ ἐλαίου μόνου ἀεὶ ἐξατμιζομένου τῷ λυχνιαίῳ πυρὶ, αὐτῆς ἀφθόρου μενούσης; ἠρεμείτω οὖν ἐπὶ Θεοῦ τὸ, πῶς. φωνὴ Κυρίου διακόπτει φλόγα πυρὸς, φησὶν ὁ θεῖος μελῳδός. ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῆς θάμνου ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ ἐπὶ τῆς καμίνου ἐν Βαβυλῶνι, καὶ ἐπὶ Ἠλίου τοῦ προφήτου, καὶ τῶν λοιπῶν τεραστῶν τὴν φλεκτικὴν τοῦ πυρὸς δύναμιν διατέμνει τὸ θεῖον πρόσταγμα, καταλλήλως διαιροῦν τὸ παρ' ἡμῖν ἀδιαίρετον, ὑποδεικνύων τε τῆς μελλούσης θείας κρίσεως τὸ ἀδέκαστον, τὸ φωτιστικὸν μὲν τοῦ γεεννικοῦ πυρὸς δικαίοις μέλλον ἀπονέμεσθαι, τὸ δὲ φλεκτικὸν τοῖς ἐναντίοις. ἡ γὰρ ἡμέρα ἐκείνη ἐν πυρὶ ἀποκαλύπτεται, καὶ ἑκάστου C τὸ ἔργον ὁποῖόν ἐστι τὸ πῦρ δοκιμάσει, φησὶν ὁ ὑψηλὸς Ἀπόστολος. συμφώνως δὲ τούτῳ Πέτρος ὁ τοῦ θιάσου κορυφαῖος. οἱ δὲ νῦν, φησιν, οἱ οὐρανοὶ, καὶ ἡ γῆ, πυρὶ τεθησαυρισμένοι εἰσὶ, τηρούμενοι εἰς ἡμέραν κρίσεως καὶ ἀνταποδόσεως. τῶν οἰκετῶν δὲ τοὺς λόγους ἐπισφραγίζων ὁ Κύριος, ἐν Εὐαγγελίοις φησί· τότε ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἀποστελεῖ τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης, καὶ συνάξουσι τοὺς ἁμαρτωλοὺς ἐκ μέσου τῶν δικαίων, καὶ βαλοῦσιν αὐτοὺς εἰς τὴν κάμινον τοῦ πυρός.

Mosen ardens non comburebatur, sed quasi rore adspersus magis etiam viridis cernebatur? Quomodo cæsaries & pallia sociorum Ananiæ in fornace Chaldæorum, elevata ad quadraginta novem cubitos flamma, intracta & illæsa manserunt, magis quam ignis lucentia? Ne vero putarent ii qui illam augebant stuppa & pice & naphtha atque sarmentis, ipsos per præstigias aut imaginarie cohibuisse vim ignis edacem; idcirco quæ cum eis intus exsultabat divinitas, facit ut per os camini elevata flamma in terram excurrat, & eos qui procul ad quadraginta novem cubitos ab incendio sedebant, ministros & spectatores combureret, & in pulverem cineresque redigeret. Aut quomodo Elias in igneis quadrigis B in cælum subvolans, ab igni mansit illæsus, etiam ad suos usque pilos? Vel quomodo ex Amianto herba ellychnium in lucernam positum, ad viginti annorum circuitum sufficit, solo oleo semper per lucernæ ignem evaporante, ipsa manente incorrupta? In Deo igitur quiescat illud, Quomodo: [a] *Vox Domini perrumpentis flammam ignis*, inquit carminum divinorum auctor. Ad hunc enim modum in rubo deserti, & in fornace Babylonis, & in Elia vate, aliisque prodigiis edacem vim ignis mandatum divinum resecat, separans ea quæ apud nos inseparabilia sunt, & innuens futuri divini judici integritatem: ubi illuminatio quidem ignis æterni justis tribuetur, inflammatio autem adversa- C riis. *Nam dies illa in igni revelatur*, [b] *& uniuscujusque opus quale sit, ignis probabit*, inquit eximius ille Apostolus. Cum hoc autem consentiens Petrus divini ministerii princeps: [c] *Qui nunc cæli sunt*, ait, *& terra, igni reconditi servantur in diem judicii & retributionis*. Servorum autem suorum sermones obsignans Dominus, inquit in Evangelio: [d] *Tunc filius hominis mittet Angelos suos ubique per terrarum orbem, & congregabunt peccatores e medio justorum, & projicient ipsos in fornacem ignis*.

Πεῦσις οβ'.

Τί οὖν; οὐδέποτε ἔσται λύσις τῶν οὐρανῶν, καὶ τῶν D φωστήρων ἐκείνων ἀφανισμός;

INTERROGATIO LXXII.

Quid igitur? an numquam abolebuntur cæli, nec luminarium illorum erit interitus?

Ἀπόκρισις.

Ἔσται μὲν τῆς κτίσεως διάλυσις, οὐ παντελὴς δὲ ἀφανισμὸς, ἀλλὰ πρὸς τὸ κρεῖττον μεταποίησις· καθὼς ἐκ τοῦ θεσπεσίου Δαβὶδ παιδευόμεθα, μελῳδοῦντος, κατ' ἀρχὰς σὺ Κύριε τὴν γῆν ἐθεμελίωσας, καὶ ἔργα τῶν χειρῶν σου εἰσὶν οἱ οὐρανοὶ, αὐτοὶ ἀπολοῦνται, σὺ δὲ διαμένεις. καὶ αὖθις ἐπάγων τὴν παλιγγενεσίαν, φησὶ, καὶ πάντες ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσονται, καὶ ὡσεὶ περιβόλαιον ἑλίξεις αὐτοὺς, καὶ ἀλλαγήσονται. ἀπολ ηγόντων τοίνυν τῶν ὑπερουρανίων ὑδάτων, τηνικαῦτα πάντα ἄρδην χωνευθήσεται τῇ ὑπερ- E βολῇ τοῦ πυρός· οἱ γὰρ ἀστέρες πεσοῦνται, ὡς φύλλα ἐξ ἀμπέλου, φησὶν ὁ τῶν προφητῶν ὑψηλὸς Ἡσαΐας. ἐν δὲ καθολικαῖς φησι Πέτρος, στοιχεῖα δὲ καυσούμενα λυθήσονται. ὅτι δὲ πρὸς τὸ κρεῖττον καὶ λοιπὸν ἀδιάλειπτον τὰ πάντα μεταῤῥωσθήσεται, φησὶν ὁ τῶν ἐνεστώτων καὶ μελλόντων θεῖος μελῳδὸς, ἐξαποστελεῖς τὸ πνεῦμά σου, καὶ κτισθήσονται, καὶ ἀνακαινιεῖς τὸ πρόσωπον τῆς γῆς.

RESPONSIO.

Erit quidem creaturæ dissolutio, non omnimoda tamen sublatio, sed in melius transmutatio; quemadmodum ex Davide divino vate discimus, in hunc modum canente: [e] *Ab initio tu Domine terram fundasti, & opera manuum tuarum cæli sunt: ipsi intereunt, tu autem permanes*. Et rursus de regeneratione subjiciens, inquit: [f] *Et omnes ut vestimentum veterascent, & velut pallium circumvolves eos, & mutabuntur*. Deficientibus igitur ultra cælestibus aquis, E omnia simul liquescent abundantia ignis: nam stellæ cadent, ut de vite folia, inquit eximius ille inter vates Esaias. [g] In catholicis autem epistolis Petrus inquit: [h] *Elementa æstuantia solventur*. Quod autem ad melius, & in statum deinceps non amplius desiturum omnia corroboranda sint, tradit tam præsentium quam futurorum divinus ille vates, his verbis: [i] *Emittes spiritum tuum & creabuntur, & renovabis faciem terræ*.

a Psalm. XXVIII. 7. *b* I. Cor. III. 13. *c* II. Pet. III. 7. *d* Matth. XXIV. 31. XIII. 49. 50.
e Psalm. CI. 26. 27. *f* Ibid. ℣. 27. *g* Isa. XIII. 10. *h* II. Pet. III. 10. *i* Psalm. CIII. 30.

A

Πεῦσις ογ'.

Οὐκοῦν καὶ ἡ θάλασσα λήξει ποτὲ ἐπὶ τῆς συντελείας, τοσαύτη οὖσα, καὶ τὰ ὑπερουράνια ὕδατα; ἀνὰ μέσον ὕδατος καὶ ὕδατος γενηθήτω στερέωμα, φησὶν ὁ Θεός.

INTERROGATIO LXXIII.

Num & mare definet aliquando in consummatione, quum tam magnum sit? num etiam ultracælestes aquæ? de quibus inquit Deus: [a] *Exsistat inter aquam & aquam firmamentum?*

Απόκρισις.

Καὶ μάλα εἰκότως ἐκ τοῦ ὑψηλοῦ Ησαΐου παιδευόμεθα, λήγειν τὴν θάλατταν καὶ ἀφανίζεσθαι ἐπὶ τῆς συντελείας. φησὶ γὰρ πρὸς τὸν Θεὸν ὁ θεσπέσιος· ὁ λέγων τῇ ἀβύσσῳ, ἐρημωθήσῃ, καὶ τοὺς ποταμούς σου ξηρανῶ. νοείσθω δὲ ἐκ μεταφορᾶς, ἄβυσσος μὲν κακίας ὁ διάβολος, ποταμοὶ δὲ οἱ ἐξ αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν ῥέοντες, δαίμονες, τῆς μὲν ἐπαφρώσης ἡμῖν θανατηφόρα, τῶν δὲ, κυμάτων δίκην κορυφουμένων, καὶ ἐφαλλομένων ἡμῖν ἀεὶ διὰ τῶν πειρασμῶν. ἀρκοῦσαν δὲ μόνον τῇ τοῦ παντὸς συστάσει φύσιν τῶν ὑδάτων ὁ κτίστης ἐμηχανήσατο· οὐ μόνον δὲ τῇ καταψύξει τῶν ὑπερκοσμίων ὑδάτων συντετήρηται τὸ στερέωμα, ἀλλὰ καὶ τὴν φλόγα τῶν φωστήρων πρὸς τὸ κάτω πέμπει, τῷ [1] πεπηλημμένῳ αὐτοῦ σώματι τὸ ἀνωφερὲς τοῦ πυρὸς πρὸς τὸ κάτω διακλῶν, καὶ εἰς ἀκτῖνας διαχέων τῷ πιεσμῷ, κατὰ τὴν εἰκόνα τῆς ἐν χερσὶν ἡμῶν λαμπάδος, ἄνωθεν πιεζομένης τῆς φλογὸς πίνακί τινι ἢ τηγάνῳ, καὶ εἰς ἀκτῖνας καὶ βολὰς διακλωμένης. διὸ καὶ μετάρσιον τὸν ἥλιον ὁ πρὸ αὐτοῦ ἥλιος Χριστὸς ἐμηχανήσατο, ἐντεῦθεν τοῦ θέρους, ἐκεῖθεν δὲ χειμῶνος ἀνίσχοντα· ὅπως μὴ ἐπὶ πολὺ τῷ ἑνὶ προσδιατρίβοντα κλίματι, λυμαίνεσθαι τὴν ἁψῖδα τοῦ στερεώματος, ἢ παραφλέξαι τι τῆς διακοσμήσεως.

RESPONSIO.

Atqui satis, ut apparet, ab eximio Esaia docemur, mare deficere & evanescere in consummatione. Inquit enim ad Deum sanctus ille vates: [b] *Qui dicis abysso, Desolaberis, & flumina tua siccabo.* B Intelligantur autem metaphorice: Abyssus quidem malitiæ, diabolus; flumina autem ex ipso & in ipsum fluentia, dæmones: quando illius quidem alluvies nobis letifera est; hi vero fluctuum instar elevantur, & semper insultant nobis per tentationes. Porro naturam aquarum creator condidit, quæ solummodo sufficeret universi hujus constitutioni. Non solum autem ad refrigerium ultramundanarum aquarum reservatum est firmamentum, sed & flammam Deus luminarium ad inferiora mittit, propinquo suo corpore sursum tendentem ignem ad inferiora cogens, & in radios diffundens reflexionem, perinde ac si lampadem in manibus nostris tenentes, superne premamus flammam tabula vel patella, & in C radios ac ejaculationes frangamus. Idcirco sublimem solem fecit ipso prior Sol Christus; & hinc æstivum, illinc hibernum ortum, ne diutius in eodem immorando tractu, corrumpatur circumferentia firmamenti, aut aliqua pars orbis comburatur.

Πεῦσις οδ'.

Τί οὖν; ἆρα καὶ τὰ ὑπερκόσμια ὕδατα ὁμοίως τοῖς θαλαττίοις εἰσὶ πικρά τε καὶ ἁλμυρὰ, καὶ βαρέα ἢ βρυώδη;

INTERROGATIO LXXIV.

Quidnam igitur statuendum de aquis ultramundanis? num similes marinis sunt, amaræ & salsæ, & graves & muscosæ?

Απόκρισις.

Ημιόλιον τοῦ παντὸς ὕδατος τὸ ἀνακριθὲν, οὐ μέντοι πικρότατον, ἢ βαρύτατον, ἢ δυσωδέστατον, κατὰ τὸ θαλάττιον· τὸ μὲν γὰρ οὐ ψαύει ὑποθέων ὁ ἥλιος, τὸ δὲ ἐπὶ πολὺ ἐπιλάμπων ἐξατμίζει καὶ ἀνιμᾶται ὅσον γλυκύτατόν τε καὶ πότιμον τῇ θαλάττῃ ἐγκρίνεται διὰ ποταμῶν καὶ χειμάῤῥων. Ορῶμεν γὰρ πολλάκις χώρας τεναγώδεις ἐν μιᾷ μεσημβρίᾳ ξηρὰς καὶ ἀνίκμους καταλειφθείσας τοῖς ἀτμοῖς, διακριθέντος τοῦ ὕδατος, καὶ τῇ ἀναφορᾷ ταῖς νεφέλαις ἐγκραθέντος, πάλιν τῇ γῇ ὥσπερ ἐκ σπόγγων ἐκμυζόμενον, καὶ εἰς ὑετὸν ἐξοικονομούμενον.

RESPONSIO.

D Dimidium est universæ aquæ, id quod supernas in partes est secretum: excepto, quod non habet nimium illum amarorem, aut gravitatem aut fœtorem, qui est in aqua marina. Nam illam quidem non attingit subter ipsam currens sol, hanc autem perpetuo suo splendore permeans, per vapores haurit & subvehit quidquid omnium dulcissimum & potabile de fluminibus & torrentibus in mare excernitur. Videmus enim sæpenumero regiones aquarum copia inaccessas, uno meridie aridas & siccas relinqui, per vapores aqua separata, & per elevationem nubibus immista, unde rursus terræ quasi ex spongiis exprimitur, & in pluviam convertitur.

Πεῦσις οε'.

E

Τί οὖν; οἱ ὄμβροι ἐκ τῆς θαλάσσης χορηγούμενοι ταῖς νεφέλαις πάλιν τῇ γῇ σκορπίζονται; καὶ πῶς ἄρα δυνατὸν τοσοῦτον βάρος καὶ πλῆθος ὑδάτων ἐν νεφέλαις ἀνάγεσθαι;

INTERROGATIO LXXV.

Num igitur imbres ex mari suppeditati nubibus, rursus super terram disperguntur? Atqui quomodo potest tantum pondus & multitudo aquarum in nubes subvehi?

Απόκρισις.

Ακυε τοῦ Δαβὶδ περὶ Θεοῦ μελῳδοῦντος· ἀνάγων νεφέλας ἐξ ἐσχάτου τῆς γῆς, ἀστραπὰς εἰς ὑετὸν ἐποίησεν. ἕτερος δὲ τῶν προφητῶν φησιν· ὁ προσκαλούμενος τὸ ὕδωρ τῆς θαλάσσης αὐτὸ ἐπὶ προσώπου τῆς γῆς·

RESPONSIO.

Audi Davidem de Deo canentem: [c] *Adducens nubes ab extremitate terræ, fulgura in pluviam fecit.* Alius autem prophetarum inquit: [d] *Qui vocat aquam maris, & effundit ipsam super faciem ter-*

a Gen. I. 6. b Isa. XLIV. 26. c Psalm. CXXXIV. 7. d Amos V. 8.

1. Πεπηλημμένῳ] Legendum videtur πεπιλημένῳ concreto.

Κύριος ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ ὄνομα αὐτῷ. τῇ γὰρ παρατριβῇ τῶν νεφῶν τοῖς πνεύμασιν ἐλαυνομένων, διακονίζειν τὸν ὑετὸν αἱ ἀστραπαὶ συμβαίνουσιν.

A ræ; *Dominus Deus omnipotens nomen ei*. Nam colliſione nubium per ventos impulſarum quæ pluviam ferunt, fulgura fiunt.

Πεῦσις οϛ'.

Καὶ πῶς τοσούτοις ἔτεσι δαπανώμενον τῇ ἀναφορᾷ τῶν ὑετῶν καὶ τῇ πάντων μεταλήψει, οὐκ ἀνηλώθη τὸ πηγαῖον ὕδωρ ἢ τὸ θαλάσσιον;

INTERROGATIO LXXVI.

Quomodo vero, quum tam multis annis exhauriatur per elevationem pluviarum, & omnium participationem, non deficit aqua vel fontana, vel marina?

Ἀπόκρισις.

Τὸ μὲν κρηναῖον οὐκ ἀπολήγει, ἐκ τῆς θαλάττης ἀναδιδόμενον, καὶ εἰς αὐτὴν πάλιν ῥέον διὰ ποταμῶν καὶ χειμάῤῥων· διὸ οὐδὲ πλημμυρεῖν οἷάτε, τὸ ἐξ αὐτῆς εἰς ἑαυτὴν δεχομένη, καθὼς παιδεύει ὁ τῶν θείων σοφὸς Σολομὼν, πάντες οἱ ποταμοὶ εἰς τὴν θάλασσαν πορεύονται, καὶ ἡ θάλασσα οὐκ ἔστιν ἐμπιπλαμένη· τὸ δὲ θαλάττιον οὐ βραχύνεται τῇ ἄνωθεν ἀνταμείψει, τοῦ ἐξατμισθέντος τῷ ἡλίῳ αὐξούμενον, ἀποστάζοντος τοῦ οὐρανοῦ καὶ ἐξιδροῦντος τῇ δρόσῳ, τὸ διὰ τῶν ἀτμῶν τοῦ ἀέρος ὁσημέραι ἀνασπώμενον, κατὰ τοὺς κύβους τῶν λουτρῶν τῇ ἀναθυμιάσει τοῦ ἀέρος ῥοπιζομένων, καὶ ἀνθιδρούντων σταγόνας ἐπὶ τὸ ἔδαφος. καὶ ἔστι πολλάκις ἀθρῆσαι παχὺν ἀέρα ἐκ τῆς θαλάττης ἢ τῶν κρηνῶν καὶ ποταμῶν ἀναπνεόμενον, ὅπερ οὐχ ἕτερον ἢ ὕδωρ ὑπάρχειν μοι δοκεῖ.

RESPONSIO.

Aqua fontana non deficit ex mari reddita, & in id rurſus defluens per flumina atque torrentes. B Propterea illud neque exundare poteſt, dum quod ex ſe eſt, in ſe recipit: quemadmodum docet rerum divinarum peritus ille Solomo: [a] *Flumina cuncta in mare tendunt, neque mare impletur*. Marina rurſum non attenuatur propter retributionem quæ fit e ſupernis, qua id quod evaporavit per ſolem auctum deſtillat cælitus, & exundat per rorem exhalationum aeris quotidie ſurſum tendentium excreſcens, ut fit in cubis balneorum per aeris evaporationem madefactis, & viciſſim guttas in ſolum dejicientibus. Etiam ſæpenumero videre eſt aera craſſum ex mari, fontibus & fluviis exhalare, qui nihil aliud quam aqua videtur eſſe.

Πεῦσις οζ'.

C

Καὶ πῶς ἐκ τῆς θαλάσσης δύναται εἶναι τὸ πηγαῖον ἢ ποτάμιον ὕδωρ, τῆς μὲν πικρᾶς καὶ ἁλμυρᾶς οὔσης, τῶν δὲ γλυκέων καὶ ποτίμων καὶ κουφοτέρων;

INTERROGATIO LXXVII.

At quomodo ex mari poteſt eſſe fontana aut potabilis aqua; quum illa quidem amara & ſalſa ſit, hæ vero dulces & potabiles & paullo leviores?

Ἀπόκρισις.

Οὐδὲν τούτων ἐπισκοτῆσαι τοῖς εἰρημένοις οἷόντε. τῇ γὰρ ἐκθλιβῇ τῶν πόρων καὶ τῇ σκολιοποιΐᾳ τῆς ἀναβλύσεως τὸ βαρὺ καὶ πικρὸν ἀποτίθεσθαι, καὶ τὴν ἅλμην ἐκλεπτύνεσθαι καθάπερ οἶνος ὕδατι κεκραμένος, σπόγγῳ ἢ ἄρτῳ καθαρῷ ἐπιχεόμενος. ὁ μὲν ὡς παχύτερος τοῖς πόροις τοῦ ὑποδεξαμένου ἐνέχεται· τὸ δὲ ὡς λεπτότερον καὶ διαφανέστερον τῶν πόρων διεκμύζεται. τὸ δ' αὐτὸ ἀποδείκνυσι καὶ τὸ ὑδρέλαιον τοῖς εἰρημένοις ἐπιχεόμενον· τοῦ μὲν πίονος καὶ παχυτέρου ἐμμένοντος, τοῦ δὲ λεπτοτέρου διήκοντος καὶ ἐκκρινομένου.

RESPONSIO.

Nihil horum officere poteſt iis quæ hactenus dicta ſunt. Nam per expreſſionem meatuum & obliquos exitus in ſcaturiendo, pondus illud cum amarore deponitur, & ſalſugo extenuatur, veluti ſi vinum aquæ miſtum ſuper ſpongiam vel purum panem fundatur; vinum quidem tamquam craſſius in- D tra panis meatus retinetur: aqua vero tamquam magis tenue quiddam & pellucidum, per meatus excolatur. Idem oſtendit oleum aquæ miſtum ſupra materias prædictas fuſum. Nam heic etiam quod pinguius & craſſius eſt, remanet, eo quod magis eſt tenue tranſeunte ac excreto.

Πεῦσις οη'.

Καὶ εἰ οὕτως ἐστὶ, διὰ τί μὴ πάντη τὸ ὕδωρ ἀναδίδοται τῆς ἀβύσσου, ἀλλὰ φρέατα ὀρύσσοντες, οὐ τὸν τυχόντα εἰσάγομεν κάματον, πολλάκις καὶ ἐπὶ τὸν οἴκτιστον ἐπαγόμενοι θάνατον, ἐπιχωννύμενοι τοῖς ὀρύγμασιν;

INTERROGATIO LXXVIII.

Quod ſi res ita ſe habet, quare non ubique aqua de abyſſo ſurſum tendit, ſed puteos fodientes haud vulgarem ſuſcipimus laborem, interdum & miſerrimam mortem reportantes, in fodinis obruti?

Ἀπόκρισις.

E

Καὶ μάλα εἰκότως ἐκ τῶν φρεάτων ἐστὶ τεκμήρασθαι τῆς ἀβύσσου ὑπάρχειν τὰ κρηναῖα ὕδατα, διὰ σομφωδεστέρων λαγόνων τῆς χέρσου ἀναδιδόμενα. τὰ γὰρ μακρὰ ἐκ τῆς ἀβύσσου ἀνόδου διασκολιούμενα τῶν πόρων, τὴν πικρίαν ἀποζέεται, καὶ τὴν ἁλμυρίδα ἀποτιθέμενα γλυκαίνεται. τὸ δὲ φρεατιαῖον εἰκότως βαρύτερον, καὶ ἔναλμον, καὶ δύσποτον ὑπάρχει, διὰ τὸ πλησιάζειν τῇ ἀβύσσῳ τὸν πυθμένα, καὶ ὥσπερ κάδον τινὰ ἢ πίθον ἐπινήχεσθαι τῇ ἀβύσσῳ, τὸν ὅθεν καὶ τῇ ἐγγυτέρᾳ ἀνόδῳ καὶ συντομωτέρᾳ ἐκφανείᾳ μὴ δύνασθαι τὴν θαλαττίαν πικρὰν ἁλμυρίδα, ἀλλὰ μέσως πᾶν ἔχειν, τοῦ μὲν κρηναίου βαρυτέρως, τοῦ δὲ θαλαττίου κουφοτέρως.

RESPONSIO.

Immo veriſimiliter ex puteis conjicere licet, fontanas aquas ex abyſſo eſſe per laxiores ſinus terræ redditas. Nam procul ex abyſſo tendentes, & tortuoſe per meatus manantes, fervidæ factæ amaritudinem amittunt, & ſalſuginem deponentes dulceſcunt. Porro putealis, ut par eſt, gravior & ſubſalſa, & parum potabilis eſt, propterea quod fundum abyſſo propinquum habet, & tamquam cadus aut dolium innatat abyſſo. Quo fit, ut propter propinquiorem adſcenſum & breviorem exitum, amaram aquæ marinæ ſalſuginem æquare nequeat, ſed medio quodam modo adfecta ſit, gravior quidem quam fontana, marina levior.

[a] Eccle. I. 7.

A

Πεῦσις οθ'.

Πῶς ἀνάγουσι αἱ νεφέλαι τὸ θαλάσσιον ὕδωρ; πῶς δὲ ἀναληφθὲν, οὐκ εὐθὺς ἐπιχεῖται; πῶς καὶ ἔν τισι μὲν τόποις βρέχει, ἔν τισι οὐ βρέχει;

INTERROGATIO LXXIX.

Quomodo ferunt in sublime nubes marinam aquam? aut quomodo sublata non mox effunditur in terram? quomodo item in quibusdam locis pluit, in quibusdam non pluit?

Ἀπόκρισις.

Ἄκουσον τοῦ Δαβὶδ περὶ Θεοῦ μελῳδοῦντος, συνάγων ὡσεὶ ἀσκὸν ὕδατα θαλάσσης· ἑτέρου δὲ λέγοντος, [1] δεσμεύων ὕδωρ ἐν νεφέλαις ἀέρων. πρὸ τούτων δὲ Ἰὼβ ὁ τῶν κατὰ Θεὸν ἀγώνων καθηγητὴς πύργος καὶ πρόβολός φησι, καὶ οὐκ ἐῤῥάγη νέφος ὑποκάτω αὐτοῦ, τοῦ ὕδατος δηλονότι. νοείσθω δὲ καὶ περὶ τῆς θεανδρικῆς τοῦ σωτῆρος ἀναλήψεως. νεφέλη γὰρ ὑπέβη τοῖς ποσὶν αὐτοῦ, οὐ συνεργοῦσα πρὸς τὴν ἄνοδον, ἀλλὰ δεικνῦσα ἐκεῖνον ὑπάρχειν, τὸν διὰ λαίλαπος καὶ νεφῶν πάλαι μὲν τῷ Ἰὼβ, μετ' αὐτὸν δὲ τῷ Μωσεῖ φθεγγόμενον. πληρουμένων δὲ τῶν νεφῶν, οἱονεὶ ἀσκῶν ἢ σιφώνων τινῶν, ἀντὶ δεσμοῦ ἢ δακτύλου, ἢ τοῦ ἐκθλίβοντος πιεσμῷ τὸ ὕδωρ τοῦ σίφωνος, τὸ θεῖον αὐτοῖς ἐπίκειται πρόσταγμα, κατὰ τὴν εἰκόνα τῶν νῦν ἐμπόρων, καθιέντων μὲν ὡς ἐν βυθῷ τῷ σκεύει τὸν σίφωνα, καὶ πληρωθέντα, ἐπὶ τῇ ἀντιθέσει τοῦ ἀντιχείρου ἀνάγεσθαι, καὶ διὰ πάσης τῆς οἰκείας ὡς διὰ κόσμου τὰς νεφέλας πλήρεις φέρεσθαι, ἐξοικονομεῖσθαι δὲ τὸ ἀναληφθὲν πρὸς τὸ δοκοῦν τῷ ἀρυσαμένῳ, τῇ ἐπαγωγῇ καὶ ἀποθέσει τοῦ δακτύλου.

RESPONSIO.

Audi de Deo canentem Davidem: [a] *Qui congregat quasi utrem aquas maris*. Alium item dicentem: [b] *Qui ligat aquam in aeris nubibus*. Ante hos autem Jobus certaminum divinorum magister, B turris & propugnaculum, inquit: [c] *Et non est rupta nubes sub ipsa*, scilicet aqua. Intelligatur autem idem etiam de deificatæ humanitatis Servatoris adsumtione. Nubes enim subiit sub pedes ejus, non adjuvans adscensionem: sed ut ostenderetur illum esse qui per turbinem & nubes olim quidem ad Jobum, post ipsum vero ad Mosem loquutus esset: impletis vero nubibus velut utribus aut siphonibus, loco vinculi, aut digiti, aut siphonis premendo retinentis aquam, divinum ipsis incumbit mandatum: perinde ac mercatores facere solent, quum demittunt in profundum vas siphonem, eoque impleto, opposito pollice reducunt, & per totam domum quasi per mundum ferunt plenas quasi nubes, & C refertur in usus aqua sumta, prout visum fuerit ei qui hausit, idque per impositionem & subtractionem digiti.

Πεῦσις π'.

Πάντων περιεχομένων τῷ ὕδατι πρώην, καὶ ἀβύσσῳ καλυπτομένων, πῶς συνήχθη καὶ συνεχώρησεν, τοῦ Θεοῦ εἰπόντος, συναχθήτω τὸ ὕδωρ εἰς συναγωγὴν μίαν, καὶ ὀφθήτω ἡ ξηρά;

INTERROGATIO LXXX.

Quum omnia primum continerentur aqua, & abysso tegerentur, ubi congregata est, & quo concessit, dicente Deo, [d] *Congregetur aqua in congregationem unam, & appareat arida?*

Ἀπόκρισις.

Ἡ τοῦ παντὸς δραστικὴ θεία δύναμις, ὅτε συνεῖδε πρὸς μίαν συναγωγὴν ἀποκριθῆναι τὸ ὕδωρ, αὖθις καὶ τὸ μέλλον αὐτὸ ὑποδέχεσθαι χωρίον παρήγαγεν. οὐδὲ γὰρ ἦν ἡ ἔξω Γαδείρων θάλαττα, οὐδὲ τὸ μέγα καὶ ἀτόλμητον πλωτῆρσι πέλαγος, τὸ τὴν Βρεττανικὴν νῆσον καὶ τοὺς Ἑσπερίους Ἴβηρας περιπτυσσόμενον· ἀλλὰ τότε τῆς χώρας τῷ θείῳ προστάγματι δημιουργηθείσης, ἐπ' αὐτὴν συνεδόθη τῶν ὑδάτων τὰ πλήθη.

RESPONSIO.

Universi effectrix illa divina vis quando constituit D aquam secernere ad congregationem & locum unum: mox & locum ipsam recepturum condidit. Nondum enim erat illud extra Gadira situm mare, neque magnum illud quod exhorrent nautæ pelagus, quod Britannicam insulam & Hesperios Iberas ambit: sed condita tunc divino mandato certa regione, ad ipsam simul aquarum multitudines confluxerunt.

Πεῦσις πα'.

Μία ἐστὶ θάλασσα, ἤτοι ἡ συναγωγὴ, ἢ πολλαί;

INTERROGATIO LXXXI.

Est ne unum mare sive congregatio, vel multæ?

Ἀπόκρισις.

Μία μὲν ἡ συναγωγὴ τοῦ στοιχείου παντὸς, πλεῖστα δὲ τὰ συστήματα. αἵτε γὰρ λίμναι αἱ κατὰ τὴν ἄρκτον, καὶ ὅσαι κατὰ τὸν Ἑλληνικὸν ὁρῶνται πόντον, τήν τε Μακεδονίαν Βιθυνίαν τε καὶ Παλαιστίνην κατέχουσαι, συναγωγαὶ τυγχάνουσαι δηλονότι· ἃς πλῆθος μὲν ἔχειν ὕδατος οὐδεὶς ἀντερεῖ. οὐ μὴν θαλάσσας κυρίως ὑπάρχειν αὐτάς φαμεν· εἰ καὶ παραπλησίως τῇ θαλάττῃ τὸ πικρὸν καὶ ἁλμυρὸν ἐγκέκραται, ὡς ἡ Ἀσφαλτῖτις λίμνη ἐπὶ τῆς Ἰουδαίας, καὶ ἡ Σερβονῖτις μεταξὺ Αἰγύπτου καὶ Παλαιστίνης, τὴν Ἀραβικὴν ἔρημον παρατείνουσα· εἰ καὶ τὴν Ὑρκανίαν

RESPONSIO.

E Una quidem est congregatio totius elementi, plures vero partes principaliores. Nam stagna quæ ad Arctum, & quæcumque ad Græciæ spectantur mare, quæque Macedoniam & Bithyniam & Palæstinam obtinent, congregationes utique sunt, quas multitudinem aquæ habere nullus contradixerit: non tamen proprie maria esse dicimus, licet propemodum cum mari ob amaritudinem & salsuginem mistæ sint, qualis est Asphaltites lacus in Judæa, & Serbonites inter Ægyptum & Palæstinam ad desertum Arabicum extensus, itemque Hyrcaniam &

a Psalm. XXXII. 7. b Job XXVI. 8. c Ibid. XXVI. 8. sec. LXX. d Gen. I. 9.

1. Δεσμεύων κ. τ. λ.] Hunc & mox sequentem locum, tamquam ex duobus sacris scriptoribus descriptum, recitat Cæsarius; quum tamen uterque occurrat *Job* XXVI. 8. juxta LXX. ubi sic legimus: *Δεσμεύων ὕδωρ ἐν νεφέλαις αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἐῤῥάγη νέφος ὑποκάτωθεν αὐτοῦ.*

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



καὶ τὴν Κασπίαν. ὁρῶνται δέ τινες περιγεγράφθαι αὐτάς. ἀλλὰ χρὴ ταῖς τῶν ἱστορησάντων προσέχειν γεωγραφίαις. συντετήρηνται γὰρ ἀφανῶς πρὸς ἀλλήλας, καὶ συνεστόμωνται τῇ μιᾷ καὶ μεγίστῃ, καθὼς ἡ Ἐρυθρὰ παιδεύει θάλαττα, τῇ ἐπέκεινα Γαδείρων ἀφανῶς συναπτομένη.

A Caspiam. Et videmus a nonnullis ipsos esse descriptos. Oportet enim attendere descriptionibus geographicis eorum qui & viderunt, & scitu dignas res memoriæ prodiderunt. Nam occulte conservantur inter se & conjunguntur uno eoque maximo mari: quemadmodum Rubrum declarat mare, parte superiore cum Gadirico occulte conjunctum.

Πεῦσις πβʹ.

Καὶ πῶς συστήματα τῶν ὑδάτων θαλάσσας ὁ Κύριος ἐκάλεσεν;

INTERROGATIO LXXXII.

At quomodo congregationes aquarum maria vocavit Dominus?

Ἀπόκρισις.

B

Τοὺς κόλπους τοὺς κατ᾽ ἴδιον σχῆμα ὑπὸ τῆς περικειμένης γῆς περιληφθέντας, θαλάττας ὁ Κύριος προσηγόρευσε, τοῦτ᾽ ἔστιν, θάλαττα βόρειος, θάλαττα νότιος, Ἑῴα θάλαττα, καὶ Ἑσπερία πάλιν ἑτέρα, καὶ προσηγορίαι πελάγων ἰδιάζουσαι, πόντος Εὔξεινος καὶ πρόποντος Ἑλλήσποντος, Αἰγαῖος καὶ Ἰώνιος, Σαρδονικὸν πέλαγος καὶ Σικελικὸν ἕτερον, καὶ ἄλλο Τυῤῥηνικὸν καὶ μυρία ὀνόματα πελάγων, ἅπερ ἡμῖν οὐ τοῦ παρόντος ἐξαριθμεῖσθαι καιροῦ.

RESPONSIO.

Sinus qui secundum suas species a circumjacente terra comprehensi sunt, maria Dominus appellavit. Hoc est, mare Boreale, mare Australe, Eoum mare, & Hesperium mare alterum. Præterea pelagi hujus vel illius peculiares appellationes, pontus Euxinus, & mare Hellespònticum, Ægæum & Jonium, Sardoum pelagus, & Siculum alterum, & Tyrrhenicum, & infinita marium nomina, quæ ut a nobis cuncta recenseantur, præsentis non est temporis.

Πεῦσις πγʹ.

C

Διατί μὲν ἐν ἀρχῇ μὲν τῆς Γενέσεως γῆν ὀνομάζει, ἐνταῦθα δὲ πάλιν ξηράν; ἆρα μὴ ἄλλο ὑπάρχει ἡ ξηρὰ, ἄλλο δὲ ἡ γῆ;

INTERROGATIO LXXXIII.

Quare Moses in principio Genesis terram nominat, inde rursus aridam? An non enim aliud est arida, & aliud terra?

Ἀπόκρισις.

Οὐδ᾽ ὅλως μοι δοκεῖ παρηλλάχθαι τῆς ξηρᾶς ἡ γῆ, ἀλλ᾽ ἵνα μὴ τῷ ἡλίῳ τὴν τοῦ ἀναξηραίνειν αἰτίαν προσθῶμεν, πρεσβυτέραν τῆς ἡλίου γενέσεως τὴν ξηρότητα τῆς γῆς ὁ δημιουργήσας Θεὸς ἀπεφήνατο· προαγαγὼν τοὺς ματαιόφρονας θεοποιεῖν τὸν ἥλιον.

RESPONSIO.

Nihil omnino mihi videtur ab arida differre terra: verum ne caussam arefaciendi tribueremus soli, antiquiorem solis ortu ariditatem terræ opifex Deus declaravit, mox a principio desipientes ab ea vanitate revocans, ne solem deum facerent.

Πεῦσις πδʹ.

D

Τί ἐστιν ὃ λέγει Μωσῆς, καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς ὅτι καλόν; πῶς ὁ πάντων προγνώστης μετὰ τὸ ποιῆσαι εἶδεν, ὅτι καλὸν τὸ φῶς; εἰ γὰρ ἄνθρωποι πρὸ τοῦ ποιῆσαί τι, ἐπίστανται καλὸν ἢ κακὸν ἔσται τὸ ποιούμενον· πῶς ὁ Θεὸς μετὰ τὸ ποιῆσαι, τότε εἶδεν ὅτι καλὸν, ὡς μὴ προγινώσκων ἃ ἤμελλε ποιεῖν;

INTERROGATIO LXXXIV.

Quid est, quod Moses inquit: [a] *Et vidit Deus quod esset bonum?* Quomodo omnium præscius postquam fecisset, vidit quod bona esset lux? Nam si homines antequam quid faciant, sciunt bonum ne vel malum sit futurum quod perficitur; quomodo Deus postquam fecisset, tunc demum vidit quod esset bonum, quasi non præcognoscens id quod facturus erat?

Ἀπόκρισις.

Οὐκ αὐτὸ τοῦτο, τερπνήν τινα ὄψιν θαλάττης, ὁ λόγος ἐνδείκνυται τῷ Θεῷ πεφυκέναι. Οὐ γὰρ ὀφθαλμοῖς ὁρᾶται κάλλη τῆς κτίσεως ὁ ποιητὴς, ἀλλὰ τῇ ἀῤῥήτῳ σοφίᾳ θεωρεῖται γενόμενα· ὁ φάσκων τῷ Ἱερεμίᾳ, πρὸ τοῦ με πλᾶσαί σε ἐν κοιλίᾳ, ἐπίσταμαί σε, καὶ πρὸ τοῦ ἐξελθεῖν ἐκ μήτρας, ἡγίακά σε. τῷ δὲ Ναθαναὴλ, πρὸ τοῦ σε Φίλιππον φωνῆσαι, ὄντα ὑπὸ τὴν συκῆν εἶδόν σε· ὁ τῷ Ἀβραὰμ λέγων, κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ἔσται τῇ Σάῤῥα υἱός· τοῖς δὲ Ἰουδαίοις, πρὸ τοῦ Ἀβραὰμ ἐγώ εἰμι. καλὸν γὰρ θέαμα λευκαινομένη θάλαττα, γαλήνης αὐτὴν σταθηρᾶς. ἡδὺ δὲ καὶ ὅταν πρωΐαις αὔραις τραχυνομένη τὰ νῶτα, πορφυροῦσαν ἢ κυανῆν τοῖς ὁρῶσι προβάλλεται, μηδὲ τύπτουσα βιαίως τὴν γείτονα χέρσον, μηδὲ τέλεον ἠρεμοῦσα· ἀλλ᾽ οἷον εἰρηνικαῖς τισι περιπλοκαῖς τὰ χείλη αὐτῆς ἀσπαζομένη, πρὸς ἑαυτὴν πάλιν ἀποπηδῶσα. καλὴ δὲ πάλιν δεδιῶσα τὸ θεῖον πρόσταγμα, μέ-

RESPONSIO.

Non hoc volunt ista verba, delectabilem maris adspectum Deo visum fuisse. Nec enim opifex rerum intuetur oculis pulcritudinem creatorum: sed ineffabili sapientia contemplatur ea quæ fiunt: qui ad Hieremiam inquit; [b] *Antequam te formarem in*
E *utero, novi te, & antequam egredereris ex alvo materna, sanctificavi te.* Ad Nathanaelem autem: [c] *Antequam te Philippus vocaret, quum esses sub ficu, videbam te.* Qui dicit Abrahamo: [d] *Ad tempus illud habebit Sara filium.* Judæis autem: [e] *Ante Abrahamum ego sum.* Pulcrum enim spectaculum mare albicans, quum ipsum constans tenet tranquillitas. Jucundum item est, quando ad auras matutinas horridum dorso purpureo cæruleove spectantibus objicitur, neque violenter propinquam terram pulsat, neque penitus quiescens, sed pacificis quibusdam amplexibus litora sua salutans, ad semet ipsum resilit. Pulcrum item, quod divinum præceptum revere-

a Gen. I. 4. 10. 12. 18. 21. 25. b Jer. I. 5. c Joan. I. 48. d Gen. XVIII. 10. e Joan. VIII. 58.

χει τούτου ἐλάσῃ, καὶ οὐχ ὑπερβήσῃ· ἀλλ' ἐν σεαυτῇ συντελεσθήσονταί σου τὰ κύματα. ἥτις πρὸς ἔλεγχον τῆς ἡμετέρας ἀγνωμοσύνης τὸ ἐπηρτημένον αὐτῇ δέος δηλοῦσα, βραχὺ διὰ τῶν κυμάτων παρενδραμοῦσα τὸν ὅρον, γραμμὴν τινα φανερὰν τοῖς αἰγιαλοῖς ἐντυποῦσα, οἷον γλώττῃ παρεγγυᾷ μὴ ὑπερβαίνειν τοὺς ὅρους τοῦ θείου προστάγματος. καλὴ δὲ ὅτι καὶ ποταμῶν ὑπάρχουσα μήτηρ, αὐτὴ πάλιν αὐτοὺς ὑποδέχεται, ἐντεῦθεν μὲν ἀποκύουσα, ἐκεῖθεν δὲ ξεναγοῦσα. καλὴ δὲ ὅτι καὶ τὰς πλεῖστον ἀλλήλων διεστώσας ἠπείρους τε καὶ πόλεις συνάπτει δι' ἑαυτῆς, νωτοφοροῦσα τὰς ὁλκάδας, καὶ ἀκώλυτον τοῖς ναυτίλοις, δι' ἐκείνων δὲ τοῖς λοιποῖς τὴν συντυχίαν παρεχομένη· καὶ ἱστορίας τῶν ἀγνοουμένων χαριζομένη, καὶ τῶν ἀναγκαίων ἐπικουροῦσα τοῖς δεομένοις, ἐξαγωγὴν καὶ ἀντίδοσιν ταῖς πόλεσι ποιουμένη. οὐ μὴν οὕτως δὲ καὶ Θεῷ οἴεσθαι χρὴ, καλὴν καὶ ἡδεῖαν ὦφθαι τὴν θάλατταν, ἀλλὰ τὸ καλὸν ἐκεῖ τῷ λόγῳ τῆς δημιουργίας κρίνεται. ὁμοίως δὲ χρὴ καὶ περὶ τοῦ φωτὸς καὶ τῶν λοιπῶν διαλαβεῖν.

Πεῦσις πέ.

Πῶς τοῦ Μωσέως γράψαντος, ὅτι εἶπεν ὁ Θεός· βλαστησάτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτου σπεῖρον σπέρμα κατὰ γένος καὶ καθ' ὁμοιότητα, καὶ ξύλον κάρπιμον, οὗ τὸ σπέρμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ κατὰ γένος· βλέπομεν πολλὰ τῶν φυτῶν παντελῶς ἄκαρπα, καὶ μηδὲ σπέρμα ἔχοντα; ποῖον γὰρ αἴγειρος ἔχει καρπὸν, ἢ ἐλάτη, ἢ πίτυς, ἢ κάλαμος; ποῖον δὲ σπέρμα ἔχει σκόροδον, ἢ ῥόδον, ἢ κρόκος, ἢ ἄμπελος, ἢ μυρίκη, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἀκάρπων;

Ἀπόκρισις.

Εἴ τις φιλομαθῶς καὶ πεπονημένως ἀναπτύξει τὰ θεῖα, εὑρήσει πάντα ἀνελλιπῶς τῷ θείῳ θελήματι παραστάντα. αἴγειρος γὰρ παρέχει καρπὸν, κλονισμὸν πρὸς τὴν ἑκάστου ἡμῶν χρείαν, τὸ φύλλον εἰς κτηνοτροφίαν χειμῶνος ἀποτιθέμενον· τὸ ἐκ τοῦ μόσχου ἔλαιον τοῖς ἀῤῥώστοις παρεχόμενον, ὅπερ αἰγειρέλαιον τοῖς πολλοῖς ὀνομάζεται. ἀντὶ δὲ σπέρματος οἱ κλάδοι τῆς αἰγείρου κατορυττόμενοι ῥιζοῦνται. ὁμοίως δὲ καὶ ἐλάτη καὶ πίτυς, τοῖς κλονίσμασι, καὶ ἀποσπάδες τὸ γένος αὔξουσι. τὰ δὲ ῥόδον ἢ σκόροδον ἢ κρόκος, τὰ μὲν τὴν εὐωδίαν, καὶ τῷ καταμίγνυσθαι νοθουμένῳ τῷ οἴνῳ τοῖς σικεροπόταις· ὃ μυρεψοῖς πάλιν φιλοτεχνεῖται εἰς θυμίαμα, καὶ ἰατροῖς εἰς κολλύρια, ἔνδον ἐσθιόμενον. καὶ τοῖς ὑδροπόταις τὸ ἀβλαβὲς τοῦ ὕδατος παρεχόμενον. ὁ δὲ κάλαμος καρποφορεῖ τὴν μὲν κόμην εἰς σπόγγους, τὸ δὲ λοιπὸν εἰς γραφίδας. ἄμφω δὲ ἐν ταῖς παρεκφύσεσι τῶν ῥιζῶν τὸ γένος πληθύνουσιν.

Πεῦσις πϛ'.

Διατί συμφύονται τοῖς καλοῖς τὰ κακὰ, καὶ φθαρτικὰ τῆς ζωῆς ἡμῶν, μετὰ τοῦ σίτου τὸ ζιζάνιον, καὶ τὸ κώνειον, μετὰ τῶν ῥόδων οἱ τρίβολοι, μετὰ τῶν λοιπῶν τροφίμων ἐλλέβορος, καὶ ἀκόνιτος καὶ μανδραγόρας, καὶ ὁ τῆς μήκωνος ὀπὸς, ἅπερ ἀναιροῦσι τὴν ζωὴν ἡμῶν;

Ἀπόκρισις.

Τί οὖν ἀφέντες τὴν ἐπὶ τοῖς χρησίμοις εὐχαριστίαν, ἐγκαλέσωμεν τῷ δημιουργῷ, ἐπὶ τῶν ἡμῖν πρὸς διάκρισιν καὶ τινῶν συμφερόντως ἐκφυέντων; ἐκεῖ-

A tur, [a] *Huc usque venies, & non transgrediere, sed in temet ipso collidentur tui fluctus.* Idem ad reprehensionem temeritatis stoliditatisque nostræ inditum sibi metum ostendit, ne paullulum quidem fluctibus ultra terminum excurrens, conspicuam litoribus lineam imprimens, quasi lingua mandat ne transgrediatur terminum mandati divini. Pulcrum quoque, quod quum fluminum sit mater, ipsa eadem rursus suscipit, hinc quidem quasi in lucem proferens, illinc vero recipiens quasi hospites. Pulcrum vero, quod & plurimum inter se dissitas continentis terras & urbes præ se conjungit, ac ferens in sua summitate naves, nullumque præbens impedimentum nautis, partim quidem nautis, partim vero ceteris
B commercium præbet. Sed & eorum quæ ignorantur, variæ cognitionis beneficium largitur, & in rebus necessariis subvenit indigentibus, exportandi & vicissim reddendi commoditatem civitatibus præstans. Non tamen sic & de Deo putandum est, quod bonum vel pulcrum & jucundum illi visum sit mare: sed bonum de quo ibi habetur, ratione opificii judicatur. Ad eumdem modum & de luce & ceteris existimandum est.

INTERROGATIO LXXXV.

Quomodo scripsit Moses, quod dixerit Deus: [b] *Progerminet terra herbam graminis, quæ seminet semen secundum genus & secundum similitudinem suam,*
C *& lignum fructiferum, cujus in se sit semen secundum genus*: cum tamen videamus multas plantas prorsus infrugiferas, quæ neque semen habent? Quemnam enim fructum habet alnus, aut abies, aut pinus silvestris, aut arundo? Quale item semen habet allium, aut rosa, aut crocus, aut vitis, aut myrica aliaque innumera infrugifera?

RESPONSIO.

Si quis diligenter & accurate explicet res divinas, inveniet omnia absque defectu divina voluntate producta. Alnus enim fructum præbet in ramis ad uniuscujusque nostrum necessitatem: folium repo-
D situm facit ad nutrienda in hieme pecora: ex fruticante stolone oleum quod præbetur infirmis, quod a multis oleum alni nuncupatur. Vice autem seminis rami alni defossi radices agunt. Ad eumdem vero modum & abies, & arbor picea ramusculis & defractis surculis genus augent. Rosa autem, aut allium, aut crocus, partim quidem ad odoris fragrantiam conducunt, partim ut commisceantur degeneranti vino siceræ potoribus, unguentariis item ad conficiendum artificiose suffitum, & medicis ad collyria, in cibo sumtum. Sed & aquæ potoribus aquam innoxiam præstant. Arundo vero fructum fert, comam quidem ad spongias, reliquum vero ad instrumenta scriptoria. Utrumque autem radicum suppul-
E lulationibus genus augent.

INTERROGATIO LXXXVI.

Quare quasi naturaliter cohærent cum bonis mala, corruptibilia cum vita nostra, cum tritico zizanium & cicuta: cum rosis spinæ: cum ceteris nutrimentis helleborum, & aconitum, & mandragora, & succus papaveris, quæ nostram vitam tollunt?

RESPONSIO.

Num igitur relicta pro utilibus gratiarum actione, crimen intentabimus opifici, quod quædam nobis ad discrimen, quædam vero utiliter nascuntur?

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

[a] Job XXXVIII. 11. [b] Gen. I. 11.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

νο δὲ οὐ λογιζώμεθα, ὅτι οὐ πάντα τῆς γαστρὸς ἕνεκεν τῆς ἡμετέρας δεδημιούργηται; ἀλλ' ἡμῖν μὲν αἱ ἀποτεταγμέναι τροφαὶ πρόχειροι καὶ πᾶσιν εὔγνωστοι. ἕκαστον δὲ τῶν γινομένων ἴδιόν τινα λόγον ἐν τῇ κτίσει πληροῖ. μὴ γὰρ ἐπειδή σοι δηλητήριον ταύρειον αἷμα, οὐκ ὀφείλει παραχθῆναι τὸ ζῶον; ἢ ἄναιμον ὑπάρχειν, οὗ τῆς ἰσχύος πρὸς τοσαῦτα ἡμῶν ὁ βίος ἐπιδέεται; ἀλλά σοι μὲν αὐτάρκης ὁ ἔμφυτος λόγος πρὸς τὴν τῶν ὀλεθρίων φυλακήν. οὐδήπου γὰρ πρόβατα καὶ αἶγες ἴσασιν ἀποφεύγειν τὰ φθαρτικὰ τῆς ζωῆς αὐτῶν, μόνῃ τῇ ὀσφρήσει τὰ βλαβερὰ διακρίνοντα; σοὶ δὲ ᾧ καὶ λόγος πάρεστι, καὶ ἰατρικὴ τέχνη τὰ χρήσιμον ἐκπορίζουσα, καὶ ἡ τῶν προλαβόντων πεῖρα τῶν ὀλεθρίων τὴν φυγὴν ὑπαγορεύουσα, χαλεπὸν ἐκκλῖναι τὰ δηλητήρια; οὐδὲν δὲ ἐκείνων ἀργῶς ἢ ἀνωφελῶς ἐξεφύη. ἀλλ' ἢ ἡμῖν ἢ τοῖς κτήνεσι πρὸς τὸ συμφέρον ἐξεδόθη. τὸ μὲν γὰρ κώνειον οἱ ψάρες βόσκονται, τὸ ἐλλέβορον οἱ ὄρτυγες, ἄμφω τῆς βλάβης ἀνεπίδεκτοι τῇ κατασκευῇ τῆς φύσεως. διὰ δὲ τοῦ μανδραγόρου ὕπνον ἰατροὶ ταῖς ἀσθενείαις ἐπάγουσι. τῷ δὲ ὀπίῳ τὰς σφοδρὰς ὀδύνας τῶν σωμάτων κατευνάζουσιν. ἤδη δέ τινες τῷ κωνείῳ καὶ τὸ λυσσῶδες τῶν ὀρέξεων κατεμάραναν, καὶ τῷ ἐλλεβόρῳ πολλὰ τῶν χρονίων παθῶν ἐξεμόχλευσαν. ὥστε ὃ δοκοῦμεν πολέμιον τῇ φύσει ἡμῶν πεφυκέναι, τοῦτο ἡμῖν εἰς προσθήκην εὐχαριστείας περιελήλυθεν.

A Aut non reputabimus illud, quod non omnia propter ventrem nostrum condita sunt? Atqui nobis quidem deputati cibi omnibus in promtu & cogniti faciles sunt. Unumquodvis vero nascentium peculiarem quamdam in creatione rationem implet. Ne enim læderet venenatus taurinus sanguis, non debuit id animal produci vel carere sanguine, cujus robore in tam multis indiget vita nostra? Atqui ad cavenda perniciosa tibi ratio sufficit. An non enim oves & capræ norunt refugere quæ vitæ suæ perniciosa sunt, solo olfactu noxia dijudicantes? Tibi autem cui & ratio adest, & ars medicinæ, quæ quod est salubre, suppeditat, & præcedentium experientia, perniciosorum fugam suggerens, difficile B erit declinare mortifera? Nihil autem horum inutiliter aut ab re natum est, sed aut nobis aut pecoribus ad utilitatem tributum. Nam cicuta quidem sturni pascuntur, helleboro vero coturnices, utriusque noxæ immunes quadam dispositione naturæ. Per mandragoram autem somnum infirmis inducunt medici. Succo papaveris corporum vehementes dolores sopiunt. Jam vero & cicuta quidam rabiem appetituum sustulerunt, & helleboro multos diuturnos morbos exstirparunt. Quare quod putamus inimicum esse nostræ naturæ, id nobis in augmentum gratiarum actionis accessit.

Πεῦσις πζ'.

C

Διατί ἐπὶ μὲν τῆς βοτάνης, καὶ τῶν δένδρων, βλαστησάτω ἡ γῆ, ἐπὶ δὲ τῶν κτηνῶν καὶ θηρίων, ἐξαγαγέτω; ἆρα μή τινα διαφωνίαν ἔχει, ἀμφοτέρων τῆς αὐτῆς προερχομένων γαστρός;

INTERROGATIO LXXXVII.

Quare de herba & arboribus, *Progerminet terra*, inquit: de pecoribus autem & bestiis, *Producat*? An non aliquam dissonantiam habet, utrisque ex eodem provenientibus ventre?

Ἀπόκρισις.

Ἐπειδὴ τὰ βλαστήματα καὶ οἱ καρποὶ κατ' ἐνιαυτὸν βλαστάνειν ἤμελλον καὶ παραμένειν τῇ γῇ, εἰς αὐτὴν ὥσπερ ἐν κόλπῳ μητρὸς τῇ ἀνθοῤῥοίᾳ καταλήγοντα, ἑαυτῆς δὲ πάλιν ἀποκυούμενα· τὰ δὲ ζῶα ἅπαξ αὐτῆς ἀποβρασθέντα, οὐκ ἔτι ἐξ αὐτῆς, ἀλλὰ ἀπὸ τῶν διαδόχων ἀποκύεται.

RESPONSIO.

Quandoquidem germina & fructus quotannis germinatura erant, & in terra remansura, in ipsam, velut in sinu matris defluentibus floribus desinentia, D & ex ipsa rursus enascentia: animalia vero semel ab ipsa producta, non amplius ex ipsa sed a succedentibus procreantur.

Πεῦσις πη'.

Διατί μὴ τὸν οὐρανὸν, ὡς πρῶτον ὑπ' αὐτοῦ γενόμενον διεκόσμησεν, ἀλλὰ τὴν μετ' ἐκεῖνον δημιουργηθεῖσαν γῆν προετίμησεν; ἔδει δὲ κατὰ τὴν ἀκολουθίαν τῆς γενέσεως ἐπαχθῆναι τὴν διακόσμησιν;

INTERROGATIO LXXXVIII.

Quare non cælum tamquam primum a se creatum exornavit, sed ejus quæ post illud condita est, terræ priorem curam habuit, quum tamen secundum consequentiam creationis deberet addita fuisse cælo primum exornatio?

Ἀπόκρισις.

Διὰ τὴν μέλλουσαν ἀνακύπτειν πολύθεον πλάνην, τὴν καὶ νῦν κατέχουσαν τοὺς πολλοὺς, ἥλιον ἀντὶ Θεοῦ σέβοντας, καὶ ἀθέους ἐν νυκτὶ ὑπάρχοντας, τῇ ἐκείνου δύσει· μή ποτε νομισθῶσιν οἱ καρποὶ τῇ τοῦ ἡλίου θέρμῃ ἐκβληθέντες τῆς γῆς πέπτεσθαι, καὶ οὐ τῇ πάντα πρυτανευούσῃ θείᾳ ῥώμῃ τελειοῦσθαι ἕκαστον πρὸς τὸ ὑπ' ἐκείνης ὁρισθὲν μέγεθος. ἢ αὖ πάλιν μή ποτε ἀρχηγὸν καὶ πατέρα φωτὸς τὸν ἥλιον οἰηθῶσί τινες, διὰ τοῦτο πρεσβυτέρα τῆς οὐρανίου ἡ τῆς γῆς διακόσμησις.

RESPONSIO.

E Propter errorem de multitudine deorum qui oriturus erat, qui etiam nunc apud multos obtinet, qui solem pro deo colunt, cum noctu ad illius occasum sint impii: ne existimaretur fructus calore solis productos a terra digeri, & non ab omnium moderatrice divina potentia unumquodque perfici ad eam quæ ab illa definita est, magnitudinem; vel etiam, ne auctorem & patrem lucis solem putarent aliqui, eam ob caussam terra prius quam cælum, est exornata.

Πεῦσις πθ'.

Καὶ διὰ τί μὴ τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ, τῆς ἀβύσσου ἔτι ἐπεχούσης τὰ ἐπουράνια, καὶ μήπω συναχθείσης πρὸς μίαν συναγωγὴν, μὴ ἐποίησεν ἥλιον καὶ σελήνην καὶ ἀστέρας;

INTERROGATIO LXXXIX.

Et quare non die primo, abysso adhuc obtinente cælestia, nondumque congregata aqua ad congregationem unam, fecit solem & lunam & stellas?



A

Ἀπόκρισις.

Ἐπεὶ οὐδέπω ἦν τὸ στερέωμα ἐν ᾧ οἱ φωστῆρες ἤμελλον ἀνατίθεσθαι. ἐν ἀρχῇ γάρ, φησιν, ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν· οὐ τὸν ὁρώμενον, ἀλλὰ τὸν ὑπερκείμενον τοῦ ὁρωμένου.

RESPONSIO.

Eo quod nondum erat firmamentum in quo luminaria erant reponenda. [a] *In principio enim*, inquit, *fecit Deus cælum & terram*. Non id quod cernitur, sed supra id quod cernitur, constitutum.

Πεῦσις ϟ'.

Τί οὖν καὶ πλῆθος λέγεις οὐρανῶν ὑπάρχειν ὑπεράνω τοῦ στερεώματος;

INTERROGATIO XC.

Num & multitudinem dicis cælorum esse supra firmamentum?

Ἀπόκρισις.

B

Ἀριθμὸν μὲν οὐδεὶς τῶν θεσπεσίων πώποτε ἀπεφήνατο πλὴν τοῦ ὑψηλοῦ ἀποστόλου, ἕως τρίτου διαπεφοιτηκέναι βοῶντος. οὐ μέντοι μέχρις αὐτῶν στήσας τὸν ἀριθμόν. τὸ γὰρ φῆσαι ἁρπαγέντα ἕως τρίτου οὐρανοῦ, δι' ἄρθρου τοῦ, ἕως, ὑπηνίξατο ὑπερκεῖσθαι καὶ ἑτέρους τῶν τριῶν. καὶ Δαβὶδ ὁ τῶν θείων μελῳδὸς, αἰνεῖτε τὸν Κύριον, φησὶν, ἐκ τῶν οὐρανῶν. καὶ οἱ περὶ τὸν Ἀνανίαν θεσπέσιοι, εὐλογεῖτε, φασὶν, οἱ οὐρανοὶ Κυρίου τὸν Κύριον, ἄμφω τὸν ἀριθμὸν διὰ τοῦ πνεύματος σιωπήσαντες. τί γὰρ ἡμᾶς ὀνήσει τὸν κορυφαῖον καὶ ὑπέρτερον τοῦ ἀριθμοῦ γινώσκειν οὐρανὸν, μηδὲ τοῦ πρώτου, καὶ ὑπὲρ κεφαλῆς ἡμῶν, ἐπιβῆναι τῇ διανοίᾳ βουλομένους, ὕλῃ βαρουμένους καὶ πάθεσι, τὸ διανοητικὸν ἠμαυρωμένοι, πρὸς τὰ κάτω καὶ χαμαὶ κείμενα κεχηνότες.

RESPONSIO.

Numerum quidem nullus sanctorum umquam pronuntiavit, excepto eximio Apostolo, qui [b] *ad tertium* se pervenisse clamat. Non tamen in eo numerum ipsorum collocat. nam quod inquit se *raptum in tertium cælum usque*: per articulum, *usque*, subinnuit etiam alios supra tres constitutos esse. Et Davides divinorum auctor carminum, [c] *Laudate Dominum ex cælis*, inquit. Et socii Ananiæ divini, [d] *Benedicite*, inquiunt, *cæli Domini Dominum*: utrique numerum per spiritum subticentes. Quid enim nos juvabit summum, & numero superius scire cælum, quum ne id quidem quod est ante & super capita nostra, conscendere mente velimus, materie

C

crassa gravati & adfectibus: id quod mente percipi potest, obscurantes; inferioribus & humi positis semper inhiantes?

Πεῦσις ϟα'.

Τί οὖν; ἄλλο νομίζεις τῇ φύσει τὸν ὑπερκείμενον παρὰ τὸν ὁρώμενον τοῦτον καὶ στερέωμα λεγόμενον;

INTERROGATIO XCI.

Quid igitur? num aliud secundum naturam putas id quod supra positum est, ab eo quod cernimus, & firmamentum dicimus?

Ἀπόκρισις.

Λεπτοτέρας αὐτοὺς ὑπάρχειν οὐσίας φημὶ παρὰ τὸν ὑστερούμενον, ὡς ὑπερπρέποντας καὶ κουφοτέρους, οἷον πομφόλυγας ἐπὶ κρυστάλλου πεφυκότας· τὸν δὲ ὁρώμενον, στεγανώτερον διὰ τὸ φέρειν τὰ ὑπερκόσμια. αἰνεῖτε γὰρ τὸν Θεὸν ἐν στερεώματι δυνάμεως αὐτοῦ, φησὶν ὁ Δαβίδ. συμφώνως δὲ τούτῳ οἱ περὶ Ἀνανίαν ᾄδοντες, εὐλογημένος εἶ, φασὶν, ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ, πρὸ δὲ τούτων Μωσῆς ἐδήλωσεν, ἕτερον μὲν ὑπάρχειν τὸν ἐν ἀρχῇ κόσμου γενόμενον οὐρανὸν ἐν τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ, θάτερον δὲ τὸ ἐν τῇ δευτέρᾳ στερέωμα. ἐκεῖ μὲν γὰρ, ἐν ἀρχῇ, φησιν, ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· ἐνταῦθα δὲ καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς, γενηθήτω στερέωμα· ἑτέρας καὶ φύσεως καὶ χρήσεως.

RESPONSIO.

Subtilioris illa esse substantiæ dico ab eo quod secundum est, tamquam superiora & leviora, velut

D

bullæ in glacie enascentes. Id autem quod cernitur, densius, propter gestationem ultramundanorum. [e] *Laudate* enim *Deum in firmamento virtutis suæ*, inquit Davides. Cum hoc autem consentiunt Ananiæ socii qui canunt, [f] *Sis benedictus*, inquiunt, *in firmamento cæli*. Ante hos autem Moses indicavit, aliud quidem esse quod initio mundi factum est cælum primo die, aliud vero quod secundo firmamentum. Nam illic quidem, [g] *In principio*, inquit, *fecit Deus cælum & terram*: heic autem, [h] *Et dixit Deus, fiat firmamentum*, alterius & naturæ & usus.

Πεῦσις ϟβ'.

Καὶ πῶς οὐ κατολισθαίνει τῆς σκυρωτῆς πήξεως τοῦ στερεώματος τὰ ὑπεράνω αὐτοῦ ὕδατα;

INTERROGATIO XCII.

E

Quomodo vero non delabuntur per præruptam compagem firmamenti aquæ, quæ supra ipsum sunt?

Ἀπόκρισις.

Οὐ πάντως κυρτὸς τὰ νῶτα ὑπάρχει, ἀλλ' ἴσος καὶ ὁμαλὸς, καθὼς ὁ τῶν λουτρῶν ὄροφος καὶ τῶν ὑπ' ἄντρων οἰκοδομαὶ παιδεύουσι, τῇ μὲν κάτωθεν ὄψει κυρτὰ ἱστορούμενα, τῇ δὲ ἄνωθεν ἐπιφανείᾳ, πρανῆ τε καὶ ἰσόπεδα καὶ ἐποικούμενα. ὡσαύτως καὶ τὰ θεῖα προτενίσματα κάτωθεν κοῖλα πρὸς τὸ ἄνω φαινόμενα, ἄνωθεν ὕπτια καὶ ὁμαλὰ, ἐπαναζόμενα

RESPONSIO.

Non omnino concavæ sunt summitates, sed æquales & planæ, velut balneorum tectum & sub antris structuræ docent; quæ inferne quidem adspectæ, convexæ visuntur, superne vero apparentes, declives & planæ & habitabiles sunt. Ad eumdem modum & divinæ protensiones, inferne concavæ videntur in supernis esse; superne supinæ & æquales sunt,

a Gen. I. 1. b II. Cor. XII. 2. c Psalm. CXLVIII. 1. d Dan. III. 59. e Psalm. CL. 1. f Dan. III. 56. g Gen. I. 1. h Ibid. ℣. 6.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

τοὺς σπουδαίους τῶν ἐκκλησιῶν ἔχοντα. οὐ γὰρ παραπλησίως βροτῶν ἐργάζεται Θεὸς, οὐδὲ ἀναλόγους ἢ καταλλήλους θεμελίους τῇ κτίσει ὑποτίθεται· ἀλλὰ τῷ μαλακῷ τὸ βαρύτατον ἐπεκαμάρωσεν, τῷ δὲ ἀστάτῳ καὶ ῥέοντι τὸ παχὺ καὶ ὑλῶδες πεπρατεῖ. τῷ μὲν οὐρανῷ τὸν ἀέρα καὶ τὰς ἐξοχὰς τῆς ἀβύσσου ὑφαπλώσας, τῇ δὲ χέρσῳ τὰ ὕδατα ὑποκλίνας, τοῖς κουφοτέροις τὰ βαρύτερα φαίνεσθαι πρυτανεύων. ἑκάτερα δὲ ὑπὸ τοῦ μελῳδοῦ τῶν θείων παιδευόμεθα. ὁ στεγάζων ἐν ὕδασι τὰ ὑπερῷα αὐτοῦ, ὁ τιθεὶς νέφη τὴν ἐπίβασιν αὐτοῦ. καὶ μεθ' ἕτερα, ἐξομολογεῖσθε, φησὶ, τῷ Κυρίῳ τῷ στερεώσαντι τὴν γῆν ἐπὶ τῶν ὑδάτων. καὶ οἰκοδόμοι μὲν μεγέθη οἰκείων εἰς ὕψος οἰκοδομοῦντες ἀναλόγους τοῦ ὕψους τοὺς θεμελίους ὑποτίθενται· καὶ ναυπηγοὶ μυριοφόρον ὁλκάδα τεκταινόμενοι, καὶ συμβαίνουσαν τῷ βάρει τῶν ἀγωγίμων τὴν τρόπιν πήγνυνται· ὁ δὲ Θεὸς μὲν πρῶτον τὴν ὀροφὴν ὑπερέτεινε, καὶ εἶθ' οὕτως τὸν θεμέλιον ὑπέθηκε, πρῶτον τὰ ἱστία ὑπερήπλωσεν, εἶθ' οὕτω τὴν ναῦν τῆς κτίσεως ὑπετεχνήσατο ποντοποροῦσαν τὸ κλυδώνιον ταύτης, καὶ ῥέουσαν ζωὴν, τὴν μηδὲ τὰ φαιδρὰ μόνιμα, μηδὲ τὰ λυπηρὰ διαρκῆ κεκτημένην, μέχρις ἂν πρὸς τὸν εὔδιον τῆς συντελείας πορθμὸν ὑπεξέλθῃ τῆς ζάλης τὰ νῦν. ὢ τοῦ θαύματος; πῶς τῷ φθαρτικῷ ἡ χέρσος ἐπινήχεται; πῶς οὐ διαδύνει ἡ βαρεῖα τῷ ῥέοντι; πῶς τῷ μαλακῷ τὰ ὄρη οὐ γίνεται ὑποβρύχια; λέληθα ἐμαυτὸν ἐπὶ Θεοῦ φάσκων τὸ πῶς. τίς γὰρ εἴσεται; τίνι γὰρ τειχίῳ ἡ ἄβυσσος περιέχεται, ἢ τίς ὁ ἔσχατος αὐτῇ πυθμὴν καὶ στενωπὸς τὸ κάτω συνέχων; εἰς ἀμήχανα γὰρ καὶ ἀπέραντα ἐκπίπτει μου ἡ διάνοια ἐκείνου ἐμβατεύουσα ἀεὶ τοῖς εὑρισκομένοις βάθροις καὶ ὑπερείσμασιν ἐπινοοῦσα ἕτερα· ἀλλ' ἐπεδέθη αὐτῆς ἡ οὐδενία, τοῦ Σολομῶντος ἐπιβοήσαντος, ὑψηλότερά σου μὴ ζήτει, καὶ βαθύτερά σου μὴ ἐξέταζε, ἃ προσετάγη σοι, ταῦτα διανοοῦ, πιστεύων τὴν συνεκτικὴν τοῦ παντὸς θείαν ῥώμην πάντα διακρατεῖν, καὶ σώζειν, καὶ διὰ πάντων ἥκειν καὶ πρυτανεύειν τὰ σύμπαντα.

A ad se recipientes præclaros in ecclesiis viros. Non enim eo modo quo mortales, operatur Deus, neque eadem ratione, aut nunc hoc, nunc aliud fundamentum ponit; sed supra molle concameravit gravius, instabili autem & diffluenti crassum & materiale prævalet. Atqui sub cælo quidem aera & eminentiam abyssi expandit, terræ vero aquas inseruit, sub levioribus graviora conspici imperans. Utraque vero ex divinorum carminum auctore discimus: [a] *Qui stabilit in aquis superiora ejus, qui ponit in nube adscensum suum.* Et post alia: [b] *Confitemini*, inquit, *Domino, qui firmavit terram super aquis.* Atque architecti quidem pro magnitudine domorum in altum ædificantes proportione altitudini respon- B dentia fundamenta subdunt: & navium structores decem millium capacem navem fabricantes, congruentem ponderi mercium carinam conglutinant. At Deus meus primo fastigium superne extendit, atque sic demum fundamentum suppofuit: primum vela expandit, ita demum navem hujus creaturæ subtus fabricatus est, quasi in ponto ferentem procellosam hanc & instabilem vitam, quæ neque læta durabilia, neque tristia possidendo perseverare potest, usque quo tranquillum consummationis portum subierit ex præsentis turbinis procella. O miraculum! Quomodo solubili innatat terra? Quomodo per liquidum non penetrat grave? Quomodo montes in molli non submerguntur? Oblitus sum mei ad Deum C dicens, Quomodo? Quis enim intelliget quo pariete contineatur abyssus, aut quis extremus ejus fundus & angiportus inferiora continens? ad immensa enim & infinita deficit meus intellectus, dum sic procedit, præter inventas sedes imas & bases insuper alias excogitans, ultra quas quod succurrat nihil est; Solomone inclamante, [c] *Sublimiora te ne quæras, & profundiora te ne scruteris.* Quæ tibi mandata sunt, illa cogita, credens conservatricem universi divinam potentiam omnia sustentare & conservare, & omnia penetrare, ad gubernandum in universa omnia.

Πεῦσις ϟγʹ.

Πόθεν ἐγένοντο οἱ φωστῆρες ἥλιος καὶ σελήνη καὶ ὁ τῶν ἄστρων χορός; ὅτι μὲν Θεοῦ τὸ ἔργον, οἴδαμεν, ἀλλὰ τὴν οὐσίαν ἐπιζητοῦμεν.

INTERROGATIO XCIII.

D Unde facta sunt luminaria sol & luna, & astrorum cœtus? Quod Dei quidem sit opificium scimus, sed de substantia quærimus.

Ἀπόκρισις.

Ἐκ τοῦ πρωτογόνου φωτὸς δοκεῖ μοι τοὺς φωστῆρας ὑπάρχειν. τὴν γὰρ ὕλην τοῦ φωτὸς παράγων ὁ Θεός φησι, γενηθήτω φῶς, καὶ ἐγένετο φῶς. μετασκευάζων δὲ πρὸς τὰς διαφόρους ὄψεις τὴν ὕλην, φησὶ, γενηθήτωσαν φωστῆρες, ὡς εἴτις πρότερον προβάλλοι τοῦ χρυσίου μάζαν, ταύτην δὲ εἰς νομίσματα κερματίσας, δύο ὑπερέχειν τῷ μεγέθει ποιήσῃ, καὶ ἐπὶ δίσκου παμμεγέθους κατακολλήσῃ, καὶ τῇ ὀροφῇ τῆς οἰκίας ὑπαρτήσῃ, τέρπων μὲν τὰς ὄψεις τῶν ἰσορώντων, ἀθανάτους δὲ ποιῶν τὰς μνήμας τῆς σφῶν ἀγχινοίας· πόῤῥω δὲ τοῦ στερεώματος ποιήσας αὐτοὺς, τότε ὑπέθηκεν αὐτῷ. φησὶ γὰρ αὐτὸς ὁ τῶν θείων Μωσῆς, καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τοὺς δύο φωστῆρας τοὺς μεγάλους. ἐνταῦθά μοι πῆξον τὴν ἀκοὴν, ἀξιάγαστε. ἐν γὰρ τῇ λέξει τὸ σαφὲς παραστήσω τῆς ἔξω τοῦ στερεώματος τῶν φωστήρων γενέσεως. φησὶ γὰρ Μωσῆς, καὶ ἔθετο αὐτοὺς ἐν τῷ οὐρανῷ, δηλῶν κάτω, ἢ ἔξω τῆς ὀροφῆς τοὺς πίνακας αὐτῶν γράφων· καὶ εἶθ' οὕτως ὑποτίθενται αὐτῷ.

RESPONSIO.

Ex primigenia luce mihi videntur luminaria esse. Nam materiam lucis producens Deus, inquit; [d] *Fiat lux, & facta est lux.* Transmutans autem in varias species materiam, inquit, [e] *Fiant luminaria.* Veluti si quis primum promat massam auri, quam in numismata secans, duo præcellere magnitudine faciat, & in orbe permagno conjungat, domusque E tecto applicet; oblectans quidem adspicientium oculos, immortalia vero faciens monumenta suæ industriæ. Ipsaque procul a firmamento removens, deinceps illi subjecit. Inquit enim ipse divinorum enarrator Moses, [f] *Et fecit Deus luminaria magna.* Heic mihi attentas aures præbe, o præclare. Nam ex ipsa elocutione manifestum faciam, luminarium creationem extra firmamentum esse. Inquit enim Moses, [g] *Et posuit ea in cælo*, inferiora significans, aut extra tectum orbes ipsorum describens, sicque deinde ei subiecta esse.

a Psalm. CIII. 3. *b* Psalm. CXXXV. 1. 6. *c* Eccli. III. 22. *d* Gen. I. 3. *e* Ibid. ℣. 14. *f* Ibid. ℣. 16. *g* Ibid. ℣. 17.

A

Πεῦσις ϟδʹ.

Ὁμοῦ τοὺς δύο ἔπηξεν, ἢ ἀλλήλων αὐτοὺς διέστησεν;

Ἀπόκρισις.

Οὐχ ὡς μὴ οἷός τε παρασχεῖν, ἀπείπατο, ἀλλ' εὐλόγῳ τινὶ ἀποφάσει καταστέλλει αὐτῶν τὴν οἴδησιν, καὶ τὴν κατὰ τῶν συμφοιτητῶν κορύφωσιν, δι' ἐκείνων καὶ τοὺς λοιποὺς σωφρονίζων, καὶ τὸν σμύχοντα αὐτοῖς ἄτοπον ἔρωτα τῶν πρωτείων μαραίνων τῷ πληκτικῷ τῆς ἀποφάσεως. οὐ γάρ φησιν, ὅτι παρέχει ὑμῖν πάντως ὁ πατήρ, ἀλλ' οἷς ἡτοίμασται πονοῦσιν, ὑπονύττων αὐτοὺς πρὸς ἀρετὴν καὶ ἀνδρείαν· πρῶτον τὴν εὔνοιαν ἐπιδείξασθαι, καὶ πρὸς τοὺς ἀγῶνας ἀποδύσασθαι, καὶ τὴν ὑπὲρ αὐτοῦ ἕως θανάτου ἔνστασιν καὶ ἀναίρεσιν. οὔπω γάρ, φησι, τὰ ἐμὰ ἐκηρύξατε, καὶ πῶς τὰς φωνὰς κηρύττειν ἱμείρεσθε, οὐδέπω ῥαπισθέντες ὑπὲρ ἐμοῦ; ἀποδύσασθε τοίνυν πρὸς τοὺς ἀγῶνας ἐν τῷ σταδίῳ, κατέλθετε ἐπὶ τὸ σκάμμα, αὐτομολήσατε, ἀχείρωτοι μείνατε, καὶ ἅμα τῷ λυθῆναι τοῦ παρόντος αἰῶνος τὸ θέατρον, ἐγὼ ὑμῖν ἔπαθλα τοὺς θρόνους αὖθις παρέχομαι, νῦν δ' ὑμᾶς εἰκότως ἀποσείομαι· τοῦ πατρὸς φάσκοντος ἐκείνοις δωρεῖσθαι. οὐ γὰρ ἑτέρως οἷόν τε ὑμῶν τὴν μητέρα καὶ ὑμᾶς διοχλοῦντας ἀποκρούσασθαι. ἢ κατὰ τοὺς παρασχεῖν τι πρὸ καιροῦ τοῖς αἰτοῦσι μὴ βουλομένους, ἀλλ' ἑτέρῳ τινὶ τὴν αὐθεντίαν ὑπάρχειν προσποιουμένους, μήπως κομισάμενοι, ῥαθυμότεροι πρὸς τὴν εὔνοιαν καὶ ἀνδρείαν γένωνται, ἀρκούμενοι τῷ δοθέντι, μηκέτι πονεῖν βουλόμενοι. οὕτω γὰρ καὶ οἱ ἐπὶ γῆς βασιλεύοντες ποιεῖν εἰώθασι, προεδρείας ἢ στρατηγίας παρά τινων ἐκλιπαρούμενοι· κύριοι μὲν τοῦ δοῦναι ὑπάρχοντες, πρὸ καιροῦ δὲ μὴ βουλόμενοι, ἕτερος ἑτέρου τὴν ἐξουσίαν ἀποτιθέμενοι, τῇ παραδοκίᾳ τῆς ὑπεροχῆς. τοὺς ἱκέτας ὑπὲρ τῆς βασιλείας διεγείροντες, καὶ ἁμιλλᾶσθαι αὐτοὺς ἀλλήλοις, καὶ σφριγᾶν καὶ παραθήγεσθαι κατὰ τῶν πολεμίων παρασκευάζοντες. ἑτέρως τε δέ· ἐπεὶ ἐδόκουν αὐτὸν τὴν ἐπὶ γῆς πρόσκαιρον βασιλείαν βασιλεύειν, φησὶν αὐτοῖς, οὐκ οἴδατε τί αἰτεῖσθε· ὡσανεί, ἐκνήψατε ὦ φοιτηταί μου, ἀνάβητε τῇ διανοίᾳ ἐν τῇ ἐμῇ βασιλείᾳ, μὴ περὶ τὰ παριπτάμενα δίκην νυκτερινοῦ φάσματος, μὴ περὶ τὰ χαμαίζηλα ἧττε γεγηθότες· μήποτε καὶ παρὰ τοῦ πατρός μου ἀκούσητε, οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι ἁπλῶς, ἀλλ' ὑμῖν ἀπαιτῆσαι τὴν τῶν ἀγώνων καὶ ἱδρώτων ἀντάμειψιν. ἄγαμαι γὰρ ὀφείλειν ὑμῖν εὐνοίας, ἢ ἐγκαλεῖν ῥαθυμίας. οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, ἀλλ' οὐδὲ τοῦ πατρός μου ἁπλῶς τοῖς αἰτοῦσιν, ἐπεὶ ἂν φονεῖς καὶ μοιχοὶ καὶ πᾶς μοχθηρὸς καὶ ἀκόλαστος αἰτοῦντες μοὶ συγκαθίσονται. οὐκ ἔστιν ἡμέτερον, τοῦ δοῦναι εἰκῇ, καὶ παραχαράξαι τὸ δίκαιον. δικαιοκρίτου γὰρ τὸ πρὸς ἀξίαν ἑκάστῳ ἀπονέμειν, καὶ μὴ τοὺς ἱδροῦντας παριδεῖν, καὶ ῥαθύμοις παρασχεῖν. εἰ τοίνυν τῶν θρόνων ἐρᾶτε, τοὺς ἀγῶνας οὐκ ἀγνοεῖτε, πρὸς οὓς ὀφείλετε ἀποδύσασθαι· μὴ τῷ τρίβωνι καὶ τῇ ὑπήνῃ καὶ τῇ βακτηρίᾳ μόνοις ἐναβρυνόμενοι, ἀλλὰ τοῖς πόνοις τοὺς θρόνους ἐξωνούμενοι, καὶ τὸ κριτήριον ἱλεούμενοι.

A

RESPONSIO.

Non quasi præstando non esset, denegavit; sed prudenti quodam prætextu ad modestiam revocat ipsorum fastum, & adversus condiscipulos elationem: per illos etiam reliquos castigans, & accensum in ipsis absurdum amorem primatus extinguens terrore denegationis. Non enim dicit; Omnino largitur id vobis pater: sed quibus paratum est laborantibus, exstimulans ipsos ad virtutem & fortitudinem, ut primum benevolentiam demonstrarent, ad certamina semet accingerent, pro ipso ad mortem usque constanter perseverarent. Nondum enim, inquit, aliis B mea prædicastis: & quo tandem pacto voces annuntiare desideratis, nondum pro me colaphis cæsi? Proinde expedimini ad certamina in stadio, descendite in theatri caveam, alacres incedite, invicti manete, & quamprimum præsentis sæculi theatrum solutum fuerit, ego mox vobis illa solia tamquam præmia certaminis largiar. Nunc autem vos merito rejicio. Dabuntur iis quibus pater jusserit. Neque enim alio modo vestra mater & vos cum hac vestra molestia repelli potestis. Aut agit eo modo, quo solent qui aliquid ante tempus præstare nolunt, sed alii alicui potestatis auctoritatem esse simulant, ne quando receperint, segniores ad alacritatem & fortitudinem fiant, contenti eo quod datum est, C non amplius laborare volentes. Sic enim & qui in terris regnant, facere consuevere, quando ab ipsis aliqui dignitates præsidum & officia, vel imperia rei militaris efflagitant, licet penes ipsos sit, ante tempus tamen dare nolentes, alius ad alium id potestatis referunt, exspectatione dignitatis ministros pro regno excitantes, utque inter se certent, & enitantur acriores adversus hos fieri, eos præparantes. Vel etiam alia ratione; quia putabant ipsum temporale regnum in terra administraturum, ait illis: [a] *Nescitis quid petitis*: quasi dicat; Evigilate quæso discipuli mei, ascendite mente in meum regnum: non ex iis quæ instar nocturni spectri circumvolitant, neque de sordibus humi jacentibus D voluptatem capite, ne quando a patre quoque meo audiatis: Non est meum simpliciter dare, sed a vobis vicissim exigere certaminum & sudorum compensationem. Malo enim vobis debere propter benevolam alacritatem, quam accusare socordiam. Non est meum dare, at neque patris mei simpliciter petentibus: siquidem obscuri, & adulteri, & quivis flagitiosus & intemperans, si petant, mecum sessuri essent. Non est nostrum dare temere, & depravare quod justum est. Justi enim judicis est, unicuique pro dignitate meriti tribuere, non negligere laborantes, ac ignavis aliquid largiri. Proinde si thronos amatis, nolite ignorare certamina, ad quæ capessenda debetis expediri. Neque pallio tan- E tum, & barba, baculoque convenit vos delicate gloriari: sed laboribus thronos redimite, judiciumque placate.

Πεῦσις ρλβʹ.

Καὶ εἰ ὡς ὁ πατὴρ δυνάμενος καὶ αὐτεξούσιος ὁ υἱός, πῶς φοβεῖται τὸν σταυρόν, καὶ δέεται τοῦ πατρός, λέγων· **Πάτερ**, εἰ δυνατόν, τὸ ποτήριον τοῦτο παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ; τοῦτο δὲ οὐκ αὐθεντίας ἐστὶν οὐδὲ ἑκουσιότητος, τὸ πρὸς ἕτερον καταφεύγειν ἐν ταῖς ἀνάγκαις, καὶ τῆς ἐκείνου δεῖσθαι βοηθείας.

INTERROGATIO CXXXII.

Quod si perinde ac pater, potens & sui juris est filius: quomodo terretur cruce, patremque rogat, dicens: [b] *Pater, si fieri potest, transeat a me poculum hoc?* Nimirum non ejus est qui suo agat jure, neque spontaneæ voluntatis, ad alium confugere in necessitatibus, ac velut indigum, illius auxilium implorare.

a Matth. xx. 22. b Matth. xxvi. 39.



A

Ἀπόκρισις.

Καιρίαν οἶμαι πληγὴν τοῖς ματαιόφροσι καὶ ἐντεῦθεν ἐπάγεσθαι ὑπὸ τῆς θείας χειρὸς, ἰσοσθενοῦς καὶ νῦν πρὸς τὸν γεννήτορα δεικνυμένου, καὶ μηδεμιᾶς ὑπάρχειν αὐθεντίας ἀναίρεσιν ἐκ τῶν καθ᾽ ὑπόκρισιν γινομένων αὐτοῦ φωνῶν. ἐπεὶ γὰρ δυσπαράδεκτος ἦν ἡ θεανδρικὴ αὐτοῦ ἐπιφοίτησις, ὑπερβολῇ μετριότητος καὶ φιλανθρωπίας ἀπιστουμένη· σκοπὸς ἦν αὐτῷ οὐ ῥώμῃ θειότητος ἀμύνασθαι τὸν ἀλάστορα, οὐκ ἐξουσιαστικῶς καθελεῖν αὐτοῦ τὴν φάλαγγα· πραότητι δὲ μᾶλλον καὶ μακροθυμίᾳ κατακρίνειν τὸν ἀντίπαλον. εἰ γὰρ τῇ φυσικῇ ἰσχύϊ χρώμενος ἥκεν, ἔδοξεν ἂν μηδὲν ἀξιοθαύμαστον δρᾷν, Θεὸς B πρὸς ἄγγελον ἀποστάτην ἀγωνιζόμενος. τὸ δ᾽ ἐναντίον, ἐπῆρεν ἂν μᾶλλον τὸν διάβολον εἰς ἀπόνοιαν, ὡς ἀνταγωνιστὴν Θεῷ γινωσκόμενον. εἰκότως οὖν τῇ βροτῶν χρώμενος ἀσθενείᾳ καθαιρεῖ αὐτοῦ τὸ φρύαγμα, καὶ τῆς νίκης τὸ τρόπαιον ἡμῖν περιποιεῖ. εἰ γὰρ ἀνθρώπου κατ᾽ ἀρχὰς ὑπαχθέντος, μὴ διὰ τοῦ αὐτοῦ ὁρωμένου, Θεοῦ δὲ νοουμένου, ἐχειρώθη ὁ πορθήσας, ἔδοξεν ἂν ἀλλοτριοῦσθαι ἡμῶν τοῦ γένους τὸ κατόρθωμα. θεανδρικῇ δὲ φύσει ὁ ἅγιος λόγος ἐπιφοιτήσας, καὶ ὄψει τοῦ ἁλόντος ἡττήσας τὸν πολέμιον, τὸ κατ᾽ ἐκείνου κράτος ἡμῖν, ἅτε Θεὸς παρέσχετο, θηγορῶν, ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν ἐξουσίαν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ.

Responsio.

Letale vulnus & hinc infligi divina manu illis vana mente præditis puto, quum ejusdem potestatis etiam nunc cum patre filium esse demonstratum sit, nec quidquam prorsus ejus auctoritati adimi per eas voces, quæ ab ipso per simulationem editæ sunt. Quandoquidem enim ægre recipiebatur unitæ cum Deo humanitatis ipsius adventus, propter nimiam humilitatem & erga homines benevolentiam fidem superans, propositum illi fuit non divinitatis potentia propulsare malignum dæmonem, neque principali potestate evertere ipsius aciem: sed mansuetudine potius & diuturna patientia condemnare adversarium reluctantem. Nam si venisset usurus potestate naturali, nihil admiratione dignum facere visus fuisset, si adversus Angelum defectorem decertasset Deus: immo diversum potius accidisset, & in arrogantiam extulisset diabolum, quasi Deo par fuisset adversarius. Merito igitur humana utens humilitate, deprimit ipsius elationem, & victoriæ tropæum nobis asserit. Nam si, quum ab initio seductus fuerit homo, non per aliquem qui homo esse videretur, tametsi re ipsa Deus foret, captus esset ipse vicissim prædo: præclarum hoc facinus humano generi tributum non fuisset. Nunc quum in natura tam divina quam humana sanctum illud Verbum ad C nos venerit, & in forma capti hostem ipsum ceperit: tamquam Deus imperium nobis in ipsum dedit, divinitus illa verba pronuntians: [a] *Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones, & super omnem potestatem inimici.*

Πεῦσις ρλγ΄.

Τίς οὖν ἐστιν ὁ σταυρούμενος, μᾶλλον δὲ παραιτούμενος, καὶ λέγων, Πάτερ, εἰ δυνατὸν, παρελθέτω ἀπ᾽ ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο;

Interrogatio CXXXIII.

Quis est igitur, qui crucifixus est, immo qui deprecatur, & inquit: [b] *Pater, si fieri potest, transeat a me poculum hoc?*

Ἀπόκρισις.

D Οὐθέτερος καθ᾽ ἑαυτόν. βροτὸς γὰρ ψιλὸς σώζειν οὐχ οἷός τε· Θεὸς δὲ γυμνὸς πάσχειν οὐ πέφυκεν. ἀλλ᾽ εἷς ἐξ ἀμφοῖν τῇ συνόδῳ καὶ ἑνώσει τῶν φύσεων, ὁ ἐκ τῆς ἀειπαίδος τεχθεὶς θέανδρος, ἀλώβητον αὐτὴν διατηρήσας, ὁ αὐτὸς Θεὸς, ὁ αὐτὸς βροτὸς, οὐθ᾽ ἑτέρας ἀποκριθείσης φύσεως τὸν σταυρὸν ἀναβαίνοντος. διὸ πῇ μὲν θείως, πῇ δὲ ἀνθρωπίνως φράζων καταλλήλως τῷ καιρῷ ἁρμόττεται. νῦν μὲν τοῦ ἐχθροῦ μετεωριζομένου, διὰ τῶν λόγων καὶ σημείων Θεὸν ἑαυτὸν ἀποδείκνυσι πρὸς τὸ ὑπήκοον· πάλιν δὲ αὐτοῦ ἐπιφοιτοῦντος καὶ ἐνατενίζοντος εἰ ἀληθῶς Θεὸς ὑπάρχει ὁ ὑποφαίνων καὶ.......... πρὸς τοὺς ἀγῶνας καὶ τὸ σκάμμα, αὖθις τὰ βροτῶν ὑποκρίνεται, μήπως πτήξας ὁ δὲ ἐναντίας ἀποδράσῃ μέχρι σταυροῦ καὶ θανάτου καταγωνίσασθαι· ἐν ᾧ τὸ E πᾶν τῆς θεανδρικῆς νίκης ἤρτητο.

Responsio.

Nec Deus, nec homo seorsum. Nudus enim homo nos servare non potuisset, Deus vero nudus pati nequit. Quamobrem fecit hoc unus ex ambobus, per concursum & unionem naturarum ex perpetua virgine natus ille Homodeus, qui nihilominus quod erat, servavit. Idem Deus, idem homo, neutra separata natura, crucem conscendit. Ideoque alias quidem divino, alias vero humano more loquens, convenienter se tempori accommodat. Nunc quidem hoste se extollente per verba & signa Deum se subjectis declarat: rursus vero ipso accedente & attentius inspiciente, num vere Deus esset, qui aliquatenus esse apparebat, &......... ad certamina & luctam, rursus mortalia præ se fert, ne forte expavescens adversarius refugeret usque ad crucem & mortem ipsum oppugnare: in quo uno tota Homodei victoria sita erat.

Πεῦσις ρλδ΄.

Καὶ διατί ἐλθὼν μὴ ἐκ τοῦ φανεροῦ ἐσταυρώθη θαῤῥῶν τῇ ἑαυτοῦ ἰσχύϊ· ἀλλά ποτὲ μὲν πτωχὸς, ποτὲ δὲ φαιδρὸς διαγίνεται; διὰ τί καὶ δειλίαν ὑποκρίνεται Θεὸς ὤν;

Interrogatio CXXXIV.

Et quare veniens non manifeste crucifixus est, confisus sua ipsius fortitudine, sed aliquando quidem inops, aliquando vero splendidus est? Quare item formidinem præ se fert, quum Deus esset?

Ἀπόκρισις.

Ἐπεὶ οὐδ᾽ ἐχθρὸς φανερῶς τοῖς προπάτορσιν ἡμῶν ἐν παραδείσῳ ἐφάνη, ἐπεὶ ἂν ἐφυλάξαντο τὴν ὁ-

Responsio.

Quoniam neque ipse inimicus manifeste primos parentes nostros in paradiso aggressus est, qui cæ-

[a] Luc. x. 19. [b] Matth. xxvi. 39.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



ποσσορὰν καὶ τὸν ὄλισθον· νῦν δὲ κρύπτει μὲν ἐν τῷ ὄφει τὴν φύσιν, ἑνωθεὶς αὐτῷ, καί φησι τῇ ταλαίνῃ· ᾗ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγεσθε τοῦ ἀπηγορευμένου, ἔσεσθε ὡς Θεοί. καὶ συνελόντι φάναι, διὰ τῶν ἑξῆς, δολερῶς τῆς μακαρίας αὐτοὺς ἀπήγαγε ζωῆς. ῥήμασι τοίνυν δολεροῖς ἀπατήσας, ῥήμασι θεϊκοῖς ἠπατήθη ὁ δείλαιος ἐχθρός. οὐ τοίνυν ἐκεῖ ὄφις ψιλὸς, οὐδὲ διάβολος γυμνὸς, οὐδὲ ἐνταῦθα βροτὸς ψιλὸς, οὐδὲ Θεὸς γυμνός. οὐδ' αὖ πάλιν δειλιᾷ, ἀλλὰ σαφῶς λύει τοῦ μωροῦ τὸ σόφισμα. ἄθρει δὴ οὖν τὸ αὐθαίρετον καὶ ῥωμαλέον τῆς καθ' ὑπόκρισιν δειλίας. ὅταν αὐτῷ ἐπῆλθον οἱ συλλήπτορες Ἰουδαῖοι, πηρώσας αὐτοὺς, φησί· τίνα ζητεῖτε; τῶν δὲ εἰρηκότων Ἰησοῦν ζητεῖν, αὖθις δείκνυσι τὸ ἑκούσιον, καὶ φησὶν αὐτοῖς, ἰδοὺ ἐγώ εἰμι, καὶ θᾶττον ἕπεται τοῖς ζητοῦσι. τίς οὖν εἶργεν αὐτὸν διαπτῆναι τοὺς γύπας; τίς ἐκώλυεν ἐκφοιτῆσαι τῶν πηρωθέντων, φάσκοντα, ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι τὴν ψυχήν μου, καὶ πάλιν λαβεῖν αὐτήν. πῶς δὲ καὶ Πέτρῳ πληκτικῶς ἐπιτιμήσαντι αὐτῷ ἀποκαλούμενος τὸν σταυρὸν αὐτῷ ἀπευχόμενον; φησὶ γὰρ τῷ ἀγαπητῷ, ὕπαγε ὀπίσω μου Σατανᾶ, ὅτι οὐ φρονεῖς τὰ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων. ὡσανεὶ, ἕπου μοι καὶ μὴ προπήδα ἀγνοῶν τὴν οἰκονομίαν, καὶ τῇ ὄψει τῆς σαρκὸς περικλώμενος. πῶς γὰρ δείσω θάνατον ἡ ἀθάνατος ζωή; πῶς πάθος ἀπεύξομαι ὁ λυτὴρ τῶν παθῶν; ὁ ἀφῇ χειρὸς τυφλοὺς ἰασάμενος, ὁ ῥήματι ψιλῷ παρειμένους σθενώσας, καὶ φέρειν τοὺς φέροντας σκίμποδας ποιήσας, ὁ κρήνας αἱμάτων κρασπέδοις ξηράνας, καὶ λεπροὺς τὴν λώβην ἀποδύσας, ὁ λεγεῶνας δαιμόνων προστάγματι φυγαδεύσας, ὁ τὴν ἄβυσσον δίκην χέρσου πατήσας; ὁ σιωπᾶν αὐτὴν καὶ φιμοῦσθαι κορυφουμένην καὶ ἀραττομένην ποιήσας, ὁ τοῖς πνεύμασι τὴν χεῖρα πρὸς ἠρεμίαν ἐκτείνας, δι' ὧν τὴν οἴδησιν καὶ τὸν σάλον ὑπέμενον· ὁ πέντε ἄρτοις πεντακισχιλίους εἰς κόρον ἑστιασάμενος· καὶ τοῖς ἐκεῖθεν λειψάνοις δεκαδύο πληρώσας κοφίνους ὁ Λάζαρον τετραήμερον ὀδωδότα, πρὸς παλινζωΐαν ἐκ τάφου ἀλώβητον φωνήσας· ὁ τῶν ὅλων δημιουργὸς καὶ Θεὸς, ζωὴ καὶ ἀνάστασις αὐτὸς ὑπάρχων. ὑποκρίνομαι δέος καὶ μετριότητα τῇ παραβολῇ τῆς σαρκὸς, θηρεῦσαι τὸν δράκοντα βουλόμενος, τὸν ὑπ' ἐμοῦ μὲν ἐμπαιζόμενον, βροτοῖς δὲ ἐμπαίζοντα διάβολον. ἁλιεὺς γὰρ ὑπάρχων καὶ ἄγκιστρον ἐμαυτὸν καθῆκα ἐν τῷ βυθῷ τοῦδε βίου, περιθέμενος σκώληκα τὴν ἁλοῦσαν βροτῶν σάρκα, αὐτὸς ὑφ' ἑαυτοῦ κατ' ἐκείνους ἀτρέπτως γενόμενος Ἀδάμ· καὶ ὡς ἁλιεὺς νῦν μὲν ὑποσαίνων καὶ ὑφέλκων ἐν τῷ βυθῷ δεδομένον τὸ ἄγκιστρον, νῦν δ' ἤρεμον, ἐγγίζοντος τοῦ σκοπουμένου ἰχθύος ἀνθρωποκτόνου, μήπως δείσας ἀποπηδήσῃ. διὸ καί φημι διὰ τοῦ παιδός μου Δαβὶδ, ἐγὼ δέ εἰμι σκώληξ καὶ οὐκ ἄνθρωπος. ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνος ἐκ τῆς γῆς χωρίς τινος συμπλοκῆς σαρκοῦται καὶ ζωογονεῖται, παραπλησίως κἀγὼ ἐκ τῆς ἀειπαίδος χωρὶς μίξεώς τινος καὶ συμπλοκῆς ἀνδρὸς σαρκωθεὶς, αὐτοφυῶς γέγονα βροτὸς μένων Θεός. διό φησιν Ἱερεμίας ὁ τῶν προφητῶν πολυκίνδυνος, ὁρῶν προφητικῷ ὄμματι ἀπατᾶσθαι μέλλειν τὸν ἀπατεῶνα, οἱονεὶ γελῶν αὐτοῦ τὸ φρύαγμα καὶ τὴν ἄνοιαν, πρὸ πεντακοσίων ἐτῶν καὶ ἄνω, φησὶν περὶ ἐμοῦ· ἄνθρωπός ἐστι, καὶ τίς γνώσεται αὐτόν; ὡς εἰπεῖν, ὅτι Θεὸς ἐστιν, οἰκονομικῶς δι' ἡμᾶς γενόμενος, σοφῶς μωραίνει τὸν ἐν κακίᾳ σοφὸν προαιρούμενος, πληρῶν τοῦ γενναίου Ἰὼβ τὴν προφητείαν, φάσκουσαν, ἄξεις δράκοντα ἐν ἀγκίστρῳ. καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς, ἐν τῷ τόπῳ τῆς ἀβύσσου περιεπάτησας, τὰ καταχθόνια περιθέων, καὶ τοὺς ἐκεῖ αἰχμαλώτους ἐλευθερῶν· καὶ

A teroquin a depravatione ac lapſu ſibi caviſſent: ſed occultabat in ſerpentis ſpecie ſuam naturam, illi unitus: & dicebat ad miſeram: [a] *Quocumque die comederitis de arbore vetita, eritis tamquam dii.* Et ut breviter omnia proferam quæ ibi ſequuntur, doloſe ipſos ab illa beata vita ſeduxit: proinde qui verbis doloſis decepit, verbis divinis deceptus eſt infelix hoſtis. Non igitur illic nudus erat ſerpens, neque diabolus nudus: neque heic homo nudus, nec Deus nudus. Nec item formidoloſus eſt, ſed aperte ſtulti dolum inutilem reddit. Vide mihi libertatem & robur timoris quem præ ſe ferebat, quum ipſum invaderent eum comprehenſuri Judæi. Nam cæcitate percuſſos interrogat: [b] *Quem quæritis?* Illi vero
B poſtquam dixiſſent ſe Jeſum quærere, rurſus oſtendit ipſis ſpontaneam voluntatem, & ait: [c] *Ecce ego ſum*. Atque confeſtim ſequitur ſe quærentes. Quis impedire potuiſſet, quo minus celeritate avolandi ſuperaret vultures? quis prohibuiſſet, quo minus eludendo excæcatos evaderet, qui de ſe ajebat: [d] *Poteſtatem habeo ponendi animam meam, & rurſus ſumendi eam?* Quomodo vero & Petro ſe objurganti ad animum revocat crucem a ſe expeti? Inquit enim ad eum ceteroqui dilectum: [e] *Abi poſt me ſatana: quoniam non ſapis ea quæ Dei ſunt, ſed quæ ſunt hominum.* Quaſi dicat; Sequere me, & noli reſilire, ignorans diſpenſationem, ſpecie carnis deceptus. Quomodo enim formidabo mortem,
C qui ſum aliud nihil quam vita immortalis? Quomodo paſſionem deprecabor, qui a paſſionibus libero? qui tactu manus ſanavi cæcos, qui nudo verbo firmavi paralyticos, & feci ut ferrent grabbata quibus antea geſtabantur? Qui fontes ſanguinum fimbriis ſiccavi, & a leproſis maculam abſterſi? Qui legiones dæmonum mandato fugavi, abyſſum inſtar terræ calcavi, ipſamque tumidam & elatam ſilere ac obmuteſcere feci: qui ad ventos manum pro tranquillitate extendi, per quos etiam fluctus procellamque ſuſtinebam: qui quinque panibus quinque millia ad ſatietatem cibavi, & inde reliquiis ſublatis duodecim cophinos implevi: qui Lazarum diebus quatuor fœtentem, ad reviviſcendum ex monumento vocavi
D illæſum: qui omnium opifex & Deus, vita & reſurrectio ſum. Præ me fero metum & humilitatem, per aſſimilationem carnis captare volens draconem, & a me quidem illuſum, mortalibus autem illudentem diabolum. Piſcator enim cum ſim, etiam hamum, nempe me ipſum demiſi in profundum hujus vitæ, circumdatus veluti verme, aſſumta mortalium carne, ipſe per me ipſum conſimilis ipſis, citra mutationem tamen factus Adamus. Et velut piſcator, nunc quidem blande demitto & ſubtraho in profundo datum hamum; nunc vero quietum teneo, appropinquante piſce homicida quem obſervo, ne qua territus reſiliat. Quapropter & per ſervum meum Davidem inquam; [f] *Ego vero ſum ver-*
E *mis, & non homo*. Quemadmodum enim ille ex terra abſque aliqua conjunctione carnem accipit, & in vitam producitur: conſimiliter & ego ex ea quæ ſemper eſt virgo abſque aliqua commiſtione & conjunctione viri, incarnatus, naturaliter factus ſum homo, manens Deus. Quapropter ait multa pericula perpeſſus ille vates Jeremias, videns prophetica viſione decipiendum deceptorem, & quaſi deridens ipſius fremitum & arrogantiam, ante annos quingentos & longius etiam, de me: [g] *Homo eſt, & quis cognoſcet eum?* quaſi dicat, quod qui Deus eſt, per diſpenſationem propter nos homo factus ſit, ſapienter deludere in malitia ſapientem volens, implens prophetiam generoſi Jobi dicentis: [h] *Duces dracones hamo*. Idem rurſus ait: [i] *Semitas abyſſi perambulaſti,*

a Gen. III. 5. *b* Joan. XVIII. 4. *c* Ibid. ℣. 5. *d* Joan. X. 18. *e* Marc. VIII. 33. *f* Pſalm. XXI. 7. *g* Jer. XVII. 9. ſec. LXX. *h* Job XL. 20. ſec. LXX. *i* Job XXXVIII. 16. ſec. LXX.

πάλιν ὁ αὐτός φησιν, ἀνοιγήσονται δέ σοι φόβῳ πύλαι θανάτου· πυλωροὶ δὲ ᾅδου ἰδόντες σὲ ἔπτηξαν.

A *subterranea percurrens*, & *illic captos liberans*. Et iterum idem inquit: [a] *Aperientur tibi terrore portæ mortis: janitores inferni te videntes inhorruerunt.*

Πεῦσις ρλέ.

Τί οὖν ἐμπαίκτην λέγεις τὸν Χριστὸν, καὶ δόλῳ ἡττήσαντα τὸν διάβολον;

Interrogatio CXXXV.

Num igitur illusorem dicis Christum, & quod dolo superaverit diabolum?

Ἀπόκρισις.

Οὐδὲν ἀπεικός. καὶ γὰρ αὐτὸς πρὸ τῆς θεανδρικῆς ὄψεως ὀφθεὶς τῷ ἱεροφάντῃ Μωσεῖ, φησὶν αὐτῷ, ὁρᾷς πόσα ἐμπέπαικα τοῖς Αἰγυπτίοις; ὡσαύτως ἐμπαίζει σαρκωθεὶς τὸν νοητὸν Φαραὼ πανστρατιᾷ τῶν αὐτοῦ Αἰγυπτίων δαιμόνων, ἀοράτως μαστίξας καὶ ποντώσας αὐτὸν, διὰ τοῦ φάσκειν, Πάτερ, εἰ δυνατὸν, παρελθέτω τὸ ποτήριον τοῦτο ἀπ᾽ ἐμοῦ. ὢ ποτήριον διαβόλου τρωτήριον, δαιμόνων φυγαδευτήριον, ἁμαρτιῶν λικμητήριον, ἁμαρτωλῶν ἱλαστήριον, ζωῆς αἰωνίου ἐργαστήριον. ἄνθρωπος τοίνυν κατὰ ἀλήθειαν ὁ Θεὸς λόγος γενόμενος, ἀτρέπτως, πάντα σὺν ἀληθείᾳ τὰ βροτῶν διεξῆλθε, πλὴν τῆς ἀνοσίου κακίας· οὕτως καὶ ἐν τῷ τοῦ πάθους καιρῷ παραιτεῖται τὸ ποτήριον, οὐ δεδοικὼς ὅπερ ἐβούλετο ἤδη, ἀλλὰ παιδεύων, μὴ δεῖν τοῖς κινδύνοις ἐπιπηδᾶν, ἐπελθόντας δὲ καρτερῶς καὶ ἀνδρείως δέχεσθαι. διὸ μελετώμενον μὲν τὸν σταυρὸν οἰκονομικῶς παρῃτεῖτο, ἀποφανθέντα δὲ ἐπ᾽ ὤμων ὡς νικηφόρος λαβὼν ηὐτομόλει, ἐπ᾽ αὐτῷ καθηλοῦσθαι αὐθαιρέτως φοιτῶν. ἁρμόττει δὲ πᾶσιν ὁμοῦ ἀναβοῆσαι τὰ ὑπὸ τοῦ θεσπεσίου Δαβὶδ μελῳδούμενα· ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου Κύριε; πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας. ἀναφωνῶν ὁ ὑψηλὸς ἀπόστολος διαῤῥήδην βοᾷ· ὢ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ· ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ. τίς γὰρ ἔγνω νοῦν Κυρίου; ἢ τίς σύμβουλος αὐτοῦ ἐγένετο; ὢ τῆς ἀνοίας, οἱ θεσπέσιοι ἀποροῦσιν, οἱ τυχόντες ζητοῦσιν. σιωπάσθω τοίνυν πᾶσα φιλονεικία καὶ λογισμῶν κίνησις. χαίρει γὰρ τὸ θεῖον ἁπλῇ τῇ πίστει τιμώμενον.

Responsio.

Nihil id præter decorum. Siquidem & ipse antequam unitus homini Deus esset, conspectus ab interprete rerum divinarum Mose, inquit: [b] *Vides* B *in quam multis illuserim Ægyptiis?* Similiter illudit incarnatus intellectili Pharaoni cum toto exercitu suo Ægyptiacorum dæmonum, invisibiliter flagellato & submerso ipso, per id quod inquit, [c] *Pater, si fieri potest, transeat a me poculum hoc.* O poculum diabolos vulnerans, dæmonas fugans, peccata ventilans, peccatores expians, æternam vitam operans! Homo igitur re ipsa Deus Verbum factus, immutabiliter omnia cum veritate prosequutus est humana, [d] *excepto peccato.* Sic tempore passionis deprecatur poculum, non metuens id quod jam antea voluerat, sed nos instruens, in pericula non insiliendum esse, sed adventantia fortiter ac viriliter esse excipienda. Ideo crucem per medita- C tionem æstimatam certo consilio deprecabatur quidem; exhibitam vero super humeros tamquam victor tollens, ibat sponte, in ea clavis affigendus. Simul autem omnibus acclamare convenit, quæ a Davide divino decantata sunt: [e] *Quam valde magnifica sunt opera tua Domine! omnia in sapientia fecisti.* Similiter magniloquus & eximius ille Apostolus diserte clamat: [f] *O profunditatem divitiarum & sapientiæ & cognitionis Dei! Quam inscrutabilia judicia sunt ejus, & impervestigabiles ejus viæ! Quis enim cognovit mentem Domini? aut quis fuit ei consiliarius?* O dementiam! Sancti hæsitant: vulgares movent quæstiones. Proinde conticescat omnis contentio, & motus cogitationum. Gaudet D enim divinum illud Numen, se simplici fide honorari.

Πεῦσις ρλϛ'.

Πάντων καλῶς διασαφηνισθέντων ἡμῖν, δεόμεθα λοιπὸν τὰ τῆς ἡμετέρας φύσεως μαθεῖν. καὶ ὁ μὲν Δαβὶδ σμικρύνει καὶ ἀπελίζει τὸν ἄνθρωπον, λέγων ἐν τῷ ὀγδόῳ ψαλμῷ· Κύριε τί ἐστιν ἄνθρωπος, ὅτι μιμνήσκῃ αὐτοῦ; ἐν δὲ τῷ τριακοστῷ ὀγδόῳ ψαλμῷ, πλὴν μάταιος πᾶς ἄνθρωπος. ἐν δὲ τῷ ρμγ'. ψαλμῷ, Κύριε τί ἐστιν ἄνθρωπος ὅτι ἐγνώσθης αὐτῷ, ἢ υἱὸς ἀνθρώπου ὅτι λογίζῃ αὐτόν; ἄνθρωπος ματαιότητι ὡμοιώθη, φησίν. ὁ δὲ υἱὸς αὐτοῦ Σολομὼν μεγαλύνει τὸν ἄνθρωπον, καὶ σεμνύνει λέγων· μέγα ἄνθρωπος καὶ τίμιον. εἰ οὖν τῷ πατρὶ ὑπάρχει ἀσύμφωνος, πῶς οἱ λοιποὶ τῶν προφητῶν συμφωνήσουσιν;

Interrogatio CXXXVI.

Quandoquidem hæc omnia præclare ac dilucide nobis explicuisti, quod reliquum est, cupimus ea quæ ad nostram naturam pertinent, discere. Ac Davides quidem extenuat ac vilipendit hominem, dicens in octavo psalmo: [g] *Domine, quid est homo quod memor es ejus?* Psalmo vero tricesimo octavo: [h] *Verumtamen vanitas est omnis homo.* Et psalmo centesimo quadragesimo tertio: [i] *Domine quid est homo, quod ei notus factus es, aut filius hominis quod reputas eum? Homo vanitati similis factus est,* E inquit. Filius autem ejus Solomo, magnifice deprædicat & cohonestat hominem, dicens: [k] *Magnum quiddam & pretiosum est homo.* Si igitur a patre dissentit, quomodo consentient vates reliqui?

Ἀπόκρισις.

Οὐδὲν τούτων οἷόν τι δεῖξαι ἀσύμφωνα τὰ τῶν θεοφάντων ῥήματα, φιλομαθῶς ἀδολεσχούμενα, καὶ ἔξω παχείας διαίτης νηφόντως θεωρούμενα. πρᾶξις γὰρ θεωρίας ἐπίβασις. ὁ μὲν τοίνυν τὴν φύσιν ἡμῶν, ὁ δὲ τὴν τιμὴν παρίστησιν, ἣν παρὰ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων εἰλήφαμεν, παρὰ πᾶσαν τὴν κτίσιν θείαις χερ-

Responsio.

Nihil horum probare potest, inter se dissonare hominum fatidicorum verba, si quidem studiose examinata, & minus pingui judicio sobrie considerata fuerint. Actio enim ad contemplationem quidam velut ascensus est. Proinde alius quidem naturam nostram, alius vero dignitatem demonstrat, quam a

[a] Job xxxviii. 17. sec. lxx. [b] Exod. x. 2. sec. lxx. [c] Matth. xxvi. 39. [d] Heb. iv. 15. [e] Psal. ciii. 24. [f] Rom. xi. 33. 34. [g] Psal. viii. 5. [h] Psal. xxxviii. 6. [i] Psal. cxliii. 3. 4. [k] Prov. xx. 6. sec. lxx.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



σι γενόμενοι. ἀναπτύξας τὸ πρῶτον Μωσέως τεῦχος A ἑκάτερα παιδευθήσῃ· ὅτι ἔλαβε χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς ὁ Θεὸς, καὶ ἔπλασε τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἐνεφύσησεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνοὴν ζωῆς. ἐκ τῶ, ἔλαβε καὶ ἔπλασε, τὰ τῆς τιμῆς γινώσκεται· ἐπ' οὐδενὶ τῶν κτισμάτων ῥηθὲν, πλὴν ἐπὶ μόνου τοῦ ἀνθρώπου· ἐν δὲ τῷ ληφθέντι χοῒ ἀπὸ τῆς γῆς, τὸ εὐτελὲς τῆς φύσεως ἡμῶν παιδευόμεθα, ὅτι γῆ καὶ χοῦς ὑπάρχομεν, τὰ μηδενὸς ἄξια, καὶ εὐδιάλυτα.

Deo universorum creatore accepimus præ omni creatura, divinis manibus facti. Revoluto primo volumine Mosis, utrumque disces: quod acceperit pulverem de terra Deus, & formaverit hominem, & inspiraverit in faciem ejus flatum vitæ. Ex eo, quod dicitur: [a] *Accepit*, & *Formavit*, quæ ad dignitatem pertinent cognoscuntur, quum hoc de nulla creaturarum dictum sit, nisi de solo homine. Ex eo autem, quod acceptus est pulvis de terra, vilitatem nostræ naturæ discimus, quod terra & pulvis simus, quæ nullius momenti sunt, & facile intereunt.

Πεῦσις ρλζ'.

Πῶς οὖν μέγα καὶ τίμιον ἄνθρωπος, εἰ εὐτελὴς B ὑπάρχει καὶ εὐδιάλυτος, μυρίοις πάθεσι καὶ ἀνάγκαις ὑποκείμενος;

INTERROGATIO CXXXVII.

Quomodo igitur magnum & pretiosum quiddam est homo, si vilis est & facile dissolvitur, infinitis perturbationibus & necessitatibus obnoxius?

Ἀπόκρισις.

Ἀλλὰ [1] πρὸς τὴν φύσιν ἀφόρα μόνην, σύναπτε δὲ ταύτῃ καὶ τὴν τιμήν. τὸ γὰρ εὐδιάλυτον καὶ ὠκύμορον τῇ φύσει ἀπένεμον, μετὰ τὴν ἐκτροπὴν τῆς πάλαι μακαρίας ἐν παραδείσῳ διαγωγῆς ἡμῖν ἐπεισφρήσαντα, διὰ τῆς παραβάσεως. μετὰ γὰρ τὴν ὀλεθρίαν ἐδωδὴν, τῆς ἀποφάσεως ὁ τάλας ἀκήκοε· γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ, τῷ ἐχθρῷ μᾶλλον ἢ Θεῷ ὑπακούσας.

RESPONSIO.

Quum ad naturam respicis solam, conjunge cum hac & dignitatem. Nam vilitatem & breve fatum naturæ illa tribuerunt, quæ post degenerationem a pristina beataque in paradiso conversatione nos invaserunt per transgressionem. Nam post illam perniciosam manducationem, hanc vocem miser ille audivit: [b] *Terra es, & in terram redibis*, obedientia inimico potius quam Deo præstita.

C

Πεῦσις ρλη'.

Τί δηλοῖ ὁ Δαβὶδ λέγων τῷ Θεῷ· αἱ χεῖρές σου ἐποίησάν με, καὶ ἔπλασάν με; ἆρα ἕτερόν τι σημαίνει τὴν πλάσιν καὶ ἄλλο τὴν ποίησιν; ἐκ δὲ τούτου διφυεῖς ἑαυτοὺς νοοῦμεν. ποίας δὲ ἄρα χεῖρας χρὴ λέγειν ἐπὶ Θεοῦ;

INTERROGATIO CXXXVIII.

Quid innuit Davides, dicens ad Deum: [c] *Manus tuæ fecerunt me & formaverunt me?* Num aliud significat per Formationem, & aliud per Faciendi verbum? Ex eo autem duplicis esse naturæ nos intelligeremus. Quales item manus dicendæ sunt in Deo?

Ἀπόκρισις.

Τὴν ποίησιν ἐπὶ τῆς ψυχῆς μοι δοκεῖ νοεῖσθαι, τὴν δὲ πλάσιν ἐπὶ τῆς σωματικῆς πολυπλασίας. χεῖρας δὲ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς τὸν υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμά φημι. πρὸς οὓς καὶ φησι· ποιήσωμεν ἄνθρωπον D κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ἡμετέραν. εἰ δὲ καὶ ἡ ἱστορία φησὶν, ὅτι λαβὼν ὁ Θεὸς χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς, ἔπλασε τὸν ἄνθρωπον, τῇ ὁράσει τῇ συνηθείᾳ τῶν πραγμάτων τὸ ἀόρατον τῆς ἐνεργείας παραδηλοῖ. βουλήσεως γὰρ ἐνέργεια τὸ πᾶν, οὐχὶ δὲ χειρῶν πλάσις τὸ κατασκεύασμα. πλὴν χειρῶν πλάσμα, εἰς τιμὴν τῆς φύσεως προσηγόρευται. ἐπεὶ καὶ κατ' εἰκόνα Θεοῦ οὐκ εἰς μίμησιν φύσεως, (οὐδὲ γὰρ φάναι οἷόν τε ὅσον ἀπᾴδει) ἀλλ' εἰς χαρακτῆρα ἀρχῆς τε καὶ ἐλευθερίοτητος.

RESPONSIO.

Faciendi verbum de anima mihi videtur intelligendum: Formationis autem, de multiplici fictione corporis. Manus vero Dei & Patris, Filium & Spiritum dico, ad quos etiam inquit: [d] *Faciamus hominem secundum imaginem & similitudinem nostram.* Quamtumvis vero dicat historia, quod acceperit Deus pulverem de terra, formaveritque hominem: tamen ex adspectu & ipsarum rerum consuetudine denotatur & illud quod sub oculos non cadit. Nam voluntatis hæc operatio prorsus est, non manuum formatio. Verumtamen manuum figmentum ad dignitatem naturæ dictum est. Quandoquidem & id, quod factus ad imaginem Dei dicitur, non ad imitationem naturæ: (neque enim quisquam eloqui queat, quantum sit discrepantiæ) sed ad notas principatus & libertatis referri debet.

Πεῦσις ρλθ'.

E

Τί οὖν; μελογραφεῖς τὸ θεῖον πρὸς τὴν ἡμετέραν εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν, ὦτα καὶ βραχίονας καὶ σκέλη ἔχειν αὐτὸν δηλῶν;

INTERROGATIO CXXXIX.

Quid igitur? num membra attribuis Numini secundum nostram imaginem & similitudinem, aures & brachia & crura ipsum habere significans?

Ἀπόκρισις.

Βραχὺ ἐπισχεῖν περὶ τούτων εἰκὸς, ἀκολούθως καὶ κατ' εἱρμὸν ἐκτιθεμένων· μήπως τῇ ἀταξίᾳ τῆς πεύσεως διασφαλῶμεν τῆς ἀποφάσεως. ἐπὶ δὲ τὴν κορυφὴν τῆς σφῶν γενέσεως διὰ τῆς τοῦ λόγου κλίμακος εὐθυπορήσωμεν. μέγα ἄνθρωπος καὶ τίμιον, ὁ πάλαι καὶ νῦν ἐξ εὐτελῶν ἔχων τὴν γένεσιν. οἷός

RESPONSIO.

Paullulum in his consequenter & ordine exponendis est immorandum, ne confusione quæstionis a sententia aberremus. Ad verticem vero nostri ortus, per orationis scalam recta conscendamus. [e] *Magnum & pretiosum quiddam est homo*, qui & olim & nunc ex rebus vilibus habet ortum. Quum enim posset

a Gen. II. 7. b Gen. III. 19. c Psal. CXVIII. 73. d Gen. I. 26. e Prov. XX. 6. sec. LXX.

1. Ἀλλὰ] Videtur legendum ἀλλ' οὐ. Et proinde reformanda versio.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

A τι γὰρ ὢν ὁ Θεὸς ἐκ χαλκοῦ, ἢ σιδήρου, ἢ ἀδάμαντος, ἢ λίθου δρᾶσαι βροτὸν, ἐκ χοὸς μᾶλλον αὐτὸν ἐδημιούργησε πάλαι, τήμερον δὲ ἐξ ἀμυδροτέρας καὶ ῥυτῆς ἀποκρίσεως. ἐκ τούτων δῆλον τὸ ἀκατάληπτον, καὶ ὑπὲρ ἔννοιαν τῆς δραστικῆς αὐτοῦ σοφίας. ἀλλὰ μὴ χλευαζέτω, μηδὲ γελάτω με ἡ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης ἀγχίνοια, ἀκριβείας χάριν ἀκροθιγῶς ἁπτόμενον τῷ λόγῳ τῶν φυσικῶς μυστηρίων τῆς ἡμετέρας γενέσεως. οὔτε γὰρ ἡ θεία ἀπαξιοῖ γραφὴ τούτων μεμνῆσθαι ἐπὶ τοῦ παιδὸς Ἰούδα τῇ Θάμαρ συγκαθεύδοντος, καὶ ἐπὶ τῶν νομικῶν καθαρσίων τὴν γονοῤῥυῆ .... καθημένην καὶ τὴν νεόλοχον καθαίρουσα. ἀλλὰ καὶ ὁ ὑψηλὸς ἀπόστολος, ἀῤῥενοφθορούντων ἀνδρῶν, καὶ ἀῤῥενομανουσῶν γυναικῶν, Ῥωμαίοις ἐπιστέλλων μέμνηται. καταβάλλεται τοίνυν ἐπὶ τὸ θῆλυ ὑπὸ τοῦ ἄῤῥενος, ψυχρά τις ἀπόβρασις· ἀνακραθεῖσα δὲ τῷ ἀντικαταβληθέντι λύθρῳ ὑπὸ τοῦ γυναίου, τυροῦται ὑπὸ τῆς ψυχροτέρας τοῦ ἀνδρὸς ἀποκρίσεως, καθώς φησιν ὁ παρὰ Θεοῦ ἄμεμπτος καὶ ἀληθινὸς ὑπάρχειν μαρτυρηθεὶς Ἰώβ. οὗτος ἐν τῇ τρώσει τοῦ σώματος πρὸς Θεὸν διαλέγεται· οὐχ ὡς γάλα με ἤμελξας, ἐτύρωσας δέ με ἶσα τυρῷ, δέρμα καὶ κρέας ἐνέδυσάς με, ὀστέοις δὲ καὶ νεύροις ἐνεῖρας με, ζωὴν καὶ ἔλεος ἔθου παρ' ἐμοί; τὴν φύσιν ἅμα καὶ τὸ αὐτοκρατὲς αὐτῆς καὶ αὐτεξούσιον παριστῶν. ζωὴν δέ φησι καὶ ἔλεον ἔθου παρ' ἐμοί· ὡσανεὶ, ἐν ἐμοὶ ἔθου ζῆν καὶ ἐλεεῖν ἐμαυτὸν διὰ τῆς ὑπακοῆς καὶ φυλακῆς τῶν σῶν ἐντολῶν· ἢ ἀναιρεῖν ἐμαυτὸν τῇ παρακοῇ, καὶ μὴ ἐλεεῖσθαι εἰκότως τιμωρούμενον, τῷ ἐχθρῷ μᾶλλον ἢ τῷ δημιουργῷ προσθέμενον. ἅπερ ὁ προπάτωρ ἡμῶν δράσας μὴ ἐλεῶν ἑαυτὸν, οἱονεὶ φάσγανον τὴν ὀλεθρίαν συμβουλὴν καθ' ἑαυτοῦ παραδεξάμενος, ἀναιρεθεὶς ἐκείνῃ καὶ ἐξ ἀθανάτου θνητὸς γενόμενος ᾤχετο. συμμυόντων τοίνυν πάντων αἰσθητηρίων καὶ αἰσθήσεων ἄμφω τῶν προσώπων, καὶ οἱονεὶ ἀνακιρναμένων καὶ φυραμένων ἀλλήλοις τῶν σωμάτων ἐν τῇ μίξει, ἐκμαγεῖον τοῦ προσώπου ἡ ἀπόῤῥητος καταβολὴ γίνεται, ὃ πρῶτον δοθὲν καὶ ἐπικρατέστερον σπέρμα· ὅθεν καὶ πρὸς ἀμίαν καὶ ὁμοίωσιν ὁ χαρακτὴρ ἐντυποῦται ἐκείνου ἢ ταύτης. οὕτως οὖν ἡ τοῦ ἄῤῥενος καταβολὴ ψυχρά τις ὑπάρχουσα καὶ ὀστεοειδὴς, εἰς ὀστέων καὶ νεύρων μεταποιεῖται ῥώμην, στεῤῥουμένη καταλλήλως τῷ ἀποκρίναντι· τὸ δὲ ὑπὸ τοῦ γυναίου ἐν τῇ συνουσίᾳ ἀντιδιδόμενον αἷμα θερμὸν κατὰ φύσιν ὑπάρχον, ὑπὲρ τοῦ ψυχροῦ, παγὲν εἰς σάρκα μεθίσταται. ἡ δὲ σὰρξ ζωτικήν τινα δύναμιν θεόθεν ἐμπνεομένη ζωογονεῖται. ἐγὼ γάρ εἰμι ὁ ποιήσας τὴν γῆν, καὶ ἄνθρωπον ἐπ' αὐτῆς, καὶ διδοὺς πνοὴν ζωῆς πᾶσι τοῖς πατοῦσιν αὐτὴν, φησὶν ὁ Θεός.

A Deus ex ære vel ferro vel adamante vel lapide facere hominem, ex pulvere potius ipsum fabricavit olim, hodie vero ex tenui ac fluxo excremento. De his manifesta est incomprehensibilis & intellectum superans efficacitas sapientiæ ipsius. Neque subsannet aut derideat me vestræ caritatis acumen, si exactioris cognitionis gratia summam oratione attigero superficiem naturalium mysteriorum nostri ortus. Neque enim divina dedignatur scriptura horum meminisse, quum loquitur de filio Judæ cum Thamare dormiente. Præterea de mulierum purgationibus, de feminis fluxum patiente ..... sedentem, de novam & conjugem purgante. Sed & eximius Apostolus masculos corrumpentium virorum, & masculorum more se se depereuntium mulierum me- B minit, ad Romanos scribens [a]. Dejicitur itaque in feminam a mare frigida quædam humoris ebullitio, eaque commista cum objecto humore sanguineo a muliere reddito, coagulatur a frigidiore viri excremento, quemadmodum inquit vituperationis expers & verax Dei testimonio perhibitus ille Jobus, qui in sui corporis læsione ad Deum loquitur: [b] *Nonne sicut lac me mulsisti, & velut caseum coagulasti? Pelle & carnibus induisti me, ossibus & nervis compegisti me: vitam & misericordiam apposuisti mihi:* Naturam simul & proprias vires ejus propriamque potestatem demonstrans. *Vitam* autem *& misericordiam apposuisti mihi*, inquit: quasi dicat, In me posuisti C ut viverem, & ut misererer mei ipsius per obedientiam & observationem tuorum mandatorum: aut ut perimerem me ipsum per inobedientiam neque misericordiam consequerer, merito pœnas dependens, inimico potius quam opifici adhærens. Id quod primus noster parens fecit, qui non misertus sui ipsius, veluti gladium ipsam perditionem consultricem adversus semet ipsum suscepit, illoque interfectus est, & ex immortali mortalis factus periit. Quum igitur clausis omnibus sensuum sedibus & ipsis ambarum personarum sensibus, quasique contemperatis atque permistis inter se corporibus in coitu, ineffabile fit initium, videlicet faciei expressio, de excreto primum potioreque semine, unde ad delineationem & D similitudinem figura vel feminæ vel viri exprimitur: atque hoc modo quum viri excrementum frigidum quodammodo sit & osseum; in ossium & nervorum commutatur robur, pro ratione illius qui excrevit soliditatem habens. Quod autem a muliere in concubitu vicissim redditum est, quum calidus sit natura sanguis, a frigido condensatum, in sanguinem convertitur. Caro autem per vitalem quamdam vim divinitus inspiratam, vivificatur. [c] *Ego enim sum qui feci terram, & hominem ex ea, quique dat flatum vitæ omnibus qui ambulant in ea*, inquit Deus.

Alter hic locus est ex iis quorum paullo ante mentionem feci. Nam adjecta fuisse arbitror hæc ab aliquo, qui cum CÆSARII *sententia conjunctam eodem loco philosophorum etiam exterorum opinionem de formatione hominis habere vellet.*

Λόγος ἐκ τῶν ἔξω.

E VERBA DE LIBRIS EXTERORUM descripta.

Η φύσις ἐνυπόκειται τῷ σπέρματι· ἡ γὰρ ἐν τούτῳ δύναμις, ἐπειδὰν ἄρχηται κινεῖσθαι, φύσις ὀνομάζεται, διὰ τὸ φύειν καὶ γεννᾷν. τρέφεται δὲ ἐκ τῆς ἐν τῷ σώματι τροφῆς· ὡς οὐδὲ τροφὴ ἄνευ ὕλης. κινεῖται δὲ εἰς ἑαυτὴν ἐκπέττουσα τὰς τροφάς· ἀλλὰ καὶ ἀφ' ἑαυτῆς συμπληροῦσα τὰς ἀναδόσεις. δυνάμεις δὲ τῆς φύσεως τρεῖς, ἡ γεννητικὴ, ἥτις τοὺς τοῦ σπέρματος προείληφε λόγους· ἡ αὐξητικὴ ἔχυ-

Natura inest semini. Nam quæ est in eo vis, quando moveri cœperit, natura nominatur, propterea quod nascendo producit & generat. Nutritur autem alimento quod est in corpore, quemadmodum neque nutrimentum absque materia est. Movetur autem in semet ipsam, cibos concoquens: & per semet ipsam perficiens digestiones. Facultates vero naturæ tres sunt, Generans, de qua jam antea dictum in

a Rom. I. 26. 27. b Job x. 10-12. c Isa. XLII. 5.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



σα τὴν κατὰ χρόνον κίνησιν· καὶ ἡ θρεπτική, τῆς τροφῆς τὴν ἐξεργασίαν. διήκουσι δὲ διὰ παντὸς τοῦ σώματος, ἡ θρεπτικὴ καὶ αὐξητική· ἡ δὲ γεννητικὴ ἐν τοῖς παραστατικοῖς μόνον τοῖς περιεκτικοῖς τοῦ σπέρματος· κατασχολεῖται δὲ ἡ φύσις τὰ πρῶτα περὶ τροφὴν καὶ πνεῦμα. πνεῦμα ἔνθερμον ἐξ αὐτοῦ κινούμενον κατὰ τοὺς σπερματικοὺς λόγους, γεννῶν τε καὶ τελειοῦν τὸν ἄνθρωπον ἐν χρόνοις καὶ μεγέθεσιν ὡρισμένοις.

A mentione seminis: Augescens, quæ habet motum secundum tempus: & Nutriens, ad quam cibi confectio pertinet. Per universum autem corpus nutriens & augescens facultates se se didunt: generans vero tantum sita est in geminis testibus semen continentibus. Occupata autem est natura primum circa cibum & spiritum; qui spiritus interna vi calidus, ut qui per se movetur secundum id quod dictum est de semine, gignit & absolvit hominem temporibus & magnitudinibus definitis.

Πεῦσις ρμ′.

Συνυπάρχειν ἡμεῖς λέγομεν τὴν ψυχὴν τῇ παρὰ τοῦ ἀνδρὸς καταβολῇ, καὶ ζῶν καὶ ἔμψυχον ὑπάρχειν, ἐπειδὴ καὶ ἀπὸ ζῶντος καὶ ἐμψυχωμένου σώματος αἱ ἀφορμαὶ τῆς ἡμετέρας. καὶ ὥσπερ αἱ τῶν δένδρων ἀποσπάδες, αἳ τὸ ἑκάστου σπέρμα ἔχουσι, τὴν ἐξ ὧν ἀφῃρέθησαν ζωτικὴν δύναμιν. εἰ γὰρ τὸ θερμὸν τὸ αἷμα, καὶ τὸ ζῶον ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς σπέρμα. εἰ καὶ οὐχ ὁμοίως τῷ αἵματι πάντως, ἔχουσι τὸ ζωτικὸν αἴτιον, ὅπερ ἐστὶν ἡ ψυχή. διὰ δὲ τὸ ἀτελὲς καὶ οὐδαμινὸν τῆς πρώτης ἡμέρας καταστάσεως μὴ δυναμένης τὰς ἑαυτῆς ἐνεργείας τελείως ἐπιδείκνυσθαι, διὰ τὸ ἀτελὲς τῆς καταβολῆς, αὐξομένης δὲ ταύτης ἐν τῇ γαστρὶ καὶ εἰς σάρκα τρεπομένης, ἐκεῖθεν εἰς βρέφος τρεπομένης συναύξεσθαι, καὶ τελείως ἐπιδείκνυσθαι τὴν ψυχὴν τὰς ἑαυτῆς ἐνεργείας, καὶ συνεκφαίνεσθαι πλειουμένου τοῦ σώματος.

INTERROGATIO CXL.

Simul exsistere nos animam dicimus cum eo quod B a viro excernitur, & vivum animatumque quiddam est, quandoquidem & a vivente & animato corpore caussa ac origo nostri ortus est. Quemadmodum & ab arboribus avulsi rami, qui uniuscujusque semen habent, vitalem facultatem earum a quibus sumti sunt, continent. Nam si calidus est sanguis, etiam vivum illud semen viri calidum est: ac licet sanguine non omnes similiter dispositi sint, tamen vitalem quamdam caussam habent, quæ est anima. Propter tenuitatem autem & exiguitatem constitutionis primi diei, quum non possit suas operationes perfecte declarare propter subtilitatem ejus quod est dejectum, ... quo deinceps augescente in alvo materna, & in carnem verso, & inde verso in fetum, una C augetur; sicque demum perfecte anima suas declarare effectiones, & apparere cum perfecto jam corpore potest.

Ἀπόκρισις.

Ἄπαγε συνύπαρξιν νοεῖν τῶν ψυχῶν. πόθεν γὰρ συνυπάρχειν τῷ Ἀδὰμ τὴν ψυχὴν νοήσωμεν, ἄνευ συμπλοκῆς τινος ἢ σπορᾶς δημιουργηθέντι; εἰ γὰρ συναποκρίνεσθαι ἐκ τοῦ ἀνδρὸς τὴν ψυχὴν ἔδομεν, ἕψεται πάντως καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ καὶ λόγου σαρκωθέντος ψυχὴν ἐκ σπορᾶς ὑποτίθεσθαι, ἡνωμένην τῷ σώματι· ὅπερ ἐστὶν ἐσχάτης ἀνοίας, καὶ βλασφημίας, ἀπέραντον ἐχούσης κόλασιν. ἐκ δὲ τῆς παροινίας ταύτης δίκας μᾶλλον τίσουσιν, ἢ ἔπαθλα καὶ στεφάνους κομίσονται, οἱ τὴν πορνείαν φεύγοντες, καὶ γενναίως κατ᾽ αὐτῆς ἀγωνιζόμενοι, καὶ διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἑαυτοὺς ἐγκρατείᾳ εὐνουχίζοντες, καθώς φησιν ὁ Κύριος, ψυχὰς ἑαυτοῖς ἐγκαταπνίγοντες καὶ συννεκροῦντες τοῖς ἐπιγείοις μέλεσιν, ἥττονες μᾶλλον τῇ σωφροσύνῃ καὶ ἁγνείᾳ τῶν λάγνων καὶ φιληδόνων ἀποβαίνοντες. ἆρα δὲ καὶ Παῦλος ὁ ὑψηλὸς τὴν διάνοιαν ἀγέραστος μείνῃ, καὶ εὐθύνας ἀποτίσῃ, ὡς τιμωρίας ἡμῖν προξενήσας καὶ ψυχοκτονίας ἔργῳ καὶ λόγῳ παιδεύων καὶ ἐπιστέλλων τῇ οἰκουμένῃ, φεύγειν τὴν πορνείαν, καὶ γυναικὸς μὴ ἅπτεσθαι, εἰ οἷόν τε; διατί δὲ καὶ τὸν πορνεύσαντα Κορίνθιον ἐτιμωρήσατο, ἐμπνιγομένην αὐτῷ ψυχὴν πρὸς ζωὴν προϊέμενον; διατί δ᾽ ἄρα καὶ τὸν γονοῤῥυῆ ὁ νόμος καθαίρεσθαι καὶ ὕδατι ἀποκλύζεσθαι προσέταξεν, εἰ ἄρα ψυχὴ ἐνστενουμένη αὐτοῦ τῇ ὀσφύϊ προσελήλυθεν; ποίων δ᾽ ἄρα φυτῶν ἢ καρπῶν ἀποσπάδας, ἢ σπέρμα λαβὼν ὁ Θεὸς ἐν ἀρχῇ τὴν γῆν κατεκόσμησεν; πῶς δὲ Σάῤῥα τῷ Ἀβραὰμ εἰς ἑκατὸν ἐκ παιδὸς συγκαθεύδουσα ἔτη, καὶ τὴν αὐτὴν ὑποδεχομένη καταβολὴν, οὐδέπω ἔμψυχον εὗρε τὸ ἀπόκριμα θείῳ προστάγματι, καὶ γενέσθαι Ἰσαὰκ μονογενὴς παῖς τοῖς ἑκατονταέταις; πῶς δὲ Ἄννα τῷ Ἐλκανᾷ συγκλινομένη ἐφ᾽ ἱκανοῖς ἔτεσιν, οὔπω κατὰ γαστρὸς ἐμψυχωμένην τὴν καταβολὴν ἐδέχετο, πρὶν εἰς τὸ ἱερὸν φοιτῆσαι, καὶ τὸ θεῖον ἐκλιπαρῆσαι παιδογονίας ἕνεκεν; ἧς τὸ θεῖον τὴν ἱκετείαν προσδεξάμενον, τὴν πολλοῖς μὲν χρόνοις κα-

RESPONSIO.

Absit ut exsistere animam cum semine cogitemus. Nam quo pacto simul exstitisse cum Adamo putabimus animam, qui absque conjunctione aliqua vel procreatione factus fuit? Nam si ex viro animam simul excerni concesserimus, sequetur omnino, etiam Dei Verbi incarnati animam ex semine unitam corpori: id quod fuerit extremæ dementiæ ac blasphemiæ, ingentem merentis pœnam. Eadem ex vesania sequetur, pœnas daturos potius, quam præmia D certaminum coronasque reportaturos, qui scortationem fugiunt, & fortiter adversus ipsam decertantes, ac propter regnum cælorum semet ipsos continentia castrantes, quemadmodum inquit Dominus [a], animas intra semet ipsos suffocant, & una cum terrenis interimunt membris, sua sobrietate deteriores evadentes quam sint effeminati & voluptati dediti. Num igitur & Paullus ille sublimi præditus intellectu manebit inhonoratus, pœnasque pendet quasi qui supplicia nobis animarumque neces conciliaverit, tam re ipsa quam verbis docens, & scribens universo orbi, fugiendam esse scortationem, & mulierem non tangendam, si fieri queat? Quare igitur & scortatorem Corinthium punivit, in se suffocatam animam ad vitam emittentem? Quare item seminis E fluxu laborantem lex purificari & aqua submergi præcepit, si videlicet arctata nimis anima de ejus lumbo progressa est? Qualiumnam vero plantarum fructuumque ramos, aut semen accepit Deus, quibus ab initio terram exornavit? Quomodo Sara cum Abrahamo ad centesimum ab adolescentia cubans annum, idemque semen excipiens, numquam invenit animatum esse illud excrementum, nisi divino præcepto, ut nasceretur Isaacus unigenitus filius centum natis annos? Et quomodo Anna cum Helcana lecti consuetudinem habens pluribus annis, numquam in utero animatum excrementum suscepit, priusquam in sacrarium veniret, Numenque pro fecunditate exo-

[a] Matth. XIX. 12.



τικτομένην αὐτῇ μηδέποτε ζωογονουμένην, ὡς ἄψυχον ὕλην τῇ ἐπιούσῃ συγκατακλάσει εἰωθότως καταβληθεῖσαν ἐνεψύχωσε, καὶ τὸν ὑψηλὸν Σαμουὴλ ἱερὸν διετύπωσεν, ὃν ἐκ νηπίας καὶ ὑπὸ τίτθου καταστάσεως ἀποῤῥαγέντα, τῷ παρασχομένῳ ἱερῷ τὸν ἱερὸν παῖδα, διπλοΐδι περιστείλασα ἡ μήτηρ προσενήνοχεν ἐκ σπαργάνων Θεῷ καθιερώσασα; πῶς δὲ καὶ ἡ καλογραῦς Ελισαβὲτ ἐξ ἁπαλῆς καὶ σφριγώσης ἡλικίας τῷ συνήλικι Ζαχαρίᾳ συγκαθεύδουσα, εἰς αὐτὴν πολιὰν ἐλάσαντες, καὶ τῶν γαμικῶν οὐκ ἀπειπάμενοι νόμων, οὐδέ ποτε ζώσης συγκράσεως ἐπέτυχον, πρὶν τῇ τοῦ ἀγγέλου φωνῇ ψυχωθῆναι τὴν ἐν τῇ ὀσφύϊ κειμένην ὕλην· ἧς παρ' ἑκατέρων συγκαταβληθείσης, καὶ εἰς σάρκα παγείσης, οἱονεὶ λατόμου τινὸς χειρὶ ἐξ ὄρους ἢ μετάλλου ἀποσπασθέντος λίθου, καὶ τῇ καθ' ἡμέραν λαξίᾳ διαγλυφομένου, μέχρις ἂν πρὸς τὸ ἐῤῥωσθὲν τοῦ ἀνδριάντος φθάσῃ ἐκτύπωμα; οὕτω τῇ ἀῤῥήτῳ μηχανῇ, ἡ ποτε ἐν τοῖς πρεσβύταις ἄψυχος, καὶ εἰδεχθὴς ὕλη εἰς Ἰωάννην διαγλύφεται, καὶ δι .... τὸν Βαπτιστὴν καὶ πρόδρομον. σιωπάσθω οὖν ἡ τῶν ψυχῶν μυθολομένη συνύπαρξις ἐν τῇ ἀπαφέσει τοῦ ἄῤῥενος. πῶς γὰρ ἡ ἄφθαρτος καὶ ἀθάνατος τῷ φθαρτῷ καὶ εἰδεχθεῖ συνυπάρχει; πῶς γὰρ ἡ ἀμείνους καὶ κρείττονος φύσεως ἐκ τῆς ἥττους καὶ χείρονος τὴν αἰτίαν ἔχοι εἰς τὴν βίου πρόοδον; πῶς δὲ οὐκ ἄτοπον ὑπονοεῖν ἐν φθορᾷ αὐτὴν κατασπείρεσθαι, τοῦ ἀποστόλου φάσκοντος περὶ τοῦ σώματος, σπείρεται ἐν φθορᾷ, ἐγείρεται ἐν ἀφθαρσίᾳ, σπείρεται σῶμα ψυχικὸν, οὐχὶ δὲ ψυχή; τὸ γὰρ ψυχικὸν ἀντὶ τοῦ ἰδίου τῆς ψυχῆς ὑπάρχοντος ὄργανον. ἠρεμείτω δὲ καὶ ἡ λυρουμένη μεθύπαρξις. ἅμα γὰρ τοῦ νοῆσαι Θεὸν, ὁποῖόν τι χρὴ ὑπάρχειν ἕκαστον, αὖθις καὶ ἡ ὕλη πάρεστι καὶ τὰ ἄστρα τῆς ἑκάστου ὑπάρξεως τῷ θείῳ συμπάρεισι δραστικῷ βουλήματι. οὔτε γὰρ προΰπαρξιν ἢ μεθύπαρξιν ψυχῶν ἡ θεία παιδεύει πυκτὴ, ἵνα μὴ πρεσβύτης καὶ νέος αὐτὸς ἑαυτοῦ οἰηθῇ ὁ ἄνθρωπος· ἀλλ' ἅμα τοῦ φῆσαι, καὶ λαβὼν ὁ Θεὸς χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς, ἔπλασε τὸν ἄνθρωπον, θᾶττον ἐπάγει, καὶ ἐνεφύσησεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνοὴν ζωῆς, καὶ ἐγένετο ὁ ἄνθρωπος εἰς ψυχὴν ζῶσαν. οὔτε οὖν ἡ ψυχὴ καθ' ἑαυτὴν, οὔτε τὸ σῶμα ὑπάρχει ἄνθρωπος. ἑκατέρων γὰρ τὴν συνάφειαν καὶ ἕνωσιν ἀπηρτίσθαι βροτὸν ὁ τῶν θείων συγγραφεὺς Μωσῆς ἀπεφήνατο.

Αλλ' ἐπὶ τὰ ὅθεν ἀπέβημεν τοῦ λόγου, πάλιν φοιτήσωμεν· τῷ ψυχρῷ παγὲν τὸ αἷμα εἰς σάρκα μεθίσταται· αὐξομένην δὲ ταῖς κατὰ μέρος τῶν σιτηρίων ποιοτήτων αὐτῇ ἐνιζομένων ὑπὸ τοῦ διδόντος τροφὴν πάσῃ σαρκὶ, καθώς φησι Δαβὶδ ὁ τῶν θείων μελῳδός. καὶ ὥσπερ θαλάττιαι σάρκες, οἱονεὶ ἐν νηδύϊ ταῖς τῶν ὀστρέων καὶ κτενῶν κάλυξι τρεφόμεναι, ζωτικὴν μὲν θεόθεν ἔχουσαι δύναμιν, σκαίρουσαι, πάλλουσαι, στόματος ἢ ἀκοῆς ἢ ὀδόντων ἢ γαστρικῶν ὀργάνων ἄμοιροι καὶ ἀδιάρθρωτοι. μόνῃ δὲ τῇ ἐνιζομένῃ τῶν ὑδάτων νοτίδι τρεφόμεναι. ἀλλ' ἐκεῖνα ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ σχήματος μένει διηνεκῶς, τοιαύτης παρὰ τοῦ θείου προστάγματος λαχόντα φύσεως· ἡ δὲ τῆς ἡμετέρας γενέσεως ἀφορμὴ βραχεῖα μέν τις ὑπάρχουσα κατὰ τὴν πρώτην τῶν σπερμάτων σύγκρασιν, ταῖς κατὰ μέρος προσθήκαις τῶν εἰσκρινομένων σιτηρίων ποιοτήτων περιυφαινομένη καὶ διογκουμένη ἀῤῥήτως διαμορφοῦται τῇ νοερᾷ καὶ ἀοράτῳ θείᾳ χειρὶ, τοῦ ἐκ χοὸς διαπλάσαντος ἡμῶν τὸν προπάτορα. εἶθ' οὕτως ἐν τῇ ταρολκῇ ἐνναμηνιαίου χρόνου, τελειουργηθὲν τὸ βρέφος θείᾳ ῥώμῃ, τῇ ῥώμῃ τῆς φερούσης ἐκθυλακοῦται νηδύος· οὐχ ὡς μὴ οἵα τι τοῦ δημιουργοῦ τῶν ὅλων τὴν

A raffet? Cujus fupplici precatione Deus fufcepta, quæ multis quidem temporibus de fe judicaverat fe vitalem fetum numquam parituram, velut inanimam materiam fequenti concubitu confueto more dejectam animavit, & eximium illum divinumque Samuelum formavit, quem poft pueritiæ infantiæque lactentis ftatum, fancto illi Deo qui fanctum puerum præbuerat, tunica amictum mater obtulit, ab cunalibus Deo confecratum? Quomodo item anus egregia Elifabeta a tenera & florida ætate cum coætaneo Zacharia cubans ad ipfam ufque canitiem, quum quidem matrimonialibus legibus non renuntiarent, numquam tamen funt adfequuti commiftionem vivam, prius quam angeli voce animaretur in lumbo jacens
B materies, ab utrifque fecreta & in carnem folidata, quafi cujufdam lapicidæ manu a monte vel metallo revulfo lapide, & quotidiana cælatura exfculpto, ufque dum perfectam effigiem ftatuæ confequatur? Sic & ineffabili arte materies quæ quondam in fenibus erat inanima & informis, in Joannem exfculpitur, & ..... Baptiftam & præcurforem. Proinde ceffet fabulofum illud commentum de exfiftentia animarum in femine, dum illud a mare excernitur. Quomodo enim res incorruptibilis & immortalis cum corruptibili & informi exfifteret? Quomodo item anima quæ melioris & præftantioris eft naturæ, ex deteriore ac viliore cauffam ortus in vitam haberet? Quomodo non abfurdum fit, putare animam in corruptio-
C ne procreari, quum de corpore dicat Apoftolus: [a] *Seritur in corruptione, fufcitatur in incorruptibilitate: feritur item corpus animale*, non autem anima? Nam animale dicitur, tamquam animæ proprium, quum corpus animæ fit organum. Definat etiam delirium de eo, quod deinceps primum exfiftat. Nam fimul atque Deus cogitat, qualemnam oporteat unumquodlibet effe, mox etiam materies adeft, & ...... uniufcujufque naturæ cum efficacitate divinæ voluntatis concurrunt. Neque enim vel prius exfiftere, vel exfiftere pofterius animas divinæ litteræ docent, ne fenex & juvenis idem fui ipfius refpectu putaretur homo: fed fimul ac dictum effet, [b] *Accepto Deus pulvere de terra formavit hominem*, confeftim fubjungitur, *Et in-*
D *fpiravit in faciem ejus flatum vitæ, & factus eft homo in animam viventem*. Neque igitur anima per fe, neque corpus eft homo: quum utriufque copulatione ac unione perfectum effe hominem divinorum fcriptorum auctor ille Mofes declaraverit.

Sed ad ea unde digreffi fumus, revertamur. Sanguis frigiditate folidatus in carnem tranfmutatur. Crefcit autem pro ratione nutrientium qualitatum cum ipfa unitarum, ab eo [c] *qui cibum dat omni carni*, quemadmodum inquit Davides, carminum divinorum auctor. Quemadmodum & carnes marinæ, velut in utero, in oftrearum & pectinum marinorum teftis nutritæ, vitalem divinitus habent vim, falientes & vibrantes fefe, quum oris, auditus, den-
E tium atque guftus organorum fint expertes, & articulis careant, ac folo aquarum humore nutriantur. Sed tamen illa in eadem forma perpetuo manent, talem divino juffu naturam fortita. Noftræ autem generationis cauffa, licet exigua quædam fit ad primam feminum commiftionem, particularibus additamentis ingeftarum nutrientium qualitatum quafi contexta & augefcens ineffabiliter formatur per intellectilem & invifibilem Dei manum, qui ex pulvere formavit primum noftrum parentem. Sicque deinde mora temporis novem menfium, perfecte abfolutus divina vi fetus, per robur geftantis uteri nutritur. Non quafi non poffit univerforum opifex exiguum

[a] 1. Cor. xv. 42. 44. [b] Gen. II. 7. [c] Pfalm. cxxxv. 25.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

ἀμυδρὰν ἐκείνην ἐν τῇ μήτρᾳ καταβληθεῖσαν ἀφορμὴν ἢ καὶ χωρὶς ἐκείνης, ὡς πάντα ἐκ μηδενὸς ὑποκειμένου παρήγαγε, τελείους ἡμᾶς αὖθις καὶ ἀπηρτισμένους πλάττειν, κατὰ τὸν Ἀδὰμ, καὶ τούτου χάριν δεῖσθαι τῆς παρολκῆς τοῦ ἐνναμηνιαίου χρόνου ἐπὶ τῶν ἐμβρύων· ἀλλ' ὥσπερ δέῤῥιν τινὰ ἢ ὑμένα τῇ κατὰ μέρος διαμορφώσει τοῦ ἐγκειμένου διογκοῦσθαι τὴν γαστέρα, καὶ διατείνεσθαι τῷ ἐνσκαίροντι. οὐ γὰρ ἐχώρουν τῆς θηλείας τὰ ὄργανα ἀπηρτισμένον τὸν παῖδα, ἀθρόως αὐτοῖς ἐντεθῆναι· εἰκότως τοῦτο δρώντων καὶ τῶν ἐν βραχυτάτῳ καὶ αὐχμηρῷ θυλάκῳ καταβάλλεσθαί τε πλείω πειρωμένων τῇ μαλαγῇ καὶ διατάσει καρτερὸν καὶ τοῦ πλείονος χωροῦν αὐτὸν ἀπειργασμένων. καθὼς οὖν δοκεῖ μοι, ὅσα ὀστώδη καὶ νευρώδη ἐκ τῆς τοῦ ἄῤῥενος ἀποκρίσεως στερροῦσθαι, ὅσα δὲ αἱμώδη καὶ σαρκώδη ἐκ τῆς θηλυκῆς ἀντιδόσεως συμπήγνυσθαι. καὶ αὖθις τούτῳ ἐπακολουθεῖν τὸ θεῖον ῥῆμα καὶ δρᾶμα, αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε καὶ πληρώσατε τὴν γῆν, φησὶ τοῖς προγόνοις ἡμῶν ὁ Θεὸς, ἅμα φάσκων αὐτὸς καὶ ποιῶν ἡμᾶς αὐξάνεσθαι μὲν εἰς τὸ παρ' αὐτοῦ ὡρισμένον τοῦ σώματος μέγεθος, πληθύνεσθαι δὲ τοῖς ἐκγόνοις, καὶ πληροῦσθαι τὴν γῆν. ἐξ αὐτῶν δὲ τούτων τῶν πρωτοπλάστων παιδευόμεθα, τὰ ἐξ ἑκάστου αὐτῶν εἰς τὴν τεκνογονίαν συνερχόμενα, ἐκ μὲν τοῦ Ἀδὰμ τοῦ ὀστέου τῆς πλευρᾶς ἀφαιρεθέντος, εἰς δὲ γυναῖκα τούτου δημιουργηθέντος ὑπὸ τῆς θείας χειρὸς, ὁμοῦ τὴν συνάφειαν καὶ ἕνωσιν τῆς φύσεως δηλούσης, καὶ τὰ ἐς ἑκάστου τὴν παιδοποιΐαν συμβαίνοντα.

Ἐκ δὲ τούτων νοείσθω ἐνυπάρχειν ἡμῖν τῶν στοιχειωδῶς . . . . θεωρουμένων τὴν μοῖραν τοῦ θερμοῦ καὶ τοῦ ψύχοντος, καὶ τῆς ἑτέρας συζυγίας, τῆς κατὰ τὸ ὑγρόν τε καὶ ξηρὸν νοουμένης. ἡ γὰρ γῆ ἐξ ἧς ἡμᾶς ὁ δημιουργὸς παρήγαγε, τῷ παντὶ κεκρᾶσθαί μοι δοκεῖ, ξηρὰ μὲν αὐτὴ προσαγορευομένη, τῇ δὲ ὑγρᾷ ἐπινηχομένη, τὸ δὲ πῦρ ἐν πέτραις καὶ σιδήρῳ καὶ ξύλῳ ἐγκεκρυμμένον, τὸν δὲ ἀέρα διὰ παντὸς διήκοντα αὐτῆς, καὶ συνθάλποντα. διατυπωθέντος δὲ ἐν τῇ νηδύϊ τοῦ βρέφους, καὶ πρὸς τελείαν διάρθρωσιν τῆς ἀσήμου καὶ ἀνύδρου ὕλης διαγλυφείσης, τρέφεται λοιπὸν καὶ αὔξεται τῶν μελῶν ἕκαστον τῇ ποιότητι τῶν ἐπεισκρινομένων τῇ γαστρὶ τῆς φερούσης· οἱονεὶ κατὰ τὴν γεωργίαν πέφυκε γίνεσθαι ἐκ νεφῶν ἐπομβρίας, ἢ ὀχετῶν ἐπιῤῥοῆς διαβρεχούσης τὸ ὑποκείμενον. κῆπος δέ τις ὑποκείσθω τῷ λόγῳ μυρίας φυτῶν ἰδέας ἐν ἑαυτῷ τρέφων ἀλλοτρίους καὶ ἑτεροσχήμους κατὰ τὸν αὐτὸν ἕνα χορόν. ὡσαύτως δὲ καὶ ἡ πιαίνουσα ταῦτα μία τις ὑπάρχει τοῦ ὕδατος φύσις. ἡ δὲ τῶν τρεφομένων ἰδιότης εἰς διαφόρους τὸ ὑγρὸν μετέβαλε ποιότητας. τὸ γὰρ αὐτὸ πικραίνεται μὲν ἐν τῇ ἀψίνθῳ, εἰς φθοροποιὸν δὲ χυμὸν ἐν τῷ κωνείῳ μεθίσταται, καὶ ἕτερον ἑτέρῳ γίνεται τὸ ἓν, ἐν κρόκῳ, ἐν βαλσάμῳ, ἐν μήκωνι. τὸ μὲν γὰρ ἐκθερμαίνεται, τὸ δὲ καταψύχεται, τὸ δὲ μέσην ἔχει ποιότητα. ἐν δάφνῃ δὲ καὶ σχοίνῳ καὶ τοῖς ὁμοίοις ἀρωματοφόροις πνοὴ γίνεται, ἐν συκῇ δὲ καὶ ὄχνῃ καταγλυκαίνεται, καὶ διὰ τῆς ἀμπέλου εἰς οἶνον καὶ τὸν βότρυν μεθίσταται, ἐν τῷ μήλῳ χυμαίνεται, ἐν τῷ κρίνῳ λευκαίνεται, ἐν τῷ ἴῳ κυανίζεται. τοιοῦτόν τι καὶ κατὰ τὸν ἔμψυχον τοῦ σώματος ἡμῶν κῆπον θαυματουργεῖται ὑπὸ τῆς φύσεως, μᾶλλον δὲ παρὰ τοῦ δεσπότου τῆς φύσεως, ὀστᾶ, καὶ χόνδροι, φλέβες, ἀρτηρίαι, νεῦρα, σύνδεσμοι, σάρκες, δέρμα, πιμελαὶ, τρίχες, ἀδένες, ὄνυχες, ὀφθαλμοὶ, μυκτῆρες, ὦτα, καὶ μυρία πρὸς τούτοις ἀπ' ἀλλήλων διϊστάμενα· μία δὲ τῆς τροφῆς ἰδέα πάντα καταλλήλως τῇ ἑαυτῶν τρέφεται φύσει· ὡς ἑκάστου τῶν ὑποκειμένων τὴν τροφὴν προσβαλοῦσαν, ὅπερ ἂν ἐπελάσῃ κατ' ἐκεῖνο ἀλλοιοῦσθαι, οἰκείαν καὶ προσφυῆ τῇ τοῦ μέρους ἰδιότητι γινομένην. εἰ γὰρ κατὰ τὸν ὀφθαλμὸν γένοιτο, τῷ ὁρατικῷ μέρει συγκατεκράθη, τὸν ὑμένα ὑπαλείφων τοῦ ὄμματος· καὶ τοῖς ἀκουστι-

A illud in matrice dejectum nostri initium, vel etiam absque illo, quemadmodum omnia ex nulla subjecta materia produxit, nos mox perfectos & absolutos formare, velut Adamum, ideoque indigeat mora temporis novem mensium in imperfectis fetibus: sed ut instar pellis aut membranæ per factam paullatim formationem intus jacentis, major fiat uterus, & intus saliente fetu, femellæ organa extendantur. Non enim caperent infantem absolutum, si mox illis imponeretur. Habetque locum heic, quod ii faciunt, qui exiguo & quidem sicco utre multa complecti volentes, eum subigendo & extendendo firmiorem capacioremque reddunt. Sic igitur mihi videtur, quæcumque ossea sunt & nervosa, ex maris excremen-
B to roborari: quæcumque vero sanguinea & carnosa, ex eo quod femina contribuit, consolidari: ac dicens mox sequi divinum illud verbum & opus: [a] *Crescite & multiplicamini, & replete terram*, sicut inquit ad primos parentes nostros Deus, simul dicens ipse, & faciens nos crescere quidem in definitam ab ipso corporis magnitudinem, multiplicari autem posteris, & implere terram. Ex illis autem ipsis protoplastis discimus, quæ ex uno quolibet ipsorum in procreatione liberorum concurrant. Ex Adamo osse lateris ablato, & in feminam facto divina manu: simul copulatio & unio naturæ declaratur.

C Secundum hæc scire debemus, inesse nobis secundum ordinem elementorum .... partem aliquam calidi & frigidi, & alterius quod restat paris, nimirum humidi atque sicci. Nam terra ex qua nos opifex produxit, cum omnibus hisce mista esse mihi videtur: ipsa quidem arida appellata, humido autem innatans: ignem vero in saxis, & ferro, & lignis abditum habens, & aera per ipsam universam diditum, eamque foventem. Formato in utero fetu, & ad articulatam membrorum commissuram obscura humidaque materia exsculpta, nutritur deinceps & crescit unumquodlibet membrorum pro qualitate illorum quæ matris alvum intra recipiuntur: sicut in agricultura fieri solet, ex nubibus imbre, aut
D elicum rivis arva subjecta rigantibus. Sit autem hortus aliquis de quo sermo habeatur, infinitas plantarum species enutriens, diversæ tum speciei tum formæ, in uno atque eodem ordine: similiter irrigans illas una quædam esto aquæ natura: nihilominus eorum quæ nutriuntur, proprietas in diversas humorem illum qualitates transmutat. Nam idem ille humor amarescit in absinthio, in liquorem vero letalem in cicuta transit, & aliud alii fit unus & idem, in croco, in balsamo, in papavere, quorum aliud quidem calefacit, aliud refrigerat, aliud vero mediam habet qualitatem. In lauro, in odorato junco, & aliis similibus aromata ferentibus in fragrantiam commutatur, in ficu & pyro dulcescit, per vitem in vinum &
E botrum mutatur, in pomo rubescit, in lilio albescit, in viola fit cæruleus. Tale quiddam & in animato corporis horto mirabiliter a natura efficitur, immo vero a naturæ Domino. Ossa sunt heic, cartilagines, venæ, arteriæ, nervi, ligamina, carnes, cutis, arvina, pili, tonsillæ, ungues, oculi, nares, aures, & præter hæc infinita quædam alia, inter se diversa, quum sit unica nutrimenti species, qua omnia convenienter pro sua natura nutriuntur, ita ut unicuique subjectorum applicata alimenta, in ejus naturam mutentur, ad quod deferuntur, ac propriam partis ejus proprietatem induant. Nam si ad oculum alimonia pervenerit, parti cernenti mista membranam oculi rigat. Et auditus partibus insidens, circumrotatur ad

[a] Gen. I, 28.

τοῖς μέρεσι διανιζάνων συμπεριτορνεῦται τῇ ἀκοῇ, καὶ τὰ χείλη νοτίζων, οἷον δέῤῥα τινὰ οὐκ ἐᾷ καταφρυχθῆναι, καὶ γενέσθαι ἐξίτηλα· καὶ ἐν ὀστέῳ πήγνυται, καὶ ἐν μυελῷ ἁπαλύνεται· ἐν τῷ νεύρῳ τονοῦται, καὶ τῇ ἐπιφανείᾳ συνεπιτείνεται, καὶ εἰς ὄνυχα διαβαίνει, καὶ εἰς τριχὸς γένεσιν λεπτουργεῖται τοῖς καταλλήλοις ἀτμοῖς. καὶ εἰ μὲν διὰ σκολιῶν ἐξατμίζεται πόρων, οὐλοτέρους καὶ ἑλικτοὺς ἀποτελεῖ τοὺς βοστρύχους· εἰ δὲ δι' εὐθέων καὶ ἁπαλωτέρων, ἁπλοῦς καὶ νήματος δίκην, διὰ τῶν ἀτμῶν τριχουμένου τοῦ ἐκ τῶν σιτίων διϊζάνοντος ὑγροῦ· εἰ δὲ διὰ θερμοτέρων τῆς καρδίας καὶ τοῦ ἥπατος αἱ ἀναθυμιάσεις ἐπὶ τὴν κρανίον ἐξατμίζονται, φαλακρούν πέφυκε, τοῦ ψυχροῦ ἐπιλείποντος· τοῦ δὲ θερμοῦ ἐπικρατοῦντος, καταφρύττεσθαι καὶ τριχορυεῖν. ἀλλ' ὄντως εὔχαιρον ἡμῖν χρῆμα, γλυκύ τε καὶ ἀξιάγαστον καὶ τοῦ παντὸς ἄξιον λόγου, τὸν σφῶν δεσπότην καὶ πρύτανιν γεραίρειν, τῷ θεσπεσίῳ Δαβὶδ συμμελῳδεῖν, ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου Κύριε, πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας. τίς γὰρ λαλήσει τὰς δυναστείας τοῦ Κυρίου, ἢ τίς διηγήσεται; τίς γὰρ ἐφίξεται λόγος παραστῆσαι; πῶς γὰρ ἐξ ἑτερουσίων καὶ διαφόρων, μίαν τὴν φύσιν ἡμῶν ἐδημιούργησε, καὶ οὐ διαφεύγει θάτερον θατέρου τὴν κοινωνίαν καὶ ἕνωσιν, πρὸ τῶν παρὰ σοῦ ὅρων τῆς ἑκάστου ζωῆς· ἀλλ' ἀφθόνως διϊκνεῖται μέχρι περάτων τῷ θνητῷ ἡ ἀθάνατος· καὶ πάλιν μακρὰν χαίρειν ἀφίησι τῇ συνημμένῃ τῷ σώματι, πειθομένη τῆς διαστάσεως τῷ προστάγματι; τίς δὲ μὴ ἐκπλαγήσεται ἐκ χοὸς ὁρῶν τοσαῦτα μέλη καὶ μέρη τοῦ σώματος, διάφορα [1] ὀστᾶ κατάλληλα, στροφαῖς καὶ τόρνοις συμβεβλημένα, ὡς σαρκῶν ὑπερείσματα, καὶ πρὸς πᾶσαν εὔκολα κίνησιν, ἅπερ ὡς ὑπὸ μιᾶς γραμμῆς πάσας ἀποσώζειν τὰς ἀλογίας, μέλη μέλεσιν ἰσόῤῥοπα, δεξιὰ χεὶρ ἰσομήκης τῇ λαιᾷ, καὶ δάκτυλος δακτύλῳ, καὶ ταρσὸς ταρσῷ, καὶ βάσις βάσει, καὶ τὰ καθ' ἕκαστον.

Ἀλλ' εἰκότως ἐπὶ τὴν κορυφὴν τῆς σφῶν δημιουργίας τῷ λόγῳ ἀναδράμωμεν, ἐκεῖθεν ἐπὶ τοὺς πρόποδας καὶ τὰ πέδιλα φοιτῶντες. μᾶλλον δὲ καὶ ἐξ αὐτῆς ἤδη τῆς ψυχῆς εἰ οἷόν τε, ἀπαρξώμεθα. θέα μοι τοίνυν σαυτὸν, καὶ οὐδενὸς δεήσει ἐκ τῆς τῶν ὅλων κατασκευῆς τὸν δημιουργὸν ἐξιχνεύειν. ἀλλ' ἐν σαυτῷ οἱονεὶ ἐν βραχεῖ κόσμῳ τὴν ἄφραστον κατόψει τοῦ Θεοῦ σοφίαν. καὶ πρόγε ἁπάντων, ἀσώματόν μοι νόει τὸ θεῖον ἐκ τῆς αὐτοῦ ἀσωμάτου ψυχῆς, μηδενὶ περιγραφόμενον τόπῳ· ἐπεὶ οὐδ' ἡμέτερος νοῦς προηγουμένην ἔχει τὴν ἐν τόπῳ περιγραφὴν, ἀλλὰ διὰ τῆς τοῦ σώματος συναφείας ἐν τόπῳ γίνεται. ἀόρατον ὑπάρχειν ὁμολόγει ἐκ τῆς αὐτῆς εἰκόνος τεκμαιρόμενος, μὴ ὑπείκουσαν σαρκὸς ὀφθαλμοῖς, οὐ χρώματι, οὐ σχήματι, οὐδ' ἑτέρῳ τινὶ χαρακτῆρι σωματικῷ ἀπεικαζομένην, ἀλλ' ἐκ τῆς ἐνεργείας καὶ μόνης γνωριζομένην. ὥστε μηδ' ἐπὶ Θεοῦ ζήτει τὴν δι' ὀφθαλμῶν κατανόησιν αὐτοῦ τῆς φύσεως, πλὴν ἀμυδρᾶς πρόσω χώρει συγκαταβάσεως, καὶ οὕτως οὐκ ἔξω τινὸς παραπετάσματος. οὐδ' αὐτοῖς γὰρ κατὰ φύσιν ὁρᾶται τοῖς Χερουβὶμ, τῇ προβολῇ τῶν πτερύγων σκιαζομένων τὴν ὄψιν, διὰ τὸ ἀχώρητον αὐτῆς. τῇ διανοίᾳ τοίνυν καὶ πίστει ἐπιτρέψας τὴν κατανόησιν, ἔσῃ θεόπτης τοσοῦτον, ὅσον ἀπέβης τῆς ὑλικῆς πολιτείας καὶ ἐπέβης πνευματικῆς, θαυμάζων αὐτοῦ τὴν σοφίαν. πῶς τὴν ψυχὴν ἐγκρίνει τῷ σώματι μέχρι περάτων αὐτοῦ διάγων αὐτὴν, καὶ τὰ πλεῖστον ἀλλήλων διε-

A auditum. Et labra humectans, veluti pelliculas quasdam, non finit ea ficcari & exarefcere. In offe durefcit, in medulla mollefcit. In nervo roboratur, in fuperficie una extenditur, in unguem definit, in capilli generatione per humores convenientes attenuatur. Ac fi quidem per tortuofos meatus fiat evaporatio, crifpiores implicatofque crines efficit: fi vero per rectos & teneriores, fimplices & extentos inftar fili, per evaporationes in capillos commutato illo humore, qui ex cibis refidet. Si vero per calidiores cordis & jecinoris partes evaporationes in caput exhalant, calvitium fieri folet, ob frigoris defectum. Superante namque calore, exficcari conftat ac defluere crines. Enimvero res opportuna & fua-
B vis, & admiratione digna omnique prædicatione fuerit, noftrum heic nos Dominum & gubernatorem celebrare, ac una cum Davide divino vate canere: [a] *Quam magnificata funt opera tua, Domine; cuncta fapienter fecifti. Quis* enim *poffit eloqui potentias Domini, aut quis enarrabit* [b]? Quis affequetur fermo, ut hæc exprimat? Quomodo enim ex iis quæ diverfæ fubftantiæ funt & inter fe differunt, unam naturam noftram condidit? neque refugit alterum ab alterius communione vel unione, ante pofitos a te unicuique vitæ terminos, fed ad finem ufque natura immortalis cum mortali degit: rurfufque longum valedicit conjunctæ corpori, obediens imperio feparationis? Quis vero non obftupefcat, ex
C pulvere facta videns tot membra partefque corporis, convenientia inter fe offa, vertebris & juncturarum tornis inter fe commiffa, quæ veluti carnium adminicula fulcraque funt, & ad omnem habilia motum, quafique ad unam fita lineam, ut quæcumque parum funt rationi confentanea, removeant? Sunt item membra cum membris velut in æquilibrio pofita: dextera manus pari longitudine cum læva, digitus cum digito, planta cum planta, pes cum pede, itidemque comparata funt alia fingula.

Sed eft operæ pretium ut ad verticem noftræ creationis oratione recurramus, inde ad pedes & talaria devenientes. Quin ab ipfa jam, fi fieri queat, anima ordiamur. Confidera igitur obfecro te ipfum,
D & neminis adhibens expofitionem, qua de totius univerfitatis opificio conditorem inveftiges, in temet ipfo, velut in parvo mundo, ineffabilem Dei fapientiam perfpicies. Atque ante omnia incorporeum effe mihi confidera Deum, ex tua ipfius incorporea anima, nullo circumfcriptum loco, fiquidem neque mens noftra prius habet localem circumfcriptionem, fed per corporis conjunctionem in loco eft. Eamdem inadfpectabilem effe fateberis ex eadem imagine ratiocinatione ducta: fe fe non fubjicientem carnis oculis, non colore, non forma, neque alia quadam corporali figura expreffam, fed ex efficacitate fua, eaque fola cognitam. Quapropter ne in Deo quidem eam quæ fit per oculos, confiderationem ipfius
E naturæ quærito, nifi quatenus per obfcuram quamdam ulterius progrediare demiffionem, & ita quidem, ut non fiat hoc extra velamentum aliquod. Neque enim ab ipfis quidem Cherubim ratione naturæ cernitur, objectione alarum obumbrantibus faciem, propterea quod ejus ipfi non fint capaces. Proinde menti & fidei permiffa confideratione, Dei contemplator eris, videns tantum, quantum receflèris ab hac craffa vitæ ratione, & ad fpiritualem acceflèris, admiratus ipfius fapientiam. Quomodo videlicet animam inferat corpori, ufque ad extremitates ejus extendens ipfam, & plurimum inter fe diffidentia mem-

a Pfalm. CIII. 24. b Pfalm. CV. 2.

1. Ὀστᾶ κατάλ.] Hæc & quæ fequuntur defumfiffe Cæfarium ex *Recognit.* lib. VIII. cap. XXIX. haud dubitat Cotelerius l. c.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



στῶτα μέλη, πρὸς μίαν σύμπνοιαν καὶ κοινωνίαν ἄγων. σκόπει δέ μοι τίς ἡ ἀπὸ τῆς ψυχῆς τῇ σαρκὶ ἐνιζάνουσα ῥώμη· τίς δ' ἡ ἀπὸ τῆς σαρκὸς τῇ ψυχῇ ἀνακλωμένη συμπάθεια. πῶς σφετερίζεται ἐκ τῆς ἀσωμάτου ζωῆς τὸ σῶμα, ἀναμάττεται δὲ ἐκ τοῦ σώματος ἀλγηδόνας ἡ ἀσώματος. πῶς τούτου αἰκιζομένου ἐκείνη βοᾷ· πῶς ἐκείνης εὐδαιμονούσης αὕτη σφριγᾷ καὶ ὡραΐζεται. ὢ τῆς καλῆς συναφείας, ὢ τῆς θαυμαστικῆς ἑνώσεως, ὢ τῆς σοφίας τοῦ ἑνώσαντος. τίς γὰρ οἷός τε φῆσαι ποῖα ταμιεῖα ἤτοι ἀποθήκας τῶν μαθημάτων αὕτη ἐπεκτήνατο; ὥστε μὴ ἐπισκοτεῖσθαι τὰ πάλαι τῇ γνώσει τῶν ἐπεισάκτων, μηδ' εἴργεσθαί τινι διαφράγματι τῶν ἑκάστης ἡμέρας ἀκουομένων, σήμερον ἀπαγγεῖλαι τὸν πρὸ πεντήκοντα χρόνων ἀκουσθέντα λόγον· ἀλλ' εὐκρινεῖς καὶ ἀσυγχύτους σώζειν τὰς μνήμας τῆς παιδεύσεως, οἱονεὶ ἐν πέτρᾳ κεχαραγμένας. πῶς δὲ πρὸς τὰ σαρκικὰ ὑπολισθαίνουσα πάθη τὸ οἰκεῖον ἀπανθίζεται κάλλος· πάλιν δὲ τὸ ἀπὸ κακίας αἶσχος ἀρετῇ καθαιρομένη, πρὸς τὴν ὁμοίωσιν ἀνατρέχει τοῦ κτίσαντος. αὐτὸς γὰρ ἐν εὐαγγελίοις φησίν· ἀμὴν λέγω ὑμῖν. ἐὰν δύο ἐπὶ τῆς γῆς συμφωνήσωσιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ, (τὴν ψυχὴν ἐμφαίνων καὶ τὸ σῶμα, τὴν κυρίαν καὶ τὴν οἰκέτιν) ἐὰν συμφωνήσωσιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ, ἡ μὲν σὰρξ δουλεύουσα, ἡ δὲ ψυχὴ ἐν ἀρετῇ προβαίνουσα· ὅπως μὴ τῇ ὑπερβαλλούσῃ σκληρουχίᾳ καταπονεῖσθαι καὶ ἀπολέγεσθαι τοὺς πόνους τὴν οἰκέτιν· μήτ' αὖ πάλιν ὑπὸ ταύτης πρὸς πάθη καὶ φιληδονίαν τὴν κυρίαν καταφέρεσθαι· ἀλλὰ συμφώνως τῷ ἴσῳ τῆς ἀρετῆς κανόνι συμπαραθέειν ἀλλήλοις, καὶ συμπαρέπεσθαι. ἐὰν γὰρ συμφωνήσωσι τὰ δύο ταῦτα, ἥτε ψυχὴ καὶ τὸ σῶμα, περὶ παντὸς οὗ ἐὰν αἰτήσωνται, γενήσεται αὐτοῖς, φησὶν ὁ Κύριος. εἰ μὲν παρ' αὐτοῦ αἰτοῦμεν, δηλονότι ἀγαθὰ, γενήσεται. εἰ δὲ τῷ διαβόλῳ δι' ἀμελεστέρου καὶ ἐμπαθοῦς βίου προσχωρήσωμεν, ὅπερ μοι δοκεῖ αἴτησιν ὑπάρχειν τὸ ὑπόφορον αὐτῷ γίνεσθαι, σκολιὰ πάντως ἀποβήσεται ἡμῖν καὶ χαλεπὰ τὰ ἐπιτηδεύματα.

A bra ad unam quasi conspirationem ac societatem ducens. Considera mihi, quodnam ab anima carni insit robur, & quænam a carne ad animam reflectatur affectio mutua. Quomodo quasi suum efficiat ex incorporea vita corpus, & particeps dolorum ex corpore fiat, ipsa corporis expers. Quomodo hoc læso, illa clamet. Quomodo illa feliciter agente, corpus vegetum sit, & pulcrius evadat. O præclaram conjunctionem, o admirabilem unionem, o sapientiam ejus qui univit! Quis enim eloqui queat, quales penus quasique conditoria disciplinarum ea fabricaverit, ne obscurentur vetera per cognitionem eorum quæ præter illa reperiuntur: neve arceantur aliquo septo eorum quæ quotidie audiuntur, quominus exponat B hodie quis ante quinquaginta annos auditum sermonem: sed distinctas & inconfusas servari recordationes institutionis, velut in saxo sculptas? Quomodo ad carnales residens affectus, propriæ pulcritudinis florem amittat: & vice versa, profectam a vitiositate turpitudinem virtute repurgans, recurrat ad similitudinem creatoris. Inquit enim ipse in Evangelio: [a] *Amen dico vobis, si duo super terram consenserint in idem*: Animam indicans & corpus, dominam & famulam: *si consenserint in idem*: caro quidem serviens, anima autem in virtute progressus faciens, ne nimia austeritate depressa gravetur & laboribus renuntiet famula: neque vice versa ad vitiosas affectiones & voluptatem per hanc dejiciatur domina: sed ut cum C consensu pari virtutis regula inter se se currant una, seque comitentur. *Nam si consenserint ista duo*: nempe anima & corpus, *de quocumque rogaverint, continget eis*, inquit Dominus: siquidem ab ipso petierimus, bona videlicet, contingent. Si vero per negligentiorem & pravis affectibus obnoxiam vitam ad diabolum recesserimus: id quod mihi videtur esse petitio qua quis ei tributarius fiat: omnino perplexum habebunt & difficilem exitum instituta nostra.

Ἀψώμεθα τοίνυν, εἰ δοκεῖ, καὶ τῆς τοῦ σώματος κατασκευῆς καὶ διαρθρώσεως, θαυμάζοντες τὸν σοφὸν τοῦ παντὸς ἀρχιτέκτονα Θεόν· πῶς ἁρμόδιον αὐτῶν καταγώγιον τῇ λογικῇ ὁ ἀριστοτέχνης ἐδείματο, καὶ μόνον τῶν ὑπ' οὐρανὸν ζώων, ὄρθιον τὸν ἄνθρωπον παρήγαγεν, ἐξ αὐτοῦ παιδεύων τοῦ σχήματος, ἐκ τῆς ἄνω συγγενείας ἔχειν ἡμᾶς τὴν ζωήν. τὰ γὰρ ἄλογα πάντα κάτω πρὸς τὴν γαστέρα νένευκε· βροτοῖς δὲ μόνοις αὐτοφυὴς καὶ ἕτοιμος πρὸς οὐρανὸν ἀνάβλεψις. ὥστε μὴ ὑπάρχειν φιλήδονον μηδὲ κάτω νεύειν τοῖς πάθεσιν, ἀλλὰ διανεστῶτα ὑπάρχειν καὶ πρὸς τὰ ἄνω βλέπειν, ἔχειν τὴν κίνησιν. ἔπειτα τὴν κεφαλὴν οἱονεὶ ἐπὶ γεωλόφου τοῦ σώματος θέμενος, ἐν αὐτῇ τὰς τιμίας τῶν αἰσθήσεων καθιδρύσατο. τὸν μὲν ἐγκέφαλον μηδὲ κύλικα πληρῶσαι κενωθέντα οἴονται· σοφίαν δὲ δημιουργοῦ πεπιστευμένου καὶ σύνεσιν τοῦ Θεοῦ βουλῇ καὶ συνέσει τεκτηναμένου τὰ σύμπαντα. ὅτι δὲ καὶ μέγιστόν τι πρὸς τὸ ζῆν ὁ ἐγκέφαλος, ἐναργῶς τὸ ἐξ ἐναντίας συμβαῖνον δηλοῖ· εἰ γὰρ τρῶσιν ἢ ῥῆξιν ὁ περιέχων αὐτὸν ὑμὴν ὑποσταίη, αὖθις ἕπεται παρὰ πόδας τῇ τρώσει ὁ θάνατος, οὐδὲ πρὸς τὸ ἀκαρὲς τῆς φύσεως ἀντεχούσης τῷ πάθει. ὥσπερ ἐν ταῖς ὑπ' ἄντροις οἰκοδομαῖς, ἢ ἐν τοῖς τῶν λουτρῶν ὀρόφοις, ὁ τὸ πᾶν τῆς οἰκοδομῆς συνέχων εἷς ὑπάρχει κορυφαῖος λίθος, ἐγκεκροτημένος τῷ θόλῳ, ὃν σφῆνα οἱ οἰκοδόμοι προσαγορεύουσιν· οὗ δὴ διαῤῥαγέντος ἢ ἀποκρουσθέντος αὖθις συγκαταπεσεῖσθαι τὸ ὅλον. κάμνουσι τῶν φωστήρων οἱ μέγιστοι Ἥλιος καὶ Σελήνη, τὰ ὑπερουράνια ἐν τῷ ἡμερονυκτίῳ παραθέοντες. ὁ νοῦς δ' ὁ ἡμέτερος ἐν ἀτόμῳ, ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ, ἅμα τῆς κάτω κτίσεως

Proinde attingamus, si ita videtur, etiam corporis opificium & articulatam commissuram, admirantes sapientem architectum universi Deum: quo D pacto conveniens & aptum hospitium animæ rationali optimus artifex ædificaverit, & solum inter ea quæ cælo subjecta sunt animalia, erectum hominem produxerit, per ipsam docens formam, ex cognatione superna nos vitam habere. Nam expertia rationis omnia deorsum ventrem versus se inclinant, hominibus autem solis a natura data & expedita contigit ad cælum suspectio, ne sit voluptati deditus, neque deorsum per vitia vergat, sed ut erectus sit & ad superna spectanda moveatur. Deinde caput velut in colle corporis ponens, in eo pretiosas sensuum sedes collocavit. Cerebrum ne quidem implere calicem vacuum posse plerique putant, cui tamen sapientia & prudentia opificis est credita Dei, E qui consilio & prudentia fabricavit universa. Quod autem maximum quiddam ad vitam emolumentum afferat cerebrum, evidenter si quid adversum accidat, ostendit. Nam si vulnere vel ruptura continens ipsum membrana lædatur, mox e vulnere sequitur præsens mors, ne quidem ad momentum temporis dolori resistente natura: quemadmodum in subterraneis structuris, aut in balneorum tectis, qui totum continet ædificii, unus est summus lapis, infixus ipsi tholo, quem cuneum opifices ædium appellant, quo perfracto vel revulso, illico concussum est totum. Laborant maxima luminaria sol & luna, cælestes plagas intra diem & noctem percurrentia. Mens autem nostra in puncto, in momento oculi una cum infe-

[a] Matth. XVIII. 19.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

A καὶ τὰ ὑπερκόσμια περιπολεῖ, δρόμον αὐτὰ περιθέων ἀκάματον, ὡς ἄδηλος ἀδήλως ἄδηλα περιαθρῶν. βραχεῖς τε καὶ ἀδρανεῖς δοκοῦσιν οἱ βόστρυχοι, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ πρὸς εὐκοσμίαν τῇ δέρρει τῆς κράνης ἐμπεφύκασιν, ἀποσοβοῦντες αὔραις τῶν ζώων τὰ λεπτότερα τοῖς φαλακροῖς ὄντα πολέμια, ἀεὶ τὰς χεῖρας αὐτῶν ἐπισοβίαν κινοῦντες. ἀλλὰ καὶ πρὸς χειμῶνος κρυμὸν, καὶ ἡλίου φλογμὸν, αἱ τρίχες ἀντέχουσιν, οἱονεὶ ἄλσος ἢ δρυμὸς τὸ ὑποκείμενον σκιάζουσαι, καὶ τὴν ἐπομβρίαν δεχόμεναι. ὀφθαλμοὶ τὴν ὑψηλοτάτην σκοπιὰν ἔλαχον. καὶ δύο μόνοι τυγχάνοντες, πᾶσαν ὁρῶσι τὴν διακόσμησιν, ὥστε μηδὲν αὐτοὺς ἐπισκοτεῖν τῶν σωματικῶν νόμων· ἀλλὰ βραχείᾳ προβολῇ τῶν ὀφρύων ὑποκαθήμενοι, ἐκ τῆς ἄνωθεν ἐξοχῆς πρὸς τὸ εὐθὲς ἀποτείνονται, καὶ οἷον ἀκίσιν ἢ ῥαφῖσιν τοῖς ἀκάνθοις τὰ λεπτὰ τῶν ζώων ἀποσείονται, καὶ τῇ συνεχεῖ τῶν βλεφάρων κινήσει τὰς κόρας συντηροῦσι, τὸν φλογμὸν τοῦ ἡλίου διαρριπιζόμενοι. τὰ δ' αὐτὰ οἷον θερῶσιν καταπετάσματα αὐτῶν ὑπάρχοντα, ἐκκλίνουσιν τὸν τῆς ἀκολασίας θάνατον· ὃν Ἱερεμίας ὁ τῶν προφητῶν πολυκίνδυνος μαρτυρόμενος, φησὶν, [a] ἀνέβη θάνατος διὰ τῶν θυρίδων. οὐ μόνον γὰρ τὸ σῶμα ἀνέπαφον, ἀλλὰ καὶ τὰς βολὰς τῶν ὀφθαλμῶν δεῖ παρθενεύειν καὶ μηδαμῶς ἐπιτρέπειν αὐταῖς ἀναιδῶς ἐφορμᾷν καὶ περιίπτασθαι τοῖς ἀλλοτρίοις κάλλεσιν, ἵνα μὴ ἀπὸ τῆς θέας, ἐπὶ τὴν πρᾶξιν ὁρμήσωμεν. κατὰ γὰρ τὴν θεηγορίαν· [b] ὁ ἐμβλέψας γυναικὶ πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτὴν, ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. παρθενεύειν οὖν χρὴ τὰς κόρας τῶν ὀφθαλμῶν, ἰσωνυμίαν τῶν παρθένων τετιμημένας. πολλάκις γὰρ ἡ ἐμπαρθενεύουσα τοῖς βλεφάροις κόρη, τῇ διαστολῇ αὐτῶν καὶ ἑαυτῆς περιστροφῇ, νεῦμα καὶ νόημα πορνείας τὸ ἄντικρυς ἐγένετο.

A ris creatis ambit & ultramundana, curſu in ipſis indefeſſo diſcurrens, velutique latens latenter latentia circumſpectans. Parvi & imbecilles videntur pili, verum & ipſi ad venuſtatem cuti capitis innati ſunt, arcentes lenioribus ventis animalia munitiora calvis infeſta, qui propterea ſemper manus ſuas ad arcendum ea movent. Quin etiam hiemis frigori & ſolis ardori pili reſiſtunt, veluti nemus quoddam vel denſa ſilva partem ſubjectam obumbrantes, & imbrem excipientes. Oculi excelſiſſimam ſpeculam ſortiti ſunt, quumque duo tantum ſint, nihilominus omnem cernunt mundi hujus ornatum, ita ut ipſis nihil rerum corporearum officiat: ſed ſub parvo ſuperciliorum propugnaculo conſtituti, ex eminentia ſu- B periore directo extenduntur, & velut acubus aut ſubulis, nempe ſpinis minuta animalia excutiunt, & continuo palpebrarum motu pupillas conſervant, ardorem ſolis quaſi ventilatione quadam mitigantes. Eadem quum ſint tamquam a calentibus uſurpata oculorum velamina deflectunt intemperantiæ laſciviæque mortem; de qua Hieremias inter divinos vates multa pericula perpeſſus conteſtans, ait: [a] *Aſcendit per feneſtras mors*. Non enim modo corpus intactum, ſed & oculorum radii ſervandi ſunt incorrupti, neque ipſis ullo modo permittendum, ut impudenter irruant, & in alienæ pulcritudinis formas involent, ne ab aſpectu ad ipſum actum ruamus. Nam ſecundum Domini ſermonem, [b] *Qui inſpexerit mulierem* C *ad concupiſcendum eam, jam adulterium cum ipſa commiſit in corde ſuo.* Quapropter virgines eſſe debent oculorum pupulæ, quæ idem cum virginibus nominis ornamentum ſortitæ ſunt. Sæpenumero enim quæ intra palpebras virgo erat pupilla, per ipſarum di-ductionem vagumque motum ſuum nutus & cogitatio ſcortationis facta eſt.

Κολοβὸν ἐκ πάντων ἡμῶν τῶν μελῶν τὸ οὖς κεχάλκευται, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ διακοσμεῖ τὸ περικείμενον κύμβαλον, καὶ μόνον τῆς δημιουργίας θαρρεῖται τοῦ Θεοῦ μυστήρια, ἑλικοειδῶς ἐκτορνευθὲν δι' ὅλου, ὥστε μὴ θᾶττον εἰσδύνειν τὸν λόγον, ἀλλ' ἐν πλείονι χρόνῳ ἐλαττουμένου τῇ πορείᾳ ἐπὶ τὸ βάθος τὴν ὕλην τοῦ ψεύδους, ἅμα τῶν τῆς κατηγορίας σκυβάλων προσκαταλεῖψαι ταῖς ὄχθαις. ἀρετῆς γὰρ τοῦ μὲν φράζοντος μὴ ψευδηγορεῖν, τοῦ δὲ ἀκούοντος δοκιμάζειν τὰ φάσματα, εἰ μηδὲν προσπαθείας πάθος ἐγκέκραται. ἡ μὲν γὰρ οὐκ ὀξυωπεῖ, ἡ δὲ ὅλως οὐχ ὁρᾷ· εἰ δ' ὁποτέρας λώβῃ ὁ λόγος διέφθαρται, τῷ ἐν ἡμῖν κριτηρίῳ τῆς διανοίας τιμωρεῖν αὐτὸν καὶ ἀποξέειν τῆς κακίας, οἱονεὶ δημίῳ τῇ ἀληθείᾳ. τοῦτο γὰρ παιδεύουσα ἡ κατὰ τὸν θεσπέσιον καὶ ἀνδρειότατον ἀγωνιστὴν Ἰὼβ ἱστορία φησίν· [c] νοῦς μὲν καὶ οὖς ῥήματα διακρίνει, λάρυγξι δὲ σῖτα γεύεται. συμφώνως δὲ τούτῳ Δαβὶδ ὁ τῶν θείων μελῳδός φησι· [d] τὸν καταλαλοῦντα λάθρα τοῦ πλησίον αὐτοῦ, τοῦτον ἐξεδίωκον. ὁ δὲ τῶν ὅλων Θεὸς τῶν οἰκετῶν ἐπισφραγίζων τὰ ῥήματα, ἐν εὐαγγελίοις φησὶ, [1] γίνεσθε τραπεζῖται δόκιμοι, διακρίνοντες ἐκ τοῦ δοκίμου τὸ κίβδηλον. οὐχ ἵνα δίκην τῶν κολυβιστῶν κομπήσαντες τὸν ἦχον δεξώμεθα, ἀλλ' ἵνα σταθμίζοντες τὰς ἀποφάσεις τῶν προσδιαλεγομένων, καὶ τὰς ἐκβάσεις τῶν πραττομένων, ἐπὶ τὴν δικαίαν μᾶλλον ῥέψωμεν πλάστιγγα. ὤτων γὰρ καὶ γλωττῶν πολύς τις ὁ κίνδυνος, βραχὺ ὑπάρχουσα μέλος. ψεύδους καὶ ἀληθείας, ἢ μᾶλλον σωτηρίας καὶ ἀπωλείας τυγχάνουσα ἐργαστήριον. ἡ γλῶσσά μου κάλαμος γραμματέως ὀξυγράφου, καὶ ἡ γλῶσσά μου

Exiguum quiddam inter omnia membra noſtra eſt auris. Sed & iſtas exornat vicinum cymbalum, eiſque ſolis inter creata cetera Dei myſteria creduntur. Eſtque auris tota in rotundum ſinuoſeque tornata, ne citius ingrediatur ſermo, ſed ſpatio longioris temporis imminutus, per ipſam excavationem prohibeat quo minus ad imum materia mendacii penetret, ſed D una cum maledicentiæ ſtercoribus ſuperioribus in partibus remaneat. Nam virtutis quidem eſt in eo qui loquitur, non dicere falſa: in eo qui audit, probare quomodo quælibet dicta videantur, num quid affectus vel amici vel repugnantis admiſtum ſit. Nam alter quidem non cernit acutum, alter autem prorſus non videt. Quod ſi alterutro horum defectuum ratio corrupta eſt, judicio mentis quod in nobis eſt puniri & a pravitate repurgari debet per veritatem, quæ tortoris officio fungatur. Hoc enim docens de divino & fortiſſimo athleta Jobo hiſtoria inquit: [c] *Mens quidem & auris verba dijudicat; guttur autem eſcas guſtat*. Cum hoc autem conſentiens divinorum ille carminum auctor Davides inquit: [d] *Eum* E *qui clanculum mentiebatur de proximo ſuo, perſequebar.* Ipſe autem univerſitatis hujuſce Deus, ſervorum obſignans verba, in Evangelio inquit: *Eſtote numularii probi, dijudicantes a bono quod adulterinum eſt*. Non ut inſtar numulariorum ſonum explorando excipiamus, ſed ut ponderantes pronuntiata illorum qui colloquuntur, & eventus factorum, ad juſtam potius propendeamus trutinam. Aurium enim & linguarum magnum quoddam periculum eſt: cum exiguum ſit membrum lingua, mendacii & ve-

a Jer. IX. 21. b Matth. V. 28. c Job XII. 11. d Pſalm. C. 5.

1. Γίνεσθε τραπεζ.] De hoc celebri dicto, nuſpiam in ſacris litteris exſtante, plura vide ſis apud Cotelerium ad *Conſtit. Apoſt.* lib. II. cap. XXXVI. qui & illud inter alia multa obſervat, hunc Cæſarii locum ex Pallad[illegible] [illegible] cap. IV. ſcriptoris Cæſario recentioris [illegible] [illegible].

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
368.



λαλήσει δικαιοσύνην, φησὶν ὁ τῶν θείων μελῳδός. καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς, ταῖς γλώσσαις αὐτῶν ἐδολιοῦσαν, καὶ ἡ γλῶσσα αὐτῶν ὡσεὶ ὄφεως, ἰὸς ἀσπίδων ὑπὸ τὰ χείλη αὐτῶν. συμφώνως δὲ τῷ πατρὶ ὁ τῶν θείων σοφὸς Σολομὼν, φησὶ, ζωὴ γὰρ καὶ θάνατος ἐν χειρὶ γλώσσης· ὡσανεὶ ἀντὶ χειρὸς τὸν λόγον, ἀντὶ φασγάνου τὸν δόλον, φονέα παριστῶν, καὶ ἐν μιᾷ μερίδι τὸν ἀνδροφόνον καὶ τὸν δόλιον, τὸ θεῖον ἐψηφίσατο. καθώς φησι διὰ τοῦ μεγάλου Δαβὶδ, ἄνδρα αἱμάτων καὶ δόλιον βδελύσσεται Κύριος· ὁ δὲ Θεῷ βδελυκτὸς πάντως καὶ τιμωρητός· ὡς ὁ παραῤῥιφεὶς σίδηρος ὑπὸ τοῦ ἰοῦ δαπανώμενος, καὶ ξύλον ἢ ἐσθὴς ῥυπαρὰ τυγχάνοντα καὶ βδελυκτὰ τῷ δεσπότῃ ὑπὸ τοῦ ἐγκειμένου αὔχμου καταφθείρεται· ἢ ὥσπερ οἶκος τῇ ἐγκαταλείψει τοῦ ἐνοικοῦντος ἐρημούμενος κατὰ μέρος φθείρεται· παραπλησίως μοι δοκεῖ καὶ βροτὸς Θεῷ βδελυκτὸς τῇ θείᾳ ἀποστροφῇ ὑπὸ τῶν ἐγκεκραμμένων αὐτῷ κακῶν κακούμενος τιμωρεῖσθαι, τῆς ἀποφάσεως, τῆς, ἀπέλθετε ἀπ' ἐμοῦ οἱ κατηραμένοι εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, καταλλήλως τῶν ἡμαρτημένων ἐμπεσούσης τοῖς ἀκουομένοις. τότε τοὺς μὲν οἱονεὶ ἄνθραξ ἐν ἀχύροις ἐμπεσὼν διασμήχει καὶ διαφλέγει αἰωνίως, μήτε φθείρουσα, μήτε φθειρομένη διὰ τὸ ἀφθάρτους ἡμᾶς ἐκ τάφων ἀνίστασθαι· τοὺς μὲν δικαίους ἐν ἀδείᾳ καὶ ἀναπαύσει, καὶ πάσῃ ἐξουσίᾳ μένειν ἀφθάρτους διαιωνίζοντας, τοὺς δὲ ἁμαρτήσαντας αἰωνίως τιμωρουμένους, μὴ φθείρεσθαι, ἀλλὰ περιεῖναι ἐν τοῖς ἀφωρισμένοις τόποις, ἀχάλλοντας, ἀμηχανοῦντας, ἀδημονοῦντας, ἀλγοῦντας, ὀλοφυρομένους, τρυχομένους, κωκύοντας, δακνομένους, τιλλομένους, ἀλαλάζοντας, ἀράττομένους, μηδὲν λοιπὸν δυναμένους τὸν νῦν καιρὸν τῆς μετανοίας παρωσαμένους, τοῖς δεομένοις τὰ ἑαυτῶν, ἑαυτοῖς δὲ τὰ τοῦ Θεοῦ σπλάγχνα ἀποκλείσαντας. ἀνίλεως γὰρ ἡ κρίσις τῷ μὴ ποιήσαντι ἔλεος, φησὶν ἡ θεία φωνή· τοῖς δὲ καὶ σκότος ἐν ἐξωτέροις ἐλαιῶν τόποις ἡ τοῦ κριτοῦ ἀπόφασις γίνεται, τοὺς αἰτίους μαστιγοῦσα καὶ ἐξελαύνουσα· ὡς ἡ κατ' Αἴγυπτον ἱστορία παιδεύει· μιᾶς μὲν γινομένης τῆς θείας ἀποφάσεως, καταλλήλως δὲ τῇ προαιρέσει τῶν ἀκουόντων ἁρμοττομένης· Αἰγυπτίους μὲν ἐν τῷ Φαραὼ τιμωροῦσα, Ἰσραηλίτας δὲ τῷ Μωσεῖ διασώζουσα. τοῖς μὲν γὰρ φοινίξας τὸν Νεῖλον αἷμα ἀπέδειξε πρὸς τιμωρίαν δίψους, τοῖς δὲ ὕδωρ ἄικτον φύσιν ἐφύλαξε, τοῖς μὲν τὸ ἡμερινὸν φάος εἰς σκότος ψηλαφητὸν μετέστησε, τοῖς δὲ ἐπὶ τοῖς ὅροις τὸ φῶς διεφύλαξε· τοῖς μὲν τὸ Ἐρυθραῖον πέλαγος πρὸς διάβασιν διεχέρσωσε, τοῖς δὲ αὐτὸ ἐπισυνάψασα, οἴχεσθαι ὑποβρυχίους φθαρέντας κατέλιπε. παραπλησίως καὶ ἐπὶ τῆς Βαβυλωνίων καμίνου, μιᾶς ἐνεργούσης ἀποφάσεως, οἱ μὲν τρεῖς ἑβραῖοι παῖδες οἱονεὶ ἐν μέσῃ δρόσῳ τῇ φλογὶ διέσκαιρον ὑμνοῦντες, οἱ δὲ τῇ ὑποβολῇ τῆς ὕλης ὑποτρέφοντες καὶ ἐπὶ τεσσαράκοντα ἐννέα πήχεις κορυφοῦντες τὴν φλόγα, ὑπ' αὐτῆς θᾶττον μέχρι κόνεως κατεφλέχθησαν. ὁμοίως δὲ καὶ τὴν χέρσον ἴσμεν τῷ θείῳ πειθομένην προστάγματι, διαχυθεῖσαν τὸν Δαθὰν καὶ Ἀβειρὼν πρὸς τιμωρίαν ἐνυποδέξασθαι, τοὺς δ' ἀναιτίους φέρειν κατὰ φύσιν ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ, ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ καὶ ὥρᾳ. οὕτω δὲ καὶ τὸν δύστηνον Κάϊν, ταῖς ἀκοαῖς ἐμπεσοῦσα ἡ θεία ἀπόφασις, τιμωρεῖται λέγουσα, στένων καὶ τρέμων ἔσῃ ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ αὖθις ἡ πεῖρα τῷ λόγῳ ἐπηκολούθησε, τιμωροῦσα μὲν κλόνῳ ἀστάτῳ καὶ στεναγμῷ θρηνώδει ἐκ καρδίας καὶ ὀνύχων, ἀνασπῶσα τὸν πρῶτον ἐν κόσμῳ φονέα ἀδελφοκτόνον Κάϊν, οὐκ ἀναιροῦσα δὲ τοῦτον θανεῖν ἱμειρόμενον, καὶ βοῶντα, ἔσται πᾶς ὁ εὑρίσκων με ἀποκτενεῖ με· πρὸς ὃν τὸ θεῖον ἀποφαίνεται, οὐχ οὕ-

A ritatis, vel potius salutis & perditionis est officina. [a] *Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis*, & [b] *Lingua mea loquetur justitiam*, inquit divinorum auctor carminum: & idem rursus, [c] *Linguis suis dolose agebant*: & [d] *Lingua eorum sicut serpentis, venenum aspidum sub labiis eorum*. Assentitur & patri divinarum rerum peritus Salomon his verbis: [e] *Vita enim & mors in manu linguæ*: quasi pro manu sermonem, pro gladio dolum, homicidam in medium producat Deus, in eodem loco ac numero homicidam & dolosum ponit, quemadmodum & magni Davidis ore dixit, [f] *Virum sanguinum abominabitur Dominus*. Quem vero censet abominandum Deus, is plane supplicio mulctandus est. Quem- B admodum & ferrum abjectum, a rubigine exesum, & lignum aut vestis quæ abominanda sunt domino suo, a sordibus quibus scatent, absumuntur: aut, quemadmodum domus, quod inquilino sit destituta particulatim destruitur. Pari ratione mihi videtur & mortalis, qui abominationi est Deo ex aversione divina malis oppressus quibus inquinatus est, puniri, cum in eos sententia lata fuerit illa qui audient, [g] *Discedite a me maledicti in ignem æternum*, qui pro meritis eorum quæ admiserint peccatorum plectentur. Tum vero alios quidem tamquam in paleas incidens carbo perpurgat & exurit in perpetuum neque corrumpens, neque corrupta, propterea quod ex sepulcris nos incorruptibiles exsurgemus. Justi autem C in securitate ac requie, omni libertate donati permanent in perpetuum immortales. Qui vero se peccatis obstrinxerunt, dum suppliciis puniuntur æternis, nec corrumpuntur nec intereunt, sed in designatis locis super sortes permanent, mœrentes, in angustias redacti, tristes, dolentes, lamentantes, excruciati, lugentes, afflicti, ululantes, vexati, nihil deinceps agere valentes, qui præsens pœnitentiæ tempus rejecerunt, qui pauperibus facultates suas, sibi vero divinæ misericordiæ viscera occluserunt. [h] *Judicium enim sine misericordia illi, qui non fecerit misericordiam*, inquit divina vox: alios autem & tenebræ in exterioribus vexant locis, ex sententia quæ reos flagellat & exagitat, prout historia de Ægyptiis D nos edocet [i]: dum una quidem fertur a Deo sententia, sed ad propositum tamen ac meritum eorum qui audiunt accomodatur. Nam Ægyptios quidem in Pharaone castigat: Israelitas autem Moysi conservat incolumes: siquidem illis Nilum rubro colore perfusum in sanguinem vertit, ut siti punirentur: his vero integram aquæ naturam illibatamque servavit. Illis quidem lucem divinam in tenebras mutavit palpabiles, his vero intra limites suos lucem conservavit. Illis Erythræum mare ut transiri posset, in continentem convertit: his vero rursus coalescens illud objecit, ut in illud ingressi fluctibus immersi perierint. Pari ratione in fornace quoque Babylonica [k] cum una sententia operaretur, tres quidem He- E bræi pueri tamquam in medio rore in flamma tripudiabant, & hymnos canebant: at qui eam materia injecta fovebant, & ad altitudinem quadraginta novem cubitorum evehebant, confestim ab ipsa combusti atque in cineres sunt redacti. Eodem pacto scimus [l] terram divino parentem mandato diductam & hiantem Dathan & Abiron in pœnam absorptos excepisse; ceteros autem innoxios more solito eodem loco, eadem die atque eadem hora sustentasse. Sic & miserum Cain sententia divina in ejus insidens aures punivit dicens: [m] *Gemens ac tremens eris super terram*: & statim res ipsa verba sequuta est, eumque instabili tremore ac lugubri gemitu ex intimo corde atque unguibus ducto primum homicidam in mundo fratrisque percussorem punivit: nec tamen e medio sustulit, quamvis mo-

a Psal. XLIV. 2. *b* Psal. XXXIV. 32. *c* Psal. XIII. 3. *d* Psal. CXXXIX. 4. *e* Prov. XVIII. 21. *f* Psal. V. 7. *g* Matth. XXV. 41. *h* Jac. II. 13. *i* Exod. VII. 20. *k* Dan. III. 20. *l* Num. XXVI. 9. *m* Gen. IV. 12.

πως· σημεῖον γὰρ ἐθέμην ἐπὶ σοὶ, τοῦ μὴ ἀνελεῖν σε πάντα τὸν εὑρίσκοντα.

Δείσωμεν τοίνυν πῦρ κολαστήριον, καὶ σκώληκα, καὶ σκότος, μηδὲ τῶν ἁγίων φειδόμενον μολυνομένων τῷ βίῳ. φησὶ γὰρ διὰ τοῦ Ἰεζεκιὴλ ὁ Θεὸς, διέλθετε καὶ κόψατε, καὶ ἀπὸ τῶν ἁγίων μου ἄρξασθε. εἰ οὖν ὁ δίκαιος μόλις σώζεται, ὁ ἁμαρτωλὸς καὶ ἀσεβὴς ποῦ φανεῖται; φησὶν ὁ τῶν θείων σοφὸς Σολομὼν τῆς ἀμελείας διεγείρων ἡμᾶς. μὴ οὖν σφῶν ἀμελήσωμεν τῷ βαπτίσματι ἐπερειδόμενοι καὶ τῇ μετοχῇ τῶν θείων μυστηρίων, κουφοτέραν ἡμῖν οἰόμενοι τὴν κόλασιν ἐπάγεσθαι τότε. οὐ γάρ τι ὀνήσει ἡμᾶς ἐκεῖ, ἐνταῦθα ὑβριζόμενα καὶ ἀδεῶς παρ' ἀξίαν μετεχόμενα. ὁ γὰρ ἀναξίως ἐσθίων καὶ πίνων τῶν τοῦ Θεοῦ καὶ λόγου κραμμάτων, εἰς κρίμα ἑαυτῷ ἐσθίει, καὶ πίνει φησὶν ὁ ὑψηλὸς ἀπόστολος. καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς, περιτομὴ μὲν ὠφελεῖ ἐὰν νόμον πράσσῃς· εἰ δὲ νόμου παραβάτης ἦς, ἡ περιτομή σου ἀκροβυστία γέγονε, μὴ ἐπαξίως αὐτῆς βιώσαντι. καὶ πάλιν ὁ αὐτός· οὐχ οἱ ἀκροαταὶ τοῦ νόμου, ἀλλ' οἱ ποιηταὶ τοῦ νόμου δικαιωθήσονται παρὰ τοῦ Θεοῦ. πᾶσι δὲ τοῖς ὁπωστοῦν παιδείας μετειληφόσι δῆλον, ἀντίτυπον τῆς περιτομῆς ὑπάρχειν τὸ σωτήριον βάπτισμα· ὁμοίως δὲ καὶ ἀντὶ τοῦ νόμου, τὰ σεπτὰ εὐαγγέλια δεδόσθαι ἡμῖν τοῖς πιστοῖς. ἅπερ βεβαιῶν ὁ Κύριος ἐν εὐαγγελίοις, φησίν· ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐχὶ πάντες οἱ λέγοντές μοι Κύριε Κύριε εἰσελεύσονται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἀλλ' οἱ ποιοῦντες τὸ θέλημά μου. πολλοὶ γὰρ ἐροῦσί μοι ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, Κύριε, οὐχὶ τῷ ὀνόματί σου δαιμόνια ἐξεβάλομεν, καὶ νόσους ἐθεραπεύσαμεν; καὶ ἐρῶ αὐτοῖς, οὐκ οἶδα ὑμᾶς, πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ οἱ κατηραμένοι ἐργάται τῆς ἀνομίας, εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ.

Τοιούτους δὲ Χριστιανοὺς καὶ τὸ πλῆθος τῶν πιστῶν μοι δοκεῖ ὑπάρχειν, ἐν οἷς εἴη πάντως καὶ Ἰούδας ὁ ἀπόστολος, σημεῖα πεποιηκὼς καὶ ἀσθενοῦντας ἀκεσάμενος, πρὸ τοῦ ἐμπαροινῆσαι τῷ Θεῷ τῶν ὅλων Χριστῷ. ἀλλὰ καὶ Σίμων ὁ ὑπὸ Πέτρου καὶ Παύλου τυμπανισθεὶς, καὶ πλεῖστοι Γαλατῶν οἱ μετὰ τὸ σημεῖα καὶ τέρατα καὶ ἰάσεις ἐνεργῆσαι καὶ [προφητείας χαρισμάτων ἀξιωθῆναι, πάλιν ὑπὸ τὴν πλάνην ὑπονοστήσαντες καὶ τῇ πρώτῃ κακίᾳ συνθέμενοι. οἷς ἐπιστέλλων ὁ ὑψηλὸς τῆς ὑφ' ἡλίου καθηγητὴς, φησὶν, ὦ Γαλάται ἀνόητοι, τίς ὑμᾶς ἐβάσκανεν; καλῶς ἐτρέχετε, τίς ὑμᾶς ἐνέκοψε τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι; τοὺς τοιούτους, καθὼς προέφην, δοκεῖ μοι μηδὲν ὀνάσθαι τοῦ βαπτίσματος εἰ καὶ φήσοιεν Χριστῷ κρίνοντι, Κύριε, ἐν τῷ σῷ ὀνόματι δυνάμεις ἐποιήσαμεν καὶ δαιμόνια ἐξεβάλομεν, καὶ νοσοῦντας ἐθεραπεύσαμεν· οἷς τὴν πληκτικὴν καὶ δειμείαν καὶ κωκυτῶν πλήρη ἔδωκεν ἀπόφασιν Χριστὸς, ὁ τῷ ἐλέει αὐτοῦ πάντας ἡμᾶς ἐκείνης ἀπάγων, ὑπὸ τῶν ἀμώμων ἁγίων αὐτοῦ ὑπὲρ ἡμῶν ἐκλιπαρούμενος. ἀσεβεῖς γὰρ ἐν κρίσει οὐκ ἀναστήσονται, φησὶ Δαβὶδ ὁ τῶν θείων μελῳδός. συμφώνως δὲ τούτῳ ὁ ὑψηλὸς τῶν προφητῶν Ἡσαΐας, φησὶν, ἀρθήτω ὁ ἀσεβὴς, ἵνα μὴ ἴδῃ τὴν δόξαν Κυρίου. ἅπερ βεβαιῶν ὁ ἱερὸς Παῦλός, φησιν· ὅσοι γὰρ ἀνόμως ἥμαρτον, ἀνόμως καὶ ἀπολοῦνται, ἀλλὰ τὴν παντελῆ τοῦ Θεοῦ ἐγκατάλειψιν αὐτῶν καὶ ἀποστροφὴν, καὶ τὴν εἰς ἀπεράντους αἰῶνας τιμωρίαν· ταὐτὸ δὲ καὶ οἱ προφῆται δηλοῦσιν, οὐκ εἰς κρίσιν παραστήσεσθαι ἀνισταμένους ἀσεβεῖς, ἀλλ' εἰς κατάκρισιν αὖθις ἀπαχθήσεσθαι

A ri percuperet, & exclamaret: [a] *Et erit, omnis qui invenerit me, occidet me.* Cui respondens pronuntiavit Deus: *Non sic: etenim signum posui super te, ne occidat te omnis qui te invenerit.*

Timeamus igitur vindicem illum ignem tormentorum, & vermem, & tenebras, quæ ne sanctis quidem parcunt, quorum fuerit vita in sæculo contaminata. Sic enim per Ezechielem inquit Deus: [b] *Transite, & percutite, & a sanctis meis incipite.* [c] *Si ergo justus vix salvatur, impius & peccator ubi parebit?* inquit divinarum rerum peritus Salomon [d], ut ab incuria nos eximat. Ne igitur curam nostri objiciamus baptismo freti, nec propter sacrorum participationem mysteriorum leviori nos B supplicio tunc puniendos arbitremur. Nihil enim nobis illic ea proderunt, quæ heic contumeliose tractavimus, ac temere præter dignitatem participavimus. [e] *Qui enim manducat & bibit indigne, Dei Verbi potiones, in judicium sibi manducat & bibit*, inquit sublimis Apostolus; & idem rursus: [f] *Circumcisio quidem proderit, si legem observes: si autem prævaricator legis sis, circumcisio tua præputium facta est*, qui minime pro dignitate ipsius vixeris. Idemque rursus, [g] *Non auditores legis, sed factores legis a Deo justificabuntur.* Omnibus igitur, qui eruditione aliqua vel leviter tincti sint, manifestum est a circumcisione baptismum tamquam a figura fuisse adumbratum: ac legis loco veneranda nobis C fidelibus Evangelia tradita esse, quod confirmans in Evangeliis Dominus, ait: [h] *Amen dico vobis, non omnes qui dicunt mihi, Domine, Domine, intrabunt in regnum cælorum: sed qui faciunt voluntatem meam. Multi enim mihi dicent in illa die: Domine, nonne in nomine tuo dæmonia ejecimus, & morbos sanavimus? & dicam illis: Nescio vos; discedite a me maledicti operarii iniquitatis in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis ejus.*

Pares autem Christiani etiam plurimi fidelium mihi videntur esse, inter quos plane sit etiam Judas Apostolus, qui & signa fecit, & infirmos sana- D vit, prius quam adversus Christum universorum Deum furiose debaccharetur. Sed & Simon ille qui a Petro & Paullo pulsus fuit, & plurimi Galatarum, qui postquam signa & prodigia & sanationes edidissent, ac vaticinandi dona consequuti fuissent, rursus sub errorem sunt reversi, pristinæ improbitati adhærentes, quibus scribens eximius ille terræ totius subjectæ soli doctor inquit: [i] *O stulti Galatæ, quis vos fascinavit?* [k] *Currebatis bene, quis vos impedivit, ne crederetis veritati?* Tales, quemadmodum antea dixi, mihi videntur nihil ex baptismo utilitatis habituri, etiamsi Christo judici dicturi sint: *Domine, non tuo nomine prodigia fecimus, & dæmonia ejecimus, & infirmos sanavimus?* qui- E bus letale & terribile, & luctus plenum responsum jam dedit Christus, a quo per misericordiam suam nos omnes vindicet, per inculpatos sanctos suos pro nobis exoratus. [l] *Impii enim in judicio non resurgent*, inquit Davides divinorum carminum auctor. Cum hoc autem consentiens eximius inter vates Esaias inquit, [m] *Auferatur impius, ne videat gloriam Domini.* Quæ confirmans divus Paulus, ait: [n] *Quicumque absque lege peccaverunt, etiam absque lege peribunt*, videlicet penitus eos deserente Deo & aversante ipsos, & supplicio nullis sæculorum terminis finiendo afficiente. Idem & prophetæ indicant, ad judicium non sistendos resurgentes impios, sed ad condemnationem illico abducendos una

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

a Gen. IV. 14. *b* Ezech. IX. 6. *c* I. Pet. IV. 18. *d* Prov. XI. 31. *e* I. Cor. XI. 29. *f* Rom. II. 25. *g* Ibid. ℣. 13. *h* Matth. VII. 20-22. Luc. XIII. 27. *i* Gal. III. 1. *k* Gal. V. 7. *l* Psalm. I. 5. *m* Isa. XXVI. 10. sec. LXX. *n* Rom. II. 12.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



ἅμα τῷ ἡγεμόνι αὐτῶν διαβόλῳ. οὐδὲ γὰρ οἱ τήμερον νόμοι τὸν πρόδηλον φονέα, ἢ μοιχὸν τῆς εἱρκτῆς ἐκφωνήσαντες, μακρηγορίᾳ κρίνουσιν ἐν ὄψει τῆς φρικτῆς ὁμηγύρεως, ἐκείνην δι' ἐκείνου σωφρονίζοντες. ἑνὸς γὰρ μέλους τεμνομένου, ἢ καιομένου ἐν τῷ σώματι, τὸ ὅλον τῷ μέρει συγκραδαίνεται καὶ συναλγεῖ· καὶ ἑνὸς πολλάκις οἰκέτου αἰκιζομένου, πᾶσα τῶν οἰκετῶν ἡ φάλαγξ πτήσσουσα διόρθωσιν κατὰ διάνοιαν ὑπισχνεῖται, καὶ μὴ ψαύειν τῶν ἀπηγορευμένων· δι' ὧν ἐκεῖνος τοῖς ἀλγεινοῖς περιερρώγει θεηλάτῳ ὀργῇ ἐπὶ τὴν δίκην ἑλκόμενος. τοῦτό μοι νόει οἰκονομεῖσθαι παρὰ Θεῷ ἐν μυριάνδρῳ πόλει, μιᾶς τιμωρουμένης οἰκίας, τῶν ἡμαρτημένων τὴν δίκην ἐνταῦθα ὑπέχουσαν, πρὸς νῆψιν καὶ διόρθωσιν τῶν λοιπῶν συνασεϊτῶν καὶ πασῶν πόλεων. ἀσεβῶν γὰρ καταπιπτόντων, δίκαιοι ἔμφοβοι γίνονται, φησὶν ὁ τῶν θείων σοφὸς Σολομών.

Καὶ ὅτι οὐδὲν ὀνήσει ἐπὶ τῆς ἀκλινοῦς καὶ ἀδεκάστου κρίσεως τὸ ἅγιον βάπτισμα, τοὺς ἐνταῦθα αὐτὸ πολιτείᾳ κακίστῃ καθυβρίζοντας, καὶ ἀναξίως τῆς ἐπωνυμίας Χριστοῦ διάγοντας, ἐκ τοῦ ὑψηλοῦ ἀποστόλου, λαμπροτέρως τῶν ῥηθέντων νῦν παιδευόμεθα, διαῤῥήδην βοῶντος· ἀθετήσας τις νόμον Μωσέως, ἐπὶ δυσὶν ἢ τρισὶ μάρτυσι χωρὶς οἰκτιρμῶν ἀποθνήσκει. πόσῳ μᾶλλον χείρονος ἀξιωθήσεται τιμωρίας ὁ τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ καταπατήσας, καὶ τὸ αἷμα τῆς διαθήκης κοινὸν ἡγησάμενος; καταπατεῖ δὲ τοῦ Θεοῦ παῖδα λόγον Θεὸν, ὁ τὰ μυστικὰ αὐτοῦ κράματα ἀδεῶς χερσὶ πλεονεκτούσαις καὶ κατὰ τοῦ πέλας ἐπαιρομέναις δεχόμενος, ἴσα κοινῷ ἄρτῳ καὶ οἴνῳ τιθέμενος ἃ ἐν τοῖς πιστοῖς διανοίας ὄμμασιν ἐνθεωρεῖται Θεός. ζῶν γὰρ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ καὶ ἐνεργὴς καὶ τομώτερος ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον, καὶ διϊκνούμενος μέχρι μερισμοῦ ψυχῆς καὶ σώματος, ἁρμῶν τε καὶ μυελῶν, καὶ διακριτικὸς ἐνθυμήσεων καὶ ἐννοιῶν· καθὼς αὐτὸς διὰ Παύλου φησίν. οὐθετέρου γὰρ ἐξεκρούσθη· τοῦ μὲν καθηλουμένου, τοῦ δὲ ῥέοντος. οὐδ' αὖ πάλιν δαπανᾶται, κατὰ τὸν ἀέρα ὑπὸ πάντων μετεχόμενος, καὶ μένων ὁ αὐτὸς ἀμείωτος Θεός. τὰ δὲ Παύλου ἐπισφραγίζων, καὶ ἴσα τῶν ἀπίστων δεικνὺς τιμωρήσασθαι τοὺς κλήσει μὲν Χριστιανοὺς, ἔργῳ δὲ πονηροὺς, καὶ παροινίᾳ τῆς σφῶν ἀμελούντων σωτηρίας, ἐν εὐαγγελίοις φησίν· ἐὰν δὲ εἴπῃ ἐν ἑαυτῷ ὁ δοῦλος ἐκεῖνος, χρονίζει ὁ Κύριός μου τοῦ ἐλθεῖν, καὶ ἄρξεται τύπτειν τοὺς συνδούλους, ἐσθίειν τε καὶ πίνειν μετὰ τῶν συνδούλων μεθυόντων· ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἥξει Κύριος τοῦ δούλου ἐκείνου, ἐν ἡμέρᾳ ᾗ οὐ προσδοκᾷ, καὶ ἐν ὥρᾳ ᾗ οὐ γινώσκει, καὶ διχοτομήσει αὐτὸν καὶ θήσει τὸ μέρος αὐτοῦ μετὰ τῶν ἀπίστων. διχοτομεῖσθαι τὸν οἰκέτην μὴ σωματικῶς νοήσωμεν (ἀμαθίας γὰρ τοῦτο καὶ γέλωτος) ἀλλὰ τῇ ἀφαιρέσει τῶν πνευματικῶν χαρισμάτων καὶ τοῦ βαπτίσματος, καὶ τῆς πρὸς αὐτὸν παῤῥησίας, διχοτομεῖσθαι ὑπὸ τοῦ Κυρίου τοὺς κριθησομένους ἡμᾶς νοήσωμεν. οὐ γὰρ οἷόν τε τοὺς Χριστῷ συνθεμένους καὶ οἷον στρατιώτας κατασημανθέντας τῇ ἐκείνου σφραγῖδι, καὶ τῇ ζώνῃ τῆς αὐτοῦ στρατιᾶς διειλημμένους τιμωρεῖσθαι, μὴ πρότερον ἐκείνων ἀποῤῥαγέντας, καθὼς καὶ οἱ τήμερον νόμοι παιδεύουσι τοὺς αἰτίους τῶν στρατιωτῶν μὴ πρότερον τιμωρεῖσθαι, πρὶν τῆς ζώνης ἀποῤῥαγῆναι, τῆς συμβόλου τῆς στρατιᾶς, καὶ τῇ ἐκείνης ἀφαιρέσει ἴσα τῶν ἰδιωτῶν καταξαίνεσθαι τῷ δημίῳ. ἐναργεστέρᾳ δ' εἰκόνι χρησάμενος παραστήσω τὴν θείαν διχοτομίαν. οἱ γὰρ τὸν ὑψηλὸν τοῦ Χριστοῦ διέποντες θρόνον ἀρχιερεῖς, τοῦ θιάσου ἐν ὀλίσθῳ τινὸς τῶν ἱερωμένων γενομένου, οὐ πρότερον αὐτὸν τὰς δίκας διδόασι, πρὶν τῆς θείας ἀποῤῥῆξαι τελετῆς, τὰ ἐκείνης ἀφαιρούμενοι σύμβολα·

A cum principe suo diabolo. Neque enim hujus etiam vitæ leges manifestum homicidam vel adulterum, postquam ex carcere arcessitus est, longa oratione damnant in conspectu formidabilis cœtus, quem ejus exemplo castigant. Quum enim unum membrum resecatur, aut uritur in corpore, totum cum parte concutitur & condolet. Et aliquoties uno cæso flagris famulo, tota famulorum cohors extimescens, emendationem sibi pollicetur in animo, & quod tangere nolit res interdictas, propter quas ille tam tristibus flagris undique conscissus sit, divinitus immissa ira ad judicium pertractus. Tale quid scias geri a Deo in populosa civitate, quum una familia supplicio afficitur, quæ delictorum pœnam luit, ad B castigationem & correctionem ceterorum civium, & civitatum omnium. *Impiis enim cadentibus, timor incutitur justis*, inquit divinarum rerum peritus ille Salomo.

Quod autem nihil in inevitabili & incorrupto illo judicio profuturum sit sacrum baptisma iis, qui heic illud per pessimam vivendi rationem contumelia affecerunt, & indigne cognomine Christi vixerunt, de eximio Apostolo dilucidius, quam ex iis quæ dicta sunt hactenus, discimus, diserte clamante: [a] *Qui aspernatus fuerit legem Mosis, per duos tresve testes convictus absque ulla misericordia moritur: multo magis pejore dignus habebitur supplicio, qui filium Dei conculcaverit, & sanguinem testa-* C *menti ceu rem profanam babuerit*. Conculcat autem Dei filium & Verbum Dei, qui mystica ejus pocula intrepide manibus rapacibus & adversus proximum elevatis sumit, veluti communem panem & vinum reputans, quæ in fidelibus mentis oculis sunt ipse Deus. [b] *Vivus enim est sermo Dei, & efficax, & penetrantior quovis gladio utrimque incidente, & pertingens usque ad divisionem animæ & corporis, compagumque & medullarum, & discretor cogitationum & mentis conceptorum*, quemadmodum ipse per Pallum inquit. Nam neutro modo perit, etiamsi partim clavis configatur, partim fluat. Nec item absumitur, quum perinde ut aer ab omnibus percipiatur, & nihilominus maneat Deus idem, haud D imminutus. Verba autem Paulli Dominus obsignans, & pari cum incredulis supplicio afficiendos ostendens, qui nomine quidem Christiani, re vero mali sunt, & per temulentiam negligunt salutem suam, inquit in Evangelio: [c] *Si dixerit in corde suo servus ille, Cunctatur dominus meus venire, simulque cœperit percutere conservos, & edere atque bibere cum conservis ebriis: Amen dico vobis, veniet dominus servi illius die quo non exspectat, & hora qua ignorat, & dissecabit eum, & ponet partem ipsius cum incredulis*. Dissecari servum non corporaliter intelligamus, (nam imperitum hoc foret, ac ridiculum) sed per spoliationem spiritualium donorum & baptismatis, & erga ipsum libertatis, dissecari a E Domino damnandos intelligamus. Non enim fieri potest, ut qui Christo adhærent, ac veluti milites illius obsignati signaculo sunt & zona militiæ ipsius cincti, puniantur, nisi prius illis spoliati sint. Quemadmodum & præsentes hodie leges docent, reos milites non prius affici debere supplicio, quam illis zona sit ademta: quo significatur, symbolo militiæ ipsis ablato, more privatorum a carnifice puniri posse. Evidentiore vero similitudine utens, quid hæc divina dissectio sit, ostendam. Nam qui sublime solium Christi administrant pontifices, si in aliquo lapsu sit consecratorum quispiam in ipsorum cœtu, non prius ipsum pœnis subjiciunt, quam divinis a sacris eum removerint, & illorum privatus

a Heb. x. 28. 29. b Heb. iv. 12. c Luc. xii. 45. 46.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



A καὶ οὕτως καθαιρεθέντα ἕνα τῶν λαϊκῶν ἡγεῖσθαι. δι' ὧν τῆς ἀφαιρέσεως δηλοῦται ἡ ῥηθεῖσα διχοτομία, καὶ τῇ συγκαταλέξει τοῦ ἀγελαίου ἡ μετὰ τῶν ἀπίστων μερίς. ὅπερ καὶ Δαβὶδ ὁ τῶν θείων μελῳδὸς προηνίξατο, διαμαρτυρόμενος οὕτως, εὔξασθε καὶ ἀπόδοτε Κυρίῳ [1] τῷ Θεῷ ὑμῶν· πάντες οἱ κύκλῳ αὐτοῦ οἴσουσι δῶρα, τῷ φοβερῷ καὶ ἀφαιρουμένῳ πνεύματα ἀρχόντων.

Μηδεὶς δὲ οἰέσθω περὶ ψυχῶν ἀφαιρέσεως ἔχειν τὴν μελῳδίαν (οὐκ ἀρχόντων γὰρ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀρχομένων καὶ δεσποτῶν καὶ οἰκετῶν, πάντως αὐτὸς ἐντίθησι καὶ ἀφαιρεῖται τὰ ψυχικὰ πνεύματα·) ἀλλὰ πάντως περὶ τῶν ψυχικῶν, μᾶλλον καὶ πνευματικῶν χαρισμάτων καὶ τοῦ βαπτίσματος. ἄρχοντες δέ B μοι δοκοῦσι καὶ κύριοι τῶν ἀπίστων οἱ πιστοὶ, παρὰ τοῦ ἐν ἀρχῇ λόγου Θεοῦ τὸ ἄρχειν κατ' αὐτῶν καὶ δαιμόνων [2]. οὐδὲν γὰρ οὗτοι ἐκείνων διοίσουσιν, ὁμογνώμως Θεῷ ἀντικείμενοι καὶ Χριστιανοῖς πολεμοῦντες. οἷς τὸ ἄρχειν καὶ πατεῖν αὐτοὺς ὁ θεόφορος Δαβὶδ προεπευχόμενος ἀξιοῖ τὸ θεῖον οὕτως· καταστήσεις αὐτοὺς ἄρχοντας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. μνησθήσομαι τοῦ ὀνόματός σου ἐν πάσῃ γενεᾷ καὶ γενεᾷ. ἐπακούσας δὲ τοῦ προφήτου ὁ Θεὸς καὶ λόγος, ἐξ ἐκείνων ἀνδρωθεὶς καὶ ἐκείνων κόσμῳ ἐπεφοίτησε· καὶ δημηγορῶν ἐν εὐαγγελίοις φησὶ πρὸς ἡμᾶς, θαρσεῖτε, ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον, καὶ ἰδοὺ, δέδωκα ὑμῖν ἐξουσίαν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ· ἥτις ὑπάρ- C χει πᾶσα [3] αἵρεσις. ἐν πάσῃ δὲ γενεᾷ καὶ γενεᾷ μνημονεύομεν τοῦ ὀνόματος Χριστοῦ ἄρχοντες τῶν ἐναντίων καὶ κύριοι· ὑπ' ἐκείνου καταστάντες διὰ τοῦ βαπτίσματος, καὶ τοῦ ἐν αὐτῷ δοθέντος ἡμῖν ἁγίου πνεύματος· ἅπερ ἐναρέτως βιοῦντες γεραίρειν σπουδάσωμεν, μηδένα σπῖλον ἢ μῶμον αὐτοῖς ἐξ ἀκαθάρτου πολιτείας προστρίβοντες, μήποτε κρίνων Ἰησοῦς διχοτομήσῃ ἡμᾶς, καὶ μετὰ τῶν ἀρχομένων ἀπίστων συναπολέσῃ, εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, ἀπορρήξας τοῦ πνευματικοῦ χαρίσματος καὶ βαπτίσματος. οὐχ ὥς [4] τινι δὲ τῶν μυθολόγων ἔδοξεν, ἀκοὰς μὲν θέλγοντι, ψυχὰς δὲ οὐ τρέφοντι, πέρας ἕξει ἡ τῶν ἁμαρτωλῶν τιμωρία ἐκ τοῦ αἰώνιον μόνον φῆσαι τὸν Κύριον τὸ κολαστήριον πῦρ, καὶ οὐκ αἰώνιον αἰώνων. D οὐκ ἐπειδὴ γὰρ ὁ προφήτης φησὶν, εἰς τὸν αἰῶνα Κύριε ὁ λόγος σου διαμένει ἐν τῷ οὐρανῷ, παρὰ τοῦτο μέχρι τινὸς τὸν Θεὸν καὶ λόγον ἐν τῷ οὐρανῷ ὑπάρχειν νοήσωμεν, μετὰ δὲ τὸν αἰῶνα ἐκφοιτᾷν τῶν οὐρανῶν. καὶ πάλιν ὁ αὐτός φησι, καὶ ἡ ἀλήθεια Κυρίου μένει εἰς τὸν αἰῶνα. ἆρ' οὖν μετά τινα χρονικὴν πάροδον οὐκ ἔσται ἀληθινὸς ὁ Κύριος, κατὰ τὴν παροινίαν τοῦ τῆς ὀργῆς ἐπωνύμου; αὐτὸς δ' ἐν εὐαγγελίοις ὁ κριτὴς φησὶ τοῖς θείοις αὐτοῦ ἀποστόλοις, καὶ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμὶ, ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος. ἆρ' οὖν ἕως χρόνου συνέσεσθαι αὐτὸν τοῖς ἁγίοις ὑπονοήσωμεν, ἢ μᾶλλον ἀϊδίως καὶ ἀπεράντως; πῶς δὲ οὐκ ἐσχάτης ὑπάρχει φρενιτείας, πέρας τοῦ αἰῶνος ὑποτίθεσθαι, καὶ μέχρις ἐκείνου τι- E μωρηθέντα τὸν διάβολον ἅμα τῶν προαπελασθέντων μοχθηρῶν ἀνθρώπων, ἐλευθεροῦσθαι τῶν ἀλγεινῶν μηκέτι κολαζομένους; τὸ ἐξ ἀντιθέτου γὰρ πάντως δικαίοις συμβήσεται, μέχρι τινὸς αἰῶνος μακαρίως βιώσασι, καὶ ἐν ἀδείᾳ πάλιν θνήσκειν ἤ τι ὑπομένειν, περαιουμένου τοῦ κατ' αὐτοὺς αἰῶνος. τοὺς

A sit symbolis. Eo pacto spoliatum pro uno ex laicis habent. Per quam ademtionem indicatur dissectio de qua dictum est, & per connumerationem ejus cum gregariis & vilibus, portio cum incredulis declaratur. Id quod & Davides carminum ille divinorum auctor longe ante innuit, ita testificans: [a] *Vota facite, & reddite Domino Deo vestro: omnes in circuitu ejus dona adferant terribili & auferenti spiritus magnatum.*

Merito & ego ex te quæsierim, contentiosissime, quid levius & facilius, cælum ex aquis firmasse, terram super abyssum fundasse, & infinitam aquam in unam congregationem coegisse, ratione conveniente unum quodlibet exornasse, astris quidem illustrasse cælum, plantis autem variegasse terram, aquatilibus scaturire fecisse mare: an pellem connectere & contegere nudum? fingere animal, aut vestire? mare instar terræ permeabile fecisse præcepto, & sexcenta virorum millia cum mulieribus, & liberis siccis pedibus traduxisse: aut tunicis præcepto contexisse indigos? rupisse saxum, & aquæ fontem produxisse? resecasse Jordanis amnem, populumque perduxisse, aut nudos operuisse? pulverem nervis firmasse & animasse, an ex pulvere factum rationis particeps animal vestivisse?

Πεῦσις ρνγ΄.

Εἶπε οὖν ἡμῖν τίς ὁ θύσας, καὶ τί τὸ θυθὲν ζῶον, ἐξ οὗ τὰ δέρματα, καὶ τίς ὁ ῥάψας αὐτόν; εἰ γὰρ περὶ τούτων ἀποδῷς τὸν λόγον, ἀνάγκη ἡμᾶς μηκέτι τοῖς παρὰ σοῦ λεγομένοις ἐνδοιάζειν.

INTERROGATIO CLIII.

Ostende igitur nobis quæso, quis fuerit ille qui mactavit, & quodnam mactatum animal, unde pelles fuerunt, & quis ille qui eas consuerit? Nam si E de his rationem reddideris, necessarium erit nos non amplius de tuis dictis ambigere.

Ἀπόκρισις.

Δείξατε οὖν καὶ ὑμεῖς τὸν δαιτυμόνα, καὶ τὰ θυθέντα ζῶα, καὶ τίς ὁ ἀριθμὸς αὐτῶν· ἐξ ὧν ὁ διαβόητος πεφοίνικται Νεῖλος, καὶ ἀθρόως τὸ τοιοῦτον ῥεῦμα εἰς αἷμα μετέστη, διὰ Θεοῦ τῷ Μωσῇ πειθόμενον; ποῦ τὰ κρέα τῆς ἀπείρου κτηνοσφαγίας, δι' ὧν εἰς αἷμα τὸ ναυσιπόρον μετέβη ῥεῖθρον; πῶς δὲ καὶ ὁ ἅγιος καὶ αὐθυπόστατος, ζῶν Θεὸς, καὶ λόγος σαρκοφορῶν, καὶ ἐκ τοῦ ὑπὲρ ἡμῶν τάφου ἀνι-

RESPONSIO.

Ostendite igitur & vos convivii structorem, & animalia mactata, & quis eorum numerus quibus celebris ille rubefactus est Nilus, & confestim tantum flumen in sanguinem mutatum, per Deum Mosi obediens: ubi præterea carnes tam immensæ mactationis pecorum, per quæ in sanguinem navigabilis transformatus est amnis? Quomodo item sanctus & per se subsistens vivus Deus, ac Verbum carnem ge-

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

στάμενος, ἐν αὐτῷ καταλείψας τὰ ἄμφια, οὐ γυμνὸς ὤφθη; τίς ὁ παρασχόμενος, τίς ὁ ῥάψας, τίς ὁ περιβαλὼν τὸν περίβολον τοῦ παντός; εἰ δὲ ταῦτα τῷ θείῳ αὐτοῦ παρυπέστη βουλήματι, πεισθῶμεν καὶ τοὺς προπάτορας ἡμῶν τούτῳ περιβληθῆναι τὰς δέῤῥεις· οὐ γὰρ κατὰ τὸν εἰκαιολέσχην τὰ σώματα ἡμῶν αἱ δέῤῥεις ὑπάρχουσιν, ἃς μετὰ τὸ ἔδεσθαι τῶν ἀπηγορευμένων αἱ ψυχαὶ περιέθεντο· πρὸ γὰρ τῆς βρώσεως καὶ τῆς παραβάσεως, ἡ πλάσις τῶν σωμάτων ἀναγέγραπται, ἀλλὰ τὴν πλευρὰν εἰς γυναῖκα ὁ Ἀδὰμ πρὸ τῆς παραβάσεως ἀφῃρέθη· ἐπὶ δὲ ἀσωμάτου πλευρὰν ἀπεικὸς οἴεσθαι. τίς δ' αὐτοῖς καὶ ἀνάγκη φῦλλα συκῆς περιβεβλῆσθαι, εἰ ὑπῆρχον ἀσώματοι;

A stans, & pro nobis ex monumento resurgens, in ipso relictis indumentis, non est nudus conspectus? Quis est qui præbeat, qui consuat, quis est qui cooperiat cooperientem universa? Quod si illa per divinam ejus affuerunt voluntatem, credamus etiam primos parentes nostros per hanc amictos esse pellibus. Non enim secundum illius vaniloqui opinionem, corpora nostra eæ pelles sunt, quibus postquam de vetitis comederant, animæ circumdatæ sunt. Nam ante esum & transgressionem formatio corporum descripta est, sed & costa in mulierem Adamo facta ante transgressionem ablata est: quum in experte corporis costam statuere absurdum sit. Quæ item necessitas ipsos coegit foliis fici contegi, si erant B incorporei?

Πεῦσις ρνδ'.

Ἐκ τοῦ μεγάλου Δαβὶδ μανθάνομεν, τὰς ψυχὰς προγενεστέρας ὑπάρχειν τῶν σωμάτων. λέγει γὰρ πρὸς Θεὸν, αἱ χεῖρές σου ἐποίησάν με (τὴν ψυχὴν λέγων) καὶ ἔπλασάν με (τὸ σῶμα δηλονότι.)

INTERROGATIO CLIV.

Ex magno Davide discimus, animas ante corpora esse. Inquit enim ad Deum, [a] *Manus tuæ fecerunt me*, (animam intelligens) *& formaverunt me*, corpus videlicet.)

Ἀπόκρισις.

Οὐχ ἥττων τοῦ Δαβὶδ ὁ μέγας Ἰὼβ ἐν δικαιοσύνῃ, οὐδ' ἐν περιβολῇ δυνάμεως· βασιλεὺς γὰρ καὶ οὗτος διαθρύλλητος, καὶ ἴσα τῷ Θεῷ περὶ δικαιοσύνης καὶ ἀληθείας ὑπὸ Θεοῦ μαρτυρούμενος. φησὶ δὲ τῷ Θεῷ, αἱ χεῖρές σου ἐποίησάν με· καὶ πάλιν, Μνήσθητι ὅτι πηλόν με ἔπλασας. ἆρ' οὖν παρὰ τοῦτο τῆς πλάσεως προταγείσης, ἐροῦμεν προϋπάρχειν τῆς ψυχῆς τὸ σῶμα; ἢ αὖ πάλιν, τῆς πλάσεως παρ' αὐτοῦ ῥηθείσης, τῆς δὲ ποιήσεως οὐ προστεθείσης, ἄψυχον παρὰ τοῦτο ἐροῦμεν αὐτὸν, ἑτέρως τι; ἐπεί φησι Μωσῆς ὁ θεῖος συγγραφεὺς τῆς κτίσεως, καὶ λαβὼν ὁ Θεὸς χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς, ἔπλασε τὸν ἄνθρωπον· καὶ οὐκ ἐπήγαγεν, ὅτι αὐθωρὶ καὶ ἐν ἀτόμῳ ὅλον αὐτὸν ἀπήρτισε· προϋπάρχειν μὲν τὴν κορυφὴν, δευτερεύειν δὲ τὰς ὄψεις, τριτεύειν δὲ τὸν αὐχένα, καὶ μεθυπάρχειν τὰ σφυρὰ καὶ τὰς βάσεις, παρὰ τοῦτο νοήσωμεν; ἄπαγε τῆς φλυαρίας· πόθεν γὰρ εἰσόμεθα, ὅτι οὐκ ἀπὸ τῶν πελμάτων, ἢ τῆς γλώττης ἤρξατο ἡμῶν τῆς δημιουργίας ὁ ἀριστότεχνος καὶ πάνσοφος Θεός;

RESPONSIO.

Non minor erat Davide magnus ille Jobus in justitia, neque minore septus potentia. Celebris enim & hic rex fuit, & par ei cum Davide justitiæ veritatisque testimonium a Deo perhibitum est. At C hic ait ad Deum: [b] *Manus tuæ fecerunt me*. Et rursus: [c] *Memento quod lutum me formasti*. Num igitur propterea quod priore loco ponitur formatio, dicemus ante animam corpus esse? aut formationis ab ipso mentione facta, & factura non addita, ideo ipsum inanimum dicemus, vel aliter? Quandoquidem inquit Moses divinus ille creationis descriptor, quod accepto Deus pulvere terræ formaverit hominem, & non addidit quod eadem hora & momento ipsum perfecerit: num idcirco prius quidem exstitisse verticem, loco secundo autem oculos, tertio collum, & postremo tandem talos & pedes putabimus? Apagesis cum ejusmodi delirio. Unde enim sciemus, quod non a plantis aut lingua orsus sit D nostram creationem optimus & sapientissimus artifex Deus?

Πεῦσις ρνε'.

Ἐν τίνι σοι δοκεῖ τὸ κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἔχειν ὁ ἄνθρωπος; ἐν τῇ ψυχῇ ὡς πνεῦμα οὔσῃ, καὶ ἀοράτῳ, ἢ ἐν τῷ σώματι πολυπλασίῳ;

INTERROGATIO CLV.

Qua in te tibi videtur homo esse factus ad imaginem Dei? Num in anima, tamquam spiritu & re inadspectabili, an in corpore multiplex est?

Ἀπόκρισις.

Ἐν οὐδετέρῳ, πλὴν ἐν τῷ ἀθανάτῳ τῆς ψυχῆς, καὶ ἐν τῷ πάντων ἄρχειν αὐτόν· οὐδ' ἐν τούτοις μέντοι σώζει τὴν ἀκριβῆ πρὸς τὸ θεῖον ἰσότητα καὶ ὁμοίωσιν· ἄμφω γὰρ κτιστὰ, ἥτε ψυχὴ καὶ τὸ σῶμα, καὶ σύνθετα τῇ πρὸς ἄλληλα συναφείᾳ καὶ κοινωνίᾳ· συνθέσει δὲ πάντως ἕπεται διάστασις, καὶ διαίρεσις· τὸ δὲ θεῖον ἀσύνθετον ὑπάρχει καὶ ἀδιαίρετον, καὶ ἀσχημάτιστον, αὐτὸ ἐφ' ἑαυτοῦ μένον, καὶ ἀεὶ ὡσαύτως ἔχον. οὐδ' αὖ πάλιν ἐν τῷ ἀρχικῷ σώζει πρὸς τὸ ἀρχέτυπον τῆς εἰκόνος τὴν ὁμοίωσιν. οὐ γὰρ ἰσοκλεὴς τῷ ἐγχειροῦντι ὁ κομιζόμενος. ὁ μὲν γὰρ παρέχων, ἀπροσδεὴς ὑπάρχει πάντως οὗ παρέσχεν· ὁ δὲ ὑποδεξάμενος ἐνδεὴς ὑπάρχει παντὸς τοῦ δοθέντος. καὶ ὁ μὲν παρὰ Θεοῦ τῶν συνδούλων ἄρχειν ἐτάγη· ὁ δὲ Θεὸς παρ' οὐδενὸς, αὐτοκράτωρ τε καὶ παντοκράτωρ ὑπάρχων.

RESPONSIO.

In neutro, præterquam in animæ immortalitate. Et in eo, quod omnibus dominatur. Neque tamen in his etiam servat exactam ad Deum qualitatem E & similitudinem: utraque enim creata sunt, tam anima quam corpus, & composita mutua copulatione & communione. Compositionem autem prorsus sequitur separatio atque divisio. Deus autem incompositus est & indivisibilis, & nulla expressus forma, ipse per se ipsum manens, & semper eodem modo adfectus. Neque item in dominatu servat ad archetypum imaginis similitudinem. Non enim ejusdem honoris est cum datore is qui accipit. Nam qui præbet, omnino non indigus est ejus quod dedit. Qui autem recipit, indigus ejus est quod datum est. Et hic quidem a Deo conservis dominari jussus est: Deus autem a nemine, quum ipse per se sit propriæ potestatis Dominus, & omnipotens.

a Psalm. CXVIII. 73. b Job x. 8. c Ibid. ℣. 9.

Πεῦσις ρνϛ'.

Ἀλλ' ἕκαστον καθ' ἑαυτὸ σκόπησον, τὴν τε ψυχὴν ἰδίως, καὶ σῶμα ἑτέρως· καὶ ἀπόδος ἡμῖν ἐν ᾧ δοκεῖς τὸ κατ' εἰκόνα Θεοῦ.

Ἀπόκρισις.

Οὐδέτερον τοῦ ἑτέρου διακριθὲν ὑπάρχει βροτὸς, ἡ μὲν γὰρ πνεῦμα, οὐκ ἄνθρωπος· ἡ δὲ πηλὸς, ἄλογος καὶ ἀναίσθητος· ἐξ ἀμφοῖν δὲ εἷς ἀποτελεῖται βροτός· καὶ ἡ μὲν ἀλλοιώσει καὶ τροπαῖς ὑπόκειται, τὰ μὲν ἐπιλανθανομένη, τὰ δὲ μνημονεύουσα, ἐν ἀφθονίᾳ πραγμάτων γαννυμένη, καὶ βλοσυρὸς ὑπάρχουσα, ποτνιωμένη δὲ καὶ σκυθρωπὸς ἐν ἐνδείᾳ, πῆ μὲν σεμνὰ, πῆ δὲ ἀκόλαστα λογιζομένη, νῦν μὲν δίκαια, νῦν δὲ ἄδικα προαιρουμένη, νῦν μὲν φιλάνθρωπος, νῦν δὲ ἀπάνθρωπος γινομένη, ἐν ἀκαρεῖ ὀργιζομένη, καὶ ἐν ἀτόμῳ ἡμερουμένη, μερισμοῖς καὶ μεταβολαῖς ὑπείκουσα, καθώς φησιν ὁ ὑψηλὸς ἀπόστολος, διαῤῥήδην βοῶν· Ζῶν γὰρ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ καὶ ἐνεργὴς, καὶ τομώτερος ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον, καὶ διϊκνούμενος ἄχρι μερισμοῦ ψυχῆς καὶ πνεύματος, καὶ διακριτικὸς ἐνθυμήσεων καὶ διανοιῶν. πῶς οὖν οἷά τε εἰκὼν ὑπάρχει, τοῦ ἀναλλοιώτου Θεοῦ μερισμοῖς ὑποπίπτουσα, καὶ διακρινομένη τὰς ἐνθυμήσεις καὶ ἐννοίας, οὐ μόνον ὑπὸ Θεοῦ, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τῶν αὐτοῦ προφητῶν πολλάκις τὰ διὰ βάθους ἐλεγχομένη; Θεοῦ δὲ τὴν βουλὴν ἢ ἐνθύμησιν τίς καταλήψεται; τοῦ ἱεροῦ ἀποστόλου βοῶντος, τίς ἔγνω νοῦν Κυρίου; ἢ τίς σύμβουλος αὐτοῦ ἐγένετο; εἰ οὖν τὸ κυριώτερον τοῦ ἀνθρωπίνου συγκράματος ἡ ψυχὴ ἀπελείφθη τῆς θείας εἰκόνος καὶ ὁμοιότητος, πόσῳ μᾶλλον ἐκείνης πόῤῥω φανήσεται ἡ τοῦ σώματος παραβολή; τὸ μὲν γὰρ οἷον ὑπάρχει ἄφθαρτον, τὸ δὲ σῶμα φθαρτόν· τὸ μὲν ἀμέγεθες καὶ ἄποσον, τὸ δὲ βραχὺ καὶ περιληπτόν· τὸ μὲν ἀκατάληπτον καὶ ἀφῇ, καὶ τὸ δὲ ἁπτὸν καὶ ῥοῶδες· τὸ μὲν ἀσώματον καὶ ἄϋλον, παντὸς ὕψους μετέωρον, καὶ ὑπέρτερον, τὸ δὲ βραχὺ καὶ ὑλικὸν, γεωπετὲς καὶ χθαμαλὸν, περὶ τὰ κάτω καλινδούμενον· τὸ μὲν οὐκ αὔξει, οὐ λήγει, οὐχ ὑφίεται, οὐ μειοῦται· μὴ τοίνυν ἔσο τοῖς κάτω πεπεισμένος, μηδὲ μελογράφου τὸ θεῖον, ἐπαΐων Θεοῦ φάσκοντος, ὅτι ἀρῶ εἰς τὸν οὐρανὸν τὴν χεῖρά μου, καὶ ὀμοῦμαι τῇ δεξιᾷ μου, καὶ ἐρῶ· καὶ πάλιν, ὁ οὐρανός μοι θρόνος, ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου· καὶ πάλιν τοῦ προφήτου λέγοντος, ὁ μετρήσας τὸν οὐρανὸν σπιθαμῇ, καὶ τὴν γῆν δρακί· καὶ ἐπέρωθι, ὅτι δακτύλῳ χαράξας πλάκας λιθίνους τῷ θεόπτῃ Μωσῇ ἐνεχείρισε. μηδ' ὅ, τι φησὶ Δαβὶδ ὁ τῶν θείων μελῳδός· Κλῖνον Κύριε τὸ οὖς σου, καὶ ἐπάκουσόν μου, καὶ ἐπίβλεψον ἐπ' ἐμὲ, καὶ ἐλέησόν με, παρὰ τοῦτο σχηματίσῃς τὸ θεῖον, μέλεσιν αὐτὸ καὶ ὀργάνῳ διαγράφων. εἰ γὰρ ὁ ἄνεμος πνέων πάντη πάρεστι, καὶ ὁ ἀὴρ ἐμπεριέχει τὰ σύμπαντα, πόσῳ μᾶλλον ὁ τὸ πνεῖν αὐτῷ ἐπιτάξας, καὶ πνέοντα συνάξας; ὁ θρόνος περιέχει τὸν καθήμενον, τὸ δὲ θεῖον ἀπερίληπτον. εἰ δὲ καὶ τὴν γῆν ἔχει ὑποπόδιον, πῶς βαδίζοντες, ἢ ἀροῦντες, ἢ ἀπὸ τῆς ἑῴας ἐπὶ τὴν ἑσπέραν θέοντες, βασιλικοῖς προστάγμασιν ἱππηλατοῦντες, καὶ συνωθοῦντες, οὐ προσαραττόμεθα αὐτοῦ τοῖς ποσίν; πῶς δὲ σπιθαμῇ τὸν οὐρανὸν μετρήσας, καὶ ἄνω καθήμενος, πάλιν εἰς οὐρανόν φησιν αἴρειν τὴν χεῖρα; πῶς δὲ ἐν τοιούτοις δακτύλοις χωρὶς ἀξίνης πλάκας ἐλάξευσε; χω-

Interrogatio CLVI.

At unumquodlibet per se considera, seorsum animam & ex altera parte corpus; & expone nobis in quo putes esse id quod est secundum imaginem Dei.

Responsio.

Neutrum ab altero separatum est homo. Nam aliud quidem spiritus, non homo: aliud vero lutum rationis & sensus expers. Ex utrisque autem unus perficitur homo. Atque illa quidem alterationi & mutationibus obnoxia est, alia quidem oblivifscens, alia vero in memoria retinens, & in multitudine rerum læta & truculenta in alios, demissa autem & tetrica quum indiget. Alias quidem honesta & gravis, alias vero lasciva cogitans: nunc quidem justa, nunc autem injusta eligens: nunc quidem benigna, nunc vero inhumana: in temporis momento irascens, & in puncto placata, divisionibus & mutationibus obnoxia, quemadmodum inquit eximius ille Apostolus, diserte clamans: [a] *Vivus est sermo Dei & efficax, ac penetrantior quovis gladio utrimque incidente, & pertingens usque ad divisionem spiritus & animæ, & discretor cogitationum & intentionum.* Quomodo igitur potest imago esse immutabilis Dei divisionibus obnoxia, & cujus dijudicantur cogitationes & intentiones, non solum a Deo, sed etiam ab ejus vatibus, aliquoties etiam de reconditis convicta? Consilium autem cogitationemve Dei quis deprehendet, divo Apostolo clamante: [b] *Quis cognovit mentem Domini, aut ei fuit a consiliis?* Si igitur quod magis est proprium humanæ compositionis, ipsa nempe anima, distat ab imagine similitudineque divina: quanto magis ab illa longe distare apparebit comparatio corporis? Nam horum alterum incorruptibile est, alterum autem corruptibile: & illud quidem magnitudinis & quantitatis expers est, hoc autem exiguum & comprehensile. Illud quidem incomprehensile tactu, hoc autem tangi potest ac fluxum est: illud incorporeum & expers materiæ crassæ, omni altitudine sublimius & supereminentius; hoc autem exiguum & certæ quantitatis, in terra repens & humile, circa hæc inferiora versans. Illud denique non crescit, non desinit, non subsidet, non minuitur. Proinde tu quidem inferioribus his acquiescas, neque Numen membris circumscribas, audiens Deum dicentem: [c] *Tollam in cælum manum meam, & jurabo, atque dicam.* Et rursus, [d] *Cælum mihi thronus est, terra autem scabellum pedum meorum.* Iterumque prophetam dicentem: [e] *Qui mensus est cælum palmo, & terram pugno.* Et alibi, quod [f] digito exsculpserit tabulas lapideas, quas Dei spectatori Mosi tradidit. Neque quod inquit Davides ille divinorum carminum auctor: [g] *Inclina Domine aurem tuam, & exaudi me,* & [h] *Ad me respice, & miserere mei:* idcirco formam assignes Numini, membris ipsum & organo describens. Si enim ventus spirans ubique præsens est, & aer in se complectitur universa; quanto magis ille, qui ipsum spirare jussit, & ventos flantes congregavit? Solium complectitur sedentem, at Deus incomprehensibilis est. Quod si & terram scabellum habet, quomodo dum incedimus, aut aramus, aut ab oriente ad occidentem currimus, imperatorum jussu equos agentes & compellentes, non allidimur ad ipsius pedes? Quomodo vero quum cælos palmo mensus est, & superne insidet, rursus in cælum, inquit, effert ma-

[a] Heb. IV. 12. [b] Rom. XI. 34. [c] Deut. XXXII. 40. [d] Isa. LXVI. 1. [e] Isa. XL. 12. [f] Deut. IX. 10. [g] Psalm. LXXXV. 1. [h] Psalm. XXIV. 19. LXXXV. 16.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

εἰς γραφίδος ἐτόρευσε; καὶ τῷ νομοθέτῃ ἐν αὐταῖς τὸν νόμον γράψας ἐπιδέδωκεν; ἀνασφήλας τοίνυν κἂν ὀψὲ, ὀφθαλμῷ διανοίας ἄθρει δὴ νοήματα ὑπάρχειν ταῦτα, ἢ σχήματα, καὶ θέα μοι ἐξ εὐτελοῦς καὶ βραχείας πρὸς τὸ θεῖον παραβολῆς.

Ἡ θάλαττα μεγέθει πάντων ὑπερέχουσα τῶν στοιχείων· ὡς σταγὼν ἀπὸ κάδου, καὶ ὡς ῥανὶς τὰ σύμπαντα πρὸς τὸ θεῖον ὑπάρχει συγκρινόμενα πέλαγος, καθώς φησιν ὁ προφήτης· ἀλλ' οὖν ὅμως ἁπλῆ τις ὑπάρχουσα καὶ ἀσχημάτιστος, βοᾷ χωρὶς στόματος, τρέχει ἄνευ ποδῶν, ἐπάλλεται καὶ ἐπιτωθάζει ἄνευ σκελῶν οἰδαίνουσα· κατέχει τοὺς πλωτῆρας μὴ κεκτημένη χεῖρας· εἰς ὕψος μετεωρίζεται ἄνευ πτερῶν· πνίγει πολλοὺς ἄνευ ταρσῶν ἢ δακτύλων, ἢ ἀγκαλῶν· σαλίζει καὶ ἀποπτύει, χειλέων ἔρημος· προσαράττει ταῖς πέτραις ἄνευ βραχιόνων, ἐπαίρουσα τὰς μυριοφόρους ὁλκάδας· χωρὶς ὀδόντων ὑπεσθίει καὶ ὑποτρώγει τὴν γείτονα χέρσον. εἰ δὲ ἁπλῆ τὴν φύσιν καὶ ῥοώδης, ταῦτα δρᾷν εἴωθεν, πόσῳ μᾶλλον ὁ ταύτης τὴν ἀφόρητον βίαν καὶ τυραννίδα βραχυτάτῳ ψάμμῳ χαλινώσας, καὶ οἱονεὶ σιδήρῳ τείχει αὐτὴν περιορίσας; ἐφορμῶσα γὰρ διὰ τῶν κυμάτων ἐπὶ τὴν ἔξω χώραν, οἱονεὶ χαλινῷ τῇ ψάμμῳ κρουομένη, εἰς ἀφρὸν τὴν ὁρμὴν διαλύσασα, πρὸς ἑαυτὴν ἐπανήκει. ὡσαύτως καὶ τὸ ἀνέμιον πνεῦμα ἁπλοῦν ὑπάρχον, πνέον συρίζει ἄνευ χειλέων, ὀρόφους καθαιρεῖ ἄνευ βραχιόνων, τρυγᾷ τοὺς καρποὺς, κατασείον τὰ φυτὰ ἄνευ χειρῶν· ἐκμοχλεύει καὶ ἀναβράττει ὥσπερ χαλκεῖον τὴν ἄβυσσον· καὶ τὰ ἐν τῷ πυθμένι τῇ ἐπιφανείᾳ διατίθεται, οὐ πτύῳ, οὐ σκαπάνῃ χρώμενον, ἀντερείζεται, καὶ ἀντιβαῖνον εἴργει τοῦ δρόμου τὰς μυριοφόρους τῶν νηῶν, στέρνων καὶ ὤμων ἄμοιρον· ἑτέρας δὲ λευχειμονούσας, δίκην προβάτων ἐλαύνει, ὥσπερ ἐπὶ λειμῶνι ἢ πεδίῳ, τῷ πελάγει, οὐ σειρομάστῃ, οὐ βάκτρῳ παῖον, ἐρυθραίνει τὰς λίαν ὠχριώσας βροτοπορείας, οὐδενὶ φυκίῳ πάσσον αὐτάς. εἰ οὖν θάλαττα καὶ ἄνεμος τῶν μὲν συνδούλων πάντων μεγέθει ὑπερέχοντα, κώνωπος δὲ ἢ ἐμπίδος, ἢ κόκκου σινήπεως, ἤ τινος βραχυτέρου τάξιν ἐπέχοντα πρὸς τὸ θεῖον συγκρινόμενα, βοᾷ, ὠκυποδεῖ, ἐπιτωθάζει, κρατεῖ, εἴργει τοῦ πρόσω, χειρῶν καὶ σχημάτων ἔρημα, εὐεργετεῖ, κολάζει, πλουτίζει, ποντίζει, ἄγει, ἀπάγει, σὺ διὰ τί σχηματίζεις τὸ θεῖον, ὦ ἀξιέραστε, καὶ μελογραφεῖς τὸ ἁπλοῦν καὶ ἀσύνθετον, καὶ ἀσχημάτιστον; ἀκούων, κλῖνον Κύριε τὸ οὖς σου· καὶ πάλιν, ἐπίβλεψον ἐπ' ἐμέ· καὶ πάλιν, ἐξαπόστειλον Κύριε τὴν χεῖρά σου ἐξ ὕψους, ἐξελοῦ με, καὶ ῥῦσαί με, καὶ ὅσα τοιαῦτα; ἄπαγε τοίνυν ἐν ψυχῇ ἢ σώματι ὁρίζεσθαι βροτοὺς κατ' εἰκόνα Θεοῦ ὑπάρχειν. πῶς γὰρ τὰ εὐχείρωτα καὶ ἀλλοιούμενα, εἰκὸς ἔσται τῷ θείῳ παραβάλλειν, τῷ διὰ τοῦ προφήτου βοῶντι, ἐγώ εἰμι, καὶ οὐκ ἠλλοίωμαι;

[1] Οὔτε ὁ θεῖος ψεύδεται λόγος κατ' εἰκόνα Θεοῦ εἰπὼν γεγενῆσθαι τὸν ἄνθρωπον· οὔτε ἡ ἐλεεινὴ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ταλαιπωρία τῇ μακαριότητι τῆς ἀπαθοῦς θεότητος καθωμοίωται· ἀνάγκη γὰρ ἐπὶ τῇ συγκρίσει, ἢ παθητὸν τὸ θεῖον, ἢ ἀπαθὲς εἶναι τὸ ἀνθρώπινον. ἐξεταστέον οὖν πῶς ὅμοιον τῷ θείῳ ὠνόμασται τὸ ἀνθρώπινον. φησὶν ἡ γραφὴ, καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν. πάλιν ἐπαναλάμβανε, ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς. ὅπερ καὶ ἀλλότριον Θεοῦ ἐστιν· καὶ λοιπὸν, ἡ εἰκὼν οὐκ ἔχει τὸ τοῦ πρωτοτύπου ὁμοίωμα· ἡ δὲ λύσις τούτου τοιαύτη· διπλῆ τίς

num? Quomodo vero tantis digitis absque ascia tabulas polivit, absque stilo sculpsit, & in eis legem perscriptam legislatori tradidit? Mentem igitur vel sero tandem recipe, & oculis mentis adspice ista cogitationes tantum & figuras esse, idque considera ex vili & exigua ad Numen comparatione.

Mare omnia magnitudine superans elementa, velut *ex cado gutta est*, & *universa veluti stilla sunt*, si ad divinum illud pelagus conferantur: quemadmodum inquit propheta [a]. Verumtamen quum simplex quiddam sit, nullaque forma præditum, clamat absque ore, currit absque pedibus: insilit, & ad festinandum absque tibiis insurgit: detinet navigantes, non habens manus: in sublime elevatur absque alis: suffocat multos absque vola vel digitis, aut nexibus: insonat & exspuit labiis carens: rupibus allidit absque brachiis, elevans immensa ferentes onera naves: absque dentibus devorat, & vicinam terram excavat. Si vero quum simplex quiddam natura sit & fluxum, ista facere solet: quanto magis præstare potest hæc is, qui hujus intolerabilem violentiam atque tyrannidem pauciſsima arena refrenavit, & quasi ferreo muro circa ipsum posuit terminum? Per fluctus enim ad exteriorem regionem impetum faciens, arena quasi freno inhibetur, & in spumam impetu resoluto, ad se ipsum revertitur. Similiter & spiritus venti, licet simplex sit, flans fistulat absque labiis, tecta dejicit absque brachiis: vindemiat fructus; arbores quatiendo absque manibus, dejiciens; excutit & fervefacit veluti fornax abyssum, & quæ sunt in fundo in superficiem transponit, non ventilabro, non sarculo utens: nititur ex adverso, & resistens inhibet a cursu ingentes naves, pectoribus & humeris carens. Alias autem albatas instar ovium impellit in pelago velut in prato vel campo, non astili vel baculo feriens: rubefacit valde pallentia hominibus transportandis parata navigia, nullo ipsa fuco varians. Si igitur mare & ventus, conservis quidem omnibus magnitudine præstantia, culicis autem vel mulionis, vel grani sinapis, aut alicujus rei minoris locum obtinentia, si cum Deo conferantur, clamant, velocia sunt, insectantur, fortiter vincunt, progressum impediunt, manibus & formis carentia, benefaciunt, puniunt, divitias conferunt, submergunt ponto, ducunt, abducunt: cur tu, vir præclarissime ac nobis care, formam tribuis & adscribis membra Numini simplici & incomposito, & nulla forma expresso, dum audis, *Inclina Domine aurem tuam, & exaudi me?* Item, *Et respice ad me*. Et, [b] *Mitte manum tuam ex alto, & eripe atque libera me:* Et quæ sunt ejusmodi alia. Proinde absit ut secundum animam aut corpus definias homines esse factos ad imaginem Dei. Quomodo enim comprehensu facilia & mutabilia conveniet ei assimilare, qui clamat per prophetam: [c] *Ego sum, & non mutor?*

Neque vero divinus sermo falsus est, dicens secundum imaginem Dei factum esse hominem, neque miserabilis humanæ naturæ infelicitas beatitati adfectionum expertis divinitatis est similis. In horum namque collatione necessum est, aut passibilem esse divinitatem, aut humanitatem impassibilem. Et proinde disquirendum est, quomodo humanitas divinitati similis dicta sit. Scriptura inquit: [d] *Et fecit Deus hominem, secundum imaginem Dei fecit eum.* Deinde subjicit: *Marem & feminam fecit ipsos.* Id quod a Deo alienum est. Proinde hujus respectu imago non habet primi exemplaris similitudinem. Hu-

a Isa. XL. 15. *b* Psalm. CXLIII. 7. *c* Malach. III. 6. *d* Gen. I. 27.

1. Οὔτε κ. τ. λ.] Ῥαψῳδία ab aliis temere adiecta ad finem verborum Cæsarii. Sunt autem hæc Nysseni. EDIT. PARIS.

ἐστιν ἡ τῆς φύσεως ἡμῶν κατασκευή· ἡ μὲν νοερὰ, ἥτις καὶ ἐν μεθέξει πάντων τῶν ἀγαθῶν οὖσα, κατ' εἰκόνα Θεοῦ γενέσθαι λέγεται· ἡ δὲ πρὸς τὴν τοῦ ἄρρενος καὶ θήλεος μεμερισμένη διαφοράν. ἐπειδὴ δὲ μόνον τὸ θεῖον ἄτρεπτον, τὸ δὲ ἡμέτερον τρεπτὸν, (ἐκ τοῦ μὴ ὄντος γὰρ ἤρξατο), ὁ πρὸ τῆς γενέσεως τὰ πάντα εἰδὼς, προγνοὺς πρὸς ὅ, τι ῥέπει ἡ αὐτεξούσιος τῆς ἀνθρωπίνης προαιρέσεως κίνησις, ἐπιτεχνᾶται τῇ εἰκόνι τὴν κατὰ τὸ ἄρρεν καὶ θῆλυ διαφοράν. εἰπὼν δὲ ὁ λόγος ὅτι ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, τῷ καθολικῷ ὀνόματι, καὶ τῷ ἀορίστῳ τῆς σημασίας ἅπαν συμπεριέλαβε τὸ ἀνθρώπινον· οὐ γὰρ συνωνομάσθη τῷ κτίσματι νῦν ὁ Ἀδὰμ, καθὼς ἐν τοῖς ἐφεξῆς, ἀλλὰ ὁ καθόλου ἄνθρωπος. διὸ οὐδὲ ἐν τῷ Ἀδὰμ μόνῳ τὸ κατ' εἰκόνα Θεοῦ γενέσθαι ἐστὶν ἰδεῖν, ἀλλ' ἐν παντὶ ἀνθρώπῳ· ὁμοίως γὰρ ἔχει ὅ, τε πρῶτος κατασκευασθεὶς, καὶ ὁ τελευταῖος πάντων γενησόμενος. ὁ γοῦν ἅπαν τὸ ἀνθρώπινον διὰ τῆς προγνωστικῆς κατανοήσας ἐνεργείας, καὶ τῇ ἰσαγγέλῳ λήξει τιμήσας, ἐπειδὴ προεῖδε μὴ εὐθυποροῦσαν πρὸς τὸ καλὸν τὴν ἀνθρωπίνην προαίρεσιν, ὡς ἂν μὴ κολοβωθῇ τὸ τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν πλῆθος, ἐκπεσὼν ἐκείνου τοῦ τρόπου καθ' ὃν οἱ ἄγγελοι πρὸς πλῆθος ηὐξήθησαν, τὴν κατάλληλον τοῖς εἰς ἁμαρτίας ἐξολισθήσασι, τῆς αὐξήσεως κατασκευάζει ἐπίνοιαν· ἀντὶ τῆς ἀγγελικῆς διαγωγῆς τὴν κτηνώδη καὶ ἄλογον τῆς ἐξ ἀλλήλων διαδοχῆς τροπὴν ἐμφυτεύσας τῇ ἀνθρωπότητι, ὡς λέγει Δαβὶδ, καὶ ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν οὐ συνῆκεν. ὅθεν ἡ πρὸς τὸ κτηνῶδες συγγένεια ἡμῶν συγκαλύπτει πολλάκις τὸ κρεῖττον τῷ χείρονι, ἐπειδάν τις πρὸς τὰ πάθη τὸν νοῦν καθελκύσῃ. τὴν γὰρ παρὰ τοῦ νοὸς συνέργειαν δοὺς τῷ πάθει, πολύχουν ἀπειργάσατο τῶν ἀτόπων τὴν γένεσιν. εἰ δὲ τὴν ἐκ τοῦ λογισμοῦ συμμαχίαν οὐκ ἕξει τὸ πάθος, ταχέως διαλύεται. τῇ μέν τοι μακαρίᾳ φύσει ἡ κατὰ ἄρρεν καὶ θῆλυ διαφορὰ οὐκ ἔστιν, ὅθεν οὐδ' ὅτε τὸ κατ' εἰκόνα ἐποίησε, τότε τὴν τοῦ αὐξάνεσθαι καὶ πληθύνεσθαι δύναμιν τῷ ἀνθρώπῳ προσέθηκεν· ἀλλ' ὅτε διέκρινε τῇ κατὰ τὸ ἄρρεν καὶ θῆλυ διαφορᾷ, τότε φησὶν, αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε· καὶ τὰ ἑξῆς· πρότερον ἐπὶ τῶν ἀλόγων παρὰ τοῦ Θεοῦ τῆς τοιαύτης φωνῆς ῥηθείσης· εἰ γὰρ ἡ τοιαύτη φωνὴ ἐρρέθη, ὅτε τὸ κατ' εἰκόνα ἐποίησεν, οὐκ ἂν τῆς ζῳώδους γεννήσεως προσεδεήθημεν. διὰ τοῦτο δὲ καὶ τὸν σύμμετρον τῶν ἀνθρώπων χρόνον κατενόησεν τῇ κατασκευῇ, ὥστε τῇ παρόδῳ τῶν προορισθεισῶν ψυχῶν συναπαρτηθῆναι αὐτὸν· καὶ τότε στῆναι ἀμφότερα, καὶ οὕτως τὴν τοῦ παντὸς ἀναστοιχείωσιν γενέσθαι, καὶ ἄμειψιν τοῦ ἀνθρωπίνου ἐκ τοῦ γεώδους ἐπὶ τὸ ἀπαθὲς καὶ ἀΐδιον. Ἰστέον δὲ ὅτι ἡ μὲν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ, ἡ ἐν πάσῃ τῇ ἀνθρωπότητι τὸ τέλος ἔσχεν· εἶπε γὰρ καὶ, ὅτι καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, οὐχὶ τὸν Ἀδάμ. μετὰ δὲ τὸ ἐπαγαγεῖν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως τὰ ἰδιώματα, ἤγουν τὸ ἄρσεν καὶ θῆλυ, τότε ἐπωνόμασεν αὐτὸν Ἀδὰμ, ἤτοι γήϊνον πλάσμα Ἑβραϊστί· καθὼς ὁ Παῦλος διὰ τῆς Ἑλλάδος φωνῆς, χοϊκὸν αὐτὸν ὀνομάζει.

jus autem solutio talis quædam est. Duplex quædam est naturæ nostræ structura. Alia quidem intellectilis, quæ quum in omnium bonorum participatione sit, secundum imaginem Dei dicitur esse facta. Alia autem in maris & feminæ differentiam divisa. Quandoquidem autem sola divinitas immutabilis est, nostra vero natura mutabilis (cœpit enim esse de nihilo) qui ante generationem omnium præscius erat, præcognito ad quid declinatura esset propria potestate præditus humanæ voluntatis motus: adhibet opificio imaginis eam, quæ est in mare & femina, differentiam. Quum dicitur autem, quod fecerit Deus hominem, universali & indeterminato nomine significationis, universam complexus est humanitatem. Non enim una cum creato nunc mentio fit Adami, quemadmodum in sequentibus, sed homo nominatur universe. Ideo neque in solo Adamo structuram quæ secundum imaginem Dei est, videre licet, sed in quovis homine. Similiter enim adfectus est qui primus est factus, & qui postremus omnium futurus est. Qui igitur omnem humanitatem per præcognoscentem vim facultatemque suam consideraverat, & pari cum angelis sorte honoraverat, quandoquidem prævidebat non recte ingressuram in bono humanam voluntatem, ne diminueretur humanarum animarum multitudo declinans ab illo modo quo angeli creverunt in multitudinem, in peccata prolapsis convenientem præparat incrementi rationem, pro angelica conversatione, brutum ac rationis expertem propagationis modum humanæ naturæ tribuens: quemadmodum inquit Davides: [a] *Homo cum esset in honore non intellexit*. Unde cum jumentis & pecoribus adfinitas illa nostra, sæpenumero melius contegit deteriore, si quis animum ad vitia detraxerit. Nam ad vitiositatem accedens mentis efficacia, multiplicem rerum absurdarum procreationem instituit. Si vero a ratione nihil opis & auxilii vitiositas habuerit, statim dissolvitur. In beata igitur illa natura maris & feminæ discrimen nullum est. Quapropter quum hominem ad imaginem sui concederet, non augescendi seque amplificandi vim homini addidit: sed quum in marem ac feminam eum distingueret, inquit: [b] *Crescite & multiplicamini, & implete terram*: & quæ sequuntur, qua quidem voce prius etiam ad animalia bruta Deus usus fuerat. Si enim istiusmodi vox dicta fuisset, quando id quod secundum imaginem est, fecit: non utique animali generatione indiguissemus. Idcirco autem congruens hominum creationi tempus destinavit, ut una cum animarum productione, quæ ante determinatæ sunt, ipsum compleretur, tumque utrumque cessaret: atque ita fieret hujus universi reformatio ac generis humani mutatio, a terreno in id quod passionis expers est, & æternum. Sciendum quod imago quidem Dei est quæ in tota humanitate perfectionem habuit. Inquit enim, quod fecerit Deus hominem, non Adamum. Postquam autem addidisset humanæ naturæ proprietates, videlicet marem & feminam: tunc & nomen Adami adjecit, quod terrestre figmentum significat, in lingua Hebræa, sicut Paullus Græca voce *pulvereum* ipsum nominat [c].

Πεῦσις ρνζ.

Ταυτὸν ἡμῖν δοκεῖ ὁ νοῦς καὶ ἡ ψυχή. ὃ γὰρ ὁ ὀφθαλμὸς ἐν τῷ σώματι ὢν, καὶ αὐτὸ τοῦτο πάντως νοῦς ἐν τῇ ἀοράτῳ ψυχῇ, ἀόρατος ὢν καὶ αὐτός· ἐπεὶ ἠρωτήσαμεν εἰ ὁ νοῦς ὑπάρχει κατ' εἰκόνα Θεοῦ.

Interrogatio CLVII.

Idem nobis videtur esse mens & anima. Quod enim est oculus in corpore, id omnino mens in anima inadspectabili est, & ipsa inadspectabilis, invisibilis exsistens. Itaque scire cupimus, an mens sit secundum imaginem Dei.

a Psalm. XLVIII. 13. 21. b Gen. I. 28. c 1. Cor. XV. 48.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

A

Απόκρισις.

Οὐδὲ ὁ νοῦς καὶ ἡ ψυχὴ κατά γε τὸν ἐμὸν ὅρον ταὐτὸν ὑπάρχει. εἰ δὲ καὶ ἕτερόν τι παρὰ τὴν ψυχὴν, ὁ λόγος αὐτὸν ἀποδείξει, οὐδ' οὕτως εἰκὼν ἔσαι τοῦ Θεοῦ, ὁ φθορᾷ καὶ ἀλλοιώσει κρατούμενος, καθώς φησιν ὁ ὑψηλὸς ἀπόστολος· ψαλῶ τῷ πνεύματι, ψαλῶ καὶ τῷ νοΐ· πνεῦμα τὴν ψυχὴν ὁριζόμενος, νοῦν δὲ τὸν αὐτῆς ἡγεμόνα, καὶ πρύτανιν· ᾧ ὑπείκουσα, καὶ ὥσπερ βασιλεῖ τῷ ἐν τῇ κεφαλῇ προκαθημένῳ ὑψηλῷ ἡγεμόνι τὰ ἐγκάρδια βουλεύματα ἀναφέρουσα, δυσάλωτος τοῖς πολλοῖς γίνεται· ἀντιστρατεύουσα τὸν ἐπιλογισμὸν τῷ λογισμῷ, καὶ τὴν ἐπίνοιαν τῇ ἀπονοίᾳ. ἐκ γὰρ τῆς καρδίας ἐξέρχονται διαλογισμοὶ πονηροὶ, φησὶν ὁ Κύριος. ἐὰν οὖν πολιορκοῦντος ἡμᾶς τοῦ ἐκ τῆς καρδίας λογισμοῦ, ἀντιτάξωμεν τὸν ἐπιλογισμὸν ἐκ τοῦ νοῦ, οἱονεὶ ἐκ βασιλέως καταπεμφθέντα νόμον, θᾶττον ἠρεμεῖ τὸ πάθος· καὶ ἐὰν τῇ ἀπονοίᾳ τὴν ἐπίνοιαν ἐπεισάγωμεν, αὖθις καταπαύεται ἡ οἴδησις τῆς ὑπεροψίας· καὶ ὁ βρασμὸς τοῦ θυμοῦ κατευνάζεται περὶ τὸ δύστηνον σῶμα παφλάζων. ἀπόνοια γὰρ ἀπουσία ὑπάρχει τοῦ νοῦ, τῆς ψυχῆς ἀπωθουμένης αὐτοῦ τὴν καθήγησιν ἐν τοῖς πρακτέοις, καὶ προσχωρούσης τῷ ὑποφήτῃ. ἐπίνοια δὲ ὑπάρχει ἐπιφοίτησις καὶ ἐπαγωγὴ τοῦ νοῦ· καὶ νουθέτησις ἡ θέσις τοῦ νοῦ· ἣν ἐντίθενται οἱ καθηγηταὶ τοῖς φοιτηταῖς, νουθετοῦντες αὐτούς.

RESPONSIO.

Ne mens quidem & anima secundum meam determinationem idem sunt. Quod si ipsam etiam aliud quiddam ab anima diversum ratio demonstraverit, neque sic erit imago Dei, quæ corruptioni & mutabilitati subest, quemadmodum inquit sublimi mente prædítus Apostolus, [a] *Cantabo spiritu, cantabo & mente:* spiritum animam esse definiens, mentem autem ejus principalem & gubernatricem vim, cui obediens & velut regi in capite præsidenti sublimi duci interna cordis consilia deferens, multis captu difficilis est, repugnans cogitationi co- B gitatione superveniente, & per considerationem dementiæ. [b] *Ex corde enim egrediuntur cogitationes malæ*, inquit Dominus. Si igitur impugnante nos cogitatione ex corde, opposuerimus supervenientem cogitationem ex mente, tamquam a lege emissam legem, citius quiescit affectus: & si dementiæ considerationem superinduxerimus, illico desinet inflatio arrogantiæ, & effervescentia iræ consopitur circa corpus infelix ubique fervens. Dementia enim absentia mentis est, anima repellente ejus disciplinam in rebus agendis, & accedente ad alium magistrum. Consideratio autem est accessus & mansuefactio mentis, & admonitio est quasi mentis positio, quam indunt præceptores discipulis, dum ipsos admonent.

C

Πεῦσις ρνη'.

Τί οὖν; οἱ μηδὲν μαθόντες τὸν νοῦν οὐκ ἔχουσιν;

INTERROGATIO CLVIII.

Num igitur qui nihil didicerunt, mentem non habent?

Απόκρισις.

Ἔχουσι μὲν, ἐοίκασι δὲ τοῖς [1] ῥυπώμοσιν, ἢ ῥακαμφίοις, ἐσθῆτι μὲν περικειμένοις, διερρωγότι δὲ, καὶ ἀτίμῳ. ὅτι οὖν ἕτερον παρὰ τὴν ψυχὴν ὑπάρχειν τὸν νοῦν, ἀξιοπίστῳ μάρτυρι τῷ ἀποστόλῳ χρησάμενος, ἀνωτέρω ἀπέδειξα. εἰ δὲ ἐναργεστέραν ἴσως προσδοκεῖτε ἀπόφασιν, ἀθρήσατέ μοι τοὺς μαινομένους καὶ ἔκφρονας, τὰς μὲν ψυχὰς ἔχοντας, D τὸν δὲ νοῦν μὴ ἔχοντας· ὅπερ ὑπάρχει ἀπόνοια· ἀποσφαλέντος αὐτοῖς τοῦ νοῦ, ὀχληρῷ τινι παρωσθέντος. θέα μοι καὶ τοὺς ὑποτίτθους, ἐμψύχους μὲν, νοῦν δὲ μὴ ἔχοντας, οὔπω τῆς νουθεσίας αὐτοῖς παρὰ Θεοῦ γενομένης, διὰ τὸ ἀτελὲς καὶ ἀνεπίδεκτον τῆς φύσεως· ἃ καὶ παρὰ τὴν τοῦ νοῦ ἀπουσίαν, πολλάκις φασγάνῳ περιχαίνοντα, ἢ ὑάλῳ, ἤ τινος κακοῦ, ὡς ἀγαθοῦ ἀπαρυσάμενα, θᾶττον οἰκτιστον ἀπηνέγκαντο θάνατον, βίᾳ τοῦ ζῆν ἀπορραγέντα τῇ ἀπονοίᾳ.

RESPONSIO.

Habent quidem, sed squaloribus aut indumento lacero vestitis similes, qui veste quidem amicti sunt, sed corrupta & ignominiosa. Porro quod aliud quiddam, quam anima, sit mens, fide digno usus teste Apostolo, supra demonstravi. Quod si evidentiorem exspectatis demonstrationem, considerate mihi insanos & mente captos, qui animas quidem habent, mentem non habent; id quod est dementia, quando in ipsis aberravit mens, aut aliqua perturbatione excussa est. Adspice item lactentes infantes, animatos quidem, sed mentem non habentes, nondum admonitionem divinitus consequutos, propter imperfectionem, & quod ejus nondum est capax natura: qui & propter absentiam mentis aliquoties gladio aut vitro inhiant, aut aliquid mali velut bonum exhaurientes, mox luctuosissimam reportarunt mortem, vita violenter ablata per dementiam.

Πεῦσις ρνθ'.

Οὐκοῦν, εἰ τῆς ψυχῆς ἡγεμὼν ὁ νοῦς ὑπάρχει, E καὶ τῇ μὲν παρουσίᾳ τούτου σωζόμεθα, τῇ δὲ ἀπουσίᾳ μηδαμῶς· πάντως ἡμῖν ἐν τούτῳ ὑπάρχει τὸ κατ' εἰκόνα Θεοῦ, ὡς σωτήριον.

INTERROGATIO CLIX.

Si igitur animæ gubernatrix vis, est mens, & præsentia quidem hujus servamur, absentia vero nequaquam: omnino nobis in ea est id quod secundum imaginem Dei est, tamquam in eo quod salutem præstat.

Απόκρισις.

Εἰ καὶ ἡγεμόνα τῆς ψυχῆς ἔφην τὸν νοῦν, ἀλλ' αὖθις παρὰ τόπον ἔφην, μηδ' αὐτὸν ὑπάρχειν κατ' εἰκόνα Θεοῦ. πῶς γὰρ ἔσται εἰκὼν τοῦ ἀφθάρτου ὁ φθαρτὸς καὶ εὐχείρωτος, ὁ αἰχμάλωτος τοῦ ἰσχυ-

RESPONSIO.

Licet animæ gubernatricem vim dixerim mentem, itidem tamen alibi dixi, neque hanc esse secundum imaginem Dei. Quomodo enim erit imago incorruptibilis ea quæ corruptibilis est & captu

[a] 1. Cor. xiv. 15. [b] Matth. xv. 19.

1. Ρυπώμοσιν] Heic legendum ῥυπώμοσιν monet Cotelerius ut superius innuimus ad *Interrog.* cxi, not. 2.

ρου, καὶ ἀεὶ ὡσαύτως ἀτρέπτου μένοντος; ὁ γὰρ τὴν παρωθούμενος, ἢ τοῦ αἱρεθέντος τὴν ἐξουσίαν οὐ μόνος ἔχων, ἀλλ' ὑποχωρῶν, ἢ συγκαταπίπτων τῷ χείρονι, οὐκ ἂν ἔσται εἰκὼν τοῦ ἀκλινοῦς καὶ ἀχειρώτου. τούτοις δὲ ὁ νοῦς ἐν παραδείσῳ ὑπέκυψεν, ἢ ὑπεχώρησε τῇ συμβουλῇ τοῦ ὄφεως, ἢ ἀπωσθεὶς ἀπὸ τῆς ψυχῆς, ἢ συγκαταπεσὼν αὐτῇ. ὅπερ δηλῶν ὁ ὑψηλόνους ἀπόστολός φησι, φοβοῦμαι μὴ πάλιν ἐλθὼν ὁ ὄφις ἀπατήσῃ τινὰς ὑμῶν, καὶ φθαρῇ τὰ νοήματα ὑμῶν· [1] ἑτέρωθι δὲ τοὺς ἤδη ἁλόντας κωμῳδῶν φησιν, ἄνθρωποι κατεφθαρμένοι τὸν νοῦν, ἀδόκιμοι περὶ τὴν πίστιν. καὶ πάλιν ὁ αὐτός· ὁρῶ δὲ ἕτερον νόμον ἐν τοῖς μέλεσί μου, ἀντιστρατευόμενον τῷ νόμῳ τοῦ νοός μου, καὶ αἰχμαλωτίζοντά με τῷ νόμῳ τῆς ἁμαρτίας. πῶς οὖν ἔσται εἰκὼν Θεοῦ τοῦ ἀτρέπτου καὶ ἀλωβήτου καὶ ἀχειρώτου, ὁ τὸ ἐναντίον ἡττηθεὶς, ἢ ὑποχωρήσας, ἢ συγκαταπεσὼν τῇ ψυχῇ, καὶ εἰς παράβασιν ἐξολισθήσας;

A facilis? captiva robusti, & semper similiter immutabilis manentis? Nam quæ per aliud excutitur aut degravatur, aut ejus quod voluit potestatem non sola habens, sed quæ declinat, aut succumbit deteriori, non erit imago ejus qui non flectitur & incomprehensibilis est. Istis autem mens in paradiso succubuit, aut post ista deflexit consilio serpentis, aut repulsa ab anima, aut cum ipsa concidens. Id quod sublimi mente præditus Apostolus significans, inquit: [a] *Metuo ne rursus veniens serpens deceperit aliquos vestrum, & corruperit sensus vestros.* Alibi autem eos qui jam capti sunt lamentatus, inquit: [b] *Homines corrupti mente, reprobi circa fidem.* Et rursus inquit idem: [c] *Video autem aliam legem* B *in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captivum reddentem me legi peccati.* Quomodo igitur erit imago Dei immutabilis, carentis omni defectu & incomprehensibilis, quæ e diverso superata, aut succubuit, aut una cum anima cecidit, & in transgressionem prolapsa est?

Πεῦσις ρξ'.

Ἐν τίνι οὖν σοι δοκεῖ τὸ κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἔχειν ἡμᾶς, εἰ ὅλως ἐκείνης ἡμᾶς ἀνομοίους ἐπιδεικνύεις;

INTERROGATIO CLX.

In quo igitur tibi videtur imaginem Dei nos habere, an omnino nos ei dissimiles ostendis?

Ἀπόκρισις.

Τὸ μὲν καθ' ὁμοίωσιν μικρὸν ὕστερον ἀποδώσω, κατὰ δύναμιν τῷ θείῳ ἑπόμενος γράμματι. τὸ δὲ κατ' εἰκόνα, ὡς προέφην, ἐν τῷ ἀθανάτῳ καὶ ἀρχικῷ τῆς ψυχῆς μοι δοκεῖ, οὐχ ἑτέρως δὲ ἢ ὡς προείρηται· φησὶ γὰρ τὸ θεῖον γράμμα· καὶ ἐγένετο ἄνθρωπος εἰς ψυχὴν ζῶσαν, ἀντὶ τοῦ ἀθανάτου. τὸ πρὸ τούτου μᾶλλον φήσω. καὶ εἶπεν ὁ Θεός· ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ἡμετέραν· καὶ ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων τῆς θαλάττης, καὶ τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τῶν κτηνῶν καὶ θηρίων καὶ ἑρπετῶν τῆς γῆς. ἐν τῷ ἄρχειν τοίνυν πάσης κτίσεως ἐπουρανίου, καὶ ἐν τῷ ἀθανάτῳ τῆς ψυχῆς, τὸ, κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἔχομεν· ὑπὲρ ὧν οἱονεὶ ἐκπληττόμενος τὴν ἄφατον τοῦ Θεοῦ ἀγαθότητα Δαβὶδ ὁ τῶν θείων μελῳδός φησι, Κύριε τί ἐστιν ἄνθρωπος ὅτι μιμνήσκεις αὐτοῦ, ἢ υἱὸς ἀνθρώπου, ὅτι ἐπισκέπτῃ αὐτοῦ; συμφώνως δὲ τῷ πατρὶ [2] Σολομὼν ὁ τῶν θείων σοφὸς, Κύριε τί ἐστιν ἄνθρωπος ὅτι ἐμεγάλυνας αὐτὸν, ἢ ὅτι ἐπισκέπτεις τὸν νοῦν εἰς αὐτόν; καὶ αὖθις ὁ Δαβὶδ, πάντα ὑπέταξας ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ, πρόβατα καὶ βόας ἁπάσας, ἔτι δὲ καὶ τὰ κτήνη τοῦ πεδίου, τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τοὺς ἰχθύας τῆς θαλάσσης, τὰ διαπορευόμενα τρίβους θαλασσῶν.

[3] Τὸ κατ' εἰκόνα νοεῖται, κατὰ τὸ λογικὸν καὶ νοερὸν καὶ αὐτεξούσιον· κατὰ τὸ γεννᾷν τὸν νοῦν λόγον, καὶ προβάλλειν πνεῦμα κατὰ τὸ ἀρχικόν· ἐν τούτοις καὶ οἱ ἄγγελοι κατ' εἰκόνα· ἐκ περιουσίας δὲ οἱ ἄνθρωποι, κατὰ τὸ ἀγέννητον τοῦ Ἀδὰμ, τὸ γεννητὸν τοῦ Σὴθ, τὸ ἐκπορευτὸν τῆς Εὔας, κατὰ τὸ φύσει ἀρχικόν· φύσει γὰρ κρατεῖ τοῦ σώματος ἡ ψυχή. καὶ κατὰ τὸ συνάγειν πᾶσαν τὴν κτίσιν· ἐν τῷ Θεῷ γὰρ ἑνοῦται πᾶσα ἡ κτίσις, καὶ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ· σύνδεσμος γάρ ἐστι νοητῆς καὶ αἰσθητῆς κτίσεως. καὶ ὅτι κατ' εἰκόνα ᾗ ἔμελλεν γενέσθαι ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ· οὐ γὰρ ἄγγελος, ἀλλ' ἄνθρωπος ἐγένετο.

RESPONSIO.

C Id quidem, quod *secundum similitudinem* dicitur, paullo post demonstrabo, pro virili divinam sequens scripturam. Quod autem *secundum imaginem* dicitur, quemadmodum prædixi, in immortalitate positum & in dominatione animæ mihi videtur, non aliter quam ut prædictum est. Ajunt enim litteræ divinæ: [d] *Et factus est homo in animam viventem:* hoc est, immortalem. Id quod in præcedentibus clarius inquit: [e] *Et dixit Deus, Faciamus hominem secundum imaginem & similitudinem nostram, & dominetur piscibus maris & volucribus cæli, & pecoribus & bestiis & reptilibus terræ.* In eo igitur quod dominamur omni creaturæ quæ sub cælo est, & in immortalitate animæ id quod secundum D imaginem Dei est, habemus. Super quibus velut obstupescens de ineffabili bonitate Dei Davides carminum divinorum auctor inquit: [f] *Domine quid est homo, quod memor es ejus, aut filius hominis quod invisis eum?* Consentiens autem cum patre peritus ille rerum divinarum Solomo inquit: [g] *Domine, quid est homo quod magnificasti eum, aut quod visitas mentem quæ in ipso est?* Et iterum inquit Davides: [h] *Omnia subjecisti pedibus ejus, oves & boves omnes, insuper & pecora campi, volatilia cæli, & pisces maris, per marinas semitas ingredientes.*

Secundum imaginem intelligitur secundum rationem & intellectum & propriam potestatem, secundum id quod mens gignit Sermonem, & Spiritum E producit, secundum dominandi potestatem In his & angeli secundum imaginem sunt: abundantius autem homines, secundum id quod ingenitus est Adamus, genitus Sethus, procedens Eva, secundum id quod naturaliter dominatur: naturaliter enim imperat corpori anima. Et secundum id quod conjungit universam creaturam. In Deo enim unitur omnis creatura, & in homine. Vinculum enim est intellectilis & sensilis creaturæ. Et quod secundum imaginem nasciturus erat filius Dei. Non enim angelus, sed homo factus est.

a II. Cor. XI. 3. b II. Tim. III. 8. c Rom. VII. 23. d Gen. II. 7. e Gen. I. 26. f Psalm. VIII. 5. g Job VII. 16. sec. LXX. h Psalm. VIII. 8. 9.

1. Ἑτέρωθι — περὶ τὴν πίστιν] Hunc locum omisit interpres. In textu autem Paullino, editi vitiose, ἂν κατεφθ. — ἀδόκιμος.

2. Σολομών] Memoriæ lapsu Salomoni tribuit hunc locum Cæsarius. Exstat enim *Job* VII. 16. sec. LXX.

3. Τὸ κατ' εἰκόνα] Hæc aliunde descripta sunt, & Cæsarianis inserta. EDIT. PARIS.

SÆCUL.IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



Ὥσπερ τις βασιλεὺς πόλιν ποιήσας μεγάλην, εἰκόνα αὐτοῦ μέσον αὐτῆς ἵστησιν, ἵνα τιμᾷ τὰ εἰς δόξαν ἐκείνων. οὕτως καὶ ὁ Θεὸς τὸν κόσμον ποιήσας, κατ' εἰκόνα αὐτοῦ τὸν ἄνθρωπον ἐποίησε· κατ' εἰκόνα δὲ, διὰ τὸ δεκτικὸν εἶναι ἀρετῆς καὶ ἀγαθότητος· φησὶ γὰρ, γίνεσθε ἅγιοι, ὅτι ἐγὼ ἅγιός εἰμι· καὶ ὁ ἀπόστολος, καθὼς ἐφορέσαμεν τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ, φορέσωμεν καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου. οὐ δοκεῖ μοι δὲ κατὰ τὸ ἄρχειν, ἐπεὶ καὶ οἱ ἄγγελοι ἀρχικαὶ ἐξουσίαι λέγονται· καὶ ὁ ἥλιος, καὶ ἡ σελήνη ἄρχειν τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτός· ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο κατ' εἰκόνα λέγονται Θεοῦ. πάλιν ὁ ἀπόστολος λέγων, ὁ ἀνήρ ἐστι κατ' εἰκόνα Θεοῦ, ἡ δὲ γυνὴ, δόξα ἀνδρός· τὸ, ὁμότιμον τῷ ἀνδρὶ γενέσθαι τὴν γυναῖκα, ἠκρωτηριάσθαι δὲ B αὐτῇ τὰ τῆς τιμῆς μετὰ τὴν παράβασιν δηλοῖ· τὸ δὲ καθ' ὁμοίωσιν, ἴσως ἐκ παραλλήλου ὡς τὸ, ἐκοιμήθην, καὶ ὕπνωσα· καὶ τὸ, μακάριος ὁ συνιὼν ἐπὶ πτωχὸν καὶ πένητα ἐλέχθη.

A Quemadmodum rex aliquis qui magnam ædificavit civitatem, in ejus medium imaginem suam statuit, ut honoretur in honorem sui: ita & Deus postquam mundum fecisset, secundum imaginem suam hominem fecit. Secundum imaginem autem, quod capax esset virtutis & bonitatis: inquit enim, [a] *Sancti estote, quoniam ego sanctus sum*. Et Apostolus, [b] *Quemadmodum gestavimus imaginem terreni, gestemus & imaginem cælestis*. Non videtur autem mihi secundum dominium, siquidem & Angeli, principatus & potestates dicuntur, & sol & luna dominari diei & nocti: neque tamen ideo secundum imaginem Dei facta dicuntur. Rursus inquit Apostolus, [c] *Vir est secundum imaginem Dei, mulier autem gloria viri est*: quod ejusdem honoris cum viro femina fuerit, amiserit autem honorem post transgressionem, significans. *Secundum similitudinem* autem forte pro eodem dicitur, ut hoc: [d] *Dormivi & sopitus sum*; & ut illud, [e] *Beatus qui intellectum habet super pauperem & egenum*.

Πεῦσις ρξα΄.

Καὶ διατί ἄρα τῶν ἰχθύων ἄρχειν ἐτάχθημεν, καὶ τῶν πετεινῶν, καὶ οὕτως κτηνῶν, καὶ θηρίων, καὶ πετεινῶν, καὶ ἑρπετῶν;

INTERROGATIO CLXI.

Quare vero primum piscibus dominari præceptum est & volucribus, ac deinceps jumentis, bestiis & reptilibus?

Ἀπόκρισις.

C

Πρῶτον τῶν ἀσθενεστέρων ἔδωκε κατατολμᾷν, καὶ οὕτως θαρτήσων τὰ τῶν ἰσχυροτέρων κρατεῖν θηρῶν· ἢ ὅτι πρῶτον ἐκ τῶν ὑδάτων τὸ νηκτὸν καὶ πτηνὸν προῆλθε γένος· εἶθ' οὕτως ἐξεβράσθη τῆς χέρσου τὰ θηρία, καὶ κτήνη καὶ ἑρπετά. τὰ οὖν πρόγονα εἰκότως καὶ πρῶτα εἰς δουλείαν βροτοῖς παρεσχέθη.

RESPONSIO.

Primum in infirmiora dedit audaciam: ut sic deinceps confidentior factus etiam fortioribus bestiis dominaretur. Aut quod primum ex aquis natatile volatileque genus prodiit, deinceps ex terra producta sunt bestiæ, & jumenta & reptilia. Primum igitur nata merito quoque primum sunt hominum servituti subjecta.

Πεῦσις ρξβ΄.

Καὶ πῶς ἐσμὲν ἄρχοντες κτηνῶν καὶ θηρίων καὶ ἑρπετῶν, ὁπόταν λέων, ἄρκτος, λύκος, ὄφις, σκόρπιος, πάντα ἡμῖν ἐπανίσταται, τὰ μὲν σπαράξαι, τὰ δὲ πλῆξαι, καὶ διὰ τοῦ ἰοῦ ἡμᾶς θανατῶσαι βουλόμενα;

INTERROGATIO CLXII.

Et quomodo sumus domini, quum ex jumentis, D & bestiis, & reptilibus quandoque leo, ursus, lupus, serpens, scorpius, omnia denique adversus insurgunt, partim quidem discerpere, partim vero percutere, ac veneno nos necare volentia?

Ἀπόκρισις.

Ἀνωτέρω που, καθόσον οἷός τέ εἰμι, περὶ τούτου ἀπεφηνάμην· καὶ περιττολογίας μοι δοκεῖ τοῖς αὐτοῖς ἐγκαλινδεῖσθαι, μηδὲ τῆς ὥρας ἐχούσης.

RESPONSIO.

In superioribus alicubi, quantum meæ facultatis est, id declaravi: supervacaneumque mihi videtur iisdem implicari, quum tempus non suppetat.

Πεῦσις ρξγ΄.

Ἀνωτέρω εἶπας, ὅτι πρὸ τῆς ἁμαρτίας πάντα ἡμῖν τὰ θηρία καὶ ἑρπετὰ ὑπέκυπτε, καὶ ἐφοβεῖτο· μετὰ δὲ τὴν παράβασιν, ἐκπεσόντων ἡμῶν τῆς ἀρχῆς, πάντα ἡμῖν ἐπαναστῆναι, καὶ οὕτως ἔχειν ἀπέδειξας. νῦν δὲ ζητοῦμεν ἀκοῦσαι διὰ τί μὴ καὶ οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ θαλάσσης καὶ ποταμῶν, καὶ ἡλίου, καὶ σελήνης, καὶ νεφῶν ἄρχομεν, εἰ κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐσμέν· ὁ γὰρ Θεὸς, πάντων ἀρχή.

INTERROGATIO CLXIII.

In superioribus dixisti, quod omnes bestiæ & reE ptilia ante peccatum se nobis submiserint, & nos reverita sint: post transgressionem autem, postquam nos ex dominandi potestate excidimus, omnia adversus nos insurgant: sicque rem habere demonstrasti. Nunc autem audire quærimus, cur non & cælo, & terræ, & mari, & fluminibus, soli & lunæ, & nubibus dominemur, si secundum imaginem Dei sumus. Deus enim omnibus imperat.

Ἀπόκρισις.

Ὁ περὶ τῶν θηρίων, καὶ ἐπὶ τούτοις ἁρμόττει λόγος· οἱ γὰρ τὴν εἰκόνα ἅμα παραχαράξαντες διὰ τὸ ὑπαχθῆναι τῷ χείρονι, μηδὲ τῆς ἀρχῆς ἐκπεπτωκότες, καὶ τούτων ὑπῆρχον ἄρχοντες.

RESPONSIO.

Quod dictum de bestiis est, etiam istis convenit. Nam qui mox depravarunt imaginem per subjectionem deterioris, nisi imperio excidissent, etiam istorum domini fuissent.

a Lev. XI. 44. b 1. Cor. XV. 49. c 1. Cor. XI. 7. d Psalm. V. 6. e Psalm. XL. 2.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
368.

A

Πεῦσις ρξδ΄.

Ἆρ᾽ οὖν, εἰ ἐπέταξε τῷ οὐρανῷ, ἔβρεχεν, ἢ τῇ γῇ βλαστῆσαί τι, ὑπήκουεν; ἢ τῷ ἡλίῳ ἀνατεῖλαι, ἀνέτειλεν; ἢ τῇ θαλάσσῃ ξηρανθῆναι, ἢ τῷ ποταμῷ ἀνακοπῆναι, καὶ μὴ ῥεῖν, ἆρα ὑπήκουον;

Interrogatio CLXIV.

Num igitur si cælo præcepisset ut plueret, aut terræ ut aliquid produceret, obedivissent? Aut soli ut exoriretur, num exortus fuisset? aut mari ut siccaretur, aut fluvio ut interrumperetur & non flueret, num obedissent?

Ἀπόκρισις.

Κομίζου περὶ τούτου ἐναργεῖς τὰς ἀποδείξεις. Μωσῆς τοίνυν ὁ θεῖος νομοθέτης πληγῇ ῥάβδου τὸ Ἐρυθραῖον διακόψας πέλαγος, καὶ δίκην τειχέων τὰ ἡμίτομα πήξας τοῦ ὕδατος, ἑξακοσίων ἀνδρῶν χιλιάδας ἐν ξηρῷ τῷ πυθμένι τῆς ἀβύσσου ἀνίκμοις ποσὶ διεβίβασε· καὶ μετὰ ὀλίγον, ὕδωρ τοῦ στρατοῦ ζητήσαντος κατὰ τὴν ἔρημον, ἄμοιρον νοτίδος ἀκρότομον βακτηρίᾳ πατάξας, ποταμὸν αὖθις ἐξέχεε τὴν ἔρημον κατακλύζοντα. ὡσαύτως Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ, ὁ τούτου διάδοχος, τὸ πολυθρύλλητον Ἰορδάνου ῥεῖθρον διαστήσας, τὸν αὐτὸν διάγει λαόν· δώδεκα λίθους ἐκ τῆς κρηπῖδος τοῦ ῥεύματος ἀνελέσθαι τῷ λαῷ διαταξάμενος· οὓς ὁρῶμεν μέχρι σήμερον οἱ ἐκεῖ φοιτῶντες· ὁ αὐτὸς ἐπιτάξας τῷ ἡλίῳ τὸν οὐρανὸν διαθέοντι, κατέπηξεν αὐτὸν ἐν τῷ τόπῳ μέχρι τῆς ἐπιούσης ἡμέρας καὶ τῆς αὐτῆς ὥρας, φήσας μόνον, στήτω ὁ ἥλιος κατὰ Γαβαὼν, καὶ ἡ σελήνη κατὰ φάραγγα Ἐλώμ, τόπους τινὰς δηλῶν, μέχρι τοὺς πολεμίους δρέψασθαι καὶ ἐγεῖραι νίκης τρόπαιον. Θέα μοι καὶ Ἡλίαν τὸν θεσπέσιον, λόγῳ ψιλῷ ἐξ οὐρανῶν πῦρ κατάγοντα ἐπὶ τὸν ἀποσταλέντα πρὸς αὐτὸν ὑπὸ τοῦ βασιλέως πεντηκόνταρχον, ᾧ φησιν, εἰ ἐγὼ ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ, καταβήτω πῦρ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἀναλωσάτω σε, καὶ τοὺς πεντήκοντά σου· αὐτίκα δὲ παρὰ πόδας ἡ φλὸξ ἐπελθοῦσα, τὴν σπεῖραν τῶν στρατιωτῶν ἀπηθάλωσε. πάλιν ὁ αὐτὸς ζήλῳ Θεοῦ κρατούμενος, τιμωρῆσαι τὸν εἰδωλολάτρην λαὸν βουλόμενος, τρεῖς καὶ ἥμισυ χρόνους τὰς ὀμβροφόρους νεφέλας ῥήματι στειρώσας, ἔμενε θανάτῳ παίων θεομάχον λαὸν, τοὺς ὑετοὺς ἀνακόψας. φησὶ γὰρ, ζῇ Κύριος, εἰ ἔσται ὑετὸς ἐπὶ τῆς γῆς, εἰ μὴ διὰ στόματός μου· ὡσανεὶ, ὅταν μοι δόξῃ. τὸν οὐρανὸν δὲ μέλλων ἱππηλατεῖν, καὶ πυρίνῳ τεθρίππῳ ἀναλαμβάνεσθαι, ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην φθάσας, τὴν μηλωτὴν πλήξας, τὸ ῥεῖθρον διέστησε, καὶ ἀβρόχῳ ποδὶ ἅμα τῷ Ἠλισαίῳ διαφοιτήσας, ἐπιβαίνει μόνος τῷ πυρίνῳ ὀχήματι· ἐκεῖθεν ἀεροπορῶν, δέρριν τῷ μαθητῇ ἐπιρρίψας ἀπῆλθε, ζῶν μέχρι σήμερον. Θέα δέ μοι πάλιν καὶ τοὺς τῆς καινῆς διαθήκης τοῦ κόσμου κυρίους καὶ ἄρχοντας· πῶς ὁ μὲν Πέτρος ἐκ τῶν νεφῶν καταράττει τὸν Σίμωνα· ὁ δὲ Παῦλος τὸν τρίτον οὐρανὸν πατήσας, κἀκεῖθεν τὸν παράδεισον, κρίνει καὶ ἀγγέλους ἀποστατήσαντας· καὶ συνελόντα φάναι, οἱ τὴν εἰκόνα δυσπραγίαις μὴ μωμήσαντες, μηδὲ τῆς ἀρχῆς ἐκπεσόντες, πάντων ἄρχουσι καὶ δεσπόζουσι τῶν ἐπουρανίων.

Responsio.

De hoc cape evidentes demonstrationes. Moses divinus ille legislator percussione virgæ rubro interrupto mari, & per medium sectis aquæ partibus B instar murorum firmatis, sexcenta millia virorum in abyssi sicco fundo siccis pedibus traduxit. Et haud diu post exercitu aquam quærente in solitudine aquarum experte, baculo percussa rupe, e vestigio fluvium effudit inundantem desertum. Similiter Jesus Nave filius, illius successor, celebri amne Jordanis diviso, eumdem trajicit populum, duodecim lapides ex ripa fluminis populo præcipiens ut tolleret, quos cernimus in hodiernum usque diem, eo locorum profecti. Idem quum præcepisset soli cælum percurrenti, defixit ipsum in eo loco usque ad sequentem diem & eamdem horam, quum tantummodo dixisset: [a] *Consistat sol juxta Gabaonem, & luna juxta vallem Elonem:* loca quædam significans, usque dum C hostes sternerent, & victoriæ tropæum erigerent. Considera vero & Heliam illum divinum, solo verbo ex cælis ignem deducentem super missum ad se a rege quinquagenarium, cui inquit, [b] *Si ego sum homo Dei, descendat ignis ex cælo, & absumat te & quinquaginta milites tuos.* Mox autem & e vestigio superveniens flamma eam cohortem militum in cineres redegit. Rursus idem zelo Dei correptus, castigare volens astrorum cultui deditum populum, tres & dimidium annum imbriferis nubibus verbo firmatis, perseveravit morte punire Deo repugnantem populum, pluviis interceptis. Inquit enim, [c] *Vivit Dominus, si erit pluvia super terram, nisi per os meum:* quasi dicat, quando mihi visum fuerit. D Quum autem in cælum equitaturus, & igneis quadrigis assumendus esset, quum ad Jordanem pervenisset, quum ipsum pallio percussisset, flumen divisit, sicco pede una cum Elisæo pertransiit, ascendit solus igneum currum, & inde per aera vadens, tunicam ad discipulum abjecit, abiitque vivus usque in hodiernum diem. Considera item in Testamento novo mundi dominos & principes, quomodo Petrus quidem ex nubibus dejicit Simonem: Paullus autem tertio cælo calcato, & inde paradiso, judicat angelos qui defecerunt. Et ut omnia summatim dicam, qui imaginem malis actionibus non macularunt, neque imperio exciderunt, omnibus imperant & dominantur cælestibus.

E

Πεῦσις ρξέ.

Καλῶς τὰ περὶ τῆς εἰκόνος ἡμῖν ἐκθέμενος, ἀξιοῦμεν προστεθῆναι ταύτῃ τὸ καθ᾽ ὁμοίωσιν· καὶ διὰ τί εἰπὼν ὁ Θεὸς, ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ᾽ εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ἡμετέραν· τὸ μὲν κατ᾽ εἰκόνα, ἔδωκε· τὸ δὲ καθ᾽ ὁμοίωσιν, ἐσιώπησε. φησὶ γὰρ ἡ γραφὴ, καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, κατ᾽ εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν· ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς· καὶ οὐ πρόσκειται ὅτι καθ᾽ ὁμοίωσιν.

Interrogatio CLXV.

Bene nobis expositis iis quæ dicenda de imagine sunt, rogamus ut adjicias etiam id quod est secundum similitudinem. Quare quum dixisset Deus, [d] *Faciamus hominem secundum imaginem & similitudinem nostram:* id quidem quod secundum imaginem est, repetiit, id autem quod secundum similitudinem est, tacuit? Inquit enim Scriptura, [e] *Et fecit Deus hominem, secundum imaginem Dei fecit ipsum, marem & feminam fecit eos:* & non est additum, quod secundum similitudinem.

a Jos. x. 12. b IV. Reg. I. 12. c III. Reg. XVII. 1. d Gen. I. 26. e Ibid. v. 27.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

A

Ἀπόκρισις.

Μὴ βουλόμενον τὸ Θεῖον ἀργοὺς καὶ ῥαθύμους διαβιοῦν ἡμᾶς, παραπλησίως συῶν, ἢ μονιῶν, ἢ προβάτων, καὶ τῶν λοιπῶν ἐρημικῶν ἀλόγων, μηδ' αὖ πάλιν ἀμίσθους γεραίρειν ἡμᾶς ἀναξίως, ἐν τῇ ἡμετέρᾳ κατέλιπεν ἐξουσίᾳ ἐξομοιοῦσθαι αὐτῷ διὰ τῆς πρὸς αὐτὸν μιμήσεως, καὶ τῆς τῶν ἀρετῶν κατορθώσεως καὶ ἐπιδείξεως, ὅπως τῇ περὶ τὸν πέλας κηδεμονίᾳ ἐξομοιωθῶμεν αὐτῷ, καθόσον οἷόν τε τῇ βροτῶν φύσει πρὸς Θεὸν ἁμιλλᾶσθαι· γένου γὰρ ὀρφανοῖς ὡς πατὴρ, καὶ ἀντὶ ἀνδρὸς τῇ μητρὶ αὐτῶν, φησὶν ὁ τῶν θείων σοφὸς Σολομών· αὐτὸς δὲ ἐν Εὐαγγελίοις φησὶν ὁ Κύριος, Μακάριοι οἱ ἐλεήμονες, ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται· καὶ πάλιν, Μακάριοι οἱ εἰρηνοποιοὶ, ὅτι αὐτοὶ υἱοὶ Θεοῦ κληθήσονται. καὶ πάλιν, Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ ὅτι πρᾷός εἰμι, καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν. γενώμεθα οὖν φιλάνθρωποι καὶ ἐλεήμονες, αὐτοὶ ἐλέους δεόμενοι, οἰκτειρήσωμεν τὸν εὖ παθεῖν δεόμενον· τοῦτο γὰρ ὁ Θεὸς τοῖς δεομένοις εὖ ποιῶν, εἰ ποιήσωμεν ὃ παθεῖν θέλομεν· ποιεῖ γὰρ ἡμῖν ὁ Θεὸς ὃ δ' ἂν ποιήσωμεν.

RESPONSIO.

Quia noluit Deus nos desides & socordes vitam agere, instar suum aut porcorum silvestrium, aut ovium & ceterorum ratione carentium animalium, neque item nullam mercedem meritos, indigne honorare: in nostra potestate reliquit, ut adsimilemur ipsi per imitationem erga illum, & per virtutum correctionem & demonstrationem, ut erga proximum sedulitate adsimilemur ipsi, quantum ab humana natura contendente ad Deum præstari potest. Nam, [a] *Esto pupillis ut pater, & ipsorum matri pro viro*, inquit rerum divinarum peritus ille Solo- B mo. Ille autem in Evangelio Dominus inquit: [b] *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur*. Et iterum: [c] *Beati pacifici, quoniam ipsi filii Dei vocabuntur*. Item, [d] *Discite a me quod mitis sum & humilis corde, & invenietis requiem animabus vestris*. Simus ergo benefici & misericordes; ipsi misericordiæ indigi misereamur ejus, qui beneficio affici rogat. Hoc enim beneficio Deus rogantes afficit, si fecerimus quod nobis fieri volumus. Facit enim nobis Deus, quodcumque nos aliis fecerimus.

Πεῦσις ρξϛ'.

Ἀλλ' οὐκ εἶπεν ὁ Θεὸς, ποιήσωμεν ἄνθρωπον μέλλοντα δι' ἀρετῆς ἐξομοιοῦσθαι ἡμῖν· ἀλλ' εὐθέως τέλειον καὶ ἀπηρτισμένον εἶναι δημιουργεῖν αὐτόν. ἆρ' οὖν ἄλλως μὲν εἶπε, ἄλλως δὲ ἐποίησεν;

INTERROGATIO CLXVI.

C Atqui non dixit Deus, Faciamus hominem nobis per virtutem assimilandum, sed statim perfectum & absolutum dixit se ipsum facere. Num igitur aliter quidem dixit, aliter autem fecit?

Ἀπόκρισις.

Οὐδὲν τούτων ὑστεροβουλίας κατηγορεῖ τοῦ Θεοῦ· ἀλλὰ σπινθῆρα τοῦ πρὸς αὐτὸν ἔρωτος ἡμῖν ἐγκατέλιπεν, ὥστε διὰ μιμήσεως πρὸς τὸν ἐκείνου πυρσὸν ἁμιλλᾶσθαι· ἕτερος δὲ οὐχ ὑπῆρχεν ἔτι ὁ ὑπὸ τοῦ παραγομένου αὖθις ὀφείλων εὖ παθεῖν· τὸ δὲ μέλλον, τοῖς ἐξ ἐκείνου προϊοῦσιν εἰκότως ἀπένειμεν. σκοπήσωμεν δὲ καὶ ἑτέρως τὸ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν, οὐδὲν τῶν εἰρημένων παραγραφόμενοι, ἀλλ' ἐκ περιουσίας τὰς ἀποδείξεις περιποιούμενοι. φησὶ γὰρ ὁ Θεὸς, ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ἡμετέραν, τὸ μέλλον ὡς ἤδη παρὸν ἐπιστάμενος· καὶ πρὸ τοῦ δρᾶσθαι τὰ πάντα, προγινώσκων ἑκάστου τὴν ἔκβασιν· ὡς ἐπὶ τοῦ Ησαῦ καὶ τοῦ Ιακὼβ, πρὸ τοῦ συλληφθῆναι αὐτοὺς ἐν τῇ μητρῴᾳ νηδύϊ, ἢ τῆς πατρικῆς ἀποκριθῆναι ὀσφύος· φάσκων διὰ τοῦ Μαλαχίου, τὸν Ιακὼβ ἠγάπησα, τὸν δὲ Ησαῦ ἐμίσησα· ὡς ἐπὶ τοῦ Ιερεμίου λέγων, πρὸ τοῦ σε πλάσαι ἐν κοιλίᾳ, ἐπίσταμαί σε, καὶ πρὸ τοῦ ἐξελθεῖν ἐκ μήτρας, ἡγίακά σε· ὡς ἐπὶ τοῦ Ιούδα, προφαίνων αὐτοῦ τὴν προδοσίαν, μηδὲ τῶν γονέων αὐτοῦ ἔτι ὑπαρχόντων, φησὶ διὰ τοῦ θεσπεσίου Δαβὶδ, ὁ ἐσθίων ἄρτους μου ἐμεγάλυνεν ἐπ' ἐμὲ πτερνισμόν· ὡς ἐπὶ τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων Πέτρου διὰ τοῦ θεσπεσίου Δαβὶδ, καὶ οἱ ἐπαινοῦντές με κατ' ἐμοῦ ὤμνυον· καὶ πάντων ὁμοῦ τὸν δρασμὸν, οἱ φίλοι μου καὶ οἱ πλησίον μου ἐξ ἐναντίας μου ἤγγισαν, καὶ ἔστησαν· καὶ οἱ ἔγγιστά μου, ἀπὸ μακρόθεν ἔστησαν, οἱ μήπω τῆς ὀσφύος προβληθέντες, μηδ' εἰς σάρκα τυρωθέντες, ἀλλ' οὐδέπω τοὺς γονεῖς ἢ προγόνους ἔχοντες. ἀλλὰ καὶ τὸν σωτήριον ἑαυτοῦ σταυρὸν, ὡς ἤδη παγέντα, καὶ ἐπ' αὐτῷ καθηλωθέντα προφαίνων, ὤρυξαν χεῖράς μου καὶ πόδας μου, ἐξηρίθμησαν πάντα τὰ ὀστᾶ μου, ποῦ τοὺς ἥλους μου διαπερονήσουσι. καὶ συλ-

RESPONSIO.

Nihil horum arguit in Deo mutationem sententiæ: sed in nobis scintillam amoris erga se reliquit, ut per imitationem ad illius facem contendamus. Alius enim nondum erat; qui ab eo qui producebatur, mox esset oblectandus. Futurum autem merito illis, qui ex illo progressuri erant, tribuit. Consideremus autem etiam alio modo, nihil eorum D quæ de imagine & similitudine dicta sunt, depravantes, sed ex abundanti demonstrationes quasdam petentes. Inquit enim Deus, *Faciamus hominem secundum imaginem & similitudinem nostram*. Futurum velut jam præsens sciebat, & antequam faceret omnia, præcognoscens uniuscujusque exitum. Quemadmodum de Esavo & Jacobo, antequam conciperentur in utero materno, aut antequam excernerentur e lumbo paterno: dicens per Malachiam, [e] *Jacobum dilexi, Esavum vero odio habui*. Sicut & de Hieremia dicit, [f] *Antequam te formarem in utero novi te, & antequam e matrice egredereris, sanctificavi te*. Sicut & de Juda præmonstrans ipsius proditionem, quum adhuc ne quidem parentes ipsius E essent, inquit per Davidem illum divinum vatem: [g] *Qui mecum edit panes, magnum instituit adversus me dolum*. Sicut & de principe Apostolorum Petro per eumdem divinum vatem Davidem ait: [h] *Qui me laudabant, jurabant adversus me*. Simulque prædicit omnium fugam, [i] *Amici mei & proximi mei adversus me appropinquaverunt & steterunt, & proximi mei steterunt eminus:* qui nondum e lumbo fuerant rejecti, neque in carnem coagulati, immo nondum parentes, aut proavos habebant. Sed & salutarem suam crucem velut jam erectam, & super eam clavis affixum longe ante demonstrans, inquit, [k] *Perfoderunt manus meas & pedes meos*,

a Eccli. IV 10. *b* Matth. V. 7. *c* Ibid. ℣. 9. *d* Matth. XI. 29. *e* Malach. I. 2. *f* Jer. I. 5.
g Psalm. XL. 10. *h* Psalm. CI. 9. *i* Psalm. XXXVII. 12. *k* Psalm. XXI. 17. 18.

ληθῆναι εἰπεῖν, πολλαχοῦ τῆς θείας γραφῆς ἀκούομεν, τὸ θεῖον φθεγγόμενον περὶ τῶν μελλόντων ὡς ἤδη παρόντων, ἢ παρῳχηκότων καὶ πραχθέντων, τῷ προορισμῷ πάντως ἐκβησόμενα, καθὼς φησιν ὁ ὑψηλὸς ἀπόστολος, ὅτι οὓς προέγνω καὶ προώρισε, συμμόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν πρωτότοκον ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς.

A enumeraverunt omnia ossa mea, ubi clavos in me transfigant. Et ut summatim omnia dicam, multis in locis divinæ Scripturæ audimus loqui Deum de futuris velut jam præsentibus, aut præteritis & peractis, quæ secundum prædestinationem certo eventura sunt: quemadmodum inquit eximius ille Apostolus: [a] *Quoniam quos præscivit, eosdem & prædefinivit, conformes imaginis filii sui, ut ipse sit primogenitus inter multos fratres.*

Σαφῶς οὖν ἐπιστάμενος τῶν προγόνων ἡμῶν τὴν ὑπαγωγὴν, καὶ τὸν εἰς παρακοὴν ὄλισθον· καὶ ὅτι ἤμελλεν ἐπ' ἐσχάτου τῶν αἰώνων ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ παῖς βροτὸς ὑφ' ἑαυτοῦ γίνεσθαι, διὰ βροτοὺς κινδυνεύοντας τὴν ἀπ' αὐτοῦ διάστασιν, ὃ προώρισε, τοῦτο δοκεῖ μοι ἀποφαίνεσθαι, διὰ τοῦ, ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ ὁμοίωσιν· ὡς εἰπεῖν, κἂν ὀψέ ποτε, δι' αὐτὸν κατ' αὐτὸν γενήσομαι, ἐξ ἀπειρογάμου ἀειπαιδος, ἀσπόρως σωματούμενος· ἐν φάτνῃ ἀλόγων ἀνακλιθήσομαι, τῆς ἀλογίας αὐτὸν ἀνακαλούμενος· δεῖ γάρ με γενέσθαι ὅπερ ἐστὶ, καὶ δρᾶσαι αὐτὸν ὅπερ εἰμί· οἰκῆσαι τὸ ἄντρον τὸ σκοτεινὸν, καὶ ἀφεγγῆ αὐτοῦ βίον, ἵν' ἐκεῖνος οἰκήσῃ τὸν οὐρανόν· σπαργάνοις δεθῆναι, ὅπως ἐκεῖνος λυθῇ τῶν τοῦ θανάτου δεσμῶν· αὐξηθῆναι σώματι, ἵνα αὐξήσῃ θεότητι· δεῖ με βαπτισθῆναι, καὶ ἀπολοῦσαι τὸν ῥυπωθέντα· πειρασθῆναι, καὶ νικῆσαι τὸν ἀντίπαλον, καὶ ὑποτάξαι τῷ ἡττωμένῳ· πεινήσω ὑπὲρ τοῦ κακῶς ἐδομένου, ὁ τρέφων τὰ σύμπαντα· διψήσω ὑπὲρ τοῦ κατακρίτου, ὁ ὑετὸν παρεχόμενος, καὶ ἐν σαρκὶ πεζεύων τὴν ἄβυσσον. βουλήσει δεθήσομαι, καὶ λύσω τὸν ἀβουλήτως δεθέντα· ἐμπαιχθήσομαι καὶ ὀνειδισθήσομαι, ἵνα ῥυσθῇ τοῦ ὀνείδους τῶν ἀνδρῶν τὸ παραβὰν γύναιον. ὁ πλάστης ἐμπτυσθήσομαι τῆς σαρκὸς τὰς ὄψεις, ἵνα τοῦ πλασθέντος ἀποσμήξω τὸ πρόσωπον· ῥαπισθήσομαι ὑπὸ τοῦ οἰκέτου ὁ τῶν ἀγγέλων κύριος, ἵν' ἐλευθερώσω τὸν δουλωθέντα τῇ ἁμαρτίᾳ· ῥαπῇ γὰρ ἐλευθεροῦσι τοὺς οἰκέτας οἱ κύριοι, ἅμα τοῦ παῦσαι τῆς δουλείας ἀπελαύνοντες. ἀκάνθαις στεφανωθήσομαι ὁ φυτεύσας τὸν παράδεισον, ἵν' ἐκριζωθῶσι βροτῶν αἱ ἄκανθαι. χολῇ ψωμισθήσομαι, καὶ ὄξει ἀρδευθήσομαι, τῷ προσλήμματι πᾶσαν ἐκμυζαίνων τὴν πικρίαν τῆς βροτῶν φύσεως. ὁ τὸ μάννα τῷ Ἰσραὴλ παρασχόμενος, ἐπὶ βωμὸν καὶ σταυρὸν φοιτήσω, τὸ σῶμα καθηλωθῆναι ὁ ἀσώματος· διὰ βροτοὺς δὲ τοῦτο περιθέμενος, τούτῳ παρὰ Ἰουδαίων κρατούμενος ὁ ἀκράτητος, τούτῳ θανατούμενος ὁ ἀθάνατος, τῷ θανάτῳ θάνατος· τούτῳ ταφήσομαι διὰ τοὺς ἐν ᾅδῃ τυγχάνοντας· τούτῳ οἱονεὶ πέτρᾳ πατάξω ἐκείνου πύλας, ἐξάγων πεπεδημένους, ἐν ἀνδρείᾳ, καθὼς φησιν ὁ Δαβὶδ ὁ οἰκέτης μου· τούτῳ εἰς οὐρανοὺς ἀναβήσομαι, μὴ χρήζων ἀναβάσεως, ὁ πληρῶν τὰ σύμπαντα· τούτῳ ἐκ δεξιῶν καθήσομαι τοῦ ἀσχηματίστου πατρὸς, ὁ κατ' αὐτὸν ἀσχημάτιστος· τοῦτο κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν τοῦ ὑπ' ἐμοῦ γενομένου γενέσθαι ἐπ' ἐσχάτου τῶν χρόνων ηὐδόκησα, προθέμενος ἐμαυτῷ τῆς δημιουργίας τὸ ἐσόμενον. εἰ τοίνυν δοκεῖ σοι βέβαιος ὁ τῆς εἰκόνος καὶ ὁμοιώσεως λόγος, ἠρεμείτω ἡ περὶ ταύτης τοῦ λοιποῦ ζήτησις.

Quum igitur certo sciret primorum parentum nostrorum seductionem & lapsum in inobedientiam, & quod in postremo sæculorum tempore unigenitus Dei filius homo nasciturus esset, propter homines ob suam separationem periclitantes; id quod præfi-
B nivit declarari mihi videtur per id quod inquit, *Faciamus hominem secundum imaginem nostram & similitudinem:* Quasi dicat, Licet sero, tamen propter ipsum nascar secundum ipsum, de experte nuptialis consuetudinis & semper virgine absque semine corpus adsumens, in præsepi rationis expertium animalium reponendus, ab experte rationis conditione ipsum revocans. Oportet enim me fieri quod est, & ipsum facere quod sum: inhabitare tenebrosum & luce carens antrum hujus vitæ, ut ipse cælum inhabitet: fasciis ligari, ut ille solvatur a vinculis mortis: crescere corpore, ut crescat divinitate: me baptizari oportet, & abluere squaloribus obsitum: tentari & vincere adversarium, & subji-
C cere superato. Esuriam pro eo, qui male comedit, ego nutriens universa. Sitiam pro condemnato, qui pluviam præbeo, & in carne inambulo abyssum. Volens vinculis constringar, & solvam præter animi voluntatem ligatum. Illudar, & conviciis exponar, ut ab opprobrio virorum liberetur qui transgressus est sexus muliebris. Creator ipse conspuar in carnis faciem, ut creati abstergam faciem. Colaphis cædar a servo ego angelorum Dominus, ut in libertatem afferam sub servitutem peccati redactum. Nam colapho manumittunt servos domini, simul atque percusserint a servitute eximentes. Spinis coronabor qui paradisum plantavi, ut eradicentur mortalium spinæ. Felle cibabor, & aceto rigabor,
D ratione carnis adsumtæ, omnem abstergens humanæ naturæ amaritudinem. Qui Israeli manna præbui, aram & crucem conscendam, ut corpore transfigar incorporeus, at propter homines eo circumdatus. Idem faciam ab Judæis comprehensus incomprehensibilis, idem mortuus immortalis, morti mors: idcirco sepeliar propter eos, qui in orco sunt: idcirco veluti saxum aliquod percutiam illius portas, [b] *educens vinctos in fortitudine*, quemadmodum inquit Davides servus meus. Idcirco cælos ascendam, non indigens ascensione, tamquam implens universa. Idcirco a dextris sedebo nulla forma expressi patris, & ipse ad illius similitudinem nulla forma expressus. Hoc secundum imaginem & similitudinem ejus
E qui a me factus est, postremis temporibus fieri placet, qui constitui mihi ipsi quod in opificio futurum erit. Quod si tibi videtur certa hæc de imagine & similitudine oratio, desine deinceps amplius de ea percunctari.

Πεῦσις ρξζ'.

Τί οὖν, ἡ τριὰς ἐσαρκώθη καὶ ἐνηνθρώπησεν; οὐ γὰρ εἶπεν ὁ Θεός, ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν οὐκ ἐμὴν, ἀλλ' ἡμετέραν.

INTERROGATIO CLXVII.

Quid igitur? Num Trinitas incarnata & homo facta est? Non enim dixit Deus, Faciamus hominem secundum imaginem: sed, *Faciamus hominem secundum imaginem & similitudinem* non meam, sed *nostram*.

a Rom. VIII. 29. b Psalm. LXVII. 7.

A

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



Ἀπόκρισις.

Εἰ τοῖς ἑξῆς τῷ λόγῳ ἐπιβῆναι θελήσωμεν, ἑαυτὴν πάντως ἡ θεηγορία διασαφήσει, λέγουσα, καὶ ἐποίησεν, οὐχὶ ἐποίησαν, ὁ Θεὸς, οὐχ οἱ Θεοὶ, τὸν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα Θεοῦ, οὐχὶ Θεῶν. διὰ οὖν τοῦ ποιήσωμεν, τὰ τρία σημαίνεται πρόσωπα τῆς θεότητος· διὰ δὲ τοῦ ἐποίησεν, τὸ ἑνικὸν τῆς φύσεως καὶ τῆς βουλῆς, καὶ τοῦ δράματος. ὡς καὶ ἐξ αὐτῆς ἔγνωμεν τῆς δημιουργίας ἡμῶν. καὶ ἐποίησε γὰρ ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, ἐνταῦθα τὸ ἑνικὸν τῆς φύσεως πάντων βροτῶν παριστῶν· ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς· ἐνταῦθα πρόσωπα δηλῶν. καὶ ἑτέρωθί φησιν, ἐξαλείψω τὸν ἄνθρωπον ἀπὸ τῆς γῆς, B ὃν ἐποίησα· καίτοιγε πλεῖσται μυριάδες ἀνθρώπων ὑπῆρχον, οἱ ἐπὶ Νῶε κατακλυσθέντες, εἰ καὶ ἑνικὸν τὸ ῥῆμα· ἑτέρωθι δὲ τὸν Φαραώνιον πανστρατιᾷ βυθισμὸν τραγῳδοῦσα ἡ θεία τῆς Μαρίας ᾠδὴ, Ἄσωμεν τῷ Κυρίῳ, φησὶν, ἐνδόξως γὰρ δεδόξασται, ἵππον καὶ ἀναβάτην ἔῤῥιψεν εἰς θάλασσαν· τὸ πλῆθος τῆς ἵππου ἑνικῶς, καὶ τοῦ στρατοῦ πάλιν ὡσαύτως μελῳδήσασα, πάντων καταποθέντων τῷ Ἐρυθραίῳ πελάγει, ἅμα τῷ δυστήνῳ αὐτῶν ἄνακτι· πρὸς δὲ τὸν Μωσέα φησὶν, ἐγὼ ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαὰκ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰακώβ· διὰ μὲν τὸ (ἐγὼ) τὸ ἑνικὸν καὶ ταὐτὸν δηλοῦσα ἡ θεία Τριάς· διὰ δὲ τὸ τρεῖς τὸ (Θεὸς) φωνᾶσαι, τὰς τρεῖς ἑαυτῆς ὑποστάσεις, καὶ πρόσωπα παριστῶσα· ἅπαξ C μὲν τὸ (ἐγὼ) τρίτον δὲ τὸ (Θεὸς) φθεγξαμένη· ἀλλὰ καὶ ἡ πᾶσιν ἄφατος καὶ ἀπόῤῥητος, ἐκ τῆς ἀειπαιδος Μαρίας ἐν σαρκὶ θεανδρικὴ θεοφανεία, τοῦ μὲν πατρὸς βουληθέντος, τοῦ δὲ υἱοῦ σαρκωθέντος, τοῦ δὲ πνεύματος συνεργήσαντος, φαίην ἂν γεγονέναι· οὐκ ἀτονίᾳ τοῦ ἑνὸς πρὸς τὸ δρᾶμα, ἀλλὰ πᾶσι συμφωνίᾳ τε καὶ ἑνότητι καὶ ταυτότητι τῆς μιᾶς βουλῆς τε καὶ αὐθεντίας, καὶ βασιλείας τῆς ἐν Τριάδι, εἴωθεν ἡ γραφὴ τριχῶς τὰ πολλὰ τῆς θεουργίας διαιρεῖν· τὰ μὲν τῆς παλαιᾶς διαθήκης εἰς τὸν πατέρα ἀνάγουσα· τὰ δὲ τῆς νέας, εἰς τὸν τοῦ Θεοῦ παῖδα Χριστόν· τὰ δὲ ἐνεστώτως θείως δρώμενα εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα.

RESPONSIO.

Si in iis quæ ordine in eo ſermone ſequuntur, ingredi voluerimus, ſemet ipſum plane divinus ſermo declarabit, dicens: *Et fecit*, non fecerunt: *Deus*, non dii: *hominem ſecundum imaginem Dei*, non deorum. Per id igitur quod inquit, *Faciamus*, tres indicantur perſonæ divinitatis: per id autem quod inquit, *Fecit*, unitas naturæ & conſilii & operis, quemadmodum & ex noſtra creatione cognovimus. Nam quod inquit, *Et fecit Deus hominem*, unitatem naturæ omnium hominum demonſtrat: *Maſculum & feminam fecit eos*, perſonas indicat. Et alibi inquit: [a] *Delebo hominem de terra quem feci*. Atqui plurimæ myriades hominum erant qui temporibus Noe diluvio merſi ſunt, licet ſingulare verbum ſit. Alibi item totius Pharaonici exercitus ſubmerſionem canens ſacrum illud Mariæ carmen: [b] *Cantemus Domino*, inquit, *glorioſe enim glorificatus eſt: equum & aſcenſorem dejecit in mare*. Multitudinem equitatus ſingulariter, itidemque exercitus ſimiliter decantans, omnibus in rubro mari ſubmerſis una cum infelici rege ſuo. Ad Moſem autem inquit: [c] *Ego Deus Abrahami, & Deus Iſaaci, & Deus Jacobi*. Per illud quidem, *Ego*, unitatem & identitatem ſuam ſignificans ſacra Trinitas: per id vero quod ter *Deus* dixit, tres ſuas hypoſtaſes & perſonas demonſtrans; ſemel quidem *Ego*, ter autem *Deus* dicens. Sed & ea quæ omnibus eſt ineffabilis & abſcondita ex Maria ſemper virgine uniti cum Deo hominis in carne ſancta apparitio, Patris quidem qui voluit, Filii vero qui incarnatus eſt, Spiritus ſancti autem qui cooperatus eſt, fuiſſe dici queat. Non propter inefficacitatem unius ad perficiendum id opus, ſed propter integrum conſenſum, & unitatem, & identitatem unius conſilii, & auctoritatis, & regni in Trinitate, ſolet Scriptura tripartito multa divinæ operationis dividere: veteris quidem teſtamenti opera ad Patrem referens, novi vero ad Dei filium Chriſtum, & quæ nunc in præſenti divinitus fiunt, ad Spiritum ſanctum. D

Πεῦσις ρξή.

Ἀλλ' οὐκ εἶπεν ὁ Θεὸς, ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν, ἣν μέλλω ποτὲ γίνεσθαι· ἀλλ' ἤδη ἑστῶσαν καὶ ἀπηρτισμένην ἐμφαίνει, λέγων, καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτὸν, λέγει Μωσῆς.

Ἀπόκρισις.

Εἰ μὴ φιλονεικεῖν βουλόμενοι κεραίνονται πρὸς τὰ ῥηθέντα, δοκεῖ μοι εἰκότως ἐνηρτῆσθαι τὰ τῆς εἰκόνος, E τῇ καθ' ἡμᾶς θεοφανείᾳ τοῦ λόγου, συμμαρτυρούσης μοι πολλαχοῦ τῆς προφητικῆς ὁμηγύρεως πρὸ πολλῶν τῶν χρόνων, τὴν μετ' αὐτοὺς μέλλουσαν ἔσεσθαι σαρκοφόρον τοῦ λόγου βίωσιν, ὡς ἤδη ἐνεστῶσαν κηρύττοντες. Ἠσαΐας μὲν ὁ τῶν προφητῶν ὑψηλότατος διαῤῥήδην βοῶν, παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, καὶ ἐδόθη, καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ Θεὸς ἰσχυρός· οὐδὲ τῆς κατὰ σάρκα μητέρος αὐτοῦ καὶ ἀειπαιδος, εἰς τὸ εἶναι ἔτι παραχθείσης. ἕτερος δὲ πρὸ πεντακοσίων καὶ ἄνω χρόνων τῆς θεανδρικῆς τοῦ λόγου ὄψεως, ὡς ἤδη σταυρωθέντα, καὶ ἐκ τάφου ἀναστάντα, καὶ παριστάμενον ἐρωτᾷ· τί αὗται αἱ πληγαὶ ἀνὰ μέσον τῶν χειρῶν σου; πρὸς ὃν τὸ θεῖον

INTERROGATIO CLXVIII.

At non dixit Deus, Faciamus hominem ſecundum imaginem & ſimilitudinem, in qua aliquando futurus ſum, ſed jam conſtantem & perfectam indicat, dicens: *Et fecit Deus hominem, ſecundum imaginem Dei fecit ipſum*: quæ quidem Moſis verba ſunt.

RESPONSIO.

Niſi data opera contendere volentes perturbarentur in iis quæ dicta ſunt, non abs re viderentur mihi ea quæ hanc imaginem concernunt, apte reſpondere ad ſanctam apparitionem Verbi apud nos factam, teſtimonium perhibente mihi multis in locis ante multorum temporum annos prophetico cœtu, qui poſt ſe futuram Verbi in carne vitam velut jam præſentem prædicat. Eſaias quidem vatum excellentiſſimus diſerte clamat, [d] *Puer natus eſt nobis, & datus eſt, & vocabitur nomen ejus Deus fortis*: necdum matre ejus ſecundum carnem ac ſemper virgine exſiſtentiam aſſecuta. Alius etiam quingentos & amplius annos ante uniti cum Deo hominis & Verbi exaltationem, velut qui jam cru-

a Gen. VI. 7. *b* Exod. XV. 1. 21. *c* Exod. III. 15. 16. *d* Iſa. IX. 6.

μήπω σαρκωθὲν, κρατιώον δὲ τὰ τοῦ προφήτου, ὡς ἤδη ἐκβεβηκότα, φησὶν, αὗται αἱ πληγαὶ, ἃς ἐπλήγην ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ ἀγαπητοῦ μου. Δαβὶδ δὲ ὁ τῶν θείων μελῳδὸς πρὸ χιλίων ἤδη χρόνων, ὡς ἐνεστῶσαν ἢ παρῳχηκυῖαν τὴν εἰς οὐρανοὺς αὐτοῦ σωματωθέντος ἄνοδον ἐτραγῴδησεν· ἀνέβη ὁ Θεὸς ἐν ἀλαλαγμῷ, ὁ Κύριος ἐν φωνῇ σάλπιγγος.

A cifixus esset, & e monumento resurrexisset, adstantem rogabat: [a] *Quidnam illa vulnera per medias manus tuas?* Cui Deus nondum incarnatus, vatem nihilominus confirmans, velut ista jam facta essent, inquit: [b] *Hæc sunt vulnera, quibus affectus sum in domo dilecti mei.* Davides autem carminum ille divinorum auctor ante mille jam annos veluti præsentem, aut præteritam ipsius in corpore ad cælos ascensionem cecinit, [c] *Ascendit Deus in jubilo, Dominus in voce tubæ.*

SÆCUL. IV
CIRCA
ANN. CHR.
368.



Πεῦσις ρξθ'.

Καὶ πῶς ἀνωτέρω ἀποκηρύξας τοὺς μελογραφοῦντας τὸ θεῖον, καὶ ἀνθρωπόμορφον λέγοντας, πάλιν αὐτὸς ἀποκρίνῃ καθ' ἡμᾶς αὐτὸ ὑπάρχειν;

Ἀπόκρισις.

Οὐχ ὑπάρχειν, ἀλλὰ γίνεσθαι ἔφην, ἡνωμένον ψυχῇ τε καὶ σώματι τοῖς ἡμετέροις· ἐπεὶ καὶ ὁ αὐτὸς ὁ ἅγιος λόγος καθ' ἡμᾶς γενόμενος, καὶ συμβιωτεύων ἡμῖν, ὢν ὅπερ ἦν, καὶ ὁρώμενος ὅπερ οὐκ ἦν, φησὶ τῷ θιάσῳ τῶν ἀποστόλων, ἄρτον ἐπιδιαιρῶν· λάβετε, φάγετε ἐξ αὐτοῦ πάντες, τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου· μήπω τυθεὶς τῇ σαρκί· καὶ, λάβετε, πίετε, τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου, μήπω τρωθεὶς ἐπὶ σταυρῷ δόρει τὴν πλευράν. καὶ ὁρῶμεν τὸν ἅγιον ἐκεῖνον ἄρτον σήμερον ἐν τῷ ἀναιμάκτῳ θυσιαστηρίῳ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς θείας καὶ μυστικῆς τελετῆς, ἐπὶ τῆς ἀχράντου προτιθέμενον τραπέζης· μὴ ἐοικότα δὲ τῇ εἰκόνι τοῦ σωτηρίου σώματος τοῦ Θεοῦ καὶ λόγου· μηδὲ τῷ ἐγκεκραμένῳ αὐτῷ αἵματι τὸ συμπροτιθέμενον τῷ ἄρτῳ ποτήριον τοῦ οἴνου· οὐ τῇ τῶν μελῶν διαρθρώσει, οὐ τῇ σαρκικῇ καὶ αἱμώδει ποιότητι· οὐ τῇ ἀοράτῳ καὶ ἀφανῶς ἡνωμένῃ ἀσχηματίστῳ θεότητι· τὸ μὲν γὰρ ἔναιμον, ἔμψυχον, κατάνευρον, ἐρυθρὸν, διηρθρωμένον, ποικίλαις ἀρτηρίαις καὶ φλέβαις χόμενον, οἷς καὶ ὁ δημιουργὸς λόγος διαπέπλεκται μέχρι τριχῶν καὶ ὀνύχων· Θεοῦ γὰρ τρίχα φημὶ τὴν Χριστοῦ, ὁμοίως καὶ πόδας καὶ ὄνυχας, καὶ αἷμα καὶ ὕδωρ. δι' ἐμὲ γὰρ τοῖς ἐμοῖς ὁ λόγος ἥνωται· καὶ ἔστι τὸ μὲν ὄρθιον, διηρθρωμένον, πορευτικὸν, δραστικὸν, τὸ δὲ περιφερὲς, ἀνάρθρωτον, ἄψυχον, ἄναιμον, ἀκίνητον, οὐθετέρῳ ἐοικὸς, οὐ τῷ ὁρωμένῳ τοῦ ἀοράτου θεότητι, πιστεύομεν δὲ ὅμως τῇ θεηγορίᾳ, καὶ οὐχ ὡς ὅμοιον, ἢ ἴσον· ἀλλὰ κυρίως καὶ ἀραρότως αὐτὸ ὑπάρχειν τὸ θεῖον σῶμα, τὸ ἐπὶ τῆς θείας τραπέζης ἱερουργούμενον, καὶ τῷ θιάσῳ πάντῃ ἀτμήτως διαιρούμενον, καὶ ἀλήκτως μετεχόμενον. οὐδὲ γὰρ ὁ ἥλιος λήγει τοῖς δεομένοις τὸ φέγγος παρέχων· οὐδὲ θάλαττα διὰ τοῦ ἁλὸς μετεχομένη τοῦ κύτους ὑφίεται· οὐδὲ τὸ πῦρ μυρίας ὑφάπτων λαμπάδας μαραίνεται, ἢ μειοῦται, μὴ λείποντος τοῦ ὑποστρέφοντος, καὶ τὸν πυρσὸν ἐγείροντος· οὐδ' αὖ πάλιν ὁ ἀὴρ τῇ ἀναπνοῇ πάντων ἐμψύχων βραχύνεται. καὶ πάλιν, ὁ μὴ πιστεύων, φησὶν, εἰς ἐμὲ, ἤδη κέκριται, μήπου κρίνας τινά. ὁ δὲ πιστεύων εἰς ἐμὲ, ἔχει ζωὴν αἰώνιον· μήπου δὲ εἰληφότες αὐτὴν οἱ πιστεύοντες, μέχρι ταύτης ἀπαλλαγῆναι τῆς ἐμπαθοῦς καὶ ὑλώδους· ἐκ ταύτης γὰρ ἐπ' ἐκείνην διαβαίνομεν. ἀλλὰ τῇ θεηγορίᾳ πιστεύοντες, καὶ τὸ μέλλον ἀσφαλῶς ἔχοντες, ὡς ἤδη ἐγκαθεστῶτες αὐτῇ διακείμεθα. ὁμοίως νοοῦντες καὶ τὸν περὶ τῆς εἰκόνος λόγον, τῷ προορισμῷ καθ' ἡμᾶς τῆς τοῦ λόγου μορφώσεώς τε καὶ γεννήσεως καὶ βιοτεύσεως ἀπαρτίζεσθαι, ἀπούσης αὐτοῦ τῆς ἀνοσίου κακίας.

INTERROGATIO CLXIX.

At quomodo in superioribus rejecisti eos, qui B membra Deo adscribunt, & humana forma præditum dicunt, & rursus idem asseris ipsum esse sicut nos?

RESPONSIO.

Non esse, sed nasci dixi, unitum & anima & corpore nostris. Siquidem ipsum sanctum Verbum nostri simile factum est, & vitam inter nos agens, quum esset quod erat, & cerneretur quod non erat, inquit ad sacrum Apostolorum cœtum, panem distribuens: [d] *Accipite, comedite de hoc omnes: hoc est corpus meum*: nondum immolatum carne. Et, [e] *Accipite, bibite: hic est sanguis meus*: nondum vulneratum in cruce per lanceam in latere. Et videmus sanC ctum illum panem hodie in ara incruenta tempore divini & mystici officii, in impolluta propositum mensa, non tamen similem imagini salutiferi corporis Dei & Verbi: neque item immisto ipsius sanguini, una cum pane propositum poculum vini. Non membrorum articulatæ distinctioni, non carnali & sanguineæ qualitati, non invisibili & abscondite unitæ cum ipso formæ experti divinitati. Illud enim sanguinem continet, animatum, rubrum, & articulatum est, & variis arteriis atque venis distinctum, quibus & opifex ille Verbum variegatus erat usque ad pilos & ungues. Comam enim Dei voco Christi comam, similiter & pedes, & ungues, & sanguinem, & aquam. Propter me enim meis unitum est Verbum. D Estque hoc quidem erectum, artubus compositum, incedendi vim habens & agendi: illud autem rotundum, non articulatum, inanimatum, sanguine carens, immobile, & neutro simile: non ei qui cernitur, & invisibilis est divinitate. Credimus nihilominus secundum sermonem divinum, etiamsi non sit simile vel æquale, proprie tamen & convenienter id esse corpus divinum, quod in divina mensa sancte consecratur, & universo cœtui sacro absque sectione dividitur, & absque defectu participatur. Neque enim sol desinit indignis lucem præbere, neque mare per salem participatum, usque ad fundum exhauritur, neque ignis infinitas succendens faces languescit aut minuitur, non deficiente eo quod E subest, & flammam excitat. Neque item aer omnium animatorum respiratione imminuitur. Rursus ait, [f] *Qui non credit in me, jam condemnatus est*: quum nondum judicasset quemquam. [g] *Qui vero credit in me, habet vitam æternam*, ea nondum recepta ab iis qui credunt, donec hac affectibus obnoxia & crassa vita liberati fuerint. Ex hac enim ad illam transimus. Sed sermoni divino credentes, futurumque certo tenentes, veluti si jam in ea constituti simus, ita sumus affecti. Similiter intelligamus & eum qui de hac imagine est, sermonem, per prædictionem quamdam Dei Verbi formationem & nativitatem, vitam denique nostræ similem apte declarare; sic tamen ut omnis vitiositas excludatur.

a Zach. XIII. 6. b Ibid. c Psalm. XLVI, 6. d Matth. XXVI. 26. e Ibid. vv. 27. 28. f Joan. III. 18. g Joan. VI. 47.

A

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 368.



Πεῦσις ρό.

Οὐκοῦν, εἰ προώρισεν ἑαυτῷ τὴν ἐνανθρώπησιν ὁ Θεὸς, ἀναίτιοί εἰσιν οἱ σταυρώσαντες αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι.

Ἀπόκρισις.

Ἀναίτιοι ὑπῆρχον, εἰ μὴ προηγορεύθη αὐτοῖς διὰ νόμου καὶ προφητῶν, οὐκ ἀλλοφύλων, ἀλλὰ συγγενῶν καὶ ὁμαίμων, καὶ συναδολεσχῶν τῆς νομικῆς παιδείας, ἀπέχεσθαι τῆς κατὰ Χριστὸν θεοκτονίας, καὶ μὴ παρανομεῖν ἀλόγως τὸν λόγον διὰ σαρκὸς ἀναιροῦντας· οὐδὲν διὰ τῆς εἰκαιολεσχίας ἀπώναντο, ἀνόμως τῷ νόμῳ χρησάμενοι· οὐ γὰρ νόμῳ προσηλωμένοι, καὶ ἐκ παιδὸς αὐτὸν κατηχούμενοι, ἐν ἀμαθείᾳ, μᾶλλον δὲ ἀπωλείᾳ πολιωθέντες, ἐκεῖνον ἠθέτησαν· τὰ δὲ ἄνομα ἔθνη, μήτε νόμῳ συντραφέντα, μήτε τοῦτον κατηχηθέντα, ἐνόμησαν, ἑαυτοῖς νόμος γενόμενοι, καὶ τὸν σφῶν ποιητὴν ἀγαπώμενοι, ἐκ μόνων τῶν παρ᾽ αὐτοῦ δρωμένων, Θεὸν ὑπάρχειν αὐτὸν πιστεύοντα.

Πεῦσις ροα.

Ἐπειδὴ ἀνωτέρω εἶπας ἐν τῇ τῶν ἀρετῶν τελειώσει ἐξομοιοῦσθαι ἡμᾶς τῷ Θεῷ, καὶ ἐπηγγείλω λέγειν ποίῳ τρόπῳ τὰ περὶ ἀρετῶν, δεόμεθά σου πρῶτον λεχθῆναι ἡμῖν, τίς ὁ τέλειος τῆς ἀρετῆς ὅρος.

Ἀπόκρισις.

Θαυμασίως, ὦ φίλη κεφαλὴ, καὶ συντόνως ζητῶν τίς ὁ τέλειος τῆς ἀρετῆς ὅρος, ἔδειξας ἐγρηγόρως πρὸς ἐκεῖνον ὁρᾷν, καὶ ὡς (εἴπερ εὑρεθείη τῷ λόγῳ τὸ ποθούμενον) εἰς τὸν σαυτοῦ σφετερίσασθαι τοῦτον βίον. ἐγὼ δὲ ἐπ᾽ ἀμφοῖν ἐπ᾽ ἴσης ἀμηχανῶ· τὸ γὰρ περιλαβεῖν ἢ δεῖξαι, ὅπερ ἂν ὁ λόγος κατανοήσῃ, ὑπὲρ τὴν ἐμὴν φημι ὑπάρχειν ἔννοιαν· ἴσως δὲ καὶ πάντες οἱ κατ᾽ ἀρετὴν ἀστράπτοντες, ἀνέφικτον αὐτοῖς ὑπάρχειν τὴν τελειότητα ὁμολογήσοιεν. ἡ γὰρ τελειότης ἐπὶ μὲν τῶν ἑτέρων πάντων ὅσα τῇ αἰσθήσει μετρεῖται, πέρασί τισιν ὡρισμένοις διαλαμβάνεται, οἷον ἐπὶ τοῦ ποσοῦ τοῦ συνεχοῦς καὶ τοῦ διωρισμένου. πᾶν γὰρ τὸ ἐν ποσότητι μέτρον, οἰκείοις τισὶν ὅροις ἐμπεριέχεται. καὶ ὁ πρὸς τὸν πῆχυν βλέπων, ἢ τὴν τοῦ ἀριθμοῦ δεκάδα, γινώσκει τὸ ἀπὸ τίνος ἀρξάμενος, καὶ εἰς τίνα κατέληξεν· ἐν ᾧ ὑπάρχει τὸ τέλειον ἔχειν. ἐπὶ δὲ τῆς ἀρετῆς ἕνα παρὰ τοῦ ἀποστόλου τελειότητος ὅρον ἐπαιδεύθημεν, τὸ ὑπάρχειν αὐτὴν ἀόριστον καὶ ἀπεράτωτον. ὁ γὰρ πολὺς ἐκεῖνος καὶ ὑψηλὸς τὴν διάνοιαν ἀεὶ διὰ ταύτης θέων, οὐδέποτε [1] τοῖς ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος ἔληξεν. οὐδὲ γὰρ ἀσφαλεστάτην ᾤετο τὴν τοῦ δρόμου στάσιν· οὐδὲν γὰρ ἀγαθὸν τῇ οἰκείᾳ φύσει ὁρίζεται· τῇ δὲ ἀντιπαραθέσει τοῦ ἐναντίου περατοῦται πάντως, ὡς ἡ ζωὴ τῷ θανάτῳ, καὶ τὸ φῶς τῷ σκότει, καὶ ἡ ῥώμη τῇ ἀῤῥωστίᾳ. ὥσπερ οὖν τὸ τῆς ζωῆς τέλος ἀρχὴ θανάτου ἐστὶ, καὶ ἡλίου δύσις ἀρχὴ σκότους, καὶ ἡ τῆς εὐσθενείας ἐκκοπὴ ἀρχὴ ἀσθενείας· οὕτως τοῦ κατ᾽ ἀρετὴν δρόμου ἡ στάσις, ἀρχὴ τοῦ τῆς κακίας γίνεται δρόμου. οὐκοῦν εὖ ἔφην μὴ ὅροις ὑποκεῖσθαι οἰκείοις τὴν ἀρετήν· τὸ γὰρ πέρατι διαλαμβανόμενον οὐκ ἔστιν ἀρετή· ἀρε-

INTERROGATIO CLXX.

Ergo si tibi præfinivit humanæ carnis assumtionem Deus, culpa carent Judæi qui ipsum crucifixerunt.

RESPONSIO.

Caruissent culpa, si non prædictum ipsis fuisset per legem & prophetas, non alienigenas, sed cognatos & consanguineos, & in eodem exercitio legalis disciplinæ constitutos, quo abstinerent a Dei in Christo nece, & ne contra legem agerent, absque ratio- B ne Verbum per carnem occidentes. Ideo nihil ex vanis illis garritibus utilitatis perceperunt, lege illegitime usi. Non enim legi adhærentes, & a puero in ea instituti, in inscitia immo perditione senescentes illum rejecissent. At gentes quibus lex lata non fuit, & quæ in lege educatæ non erant neque in ea institutæ, bene & legitime vixerunt, sibimet ipsis lex factæ, suumque conditorem amplexæ, ex iis solis quæ ab ipso facta sunt, Deum ipsum esse crediderunt.

INTERROGATIO CLXXI.

Quandoquidem in præcedentibus dixisti, in vir- C tutum perfectione nos assimilari Deo, teque dicturum recepisti, quonam id per virtutes pacto fiat; a te petimus, primum dici nobis, quæ sit perfecta virtus.

RESPONSIO.

Admirabiliter o carum caput, & præcise quærens, quis perfectus virtutis finis sit, demonstras te vigilanter ad illum respicere, & quasi (si quidem inventum sit quod desideratur) eum tuæ ipsius vitæ proprium facere velis. At ego in utroque pariter hæsito. Id enim vel oratione complecti vel demonstrare, quod ratio cognoverit, etiam meum intellectum superare dico. Fortassis autem & omnes qui D virtute claruerunt, ejus perfectionem se assequi non posse fatebuntur. Perfectio enim in aliis quidem omnibus quæcumque sensu metimur, terminis quibusdam finitis percipitur, velut in quantitate continua & discreta. Omnis enim in quantitate mensura, propriis quibusdam terminis continetur. Ubi qui ad cubitum respicit, aut ad numeri decadem, cognoscit & id unde cœpit, & in quo desiit, in quo scilicet exsistere perfectio solet. In virtute autem unicum ab Apostolo perfectionis terminum didicimus, quod ipsa infinita sit, & omni carens termino. Nam magnus ille ac sublimi præditus mente per hanc perpetuo currens, numquam ad ea quæ priora sunt, extendere se cessavit. Neque enim sa- E tis tutam putabat esse a cursu institionem. Nullum enim bonum propria natura terminatur, sed per comparationem contrarii omnino finitur: quemadmodum vita morte, lux tenebris & robur infirmitate. Quemadmodum igitur finis vitæ principium mortis est, & solis occasus principium caliginis, & bonæ valetudinis amissio principium infirmitatis, sic cursus a cursu virtutis institio principium fit cursus vitiosi. Ideo recte dixi, nullis terminis propriis subjectam esse virtutem. Nam quod terminis comprehenditur, non est virtus. Virtutem vero perfectam, & inde-

1. Τοῖς ἔμπρ. ἐπεκτεινόμενος ἔληξεν] Respicit heic Cæsarius ad *Philipp.* III. 13. 14. ubi sic legimus: *ἓν δὲ, τὰ μὲν ὀπίσω ἐπιλανθανόμενος, τοῖς δὲ ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος, κατὰ σκοπὸν διώκω. Unum autem, quæ quidem retro sunt obliviscens; ad ea vero quæ sunt priora, extendens me ipsum, ad destinatum persequor.* At in vulgato Cæsario placuit editori vitiosa hujusmodi lectio ἐπεκπνοουμένοις ἔλεξεν, cum hac interpretatione, *numquam ad ulteriora se pervenisse dicit*. Textum emendatum ejusque versionem restitutam proferimus ex Cotelerio *Monum. eccl. Gr.* tom. II. p. 672.

τὴν δὲ τελείαν, ἀπέραστον, καὶ ἀόριστον, ἀμεγέθη τε καὶ ἄποσον, πάσης καταλήψεως ὑπέρτερον τὸ θεῖόν φημι, τὸ κυρίως καὶ πρώτως ἀγαθὸν, οὗ ἡ φύσις ἀγαθότης ὑπάρχει ἡ ἀπεράτωτος ἀρετή. ἐπεὶ οὖν οὐδεὶς ἀρετῆς ὅρος πλὴν κακίας ἀντιπαράθεσις, ἀπαράδεκτον δὲ τοῦ ἐναντίου τὸ θεῖον καὶ ἀόριστον· ὁ δὲ τὴν ἀρετὴν μετιὼν, πάντως Θεοῦ καὶ αὐτὸς μετέχει· αὐτὸς γὰρ ὑπάρχει παντελὴς ἀρετή· τοῦτο δὲ ὅρον οὐκ ἔχει· ἀναγκαίως καὶ ἡ τοῦ μετέχοντος ἐπιθυμία τῷ ἀορίστῳ συμπαραθέουσα, καὶ συμπαρεκτεινομένη, στάσιν οὐδέπω ἕξει τοῦ δρόμου. ἀόριστος οὖν καὶ ἀπεράτωτος ἡ παντελὴς ἀρετὴ νοείσθω, ἥ τις ὑπάρχει τὸ θεῖον.

A terminatam, & infinitam, magnitudinis & quantitatis expertem, & omni comprehensione superiorem, Deum dico, qui proprie & principaliter est bonus, cujus natura bonitas est & immensissima virtus. Quandoquidem igitur nullus alius est virtutis terminus, quam vitiositatis oppositio, Numen autem divinum contrarii non capax est, & infinitum: etiam is qui virtutem obit, idem omnino & Dei particeps est, qui absoluta est virtus: adeoque terminum non habet. Necessario denique etiam ejus qui participat, cupiditas cum infinito concurrens, & una se se extendens, institionem a cursu numquam habebit. Infinita igitur & immensissima absoluta virtus intelligatur, quæ quidem ipse Deus est.

B

Πεῦσις ροβʹ.

Καὶ πῶς τις ὁδοῦ ἢ ἔργου ἐπιβήσεται, ὧν τὸ πέρας καὶ ἡ τελειότης αὐτῷ ἀπροσδόκητος; πῶς δὲ καὶ μετέλθοι τὴν ἀρετὴν ἀπελπίζων τῆς τελειότητος;

INTERROGATIO CLXXII.

Et quomodo quis viam aut opus aggredietur, quorum finem & perfectionem exspectare sibique polliceri non potest? Quomodo vero virtutem capesset aliquis de ejus perfectione desperans?

Ἀπόκρισις.

Ἀλλὰ μὴ, ἐπειδὴ τὸ ζητούμενον ἄληπτον ὁ λόγος ἔδειξεν, τῆς ἐνδεχομένης ἀρετῆς ἀμελήσωμεν, τῆς παντελῶς θεηγορούσης, γίνεσθε τέλειοι ὡς ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος τέλειός ἐστιν. οὐ πάντως τῇ ἀπαραβλήτῳ, καὶ ὑπὲρ λόγον καὶ ἔννοιαν θείᾳ C φύσει ἡμᾶς συναποτείνεσθαι διακελευόμενος· ἀμήχανον γάρ· ἀλλὰ τὸ ἐκείνης μιμεῖσθαι φιλάνθρωπον, καὶ ἀπρόσιτον, καὶ πανάγαθον· πᾶσαν περὶ τὸν πέλας εὐσπλαγχνίαν ἐπιδεικνύμενον, κἂν ἐχθρὸς ὑπάρχει καὶ ἐπίβουλος· πάντα γὰρ πᾶσιν ἐπικουρεῖ τὸ θεῖον, καὶ ἀφθόνως πηγάζει· προλαμβάνωμεν δωρεαῖς τὰς τῶν συμφερόντων αἰτήσεις, παρ' οὐδενὸς δὲ κατ' ἀξίαν τιμώμενοι. μετέλθωμεν τοίνυν καθ' ὅσον οἷόν τε τὴν ἀρετὴν, κούφοις τε καὶ πυκνοῖς τοῖς ἅλμασι πρὸς αὐτὴν συναλλόμενοι, εἰ καὶ τῆς κορυφῆς ἐφικέσθαι ἀμήχανον. ἐπεὶ γὰρ τῶν καλλίστων καὶ μὴ τοῦ παντὸς τυχεῖν οἷός τε ὦ, τὸ καὶ μέρους ἐπιτυχεῖν, κέρδος ὑπάρχει οὐ τὸ τυχόν· ἐπεὶ γὰρ τὴν κρήνην, D ἢ τὴν ὑδρίαν ἐκπιεῖν οὐχ οἷοί τέ ἐσμεν, ἆρ' οὐκ ὀφείλομεν τῇ ἐγχωρούσῃ μετουσίᾳ τὸν φλογμὸν τοῦ δίψους ἀκέσασθαι; ἢ ὅτι ὅλον τὸν ἀέρα σπάσαι ἀμήχανον, παρὰ τοῦτο οὐδ' ἀναπνεῖν ὀφείλομεν; ἢ ὅτι πᾶσαν τὴν διαλεκτικὴν οὐκ ἐπιστάμεθα, οὐδ' ὅλως φράζειν ὀφείλομεν; πᾶσαν τοίνυν ἐπιδεικτέον σπουδὴν μὴ πάντη ἐκπεσεῖν τῆς ἐνδεχομένης τελειότητος· ἀλλὰ τοσοῦτον αὐτὴν περιπτύξασθαι, ὅσον ἡμῖν καὶ ὑπὲρ τὴν δύναμιν· ἐπαινετὸν γὰρ αὐτῆς τὸ πλεονέκτημα. διὸ τελειότης δοκεῖ μοι ἀρετῆς, τὸ σπεύδειν ἀεὶ ἐν τῷ καλῷ τὸ πλέον ἔχειν, καὶ δικαιοσύνῃ βαρεῖν τὴν ἀδικίαν. ἀποῤῥήτως γὰρ τῇ διακρίσει τῆς θειότητος ἀντιστηκουμένων, καὶ ἀντιμετρουμένων ἐν ἀκαρεῖ τῶν ἑκάστῳ βεβιωμένων, E διὰ τοῦ ὑπερεκπίπτοντος καλοῦ τε καὶ χείρονος τὰς ἀμοιβὰς κομιζόμενοι, πρὸς τοὺς ὁμοίους ἀποκριθησόμεθα, συγγεραιρεῖσθαι, ἢ συντιμωρεῖσθαι μέλλοντες.

RESPONSIO.

Ne, quandoquidem id quod in quæstione propositum est incomprehensum oratio nostra demonstravit, virtutem quæ perfici potest negligamus, quæ plane sancte concionatur, [a] *Estote perfecti, quemadmodum pater vester cælestis perfectus est*. Quibus verbis non cum omnino incomparabili, & rationem intellectumque superante divina natura nosmet ut extendamus jubet: (id enim fieri nequit) sed ut illius imitemur benignitatem & facilitatem, omnimodamque bonitatem & omnem erga proximum intimæ miserationis affectum ostendamus, etiamsi sit inimicus & insidiator. Omnia enim omnibus suppeditat Deus, & affatim quasi de fonte quodam manare facit. Præveniamus donis utilium rerum petitiones, a nemine secundum dignitatem honorati. Capessamus igitur pro viribus virtutem, levibus & crebris ad ipsam saltibus assilientes, etiamsi ad summum pertingere nequaquam possimus. Nam in iis quæ præ ceteris pulcra sunt, ipsum totum licet consequi nequeas, vel partem assequi lucrum haud vulgare est. Etenim si maxime fontem aut vas aquarium ebibere non possumus, num propterea non debemus concessa fruitione mederi ardori sitis? Aut quia ut universum aerem attrahamus fieri non potest, ideo neque respirare debemus? Aut quia totam disserendi artem non scimus, ne prorsus quidem fari debemus? Omne igitur studium adhibendum, ne excidamus ea perfectione quæ contingere potest. Quin ipsam tanto magis amplecti debemus, quanto viribus nostris superior est: laudabilis enim est ejus copiosior possessio. Ideo mihi videtur perfectio virtutis, si quis semper festinet, ut in bono plus habeat, & justitia injustitiam deprimat. Ineffabiliter enim per judicium divinum ad trutinam appensis ponderatisque momento temporis iis quæ ab uno quolibet in hac vita sunt, prout vel virtus vel vitiositas superaverit, remunerationem reportantes, ad nostri similes aggregabimur, una cum aliis aut honorandi præmio, aut afficiendi supplicio.

Πεῦσις ρογʹ.

Τίνα τὰ εἴδη τῆς ἀρετῆς, καὶ πόσα; καὶ εἰ δυνατὸν διὰ μιᾶς αὐτῶν κατορθῶσαι; οὐ γὰρ πάντες τὰς πάσας δύνανται κατορθῶσαι. ἴσως γάρ τις

INTERROGATIO CLXXIII.

Quæ sunt species virtutis, & quot? aut num fieri potest ut ipsam recte per unam aliquam perficiamus? Non enim quilibet possunt quaslibet præstare.

[a] Matth. V. 48.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

ξενίζειν τινὰς διὰ πενίαν οὐ δύναται, ἐγκρατεύεσθαι καὶ σωφρονεῖν δύναται, ἢ ὑπομένειν ἐν πειρασμοῖς, ἢ διδάσκειν τὰ εὐσεβῆ. ἄλλος δὴ μεταδίδωσι τοῖς πένησι τὰ ἀναγκαῖα πρὸς τὸ ζῆν· ἄλλος δὲ διακονεῖ δωρεάν. τί οὖν; διὰ μιᾶς τούτων οὐ δύναται ἀπαλλαγῆναι τῆς αἰωνίου κολάσεως;

A Fortaſſis enim fit, ut quis aliquos propter paupertatem hoſpitio excipere nequeat, qui tamen temperans & ſobrius eſſe poteſt, aut ſuſtinere tentationes, aut docere pietatem. Alius item largitur pauperibus ad vitam neceſſaria: alius gratis miniſtrat. Quid igitur, num per iſtarum unam aliquam æterno ſupplicio liberari non poteſt?

Ἀπόκρισις.

Πᾶσα μὲν ἀρετὴ περισπούδαστος ὑπάρχει τοῖς τὸ λογικὸν μὴ ἀμαυρωθεῖσιν ὑπὸ τῆς ὕλης, παρά τε τοῖς ἀρτίφροσιν ἀληθῶς. πᾶσα δὲ κακία βδελυκτή, οἷα δὴ ἀντίπαλος ἱσταμένη τοῦ κρείττονος, κατὰ τῆς ἡμετέρας ἀγωνιζομένη φύσεως. ἀρετῆς οὖν εἴδη τέταρτά τινες ἔφρασαν· τὰ δὲ ὑπάρχειν, Ἀνδρείαν, Φρόνησιν, Σωφροσύνην, καὶ Δικαιοσύνην· ἅπερ καλὰ μὲν τυγχάνει, χθαμαλὰ δὲ ἕρπει, καὶ ἐπὶ τῆς χέρσου νήχεται, κατώτερα τυγχάνοντα τῆς οὐρανίου ἁψῖδος· ἀνδρείαν γὰρ φήσαντες, τὴν τῆς ὕλης ἀντίμαχον· καὶ σωφροσύνην, τὸ κατὰ τῶν παθῶν κράτος καὶ νίκην· φρόνησιν δὲ, τὴν ἐν ταῖς πόλεσιν ἀριστοκρατίαν· δικαιοσύνην δὲ, τὴν κύδιμον τοῦ βίου μερίδα. ὥς γε ᾤοντο τάξιν τινὰ νομοθετοῦντες, χαλινώσαντες τὴν ἐφ᾽ ἑκάτερα τοῦ πλείονος ἀμετρίαν· ὑψηλότερον δέ τι μήτε νοῆσαι, μήτε ἐκφᾶναι οἷοί τε· τό, τε ἐπ᾽ αὐτοῖς τὴν ἀρετὴν τοῖς ὁρωμένοις περιέκλεισαν μόνον, μηδὲν οἰηθέντες αὐτὴν ἔχειν ὑψηλόν τι, καὶ τῆς τῶν οὐρανῶν εὐκοσμίας ἐφάμιλλον. ἡμεῖς δὲ καθηγεμόνα τὸν ὑψηλὸν ἀπόστολον ἔχοντες, πολλὰ μὲν εἴδη ἀρετῆς ἀπαριθμούμενον, τρία πάντων ἐξαίρετα, πίστιν, ἐλπίδα, ἀγάπην· ὧν ἡ μὲν πίστις δωρεῖται βροτοῖς τὰ ὑπὲρ φύσιν. τοῖς νοητοῖς καταγράφουσα τὸν ἔτι περικείμενον τὸ πολυπαθὲς τῆς ὕλης περιβόλαιον. ἃ γὰρ αἱ τῶν ἀγγέλων καὶ τῶν λοιπῶν ἀσάρκων τάξεις ἠγνόησαν, τούτων τοῖς χαμαιπόροις καὶ ἐπὶ γῆς καλινδουμένοις βροτοῖς τὴν ἐπιστήμην εἰσηγεῖται ἡ πίστις, καὶ ὑποδείκνυσι προσάγουσα τὴν διάνοιαν τῷ βασιλικῷ τε καὶ ἀσχηματίστῳ θρόνῳ· καὶ ἀκριβῆ ἐναστράπτουσα τὴν αἴγλην τῆς ἀνάρχου καὶ ἀκράτου φύσεως, τῇ ἐκεῖθεν ἀστραπῇ τὴν ἀχλὺν τῶν αἰσθήσεων ἀπελαύνουσα, καὶ εἴ τι παχὺ καὶ νεφῶδες τῶν τῇδε τοῦ νοῦ ἀπολήσασα, παρέχει ἑταιριζομένη οὐδὲν ἄτοπον πιστεύειν πεπρᾶχθαι. τῶν προτέρων ἀμνηστίαν καὶ ἀπόνηψιν τῷ λουτρῷ ποτισαμένη· καὶ οἱονεὶ ἀείπαις καὶ ἄμωμος ἀναφανεῖσα.

RESPONSIO.

Omnis quidem virtus excolenda eſt iis, quibus rationis vis a craſſis rebus obſcurata non eſt, & apud eos qui vere ſunt ſanæ mentis. Omnis autem vitioſitas abominanda, utpote quæ virtutis adverſaria eſt, noB ſtræ repugnans naturæ. Porro virtutis aliqui ſpecies quatuor eſſe dixerunt, Fortitudinem, Prudentiam, Temperantiam & Juſtitiam: quæ pulcra quidem ſunt, ſed humi repunt & innatant terræ, ſuntque demiſſiora quam cæleſtis illa ſublimitas. Fortitudinem enim dixerunt, quæ vitiis reſiſtat: temperantiam, adverſus affectus robur & victoriam: prudentiam, in civitatibus optimam rerum publicarum conſtitutionem: juſtitiam, quæ laudabiliter curat vitæ cujuſque ſortem. Ideo putarunt ordinem quemdam ſe ſancire, ſi cohibuiſſent modi exceſſum in eo quod in utramque partem nimium eſt: ſublimius autem aliquid neque cogitare neque eloqui potuerunt, & quantum in ipſis fuit, virtutem in iis tantum quæ C cernuntur, incluſerunt, nihil arbitrantes ipſam habere vel ſublime, vel quod cælorum decori ſimile ſit. Nos autem præceptorem eximium illum Apoſtolum habemus, multas quidem virtutis ſpecies recenſentem, tres autem præ ceteris omnibus inſignes[a], fidem, ſpem, caritatem. Quarum fides quidem dat hominibus ea quæ ſupra naturam ſunt, intellectilibus adſcribens eum qui adhuc circumdatus eſt indumento craſſæ materiei multis affectionibus obnoxio. Nam quæ angelorum & reliquorum carne carentium ordines ignorarunt, horum humi affixis & in terra verſantibus hominibus ſcientiam largitur fides, & inſtruit eos, adducens mentem ad regalem & nulla forma expreſſam thronum, & per exquiſiD tum refulgentemque ſplendorem principii expertis & incorruptæ naturæ caliginem ſenſuum depellens, & ſi quid craſſum & nubiloſum ex illis eſt, a mente poſtquam abſterſit, facit ut adjuncti ſocii nihil abſurdi credant commiſſum, priorum oblivione per ablutionem & lavacrum facta: quaſi ſemper virgo & incontaminata apparens.

Πεῦσις ροδ΄.

Τί βούλεται λέγων ὁ Κύριος, ἀπὸ δὲ τῶν ἡμερῶν Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ ἕως ἄρτι ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν βιάζεται, καὶ οἱ βιασταὶ ἁρπάζουσιν αὐτήν; οἴδαμεν δὲ ὅτι πάσης κολάσεως καὶ κατάρας ἐστὶν ἄξιος. πῶς οὖν ἄρα νοήσομεν τὸ τοῦ Κυρίου ῥῆμα;

INTERROGATIO CLXXIV.

Quid ſibi vult Dominus, quum ait: [b] *A diebus autem Joannis Baptiſtæ regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud?* Scimus autem quod omnis (violentia) condemnatione & maledictione digna ſit: E quomodo igitur intelligemus hoc Domini dictum?

Ἀπόκρισις.

Ἰωάννου πρώτου αὐθήμερον ἥκειν τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν βροτοῖς καταγγείλαντος, καὶ τοῦ σωτῆρος θᾶττον ἐπιστάντος· οἱ ἀραρότως καὶ εἰλικρινῶς πιστεύοντες, δι᾽ ἀκροτάτης ἀσκήσεως καὶ σκληρουχίας τοὺς ὅρους τῆς φύσεως ὑπερβαίνοντες, καὶ πρὸς τὸ ἀπαθὲς μεθιστάμενοι ἐν σώματι, καὶ τὰ ἐκ τούτου κωλύματα ὑπεριπτάμενοι, νεκροῦντες τὰς ἐπιθυμίας τοῦ σώματος, διὰ τῆς στενῆς καὶ πονικωτέρας ὁδοῦ ταῖς ἀρεταῖς βαίνοντες, σφᾶς βιάζονται, πρὸς τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως ἐπιγόμενοι, ὥς φησιν ἱερὸς ἀπόστολος.

RESPONSIO.

Quia Joannes primus ejus temporis regni cælorum adventum hominibus annuntiavit, & Servator deinceps advenit: qui firmiter & ſincere credunt, per ſummum exercitium & laborioſam vitam terminos naturæ tranſcendentes, & ad affectuum mortificationem tranſlati in corpore, & ex eo obſtacula ſupervolantes, mortificantes concupiſcentias corporis, per anguſtam & laborioſiorem viam in virtutibus ingredientes, ſe violenter cogunt, [c] *ad præmium ſupernæ vocationis* compellentes, ut inquit divus Apoſtolus.

a 1. Cor. XIII. 13. *b* Matth. XI. 12. *c* Philipp. III. 14.

Saecul. IV. circa Ann. Chr. 368.

A

Πεῦσις ροέ.

Τί σημαίνει ὁ Κύριος λέγων περὶ τοῦ αὐτοῦ Ἰωάννου, καὶ εἰ θέλετε δέξασθαι, οὗτός ἐστιν Ἠλίας ὁ μέλλων ἔρχεσθαι; οἴδαμεν δὲ ὅτι Ἰωάννην Ἡρώδης ἀπέτεμεν· καὶ πῶς πάλιν Ἠλίας αὐτὸς οὗτος γενήσεται;

INTERROGATIO CLXXV.

Quid significat Dominus, de eodem Joanne dicens, [a] *Et si vultis recipere, hic est Helias qui venturus est?* Scimus autem, quod Joannem Herodes decollavit, & quomodo rursus Helias hic idem erit?

Ἀπόκρισις.

Ἐν πνεύματι καὶ δυνάμει Ἠλίου, ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἀποσταλέντα ἐν τῇ θεανδρικῇ ἐπιφοιτήσει, Ἠλίαν εἰκότως προσαγορεύει, διά τε τῆς χάριτος τὴν ἰσότητα, καὶ τῆς οἰκονομίας τὸ ἐφάμιλλον. ἀρχὴ γὰρ καὶ τέλος τῶν δύο διαθηκῶν γέγονεν Ἰωάννης· τέλος μὲν τοῦ νόμου, ἀρχὴ τῶν εὐαγγελίων, τοῦτ' ἔστιν, ἑτέρας παρὰ τὴν νομικὴν ἀγωγήν τε καὶ πολιτείαν καθηγητής. ὁμοίως καὶ Ἠλίαν καραδοκῶμεν ἐν τῇ θεανδρικῇ δευτέρᾳ Χριστοῦ ἐπιφοιτήσει βραχύ τι προήκοντα, πέρας μὲν ὑπάρχειν τῆς ἐνεστώσης ἀγωγῆς τε καὶ ζωῆς, ἀρχὴν δὲ τῆς μελλούσης· κατὰ δὲ Ἰωάννην καὶ αὐτὸν ὑπὸ τοῦ νοητοῦ Ἡρώδου ὑπὲρ ἀτρεκείας μιαιφονούμενον.

RESPONSIO.

In spiritu & virtute Heliae ante se missum in suo uniti cum Deo hominis adventu Heliam merito appellat. Item propter gratiae aequalitatem & administrationis similitudinem. Principium enim & finis B duorum testamentorum fuit Joannes: Finis quidem Legis, principium vero Evangelii: hoc est, alterius quam legalis institutionis & vitae magister. Similiter & Heliam exspectamus in secundo uniti cum Deo hominis Christi adventu, paullulum praecedentem, qui ostendat finem quidem esse praesentis institutionis & vitae, principium autem futurae. Quemadmodum autem necatus est Joannes, ita & ipsum ab intellectili Herode propter veritatem interficiendum credimus.

Πεῦσις ροϛ'.

Πῶς μείζων ἐν γεννητοῖς γυναικῶν Ἰωάννης ὁ Βαπτιστής; καὶ εἰ προφήτης ἦν, τί περισσότερον εἶχε προφήτου; ὅτι οὕτως λέγει ὁ Κύριος ἐν εὐαγγελίοις. διὰ τί δ' ἄρα μείζων πάντων ὑπὸ τοῦ σωτῆρος μαρτυρηθεὶς, τὸν ἑαυτοῦ πατέρα Ζαχαρίαν ἐφίμωσεν;

INTERROGATIO CLXXVI.

Quomodo [b] *major inter natos ex mulieribus Joan*-C *nes Baptista* est? Et si propheta fuit, quid amplius habuit quam propheta? sic enim dicit Dominus in Evangelio. Quare autem major omnium testimonio Servatoris perhibitus est, qui suo ipsius patris os obturavit?

Ἀπόκρισις.

Ποικίλη μοι δοκεῖ ἡ περὶ τούτου διασάφησις· καὶ πρόγε πάντων ὑμῶν αὐτῶν ὁμολογούντων, μείζων πάντων βροτῶν, καὶ ὑψηλότερος προφητῶν, ὑπὸ τοῦ Κυρίου μαρτυρεῖσθαι τὸν Ἰωάννην, οὐκ ἔχομεν λόγον τοῦ ζῶντος λόγου ἀνώτερον, μαρτυροῦντα, τῇ βοώσῃ ἐν τῇ ἐρήμῳ φωνῇ, ἑτοιμάζειν τὰς ὁδοὺς τοῦ Κυρίου, καὶ εὐθείας ποιεῖν τὰς τρίβους αὐτοῦ. ἀλλὰ τὰς ἀφορμὰς περὶ τῆς φωνῆς ὑπὸ τοῦ λόγου κομισάμενοι, λόγον, οὐθετέρου κατ' ἀξίαν, ἀλλὰ κατὰ δύναμιν ἐμὴν περὶ ἑκάστου ἀποδώσω. μείζων τοίνυν πάντων ἐν γεννητοῖς γυναικῶν Ἰωάννης, ὅτι ἐν τῇ μητρῴᾳ νηδύϊ ὑπάρχων ἔτι, καὶ μή πω τοῦ καθ' ἡμᾶς βίου ψαύσας, προεφήτευσε τῇ μητρῴᾳ γλώττῃ ὀργάνῳ χρησάμενος, καὶ ἐν σκότει λανθάνων, τὸ φῶς ἐν γαστρὶ τῆς ἀειπαίδος Μαρίας σαρκούμενον οὐκ ἠγνόησε· τὴν ἀστραπὴν οἱονεὶ δι' ὀπῆς τινος τοῦ τῆς φερούσης στόματος, τῇ περιπτύξει καὶ φιλήματι τῆς θεοφόρου νεάνιδος ἀνασπασάμενος, ἀρθεὶς τῇ μητρῴᾳ γλώττῃ ἀνεβόησε, πόθεν μοι τοῦτο, ἵνα ἡ μήτηρ τοῦ Κυρίου μου ἔλθῃ πρός με; ὁ εὐγνώμων οἰκέτης ἐπέγνω τὸν δεσπότην· καὶ σκαίρων ἐξάλλεσθαι τῆς γαστρὸς, πρὸς τὴν διακονίαν τοῦ λόγου ἐπείγεται προφθάσαι τὸν Ἰορδάνην, καὶ ἑτοιμάσαι τὸ ὑπὲρ ἡμῶν κατὰ σάρκα λουτρόν. πλεονεκτεῖ δὲ προφητῶν, τῷ καὶ αὐτὸν ἀθρῆσαι ἐν σαρκὶ τὸν προφητευόμενον, καὶ τῆς ἐκείνου κορυφῆς ψαῦσαι, ἧς τρέμει τὰ σύμπαντα, ὃν πάντες πατριάρχαι καὶ προφῆται δι' ὀνείρων ἢ αἰνιγμάτων μόνων ἐφαντάσθησαν, πρὸ τῆς θεανδρικῆς τοῦ λόγου θεοφανείας τὸν βίον ἀμείψαντες. τὸ δὲ κωφεῦσαι τὸν Ζαχαρίαν, τὴν γέννησιν τοῦ παιδὸς εὐαγγελισθέντα, οὐ κατ' ἔκπληξιν τοῦ ὀφθέντος αὐτῷ ἀγγέλου φημὶ, (ἐν συνηθείᾳ γὰρ ἦν τῆς ἐκείνων ὄψεως, καθαρῶς τῷ νόμῳ ἱερατεύων) ἀλλὰ τῷ τύ-

RESPONSIO.

Varia mihi de hoc videtur esse declaratio. Et quidem ante omnia vobismet ipsis fatentibus, quod major omnibus mortalibus & excelsior prophetis testimonio Domini perhibeatur Joannes: non habemus verbum vivente Verbo praecellentius, quod testimonio est Voci in deserto clamanti, [c] *Parate vias* D *Domini, & rectas facite semitas ejus*. Sed occasionibus de voce a verbo sumtis, rationem ex neutrius quidem dignitate, pro mea tamen virili de singulis reddam. Major ergo omnibus inter natos mulierum Joannes, quod quum adhuc in utero materno esset, nostramque vitam nondum attigisset, vaticinatus sit, instrumento materna lingua usus; & in tenebris latens, lumen in alvo semper virginis Mariae incarnatum non ignoravit, fulgore veluti per foramen aliquod, per os ejus quae gestabat, amplexu & osculo Deum gestantis puellae hausto, elevatus materna lingua exclamavit: [d] *Unde mihi hoc ut mater Domini mei veniat ad me?* Gratus servus Dominum cognovit, & gestiens exsultare in ventre ad E ministerium verbi impellitur, ad praeveniendum ad Jordanem, & parandum ipsi secundum carnem quod pro nobis erat, lavacrum. Major autem prophetis est, quod ipsum de quo illi vaticinabantur, vidit in carne, illiusque verticem tetigit, quo contremiscunt universa, quem omnes patriarchae & prophetae per somnia aut aenigmata tantum imaginati sunt, ante uniti cum Deo hominis Verbi divinam apparitionem vita defuncti. Quod autem mutus factus est Zacharias, postquam illi filii procreatio annuntiata fuisset, id non ex consternatione conspecti a se angeli profectum dico: (consueta enim illorum visio ei, qui pure legi in officio sancto serviebat) sed per

[a] Matth. XI. 14. [b] Ibid. ℣. 11. [c] Matth. III. 3. [d] Luc. I. 43.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



πῳ τῆς ἐκείνου σιγῆς ἡ τοῦ νόμου ἕπεται σιγή. τικτομένου δὲ τοῦ παιδὸς ἡ γλῶττα τοῦ πατρὸς αὖθις ἀπεκαθίστατο· δηλοῦσα ἀπὸ τῆς σιγῆς, καὶ στειρώσεως, καὶ γήρους, τὴν φωνὴν τίκτεσθαι· τοῦτ' ἔστιν ἐκ τοῦ παλαιωθέντος, καὶ καταγηράσαντος, καὶ στειρότητος νόμου τῇ ἀκαρπίᾳ τῶν δεξαμένων Ἰουδαίων, οὐδὲν ἐκ τῶν προφητικῶν προῤῥήσεων ἀπονα μένων, οὐδὲ συνιόντων τὴν Ἰουδαϊκὴν τοῦ Θεοῦ καὶ λόγου καθ' ἡμᾶς γέννησιν εἰς ἔργον ἐλθεῖν· καὶ τὴν αὐτοῦ κατὰ σάρκα μητέρα ἐξ ἐκείνων προελθεῖν.

A typum illius ſilentii ſequitur ſilentium legis. Nato vero puero lingua patris rurſus reſtituta eſt, ſignificans e ſilentio & ſterilitate atque ſenio vocem generari: hoc eſt, ex antiquata & ad ſenium redacta ſterilique facta lege, ac infecunditate Judæorum qui eam acceperant, neque quidquam ex prophetarum vaticiniis utilitatis perceperant, neque intellexerant Judaicam Dei & Verbi ſecundum naturam noſtram nativitatem re ipſa evenire, & illius matrem ſecundum carnem ex ipſis progredi.

Πεῦσις ροζʹ.

Καὶ πῶς μείζονα πάντων αὐτὸν ὑπάρχειν ὁ Χριστὸς μαρτυρῶν, πάλιν αὐτὸς λέγει, ὁ δὲ μικρότερος ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, μείζων αὐτοῦ ἐστιν;

INTERROGATIO CLXXVII.

Et quomodo quum Chriſtus ipſum omnibus B majorem teſtetur, rurſus idem dicit: [a] *Qui autem minor eſt in regno cælorum, major ipſo eſt?*

Ἀπόκρισις.

Οὐδὲ τοῦτο ἔξω [1] διπλῆς καὶ ποικιλίας τὸ νόημα· τριπλῆν γὰρ ἡμῖν ὁ λόγος ἐμφαίνει διάνοιαν· τὴν μὲν, ὅτι μικρότερος αὐτοῦ κατὰ σάρκα αὐτὸς ὁ Κύριος, μετὰ ἑξαμηνιαῖον χρόνον τῆς ἐκείνου συλλήψεως οὗτος οἰκήσας τὴν ἀείπαιδα, τὸ ἐξ ἐκείνης σῶμα περιτιθέμενος καθ' ἕνωσιν ἀδιάσπαστον καὶ μίξεως ἐλεύθερον, καθὼς ἐκ τοῦ μεγάλου Γαβριὴλ παιδευόμεθα, εὐαγγελιζομένου τὴν Θεοτόκον. φησὶ γὰρ, ἰδοὺ Ἐλισαβὲτ ἡ γυνή σου καὶ αὐτὴ συνειληφυῖα υἱὸν ἐν γήρᾳ, καὶ οὗτος μὴν ἕκτος αὐτῇ. μικρότερός ἐστιν Ἰωάννου βροτὸς ὁρώμενος, μείζων δὲ, Θεὸς νοούμενος ὁ Χριστός. δευτερεύει δὲ τούτοις ἡ τῶν ἀγγέλων πρὸς Ἰωάννην ὑπεροχή. ὁ γὰρ πάντων ἀγγέλων δοκῶν ἔσχατος τῇ τάξει, καὶ τῇ φύσει βραχύτερος ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, μείζων αὐτοῦ ὑπάρχει κατὰ φύσιν καὶ γέννησιν· Ἰωάννην γὰρ ὁ εὐτελὴς Ἡρώδης ἀπέτεμεν· εἷς δὲ ὁ ἄγγελος ὁ πάντων μικρότερος μυρίους Ἡρώδεις ἐν ἀκαρεῖ πατάξαι καὶ ἀπολέσαι. εἷς γὰρ ἄγγελος ἐξελθὼν ἐκ τῆς παρεμβολῆς, ἐπὶ τοῦ Ἡσαΐου καὶ Ἐζεχίου, ἑκατὸν ὀγδοήκοντα πέντε χιλιάδας τῶν πολεμίων ἐν ἀτόμῳ ἐδρέψατο ἀνελών. τίνα δὲ ἡμῖν ἕτερον ἡ τρίτη παρίστησι διάνοια, μικρότερον μὲν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, μείζονα δὲ Ἰωάννου; ἢ πάντως τὸν ὑπὸ τοῦ Κυρίου τὸν μετακληθέντα υἱὸν βροντῆς, Ἰωάννην τὸν Θεολόγον. ἐκεῖνος γὰρ μετὰ πολλοῦ τοῦ δέους καὶ προσταττόμενος ψαῦσαι τῆς τοῦ λόγου κορυφῆς σαρκοφοροῦντος, οὐκ ἐθάῤῥει. οὗτος δὲ πάντων πλεονεκτῶν παῤῥησίᾳ, ἐν τῷ θείῳ δείπνῳ ἐν τῷ κόλπῳ τοῦ Κυρίου ἀνακλιθεὶς, μετὰ βραχὺ ὑπ' αὐτὸ τὸ ἅγιον τοῦ θεανδρου στέρνον μετανακλίνεται, καθὼς παιδεύει τὸ εὐαγγέλιον, περὶ τοῦ μέλλοντος αὐτὸν παραδιδόναι πυθόμενος· ἔνευε γὰρ αὐτῷ ὁ Πέτρος μαθεῖν τίς ἄρα ἢ ὁ διδοὺς αὐτόν. οὐ μήτηρ ἡ τεκοῦσα, οὐκ Ἰωσὴφ ὀνομαζόμενος, οὐκ ἦν δὲ πατὴρ αὐτοῦ· οὐκ Ἰωάννης ὁ Βαπτιστὴς, οὐκ ἄγγελος, οὐκ ἀρχάγγελος, οὐθ' ἕτερός τις ἀνθρωπωθέντος τοῦ Θεοῦ καὶ λόγου ἐτόλμησε προσψαῦσαι τοῦ φρικώδους ἐκείνου στήθους, ἐφ' οὗ οὗτος ὁ Ἰωάννης, οἷα πατὴρ ἐφ' υἱῷ διαχεόμενος ἀνέκειτο· ἐκεῖθεν τὸν περὶ τοῦ λόγου λόγον ἀρυσάμενος· καὶ δὴ τοῖς ὑπ' οὐρανοῦ βροντήσας τὸ, ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος. ἐκεῖνος τὸ θεῖον καὶ πανάγιον πνεῦμα ἐν εἴδει περιστερᾶς ἐθεάσατο μόνον, ἐπὶ τὸν λόγον σαρκὶ βαπτισθέντα ἐξ οὐρανῶν ἐπιπτάμενον. οὗτος δὲ ἐν εἴδει γλώττης πυρὸς ἐπὶ τῆς οἰκείας ἐδέξατο κεφαλῆς, ἅμα τοῖς συμφοιτηταῖς, ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς πεντηκοστῆς, καθὼς ὁ μέγας Λουκᾶς

RESPONSIO.

Ne hoc quidem citra duplicem & varium intellectum eſt accipiendum; triplicem enim nobis hæc verba ſenſum referunt. Unum quidem, quod minor ipſo ſecundum carnem ipſe Dominus eſſet, quum ſemeſtri tempore poſt illius conceptionem inhabitaverit perpetuæ virginitatis matrem, ex illa corpore circumdatus, ſecundum unionem indivulſus & a commiſtione liber, quemadmodum ex magno illo Gabrielo diſcimus, qui Deiparæ id annuntiat. Inquit C enim: [b] *Ecce Eliſabeta cognata tua etiam ipſa concepit filium in ſenectute ſua; & hic ei ſextus menſis eſt.* Minor item eſt Joanne quum homo cernitur, major autem quum Deus eſſe intelligitur Chriſtus. His autem cedit angelorum Joannis reſpectu excellentia. Nam qui omnibus angelis putatur ordine & natura minor in regno cælorum, major ipſo eſt ſecundum naturam & generationem. Joannem enim ille vilis Herodes decollavit, unus autem angelus qui illis omnibus minor eſt, infinitos Herodes in temporis momento percuſſiſſet & perdidiſſet. Unus enim angelus egreſſus ex caſtris, Eſaiæ & Ezechiæ tempore, centum octoginta quinque millia alienigenarum hoſtium in temporis puncto proſtravit peD rimens. Quem vero nobis alium tertius exhibet ſenſus? quis minor quidem in regno cælorum, major autem Joanne? omnino eum, qui a Domino *filius tonitrui* cognominatus eſt [c], Joannem Theologum. Ille enim cum multo timore etiam juſſus tangere Verbi verticem carnem geſtantis, non audebat; hic autem plus omnibus libertatis habens, in divina cœna in ſinu Domini recumbens, paullo poſt ſuper ipſum ſanctum uniti cum Deo hominis pectus ſe ſe reclinat, ut Evangelium docet [d], de eo qui ipſum proditurus erat, quærens. Innuerat enim ei Petrus, ut ſciſcitaretur quiſnam eſſet qui ipſum proderet. Non mater quæ pepererat, non Joſephus qui nominabatur, attamen pater ejus non erat; non Joannes BaE ptiſta, non angelus, non archangelus, neque alius quiſquam incarnati Dei & Verbi auſus fuit attingere illud formidabile pectus, ſuper quo hic Joannes velut pater ſuper filium diffuſus recubuit, inde de Verbo verbum hauſit, atque omnibus ſub cælo intonuit illud: [e] *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.* Ille divinum & ſacroſanctum Spiritum in ſpecie columbæ vidit tantum ſuper Verbum in carne baptizatum ex cælis volantem: hic autem ſpecie linguæ ignis ſuper ſuum ipſius proprium accepit caput una cum condiſcipulis in die Pentecoſtes, quemadmodum ma-

a Matth. xi. 11. *b* Luc. I. 36. *c* Matth. III. 17. *d* Joan. xiii. 23-25. xxi. 20. *e* Joan. I. 1.

1. Διπλῆς] Legendum jubet διπλόης cl. Cotelerius *Monum. eccl. Gr.* tom, II. pag. 577. quemadmodum infra in *Reſponſ. ad Interrog.* CLXXXIX. ubi legimus in eamdem ſententiam: ἔχει δέ καί τινα διπλόην τὸ νόημα.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



τὰς πράξεις γράφων τῶν ἀποστόλων ἱστόρησεν· ἐκεῖνος καρατομεῖται δι' ἑταίραν ἀκόλαστον ἀδελφόμιγα, τὴν Ἡρώδου γυναῖκα, γενομένην τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ· οὗτος ὑπὲρ τοῦ Κυρίου τὸν τάφον οἰκῆσαι κατακριθεὶς, ὕστερον τελευτᾷ. ἐκεῖνος ἐβάπτιζε μόνον τοὺς προσιόντας, πνεῦμα δὲ θεῖον οὐδενὶ παρασχεῖν οἷός τε ἦν· διὸ τοὺς ὑπ' ἐκείνου βαπτισθέντας, οὗτος ἅμα καὶ οἱ λοιποὶ ἀνεβάπτιζον οἱ ἀπόστολοι πρὸς τελείωσιν, καὶ χειροτεθοῦντες, πνεύματος ἁγίου μετεδίδουν τοῖς πιστοῖς εἰς σημείων καὶ τεράτων ἐπίδειξιν. ἐκεῖνος μείζων πάντων ἐν γεννητοῖς γυναικῶν ὑπάρχειν ἐμαρτυρήθη παρὰ τοῦ μείζονος· οὗτος φῶς τοῦ κόσμου ἐκλήθη παρὰ τοῦ ἀληθινοῦ καὶ ἀγεννήτου καὶ ἀεὶ ὄντος Θεοῦ μεγάλου φωτός. ἐκεῖνος τὸν βίον ἤμειψε μηδὲν σημεῖον πεποιηκὼς, μηδ' ὅλως θαυματουργήσας, καθὼς φησι περὶ αὐτοῦ τὸ εὐαγγέλιον, μηδέ τι ἀκούσας τῶν ἐκεῖ μελλόντων αὐτῷ· οὗτος συγκαθέζεσθαι Χριστῷ, καὶ νεύματι αὐτοῦ κρίνειν τὰς φυλὰς τοῦ Ἰσραὴλ, παρὰ Χριστοῦ θεηγοροῦντος ἐπήγγελται ἅμα τοῖς δώδεκα. ἐκεῖνος οὐδαμοῦ μακαρίζεται, καὶ μέγας ὑπάρχων ἐν βροτοῖς· οὗτος ἀπόδειξιν λαμβάνων τοῦ μείζους ὑπάρχειν, ὑπὸ τοῦ μάκαρος Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅς φησιν αὐτοῖς· ἀμὴν λέγω ὑμῖν, πολλοὶ προφῆται καὶ δίκαιοι ἐπεθύμησαν ἰδεῖν ἃ βλέπετε, καὶ οὐκ εἶδον, καὶ ἀκοῦσαι ἃ ἀκούετε, καὶ οὐκ ἤκουσαν· ὑμῶν δὲ μακάριοι οἱ ὀφθαλμοὶ, ὅτι βλέπετε, καὶ τὰ ὦτα, ὅτι ἀκούετε. προφήτην δὲ καὶ δίκαιον τὸν Ἰωάννην ὑπάρχειν πάντες πιστεύομεν. ἐκεῖνος ἐγγισάσαν τῇ οἰκείᾳ μητρὶ τὴν τοῦ ἀπάτορος ἐνταῦθα μητέρα δείσας, ἔσκαιρεν ἐξάλλεσθαι, τῆς φερούσης κινδυνεύων μὲν φέρων τὴν πυρφόρον ἐγγίζουσαν· τοῦτον δὲ ἐφ' ἑαυτοῦ συνίστησι καὶ παρατίθεται τῇ οἰκείᾳ μητρὶ ὁ κατ' οὐσίαν ἀμήτωρ, καὶ κατ' οἰκονομίαν ἀπάτωρ. κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ σωτηρίου πάθους τῷ σταυρῷ παρεστῶσιν, ἀτενίσας τῷ Ἰωάννῃ, φησὶ τῇ ἀγάμῳ καὶ μητρὶ, ἰδοὺ ὁ υἱός σου, ἀνάπαλιν δὲ πρὸς ἐκεῖνον, ἰδοὺ ἡ μήτηρ σου· θάτερον θατέρῳ ἀνθ' ἑαυτοῦ συνιστῶν, καὶ ἑκατέρων τὴν ἀμείωτον καὶ ἀνέπαφον παρθένον δημηγορεῖ θεομάχου πανηγύρεως.

Καὶ συνελόντα φάναι, Χριστὸς ὑπάρχει ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. ὁ οὖν κατὰ νόμον τέλειος καὶ ἀκριβὴς Ἰωάννης ἥττων μοι δοκεῖ τῶν εἰς τὸν θάνατον τοῦ Κυρίου βαπτισθέντων· οὐδὲν γὰρ ἐτελείωσεν ὁ νόμος, καθώς φησιν ὁ πολὺς ἐν τῷ νόμῳ, καὶ ὑψηλὸς ἐν εὐαγγελίοις ἀπόστολος, πάντων ἐν πείρᾳ καθεστώς. ἐν τῇ γενεᾷ οὖν αὐτοῦ, καὶ ἐν τοῖς καιροῖς αὐτοῦ μείζων πάντων ἦν ὁ Ἰωάννης· ἐπεὶ ἄρα διαμάχεται ἑαυτῷ τὸ θεῖον, πρὸς μὲν τὸν Σολομῶντα φάσκων, ὡς σὺ οὐ γέγονεν ἔμπροσθέν σου, καὶ μετὰ σὲ οὐκ ἀναστήσεται ὅμοιός σου. περὶ δὲ Ἰωάννου, καὶ ὅτι οὐκ ἐγήγερται ἐν γεννητοῖς γυναικῶν μείζων αὐτοῦ· κατὰ τὸν νόμον οὖν μείζων ἦν, καὶ ἀκριβέστερος πάντων· ἀμείνονες δὲ ὑπάρχουσιν οἱ ἀπόστολοι· οὐ γάρ φησιν ὁ Κύριος, ὅτι οὐκ ἀναστήσεται μείζων αὐτοῦ, ἀλλ' ὅτι οὐκ ἐγήγερται, ὡσανεὶ ἐν τοῖς καιροῖς αὐτοῦ. πρὸ ἀμφοῖν δὲ τούτων, πρὸς τὸν διάβολόν φησιν ὁ Θεὸς, προσέσχες τῇ διανοίᾳ σου κατὰ τοῦ θεράποντός μου Ἰὼβ, ὅτι οὐκ ἔστι τῶν ἐπὶ γῆς ἄνθρωπος κατ' αὐτόν; καὶ πρὸς τὸν Μωσέα φησὶν, [1] πρὸς ἅπαντας ἀνθρώπους ἔγνων σε, καὶ εὗρες χάριν ἐνώπιόν μου. ὥσπερ οὖν μέγας ὑπάρχων ἐπὶ τοῖς καιροῖς αὐτοῦ Ἐνὼχ μετετέθη· καὶ ὥσπερ δίκαιος ὢν ἐν τοῖς χρόνοις αὐτοῦ Νῶε, ἐν τῇ κιβωτῷ ὄγδοος διεσώθη, τοῦ κόσμου κατακλυσθέντος. καὶ ὥσπερ

A gnus ille Lucas Acta scribens de Apostolis memoriæ prodidit [a]. Ille capite truncatur propter lascivum scortum, quod cum fratribus rem habebat, Herodis uxorem, quæ fuerat antea fratris ejus: hic condemnatus qui pro Domino ad sepulcrum migraret, deinceps moritur. Ille baptizabat tantum ad se accedentes; Spiritum autem sanctum nemini præstare poterat: quamobrem eos qui ab ipso baptizati erant, hic & reliqui Apostoli rebaptizabant ad perfectionem; imponentesque manus Spiritum sanctum largiebantur fidelibus, ad signorum & prodigiorum editionem. Ille major omnibus inter natos mulierum esse testimonio majoris perhibitus est: hic lumen mundi vocatus a vera, & ingenita, & semper exsistente magna illa
B luce. Ille e vita excessit nullo facto signo, neque prorsus ullo edito miraculo, quemadmodum de ipso perhibet Evangelium [b], neque quoquam audito eorum quæ sibi illic futura erant: hic una cum Christo sedere, & suo nutu judicare tribus Israelis a Christo prædicante promissionem accepit una cum duodecim. Ille nusquam beatus pronuntiatur, licet magnus esset inter homines: hic demonstrationem accipit ejus, quod major sit, a beato Deo & Servatore nostro Jesu Christo, qui inquit ipsis: [c] *Amen dico vobis, multi prophetæ & justi desideraverunt videre quæ videtis, & non viderunt, & audire quæ auditis, & non audierunt. Vestri autem beati sunt oculi quia videtis, & aures quia auditis.* Quod Joan-
C nes propheta sit, omnes credimus. Ille appropinquante matri suæ ea quæ gestabat filium sine patre, matrem reveritus, gestiit exsiliendo, ac velut imminente sibi a prægnante periculo, non ferebat eam quæ facem gestabat propius accedere. Hunc autem in eodem loco statuit, & commendat matri propriæ qui secundum substantiam matrem non habebat, & secundum dispensationem erat absque patre. Tempore salutiferæ passionis cruci adstantibus, intentis in Joannem oculis, inquit ei quæ sola absque nuptiali consuetudine mater est, [d] *Ecce filius tuus*: idemque rursus ad illum, [e] *Ecce mater tua*: alterum alteri pro semet ipso commendans, utriusque incontaminatam & intactam virginitatem perhibente etiam
D illo cœtu, qui Deo repugnat.

Et ut summatim dicam, Christus est regnum cælorum. Qui igitur secundum legem perfectus & absolutus erat Joannes, minor mihi videtur iis qui in mortem Domini baptizati sunt. [f] *Nihil enim perfecit lex*, ut inquit magnus in Lege & eximius in Evangelio Apostolus, in omnium experientia constitutus. Ergo in generatione sua, & suis temporibus major erat omnibus Joannes. Siquidem repugnaret sibi ipsi Deus ad Solomonem quidem dicens: [g] *Sicut non fuit ante te, & post te non surget qui sit similis tibi.* De Joanne autem, quod non surrexerit inter natos ex mulieribus major eo. Secundum legem major erat & absolutior omnibus. Præstantio-
E res autem sunt Apostoli. Non enim inquit Dominus, quod non surrecturus sit major eo, sed quod non surrexit, tamquam suis temporibus. Ante utrosque autem illos inquit ad diabolum Deus: [h] *Num observasti mente tua servum meum Jobum, quoniam non est super terram homo sicut ipse?* Et ad Mosem inquit: [i] *Novi te præ cunctis hominibus, & invenisti gratiam coram me.* Sicut igitur magnus cum esset suis temporibus Enochus translatus est, & sicut Noa justus erat suis temporibus, in arca cum octo servatus, mundo per diluvium submerso: quemad-

a Act. II. 3. b Joan. x. 41. c Matth. XIII. 16. 17. d Joan. XIX. 26. e Ibid. ℣. 27. f Heb. VII. 19. g III. Reg. III. 12. II. Paral. I. 12. h Job I. 8. i Exod. XXXIII. 12.

1. Πρὸς ἅπαντας] Legendum παρὰ πάντας conjicit Cotelerius *Monum. eccl. Gr.* tom. III. pag. 558.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

μέγας τυγχάνων ὁ Λὼτ μόνος περιεσώθη, τῆς πενταπόλεως Σοδόμων ἐμπρησθείσης· οὕτως καὶ Ἰωάννης μείζων πάντων ὑπῆρχε κατὰ νόμον ἐν τοῖς καιροῖς αὐτοῦ.

A modum item magnus erat Lot, qui ſolus conſervatus eſt incenſa Sodomorum Pentapoli: ita & Joannes major omnibus fuit ſecundum legem ſuis temporibus.

Πεῦσις ροη΄.

Περὶ τίνων λέγει ὁ Κύριος, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, εἰσί τινες τῶν ὧδε ἑστηκότων, οἵ τινες οὐ μὴ γεύσονται θανάτου, ἕως ἂν ἴδωσι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐν δόξῃ αὐτοῦ; τινὲς γὰρ λέγουσι περὶ Ἰωάννου τοῦ θεολόγου εἰρηκέναι αὐτὸν, ὅτι οὐκ ἀποθνήσκει ἕως τῆς δευτέρας Χριστοῦ παρουσίας.

INTERROGATIO CLXXVIII.

De quibuſnam dicit Dominus, [a] *Amen dico vobis, ſunt quidam heic ſtantium, qui non guſtabunt mortem, donec viderint filium hominis venientem in gloria ſua?* Quidam enim dicunt de Joanne Theologo ipſum loquutum fuiſſe, quod non moriatur uſque ad ſecundum adventum Chriſti.

Ἀπόκρισις.

Παιδεύσας ἤδη τοὺς ἑπομένους αὐτῷ φοιτητὰς θανάτου καταφρονεῖν, καὶ ἀνδρείως ἀποδύεσθαι πρὸς τοὺς ὑπὲρ αὐτοῦ κινδύνους, ἐμβατεύων αὐτῶν τὰ ἀπόρρητα, καὶ εὑρίσκων ἔτι ἐπισκάζοντας, καὶ ἐπαμφοτερίζοντας, πειρᾶται ὅπως ἀποβάλλειν αὐτοὺς τὰ καραδοκούμενα, διεγείρων καὶ ὑπαλείφων αὐτοὺς τῇ ἐπαγγελίᾳ τῆς μακροζωΐας, πρὸς τὴν ὑπὲρ αὐτοῦ ἕως θανάτου μεγαλόψυχον ἕνωσιν. ἑώρα γὰρ αὐτοὺς ἀστάτους, οἱονεὶ καλάμους πνεύματι σαλευομένους· ὅπερ καὶ πρό τινος ἀνάγκης, ἢ διωγμοῦ, ἢ αἰκίας, δείσας τὰ μέλλοντα, καὶ φιλαργυρήσας, τῇ προσβολῇ τοῦ τῆς φιλαυτίας πνεύματος ἁλοὺς, τὸν Κύριον ἀπέδοτο Ἰούδας ὁ Ἰσκαριώτης. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τοῦ πάθους καιρὸν, τὴν Βαλλίλαν πτήξας ὁ κορυφαῖος, τρὶς μεθ᾽ ὅρκου τὸν Κύριον ἠρνήσατο, εἰ καὶ αὖθις ἐκ τῶν δακρύων ἐπήγαγεν ἰατρείαν. καὶ συνελόντα φάναι, ἐπὶ τὸν σκόλοπα τοῦ σταυροῦ φοιτῶντος αὐτοῦ, τὸ τῆς δειλίας πνεῦμα ἐκραγὲν αὐτοῖς, πάντας δρασμῷ χρήσασθαι παρεσκεύασε· καὶ συγχωρεῖ ἀναιρεθῆναι, πρὶν κηρύξαι τὰ περὶ αὐτοῦ. διὸ καί φησι τοῖς συλλαβοῦσιν, εἰ ἐμὲ ζητεῖτε, ἄφετε τούτους ὑπάγειν· προγινώσκων τοίνυν αὐτῶν τὸν δραγμὸν καὶ τὸν σάλον, ὑποστηρίζει αὐτοὺς τῇ ἐπαγγελίᾳ, καὶ μερικῶς παραγυμνοῖ αὐτὴν, δι᾽ ἀμυδροῦ τὸ ὅλον πιστοποιούμενος. ὅπερ μὴ χωρήσαντες, ἐν τῷ παρόντι ἁλόντες, ἐπὶ τῆς χέρσου μικροῦ δεῖν ἐχωνεύοντο. παραλαβὼν γὰρ μεθ᾽ ἓξ ἡμερῶν Πέτρον καὶ Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην ἐφ᾽ ὑψηλῆς ἀκρωρείας, μετεμορφώθη ἔμπροσθεν αὐτῶν, καὶ ἔλαμψε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος· τὰ δὲ ἱμάτια αὐτοῦ ἦν ὡς τὸ φῶς, φησὶν ὁ θεῖος Ματθαῖος. ἐνταῦθα οὖν ἐθεάσαντο, πρὸ τοῦ θανάτου γεύσασθαι, τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ, καθὼς ἀνωτέρω αὐτοῖς ἐπηγγείλατο. καίπερ οὐ γυμνὴ φανεῖσα ἡ θεότης, ἀλλ᾽ ἡνωμένη τοῖς ἡμετέροις, εἰς γῆν αὐτοὺς κατέβαλε τῷ ἀστέκτῳ τῆς ὄψεως, παιδεύων αὐτοὺς, ὡς εἰ ἐβούλετο Χριστὸς φαίνεσθαι, καθὼς πέφυκε, πάντα ἄρδην ἐχωνεύετο, ἀχωρήτῳ ὄψει οἱονεὶ κηρὸς ἐγγύτητι πυρὸς, τηκόμενα. παρέστησε δ᾽ αὐτοῖς Μωσῆν καὶ Ἠλίαν, τοὺς δύο τῶν δικαίων ὑψηλοὺς ἀκρωτῆρας συλλαλοῦντας· δεικνὺς οὐ μόνον τῶν ἐπιγείων δεσπόζειν, ἀλλ᾽ ἤδη καὶ τῶν ὑποχθονίων· καὶ μὴ μόνον τετρημέρους, ὡς τὸν Λάζαρον, ἢ αὐθημέρους, ὡς τὸν παῖδα τῆς χήρας, ἀλλὰ καὶ χιλιωντῶτας νεκροὺς, καὶ τοὺς ἀπ᾽ αἰῶνος φθαρέντας, καὶ μέχρι κόνιος λυθέντας, προστάγματι παριστᾶν ἑαυτῷ ζῶντας καὶ ἐῤῥωμένους οἷός τε. ποιεῖ δὲ ταῦτα πρὸ τοῦ πάθους καὶ τῆς ἀναστάσεως, παριστῶν μὴ ἀπὸ τούτων οἷον δι᾽ ὑπομονῆς καὶ ἀνδρείας τεθέντα, ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἔχειν καὶ τὸ κατὰ πάντων κράτος ἀόριστον, καὶ αὐτεξούσιος ὑπάρχειν αὐτός. διὸ καὶ ἑτεροτρόπως ἀλλήλων τὸν βίον ἀμείψαντας παριστᾷ ἑαυτῷ, δεικνὺς τὸ πρὸ τάφου καὶ ἀναστάσεως, ζώντων καὶ νεκρῶν κυ-

B

RESPONSIO.

Quum jam inſtituiſſet ſe comitantes diſcipulos, ut mortem contemnerent, & fortiter ſe expedirent ad ſubeunda pro ipſo pericula; ipſorum abſcondita ingreditur, & inveniens ipſos adhuc claudicantes, efficere conatur ut tamdem abjicerent quæ ab ipſis anxie exſpectabantur, excitans & ungendo quaſi parans ipſos promiſſione beatæ vitæ ad magnanimam cum ipſo uſque ad mortem unionem. Cernebat enim ipſos inconſtantes, velut arundines vento quaſſatas: id quod etiam Judas ille Iſcariotes ante neceſſitatem aut perſequutionem aliquam flagellationemque, veritus futura, & avaritiam ſequutus, & impetu ſpiritus C ſemet ipſum amantis captus, declaravit, qui Dominum vendidit. Eodem idem paſſionis tempore, qui Ballilam extimeſcebat, ſummus ille Apoſtolus ter cum jurejurando Dominum abnegavit, licet mox lacrymarum medicinam adhibuerit. Utque ſummatim omnia dicam, ad palum crucis ipſo eunte, ſpiritus timiditatis in ipſis confractus, omnes uſu fugæ ſibi conſulere fecit, permiſitque prius ipſum interfici, quam prædicarent ea quæ ipſum concernebant. Ideo & his qui comprehendebant ipſum, inquit: [b] *Si me quæritis, ſinite hos abire.* Proinde quum præſciret ipſorum perturbationem fluctuationemque, obfirmat ipſos promiſſione, eamque ex parte denudat, de tota perobſcure fidem faciens: cujus in præſentia quum D non eſſent capaces, in terram propemodum ſemet abdebant. [c] *Aſſumtis enim poſt ſex dies Petro & Jacobo & Joanne in altum montis verticem, transformatus eſt coram ipſis, ſplenduitque facies ejus ſicut ſol, veſtimenta autem ejus erant ſicut lux*, inquit divus ille Matthæus. Heic igitur antequam guſtarent mortem, conſpexerunt filium hominis in gloria ſua, ſicut ipſis antea promiſerat. Ac tametſi non apparuerit nuda divinitas, ſed unita membris noſtris; in terram tamen ipſos dejecit intolerabili vultus ſplendore, docens ipſos, quod ſi voluiſſet Chriſtus apparere ſicut eſt, omnia prorſus colliquefacta fuiſſent, ad comprehendendum intolerabili adſpectu, inſtar ceræ propinquitate ſolis liqueſcentia. Exhibuit autem E eis Moſem & Heliam, duos illos eximios juſtorum proceres ſecum colloquentes, oſtendens ſe non modo ſuper terram, ſed & jam ſub terra conſtitutis dominari: & non tantum quatriduo, ut Lazarum, aut eodem die mortuos, ut filium viduæ: ſed etiam ante mille annos exſtinctos, & eos qui a ſæculo interierunt & in pulverem ſoluti ſunt, mandato ſuo coram ſe ſiſtere vivos & valentes poſſe. Facit autem iſta ante paſſionem & reſurrectionem, demonſtrans non iſtud ſe per patientiam & fortitudinem tamquam teſtimonio probatum a patre habere in omnia imperium, ſed propriæ poteſtatis eſſe. Ideo diverſis modis, & aliter atque aliter vita defunctos ſibi ſiſtit, oſtendens ante ſepulturam & re-

a Matth. XVI. 28. b Joan. XVIII. 8. c Matth. XVII. 1. 2.

ευθέειν· Μωσέα μὲν τῷ κοινῷ πᾶσιν θανάτῳ ἤδη τοῦ βίου ἀπαγαγών· Ἠλίαν πυρίνῳ τεθρίππῳ οἱονεὶ εἰς οὐρανοὺς, ἐν ἀοράτῳ τῆς χέρσου μεταστήσας τόπῳ, τὸν μὲν ἐκ τῶν καταχθονίων ἀγαγών· τὸν δὲ ἐκ τῆς ὑποδεξαμένης ζώντων χώρας καλέσας, ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ ἑαυτῷ παρέστησεν. ἔτι δὲ αὐτοῦ συλλαλοῦντος αὐτοῖς, φησὶν ὁ μέγας Ματθαῖος, καὶ ἰδοὺ νεφέλη φωτεινὴ ἐπεσκίασεν αὐτοῖς, καὶ φωνὴ ἐγένετο ἐκ τῆς νεφέλης λέγουσα, οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ἀγαπητὸς, αὐτοῦ ἀκούετε· τοῦ δὲ πατρὸς διὰ τῆς νεφέλης οὕτω παρεγγυῶντος, θᾶττον οἱ μὲν τῶν θεσπεσίων ἀπῴχοντο· οἱ δὲ πεπτώκασι, τῇ ἀστέκτῳ φωνῇ μύσαντες, ἵν᾽ ὁ ἑστὼς ἐπὶ σχήματος μόνος φανῇ παῖς γνήσιος, ἀγαπητὸς, ὁμοούσιος, θαρσαλέως συνομιλῶν τῷ πατρί. ἐπὶ γὰρ θείου καὶ βασιλικοῦ σιλεντίου τοὺς μὲν θεραπόντων ἀποίχεσθαι, τοὺς δὲ καταποιχότας παραμένειν καὶ σιωπᾶν, τιμᾶν τὸ σιλέντιον. οὐκ ἐγεύσαντο τοίνυν θανάτου οἱ τοῦ Κυρίου φοιτηταὶ ἕως ἂν εἶδον τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ, οὐχ ὡς ἦν, ἀλλ᾽ ὡς ἐχώρουν· καὶ ταῦτα τρεῖς μόνοι οἱ διορατικώτεροι καὶ ἀμείνονες τοῦ θιάσου· φησὶ γὰρ ὁ Κύριος, εἰσί τινες τῶν ὧδε ἑστώτων, οὐχὶ πάντες, οἵ τινες οὐ μὴ γεύσονται θανάτου, ἕως ἴδωσι τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, ἣν ἀμυδρῶς θεασάμενοι, μικροῦ δεῖν τῆς ζωῆς ἀπερρώγησαν. Ἰωάννης τοίνυν, καὶ πάντες ἀπόστολοι, καὶ προφῆται τοῦ ζῆν ἀπῆλθον, πλὴν Ἐνὼχ καὶ Ἠλίου, οἵ τινες μόνοι ἐν σαρκὶ ὑπάρχειν ἔτι διαγορεύονται, μικρὸν ὕστερον καὶ αὐτοὶ θανατούμενοι.

A surrectionem se vivis & mortuis imperare, qui Mosem quidem communi omnibus morte de vita sustulisset, Heliam autem igneis quadrigis velut in cælos ad invisibilem terræ locum transtulisset: illum quidem ab inferis reductum, hunc autem ex viventium regione quæ illis suscipiendis deputata est, vocatum, in oculi momento ad se statuit. [a] *Adhuc autem ipso colloquente cum eis*, inquit magnus ille Matthæus, *ecce nubes lucida obumbravit ipsos, & e nube vox audita est, dicens, Hic est filius meus dilectus, ipsum audite.* Porro patre per nubem ita mandante, mox illi viri sancti discesserunt: qui vero sub intolerabili nube se se occultaverant, fecerunt ut qui stabat transformatus, solus appareret filius ille germanus, dilectus, consubstantialis, cum B fiducia cum patre colloquens. Nam ad divinum & regale silentium conveniebat alios quidem famulorum secedere; adductos autem præterire, & tacere atque venerari silentium. Non gustaverunt ergo mortem, donec viderunt filium hominis in gloria sua. Non ut erat, sed ut cernebant, idque tres tantum ex cœtu sacro perspicaciores & præstantiores. Inquit enim Dominus, [b] *Sunt quidam heic stantium*, non omnes, *qui non gustabunt mortem, donec viderint regnum Dei*: quo obscure tantum viso propemodum vitam amiserunt. Joannes igitur & omnes Apostoli, & Prophetæ e vita excesserunt præter Enochum & Heliam, qui soli adhuc in carne esse perhibentur, C paullo post etiam ipsi interficiendi.

Πεῦσις ροθ΄.

Καὶ πῶς τῷ Πέτρῳ λέγει ὁ Κύριος περὶ Ἰωάννου τοῦ εὐαγγελιστοῦ, ὅτι ἐὰν θέλω αὐτὸν μένειν ἕως ἔρχομαι, τί πρὸς σέ; ὅπερ δείκνυσιν αὐτὸν ζῆν.

INTERROGATIO CLXXIX.

Et quomodo Petro de Joanne Evangelista dicit Dominus, [c] *Quod si voluero ipsum manere donec venio, quid ad te?* Id quod indicat ipsum vivere usque ad consummationem.

Ἀπόκρισις.

Αὐτὸς Ἰωάννης ἐν τῷ καθ᾽ ἑαυτὸν εὐαγγελίῳ πρὸς τῷ τέλει, διεσάφησε τοῦτο, φάσκων· καὶ τοῦτο εἰπὼν λέγει αὐτῷ, τοῦτ᾽ ἔστι τῷ Πέτρῳ, ἀκολούθει μοι· ἐπιστραφεὶς δὲ ὁ Πέτρος βλέπει τὸν μαθητὴν ὃν ἠγάπα ὁ Ἰησοῦς, ἀκολουθοῦντα, ὃς καὶ ἀνέπεσεν ἐν τῷ δείπνῳ ἐπὶ τὸ στῆθος αὐτοῦ, καὶ εἶπε, Κύριε τίς ἐστιν ὁ παραδιδούς σε; τοῦτον ἰδὼν ὁ Πέτρος λέγει τῷ Ἰησοῦ, Κύριε οὗτος δὲ, τί; λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν ἕως ἔρχομαι, τί πρὸς σέ; ἐπεὶ οὖν ἁλιεύοντας αὐτοὺς κατειληφὼς, τῷ Πέτρῳ ἐθέσπισεν ἕπεσθαι αὐτῷ· ἐβούλετο δ᾽ ἐκεῖνος καὶ τὸν συμφοιτητὴν αὐτοῖς συμπορευθῆναι· φησὶ τῷ Ἰησοῦ, Κύριε, οὗτος δὲ τί; ὃν θεσπίσας Ἰησοῦς μένειν ἐπὶ τῆς ἁλιείας, φησὶν, ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν ἕως ἔρχομαι, τί πρὸς σέ;

RESPONSIO.

Ipse Joannes in Evangelio suo id circa finem declaravit, dicens: [d] *Et quum hoc dixisset, dicit ei*, hoc est Petro, *Sequere me. Conversus autem Petrus* D *vidit discipulum quem diligebat Jesus, sequentem, qui idem & in cœna recubuit super pectus ejus: & dixit, Domine, quis est qui prodit te? Hunc videns Petrus, dicit ad Jesum: Domine, hic autem quid? Dicit ei Jesus, Si ipsum voluero manere donec venio, quid ad te?* Quandoquidem enim ipsos piscantes offenderat, Petrum admonuit, ut se sequeretur. Volebat autem ille & condiscipulum una cum ipsis proficisci, dicitque ad Jesum, *Domine, hic autem quid?* quem indicare volens Jesus, debere apud mare manere, inquit, *Si voluero ipsum manere donec venio, quid ad te?*

a Matth. xvii. 5. b Luc. ix. 27. c Joan. xxi. 22. d Ibid. vv. 18-22.

A

Sæcul. IV.
circa
Ann. Chr.
368.

ΚΑΙΣΑΡΙΟΥ

ΔΙΑΛΟΓΟΣ δ'.

Πεῦσις ρπ'.

ΠΩΣ νοεῖται ἡ τῆς ζύμης παραβολή, μαθεῖν δεόμεθα. οὐ γὰρ μικρὰ ἡμῖν ζήτησις περὶ ταύτης χθὲς γέγονε.

Ἀπόκρισις.

B

Διχῶς μοι δοκεῖ νοεῖσθαι ἡ παραβολικὴ θεηγορία· ἀλλὰ πρῶτον αὐτὴν ἐκείνην φήσαντες, οὕτω τὴν διάσκεψιν αὐτῆς ἐπάγωμεν. ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ζύμῃ, ἣν λαβοῦσα γυνὴ φρονίμη ἔκρυψεν εἰς ἀλεύρου σάτα τρία, ἕως οὗ ἐζυμώθη ὅλον. ζύμην δοκεῖ μοι διδασκαλίαν καὶ τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν παραβάλλειν ὁ Κύριος· γυναικὶ δὲ τὴν αὐτοῦ ἐκκλησίαν, ἣν καὶ ἠγάπησεν, καθώς φησιν ὁ ἱερὸς ἀπόστολος. ἀλεύρου δὲ σάτα τρία, τοὺς τρεῖς τοῦ Νῶε παῖδας, τὸν Σὴμ, τὸν Χὰμ τὸν Ἰαφέτ· ἐξ ὧν μόνον μετὰ τὸν κατακλυσμὸν πάντα προῆλθε τὰ ἔθνη τὰ νῦν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ συναγειρόμενα· οἷς ἡ καθήγησις τοῦ κηρύγματος, καὶ ἡ πίστις, οἱονεὶ ζύμη ἐμφυραθεῖσα, τὸ ὅλον τῶν ἐθνῶν ἄλευρον, τὸ ἐκ τοῦ C Νῶε τριῶν σάτων λογικῶν, ἐζύμωσε πρὸς τὴν θεοσέβειαν. εἰ δὲ καὶ ἑτέρως τὰ ῥηθέντα ἀκούειν δοκεῖ, ζύμη νοείσθω τὸ σεπτὸν καὶ θεῖον σῶμα τοῦ Θεοῦ καὶ λόγου· ὅπερ ἐν τῇ νηδύϊ τῆς ἀειπαίδος ἑαυτῷ περιεπλάσατο, ἄνευ σπορᾶς περιϋφαινόμενος, καὶ ἑνούμενος ψυχῇ τε καὶ σώματι· οὐ μὴν ἀλλὰ γυνὴ φρονίμη εἰκότως ὁ αὐτὸς νοείσθω ἅγιος καὶ ζῶν, ἐνυπόστατος Θεὸς λόγος, διὰ τὸ θῆλυ τῆς προσηγορίας· Χριστὸς γὰρ Θεοῦ δύναμις, καὶ Θεοῦ σοφία, φησὶν ὁ θεῖος ἀπόστολος. ἀλεύρου δὲ σάτα τρία, πρῶτον μὲν ἡ πᾶσα βροτῶν φύσις, δεύτερον δὲ ὁ θάνατος, μετὰ τοῦτο ὁ ᾅδης· ἐν ᾧ ἐγκρυφθὲν διὰ ταφῆς τὸ θεῖον σῶμα, ἔφυρε πάντα εἰς ἀνάστασιν καὶ ζωήν. ἄκουε δὴ καὶ ἑτέρως σάτα τρία, τὸ D βάπτισμα, τὰ εὐαγγέλια, τὰ μυστήρια. καὶ ἄλλως νοείσθω, ἀπόστολοι, προφῆται, διδάσκαλοι· καὶ ἑτέρως παρῳχηκότα, ἐνεστῶτα, μέλλοντα. οὐ γὰρ μόνους τοὺς παρόντας σαρκωθεὶς ὁ λόγος ὤνησε, ἀλλὰ καὶ τοὺς προκοιμηθέντας θανάτῳ ἀνέστησε, καὶ ἡμῶν τοῖς ἐπιγόνοις ἐλπίδα ἀναστάσεως ἐδωρήσατο καὶ ζωήν· δι' ὧν ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν, ἑαυτῷ συνανέστησεν, αὐτὸς μὲν εἰς οὐρανοὺς φοιτήσας, ἐκείνους δὲ τῇ χώρᾳ ζώντων μετοικήσας, ἔνθα Ἐνὼχ καὶ Ἠλίας τυγχάνει, μηκέτι τεθνηξομένους.

Πεῦσις ρπα'.

E

Ἐπειδὴ κόρος ἡμῶν οὐδεὶς τῶν ἑρμηνειῶν τῆς θείας γραφῆς γίνεται, ἀλλ' ἀεὶ αὐτῶν ἀκούειν ποθοῦμεν· διασάφησον ἡμῖν τὴν παραβολὴν τῆς σαγήνης, πολὺν καὶ σαυτῷ συνάγων τὸν μισθὸν, καὶ ἡμῖν ὄφελος. λέγει γὰρ ὁ Κύριος, Μακάριος ὃς ποιήσει καὶ διδάξει μίαν τῶν ἐντολῶν τούτων· καὶ πάλιν, τὸν σιωπῇ κατορύξαντα τὸ παρ' αὐτοῦ τάλαντον τοῦ λόγου, οὐκ ἀτιμώρητον εἴασεν.

Ἀπόκρισις.

Ἀδελφὰ τῶν εἰρημένων καὶ τὰ ἐν ταύτῃ μοι δοκεῖ τῇ παραβολῇ· ὁμοία γάρ ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν σαγήνῃ βληθείσῃ εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ

CÆSARII

DIALOGUS IV.

& idem ultimus.

Interrogatio CLXXX.

CUpimus ex te discere, quomodo intelligatur parabola fermenti. Non enim parva nobis heri de hac quæstio fuit.

Responsio.

Dupliciter mihi videtur intelligenda ea parabolica oratio. Verum ipsa primum recitata, deinde considerationem ejus inferamus. [a] *Simile est regnum cælorum fermento, quod acceptum mulier prudens abscondit in farinæ sata tria, donec fermentatum est totum.* Fermento mihi videtur doctrinam & fidem in se comparare Dominus, mulieri autem Ecclesiam suam, [b] *quam & dilexit*, quemadmodum inquit divus Apostolus. Farinæ vero sata tria, tres Noæ filios, Semum, Chamum & Japhetum, ex quibus solis post diluvium omnes prodierunt gentes, quæ nunc in Ecclesia congregantur: quibus doctrina prædicationis & fides veluti fermentum immista, totam gentium farinam, quæ constat ex tribus Noæ satis ratione præditis, fermentavit ad cultum Dei. Quod si aliter dicta audire placet, fermentum intelligatur venerandum & divinum corpus Dei, quod in utero intactæ virginis sibi circumdandum formavit, absque semine contextus & unitus tam animæ quam corpori. Præterea mulier prudens esse merito ipse intelligatur, sanctus ille ac vivus, perque se subsistens Deus Verbum, propter femininam appellationem. [c] *Christus* enim *Dei potentia, & Dei sapientia est*, inquit divus Apostolus. Farinæ autem sata tria, primum quidem universa mortalium natura, deinde mors, postea orcus: in quo absconditum per sepulturam divinum corpus fermentavit omnia in resurrectionem & vitam. Audi etiam alio modo, esse tria sata, baptismum, evangelia, mysteria. Aliter item intelligantur Apostoli, vates & doctores. Et aliter, præterita, præsentia & futura. Non enim propter præsentes incarnatus (iis solis) profuit, sed & præcedentes a morte resuscitavit, & posteris spem resurrectionis vitamque donavit; propter quod a mortuis suscitatus, secum quosdam resuscitavit, & ipse quidem cælos est ingressus, illos autem in regionem viventium transtulit, ubi Enochus & Helias sunt, non amplius morituros.

Interrogatio CLXXXI.

Quandoquidem nulla nobis interpretationum divinæ scripturæ satietas est, sed semper eas audire desideramus; declara nobis parabolam sagenæ: multam & tibi mercedem contrahens, & nobis utilitatem. Dicit enim Dominus, [d] *Beatus qui fecerit & docuerit* unum præceptorum istorum: rursusque qui silentio defoderat acceptum ab ipso talentum sermonis, impunitum non reliquit.

Responsio.

Germana mihi videntur prioribus etiam ea quæ in hac parabola dicta sunt. [e] *Simile* enim est regnum cælorum sagenæ in mare *projectæ, & ex omni gene-*

a Matth. XIII. 33. b Ephes. V. 25. c I. Cor. I. 24. d Matth. V. 19. e Matth. XIII. 47. 48.

ἐκ παντὸς γένους συναγούσῃ, ἣν ὅτε ἐπληρώθη ἀναβιβάσαντες ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν, καὶ καθίσαντες συνέλεξαν τὰ καλὰ εἰς ἀγγεῖα, τὰ δὲ σαπρὰ ἔξω ἔβαλον, φησὶν ὁ Κύριος, τὴν εὐαγγελικὴν κατάστασιν σαγήνῃ δοκεῖ μοι ἀπεικάζειν· ἣν οἱ θεῖοι ἀπόστολοι μετὰ τὸ φῆσαι αὐτοῖς τὸν Κύριον, δείκνυσιν, ἀκολουθεῖτέ μοι, καὶ ποιήσω ὑμᾶς ἁλιεῖς ἀνθρώπων· ἀλόγων γὰρ ἰχθύων ἀγρευταὶ ὑπῆρχον οἱ πλεῖστοι, πλέξαντες καὶ συνείραντες ἔκ τε παλαιᾶς καὶ καινῆς διαθήκης καθῆκαν, καὶ οἱονεὶ ἐν θαλάττῃ τῷ παρόντι βίῳ, λογικοὺς ἀντ' ἀλόγων σαγηνεύοντες, καὶ τέως μὲν ἐκ παντὸς γένους συναγείρουσι, πονηρούς τε καὶ ἀγαθοὺς, δικαίους καὶ ἁμαρτωλοὺς, συγκλείοντες τῇ θείᾳ σαγήνῃ τοῦ κηρύγματος, καὶ ἀδιακρίτως τέως θαλαττεύουσιν οἱ θεσπέσιοι, τῷ γράμματι καὶ πνεύματι. τῷ γὰρ σώματι τῶν πλειόνων ἄπεισι. τοῦτο δὲ καὶ ὁ ὑψηλὸς τῶν προφητῶν Ἡσαΐας πρὸ πεντακοσίων ἤδη ἀνεβόησε· καὶ συμβοσκηθήσεται λύκος μετὰ ἀρνὸς, καὶ πάρδαλις συναναπαύσεται ἐρίφῳ· καὶ βοῦς καὶ ὄνος ὁμοῦ φάγονται ἄχυρα, καὶ μοσχάριον καὶ λέων ἅμα βοσκηθήσονται· καὶ παιδίον μικρὸν ἄξει αὐτά. τὸ ἀδιάκριτον ἐμφαίνων τῆς πνευματικῆς ὁμηγύρεως, ὁμοῦ γὰρ ἐν αὐτῇ τὰ θεῖα νεμόμεθα, οἵ τε ἅρπαγες, καὶ φονικοὶ, καὶ πρᾳεῖς καὶ ἀνήμεροι, ὑπὸ μικροῦ παιδίου ἀγόμενοι· περὶ οὗ ἑτέρωθι ὁ αὐτὸς, παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, καὶ υἱὸς ἐδόθη ἡμῖν, καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ Θεὸς ἰσχυρὸς, ἐξουσιαστής. ἐπειδὰν δὲ ὁ τῆς συντελείας ἐπιστῇ καιρὸς, ἀναβιβάσουσιν αὐτὴν ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν, καὶ νεύματι Χριστοῦ ἅμα ἀγγέλοις τὴν διάκρισιν τῶν ἐνόντων ποιούμενοι, τοὺς μοχθηροὺς ἐκ μέσου τῶν δικαίων ἀφορίζουσιν.

A *re contrahenti. Quæ, quum impleta esset, retracta in littus, sedentes collegerunt bona in vasa, putrida autem foras ejecerunt.* Evangelicum statum mihi videtur repræsentare sagena, quam acceperunt Apostoli divini, postquam ipsis dixisset Dominus: [a] *Sequimini me, & faciam vos piscatores hominum.* Irrationalium enim piscium plerique ipsorum fuerant captatores. Hi nexas & contractas ex veteri & novo testamento sagenas demiserunt, & velut in mari, in præsenti vita, rationales pro ratione carentibus in retia concludentes, hactenus ex omni genere contrahunt, tam malos quam bonos, justos & peccatores, concludentes eos divina sagena prædicationis: & absque discrimine adhuc in mari laborant viri sancti, B tam littera quam spiritu. Nam corpore a plerisque absunt. Id autem eximius inter vates Esaias jam ante quingentos annos exclamavit? [b] *Una cum agno pascetur lupus, & cum hœdo conquiescet pardalis, & bos & asinus una paleas comedent, & vitulus & leo una pascentur, & puer parvus ducet ea:* nullam separationem spiritualis cœtus fore significans. In eo enim simul rebus divinis pascimur, tam raptores quam homicidæ, mansueti & immites, a parvo puero ducti: de quo alibi idem inquit: [c] *Puer natus est nobis, & vocabitur nomen ejus Deus fortis, dominator.* Quando vero consummationis tempus advenerit, retrahent eam in littus, & secundum nutum Christi una cum angelis separationem eorum C quæ insunt facientes, flagitiosos ex medio justorum segregabunt.

Πεῦσις ρπβʹ.

Τί σημαίνει ὁ Κύριος τῷ Πέτρῳ κελεύων πορευθῆναι καὶ βαλεῖν ἄγκιστρον, καὶ τοῦ ἀναβάντος πρώτου ἰχθύος ἀνοῖξαι τὸ στόμα, καὶ τὸν εὑρισκόμενον στατῆρα δοῦναι ἀνθ' ἑαυτοῦ κἀκείνου, τοῖς ἀπαιτοῦσι τὸν κῆνσον καὶ τὰ δίδραχμα;

INTERROGATIO CLXXXII.

Quid significat Dominus, [d] Petro mandans, ut abeat & hamum mittat, & aperto ore piscis primum egressi, inventum staterem det pro se & illo, iis qui exigunt censum & didrachma?

Ἀπόκρισις.

Οὐκ ἔξω διχονοίας καὶ τάδε μοι δοκεῖ. τὸν γὰρ στατῆρα, ὃν ὁ Πέτρος ἐκ τοῦ βυθοῦ ἐν τῷ ἰχθύϊ λαβεῖν προσετάγη τῷ ἀγκίστρῳ, μορφὴν ἡμῶν δοκῶ, οἱονεὶ ἐν βυθῷ τῷ βίῳ καλυπτομένην τοῖς πάθεσι, καὶ ὑποβρύχιον κυμάτων ἁμαρτίας κυμαίνειν. εἰ δὲ μὴ τοῦτο, τὴν ἐν ᾅδῃ κατοχὴν ἡμῶν γενομένην διὰ θανάτου, ἣν ἐν αὐτῷ πρὸς τὸ ἀρχέτυπον ἀνακαλεῖται ὁ Κύριος, ἀνθ' ἑαυτοῦ καὶ Πέτρου δοθῆναι τὸν στατῆρα διακελευόμενος, ὡς γενόμενος καθ' ἡμᾶς βροτὸς, τοῖς ἡμῶν πάθεσιν ὑποκείμενος, καὶ φορολογούμενος, πλὴν τῇ ἀνοσίῳ κακίᾳ μείνας ἀνύπεικτος, καὶ ἀκλινὴς τῷ χείρονι. ἀνθ' ἑαυτοῦ δὲ καὶ Πέτρου τὸν στατῆρα παρεχόμενος, ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας πάσχει ἑκών. φησὶ γὰρ αὐτῷ, σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν· δι' ἑαυτοῦ δὲ παιδεύων αὐτήν. οἰκοδομὴ γὰρ ψυχῶν ἡ τῶν θείων ὑπάρχει παίδευσις, λίθον ἔχουσα εἰς κεφαλὴν γωνίας τὸν καθηγεμόνα πάντων Χριστόν· περὶ οὗ φησιν ὁ τῶν θείων μελῳδός· λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, διὰ τοῦ νόμου Ἰουδαῖοι, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας· καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς, ἐκ προσώπου τοῦ λίθου ἔφη, ἐν κεφαλίδι βίβλου γέγραπται περὶ ἐμοῦ. ὃ Ἰωάννης ἀνακαλύψας, βοᾷ· ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος, ὁ σαρκὶ ἑνωθεὶς, καὶ δι' ἑαυτοῦ παιδεύων αὐτὴν, διὰ

RESPONSIO.

D Non extra duplicem sensum etiam ista mihi dicta videntur. Staterem enim quem Petrus ex profundo in pisce accipere jussus est hamo, nostram formam puto, quæ velut in profundo, utpote in hac vita contecta affectibus, & submersa fluctibus peccati, fluctuat. Sin minus hoc, eam detentionem nostri, quæ in orco per mortem facta est, quam in semet ipso ad primum exemplar Dominus revocat, pro se & Petro dari staterem jubens, tamquam nostri similis homo factus, nostris affectibus obnoxius, & ad dandum tributum requisitus, excepto quod vitiositati non cessit, nec obsequens factus est, vel declinans ad deterius. Pro se autem & Petro staterem E præbens, pro Ecclesia voluntarius patitur. Dicit enim ei: [e] *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo meam Ecclesiam.* Per semet ipsum autem docet ipsam. Ædificatio enim animarum, rerum divinarum institutio est, lapidem habens in caput anguli primarium magistrum omnium, nempe Christum, de quo inquit carminum ille divinorum auctor: [f] *Lapidem quem reprobaverunt ædificantes,* per legem nimirum Judæi, *hic factus est in caput anguli.* Et rursus idem in persona lapidis inquit: [g] *In capite libri scriptum est de me.* Id quod Joannes revelavit, dum clamat, [h] *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum,* videli-

a Matth. iv. 19. b Isa. xi. 6. 7. c Isa. ix. 6. d Matth. xvii. 26. e Matth. xvi. 18. f Psal. cxvii. 22. g Psal. xxxix. 8. h Joan. I. 1.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



τῶν περὶ τοῦ ἰχθύος εἰρημένων, καὶ τοῦ στατῆρος, μηδὲ βασιλεῖ ἢ ἄρχοντι ἀντιτάττεσθαι, ἀβλαβῶς ἐπιτάττοντι, ἀλλ' εὐγνωμόνως φορολογεῖσθαι. ἅμα δὲ καὶ Θεὸν ἑαυτὸν τοῖς αὐτοῖς ἀποδεικνύς· πόθεν γὰρ αὐτῷ γινώσκειν, εἴπερ βροτὸς ὑπῆρχε, κατὰ τὴν τῶν θεομάχων παροινίαν, ὅτι ἰχθὺς ἐν τῷ βυθῷ στατῆρα ἔχει ἐν τῷ στόματι, καὶ ὅτι οὐ τῇ σαρκὶ, ἀλλὰ τῷ στόματι ἔχηται; ἔπειτα δὲ καὶ ὅτι πρῶτος ἐκεῖνος τῷ ἀγκίστρῳ ἀχθήσεται; καὶ εἰ μὲν αὐτόμολος ὁ ἰχθὺς ἐπὶ τὸ ἄγκιστρον ἥκει, καὶ οὕτως Θεοῦ τὸ προφῆναι τὴν ἅλωσιν τοῦ ζώου τὸν στατῆρα ἐγκεχαμμένου; εἰ δὲ, ὅπερ ἀληθέστερον, ἀοράτῳ θειότητος τῇ ῥώμῃ ἤγεν αὐτὸν ἐπὶ τὸ ἄγκιστρον, ἐκεῖνος ἀληθῶς ὑπῆρχεν, ὁ τῷ κήτει ἐπιτάξας δέξασθαι μὲν τὸν Ἰωνᾶν, ἀπαθῆ δὲ φρουρῆσαι τετηρημένον ἐν τῷ βυθῷ, καὶ οὕτως σῶον καὶ ἐῤῥωμένον ἐπὶ τῆς χέρσου ἐξομόρξασθαι πάλιν. εἰ μὲν ὁ ἰχθὺς τὸν στατῆρα ...... ἐν τῷ βυθῷ λαβὼν ἐπὶ τὴν ...... ἐνήχετο, καὶ πρῶτος αὐτὸς Θεὸς ὑπάρχει ὁ προφήνας, τί φησιν; ὁ ἰχθὺς πρῶτος πάντων τῶν ὁμογενῶν ἁλώσεται, εἰ δὲ, ὅπερ κυριώτερον, κατὰ τὸν καιρὸν αὐτῆς τῆς χρείας, ὁ πάντα ἐκ μὴ ὄντων ὑποστησάμενος, ποιήσας τὸν στατῆρα τῷ νηκτῷ ἐνέθετο, καὶ ἤλασε πρὸς τὸν ἁλιέα· σαφῶς ἐκεῖνος ὑπάρχει τῷ Πέτρῳ θεσπίσας βάλλειν ἐν τῇ θαλάττῃ τὸ ἄγκιστρον. περὶ οὗ ὁ ἄναξ ἅμα καὶ τῶν θείων μελῳδός φησιν· ὁ δὲ Θεὸς ἡμῶν ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῇ, ἐν ταῖς θαλάσσαις, καὶ ἐν πάσαις ταῖς ἀβύσσοις, πάντα ὅσα ἠθέλησεν, ἐποίησεν.

A cet carni unitum, & per semet ipsum erudiens eum per illa quæ de pisce dicta sunt & de statere, neque regi neque principi resistendum, citra noxam aliquid præcipienti, sed æquo animo se tributo summittendum. Simul & Deum se his ipsis demonstravit. Unde enim ipsi cognoscere licuisset, si homo erat secundum temulentiam eorum qui ipsius divinitatem impugnant, quod piscis in profundo staterem haberet in ore, & quod non in carne, sed in ore teneretur? Deinde, quod primus ille ad hamum esset adducendus? & num sua sponte piscis accedens ad hamum veniret, sicque Dei esset, utpote qui prædixisset capturam animalis staterem in aperto ore tenentis? Si vero, quod verius est, invisibili divi- B nitatis virtute duxit ipsum ad hamum, is vere fuit, qui ceto præcepit, ut susciperet quidem Jonam, illæsum autem custodiret in profundo, sicque salvum & incolumen in terram rursus ejiceret. Si quidem piscis ille statere (jacente) in profundo accepto, ad laqueum natabat, & primus ipse Deus est, qui eum præmonstravit. Quid enim inquit? Piscis primus omnium sui generis capietur? Vel quod potius & magis est consentaneum, ipsius necessitatis tempore is qui omnia ex nihilo produxit, facto statere, ipsum in piscem natatilem imposuit, & ad piscatorem flexit, qui quidem manifeste ille est, qui Petro præcepit hamum in mare jacere: de quo rex ille simul, & divinorum carminum auctor inquit: [a] *Deus* C *noster in cælo, & in terra, & in marinis, & in omnibus abyssis, quæcumque voluit, fecit.*

Πεῦσις ρπγ'.

Τί βουλόμενος ὁ Κύριος, τὴν συκῆν ἐξήρανε, καὶ κατηράσατο αὐτὴν, μηκέτι καρπὸν ἐνεγκεῖν εἰς τὸν αἰῶνα; οὐ γὰρ ἔξω τινὸς νοήματος ἐποίησε τοῦτο.

INTERROGATIO CLXXXIII.

Quid Dominus volens, ficum arefecit, & exsecratus est eam, ne amplius fructum ferret in æternum? [b] Non enim id præter aliquod consilium fecit.

Ἀπόκρισις.

Μὴ ἁπλῶς αὐτὸν καταρᾶσθαι καὶ ξηρᾶναι τὸ φυτὸν οἴηταί τις. παιδεύειν γὰρ διὰ τούτου βούλεται τὴν θεομάχον συναγωγὴν Ἰουδαίων, ὅτι δυνατὸς καὶ τιμωρεῖν, ἀλλ' ὡς ἀγαθὸς, οὐ βούλεται. οὐδενὶ γὰρ αὐτὸν ὁρῶντες ἀμυνόμενον, εὐεργετεῖν αὐτὸν μόνον ὑπελάμβανον δύνασθαι, οὐ μέν τοι καὶ τιμωρεῖν. ἐκ τῆς ἀψύχου τοίνυν φύσεως πείθει τὴν θεοστυγῆ συναγωγὴν, ὅτι καὶ κολάζειν τότε, ἀλλὰ τέως ἀνέχεται, καὶ ξηραίνει τὴν ἄψυχον συκῆν, ἵνα κατηράσῃ τὴν ἄθεον συναγωγὴν, τὴν ἀκαρπίαν ὁρῶν, καὶ ἐρημίαν ἐν αὐτῇ· ὅτι οὐ μὴ μείνῃ λίθος ἐπὶ λίθου ἐν αὐτῇ. ὡς δὴ συκῆ τοὺς φυσικοὺς καμάτους, οὐδ' ἡ συναγωγὴ τοὺς νομικούς. τιμωρεῖται οὖν ἡ ἄψυχος, ἵνα καρποφορήσῃ πίστιν ἡ ἄθεος. ἐπεὶ τίς ἀγνοεῖ καὶ τῶν ἐξ αὐτῆς νηδύος καὶ ἁπαλῶν ὀνύχων ἐν βασιλείοις διαιτώμενος, καὶ ἄπειρος γεωργίας, ὅτι συκῆ χειμῶνος καρπὸν οὐκ ἔχει; ἀλλ' ὡς ἔφην, εἰκόνι τῷ φυτῷ κέχρηται πλείστων ἕνεκεν. πρῶτον μὲν δεικνὺς ὅτι οἷός τε ὑπάρχει, καὶ ἐν τῷ παρόντι τοὺς πονηροὺς τιμωρεῖσθαι, ἀλλ' ἐπέχει τέως τὴν δύναμιν, ἐνδιδοὺς ἑκάστῳ πρὸς μετάγνωσιν, καθώς φησιν ὁ θεῖος τραγῳδός· ὁ Θεὸς κριτὴς δίκαιος, ἰσχυρὸς καὶ μακρόθυμος, καὶ μὴ ὀργὴν ἐπάγων καθ' ἑκάστην ἡμέραν· ἐὰν μὴ ἐπιστραφῆτε, τὴν ῥομφαίαν αὐτοῦ στιλβώσει, τὴν τιμωρητικὴν φάσκων δύναμιν. Θεοῦ γὰρ ἀληθῶς τὸ ξηρᾶναι ῥήματι ξύλον χλωρὸν, καὶ ἀναθάλαι ξύλον ξηρὸν, καθώς φησιν Ἐζεχιὴλ ὁ τῶν Χερουβὶμ θεατής· ὁ ξηράνας τὴν συκῆν προστάγματι, αὐτὸς πρὸ χιλίων ἐτῶν τῆς καθ' ἡμᾶς αὐτοῦ γενέσεως τὴν ξηρὰν καὶ ἄψυχον Μωσέως βακτηρίαν ἐν τῇ χειρὶ

RESPONSIO.

Ne simpliciter ipsum exsecratum esse & arefecisse arborem eam quisquam putet. Nam per id docere voluit, quod Deo repugnantem synagogam Judæo- D rum etiam punire possit, sed tamquam bonus non velit. Nam quum ipsum a nemine pœnas exigere cernerent, existimabant ipsum tantummodo posse benefacere, non autem punire. Per inanimatam igitur naturam persuadet inimicæ Deo synagogæ, quod & punire velit, sed adhuc dum toleret, ac arefaciat ficum inanimam, simulque ut aridam faciat impiam synagogam, demonstrat ei sterilitatem, quo viderent (suam) sterilitatem & desolationem quodque non mansurus esset lapis super lapidem. Ut autem ea ficus naturales fructus (non ferebat,) ita neque synagoga legales. Punitur itaque inanimata, ut proferat fidei fructum impia. Quis enim ignorat, etiamsi vel ab ineunte ætate ac teneris unguiculis in aulis E regum vixerit, & ignarus agriculturæ sit, ficum per hiemem fructum non habere? Verum ut dixi, vice imaginis ea arbore usus est plurium gratia. Primum quidem ostendit, quod possit vel etiam in præsenti vita malos afficere supplicio, sed etiamnum cohibeat potentiam, concedens unicuique tempus ad resipiscentiam, quemadmodum inquit Tragicus ille divinus: [c] *Deus justus est judex, fortis & longanimis, nec inducit iram quotidie. Nisi conversi fueritis, gladium suum vibrabit.* ultricem vim per hanc vocem indicans. Nam illud vere est Dei, [d] *arefacere verbo lignum viride, & ex arido rursus facere lignum viride*, ut inquit Ezechielus ille spectator Cheruborum. Et qui arefecit ficum mandato, idem mil-

a Psalm. CXXXIV. 6. *b* Matth. XXI, 19. *c* Psalm. VII. 12. 13. *d* Ezech. XVII. 24.



ἐχομένην, ἀθρόως εἰς δράκοντα ἐψύχωσεν. οὗ τὴν ὄψιν ναρκήσας ἐφαλλομένου, δραπετεύειν ἐπειρᾶτο ὁ θεσπέσιος, εἰ μὴ αὖθις αὐτὸν ὁ ζωοποιήσας πάλιν ῥάβδον ἀπέδειξε· φησὶ γὰρ αὐτῷ ὁ περὶ τῆς ταφῆς Λαζάρου πυθόμενος, τί τοῦτο ἐν τῇ χειρί σου; ὁ δὲ ἀπεκρίνατο, ῥάβδος. καὶ αὖθις θεία φωνὴ, ῥίψον αὐτὴν ἐπὶ τὴν γῆν· ῥιφεῖσα δὲ, δράκων ἐγένετο, ἐφαλλομένη τῷ προϊεμένῳ· τοῦ δὲ ἀποπηδήσαντος, φησὶν αὐτῷ ὁ Θεὸς, ἔκτεινον τὴν χεῖρά σου, καὶ ἐπιλαβοῦ τῆς κέρκου αὐτοῦ· γενομένου δὲ, εἰς ἐκεῖνο ἀποκατέστη τὸ ζῶον, ὅπερ ἦν πρὸ τῆς θηριώσεως γενόμενον. κατὰ τὸν δήσαντά φησι τοῖς περὶ τὸν Λάζαρον· λύσατε αὐτὸν, καὶ ἄφετε ὑπάγειν, τοῖς ἐκεῖνον μεταρρώσας τὸν διερρυηκότα, καὶ ὀδωδότα, ὅπερ ἦν πρὸ τοῦ θανάτου γεύσασθαι. ὁμοίως καὶ τὴν ξηρὰν καὶ [1] ἄφλυον τοῦ Ἀαρὼν βακτηρίαν, ἀμογητὶ χωρὶς νοτίδος ἢ γῆς πτύξεως, ἐν μιᾷ νυκτὶ φύλλα καὶ κάρυα βλαστῆσαι ποιήσας, τῆς ἱερωσύνης αὐτῷ παρέσχετο ἀπόδειξιν. ὁ δ' αὐτὸς τὴν ῥάβδον περιφλύσας χωρὶς φυτείας, ἑαυτὸν ἐσωμάτωσε χωρὶς συζυγίας· ἐξελεύσεται γὰρ ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαί· Ἰεσσαὶ δὲ βροτὸς ὑπάρχει πατὴρ τοῦ μεγάλου Δαβίδ. ἀνάγκη οὖν ἐξ ἐμψύχου ῥίζης ἔμψυχον νοεῖν καὶ τὴν ῥάβδον· περὶ ἧς τά δε μέν φησιν ὁ ὑψηλὸς Ἡσαΐας· ἅπερ ἀνακαλύψας ὁ θεοφόρος ἀπόστολος διαρρήδην βοᾷ· ἔχομεν ἀρχιερέα μέγαν, διεληλυθότα τοὺς οὐρανούς· οὗτος δὲ εἰς Ἱεροσόλυμα φοιτῶν μετ' οὐ πολὺ, τὸν ὑπὲρ ἡμῶν σταυρὸν αὐθαιρέτως ὑφίσταται, ῥήματι ψιλῷ ἀθρόως τὸ φυτὸν ἐξήρανε, δεικνὺς αὐτὸς ὑπάρχειν ὁ καὶ φῦναι κελεύσας, καὶ ὅτι οἷός τε ὑπάρχει προστάξαι τῷ ξύλῳ τοῦ σταυροῦ, κεραυνῶσαι τοὺς καθηλοῦντας· φέρει δὲ ὡς Θεὸς καθηλωμένος οἷα βροτὸς τῇ σαρκί. φοιτώντων δὲ αὐτῶν εἰς Ἱεροσόλυμα ἐπείνασεν ἐν τῇ ὁδῷ ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἰδὼν συκῆν ἦκεν ἐπ' αὐτὴν ζητῶν καρπὸν, καὶ οὐχ εὗρε, καθὼς φησιν ὁ θεῖος εὐαγγελιστής. τροπικῶς δὲ νοείσθω ὁδὸς, ὁ παρὼν βίος, ὃν ὁ ζῶν καὶ ἅγιος λόγος καθ' ἡμᾶς γενόμενος σωματικῶς βαδίζει, καὶ τόπους ἀμείβει, πάντη παρὼν θεϊκῶς· νοητῶς δὲ πεινῶν τὴν πάντων σωτηρίαν, ἐξαιρέτως δὲ Ἰουδαίων, ἧκεν ἐπὶ τὴν συκῆν, ὡσανεὶ τὴν συναγωγὴν, ζητῶν ἐξ αὐτῆς καρπὸν οὐκ αἰσθητῶν σύκων, ἀλλὰ τὸν νοητὸν, τὴν ἐκ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν γλυκεῖαν καρποφορίαν· παραπλησίως τῶν ἐν τῷ σύκῳ κόκκων ἐγκειμένων τῇ συναγωγῇ τῶν θείων ἐντολῶν, ἐξ ὧν μετέχουσα ἡ ψυχὴ καταγλυκαίνεται· ἀλλ' οὐχ εὗρεν ὁ Ἰησοῦς καρπὸν ἐν αὐτῇ, εἰ μὴ μόνον φύλλα τῶν νομικῶν καὶ προφητικῶν τευχέων, καὶ αὐτὰ τῇ παραβάσει τῶν θείων οἱονεὶ φύλλα συκῆς ὑπὸ τῶν εἰς ἀλογίαν τραπέντων Ἰουδαίων ἀδεῶς πατούμενα. κτῆνος γὰρ ὑπάρχει βιβλιοφόρον ἡ κυριοκτόνος συναγωγή· ἡ τὸν βασιλέα ἀνελοῦσα, τὸν δὲ στρατιώτην τιμῶσα, ὑπ' αὐτοῦ δὲ αἰχμαλωτισθεῖσα πολλάκις, καὶ οἰκέτις καὶ ὑπόφορος γενομένη· ἡ ἀναγινώσκουσα, καὶ μὴ ἐπιγινώσκουσα· ἡ τὸ γράμμα κρατοῦσα, καὶ τὸ πρᾶγμα ἀγνοοῦσα. τὴν διαθήκην ἔχουσα, καὶ τῆς εὐνομίας ἀπέχουσα· ἧς μόνος ὁ Χριστὸς ἀνὴρ προσαγορεύεσθαι, εἰ ἑταιριζομένης, βουλόμενος, φησὶ δι' Ὠσηὲ τοῦ προφήτου, αὕτη οὐχ ἡ γυνή μου, κἀγὼ οὐκ ἀνὴρ αὐτῆς. ἕτερος δὲ τῶν θεσπεσίων, τὴν αἰτίαν λέγων βοᾷ, οὗτοι οὐκ ἐνέμειναν ἐν τῇ διαθήκῃ, τῶν κἀγὼ ἠμέλησα, λέγει Κύριος παντοκράτωρ· ἀποκληρονόμως τοίνυν ἡ ἄκαρπος συκῆ, μᾶλλον δὲ συνα-

A le annis ante suam secundum nostram naturam nativitatem, aridum & inanimatum Mosis baculum in manu detentum, confestim in colubrum animavit, ad cujus assilientis aspectum torpens ille vir divinus, refugere tentabat, nisi mox qui vivificaverat ipsam, rursus virgam demonstrasset. Inquit enim ad ipsum is qui de Lazari sepultura quærit: [a] *Quid hoc est quod est in manu tua? Ille vero respondebat*, *Virga*. Rursusque vox Dei inquit, [b] *Projice eam abs te super terram*. Projecta vero coluber fiebat, assistens ei qui projecerat. Illo autem recedente, dicit ei Deus, [c] *Extende manum tuam, & apprehende caudam ejus:* quo facto, restituit animal in id quod erat ante mutationem. Quemadmodum & iis B qui ad Lazarum vinctum pertinebant, inquit, [d] *Solvite ipsum, & sinite abire*. Quibus verbis illum valetudini restituit, postquam corruptus erat & fœtebat, ut esset id quod antequam mortem gustasset, erat. Similiter & aridum foliorumque viriditate carentem Aaronis baculum, sine labore & absque humore terræve complexu, in una nocte folia & baccas producere fecit, quo facto sacerdotii exhibuit illi demonstrationem. Idem vero qui eam virgam virore circumdedit absque plantatione: semet ipsum incorporavit absque copulatione. [e] *Egredietur enim virga de radice Jesse*. Jesse autem homo erat, pater magni Davidis. Necesse igitur erat ex animata radice, etiam animatam intelligere virgam, de qua C loquitur magnus ille Esaias. Quæ divinus revelavit Apostolus, diserte clamans: [f] *Habemus Pontificem magnum, qui penetravit cælos*. Hic autem Hierosolymam veniens, haud ita longo tempore post, pro nobis crucem sponte sua subit, simul nudo verbo confestim arborem arefacit: ostendens quod ille ipse sit, qui eam & nasci jusserit; & quod præcipere possit ligno crucis ut fulmine feriat se affigentes, quodque patiatur affixus ut Deus, qualia patitur homo in carne. Euntibus autem ipsis Hierosolymam [g] *esuriit in via Jesus, & videns ficum, venit ad eam, quærens fructum, & non invenit*, quemadmodum inquit divus Evangelista. Figuratè autem intelligatur per viam præsens vita, quam vi- D vens & sanctum illud Verbum ad similitudinem nostri natum corporaliter ambulat, & loca mutat, ubique divinitus præsens. Intellectiliter autem esuriebat nostram salutem, præcipue vero Judæorum. Venit ad ficum, utpote ad synagogam, quærens ex ea non sensiles ficus, sed intellectilem ex lege ac prophetis, dulcemque fecunditatem. Nam consimiliter ut in ficu grana insunt, ita & in synagoga divina præcepta de quibus anima participans dulcescit. Sed non invenit Jesus fructum in ea, nisi folia tantum legalium & propheticorum instrumentorum, eaque per transgressionem mandatorum divinorum veluti folia ficus a Judæis in irrationalem naturam conversis conculcata. Jumentum enim libris onustum, est interfe- E ctrix Domini synagoga. Quæ regem quidem sustulit, militem autem honoravit: a quo sæpius in captivitatem est abducta, sæpe item serva & tributaria facta: quæ legit & non intelligit; quæ litteram habet, & rem ignorat; quæ testamentum habet, & a recta legis obedientia longe abest. Cujus solus Christus maritum se appellari volens, qui sciret ipsam alii adhærentem, dicit per Oseam propheram: [h] *Ipsa non uxor mea, & ego non ejus maritus*. Alius vero vatum caussam indicans, clamat: [i] *Isti non persliterunt in testamento meo, & ego neglexi eos, dicit Dominus omnipotens*. Exheredata est igitur sterilis ficus,

a Exod. IV. 2. *b* Ibid. ✝. 3. *c* Ibid. ✝. 4. *d* Joan. XI. 44. *e* Isa. XI. 1. *f* Heb. IV. 14. *g* Matth. XXI. 18. 19. Marc. XI. 13. *h* Osee II. 2. *i* Jer. XXXI. 32. sec. LXX.

1. Αφλυον] Cotelerius *Monum. eccl. Gr.* tom. II. pag. 538. observat & solemni permutatione οι & υ heic scriptum ἄφλυον, & mox περιφλύσας pro ἄφλοιον & περιφλοίσας, Ut superius ad *Interr.* CXVIII. animadversum.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

γωγή· ἣν διὰ μοιχείαν ὁ τῆς ἀσεβείας ἀρνεῖται λόγος· ταύτην καὶ ἀπὸ τῆς κληρονομίας ἀπείργει νόμος.

A immo vero synagoga, quam propter adulterium sermo pietatis abnegat, & ab hereditate lex arcet.



Πεῦσις ρπδ'.

Ἐπεὶ οὐδεὶς ἡμῖν κόρος τῆς σῆς εὐφραδίας, μαθεῖν δεόμεθα καὶ τὴν τῶν ἀληθόντων, καὶ τοῦ μύλωνος παραβολὴν, ἀγροῦ, καὶ τῶν ἐν αὐτῷ δύο ὄντων. λέγει γὰρ ἐν εὐαγγελίοις ὁ Κύριος· τότε δύο ἔσονται ἐν τῷ ἀγρῷ· ὁ εἷς παραλαμβάνεται, καὶ ὁ εἷς ἀφίεται· δύο ἀλήθουσαι ἐν τῷ μύλωνι, μία παραλαμβάνεται, καὶ μία ἀφίεται.

INTERROGATIO CLXXXIV.

Quia tua eloquentia satiari non possumus, cupimus intelligere & molentium & molæ parabolam, & eam quæ de agro est, & de duobus, qui in eo sunt. Inquit enim in Evangelio Dominus: [a] *Tunc duo erunt in agro, unus assumitur, & unus relinquitur: duæ molentes in mola, una assumitur, & una relinquitur.*

Ἀπόκρισις.

Ἐν ἀμφοῖν τὰ αὐτὰ δηλοῦται συμβήσεσθαι κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἀναστάσεως, καὶ τὸν τῆς δευτέρας παρουσίας. ἀγρῷ μὲν τὸν κόσμον παραβάλλεται, καθὼς αὐτὸς ἑτέρωθί φησιν, ὅτι ἀγρός ἐστιν ὁ κόσμος, οἱ δὲ θερισταὶ οἱ ἄγγελοι· μύλωνι δὲ ἀπεικάζων τὴν ἄστατον τοῦ βίου περιφορὰν, καὶ τὸ πολύστροφον τῶν ἐν αὐτῷ δρωμένων, ὡς τὸν μύλωνα, ἀεικινήτως καὶ ἀστάτως ἡμῖν περιθέοντα, καὶ πρὸ τοῦ ἀλήθεσθαι ἐν ἡμῖν ἕτερον ἐξ ἑτέρου ἀμείβοντα· τοὺς δὲ ἐν αὐτῷ ἀλήθοντας, μᾶλλον δὲ ὑπ' αὐτοῦ ἀληθομένους, τοὺς μὲν παραλαμβανομένους, τοὺς δὲ ἀφιεμένους, ἡμᾶς δηλοῖ, τοὺς ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι τήμερον ἀλήθοντας· καὶ τοὺς μὲν θανάτῳ ἀπαγομένους, τοὺς δὲ τέως ἀφιεμένους, καὶ ἐν ἀκαρεῖ, ἐν ἀτόμῳ, πρὸς ἀφθαρσίαν μεθισταμένους, καθώς φησιν ὁ ὑψηλὸς κήρυξ ἀπόστολος· ἰδοὺ μυστήριον ὑμῖν λέγω· πάντες μὲν οὐ κοιμηθησόμεθα, πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα, ἐν ἀτόμῳ, ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ, ἐν τῇ ἐσχάτῃ σάλπιγγι. οἱ τοίνυν θνήσκοντες οἱονεὶ τοῦ μύλωνος λαμβάνονται· οἱ δὲ περιλειπόμενοι, ἀφίενται. ἐν αὐτῷ δὲ φωνούσης ἅμα καὶ διανιστώσης τῆς θείας σάλπιγγος τοὺς ἀπ' αἰῶνος κοιμηθέντας, αὖθις ὁ ἀκλινὴς καὶ ἀδέκαστος προκαθέζεται κριτὴς, ἑκάστῳ πρὸς ἀξίαν τῶν βεβιωμένων ἀνταμειβόμενος, καθώς φησιν ὁ θεῖος ἀπόστολος· τοὺς μὲν καθ' ὑπομονὴν ἔργου ἀγαθοῦ· καὶ τὰ ἑξῆς.

RESPONSIO.

B In utrisque eadem eventura significantur tempore resurrectionis & secundi adventus Christi. Agro quidem mundum comparat, quemadmodum ipse alibi inquit, quod [b] *ager sit mundus, messores autem angeli.* Molæ autem similem facit instabilem hujus vitæ rotationem, & volubilitatem eorum quæ in eo fiunt, quæ velut molæ perpetuo motu, semperque instabiliter circumcurrentia, & antequam molita sint, in nobis aliud ex alio (invicem) alternant. In ea vero alternatim variatos, vel potius ab ipsa molitos, alios quidem assumendos, alios vero relinquendos, nos significat, quotquot ab Adamo in hodiernum usque diem molunt. Atque horum alios quidem morte ablatos, alios autem adhuc relictos, in momento, in temporis puncto ad incorruptibilitatem esse transferendos, quemadmodum inquit eximius ille præco Apostolus: [c] *Ecce vobis mysterium dico: omnes quidem non obdormiemus, omnes autem immutabimur, in puncto, in momento oculi ad extremam tubam.* Itaque qui mortui sunt, instar molæ accipiuntur: qui vero sunt residui, relinquuntur. Simul vocem edente & excitante tuba divina eos qui a sæculo obdormierunt, mox ille qui neque flectitur neque muneribus corrumpitur, præsidet judex, unicuique secundum dignitatem eorum quæ in vita gesta sunt, retribuens: quemadmodum inquit divus ille Apostolus, [d] *alios quidem secundum tolerantiam operis boni:* & quæ sequuntur.

Πεῦσις ρπε'.

Περὶ τίνων λέγει ὁ Δαβὶδ, ἄνθρακες ἀνήφθησαν ἀπ' αὐτοῦ;

INTERROGATIO CLXXXV.

De quibus inquit Davides, [e] *Carbones accensi sunt ab eo?*

Ἀπόκρισις.

Τὸ θεῖον πολλαχῶς τῆς θείας γραφῆς πῦρ ἄϋλον κατονομάζεται· αἱ οὖν τῶν ἀγγέλων χορεῖαι, καὶ τῶν δικαίων αἱ ψυχαὶ, τῇ διὰ καθαρότητος πρὸς τὸν Θεὸν ἐγγύτητι, ἐκφλογούμενοι ἄνθρακες εἰκότως προσαγορεύονται, φωστήρων ἐν κόσμῳ φαινόμενοι, λόγον ζωῆς ἐπέχοντες. διττῆς γὰρ ἴσμεν τοῦ πυρὸς ἐνεργείας, καυστικόν τε, καὶ φωτιστικόν. τοῖς δὲ ὄντως ψαύουσι, φωτιστικόν· τοῖς δὲ καταφρόνως καὶ ἀδεῶς, καυστικὸν καὶ καθαρτικόν· ἡ ἄμετρος γὰρ αὐτοῦ ἐγγύτης καυστική· ἡ δὲ μετρία διάστασις φωτιστική· πλεῖστα γὰρ τῶν δυσιάτων παθῶν καυστῆρι ἀνατέλλειν πεφύκασιν οἱ τῆς ἰατρικῆς ἐπιστήμονες. καὶ εἰ δὲ τὸ θεῖον οὐκ ἀπολλύων, ἀλλὰ ἀναχωνεύων καὶ ἀποκαθαίρων τοῦ αἴσχους τῶν βεβιωμένων, εἴπερ διὰ μετανοίας πρὸς ἀκεσμὸν ῥέψει ὁ τῷ πάθει κεκρατημένος· εἰ δ' ἀσθενῶν ἀπέλθοι τῆς παρούσης ἰαλίμου ζωῆς, καίεται μὲν, οὐ κατακαίεται δὲ, ἀϊδίως τῷ θείῳ πυρὶ τιμωρούμενος, ἐν ἀθανάτῳ λοιπὸν καὶ ἀφθάρτῳ σώματι. δεῖ γὰρ τὸ

RESPONSIO.

Multis in locis sacræ scripturæ Deus, ignis expers materiei cognominatur. Angelorum igitur chori & animæ justorum, propinquitate ad Deum per puritatem, inflammati carbones merito appellantur, instar luminarium in mundo lucentes, verbum vitæ continentes.
αὐτῷ μᾶλλον εἰδὼς, ἢ ζῆν ἀποβληθέντα Θεοῦ. καὶ φησιν, εἰ ἐκβάλλεις με τῆς γῆς, τοῦτ' ἔστιν, εἰ μηκέτι τῶν ἐκφορίων αὐτῆς ἀπολαύειν μέλλω, καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου σου κρυβήσομαι· εἰ τῶν κατὰ τῆς γῆς ἀναγκαίων πρὸς τὸ ζῆν ἐστέρημαι, καὶ αὐτῷ σοι ὀργιζομένῳ ἐμφανίζεσθαι οὐ δύναμαι· καὶ ἔσται, φησὶ, πᾶς ὁ εὑρίσκων με, ἀποκτενεῖ με· κρεῖττον γὰρ θανεῖν με ἢ ζῆν κακῶς τιμωρούμενον. πρὸς ὃν ὁ Κύριός φησιν· οὐχ οὕτως· ἔθεμην γὰρ σημεῖον ἐπὶ σοὶ, τοῦ μὴ ἀνελεῖν σε πάντα τὸν εὑρίσκοντά σε. ἑβδόμη αὕτη τιμωρία, τὸ μὴ ἀξιοῦσθαι θανάτου, τοῦ πᾶσαν αἰσχύνην καὶ δόξαν λύοντος· ἀλλὰ μένειν τιμωρούμενον, καὶ τῷ σημείῳ στηλιτευόμενον, αὐτὸν ὑπάρχειν τῶν κακῶν ἐν βροτοῖς ἀρχηγόν. * * * *

A ctum a Deo. Sic enim ait: [a] *Si ejicis me a terra*, hoc eſt, ſi non amplius fructibus ejus fruiturus ſum; *& a facie tua abſcondar*: Si ex terra mihi ad vitam neceſſariis privatus ſum, & temet ipſo indignante, apparere in oculis hominum non potero: *Et fiet*, inquit *ut omnis qui me invenerit, occidat me*. Melius enim mihi eſt, ut moriar, quam ut vivam male excruciatus. Ad quem Dominus inquit: [b] *Non ita fiet: poſui enim ſignum ſuper te, ne te interficiat quiſquis invenerit te*. Septimum id ſupplicium eſt, indignum haberi morte, omnem turpitudinem & opinionis gloriam ſolvente, ſed manere cruciatui obnoxium, & ſigno notatum illum, qui malorum inter homines auctor erat.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

B

Graviſſimum enim ſuppliciorum ratione præditis eſt turpitudo, quam ſontibus divinum decretum minatur, dicens: [c] *Reſurgent alii quidem ad vitam æternam, alii autem in turpitudinem & opprobrium æternum*. Quandoquidem igitur ſeptem inhæſerant homicidæ mala, totidem etiam ſuppliciis damnatus eſt. Sciebat itaque Petrus quod ſeptimum diem honorandum Dominus deſtinaverat, in eo requieſcens & ab operibus ſuis ceſſans: & quod non aliam, ſed hanc honoraſſet, in ea legem dans, quodque ſabbatum propter ceſſationem ab operibus vacaſſet: & quod venerandus ſit, & peculiarem ſignificationem ferat ſeptenarius numerus, in quo ſcenopegiæ tubæ: in quo dies expiationis, ſeptimus apud ipſos C annus remiſſionis in pretio habitus, ſex annis terram arantes, conferentes & metentes, ſeptimo quieſcere ſinentes, integramque manere, ex ea ſponte naſcentibus contentos. Septem annis ſervitutem ſerviens famulus, libertatem adipiſcebatur. Præterito annuæ ſeptimanæ tempore, ſeptuagenarii captivi ex Babylone liberati ſunt. Peculiariter item a ſacro cœtu Chriſtigeræ eccleſiæ noſtræ uſurpatur ſeptenaria beneficentia. *Septies* enim *in die laudavi te*, inquit Davides, carminum divinorum auctor. Diei quidem nomine præſens ſignificans ſæculum: Septies autem ipſum per hebdomadem revolvi. [1] Eſaias ſeptem enumerat ſpiritualia dona: [d] *Et ſeptem oculi Domini*, inquit. Id quod & Solomon ait, [e] *Sapien-* D *tia ædificavit ſibi domum, & ſuffulſit columnas ſeptem*. [f] *Sapientiam* autem *Chriſtum* eſſe, divus Apoſtolus interpretatus eſt. Domus autem hujus cælum & eccleſia. In illo quidem ſeptem columnæ angelici ordines, in hac autem Stephani & Philippi collegæ Apoſtolorum ſeptem Diaconi. Et rurſus alius ſanctorum vatum inquit, [g] *Septies cadet juſtus, & reſurget*. Non aliter autem quam per pœnitentiam. Septimus ab Adamo Enochus translatus, non vidit mortem, id docente tranſpoſitione, ex corruptibili & morti obnoxia vita in immortalem & omnibus ærumnis carentem locum transferri eccleſiam. Ex diluvio item, ſolum ſervatur intellectilem Noa Chriſtum gubernatorem habens. Septimus ab Abra- E hamo Moſes legiſlator divinus exhibitus eſt, mutatio vitæ, iniquitatis ſublatio, ad bonam conſtitutionem legum aſcenſus. In ſeptem hebdomadis annorum inſignem Deus jubilæum dedit, quo tamquam ſabbato frueretur, & ceſſaret terra ab aratione, a debitis autem ſolverentur debitores. Septuageſima & ſeptima generatione ab Adamo Chriſtus naſcitur, quemadmodum per genealogiam divus Lucas demonſtrat. Quandoquidem igitur ſcriptura numerum remiſſionis peccatorum in ſeptenario definit, cum hebdomade autem præſens ævum extenditur, ſeptem quidem diebus ab Opifice integre perfectum, ſeptenaria vero viciſſitudine velut ſemper in ſe revolutum: habet remiſſionem peccatorum per pœnitentiam, qui ad correctionem & ſobrietatem inclinat, caſtigatam a Deo. Ideoque putans Petrus, quod difficillime, ſi Domini decretum ſit in hoc hebdomadario ſæculo, remittatur illud homicidæ ſeptuplex flagitium & crimen: inquit ad Dominum. *Quoties ſi peccaverit in me frater meus, remittam illi? num ſepties?* Quaſi dicat, Num etiamſi homicidium patrarit, remittam ei pœnitenti? Dominus autem benignitatem ei commendans, inquit: *Non modo ſepties, ſed etiam ſeptuagies ſepties*. Illud ut arbitror, docens, quod non modo is qui ſemel homicidium fecit, & ſeptem illis malis ſubjacet, recipi debeat ſi pœnitet: ſed is, qui jam ſemel quodammodo Deum abnegavit, quod gravius eſt cæde ſeptuagies ſepties commiſſa, recipiendus ſit, veniaque danda pœnitenti & lugenti. Propter quæ iſta menti adumbrantur, & ut diffidens his Petrus ejuſmodi veniam conſequatur, qui abſque venia fore putabat utrumque, & numquam per pœnitentiam dignos habendos benignitate: permittit ipſum cadere Dominus ſepties, propter percuſſum pontificis ſervum & amputatam ejus aurem. Intentione enim interfecit, niſi [i] *qui plantavit aurem audiſſet, & qui formavit oculum animadvertiſſet*. Qui paullo ante cæci oculos aperuerat, & quidem ejus qui numquam aſpexerat lucem, hic percuſſi aurem mox reſtituit tactu manus, utriſque miraculoſe tamquam a Deo factis. Septuagies autem ſepties per quæſtionem Ballilæ ter ipſum abnegaſſe dictum eſſe voce gallinacei. Remiſit autem iſta, & non amplius recordatus eſt, ferventer ipſo & amare ſuper abnegatione lugente & lacrymas fundente, ut quorum ipſe veniam conſequutus eſſet in lapſu conſtitutus, etiam proximis reſipiſcentibus ſimiliter præſtaret. Communiamus igitur nos ipſos, ne pœnitentiam negligamus. Vix enim, quæ eſt ex hac, procedit conſummatio. Quapropter melius mihi videtur, omnibus viribus a corruptibilibus abſtinere, quam letiferis impletos dolere & triſtari & conflictari, & medicum invocare poſtquam aculeo peccati percuſſi ſumus. E diverſo ſi contigerit ut per abreptionem aliquam labamur, ne deſperemus de expiatione neque de remiſſione, neque quum revocati ſumus, ſegniter agamus, ſed quam primum a deteriore reſiliamus, & virtutum ſuggeſtionem apprehendamus, veſtimentum & ſenſum lavemus, & res terrenas

* ταχέως τινὸς ὀλισθῆσαι, μὴ ἀπογνῶμεν τῆς καθάρσεως, μηδὲ τῆς ἀφέσεως· μηδ' ἀνακληθέντες ῥᾳθυμήσωμεν, ἀλλὰ θᾶττον τοῦ χείρονος ἀποπηδήσωμεν, καὶ τῆς μνήμης τῶν ἀρετῶν ἀψώμεθα· ἐσθῆτα καὶ αἴσθησιν πλυνώμεθα· τὴν ὕλην ὡς συμπνίγουσαν

a Gen. IV. 14. b Ibid. ℣. 15. c Dan. XII. 2. d Pſalm. CXVIII. 164. e Zach. III. 9. f Prov. IX. 1. g I. Cor. I. 24. h Prov. XXIV. 16. i Pſalm. XCIII. 9.

1. *Eſaias ...... Et ſeptem* cet.] Hic locus non extat apud Iſaiam, ſed occurrit [illegible] III. 9.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

φύγωμεν· πρὸς τὴν πάλαι ὑψηλὴν πολιτείαν φοιτήσωμεν· τὴν ἀκοὴν τοῖς θείοις δόγμασι κλίνωμεν· τῶν χαμαιζήλων ἐπιλαθώμεθα· τὴν ἀκρόπολιν τῶν ἀρετῶν τὴν ἀγάπην κτησώμεθα· καὶ ταῖς πλαξὶ τῆς καρδίας τὸν θεῖον νόμον ἐγχαράξωμεν, πυξίον γενόμενοι θεότακτον.

A tamquam quæ suffocent, fugiamus: ad pristinam sublimem illam conversationem veniamus: aures ad divina dogmata inclinemus: eorum quæ humi repunt, obliviscamur, & arcem virtutum dilectionem possideamus, & tabulis cordis divinam legem insculpamus, facti divinitus sculpta tabula.

Πεῦσις ρϟέ.

Διὰ τί οὖν τοιαῦτα πταίσας ὁ ἅγιος Πέτρος, καὶ συγχωρηθεὶς, μὴ καὶ αὐτὸς συνεχώρησε τῷ Ἀνανίᾳ καὶ τῇ Σαπφείρῃ, ἀλλ' ἐν μιᾷ ὥρᾳ ἀμφοτέρους ῥήματι ἐθανάτωσε; καίτοιγε μηδενὸς ὄντος τοῦ πταίσματος ὅσον πρὸς τὴν ἐκείνου ἄρνησιν μεθ' ὅρκου· χρυσίου δὲ ἀπέκρυψαν ἰδίου, οὐκ ἀλλοτρίου· εἰ δὲ καὶ ἀλλότριον ἦν, οὐκ ἔστιν ἴσον, τῶν ἰδίων μικρὸν ἀποκρύψαι· καὶ B τὸ ἀρνήσασθαι τὸν Ἰησοῦν.

INTERROGATIO CXCV.

Quamobrem ergo tam enormiter lapsus sanctus ille vir Petrus, & veniam consequutus, ipse quoque veniam non dedit Ananiæ & Sapphiræ, sed in una hora utrosque occidit verbo, licet nullus esset ipsorum lapsus, respectu illius abnegationis? Aurum absconderant proprium, non alienum: vel, etiamsi B alienum fuisset, non est par peccatum privatarum rerum parvum quiddam abscondisse, & abnegasse Jesum.

Ἀπόκρισις.

Οὐκ ἀπονοίας ὑπάρχει ὁ τοῦ κορυφαίου κατὰ τῶν ὑπαιθωίων φόβος, ἀλλὰ παιδεύσεως προγνωστικῆς τὰ πλεῖστα βροτῶν ἀκεομένης πάθη. ἐπεὶ οὖν τοῦ ἅπαξ Θεῷ ἀνατεθέντος χρυσίου, ἱεροσυλίᾳ τρωθεὶς ἐνοσφίσατο, ἐρωτηθεὶς δὲ ἠρνήσατο· τότε ἀρξάμενος καταβάλλεσθαι τὰ εὐαγγελικὰ σπέρματα, καὶ αὖθις παρανατείλαντα ἑωρακὼς τὰ ζιζάνια, σοφῶς αὐτὰ θᾶττον ἀνέστειλε, μή ποτε συναυξούμενα τὸν πυρὸν λυμήνηται· ἐν γὰρ συνδέσμῳ πικρίας αὐτὸν ὑπάρχειν ὡς τὸν Σίμωνα, καὶ ἀμετάθετον τοῦ λοι- C ποῦ πρὸς τὰ κρείττονα. ἐδέετο γὰρ συγχωρηθῆναι τὸ ἄγος, μὴ συμφωνούσης τῆς καρδίας τοῖς χείλεσι, καθώς φησιν ὁ τῶν θείων μελῳδὸς περὶ τοῦ Ἰσραήλ. καὶ ἠγάπησαν αὐτὸν ἐν τῷ στόματι αὐτῶν, καὶ τῇ γλώσσῃ αὐτῶν ἐψεύσαντο αὐτῷ· ἡ δὲ καρδία αὐτῶν οὐκ εὐθεῖα μετ' αὐτοῦ· οὐδὲ ἐπιστώθησαν ἐν τῇ διαθήκῃ αὐτοῦ. οὕτω γὰρ καὶ οἱ τῆς ἰατρείας ἐπιστήμονες δρᾷν εἰώθασιν, ἐπειδάν τινα ἄκρων τοῦ σώματος πάθει ἀνιάτῳ κρατηθῇ, αὖθις ἐκτέμνονται τῆς χειρὸς, ἢ τοῦ ποδὸς τὸν δάκτυλον, πρὸ τοῦ ἐπὶ τὰ λοιπὰ μέλη διαχυθῆναι τὴν λώβην· ὁμοίως δὲ καὶ Μωσῆς ὁ θεσπέσιος τὰ τοῦ νόμου ἐκ προοιμίων θεώμενος, παρωτρούμενός τε, ἐπὶ βραχεῖ ἁμαρτήματι καταλευσθῆναι ἐν σαββάτῳ ξυλολογοῦντα προσέτα- D ξε, τοῦτο Θεὸν γεγραφὼς ἀποφήνασθαι· ἐπὶ μεγάλῳ γὰρ καὶ μετρίῳ ἡ παράβασις κρίνεται, καθώς φησιν ὁ Κύριος, ὅτι ἐὰν ὅλον τὸν νόμον πληρώσῃ τις, πταίσῃ δὲ ἐν ἑνὶ, γέγονε πάντων ἔνοχος· οὐκ ἀφανισθείσης αὐτοῦ πάσης ἀρετῆς. ἄδικον γὰρ τοῦτο καὶ τοῖς βραχεῖα περὶ τῆς θείας δικαιοκρισίας νοοῦσιν εἰκότως δόξειεν· ἀλλ' ἔνοχός μοι δοκεῖ γίνεσθαι πάντων ὑποσπώμενος, κτῆσιν ἑνὸς ἄγους, καὶ ἀντιμέτρησιν πᾶσιν ἐνεχόμενος, ἢ ἐξ αὐτῶν ἐκείνων τῆς οὐσίας ὑποτεμνόμενος, ἢ τοῦ ἀριθμοῦ αὐτῶν ὑποσπώμενος. ὁ τοίνυν μὴ παντελῶς ἑαυτοῦ ἀπογνοὺς, καὶ ὁλοσχερῶς τῷ χείρονι προσθέμενος, ἀλλὰ κἂν σπανιάκις προσάγων Θεῷ ἀρετὴν, καὶ οἰκτείρων τὸν πέλας, ὤφειλε μὲν ἐκείνῳ ὑπὲρ ὧν ἔπταισεν· E ὀφείλεται δὲ παρ' αὐτοῦ, ὑπὲρ ὧν εὐηργετήθη· ὑποσπώμενος τοίνυν τῆς ἀντιμετρήσεως, πρὸς τὴν τοῦ περιττεύοντος χώραν ἀποκρίνεται· τοῦτο δὲ καὶ παρ' ἡμῖν συμβαίνειν πολλάκις ἔγνωμεν, ὀφείλειν ἡμᾶς ἑκατὸν δηνάρια, ὀφειλομένων ἡμῖν τριάκοντα. ὥσπερ οὖν ὁ τοῦ νομίσματος ὀφειλέτης πάντων ἔνοχος ὑπάρχει τῷ δανείσαντι, μέχρι τῆς ἐκτίσεως τοῦ ὀφλήματος· οὕτως ὁ χρεωστούμενος παρὰ Θεοῦ ὑπὲρ χιλίων κατορθωμάτων, ὀφείλων δὲ περὶ ἑνὸς παραπτώματος, πάντων ἔνοχος ὑπάρχει, μέχρι τοῦ γενέσθαι λογοθέσιον τῆς ἑκάστου οἰκονομίας. παράβασις γὰρ ἐπὶ μικρῷ καὶ μείζονι κρίνεται, ἐν συγκρίσει τὸ διάφορον ἔχουσα. σπεύσωμεν τοίνυν ἐν τῷ καλῷ τὸ πλέον ἔχειν, δικαιοσύνῃ τὴν ἀδικίαν βαροῦντες.

RESPONSIO.

Non dementiæ est, primarii illius adversus sontes terror, sed præsciæ disciplinæ plurima mortalium sanantis vitia. Quandoquidem igitur semel Deo dedicatum aurum sacrilegio vulneratus alienaverat, interrogatusque negaverat: idcirco ille qui fuerat exorsus spargere evangelica semina, moxque simul exortas malas herbas conspexerat, prudenter eas illico sustulit, ne forte simul crescentes triticum vastarent. Nam in angustia amaritudinis ipsum esse, quemad- C modum Simonem, & incorrigibilem in posterum ad meliora videbat. Neque enim facultas erat concedendi scelus, non consentiente cum labiis corde, sicut inquit de Israele carminum ille divinorum auctor. [a] *Et dilexerunt ipsum ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei. Cor autem ipsorum non erat rectum cum eo, & in testamento ejus fideles non fuerunt.* Sic enim & periti medici facere solent, quando extremo corpore tenetur aliquis incurabili morbo, mox resecant a manu vel pede digitum, antequam ad reliqua membra diffundatur labes. Similiter autem & Moses vir divinus ad præcepta legis primitus facta consideratione excitans, ob leve delictum lapidibus obrui eum qui ligna legerat in sabbato, præ- D cepit, idque Deum denuntiasse scripsit. Nam [b] *in magno & mediocri transgressio* judicatur, quemadmodum inquit Dominus, Quod [c] *si totam legem impleverit aliquis, offenderit autem in uno, factus est omnium reus.* Non quod omnis ejus virtus evanuerit: (injustum enim id vel his, qui leviter de divino justoque judicio sentiunt, merito videatur) sed reus mihi videtur fieri omnium, qui recesserit ab uno, se pœnæ unius sceleris & compensationi omnium obnoxium faciens: aut quod ex illorum ipsorum corpore excidit, aut ab ipsorum numero recessit. Qui ergo non prorsus de semet ipso desperaverit, & plane deteriori addictus fuerit, sed vel raro obtulerit Deo virtutem, & proximi misertus fuerit, debet quidem E illi in quibus offendit; debetur autem vicissim ipsi in quibus benefecit. Subtracta igitur compensatione, ad ejus quod redundat, locum decernitur. Id quod etiam apud nos sæpenumero accidere cognovimus, si debeamus nos centum denaria, nobisque debeantur triginta. Quemadmodum igitur pecuniæ debitor de omnibus obligatus est creditori, usque ad debiti persolutionem: ita cui debetur apud Deum pro mille recte factis, ipse vero unius delicti debitor est, reus est omnium, donec ratio subducitur uniuscujusque dispensationis. Transgressio enim in parvo & majori judicatur, in comparatione differentiam habens. Enitamur igitur, qui plus habeamus in bono, injustitiam justitia deprimentes.

a Psalm. LXXVII. 36. 37. b Luc. XVI. 10. c Jac. II. 10.

A

Πεῦσις ρϟϛ'.

Εἰ ἄφυκτος συντέλεια τοῦ κόσμου, καὶ ἡ τοῦ Χριστοῦ παρουσία, πῶς αὐτὸς λέγει, τότε οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ φευγέτωσαν ἐπὶ τὰ ὄρη, καὶ ὁ ἐπὶ τοῦ δώματος μὴ καταβήτω ἆραί τι ἐκ τῆς οἰκίας αὐτοῦ, καὶ ὁ ἐν τῷ ἀγρῷ, μὴ ἐπιστρεψάτω ἆραι τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ; καὶ πάλιν λέγει, ἀλλ' εὔχεσθε ἵνα μὴ γένηται ἡ φυγὴ ὑμῶν ἐν σαββάτῳ ἢ ἐν χειμῶνι· οὐαὶ δὲ ταῖς ἐν γαστρὶ ἐχούσαις καὶ θηλαζούσαις ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις· ἆρ' ὅτι συμβῇ θέρους γενέσθαι, ἐν κυριακῇ ἢδ' ἑτέρᾳ τὴν συντέλειαν, δυνάμεθα λαθεῖν, ἢ φυγεῖν; διὰ τί δ' ἄρα τοσούτου ὄντος ὄχλου καὶ δήμου τότε, μόνας τὰς ἐν γαστρὶ ἐχούσας καὶ θηλαζούσας ἐκ πάντων ἐταλάνισε, καὶ ἀπωδύρατο, ὡς διὰ τὸν τόκον; ἆρα τοῦ μὴ φθάσαι αὐτὰς ἀποτεκεῖν; ἢ ὡς βαρυτέρως μελλούσας τιμωρεῖσθαι;

INTERROGATIO CXCVI.

Si inevitabilis eſt couſummatio mundi, & adventus Chriſti: quomodo inquit ipſe; [a] *Tunc qui in Judæa ſunt, fugiant ad montes, & qui in tecto eſt, non deſcendat ad tollendum aliquid ex domo ſua, & qui in agro eſt, ne revertatur ad tollendum veſtimentum ſuum?* Et iterum inquit, [b] *Sed orate ne fiat fuga veſtra in ſabbato, vel in hieme. Væ autem prægnantibus & lactantibus in illis diebus.* Num quaſi ſi contingat æſtate, vel dominica, vel alia die conſummatio, poſſimus latere vel fugere? Cur autem cum tanta tunc ſit futura turba, tantuſque populus, B ſolas prægnantes & lactantes ex omnibus miſeras pronuntiavit atque deploravit, quaſi propter partum? Num quod ad partum perventuræ non ſint, vel quaſi graviori ſupplicio afficiendæ?

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

Ἀπόκρισις.

Τὴν μέλλουσαν Ἰουδαίοις φυγὴν προφαίνων αὐτοῖς ὁ Κύριος, ἐπὶ τὰ ὄρη δραπετεύειν παρεγγυᾷ· μετὰ γὰρ Οὐεσπασιανὸν ἐπιστὰς Τίτος παντελῶς κατέσκαψε καὶ ἠρήμωσε τὰ Ἱεροσόλυμα, κακῶς ὀλέσας Ἰουδαίους, τοὺς μὲν ἄνδρας ῥομφαίᾳ δρεψάμενος, τὰ δ' ἀρτιγενῆ βρέφη τῷ ἐδάφει προσαράξας, τὰς δὲ κυοφορούσας ἀνατέμνων, παντὶ ὀλέθρῳ καὶ ἀφανισμῷ τὸ θεόμαχον γένος ἐξέτριψε. σαββάτῳ καταληφθείσης C τῆς πόλεως, καὶ πάντων οἴκοι σχολαζόντων διὰ τὴν κατὰ τὸ σάββατον ἀργίαν, ὄντος δὲ καὶ χειμῶνος, οὐδεὶς αὐτῶν διαδρᾶναι τὴν ἅλωσιν καὶ τὴν καταγωγὴν ἠδυνήθη. ὁ δὲ ἐπὶ τοῦ δώματος λανθάνειν ἐπειρᾶτο, μηδὲν τῶν κάτω ἆραι βουλόμενος, τιμιώτερον τὸ ζῆν ἢ τὸ ἔχειν ἡγούμενος. ὁ δὲ ἐν τῷ ἀγρῷ, οὐ μόνον ἀνεπίστροφος ἐπὶ τὸν οἶκον ἔμενεν, ἀλλὰ καὶ πορρωτέρω φοιτῶν ἠπείγετο, τὸν ἐμπρησμὸν καὶ τὴν ἅλωσιν ὁρῶν τῆς πόλεως. εἰ δὲ καὶ κατ' ἀναγωγὴν πρὸς τὰ ἡμέτερα μεθαρμοσθῆναι τὸν λόγον εἰκότως βούλεσθε· οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ φευγέτωσαν εἰς τὰ ὄρη, οἱ ἐν εὐσεβείᾳ ἑδραῖοι, (τοῦτο γὰρ Ἰουδαία ἑρμηνεύεται) ἐπὶ τὴν ὑψηλὴν καταφυγὴν Χριστὸν ἀφοράτωσαν, ὑπὸ τῆς σφῶν ὁμολογίας φρουρούμενοι. D ὁ δὲ ἐπὶ τοῦ δώματος, μὴ καταβάτω ἆραί τι ἐκ τῆς οἰκίας αὐτοῦ· ὁ τῆς παρούσης περιφρονήσας σκιώδους ζωῆς, καὶ πᾶσαν τὴν ἐνταῦθα καταπατήσας σκηνήν, καὶ ὑψηλὸς τῷ βίῳ γενόμενος, καὶ τὰ ἔνοικα πάθη ἀποπεμψάμενος, μηδὲν ἐξ αὐτῶν ἐπισπάσθω, μὴ δέος, μὴ ἀθυμίαν, μὴ δόξαν κενήν, μὴ ὄρεξιν πλούτου, ἅπερ ἀφ' ὕψους ὑπάρχει κατάβασις. ὁ ἐν τῷ ἀγρῷ μὴ ἐπιστρεψάτω ἆραι τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ· ὁ τὸν παλαιὸν ἀπεκδυσάμενος ἄνθρωπον, καὶ τοῖς σαρκίνοις ἀποταξάμενος, τὸν νέον φορείτω, ὃς αὐτὸν εἰς καίνωσιν Θεοῦ ἀνεκαίνισεν, καὶ τῆς ἰλύος ἐξεκάθαρσεν· ἐν τούτῳ γὰρ ἕξει τὸ πρὸς πᾶσαν βουλὴν ἀχείρωτον. μηδεὶς οὖν θόρυβος, ἢ προσγενῶν συμπάθεια τῆς Χριστοῦ ἀπορρήξει ἀγάπης. οὔτε γὰρ E Χριστὸς ὑπὸ τῆς μητρὸς καὶ τῶν ἀδελφῶν ζητούμενος τὴν κλῆσιν προσήκατο, σωτηρίων δογμάτων τοῖς ἀκροαταῖς ἀπαρξάμενος, παιδεύων τῶν σαρκικῶν ὑπάρχειν τὰ πνευματικὰ προτιμώτερα. οὕτω καὶ οἱ αὐτοῦ φοιτηταί, τῶν τραπεζῶν καταλιπόντες τὴν ἐπίσκεψιν, τῆς εὐσεβείας μᾶλλον τὸν λόγον μετεχειρίσαντο, οὐ λόγοις μόνον σοφιστεύοντες, ἀλλὰ καὶ δράμασι παιδεύοντες. τὸ γὰρ καλῶς φράζειν, λύρᾳ ἢ κυμβάλῳ παρέοικε· τὸ δὲ χρηστῶς πράττειν, ἀγγέλοις συμπέφυκεν.

RESPONSIO.

Futuram Judæorum fugam præmonſtrans, ipſis ad montes fugere præcipit Dominus. Nam poſt Veſpaſianum Titus ſuperveniens, prorſus æquavit ſolo deſolavitque Hieroſolymam, male perditis Judæis; viris quidem gladio proſtratis, infantibus vero recens natis pavimento alliſis, prægnantibuſque diſſectis, omni perditione & interitu inimicum Deo genus delevit. Sabbato vero id accidit capta civitate, omnibuſque domi vacantibus propter otium ſabbati: hieme item, nullus ipſorum effugere captivitatem interitumque poterat. Qui vero in tecto erat, latitare tentabat, nihil eorum quæ infra erant tollere volens, præſtabilius eſſe vivere, quam aliquid habere ducens. Qui autem in agro, non modo qui ad domum reverteretur manebat, ſed & ulterius abire cogebatur, incenſam & captam civitatem cernens. Quod ſi per ſublimiorem intellectum ad noſtra, ut par eſt, ſermonem applicari vultis: *Qui in Judæa ſunt, ad montes fugiant:* qui in pietate firmi ſunt, (id enim Judæa ex interpretatione ſonat) ad ſublime refugium, nempe Chriſtum, reſpiciant, ſub ejus confeſſione cuſtoditi. *Qui vero in tecto eſt, ne deſcendat ad tollendum aliquid ex domo ſua:* qui præſenti contemta umbratili vita, omnique heic conculcato tabernaculo, ſuperior evaſit hac vita, relegatis internis affectibus, ne quid eorum ſecum trahat, non timorem, non animi anguſtiam, non vanam gloriam, non opum amorem: quæ ſunt ab alto deſcenſus. *Qui in agro eſt, non revertatur ad tollendum veſtimentum ſuum.* Qui veterem exuit hominem, & carnalibus renuntiavit, novum geſtet, qui ipſum ad innovationem Dei renovavit, ac cœno repurgavit: in hoc enim habebit virtutem ad omne conſilium invictam. Nulla igitur perturbatio agnatorumve mutuus doloris affectus a Chriſti nos dilectione abſtrahat. Neque enim Chriſtus quum a matre & fratribus quæreretur, vocationem admiſit, quum apud auditores ſalutiferam doctrinam exorſus eſſet, docens ſpiritualia carnalibus eſſe potiora. Ad eumdem modum ipſius quoque diſcipuli, relicta menſarum obſervatione, pietatis ſermonem potius capeſſere voluerunt, non verbis tantum ſapienter docentes, ſed & factis inſtituentes. Nam bene loqui, lyræ vel cymbalo ſimile eſt: utiliter autem agere, cum angelorum natura conjunctum eſt.

a Matth. xxiv. 16-18. b Ibid. vv. 19. 20.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 368.

A

Πεῦσις ρϞζ΄.

Ἀλλὰ πάλιν ἔσται αὐτῶν ἀνάκλησις περὶ τὴν συντέλειαν τοῦ κόσμου; ὅταν οἱ ἐξ ἐθνῶν πάντες πιστεύσωσι, τότε λοιπὸν καὶ ἐξ Ἰουδαίας ἐπιστρέψουσι, λέγει γὰρ ἐν εὐαγγελίοις ὁ Κύριος, ὅτι ἔχω καὶ ἄλλα πρόβατα, ἃ οὐκ εἰσὶν ἐκ τῆς ποίμνης ταύτης· δεῖ με κἀκεῖνα ἀγαγεῖν, ἵνα γένηται μία ποίμνη, καὶ εἷς ποιμήν. καὶ ὁ ἀπόστολος πρὸς τοῦτο συμφωνῶν λέγει, ὅταν δὲ τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ, τότε πᾶς Ἰσραὴλ σωθήσεται.

Interrogatio CXCVII.

At erit eis reverſio ad conſummationem mundi, & quando qui ſunt ex gentibus omnes crediderint, tunc & reſiduum ex Judæis convertetur? Dicit enim in Evangelio Dominus: [a] *Quoniam habeo & alias oves, quæ non ſunt ex hoc ovili; oportet me & illas adducere, ut fiat unus grex & unus paſtor.* Et Apoſtolus cum hoc conſentiens inquit: [b] *Quando plenitudo gentium ingreſſa fuerit, tunc omnis Iſrael ſervabitur.*

Ἀπόκρισις.

B

Οὐδέπω πεισθήσομαι, Ἰουδαίους ἀνακεκλῆσθαι· οὐδὲ γὰρ ταῦτα παιδεύει ὁ Κύριος, οὐδ᾽ ὁ ὑψηλὸς ἀπόστολος, διὰ τῶν ὀρθῶς μὲν παρ᾽ αὐτῶν εἰρημένων, κακῶς δὲ παρὰ σοῦ νοηθέντων ἅμα καὶ φρασθέντων. τὸ γὰρ φῆσαι τὸν Κύριον, ὅτι ἔχω καὶ ἄλλα πρόβατα, δηλονότι ἡμᾶς, ἃ οὐκ εἰσὶν ἐκ τῆς ποίμνης ταύτης (ὡσανεὶ τῆς Ἰουδαϊκῆς) ὧν πρώτη ὑπῆρχεν ἡ τοῦ Κυρίου ἀπόφανσις. εἶτα οἱ θεῖοι ἀπόστολοι, καὶ σὺν αὐτοῖς, καὶ δι᾽ αὐτοὺς ἐξ Ἰουδαίας πιστοί. οὔπω γὰρ ὑπῆρχεν ἡ ἐξ ἐθνῶν πρὸ τοῦ σωτηρίου πάθους, διὰ τὸ μήπω κηρυχθῆναι ἡμῖν, μηδὲ βαπτισθῆναι ἡμᾶς, ὅπερ μετὰ τὴν ἀνάστασιν διὰ τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ Χριστὸς δράσας τῇ ἐξ Ἰουδαίων πιστῇ ποίμνῃ ἡμᾶς ἐπεισήγαγε· καὶ ἐσμὲν ἅπαντες οἱ πιστοὶ μία ποίμνη ἑνὶ ποιμένι, τῷ ἀρχιερεῖ καὶ ἀρχιποίμενι Χριστῷ ποιμαινόμενοι καὶ φρουρούμενοι. εἷς γὰρ Κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα, φησὶν ὁ μὲν τοῦ ἀρχιποίμενος μαθητὴς, τῆς δ᾽ ὑπ᾽ οὐρανὸν καθηγητὴς ὑψηλὸς ἀπόστολος· ὃς καί φησιν· ὅταν δὲ τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ, πᾶς Ἰσραὴλ σωθήσεται, οὐκ Ἰουδαίους περὶ τὴν συντέλειαν σώζεσθαι καὶ ἀναφωνεῖσθαι δηλῶν, ἀλλὰ τοὺς καθαρότητι διανοίας, καὶ πίστει Θεὸν ὁρῶντας. τοῦτο γὰρ Ἰσραὴλ παρὰ πάντων καὶ αὐτῶν Ἰουδαίων ἑρμηνεύεται, νοῦς ὁρῶν Θεόν· οὐ γὰρ πάντες οἱ ἐξ Ἰουδαίας, οὗτοι Ἰσραήλ· οὐδ᾽ ὅτι εἰσὶ σπέρμα Ἀβραὰμ, πάντες τέκνα, ἀλλ᾽ ἐν Ἰσαὰκ κληθήσεταί σοι σπέρμα· τοῦτ᾽ ἔστιν, οὐ τὰ τέκνα τῆς σαρκὸς ταῦτα τέκνα Θεοῦ, φησὶν ὁ αὐτὸς ἀπόστολος· καὶ πάλιν ὁ Κύριος ἐν εὐαγγελίοις φησὶ, πολλοὶ κλητοὶ, ὡσανεὶ Ἰσραηλῖται καὶ Χριστιανοί· ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοὶ, ὡσανεὶ οἱ σωζόμενοι. ὅταν οὖν τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν, τοῦτ᾽ ἔστιν ἡ πάνδημος ἐκκλησία, εἰσέλθῃ, δηλονότι εἰς κρίσιν· τότε πᾶς Ἰσραὴλ (ὁ νοῦς ὁρῶν τὸν Θεὸν) ὅπερ ἐστὶ πᾶς βροτὸς, διὰ πίστεως καὶ εὐσεβείας γνῶσιν ἔχων Θεοῦ, σωθήσεται.

Responsio.

Numquam perſuadebor, Judæos revocandos. Neque enim id docet Dominus, neque eximius ille Apoſtolus, per ea quæ recte quidem ab ipſis dicta ſunt, male autem a te tum intellecta, tum prolata. Nam quod dixit Dominus, *Quoniam & alias oves habeo:* conſtat nos dici, qui non ſumus ex eo ovili, utpote Judaico, quorum prima fuit manifeſtatio Domini: videlicet divorum Apoſtolorum, & cum ipſis atque per ipſos converſorum fidelium Judæorum. Nondum enim id quod ex gentibus conſtat, fuit ante ſalutarem paſſionem, eo quod nondum eſſet prædicatum nobis, neque baptizati eſſemus: id quod poſt reſurrectionem per Apoſtolos ſuos C Chriſtus effecit, noſque ad fidele Judæorum ovile ſimul induxit, ſumuſque omnes fideles unus grex ſub uno paſtore, ſummo pontifice, ſummoque paſtore Chriſto paſti & cuſtoditi. [c] *Unus* enim *Dominus, una fides, unum baptiſma*, inquit is, qui ſummi quidem paſtoris diſcipulus, cujuſvis vero ſub cælo magiſter eſt, eximius Apoſtolus, qui idem inquit: *Quando plenitudo gentium intraverit, tunc omnis Iſrael ſervabitur.* Non Judæos circa conſummationem ſervandos & revocandos ſignificans: ſed qui per puritatem mentis & per fidem vident Deum. Id enim eſſe *Iſraelem*, ab omnibus atque etiam ab ipſis Judæis exponitur, *Mentem* nimirum *cernentem Deum*. [d] *Non enim omnes qui ex Iſraele, ſunt Iſrael, ne-* D *que quod ſunt ſemen Abrahami, omnes filii ſunt: ſed in Iſaaco vocabitur tibi ſemen: hoc eſt, non ii qui filii carnis ſunt, iidem & filii Dei*, inquit idem Apoſtolus. Iterumque Dominus inquit in Evangelio. [e] *Multi ſunt vocati*, utpote Iſraelitæ & Chriſtiani: *pauci vero electi*, utpote illi qui ſervantur. *Quando igitur plenitudo gentium*, hoc eſt, univerſos populos complexa eccleſia, *intraverit*, in Judicium videlicet: *tunc omnis Iſrael*, mens videlicet Deum cernens, hoc eſt, omnis homo, per fidem & pietatem cognitionem habens, *ſalvus erit*.

a Joan. x. 16. *b* Rom. xi. 25. 26. *c* Epheſ. iv. 5. *d* Rom. ix. 6-8. *e* Matth. xx. 16. xxii. 4.

LUCIFERI

EPISCOPI CARALITANI

AD CONSTANTIUM CONSTANTINI MAGNI F. IMP. AUGUST.

OPUSCULA,

PER JOANNEM TILIUM MELDENSEM EPISCOPUM IN LUCEM EDITA.

Accesserunt nonnullæ sive ejusdem LUCIFERI sive aliorum ad ipsum

EPISTOLÆ.

Omnia nunc primum recognita, emendata notiſque illuſtrata.

LUCIFERI

EPISCOPI CARALITANI,

AD CONSTANTIUM IMPERATOREM

PRO SANCTO ATHANASIO.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

LIBER I.

I. COgis nos, Constanti, absentem damnare consacerdotem nostrum religiosum Athanasium; sed divina id facere prohibemur lege: impellis auctoritate latius regali Domini sacerdotes ad effundendum cruorem, ignorans jura justitiæ tradita nobis divinitus, te conatum ex nostris auferre mentibus. An divinitus poteris asserere permissum, absentem, inauditum, & quod est maximum, innocentem damnari? Quomodo etenim arbitraris divinitus permissum, puniri inauditos, quando videas Adam & Evam principes nostri generis auditos, sententia percussos Dei? [a] *Et vocavit Deus Adam, & dixit ei: Adam, ubi es? Et dixit: Vocem tuam audivi Domine in paradiso, & timui, quoniam nudus sum, & abscondi me. Et dixit illi Deus: Quis tibi indicavit, quia nudus es, nisi de ligno de quo præceperam tibi, de hoc solo ne manducares, ex eo manducasti? Et dixit Adam: Mulier quam dedisti, ipsa mihi dedit de ligno, & manducavi. Et dixit Deus mulieri: Quid hoc fecisti? Et dixit mulier: Serpens persuasit mihi, & manducavi.* Cum igitur hujusmodi formam judicandi dedisse Deum advertas; cum a latebris evocatis confessisque Deum sententiam dedisse, de sacris scripturarum collegeris fontibus: cujus fuisti atque es impudentiæ, judicandi Dei servos eam dare formam, quæ non fuisset de lege veniens Domini? Nec timuisti, ne fuisset dictum ad Deum a nobis de te, quomodo fuerat dictum de refuga illo Angelo, *Serpens suasit me*; Constantius Imperator seduxit nos; Credidimus ei, eum arbitrati fuisse hominem. Nonne videre potuisti, quia possis tali percuti Dei indignantis sententia, qua percussus videtur & serpens; cui dicitur: [b] *Quia tu fecisti hoc, maledictus tu ab omnibus pecudibus & ab omnibus bestiis terræ quæ sunt super terram: super pectus & ventrem tuum repes, & terram edes omnibus diebus vitæ tuæ. Et inimicitiam ponam inter te & mulierem, & inter semen tuum & inter semen ejus:* [1] *ipse tuum observabit caput, & tu ejus observabis calcaneum.* Nonne ita & te Dei offensam incurrere potuisse, ut ille incurrerit Angelus, ex hac una sententia Domini debueras reminisci; præsertim cum cognosceres, tuum etiam opus fuisse serpentinum? An cum ille serpens fuerit factus ex Angelis, tu ex hominibus serpentem te fieri potuisse es arbitratus? minime. Sed dicas velim, quid intersit inter tuum atque hujus Angeli refugæ apostatæ factum: si ille mendacio seduxit rudes homines; & tu, & quidem tu, non rudes: si ille utilitatis gratia eorum

A illexit mentes ad arboris fructus edendos; & tu pacis caussa te facere cum eis adstruxeris. Cumque omnium Christianorum bono te hoc opus dixeris aggressum, utique inspecta opera tua, datur intelligi serpentem te illum esse imitatum. Cupiens [2] Dei mandatorum fieri transgressores, dedisti præcepta, damnandum esse inauditum absentem, negandamque audientiam, purgare posse se de crimine objecto [3] proclamanti. Abel interficitur justus [c] & interrogatus Cain [4] sumit sententiam; & tu Domini inauditum vis puniri sacerdotem? [c] *Factus est*, inquit, *Abel pastor ovium, Cain autem erat operans terram. Et factum est, post dies obtulit Cain de fructu terræ sacrificium Domino; & Abel obtulit & ipse de*

B *primitiis ovium suarum: & respexit Deus super Abel & super munera ejus, super Cain vero & super sacrificia ejus non respexit. Et contristatus est Cain valde, & concidit vultus ejus. Et dixit Dominus Deus ad Cain: Quare tristis factus es, & quare concidit vultus tuus?* [5] *quare non recte obtulisti? Peccasti? quiesce*, &c. Et infra: [d] *Dixit Cain ad Abel fratrem suum: Eamus in campum. Et factum est, cum essent ipsi in campo, insurrexit Cain super Abel fratrem suum, & occidit eum. Et dixit Deus ad Cain: Ubi est frater tuus? Et dixit: Nescio; numquid custos fratris mei sum ego? Et dixit Deus: Quid fecisti hoc? Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Numquid non licuerat Deo priusquam Cain

C convocaret atque interrogaret, punire? Sed noluit, dans formam, quo genere inciperemus judicare commissos nobis; nobis inquam, de quibus per Jeremiam prophetam dicit ad populos suæ majestati dicatos: [e] *Et dabo vobis pastores secundum cor meum, & pascent vos pascentes cum disciplina.* Damnate, inquis, eum quem ignoratis deliquisse. Cur? nempe ad hoc ut jam non episcopi, sed mereremur nuncupari vesani atque carnifices.

II. Non metuis, oro, hæc mandans, Domini ad Noe sanctissimum dicentis vocem: [f] *Sicut olera feni dedi vobis omnia, præter carnem & sanguinem animæ non edetis. Etenim vestrum sanguinem ani-*

D *marum vestrarum exquiram de manibus omnium bestiarum. Exquiram animam hominis: qui effuderit sanguinem hominis, pro sanguine hominis effundetur, quia ad imaginem Dei feci hominem.* Non metuis oro, tantorum te qui videas interfectorem Dei extitisse servorum, ut adhuc & ipse innocentes jugules, & nos participes fieri tuorum cogas funerum?

a Gen. III. 9-13. b Ibid. ṽṽ. 14. 15. c Gen. IV. 2-7. d Ibid. ṽṽ. 8-10. e Jer. III. 15. f Gen. IX. 3-6.

1. *Ipse tuum obs.*] Vulg. *Ipsa conteret*. Sed LXX. Gen. III. 15. αὐτός σου τηρήσει κεφαλήν: eosque perpetuo assectatur Lucifer: quod semel monuisse sufficiat. Legunt quoque *ipse* sanctus Hieronymus in *Quæst. Heb.* aliique Patres. De qua varia lectione præter interpretes, plura Simonius *Hist. crit. du vieux Test.* lib. II. cap. XII. pag. 251. & Wolfius *Bibl. Hebr.* tom. IV. pag. 72. ut alios omittamus.

2. *Cupiens Dei*] Leg. forte, *Cupiens* NOS *Dei*.

3. *Proclamanti*] Id est, *appellanti*. Sic infra §. IV. *Si justum judicium, (non) audiri se proclamantem* cet. TILIUS.

4. *Sumit sententiam*] Pro *condemnatur*.

5. *Quare non recte — quiesce*] Locum *Gen.* IV. 7. contraxisse videtur Lucifer. LXX. Οὐκ ἐὰν ὀρθῶς προσενέγκῃς, ὀρθῶς δὲ μὴ διέλῃς, ἥμαρτες; ἡσύχασον.



Cum dictum a ſocero ſuo Jethro fuiſſet Moyſi, cur A tota detineret populum die: [a] *Venit ad me*, inquit, *populus quærens judicium a Deo*. Igitur ſi judicium Dei antiſtitum tam decet eſſe juſtum, quod Dei eſſe dicatur judicio terminatum: quomodo tu inauditum jubebas damnari a nobis, cum Moyſen inveneris dixiſſe, *Venit ad me populus quærens judicium a Domino?* Si populus idcirco ad nos confluit, ut ſecundum Dei legem judicetur; cur tu inquies, Damnate innocentem? Itaque cum hoc præceptum quod prolatum eſt a te, non ſit veniens ex lege Dei, ſed ſit plane ex voluntate firmatum diaboli, tandem intellige, quiſnam ſis. Uxor Loth converſa in ſalem eſt, quod implere nequiverit imperata: nobis, credo interventu tuo, quia videlicet ſis rex B Romani imperii, nihil accideret malorum, ſi falſis prægravatum criminibus damnaremus? Sacra Scriptura in Exodo: [b] *Moyſes*, inquit, *aſcendit in montem Dei, & vocavit eum Deus de monte, dicens: Hæc dices domui Jacob, & annuntiabis filiis Iſrael: Ipſi vidiſtis, quanta fecerim Ægyptiis: & aſſumſi vos tamquam ſupra pennas aquilæ, & adduxi vos ad me. Et nunc ſi auditu audieritis vocem meam, & cuſtodieritis teſtamentum meum, eritis mihi populus abundans præ omnibus gentibus. Mea eſt univerſa terra. Vos autem eritis mihi regnum ſacratiſſimum, & gens ſancta*. Quomodo gens ſancta, ſi innocentium fuerimus necatores? Quomodo regnum Deo ſacratiſſimum, ſi præcepta prætereamus C ejus? Item dicit Deus: [c] *Non mœchaberis, Non occides, Non falſum teſtimonium dices adverſus proximum tuum*. Tu inquis contra, Crede mihi dicenti falſa, & macta innocentem. Monens Deus dicit in Exodo: [d] *Non credes auditui vano. Non conſenties cum iniquo fieri teſtis injuſtus. Non eris cum pluribus in malitia. Non appones cum compluribus declinare cum turba, ut declines judicium, & pauperi non miſerearis in judicio ejus*. Et infra: [e] *Non ſubvertes judicium pauperis in judicio ejus: ab omni verbo iniquo recedes: innocentem & juſtum non occides: non juſtificabis impium pro muneribus. Munera enim excæcant oculos videntium, &* [1] *peſtiferant ſermones juſtos*. Ad hæc tu excludenda præcepta, ſubvertere judicium ejus ſervos compellis, juſtam tentans etiam muneribus noſtram corrumpere dicatam conſcientiam Deo. [f] *Si auditu*, dicit Deus, *audieris vocem meam, & feceris omnia quæ dixero tibi; inimicus ero inimicis tuis, & reſiſtam contrariis tuis*.

III. Jam tuum ſit probare præcepiſſe Deum, innocentes eſſe percutiendos, apoſtolicam deſerendam fidem, & tuam ſuſcipiendam perfidiam. Cur hæc quæ mandatis Domini adverſantur, fieri percipiendum putaſti; cum etiam in Levitico Dominum memineris dixiſſe ad Moyſen: [g] *Loquere filiis Iſrael, & dices ad eos: Ego Dominus Deus veſter. Secundum ſtudia terræ Ægypti in qua inhabitaſtis, in ea non facietis; & ſecundum ſtudia terræ Chananæorum in quam ego induxero vos, ibi non facietis, & in legitima eorum non ambulabitis. Judicia mea facietis, & præcepta mea cuſtodite, & ambulate in eis. Ego Dominus Deus veſter. Cuſtodite omnia præcepta mea, & omnia judicia mea, & facietis ea: qui fecerit ea, homo vivet in ipſis. Ego Dominus Deus veſter*. Si in præceptis Domini docere vales conſcriptum, juſtos eſſe ad injuſtorum ſuggeſtiones puniendos; recte cuncta te egiſſe atque agere poteris advertere. Doce in mandatis Dei conſcriptum, calumniis petitos ejus cultores, a te domus ejus perſecutore per nos epiſcopos eſſe interimendos. Cur ad hanc per Coarianos tuos deductus es implendam malitiam? quæ coegit te cauſſa imperatorem petere calumniis Dei hominem? Numquid non legeras in Levitico dixiſſe Deum: [h] *Nolite mendacio petere, neque calumniemini unuſquiſque proximum*. Et infra: *Non mentiemini, neque calumniam facietis proximo, & non profanabitis nomen Domini Dei veſtri. Ego ſum Dominus Deus veſter. Non nocebis proximo tuo, & timebis Dominum Deum. Ego ſum Dominus Deus tuus. Non facies iniquum in judicio, Non accipias perſonam pauperis, neque miratus fueris ad perſonam potentis. In juſtitia judicabis proximum tuum: non ambulabis in dolo in gente tua. Non conſenties in ſanguinem proximi tui. Ego ſum Dominus Deus veſter. Non odies fratrem tuum: ſenſu tuo corripiens corripies proximum tuum: & diliges proximum tuum ſicut te ipſum. Ego Dominus Deus veſter: legem meam cuſtodite*. Hæc cum ſcripta memineris, exiſtimas acceptatores perſonæ nos tuæ futuros?

IV. Ad innocentis rogaſti necem; & cum te contemtum advertiſſes, tetendiſti temet ad genera omnia ingerenda pœnarum. Dicit Deus: [i] *A facie divitis ne timeas, & honorabis faciem presbyteri, & timebis Dominum Deum tuum. Ego ſum Dominus Deus tuus*. Et tu timeri te potuiſſe es arbitratus, & exhonorari Athanaſium, quem Deus præceperit honorandum? Non legeras dixiſſe Deum: [k] *Non facietis injuſte in judicio, in menſura, & in penſo, & in ſtateris; ſtatera juſta penſabitis*; & menſura juſta eſt, ut ſtatuiſſes fuiſſe per nos necandum abſentem? [2] Si juſtum judicium, audiri ſe proclamantem, abſentem puniri; tuæ erunt juſtitiæ D allegationes apud Deum contra nos, qui tuæ temeritatis præcepta reſpuerimus. In Deuteronomio reperitur glorioſus Moyſes dixiſſe ad judices, quos populo dederat: [l] *Audite inter fratres veſtros, & judicate juſte inter medium viri, & inter medium fratris, & in medio proſelyti ejus. Non accipietis perſonam in judicio: adverſus minorem, aut adverſus majorem judicabitis: non ſumas perſonam hominis; quoniam judicium eſt Dei*. Et vis Conſtanti, credo quia ſis in ſublimitate degens regali, accipi tuam perſonam: es magnopere cupiens, eum cujus ſis ſanguinem ſitiens, mactari per nos Domini ſacerdotes. Hinc itaque apud te nos deteſtabiles, quoniam judicium ad Dei ſumus voluntatem promentes. Hinc E ad gladium putaſti tendendam carnificem dexteram tuam, tamquam poſſis gladio vincere, quos videres propter Dei filium, nec præſentem dubitare amittere vitam, nec perhorreſcere mortem. Ad filios Iſrael narrat ſanctiſſimus Moyſes ex præcepto Dei: [m] *Videte: tradidit vobis Dominus Deus veſter ante faciem veſtram terram: aſcendentes poſſidete, quemadmodum dixit Dominus patrum noſtrorum nobis:*

a Exod. XVIII. 15. *b* Exod. XIX. 3-8. *c* Exod. XX. 13-16. *d* Exod. XXIII. 1-4. *e* Ibid. ℣℣. 6-8. *f* Ibid. ℣. 22. *g* Lev. XVIII. 2-5. *h* Lev. XIX. 11-19. *i* Ibid. ℣. 15. 32. *k* Ibid. ℣. 35. 36. *l* Deut. I. 16. 17. *m* Ibid. ℣. 8.

1. *Peſtiferant*] Cotelerius *Monum. eccl. Gr.* tom. II. pag. 713. hanc Luciferi verſionem notandam exiſtimat: quaſi legiſſet *Exod.* XXIII. 8. λοιμαίνεται, non λυμαίνεται. Nihil quippe frequentius in mss. libris permutatione diphthongi ει & litteræ υ.

2. *Si juſtum judicium audiri ſe proclamantem*] Recte conjeciſſe videtur Latinius, heic legendum, NON *audiri ſe proclamantem*, id eſt *appellantem*, ut ſuperius vidimus §.1. Mox mallem cum Tilio, *juſtæ appellationes*.

nolite timere neque formidetis. Si illis neminem præ- A ter Deum timendum mandatum est, illis imaginem nostræ vocationis portantibus; quanto magis præter Deum neminem metuere condecet, qui non terras Chananæorum, Jebusæorum & Gergesæorum atque Amorrhæorum simus desiderantes consequi, sed cælestia regna, sed Dei perpetuum amorem? Quomodo etenim vigor inanis dignitatis tuæ nos ab hoc potuit aut potest proposito flectere, cum præter Deum statuerimus metuendum neminem? Non sumus Christiani ex illis qui dixerunt: [a] *Propter quod odiit nos Dominus; eduxit nos de terra Ægypti, tradere nos in manus Amorrhæorum & disperdere nos:* sed sumus ex illis, qui dixerunt ac dicunt ad Deum; [b] *Propter te occidimur tota die; æstimati sumus* B *ut oves occisionis. Sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos.*

V. Non timuimus, neque timemus minas tuas nos, qui novimus nihil posse Deo resistere; ne ut illi pereamus, qui audiunt a Moyse: [c] *Fratres vestri averterunt cor vestrum dicentes: gens magna est & dura, multa & potentior vobis; & civitates magnæ & muratæ usque ad cælum; sed & filios gigantum vidimus illic.* Non timemus gladium tuum Christiani, qui præsumamus prostratis vobis Dei religionis inimicis, venturos nos ad convivium Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum ac Martyrum. Non metuimus virtutem caduci regni tui, C milites divini. Non sumus ex illis diffidentiæ filiis, qui plus inimicos suos quam Deum fuerant arbitrati potuisse, ut tuam fragilem vereamur potentiam: si enim non ita Judæi credidissent, quod videlicet plus possent Chananæi, Jebusæi & Amorrhæi, & ceteri inimici quam Deus; numquam profecto Moysis vocem superhabuissent dicentis: [d] *Ne loquamini, neque formidetis ab eis: Dominus Deus noster qui antecedit ante faciem vestram, ipse simul expugnabit eos vobiscum, secundum omnia quæcumque fecit vobis in terra Ægypti, & in deserto hoc quod videtis: quomodo fovit te Dominus Deus tuus, sicut quis foveat homo filium suum, in omnem viam quam ambulastis, quoadusque venistis ad hunc lo-* D *cum, deducens vos in igni nocte, ostendens vobis iter, ut ambularetis in eo, & in nube diei.* Si non post hæc salutaria monita, plus potuisse quos contra pugnam gerebant quam Deum, filii Israel fuissent credentes; numquam profecto ad omnem devenissent interitum. Potentem igitur esse novimus Deum ad eripiendos nos de manibus tuis; ad cæleste nobis regnum promissum tendentes, timere tuam crudelitatem non poterimus, maxime qui elegerimus a te, non a Deo puniri. Dixisti, Damnate Athanasium. Quem eramus, Constanti, damnaturi? illum ne, quem videmus Dei filium confiteri, ut sunt confessi Patriarchæ, Prophetæ, Apostoli ac Martyres; An te, qui sis negans, ut negavit magister E tuus Arius, ut negaverunt Iscarioth Judas & cuncti Judæi? Dicit Deus ad Moysen: [e] *Non erunt tibi dii alii præter me. Non facies tibi sculptile, neque omnium similitudinem eorum, quæcumque sunt in cælo sursum, & eorum quæ sunt in terra deorsum, & quæcumque sunt in aquis subtus terram. Non adorabis illa neque servies eis, quoniam ego sum Dominus Deus tuus, Deus zelans, reddens peccata patrum in filiis in tertiam & quartam progeniem, eis qui oderunt me; & faciens misericordiam in millibus, his qui diligunt me & his qui custodiunt præcepta mea.*

VI. Et hæc dicis divina mandata calcanda: suscipite idololatriam meam, derelinquite Deum, interficite inimicum meum, non Dei, Athanasium; quo possitis inveniri inter eos qui oderunt Deum, quibus promiserit se in tertiam & quartam progeniem redditurum: date operam, ne cum illis diligamini a Deo, propter quos dicit, *faciens misericordiam in millia his qui diligunt me, & his qui custodiunt præcepta mea.* Conspicis, prudentissime imperator, hoc tibi bonum videri quod sit malum, & hoc malum quod bonum. Aut negabis bonum, aut negabis bona te mala esse intelligere: & mala bona? si negas, responde. Bonum est damnare innocentem, an malum? bonum est derelinquere Deum, ire post idololatriam, an malum? Si dixeris malum, dicetur tibi a nobis: Cur hæc tu geris? Iterum clamat in Deuteronomio Moyses, dicens: [f] *Custodite mandata Domini Dei tui, & testimonia, & justificationes quascumque mandavit tibi; & facies quod placitum est, & quod bonum ante Dominum Deum tuum, ut bene fiat tibi: & intrabis, & hereditate possidebis terram bonam, quam juravit Dominus patribus vestris:* & tu hæc esse bona elegisti, hæc Deo placita, ut in contumeliam ejus majestatis idololatria firmetur per tui regni virtutem, & jugulentur hi qui se ejus fuerint confessi cultores. [g] *Ecce ego,* dicit Moyses, *dedi ante conspectum vestrum hodie benedictionem & maledictionem: benedictionem, si audieritis mandata Domini Dei vestri, quæcumque ego mando vobis hodie.* Cum itaque illi sint benedicti qui innocentem non sint punientes; illi Domini servantes mandata, qui inauditum damnare noluerint: tu quomodo te benedictum putas, cum per opus tuum te probes inter maledictos constitutum? aut si non inter maledictos es, cur Moysem spernis dicentem? [h] *Si autem inveniatur in te in una civitatum tuarum, quas Dominus Deus tuus dabit tibi, vir aut mulier qui fecerit malignum ante Dominum Deum tuum,* [1] *transire in testamentum ejus, & venientes servierint diis alienis, & adoraverint eos, aut soli, aut lunæ, aut omni, qui sunt in mundo, de cælo:* & infra, *Produces virum illum aut mulierem illam, & lapidabitis eos in lapidibus, & morientur: in duobus testibus aut in tribus morietur moriens: non morietur in uno teste: & manus testium erit super eum in primis ad occidendum illum, & manus totius plebis postremo. Et tolles malignum ex vobis ipsis.* Si non es, Constanti, currens cum maledictis, cur non mandatis Dei servi paruisti Moysis? Cur cum ille dicat, Duobus tribusve testibus etiam idololatram perire; tu nec quidem audientiam volueris præberi viro Deo dicato, eique negare fecisti audientiam, cui sis traditus a Deo; ei inquam, cui, si justa defendenti restiteris, morte mori jussus ore fueris Moysis? Ut enim judicia sacerdotis maneant inviolata, dicit sic: [i] *Exsurgens ascendes in locum quemcumque elegerit Dominus Deus tuus invocari nomen ejus ibi, &* [2] *loquere ad sacerdotes Levitas, aut ad judicem, quicumque factus fuerit in diebus illis; & requirentes nuntiabunt tibi judicium: & facies secundum omne præ-*

a Deut. I. 27. b Psal. XLIII. 23. Rom. VIII. 36. 37. c Deut. I. 28. d Ibid. ℣. 29-33. e Deut. V. 7-10. f Deut. VI. 17. 18. g Deut. XI. 26. 27. h Deut. XVII. 2-7. i Ibid. ℣. 8-13.

1. *Transire in test. e.*] Præpositionem *in* delendam censet Latinius. Et jure quidem, ut videtur: nam LXX. *Deut.* XVII. 2. παρελθεῖν τὴν διαθήκην αὐτοῦ.

2. *Et loquere*] Legit Latinius, *& venies*. Enimvero LXX. καὶ ἐλεύσῃ.

ceptum quodcumque nuntiaverint tibi, qui sunt in loco illo, in quo elegit Dominus Deus tuus invocari nomen illius ibi. Et observa te nimis: facies secundum omnia quæcumque constituerint tibi secundum legem; & secundum judicium, quodcumque dixerint, facies. Non declinabis a verbo: quodcumque nuntiaverint tibi, facies; quodcumque indicaverint tibi, non declinabis dextra aut sinistra. Et homo quicumque fecerit in superbia, ne audiat sacerdotes adstantes officia exhibere in nomine Domini Dei, aut judicem, quicumque fuerit in diebus illis; morietur homo ille: & tolles malum de Israel. Et omnis populus audiens timebit, & impie non aget ultra.

VII. Sed dicis, Isto in loco Deo devotissimus Moyses quomodo sacerdotum fecit mentionem, sic & judicis. Proba te super nos factum judicem, proba ad hoc te constitutum imperatorem, ut nos armis tuis ad omnem implendam voluntatem amici tui diaboli perduceres. Cum probare non possis quia præceptum sit tibi, non solum non dominari episcopis, sed & ita eorum obedire statutis, ut si subvertere eorum decreta tentaveris, si fueris in superbia comprehensus, morte mori jussus sis: quomodo dicere poteris, judicare te posse de episcopis, quibus nisi obedieris, jam quantum apud Deum, mortis pœna fueris mulctatus? Cum hæc ita sint, tu qui es profanus ad Dei domesticos, quare istam sumis in Dei sacerdotem auctoritatem; cum etiam ipsos judices Judæos, tunc quando in lege manebant Dei, ex genere habere permiserit suo? [a] *Si enim*, inquit Moyses, *dixeris: Statuam supra me principem, quomodo & reliquæ gentes quæ in circuitu meo: constituens constitues super te ipsum principem quemcumque elegerit Dominus Deus tuus; ipsum de fratribus vestris constitues: non poteris constituere super te hominem alienigenam, quoniam non est frater vester.* Et subsequitur, cur noluerit alienigenam fieri principem, ne scilicet ad sectam suam traheret alios. Propterea dicit, [b] *ne revoces nos in Ægyptum*, hoc est, ad idolorum cultum: quasi dicat, Quis es tu, inquam, qui tibi usurpasti hanc auctoritatem quam tibi Deus non tradidit; & si traderet, & [1] inter te esse permitteret: primo in loco Christianum te esse oportuerat, quia scelus esset alienigenam Dei servos judicare, inimicum religionis domesticos Dei. Deinde si fuisses Christianus, & te participem censuisset Deus sacerdotibus fieri ad regendum populum ejus, accipe qualem te esse præcepit in Deuteronomio: [c] *Et erit cum sederit in principatu suo, scribet hoc in libro ante sacerdotes Levitas, & erit cum ipso, & leget eum omnibus diebus vitæ suæ, ut discat timere Dominum Deum suum, custodire omnia mandata hæc, & justificationes has facere: ut non extollatur cor ejus a fratribus suis & non transgrediatur a mandatis dextera aut sinistra, ut longiturni temporis sit in principatu suo, ipse & filii ejus cum ipso in filiis Israel.*

VIII. Quid tu hujusmodi habes, nisi omnia contraria, nisi cuncta quæ Dei impugnent domum? Primò es hæreticus, deinde persecutor Dei domesticorum; conatus es ac conaris ad Athanasium jugulandum, tamquam is homo qui non memineris scriptum esse: [d] *Si fuerit homo odiens proximum, & insidiatur eum, & surrexerit in eum, & percusserit* A *eum animo, & mortuus fuerit, & fugerit in unam civitatem harum: mittent seniores civitatis illius, & accipient eum inde, & tradent eum in manus exquirentium sanguinem, & morietur. Non parces oculo tuo super eum, & mundabis sanguinem innocentis ex illis: & bene tibi erit.* Et iterum: [e] *Non manebit testis unus in testificationem adversus hominem secundum omnem iniquitatem, & secundum omne peccatum quodcumque peccatur: in ore duorum testium aut trium stabit omnis sermo. Si autem steterit testis injustus adversus hominem, detrahens ei iniquitatem; stabunt duo homines, quibus est ipsis contradictio ante Dominum & ante sacerdotem, & in conspectu judicis, quicumque fuerit in diebus il-* B *lis; & interrogabunt diligenter judices: & ecce testis injustus testificatus est iniqua, resistens adversus fratrem suum: & facite ei, quemadmodum nequiter egit facere adversus fratrem suum, & auferetis iniquum ex vobis ipsis: & ceteri audientes timebunt, & non apponent amplius facere verbum malignum hoc in vobis. Non parces oculis tuis super eum, animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede.* Cum cernas hæc fieri de te, homicida, Deum statuisse: dicas, quæso, quid sit aliud dicere, Damnate eum quem scitis innocentem, facite contra Dei mandata; nisi, evellite corda, tollite vobismet sensus, ultro jugulate vestras animas; licet videntes quia fovea sit, C fingite vos cæcos, præcipitesque vosmet date in æternam voraginem, mergite in eam foveam a qua non vos eripi posse cernitis; vobis ipsis vitam auferte, sumite perpetuam mortem? Quid est aliud dicere, Fac quod Deus fieri prohibuit; nisi, estote inimici Deo, acquirite vobis diabolum amicum, date operam ne consequamini paradisum, ne denique regnum cælorum quod vobis promisit, si mandata ejus servaveritis, Deus: amate inferna, diligite stagnum ardentem, desiderate esse cum omnibus qui sunt semper dantes pœnas, desiderate dici homines diaboli? Hæc sunt præmia, quæ tua egregia conquirunt consilia, hæc illa optima quæ mortem pariunt sempiternam, hæc quæ demergunt hominem D cælo jam proximum ad inferna.

IX. Adhuc non sciebas scriptum, ut ad hæc nos rogares mala gerenda? [f] *Non erit in sacco tuo pondus & pondus, majus aut minus: non erit in domo tua mensura & mensura, major & minor. Pondus verum & justum erit tibi, & mensura vera & justa erit tibi: ut multorum dierum sis, & bene tibi sit super terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi in sortem; quoniam abominabilis est Domino Deo tuo omnis qui facit hæc, omnis qui facit iniqua.* Pondera integra, & mensuras justas qui non servaverit, abominabilem eum esse cum sacris referatur litteris; credo nos acceptissimos tunc fore putasti, E si injuste in eum protulissemus judicium. Moyses, [g] *Maledictus*, inquit, *qui transfert terminos proximi:* proximi evellere, & de loco transferre in locum prohibemur terminos; & tu, Egredimini dicis, Dei sacerdotes, terminos justitiæ. [h] *Maledictus*, inquit Spiritus sanctus ore Moysi, *quicumque declinaverit judicium advenæ, orphani & viduæ;* & tu ludos tibi præbens de nostro sanguine, dixisti, Punite eum quem ignoratis deliquisse. Noluimus, Constanti, esse tecum maledicti; te magis cupientes sumus, nobiscum benedictum in sancta inveniri

a Deut. XVII. 14. 15. *b* Ibid. ℣. 16. *c* Ibid. ℣. 18-20. *d* Deut. XIX. 11-13. *e* Ibid. ℣℣. 15-21.
f Deut. XXV. 13-16. *g* Deut. XXVII. 17. *h* Ibid. ℣. 19.

1. *Inter te*] Latinius, *in te*. Observat tamen Tilius hac locutione sæpissime uti Luciferum, quamvis dura sit ac admodum rudis.

Ecclesia. Non tuam audimus vocem, quæ nos Dei incurrere offensam provocat; sed audimus vocem Moysis servi Domini dicentis: [a] *Et erit: si non audieris vocem Domini Dei tui, ut custodias & facias omnia mandata ejus quæcumque ego mandabo tibi hodie; & venient super te omnes maledictiones hæ, & invenient te. Maledictus tu in civitate, maledictus tu in agro, maledictæ apothecæ tuæ & quæ sunt reliqua tua; & maledicti filii tui ventris, & nascentia terræ tuæ, armenta boum tuorum, & greges ovium tuarum; maledictus tu in gressu tuo: mittet tibi Dominus tædium & thlipsen & anxietatem in omnia quocumque immiseris manum tuam, quæcumque facies, quoadusque disperdat te in brevi propter nequitiam studiorum tuorum.* Si non sunt mala studia, falsa mittere crimina, persequi Dei cultores, Dei idololatriam introducere in Ecclesiam, manu militari jugulare credentes in unicum Dei filium; poterunt hæc maledicta non te ac tecum apprehendere currentes.

X. Convocasti nos ad Dei sacerdotem jugulandum, ad eum interimendum, per quem te præcepta sua audire sanxerit Deus. [b] *Et scripsit Moyses verba legis hujus in libro, & dedit eum sacerdotibus & Levitis, qui tollunt arcam testamenti Domini, & presbyteris Israel. Et mandavit eis Moyses in illa die dicens: Post septem annos in tempore anni remissionis, in die festo scenopegiæ, in coeundo omnem Israel apparere in conspectu Domini Dei tui, in loco quem elegerit, legetis hanc legem in conspectu Israel, in auribus eorum, convocatis in Ecclesiam viris & mulieribus & natis, & proselytis qui fuerint in civitatibus vestris, ut audiant & discant timere Dominum Deum vestrum, & audiant facere omnia verba legis hujus; & filii eorum qui nesciunt, audientes discent Dominum Deum vestrum omnibus diebus, quibus ipsi vivent super terram.* Persequeris eum per quem te audire præceperat Dominus: agente eo in rebus humanis, cohæreticum tuum Georgium mittis successorem, cum tametsi fuisset liberatus jam Athanasius [1] & corpore, tibi non licuerit mittere; sed fuerit ac sit in Dei manu, quem fuisset dignatus populo suo antistitem instituere; per servos videlicet suos, hoc est, catholicos episcopos. Neque enim posset impleri virtus Spiritus sancti ad Dei gubernandum populum, nisi is quem Deus [2] allegisset, cuique manus per catholicos episcopos fuisset imposita; sicut defuncto Moyse, impletum Spiritu sancto invenimus successorem ejus Jesum Nave. Loquitur Scriptura sancta dicens: [c] *Et Jesus filius Nave impletus est spiritu intelligentiæ. Imposuerat enim Moyses manum super eum, & audierunt eum filii Israel, & fecerunt secundum quod mandavit Dominus Moysi.* Conspicis ordinationi Dei te obviam isse, contra Dei faciendo voluntatem, temet mucrone gladii tui jugulatum: siquidem non licuerit ordinari nisi fuisset defunctus Athanasius; & defuncto Athanasio, catholicus debuerit per catholicos ordinari episcopos.

A XI. Loquitur sacra Scriptura dixisse ad Jesum Nave Deum: [d] *Moyses servus meus defunctus est. Nunc itaque surgens transi Jordanem tu & omnis populus iste, in terram quam ego dabo illis: omnem locum quemcumque ingressi fueritis vestigio pedum vestrorum, vobis dabo illum, sicut dixeram Moysi; desertum & ante Libanum usque ad flumen Euphratem, & usque ad mare magnum, usque ad solis occasum erunt fines termini vestri. Non resistet homo in conspectu tuo per omnes dies vitæ tuæ; & sicut eram cum Moyse, sic ero tecum: & non derelinquam te, neque despiciam te.* Numquid potest Deus esse cum inimico suo Georgio? numquid ei quem non ordinaverit, quem non elegerit, poterit esse propi- B tius? Talis est Georgius, qualis fuerat [3] Arius, quales qui sunt Valens & Ursatius, vel ad quem me destinasti Germanensium Eudoxius: neque enim possent nisi de spinis spinæ procedere. Hæc ita se habere ex actibus ipsius Georgii legens contestationes Alexandrinorum poteris colligere: & quamvis tibi sceleratum blasphemum illum esse placeat; neque enim aliter tibi esset amantissimus, nisi quia sit sceleratus; tamen hæc eo protulerim, ut eximiam possis cernere operam tuam. Cum igitur non esse Deum cognoscas cum Georgio, sed esse cum Athanasio, quem populo suo instituerit antistitem; cognoscere tandem poteris Dei te ordinationem fuisse conatum destruere, Deum te fuisse in Athanasio C persequutum. Audis enim dicere Deum ad Moysis successorem, *Sicut eram cum Moyse, sic ero tecum; & non derelinquam te, neque despiciam te.* Et in alio loco: [e] *Invalesce & viriliter age,* [4] *custodire & facere sicut præcepit tibi Moyses puer meus: & non declinabis ex illa, dextra aut sinistra; ut intelligas in omnibus quæcumque agis. Et non recedet liber legis hujus ex ore tuo, & meditaberis in eo die ac nocte, ut custodias facere universa quæ scripta sunt: tunc dirigam vias tuas, & tunc intelliges. Ecce præcepi tibi. Invalesce & viriliter age: non est quod expavescas neque timeas, quoniam tecum est Dominus Deus tuus in omni loco.*

D XII. Jam superest te, sive tu sive Georgius quæ geritis, si sunt venientia ex Dei mandatis, probare. Audis enim promittere se Deum futurum cum successore Moysis, quomodo fuerit & cum Moyse; si modo quæ sunt in libro legis scripta, servaverit. Si igitur ut hæc geras, scriptum non inveneris; tuæ erit æquitatis tandem advertere vobiscum Arianis non esse Deum, sed illum in vobis mansitare, qui manserit & in Cain. Quæ te caussa ad hæc, Constanti, impulit gerenda, ut potentia regni tui ad tantam perductus superbiam statuisses eum necandum, quem Deus sibi in sacerdotali honore elegerit? Non inveneras [5] in nono Hieremiæ capite scriptum: [f] *Non glorietur sapiens in sapientia sua,* E *neque glorietur potens in virtute sua, neque glorietur dives in divitiis suis; sed in hoc glorietur qui gloriatur, scire & intelligere Deum, & facere judicium & justitiam in medio terræ.* Cur hæc præteriens, qui in omni tempore judicium justum facere debueras, injustitiam

a Deut. XXVIII. 15-20. *b* Deut. XXXI. 9-13. *c* Deut. XXXIV. 9. *d* Jos. I. 2-5. *e* Ibid. ℣℣. 7-9. *f* Jer. IX. 23. 24.

1. *Et corpore*] Jugulat & Latinius.
2. *Allegisset*] Sic prima editio: quod in posterioribus non erat mutandum in *elegisset*.
3. *Arius*] Editi *Arianus*: male, ut ex seqq. constat. Mox pro *Adoxius* edd. rescripsimus *Eudoxius*.
4. *Custodire & facere*] More Græcorum, pro *custodi & fac.* TIL. — Post *facere* videntur librario excidisse verba, *omnem legem*, ut legimus *Jos.* I. 7. eaque Luciferum in suo exemplari scripsisse putatur ex iis quæ mox refert ex eodem loco, *& non declinabis* EX ILLA. Vide sis editionem LXX. Grabianam.
5. *In nono Hieremiæ capite*] Princeps Tiliana editio ferebat, *in primo Regnorum libro*. Atque hujusmodi lectionem retinuere auctores bibliothecæ PP. Parisiensis, quam postmodum emendarunt Lugdunenses, prout edidimus. Ad quem locum, aut heic aliqua deesse, aut Luciferum memoria fuisse lapsum opinatus est Latinius. Conjecturæ posteriori equidem accesserim: sacrorum enim bibliorum seriem ac ordinem perpetuo ferme tenore sequitur auctor; qui propterea locum illum *in primo Regnorum libro* re vera extitisse existimarit.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 368.



tecum etiam nos facere cogebas? Deponi per nos decreveras catholicum, firmari vero hæreticum. Sed quando istud sanæ fecissent mentis homines? si enim Heli sacerdos, quod filios in sacerdotii honore constituisset indignos, illa audit quæ perpessus est a Domino; quid nos audire ac perpeti mereremur, si catholicum episcopum damnantes, & quidem inauditum, sineremus Georgium fieri Arianum Alexandrinis episcopum? [a] *Et venit*, inquit, *homo Dei, & dixit: Hæc dicit Dominus: Manifeste ostendi me ad domum patris tui ex omnibus tribubus Israel, mihi in sacerdotium ut ascenderent ad sacrificium meum, & incenderent incensum, & tollerent Ephod. Et dedi in domo patris tui omnia frumenta filiorum Israel in escam. Et tu quare respexisti in incensum meum ad sacrificium meum improbo oculo, & honorificasti filios tuos plus quam me, ut benediceres eos a primordio in omnibus sacrificiis Israel coram me? Propter hoc hæc dicit Dominus Israel: Dixi: domus tua, & domus patris tui transiet coram me usque in æternum, & nunc non est. Sic dicit Dominus: nequaquam mihi, non sic erit a me; quoniam qui honorificant me, honorificabo eos, & qui spernit me ad nihilum redigetur. Et ecce dies veniunt: & disperdam semen tuum & semen patris tui: & non erit tibi senex in domo mea omnibus diebus: & virum disperdam a sacrario meo, ut deficiant oculi ejus; & defluet anima ejus: & omnis quæ superaverit multitudo e domo tua, decidet in gladio virorum; & hoc tibi signum quod veniet super duos filios tuos hos Ophni & Phinees: in uno die morientur ambo* [1] *gladio virorum*.

XIII. Si hanc ille accepit increpationem pro filiis a Deo; qualem nos mereremur accipere pro te, Constanti? Credo dictum fuisset nobis, Plus honorificastis Constantium, quam me; quomodo illi dictum est, quod plus honorificaverit filios, quam Deum. Qua, inquis, de re? Quia si tua fecissemus præcepta, Domini inveniebamur sprevisse; quia Georgius sit, ut fuerint filii Heli, filius pestilentiæ, quem tu loco Dei hominis Athanasii collocandum per nos censueras. Deinde cum dicat Deus, [b] *Qui me honorificaverit honorificabitur; & qui me spernit, ad nihilum redigetur*: si tuam contra ipsius divina mandata prolatam vocem sacrilegam audiremus, honorificaremus Deum? An si te nihil esse judicantes, illius tantum sacris statutis parere niteremur? Interea tu gaude, quia sis exhonorans Deum. Audis enim ipsum dicentem, quod venturi sint ad nihilum omnes eum spernentes. An negabis te exhonorasse Dominum, tollendo sacerdotes e plebibus, quos ordinavit ille? An negabis te exhonorasse Dominum, quando contra sancita ipsius coegeris sacerdotes ejus damnare absentem, inauditum, & quidem falsis criminibus per te ac tuos petitum? Non ergo exhonorasti Deum, quando tuleris apostolicam atque evangelicam traditionem, & idololatriam [2] quam Arius ædificaverit in corde diabolus, statueris ab omnibus cultoribus teneri Dei? Cum hæc ita sint, jam tuæ erit prudentiæ æstimare, quid tibi agendum expediat: utrum ne heic corrigens errores tuos, consecutus veniam tantorum scelerum, inter Dei inveniri statuas domesticos; an

A redactus ad nihilum, sicut promittit spernentibus se Dominus, incipias in perpetuum dare pœnas quas dant hi quorum tenere delegeris itinera.

XIV. Et ut plane videre possis, quæ te maneant pericula, propterea quod sis exhonorans divinitatem, accipe Samueli etiam quæ dicantur propter Heli filios. [c] *Et dixit Dominus ad Samuel: Ecce ego facio verba mea in Israel; & omnis qui audierit ea, tinnient utræque aures ejus in illo die, quo suscitabo super Heli omnia quæ locutus sum in domo ejus, & consummabo quæ prædixi ei: quoniam ego ulciscor in domo ejus usque in æternum propter iniquitatem filiorum ejus, quam ego scio;*
B *quoniam contemnentes Dominum, mala locuti sunt filii ejus: & non monuit eos neque castigavit. Et nunc sic juravi domui Heli: si propitiabitur iniquitas in domo Heli, in incenso aut in sacrificiis in sempiternum*. Si hæc Heli sunt promissa propter delictum filiorum; quid tibi propter sacrilegium tuum? Si illi hæc in æternum sunt promissa; quid tibi agenti tanta? Si filios Heli dixit Deus male locutos de se; quanto magis dicat te, qui suscepisti Arii blasphemiam, ad impugnandam scilicet fidem, quam patriarchæ, prophetæ, apostoli, & omnes tenuerunt martyres? Rogamus te inter hæc gerere factorum tuorum pœnitentiam, considerans saltem quæ filiis Heli exhonorantibus Deum acci-
C derint: [d] *Heli*, inquit Scriptura, *senex erat valde, & filii ejus euntes abierant: & erat maligna via eorum coram Domino.* [e] *Et factum est in diebus illis, & convenerunt alienigenæ in pugnam ad Israel.* Et infra: *Et inclinavit pugna: & cecidit vir Israel coram alienigenis, & vulnerati sunt in acie in campo quatuor millia hominum. Et venit populus in castra, & dixerunt majores natu Israel: Propter quid deficere fecit nos hodie Dominus coram alienigenis? Tollamus igitur arcam Domini Dei nostri ex Selom, & exeat in medio nostrum, & liberabit nos de manibus inimicorum nostrorum. Et misit populus ad Selom, & sustulerunt inde arcam Domini, ubi sedebat Cherubim: & ambo filii*
D *Heli cum arca Dei ibant Ophni & Phinees*. Et infra: *Expugnaverunt illos. Et defecit vir Israel a conspectu alienigenarum; & fugit unusquisque in tabernaculum suum. Et facta est plaga magna valde. Et ceciderunt ex Israel* xxx. *millia virorum. Et arca Dei capta est, & ambo filii Heli mortui sunt*. Et infra: *Et vir properans accessit ad Heli, dixitque ei: Ego sum qui veni de castris fugiens de prœlio hodie. Et dixit Heli: Qui sermo factus est, filiole? Et respondit & dixit: Fugit vir Israel a facie alienigenarum, & facta est plaga magna in populo, & ambo filii tui mortui sunt, & arca Dei capta est. Et factum est cum audisset, arca Dei capta est, cecidit supinus*
E *de sella juxta portam, & contribulatum est dorsum ejus, & mortuus est: quoniam senex erat & gravis homo: & ipse* [3] *judicabat in Israel* xx. *annis*. Si hæc mala Heli sacerdoti & judici Israelitarum uno die venerunt, propterea quod non ut fuerat dignum, suos castigasset filios; quid tibi religionis Dei destructori cernis venturum, isto in loco probandum tibi censui.

a I. Reg. II. 27-34. *b* Ibid. ℣. 30. *c* I. Reg. III. 11. *d* I. Reg. II. 22. *e* I. Reg. IV. 1-18.

1. *Gladio virorum*] Hæc haud exstant I. *Reg.* II. 34. apud LXX. Videntur autem ex versu præcedente huc translata, ubi ea occurrunt, ἐν ῥομφαίᾳ ἀνδρῶν.

2. *Quam Arius ædif. in corde diabolus*] Latinio assentior, legendum heic *Arii* existimanti.

3. *Et ipse judicabat in Israel* xx. *annis*] Sic sane apud LXX. Καὶ αὐτὸς ἔκρινε τὸν Ισραὴλ εἴκοσιν ἔτη. Atque ita cum Lucifero legerunt Eusebius in Chronico, Chrysostomus, Sulpicius Severus aliique Patres. At veteres interpretes, quomodo & Vulg. legebant in Hebræo *quadraginta*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

XV. Quod enim ex Dei veniat voluntate, ut nos ejus servi subjiciamur vobis persecutoribus nostris, dixisse te non negabis, Nisi nostra fides, hoc est, hæc quæ dicitur a Lucifero Ariana, fuisset catholica, numquam in omnes plebes accepissem potestatem. Si ita est, potuit & illorum allophylorum qui arcam ceperant Dei, quisquam fuisse melior quam est Dei cultor. Utique tu dicis fidem tuam quam nos novimus hæreticam, hoc tibi præstitisse. Sed & Maxentius, Nero & cuncti illi persecutores domus Dei dixerunt deorum suorum potentia fuisse factum, ut Christiani sub illorum ditionem veniremus. Percurre quæ acciderint illis, qui arcam se Dei cepisse lætabantur, qui virtute deorum suorum vicisse se Israelitas dicebant; & invenies unum te ex illis qui Dei fuerint domum persecuti. [a] *Et alienigenæ abstulerunt arcam Dei ex Abenezer, & intulerunt illam in Azotum. Et sustulerunt alienigenæ arcam, & intulerunt illam in domum Dagon, & collocaverunt illam juxta Dagon. Et mane vigilaverunt Azoti, & intraverunt in domum Dagon, & viderunt: & ecce Dagon cecidit in faciem suam ante arcam Dei. Et sustulerunt Dagon, & statuerunt in locum suum. Et gravata est manus Domini super Azotos, & cruciabat illos, & percussit illos in domibus eorum in Azotum, & regiones ejus. Et factum est, cum ante lucem vigilassent, & Dagon ceciderat in faciem ante arcam testamenti Domini: & caput Dagon & ambo vestigia manus ejus ablata erant* [1] *per partes centum, & ambo articuli manus illius ceciderunt in limen.* Et infra: *Et gravata est manus Domini super Azotum, & induxit illis mures, & facta est confusio mortis magna in civitate. Et viderunt viri Azoti, quoniam sic est; & dixerunt, Quoniam non sedebit arca Domini Dei Israel nobiscum, quoniam dura est manus illius super nos & super Dagon deum nostrum. Et mittunt, & convocant reliquos alienigenarum ad se, & dicunt: Quid faciemus de arca Dei Israel? Et dixerunt Gethæi, Transeat arca Dei Israel in Geth. Et factum est, postquam translata est arca Dei,* [2] *facta manus Domini in civitate, & est facta turbatio magna valde, & percussit viros civitatis a minimo usque ad maximum, & ebullivit illis mures in sedibus. Et fecerunt sibi Gethæi sedes pelliceas, & miserunt arcam Dei in Ascalonem. Et factum est, ut intravit arca Dei Israel in Ascalonem, exclamaverunt Ascalonenses dicentes: Ut quid misistis arcam Dei Israel ad nos, ut morti tradat nos, & populum nostrum? Et mittunt & convocant regulos alienigenarum, & dixerunt: Remittite arcam Dei Israel, & reducatur in locum suum, & non morti dabit nos & populum nostrum, quia facta est confusio gravis in civitate tota, gravis valde, ut intravit arca Dei: & qui vivebant, & non sunt mortui, percussi sunt sedibus suis. Et ascendit clamor civitatum usque ad cœlum.* Vides, Constanti, quomodo sinat Deus noA ster humiliatam videri religionem suam a vobis alienigenis; & eo quidem usque humiliatam, donec etiam vos persecutores veræ religionis, videatis non esse Deum alium præter Deum nostrum.

XVI. Sed ut iterum ad Athanasii redeam caussam, numquid non sciebas scriptum in Regnorum libro primo, [b] *Et Samuel judicabat populum Israel* [3] *in omnibus sanctificationibus*; ut imperandum putares per Domini sacerdotes fuisse damnandum innocentem? Legisti Samuel, quod in omni sanctificatione judicarit populum Dei: & quia nolumus ab hac recedere justa via judicandi, perpetimur persecutionem a te. At hoc non novum, quando Saul perB secutus fuerit justum Samuelem, [4] cur ei vera dixerit. Equidem eum per quem fuerit in regem unctus, per quem eum Dominus ad tantam provexerat gloriam, persequebatur Saul Domini prophetam atque sacerdotem, quia non compos fuerat mentis: Saul alioquin quomodo sospes persequeretur eum, quem sciret Dei ministrum, Dei spiritu plenum? persequebatur eum, quem jugiter propter persecutoris ignorabat ingemuisse salutem. Loquitur in libro primo Regum scriptura dixisse Dominum ad Samuel: [c] *Usquequo luges tu in Saul? ecce expello illum, ne regnet super Israel. Imple cornu tuum oleo, & veni: mittam te in domo Iesse usque in Bethlebem, quoniam vidi in filiis Iesse mihi in regem. Et diC xit Samuel: Quomodo ibo, ne audiat Saul, & occidat me?* Eum quærebat consumere, quem jam multis meminerat modis Dei esse hominem. Homo Dei veniam persecutori poscendo non desistit: contra, pestilentiæ factus filius ejus auferre animam quærit; eo etenim usque persecutor exstitit Samuelis Domini sacerdotis Saul, ut dixerit Domino dicenti sibi, *Veni mittam te, Et quomodo ibo? audiet Saul, & occidet me.* Conspicis, Constanti, recedentibus vobis a Deo, non vos homines, sed feras, sed belluas atque latrones æstimari? Aut numquid in hoc, quod Athanasium injuste persequeris, non eris Sauli comparandus; quando sis ira jugulare cupiens innocentem Athanasium, quomodo & ille fuerit interficere D desiderans, non solum Samuelem, sed & David? Eos Saul nempe interficere minabatur, cum quibus cognoscebat esse Deum. [d] *Et vidit*, inquit scriptura, *Saul, quoniam Dominus cum David est. Et omnis Israel diligebat eum. Et magis adjecit Saul timere a facie David.* [e] *Et loquutus est Saul ad Jonathan filium suum, & ad omnes pueros suos occidere David.* Responde, imperator impudentissime, si hæc gerere potest Dei habens spiritum, quo Saul cœpit hæc gerere tempore? nempe quo per Samuel maledictus reprobatus est; eodem etenim tempore scriptum est, recessisse Dominum ab eo; cum David vero fuisse. Quibus rebus probatur vos esse Arianos sine spiritu Dei, qui persequimini Athanasium virum E plenum Spiritu sancto. [f] *Et erat*, inquit, *David in omnibus viis suis sapiens: & Dominus erat cum illo. Et omnis Israel & Juda diligebant David.*

a I. Reg. V. 1-12. b 1. Reg. VII. 16. c 1. Reg. XVI. 1. 2. d 1. Reg. XVIII. 15. 28. 29. e 1. Reg. XIX. 1. f 1. Reg. XVIII. 14. 16.

1. *Per partes centum*] I. Reg. V. 4. apud LXX. edit. Græc. sic: καὶ ἀμφότερα τὰ ἴχνη χειρῶν αὐτῶ ἀφῃρημένα ἐπὶ τὰ ἐμπρόσθια Αμαφὶθ ἕκαστον, sive ut in Vat. ἕκαστοι. *Et ambo vestigia manuum ejus ablata, erant super anteriora Amapheth unumquodque.* Videtur autem Lucifer habuisse in suo exemplari ἑκατὸν, cum aliqua alia varietate, ut observat Nobilius. Ceterum hæc & quæ sequuntur, καὶ ἀμφότεροι οἱ καρποὶ τῶν χειρῶν αὐτῶ πεπτωκότες ἐπὶ τὸ πρόθυρον: *& ambo articuli manuum ejus ciciderant in limen*: duas ejusdem sententiæ interpretationes esse, ex Hebræo & Vulgata constare potest.

2. *Facta manus D.*] Lego cum Latinio, *facta est manus D.* Paullo post cum eodem viro erudito expungenda verba, *ebullivit illis mures*, ex superioribus huc importune immissa: legendumque, *& percussit eos in sedibus eorum*, ut apud LXX. καὶ ἐπάταξεν αὐτοὺς εἰς τὰς ἕδρας αὐτῶν.

3. *In omnibus sanctificationibus*] Versio LXXviralis sic se habet: ἐν πᾶσι τοῖς ἡγιασμένοις τούτοις, *in omnibus sanctificatis his* (locis.) Puta, in Bethel, Galgala & Masphath. Vulg. *in supradictis locis.*

4. *Cur*] Usurpatur Lucifero vox ista pro *quia*, atque interdum pro *cum*, ut monet Tilius

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

XVII. Igitur ut ea te agere possis cognoscere circa Athanasium, quæ egerit Saul circa David, accipe scriptum: [a] *Et Jonatha filius Saul diligebat David valde. Et indicavit Jonatha David dicens: Saul quærit occidere te.* Et infra: *Et loquutus est Jonatha ad patrem suum dicens: Noli peccare, rex, in servum tuum David; quoniam non peccavit in te, & facta ejus bona sunt valde: & posuit animam suam in manibus suis, & occidit alienigenam, & fecit Dominus salutem in Israel; & omnis Israel viderunt & gavisi sunt. Et, ut quid peccas in sanguinem innocentem, & occidere vis David sine caussa? Et audivit Saul vocem Jonathæ filii sui, & juravit Saul dicens: Vivit Dominus, si mortuus fuerit David.* Et infra: [b] *Et adjectum est bellum fieri: & invaluit David, & expugnavit alienigenas, & percussit illos plaga magna, & fugerunt a facie David. Et factus est in Saul spiritus malus; & ipse in domo sua dormiebat, & erat in manu ejus lancea: & ecce psallebat in manibus suis, & quærebat Saul percutere lancea David: & percussit, & declinavit David a facie Saul, & percussit lancea in parietem: & David fugit, & salvus factus est. Et factum est in illa nocte, & misit Saul nuntios ad domum David, ut custodirent illum, quo mane occideret illum: & David fugit, & salvus factus est. Et venit ad Samuel in Armathen, & renuntiavit ei omnia quæ fecit Saul.* Et infra: [c] *Et factus est iratus in Jonathan Saul valde.* Et infra: *Et dixit,* [1] *Mitte hæc, accipe juvenem, quoniam filius mortis est. Et respondit Jonathas patri suo: Quare morietur? quid fecit? Et sustulit Saul lanceam in Jonathan ut occideret eum.* Cui parceret Saul vera sibi dicenti, quando nec filio pepercerit? Sic estis prætereuntes Dei mandata, atque vestra statuentes. Denique non miramur, si quia dicitur, Non potest damnari absens, Domini persequaris sacerdotes; quando videamus sic fuisse Deo famulantes persequutum Saul. Loquitur scriptura dicens: [d] *Et dixit rex: Morte morieris Abimelech, & tu & omnis domus patris tui.* Et infra: *Et dixit rex cursoribus, & stantibus sibi: Adducite, & occidite sacerdotes Domini, quoniam manus eorum cum David est: quoniam cognoverant quod David fugeret, & non decooperuerunt aurem meam. Et noluerunt pueri regis ingerere manus suas adversus sacerdotes Domini.* Quid dicis, æquissime rex, Si illi regis pueri noluisse referuntur obedire imperio regis, si illi contemsisse monstrantur præcepta Saul, ne contra Dei fecissent mandata: nos episcopos fuerat dignum Domini calcantes præcepta, implere tua sacrilegi homicidæ? Idcirco ergo nos dignaris persequi, quia non Domini mandatis tua anteponamus? Hæc fecit & Saul, quæ ita esse probat sacra scriptura dicens: [e] *Et dixit Saul ad Doeg: Converte te in obviam sacerdotibus Domini. Et conversus est Doeg Syrus, & mortificavit ipse sacerdotes Domini, & occidit illa die trecentos quinque viros, & omnes portantes ephod: &* [2] *Nobe, civitatem sacerdotum occidit in ore gladii a viro usque ad mulierem, & ab infante usque ad nutrientem.* Simili nunc modo conatus es atque conaris eorum laniare corpora, quos videas præceptorum Dei memores tuo reniti præcepto.

XVIII. Non itaque mirari poterimus, si tu nos persequaris, quando videamus Saul, quod non servum Domini David in manus tradiderint ejus, non solum trecentos quinque sacerdotes, sed & totam perdidisse civitatem. Persequebatur Saul David, eum in cujus ditione cum fuerit, sæpe tamen ei ignoverit. [f] *Et factum est*, dicit scriptura, *cum reversus esset Saul post alienigenas, & renuntiaverunt ei dicentes, Ecce David in deserto Gaddi est. Et sumsit secum tria millia virorum electorum ex omni Israel, & abiit quærere David & viros ejus ante faciem venationis cervorum. Et venit ad greges ovium quæ erant ad viam: & erat ibi spelunca, & introivit Saul ad sellam: & David & pueri ejus interius speluncæ sedebant. Et dixerunt viri David ad eum: Ecce dies hic quem dixit Dominus, Tibi dabo inimicum tuum in manibus tuis, & facies ei quæ placita sunt ante oculos tuos. Et exsurrexit David, & demsit pinnam chlamydis Saul occulte. Et factum est post hæc, & percussit cor David eo quod demsisset pinnam chlamydis. Et dixit David ad pueros suos: Non mihi contingat a Domino, si fecero hoc verbum domino meo, christo Domini inferre manum meam in eum, quia christus Domini hic est. Et suasit David viros suos verbis, & non permisit illis, ut surgentes occiderent Saul. Et surrexit Saul, & descendit in viam. Et exiit David post Saul dicens: Domine rex. Et respexit Saul post se. Et inclinavit se David in faciem suam super terram, & adoravit eum. Et dixit David ad Saul: Quare audis verba populi dicentium, Ecce David quærit animam tuam? Et ecce in hac die viderunt oculi tui, quomodo tradidit te Dominus bodie in manibus meis in spelæo: & nolui te occidere, & peperci tibi, & dixi, Non injiciam manum meam in dominum meum, quoniam christus Domini est: qui accepi pinnam chlamydis tuæ in manu mea, & ego abscidi laciniam chlamydis tuæ, & non occidi te. Cognosce & vide hodie, quoniam non est in manu mea malitia neque injustitia, & non peccavi in te: & tu quæris animam meam accipere. Judicet Dominus inter me & te, & vindicabit me de te: manus autem mea non erit in te, sicut dicitur parabola antiqua, Ex iniquis exiet nequitia: manus autem mea non erit in te retro. Quem tu persequeris canem mortuum, & retro pulicem unum? Fiat Dominus in judicem & in vindicem inter me & inter te: videat Dominus & judicet judicium meum, & justificet me ex manu tua.* Talis mos est Dei cultoribus, ut totum reservent Deo, scientes esse magnum vindicari ab eo.

XIX. Interea, sicuti superius dixi, vide Saul ubi compos mentis est, quæ dicat: at ubi impos efficitur, quomodo sitiens sit David justi & innocentis sanguinem. [g] *Et factum est*, inquit, *cum consummasset David verba hæc, loquens ad Saul, dixit Saul: Vox tua hæc fili David? Et exclamavit Saul & ploravit, & dixit ad David: Justior es tu quam ego: quoniam tu reddidisti mihi bona, ego autem tribui mala tibi. Et renuntiasti mihi bodie quæ fecisti mihi bona: sicut conclusit me Dominus in manibus tuis, & non occidisti me, & sicut inveniat quis amicum suum, & præmit-*

[a] 1. Reg. xix. 1-6. [b] Ibid. ℣℣. 8-11. 18. [c] 1. Reg. xx. 30. 31-33. [d] 1. Reg. xxii. 16. 17. [e] Ibid. ℣℣. 18. 19. [f] 1. Reg. xxiv. 2-16. [g] Ibid. ℣. 17-23.

1. *Mitte hæc, accipe juvenem*] 1. *Reg.* xx. 31. apud LXX. Νῦν ἂν ἀπόστειλας λαβὲ τὸν νεανίαν. Paullo ante 1. *Reg.* xxix. 18. Αρμαθαίμ, quod erat vertendum seu potius rescribendum *Armathæm*. Vulg. *Ramatha*.

2. *Nobe*] Editi *Oben*. Sic inversis litteris nomen hujus urbis expressisse librarium potius dormitantem vel typothetam incurium, quam Luciferum, equidem existimarim. Nam 1. *Reg.* xxii. 19. apud LXX. Alex. Καὶ τὴν Νοβὰ κ.τ.λ.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



tat eum in viam bonam. Et Dominus retribuat tibi bona, pro quibus fecisti mihi hodie. Et nunc ecce ego scio quoniam regnabis, & constituetur in manu tua regnum Israel. Et nunc jura tu mihi in Domino, si non eradicabis semen meum post me, & si non exterminabis nomen de domo patris mei. Et juravit David Saul. Post hæc utique debuerat jam mutari Saul: sed adhuc nec iste desinit persequi, nec deficit parcere David. [a] *Et surrexit*, dicit scriptura, *Saul, & descendit* [1] *in desertum opacum, & cum eo tria millia virorum electorum ex Israel quærere David.* Et infra: *Et misit David exploratores, & cognovit quoniam venit Saul in Sicelet. Et surrexit David occulte, & abiit in locum ubi dormiebat Saul, & Abner filius Ner princeps militiæ ejus. Et Saul dormiebat in stragulis præclaris: & plebs erat circa eum. Et David dixit* [2] *ad Amalech Cetheum, & Abessa filium Saruiæ fratrem Joab dicens: Quis introibit mecum in castris ad Saul? Et dixit Abessa ad David, Ego ibo tecum. Et intraverunt David & Abessa ad populum nocte. Et ecce Saul dormiebat in stragulis pretiosis: & lancea fixa ad caput ejus præclara: & Abner dormiebat circa eum. Et dixit Abessa ad David, Conclusit Dominus hodie inimicum tuum in manibus tuis: & nunc occidam de lancea semel in terram figens, & non repetam illam. Et dixit David ad Abessa, Non continges illum, quoniam quis injiciet manum suam in christum Domini, & purus erit? Et dixit David: Vivit Dominus, quoniam nisi Dominus percusserit illum, aut nisi hora illius venerit & moriatur, vel in pugnam descenderit & apponatur; mihi autem non sit a Domino injicere manum in christum Domini. Et nunc accipe lanceam quæ est ad caput illius & lentem aquæ: & recedamus nos. Accepit David lanceam & lentem aquæ a capite ejus, & abierunt ipsi. Et non erat qui videret neque qui sciret, & non erat qui vigilaret: omnes enim dormiebant, quoniam timor Domini irruerat in illos. Et transivit David contra: & stetit in cacumine montis longe: & erat magnum iter inter eos. Et deprecatus est David populum & Abner, & loquutus est dicens: Non respondebis Abner? Et respondit Abner, & dixit: Quis es tu qui vocas me? Quid est? Et dixit David ab Abner: Vir tu es, & quis sicut tu in Israel? quare non custodis dominum tuum regem, quoniam intravit unus de populo disperdere dominum tuum regem? Non est bonum hoc quod fecisti. Vivit Dominus, quoniam filii mortificationis vos estis, qui non custodiistis dominum regem vestrum christum Domini. Et nunc vide ubi est lancea regis, & lentis aquæ quæ erat ad caput ejus. Et cognovit rex Saul vocem David, & dixit: Vox tua hæc, fili David? Servus tuus, domine rex. Et adjecit David: Ut quid hoc persequitur dominus meus retro servum suum, quoniam quid deliqui? & quæ est a me malitia? Et nunc audiat dominus meus rex verba servi sui: si Dominus Deus tuus incutit te* [3] *in meum dolorem, & victimam immolationis: quod si filii hominum, maledicti hi in conspectu Domini, quoniam ejecerunt me hodie non confirmatum esse in testamentum Domini, dicentes, Vade, servi diis alienis. Et nunc non cadet sanguis meus in terram ante conspectum Domini, quoniam exiit rex Israel quærere pulicem unum, sicut persequitur noctua in montibus. Et dixit Saul: Peccavi, converte fili David, quoniam non malignabor in te jam, ideo quoniam anima mea accepta est ante oculos tuos in diem hunc, in quo stultus factus sum, & ignoravi multa vehementer. Et respondit David dicens: Ecce lancea regis: accedat unus ex pueris, & accipiat eam: & Dominus restituat unicuique justitias & fidem suam: sicut tradidit te hodie in manibus meis, & nolui injicere manum meam in christum Domini. Ecce sicut exaltavit se anima tua in diem hunc ante oculos meos; sic* [4] *significetur anima mea in conspectu Domini, & abripiat me, & eruat me ex omnibus tribulationibus. Et dixit Saul ad David: Benedictus tu fili, & faciens & potens poteris.*

XX. Hæc idcirco indidi, ut tandem posses conjicere, sic te sive Athanasium, sive nos injuste persequi, sic te famulari in tuæ salutis necem, sic tibimet mortis apud divinitatem contrahere pericula, ut sibi per hæc quæ egeris, contraxerit Saul. Si hæc non ita sunt, dic cur nos persequaris? nempe quia non fundamus sanguinem innocentem. Quem vis imitemur, te ne aut David? De David enim scriptum invenio: [b] *Et David regnavit in Israel, & erat faciens judicium & justitiam in toto populo suo.* Te vero esse cernimus injustum judicem, cultorum Dei interfectorem. Cur nos persequeris? nempe quia noluerimus, ut tu es, fieri apostatæ: quia noluerimus unicum Dei negare filium. David liber & Trinitatem loquitur perfectam, & unam narrat deitatem Patris & Filii & Spiritus sancti: & tu esse inveniris apostata. Quem, inquam, sequar, te ne an David? illum ne cultorem Domini, misericordiæ amatorem; an te sacrilegum, carnificem? Cujus sapientiæ homo persequeris Athanasium? Mirarer te hæc agere, si non & Achab rex sic Heliam & ceteros Domini prophetas fuisset persecutus: mirarer te persequi Dei hominem, si non in omnibus te Achab esse cernerem: denique talia tibi dicuntur a nobis, qualia & illi a Dei dicta sint domesticis: Noli Baal colere, noli idolis servire, sed Deo: servi Deo Abrahæ, Deo Isaac, Deo Jacob, servi Deo Israel. Si talia meministi dixisse Heliam & ceteros prophetas Domini ad Achab apostatam regem; adverte similia tibi ab eis quibus docendi dederit auctoritatem Dominus, dici: Noli, Constanti, cum Arianis pugnare contra Dei domum, noli idololatriam Arii introducere in Ecclesiam, noli negare unicum filium Dei, desine persequi apostolicam atque evangelicam fidem. Hæc quia dicamus, videmur esse tibi inimici: sic fuerunt regi vera sibi dicentes inimici.

a I. Reg. XXVI. 2-25. b II. Reg. VIII. 25.

1. *In desertum opacum*] Vulg. I. *Reg.* XXVI. 2. *in desertum Ziph.* Neque aliter LXX. Sed, ut observat Cotelerius *Monum. eccl. Gr.* tom. II. pag. 616. Lucifero lumen fœneratur Latinus interpres, qui I. *Reg.* XXIII. 14. *Ziph* exponit *opacum*. Sic enim ille: *Mansitque David in monte solitudinis Ziph, in monte opaco.*

2. *Ad Amalech Cetheum & Abessa*] Mendose, ut puto. Etenim I. *Reg.* XXVI. 6. apud LXX. a quibus nusquam fere discedit Lucifer, καὶ εἶπε πρὸς Ἀβιμέλεχ τὸν Χετταῖον, καὶ πρὸς Ἀβισαί. Sic & Vulg. interpres.

3. *Si Dominus D. t. incutit te in meum dolorem & victimam*] Locus procul dubio corruptus; quem propterea sic emendat Latinius: *Si Dominus D. t. incutit te in me, odoretur victimam.* Sic sane I. *Reg.* XXVI. 19. apud LXX. εἰ ὁ Θεὸς ἐπισείει σε εἰς ἐμὲ, ὀσφρανθείη θυσία σου. Vulg. *Si Dominus incitat te adversum me, odoretur sacrificium.*

4. *Significetur*] LXX. l. c. ℣. 24. μεγαλυνθείη, perinde ac Vulg. *magnificetur*. Mox vero legendum, *& faciens facies*, ut apud LXX. καὶ ποιῶν ποιήσεις. Concinit Vulg. Sed vox posterior librario vel typographo exciderit.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

XXI. Percurramus denique quænam fuerint orta, A quæ facta inter Heliam Domini prophetam, & Achab tuum coapostatam; & invenies te esse hodie Achab. [a] *Vivit*, inquit Helias, *Dominus cui adsisto ante conspectum, si erit annis istis ros & pluvia, nisi per verbum oris mei*. Quod utique cum impletum fuisset, debuerat vecors cognoscere verum Deum solum potentem totum non fuisse, nisi illum cui serviret Helias. Quid agit Achab? Videt per triennium & eo amplius non esse pluviam: & magis est idolis serviens, magis est cupiens interficere Heliam. Audit Dei propheta ore sacrilegi Achab: [b] *Si tu es ipse, qui evertis Israel?* sic & tu dicis Athanasio vel nobis, quod enim nos sumus evertentes Dei populum; cum tu sis ad tuam suscipiendam B hæresim Christianos convocans. Sed audis a nobis quæ audiit Achab ille cultor idololatriæ ab Helia glorioso: Non nos evertimus Dei domum, sed evertis tu & domus patris tui. Aut negabis nihil te cogitare, nisi ut omnes nos coapostatas efficias tuos? Sed ut cœperam de Heliæ & Achab dicere actibus: [c] *Et dixit Helias: Ego non everto Israel, sed evertis tu & domus patris tui, dum relinquitis vos Dominum Deum nostrum, & itis post Baal. Et nunc mitte & congrega ad me omnem Israel in montem Carmeli, & prophetas confusionis quadringentos quinquaginta, & prophetas lucorum quadringentos, manducantes & bibentes in mensa Jezabel. Et misit rex Achab ad omnem Israel, & collegit omnes prophetas* C *in montem Carmeli. Et accessit Helias ad omnes, & dixit eis: Usquequo vos claudicatis* [1] *sensu vestro? Si est Dominus Deus, ite post ipsum: si autem Baal est, ite post illum. Et non respondit illi populus verbum. Et dixit Helias ad populum dicens: Ego superavi* [2] *solus prophetarum Domini unus: & prophetæ hujus Baal quadringenti quinquaginta viri, & prophetæ lucorum quadringenti. Dentur ergo nobis duo boves: & eligant sibi illi unum, & demembrent, & imponant eum super lignum, & ignem non supponant: & ego faciam bovem alterum, & ignem non supponam. Et clamate in nomine deorum vestrorum: & ego clamabo in nomine Dei mei. Et erit: hic Deus quicumque exaudierit nos in igne, hic erit* D *Deus. Et respondit omnis populus, & dixerunt: Bonum verbum quod locutus est Helias. Et dixit Helias ad prophetas confusionis: Eligite vobis vitulum unum & facite priores, quoniam vos multi estis: & clamate in nomine deorum vestrorum, & ignem nolite supponere. Et acceperunt vitulum, & fecerunt: & invocabant in nomine Baal a mane usque ad vesperam, & dicebant: Exaudi nos Baal, exaudi nos. Et non fuit istis vox neque auditio. Et apposuit Helias Thesbites dicens: Invocate in voce magna pariter, ne forte occupatus sit vel dormiat ipse, & suscitabitur. Et illum vocabant in voce magna, & secabant se secundum consuetudinem suam gladiis & novaculis usque ad effusionem sanguinis super se: & prophetabant usque dum transiret meridies. Et factum est, quomodo tempus erat ut accenderet sacrificium:* [3] *& loquutus est Helias Thesbites ad prophetas dicens, Discedite amodo: & ego faciam holocaustomata. Et discesserunt, & abierunt. Et dixit Helias ad populum: Accedite ad me. Et accesserunt omnes populi ad eum. Et accepit Helias duodecim lapides secundum numerum tribuum Israel, sicut locutus est Dominus ad eum dicens, Israel erit nomen tuum. Et ædificavit lapides, & restituit altare Domini quod dissipatum fuerat. Et fecit foveam quæ caperet duas metretas* [4] *seminis in gyro altaris: &* [5] *constipavit schizas super altare quod fecit, & demembravit holocaustum, & imposuit schizam, & stipavit super altare, & dixit: Accipite mihi quatuor hydrias aquæ, & effundite super holocaustum, & super schizam. Et dixit iterum, Adferte. Et iterum attulerunt. Et dixit, Repetite tertio. Et repetierunt tertio. Et manabat aqua in circuitu sacrarii, & foveam impleverunt aqua. Et clamavit Helias in cælum, & dixit: Dominus Deus Abraham & Isaac & Israel, exaudi me Domine, exaudi me hodie in igne: ut sciat omnis populus hic, quoniam tu es Dominus Deus Israel, & ego servus tuus, & propter te feci hæc opera: & tu* [6] *versasti cor populi hujus retro. Et cecidit ignis a Domino de cælo, & comedit holocausta & schizas & aquam quæ erat in altare: & lapides & terram linxit ignis. Et cecidit totus populus super faciem suam, & dixit: Vere Dominus Deus ipse est Deus. Et dixit Helias ad populum: Suscipite prophetas Baal: nemo sit salvus ex illis. Et susceperunt illos, & deduxit illos Helias ad torrentem Cison, & occidit illos ibi. Et dixit ad Achab: Manduca & bibe, quoniam* [7] *vox est pedum pluviæ. Et ascendit Achab, ut manducaret & biberet. Et Helias ascendit in Carmelum, & inclinavit se in terram, & posuit faciem suam inter genua, & dixit puero suo: Ascende & prospice viam maris. Et respexit puer, & dixit puer:* [8] *Non est nihil. Circumage te septies. Et factum est in septimo: & ecce nubes pusilla, quasi vestigium hominis adducens aquam de mari. Et dixit illi Helias: Ascende, & dic ad Achab: Junge currum tuum, & ascende, ne comprehendat te pluvia. Et factum est hinc & inde: & cælum contenebricavit nubibus & ventis: & facta est pluvia magna. Et plorabat & ibat Achab* [9] *in Jezrael, & manus Domini erat in Heliam.*

a III. Reg. XVII. 1. *b* III. Reg. XVIII. 17. *c* Ibid. ℣℣. 18-46.

1. *Sensu vestro*] Lucifer III. *Reg.* XVIII. 21. legisse videtur apud LXX. ταῖς ἐννοίαις ὑμῶν, quum tamen hodie ferant ἐπ' ἀμφοτέραις ταῖς ἰγνύαις, *in duobus poplitibus*. Cui quidem versioni accedit Vulgatus interpres. Enimvero Hebraica veritas, ut monet Nobilius, præfert *super duas cogitationes*. Ceterum excutit hunc locum Cotelerius ad *Constit. Apost.* lib. VII. cap. 1. Sed plura dabit Albertus, novissimus Hesychiani lexici editor ad *v.* Ἰγνύα, tom. II. pag. 16. not. 15. ubi & hic Luciferi locus excitatur.

2. *Solus p. D. unus*] Vox *unus* obelo notatur Latinio. Sed fortasse *solus -- unus* scripserit ipsemet auctor, quo LXX. vocabulum μονώτατος III. *Reg.* XVIII. 22. pressius exprimeret.

3. *Et locutus est H. T. ad prophetas dicens -- & abierunt*] Hæc desunt quidem in Vulgata, sed exstant in versione LXXvirali III. *Reg.* XVIII. 29. ubi tamen legimus πρὸς τοὺς προφήτας τῶν προσοχθισμάτων, *ad prophetas offendiculorum*: quæ vox postrema excidit fortasse librario.

4. *Seminis*] Corruptam codicum editorum lectionem *femis*, post Latinium emendavimus juxta LXX. apud quos δύο μετρητὰς σπέρματος.

E

5. *Et constipavit schizas*] Editi *scizas*. — Id est, construxit *schizas*, seu ligna quæ secuerat & sciderat. Nam σχίζειν est scindere vel secare: & *schiza*, lignum sectum & in particulas discissum. TILIUS. — LXX. Καὶ ἐστοίβασε τὰς σχίδακας. Apud Hesychium tamen aliter sonat σχίζα.

6. *Versasti cor populi hujus retro*] III. *Reg.* XVIII. 37. Καὶ σὺ ἐπέστρεψας τὴν καρδίαν τοῦ λαοῦ τούτου ὀπίσω. Hebr. ad litteram: *Tu revocasti retrorsum*. Nimirum, interprete Nobilio, ne jam abeat ad idola, aut *iterum*, ut Vulgata. Compl. ὀπίσω σου, *post te*. Tilius tamen sententiam in contrarium sensum detorquet: quod minus placet.

7. *Vox est pedum pluviæ*] LXX. l. c. ℣. 41. ὅτι φωνὴ τῶν ποδῶν τοῦ ὑετοῦ. Id est, imbris copiosissimi jam jam accedentis fragor mei spiritus auribus insonat. Vulg. *Quia sonus multæ pluviæ est*.

8. *Non est nihil*] Ut apud LXX. οὐκ ἔστιν οὐδέν. Vulg. *Non est quidquam*.

9. *In Jezrael*] Editi perperam heic & alibi, *in Israel*. Mendum sustulimus admoniti cum a Latinio, tum a Cotelerio *Monum. eccl. Gr.* tom. II. pag. 530.

XXII. Cognoscis in qua perversitate hodie tu sis
A
manens, in qua manserit & Achab: de tantis etenim signis ac prodigiis exhibitis non dignatur gaudere cum populo; sed dolet, cur Helias sacerdotes ac prophetas idolorum fuerit ausus interficere: nec post tanta dignatur semet vertere ad Deum, sed magis adhuc ejus persequitur cultorem. Videt quia est Deus in Helia; & magis quærit ejus animam. Conspicit prophetas Baal & lucorum fuisse dæmoniorum cultores; & illos magis etiam exstinctos diligit, quam eum quem tot modis adverterat Dei domesticum. Ita & tu eos dignaris diligere quos hæresis Arianæ sectæ vides homines, & es Dei cultores quam acerrime persequens. Pauca de multis gestis inter Achab & Heliam idcirco duxi tibi
B
ingerenda, ut possis noscere vos ex quo Deum derelinquitis, neque signis neque prodigiis facile converti ad eum; sed magis in vestris durantes erroribus, ut bestias immanes sævire in gregem Dei cultorum. Deprecamur te, Constanti, ne adhuc in his tuis malis digneris demorari, sed magis emergas a turbinibus diaboli, ne illa comprehendant te mala quæ Achab & Jezabel. Nec in eo dicas felicem te, quia potens sis ad Dei persequendos homines, quando videas potuisse ad petitum Heliæ extingui Achab & Jezabel; & tamen fuerint reservati, ut plenius & Heliæ Dei hominis tolerantia fuisset beatificata, & illorum impleta impietatis mensura: quasi vero non posset Helias petere Deum, ut arderent perse-
C
cutores religionis ejus idolorum cultores. Ignem petit dari de cælo ad sacrificia consumenda: illico descendit pluvia, quæ triennio fuerat ablata & mensibus sex: petit, & illico datur aqua: quam plurima signa fiunt; & exstingui Dei inimici ad petitum Heliæ non potuerunt, cum etiam illos honoratos quinquagenarios ad Heliæ dictum descendens ignis consumserit? Vides hodie posse, quia persequaris Athanasium vel nos, te fulmine aut quolibet modo exstingui: sed reservari ad hoc, ut aut te convertas, aut omnis possit impleri iniquitatis tuæ mensura. Persequebatur Achab rex Heliam, ut tu persequeris nunc Athanasium. Dixit nempe Jezabel ad Domini prophetam, posteaquam comperiisset per He-
D
liam illas virtutes exhibitas, & prophetas confusionis atque religionum sacerdotes interfectos: [a] *Hæc mihi faciant dii, & hæc mihi adaugeant, si non in hac hora cras posuero animam tuam, quemadmodum animam unius ex illis*. Sed quid audit Helias a Deo, post quadraginta dierum ac noctium celebratum jejunium? nempe ut ungeret reges, per quos Achab & socii exstinguerentur. Est cum Helia misericordia Dei; cognoscit Helias diligi se a Deo: contra, Achab Heliæ persecutor ita est miser, ut in diaboli semper potestate fuerit.

XXIII. Sic Athanasium [1] juste puniri mandasti, quomodo & Jezabel [2] Nabuthæum Iezraelitem: sic
E
tu veros testes produxisti contra Athanasium, ut illi produxerunt ad quos scripserat Jezabel dicens: [b] *Jejunate jejunium, & sedeat Nabuthæus in primo populo, & collocate duos viros filios iniquorum contra eum, & testentur adversus eum dicentes: Maledixisti Dominum & regem: & deducite eum: & lapidetur, & moriatur*. Talia sunt opera nunc vestra Arianorum: reos nos dicitis, impingitis multa nec testibus falsis egetis; ipsi enim testes in omnibus falsi estis. Sic vos filii perditionis Ariani interficere tentatis Athanasium, quomodo Nabuthæum Jezabel, tamquam possetis omnia conspicientis effugere manum. Scis vindicasse Deum sanguinem Nabuthæi, mortem ejus de manibus interfectorum exquisivisse: & arbitraris ex tuis manibus non Deum exquisiturum sanguinem sacerdotis sui Athanasii? [c] *Et dixit Dominus ad Heliam Thesbitem dicens: Surge & descende in obviam Achab regi Israel qui est in Samaria, quia hic in vineam Nabuthæi descendit ut possideat eam. Et dices ad eum: Hæc dicit Dominus: Quomodo occidisti Nabuthæum & possedisti vineam ejus, propter hoc hæc dicit Dominus: In loco in quo linxerunt canes & sues sanguinem Nabuthæi, ibi lingent canes sanguinem tuum,* [3] *& fornicariæ lavabunt in sanguine tuo. Et dixit Achab ad Heliam,* [4] *Si invenisti me inimicus meus? Et dixit Helias: Inveni, quoniam cogitasti facere maligne ante conspectum Domini, ut exacerbares eum. Hæc dicit Dominus: Ecce ego induco super te mala, & succendam post te ignem, & disperdam* [5] *tuum Achab mingentem ad parietem & contemtum & reliquum in Israel: & dabo domum tuam sicut domum Hieroboam filii Nabath, sicut domum* [6] *Saba filii Acia, pro omnibus exacerbationibus quibus exacerbasti, & peccatum dedisti in Israel. Et ad Jezabel locutus est Dominus dicens: Canes manducabunt eam ante murum Jezrael, & mortuos tuos in civitate manducabunt volucres cæli*.

XXIV. Quid tu, Constanti, dicis ad hæc? Minora adstruis esse peccata tua, quam fuerunt Achab & Jezabel? Illi sacerdotes Dei sunt persecuti, interemerunt Dei domesticos, religionem Dei tulerunt, & idololatriam statuerunt, populum averterunt a Deo: & tu hæc omnia fecisti ac facis. Sic nos tu vocas inimicos tuos, quomodo & Achab Heliam; qui cum audisset ore prophetæ Domini indignationem, dixerit, *Si invenisti me inimicus Achab regi*; nempe quia diceret, Noli idolis servire, sed Deo soli Abrahæ, Isaac & Israel. Et nunc quia tibi dicatur, Noli esse hæreticus, sed esto Christianus; inimicos vocas, quod tibi idololatriam tradenti hæc ingerantur, quæ fuerint ingesta & per Heliam regi Achab; qui Achab dilexisset profecto Heliam, si ejus idolis Domini propheta censuisset serviendum, dereliquendum vero Deum. Negare tu id non potes, quod enim si esse elegissemus quod ipse es,

a III. Reg. xix. 2. b III. Reg. xxi. 9. 10. c Ibid. ℣℣. 17-24.

1. *Juste*] An *injuste*? Sed forte εἰρωνικῶς scripsit *juste* Lucifer. Quod quidem suadent quæ mox subdit auctor: *Sic tu* VEROS *testes produxisti* cet.

2. *Nabuth. Jezraelitem*] Heic quoque veram lectionem restituimus. Vulgo male *Israelitem*.

3. *Et fornicariæ lavabunt in sanguine tuo*] Ut apud LXX. — III. *Reg.* xxi. 19. καὶ πόρναι λούσονται ἐν τῷ αἵματί σου. Hæc absunt quidem a Compl. & Vulgata: sed præter Luciferum ea legit quoque sanctus Ambrosius.

4. *Si invenisti me inimicus meus?*] Sic LXX. εἰ εὕρηκάς με ὁ ἐχθρός μου; Vulgatus Interpres cum Hebr. *Num invenisti me inimicum tibi?* Bibliotheca PP. Lugdunensis editores haud recte Luciferi lectionem ad Vulgatam exegerunt. Sic enim ediderunt: *Si invenisti me inimicum tibi?* Sed eam fide retinuere Parisienses. Quid quod seq. §. xxiv. illam repetit ipsemet Lucifer?

5. *Et disperdam* TUUM *Achab mingentem*] Quid illud *tuum?*] In Luciferi textum perperam inductum puto. LXX. Vat. l. c. ℣. 21. καὶ ἐξολοθρεύσω τοῦ Ἀχαὰβ οὐροῦντα. Lucifero itaque restituenda versio: *Et disperdam de Achab ming.* ut in Vulg.

6. *Saba filii Acia*] Vitiosa lectio. LXX. Βαασὰ υἱοῦ Ἀχιά. Hinc rescribe: *Baasa filii Achia*. Mox vero, ut superius §. xxi. editorum mendum correximus præferentium *ante murum Israel*. LXX. ἐν τῷ προτειχίσματι τοῦ Ἰεζραέλ. Statim autem post vocem *Jezrael* deest versiculus, qui ob repetitum vocabulum *canes* librario exciderit, ita propterea Lucifero fortasse restituendus: *Mortuum de Achab in civitate comedent canes*, ut ferunt LXX. l. c. ℣. 24.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

fuisses nos singulari dilecturus affectu. Quibus rebus intelligeris esse filius pestilentiæ, tenebrarum fons, gurges omnium malorum, caput totius nequitiæ, sentina omnium blasphemorum, hæreticorum fomes, radix amaritudinis, arbos igni destinata quippe adferens fructus mortiferos, inimicus Dei, hostis Ecclesiæ, veritatis interpolator, pravitatis concinnator, injustitiæ amator, justitiæ adversarius, totus in tenebras & quidem inextricabiles conversus; factus vero verius templum omnium dæmonum, quorum instinctu hæc cuncte, ut Achab, perpetratus fueris mala, ac perpetreris. Sed non diu, nisi te converteris ad Deum, esse poteris impunitus, cum cernas quæ receperint Achab & Jezabel. Si enim Achab, sicut ei fuerat promissum, ore Heliæ interit, si canes comedunt Jezabel; tu eris a tantis impunitus facinoribus; qui non solum non doles interfecisse te Deo mancipatos, sed & adhuc glorieris, existimans bene te fecisse? Nec mirum cum præscius futurorum, cujus tu negator es, dixerit in Evangelio: [a] *Veniet hora, ut omnis qui vos occiderit, putet se officium Deo facere: sed hoc faciunt quia nesciunt neque patrem, neque unicum filium ejus*. Sciens tu, degens sine notitia Dei, persequeris Athanasium vera tibi dicentem, ex toto amantem Deum corde. Sic & Achab persecutus Heliam: sed vide exitum Heliæ atque inimici ejus Achab. Heliam conspice translatum ad amicitias Dei perfruendas æternas: & nunc Achab torquetur in exterioribus tenebris. Est Helias de Dei gaudens amicitiis: & est Achab exsolvens perpetuas pœnas. Erit sine dubio Athanasius in convivio ubi est Helias; & tu eris in loco illo tormentorum, nisi tibi consulueris, in quo detinetur Achab, cujus in omnibus imitator [1] reperieris. Istud est sapere, ut elegisses infelicitatem æternam Achab regis, magis quam frui felicitate perpetua, quam est consecutus Helias? cujus translationem loquitur scriptura in quarto Regnorum libro, dicens: [b] *Euntibus autem illis & loquentibus, ecce currus igneus & equi ignei, & separavit inter utrosque. Et ascendit Helias in commotionem quasi in cælum. Et Helisæus videbat, & ipse clamabat, & dixit: Pater pater, agitator Israel. Et non vidit eum amplius.*

XXV. Non novum nobis tuum, hæretice, factum poterit videri, si nos persequaris Domini sacerdotes, cum in libro Paralipomenon secundo inveniamus Jeroboam & ejus filios hæc egisse. Sacra scriptura, [c] *Juda*, inquit, *& Beniamin & Levitæ & sacerdotes qui erant in omni Israel, convenerunt ex omnibus finibus, quoniam dereliquerunt Levitæ & tabernacula sua, & possessiones suas, & abierunt [2] ad Jeroboam, quoniam repellit eos Jeroboam & filii ejus, ut non servirent Domino. Et constituit ibi sacerdotes excelsorum, & simulacris, & dæmoniis, & vitulis quæ fecit Jeroboam: & projecit eos a filiis Israel, & a tribubus Israel, qui dederant cor suum quærere Dominum Deum Israel*. Non erit itaque admirandum, si tu nos vel nobis divinitus commissos persequeris, si de re nobis commissa nos pellis, si denique locis nostris ordines Dei inimicos, eos qui

A tecum dereliquerunt Deum, quando videas hæc te implere quæ fecerit Hieroboam. Quid est enim dicere, Fidem apud Niciam damnate conscriptam & suscipite meam, nisi hoc quod dixit Hieroboam, Et relinquite Deum, & servite simulacris meis? Quis tu homo dicis, Damnate absentem, inauditum, innocentem? Certe is, qui jam fidem apostolicam negaveras atque evangelicam; nempe is qui traditionem beatorum destruxeras, quantum apud te ac tuos est, Apostolorum: inde denique factum est, ut ad tantam venires vecordiam, quia fueris, ut Hieroboam, sine Deo. Ceterum si Deum habuisses, si te ejus meminisses cultorem, numquam profecto diceres, Damnate innocentem, percutite inauditum,
B absentem, consacerdotem vestrum. Et ut videas te non esse in Deo, unde & talia fieri mandaris, accipe regem, cum quo pro meritis fuerit Deus suus, accipe & ejus obsecrationem ad Domini sacerdotes, quos populo Dei impellebat justum judicare judicium. Conspice etiam tuorum a te contra Ecclesiam institutorum judicium, & illius ministrorum actus; & poteris perpendere, si tecum non immundi spiritus sunt qui fuerunt cum Hieroboam. [d] *Et habitavit*, inquit in libro secundo Paralipomenon, *Josaphat in Jerusalem, & conversus est, & exiit in populo a Bersabee usque ad montem Ephrem: & convertit eos ad Dominum Deum patrum suorum. Et statuit judices in omnibus civitatibus Juda muni-*
C *tis: & per singulas civitates dixit judicibus, Videte [3] quid vobis facietis: non enim homini judicabitis, sed Domino, & vobiscum est in verbo. Et nunc sit timor Domini super vos, ut servetis & faciatis. Neque est cum Domino Deo nostro iniquitas, neque personæ acceptio, neque munerum acceptio. Et quidem in Hierusalem statuit Josaphat de Levitis, & sacerdotibus, & principibus Israel in judicium Domini, & judicare habitantes in Hierusalem. Et mandavit super eos dicens: Ita facietis in timore Domini & in corde perfecto, omne judicium quod acceptum fuerit super vos a fratribus vestris qui habitant in civitatibus suis, inter medium sanguinis & sanguinis, inter medium legis, in mandatis ac*
D *justificationibus, & ad judicia: & distinguetis eis: & non peccabunt Domino, & non erit ira super vos & fratres vestros: sic facite, & non peccabitis. Ecce Amarias sacerdos princeps super vos in omne verbum Domini; & [4] Zabdias filius Ismael, qui princeps est Domini Juda in omne verbum regis, & scribæ, & Levitæ in conspectu vestro. Confortamini & facite, & erit Dominus vobiscum cum bono.*

XXVI. Numquid dixit ad Domini sacerdotes, vel ad regni sui principes, vel ad ceteros judices, Condemnate justum, persequimini innocentem, damnate, interficite omnes credentes in Deum? Numquid dixit, Amate quod non amat Deus,
E odite justitiam, diligite injustitiam, sicuti dicis tu? Aut numquid negare poteris te dixisse, Damnate Athanasium absentem, inauditum? Josaphat Deo dicatus rex Judæ dicit secundum Dominum judicandam legem: & tu dicis in apostasiam conversus rex, Damnate inauditum. Pone interea, Constanti,

a Joan. XVI. 2. 3. *b* IV. Reg. II. 11. 12. *c* II. Paral. XI. 12-16. *d* II. Paral. XIX. 4-11.

1. *Reperieris*] An *reperitis*?

2. *Ad Jeroboam*] Legendum forte cum Latinio *ad Roboam*. Sed potius existimarim rescribendum, *ad Judam in Jerusalem* juxta LXX. -- II. *Paral.* XI. 14. πρὸς Ἰούδα εἰς Ἱερουσαλήμ. Paullo post vix crediderim scripsisse Luciferum, *a filiis Israel & a tribubus Israel*. Hanc enim lectionem quæ vitiosa comparet, haud admittunt LXX. apud quos legimus: καὶ ἐξέβαλεν αὐτοὺς ἀπὸ φυλῶν Ἰσραήλ. Hinc illa editorum *a filiis Israel &* obelo transfixit Latinius.

3. *Quid vobis facietis*] Hæc in mendo cubare duco. Cum Latinio propterea malim rescribere, *quid vos facitis*, juxta LXX. -- II. *Paral.* XIX. 6. ἴδετε τί ὑμεῖς ποιεῖτε. Locum repetit auctor §. seq. atque ita illum recitat, *quid vos facietis*; ubi Latinius iterum *facitis* legendum putat.

4. *Zabdias filius Ismael*] Vulgo corrupte sane, *Jabadias filius Zmabel*. Emendavimus juxta LXX. l. c. ℣. 11. Ζαβδίας υἱὸς Ἰσμαήλ.

hodie in corpore eſſe Joſaphat regem, & utroſque vos dicere ad nos: ille quidem hæc: *Videte quid vos facietis: non enim homini judicabitis, ſed Domino, & vobiſcum eſt in verbo: & nunc ſit timor Domini ſuper vos, ut ſervetis & faciatis. Neque enim eſt cum Domino Deo noſtro iniquitas, neque perſonæ acceptio.* Tu contra eſſe damnandum dicas inauditum, & eum quidem quem etiam ipſe ſcias innocentem: cui obedire poterimus nos antiſtites Dei? nos, quos ante populo ſuo ore Jeremiæ promiſerat dicens: [a] *Et dabo vobis paſtores ſecundum cor meum, & paſcent vos, paſcentes cum diſciplina.* Cui inquam, obediremus, tibi ne an Joſaphat dicato Deo viro, & qui id nos facere compelleret, quod meminiſſemus fieri mandaſſe Deum? Si itaque illum cognoſcis Domini implere & præcepiſſe mandata; te vero exſtitiſſe non ſolum Dei mandatorum deſtructorem, verum etiam ipſius deſertorem: ſupereſt ut videas, quis veſtrum fuerit homo Dei, quis ejus clementiæ fecerit voluntatem.

XXVII. Legimus ſcriptum ſic de illo: [b] *Et factus eſt Dominus cum Joſaphat, quoniam ambulavit* [1] *in viis patris ſui primis, & non quæſivit ſimulacra, ſed Dominum Deum patris ſui, & in mandatis ejus ambulavit, & non ſicut opera Iſrael. Et direxit Dominus regnum ejus: & dedit omnis Juda munera Joſaphat: & factæ ſunt illi divitiæ, & gloria multa. Et exaltatum eſt cor ejus in viis Domini: & adhuc amputavit lucos a Juda. Et tertio anno regni ſui miſit duces ſuos, & filios virtutum.* Et infra: [c] *Et cum illis Eliſama & Joram ſacerdotes. Et docebant Judam: & cum illis erat liber legis Domini: & pertranſierunt in civitates Juda, & docebant populum. Et factus eſt pavor Domini in regnis terræ, & in circuitu Juda: & non bellaverunt Joſaphat. Et ab alienigenis adferebant ad Joſaphat munera, & argentum, & dona: & Arabes adferebant illi arietes ovium ſeptem millia ſeptingentos. Et erat Joſaphat ambulans magnificatus uſque in altum.* Quid tu tale facis? Nempe miſiſti per omne regnum tuum, ut cuncti mandata Dei deſpueremus, ſuſciperemuſque præceptum tuum, quod tentaret impugnare Domini præceptum. Joſaphat miſit principes virtutis regni ſui, miſit conſiliarios ſuos, miſit Levitas ac Domini ſacerdotes; obſecrans ut cuncti cultores Domini fuiſſent in regno ſuo, ut omnes unanimes Deo tantum ſemet præberent famulos: mittit etiam librum ſacræ legis per glorioſum Moyſem traditum, ut nihil extra feciſſent, quam quæ fieri mandaſſet Deus. Tu non ſolum legem Domini inveniris impugnaſſe, quæ præcepit innocentem & juſtum non necandum, ſed & ipſum dereliquiſſe Deum: ſiquidem non ſis apoſtolicam tenens fidem, ſed Arii perfidiam. Ille populum errantem ab idolis convertit ad Deum: tu populum Deo dicatum conatus es facere apoſtatam, quod es tu, hoc eſt, ſacrilegus: perſecutus es atque perſequeris Athanaſium, ejus ſitiens cruorem.

XXVIII. Sed vide quid Spiritus ſanctus dicat in nono Pſalmo, in quo tu mihi ſpecialiter deſcriptus eſſe videris: [d] *Dixit in corde ſuo: Non movebor a* A *ſæculo in ſæculum ſine malo: cujus os maledictione plenum eſt, & amaritudine & dolo: ſub lingua ejus labor & dolor. Sedet in inſidiis cum divitibus in occultis, ut interficiat innocentem. Oculi ejus in pauperem reſpiciunt: inſidiatur in abſconſo ſicut leo in ſpelunca ſua: inſidiatur ut rapiat pauperem, rapere pauperem, donec adducat eum in converſatione ſua. In laqueo ſuo humiliavit eum: inclinavit ſe, & cadet dum dominatur pauperum. Dixit in corde ſuo: Oblitus eſt Deus, avertit faciem ſuam, ne videat uſque in finem.* An ſi in hac perſeveraveris nequitia, non erit dignum dici de te, *Avertit faciem ſuam ne videat uſque in finem?* Tanta ſunt [2] funera tua, Conſtanti, ut cum dicitur in Pſalmo decimo ex per- B ſona populi noſtri: [e] *In Domino confido: quomodo dicitis animæ meæ, Tranſmigra in montem ſicut paſſer? Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, paraverunt ſagittas ſuas in pharetra, ut ſagittent in obſcuro rectos corde:* tu mihi deſcriptus eſſe cum ſcelerum tuorum participibus videaris. Cognoſcimus etenim vos Arianos, eſſe temporis noſtri antichriſtos: aut ſi non is es qui merearis numerari inter antichriſtos, [3] es tamen Dei unici filii negator, quod dicit Spiritus ſanctus per prophetam: [f] *Dominus in templo ſancto ſuo; Dominus in cælo ſedes ejus. Oculi ejus in pauperem reſpiciunt, & palpebræ ejus interrogant filios hominum. Dominus interrogat juſtum & impium: qui autem diligit iniquitatem, odit ani-* C *mam ſuam.* Et tu ſtatuiſti eum puniendum, quem nec ipſe cognoveris reum, niſi tantum in eo, quod tuæ blaſphemiæ reſtiterit, factum apud te mortis reum. Audi dicere Dei Spiritum, *Qui autem diligit iniquitatem, odit animam ſuam:* & cogis iniquitatem amare magis quam juſtitiam. Si non eſt injuſtum damnare inauditum, accuſantibus vobis hæreticis, catholicum convince. Ego etenim cum adhuc ſcriptum invenio: [g] *Pluet ſuper peccatores laqueos: ignis & ſulphur & ſpiritus procellarum, eſt pars calicis eorum: quoniam juſtus Dominus, & juſtitiam dilexit; æquitatem vidit vultus ejus;* te atque omnes tecum facientes in hac parte eſſe cognoſco. Veniet utique ſuper vos ignis & ſulphur & ſpiritus D procellarum, niſi converſi fueritis ad Deum; quia ſit pars calicis veſtri qui negatis unicum filium Dei, ejuſque eſtis divinæ majeſtatis perſequutores: qui cum ſciatis Deum juſtum, juſtitiam diligere, amare æquitatem; vos cenſueritis damnare innocentem, perſequi Domini fideliſſimum ſacerdotem. [h] *Diligite Dominum,* inquit in Pſalmo xxx. Spiritus ſanctus, *omnes ſancti ejus, quoniam veritatem requirit Dominus, & retribuet facientibus abundanter ſuperbiam:* & tu nos impuleras ad interficiendum innocentem, ad ſuperbiam tuam poſſidendam. Non enim te negare poſſis eſſe ſuperbum, cum & in Dei cultores funeſtas miſeris manus, & evangelicam fidem deſtruere fueris conatus, atque firmare hæreticam. E In xxxii. Pſalmo non legeras: [i] *Diligit Dominus miſericordiam & judicium;* &, *Miſericordia Domini plena eſt terra,* ut juberes damnari abſentem? Cognoſce per hæc opera tua, quam ſis inconſideratus, quamque tuæ ſalutis hoſtis; qui cum ſcriptum memineris: [k] *Quis eſt homo qui vult vitam, & amat videre dies bonos? Probibe linguam tuam a malo,*

a Jer. III. 15. *b* II. Paral. xvii. 3-7. *c* Ibid. ℣℣. 8-12. *d* Pſalm. ix. 6-11. *e* Pſalm. x. 2. 3. *f* Ibid. ℣℣. 5. 6. *g* Ibid. ℣℣. 7. 8. *h* Pſalm. xxx. 24. *i* Pſalm. xxxii. 3. *k* Pſalm. xxxiii. 13-15.

1. *In viis patris ſui primis*] LXX. lectionem II. *Paral.* xvii. 3. expreſſit auctor, ut aſſolet: ἐν ὁδοῖς τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ταῖς πρώταις. Abs re duxit Latinius forte legendum *David patris ſui*. Reſpicit enim ſacer ſcriptor Aſa patrem Joſaphat, de quo plura laude digna ſub initium regni ſui geſta refert II. *Paral.* xv. 8. ſeqq. Mox quidem cum eodem Latinio reſcripſimus, *& non ſicut opera Iſrael*, ubi editi efferunt *ſic*. LXX. καὶ οὐχ ὡς τὰ ἔργα τοῦ Ἰσραήλ.

2. *Funera*] An *facinora*? Sed forte cædes a Conſtantio patratas innuit Lucifer. Sic & alibi ſæpe.

3. *Es tamen*] Ita reſtituimus vitioſam, ut videtur, editorum lectionem *æſtima*, Latinii conjecturam ſecuti.



& labia tua ne loquantur dolum: & averte a malo, & fac bonum: tu tamen non quietem capias hæc gerendo, quæ te prohibuerit gerere Deus: hoc eſt nolle videre dies bonos, hoc eſt nolle vitam, hoc eſt petere ſibi tribui mortem.

XXIX. Cum itaque ſis talis, qui ad mortem æternam hauriendam curras, etiam in xxxv. tu mihi videris eſſe præoſtenſus: [a] *Dixit injuſtus, ut delinquat in ſemet ipſum: non eſt timor Dei ante oculos ejus. Quoniam doloſe egit in conſpectu ejus, ut inveniatur iniquitas ejus & odium. Verba oris ejus, iniquitas & dolus: noluit intelligere, ut bene ageret. Iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo: adſtitit omni viæ non bonæ: malitiam autem non odivit.* Qualis es, adverte [1] juſtiſſime imperator, propter quem eſſe dicta ſentiantur etiam illa quæ in Iſcariotem Judam & populum Judæorum fuerint dicta. Quomodo potueramus, Conſtanti, damnare innocentem ad ſuperbiæ tuæ conſilium, cum ſciremus ſcriptum apud David: [b] *Oſtende miſericordiam tuam ſcientibus te, & juſtitiam tuam his qui recto ſunt corde. Non veniat mihi pes ſuperbiæ, & manus peccatoris non moveat me. Ibi ceciderunt omnes qui operantur iniquitatem: expulſi ſunt nec potuerunt ſtare.* Quid dicis? Talis eſt miſericordia Dei ac juſtitia, ut abſentes & inauditi damnentur; & quidem innocentes, quos punire nec præſentes licet? Sed quid mirum ſi hæc fieri mandaſti, homo neſciens Deum? Quid mirum, ſi ignorans ejus miſericordiam atque juſtitiam, præceperis perverſa fieri, iniqua, injuſta? Non te a tanto potuit removere ſcelere Pſalmographi ſermo dicentis, *Ibi ceciderunt omnes qui operantur iniquitatem, expulſi ſunt, nec potuerunt ſtare?* Nec ille in xxxvi. [c] *Deſine ab ira, & derelinque furorem: noli æmulari ut maligneris: quoniam qui malignantur, exterminabuntur?* Hæc itaque legens, quia pro nihilo habenda ſtatuta cenſueris Domini, idcirco te eſſe judico illum, de quo dictum eſt: [d] *Obſervabit peccator juſtum & ſtridebit ſuper eum dentibus ſuis: Dominus autem deridebit eum, quia proſpicit quod veniet dies ejus.* Inter illos te habemus, de quibus dictum cerno: [e] *Gladium evaginaverunt peccatores, intenderunt arcum ſuum ut dejiciant inopem & pauperem, & trucident rectos corde. Gladius eorum intret in corda ipſorum, & arcus eorum confringatur. Melius eſt modicum juſto ſuper divitias peccatorum multas: quoniam brachia peccatorum conterentur.* Tu inter iſtos inimicus es Domini conſtitutus, quos deſcribit Dei Spiritus adhuc infra: [f] *Inimici Domini mox ut honorabuntur & exaltabuntur, deficientes ut fumus deficient.* Conſidera tandem te cum omni tua ſublimitate, niſi temet correxeris, ut fumum interiturum, quippe Dei inimicum. Adhuc de te ſcriptum video, quod niſi converſus pœnitueris, venturus ſis ad nihilum. [g] *Vidi impium ſuperexaltatum & elevatum ſuper cedros Libani: & tranſivi, & ecce non erat; & quæſivi eum, & non eſt inventus locus ejus.* Tu es, inquam, ille, Conſtanti, de quo etiam hæc dicta video: [h] *Conſpicit peccator juſtum, & quærit mortificare eum: Dominus autem non derelinquet eum in manibus ejus.*

XXX. Dicit propheta plenus Spiritu ſancto: [i] *Noli æmulari inter malignantes, neque zelaveris facientes iniquitatem: quoniam tamquam fœnum velociter areſcent, & ſicut olera herbarum cito decident.* Et dicitur a te Conſtantio deſtructore Dei religionis, Meos imitamini? Quis vos imitetur, niſi qui velit vobiſcum tamquam olera herbarum areſcere? Quis, niſi velit Dei indignatione deleri? [k] *Si vere utique,* dicit, *juſtitiam loquimini, juſte judicate filii hominum:* & tu in innocentis exſurgis necem? Dubitare itaque non poteris te eſſe ex illis, ad quos dicit Spiritus ſanctus: *Etenim in corde iniquitates operamini in terra: iniquitatem manus veſtræ concinnant. Alienati ſunt peccatores ab utero, erraverunt a ventre, locuti ſunt falſa. Ira illis ſecundum ſimilitudinem ſerpentis, ſicut aſpidis ſurdæ & obturantis aures ſuas: quæ non exaudivit vocem incantantium incantatoris, quæ incantatur a ſapiente. Deus conteret dentes eorum in ore ipſorum: molas leonum confringet Dominus. Ad nihilum venientes, ut aqua decurrent: intendit arcum ſuum donec infirmentur. Sicut cera liquefacta auferentur: ſuper eos cecidit ignis, non viderunt ſolem.* Audis te cum tuis ad nihilum venturum, ut jam illi venerunt, quorum eſſe delegeris imitator. Conſpicis vos perſecutores Dei ſervorum, unici Filii Dei negatores, ſerpentibus & aſpidibus comparatos, & non tandem times ad Dei te transferre domum? Non te, qui unus eſſe monſtraris ex illis aſpidibus, ita formas ad diaboli calcandum caput, quo poſſis dignus effici regnare inter eos, quorum Joannes narrat gloriam? [l] *In ſua propria venit, & ſui eum non receperunt: quotquot autem receperunt eum, dedit illis poteſtatem filios fieri Dei, qui credunt in nomine ejus.* Non memineras ſcriptum in LVIII. Pſalmo: [m] *Deus Iſrael intende ad viſitandas omnes gentes: non miſerearis omnibus qui operantur iniquitatem;* ut juberes dandam in abſentem ſententiam? nec LXI. commonere pariter atque increpare Spiritum ſanctum per hæc verba cognoveras, [n] *Quouſque irruitis in hominem? interficitis univerſos?* [o] *Timor,* inquit Salomon, *Domini, initium ſenſus: ſapientiam autem & diſciplinam impii ſpernunt.* Hinc diſciplinam & ſapientiam ſpernis, quia ſis ſine Dei timore. Hinc impius eſſe ſacris deſcriberis litteris: impius utique, quia non ſolum ipſe deſerueris Deum, ſed & qui colentes illum tam infeſte perſequaris. Væ tibi quia cum illis eſſe inveniris, de quibus in Proverbiis lego: [p] *Fili, non te ſeducant viri impii, neque acquieſcas ſi te rogaverint dicentes: Veni, communica nobiſcum ſanguinem; abſcondamus autem in terra virum juſtum injuſte; deglutiamus autem illum, velut inferi vivum.*

XXXI. Quid te Arianorum Judæorum imitatorem delectaverat, Conſtanti, ut has illorum impias audiens voces, ad effundendum ſanguinem Dei ſervorum fuiſſes eoſdem ſequutus? Cur non conſilia audiſti Salomonis dicentis tibi: [q] *Nec abieris in vias cum illis, nec declinaveris pedem tuum ad ſemitas eorum: non enim inique tenduntur retia avibus. Ipſi enim qui homicidii participes ſunt, theſaurizant ſibimet ipſis mala. Hæ ſunt viæ omnium conſummantium iniqua: ſua enim impietate ſuam animam auferunt.* Et iterum: *Quanto tempore innocentes tenuerint juſtitiam, non erubeſcent: inſipientes autem dum contumeliæ cupidi ſunt, impii facti oderunt intellectum, & ſubjecti facti ſunt opprobriis.* Tu tibi, Conſtanti, hæc quæſiſti opprobria; tu temet damnaſti, qui præcepta contemnens Dei, maledictis Ju-

[a] Pſalm. xxxv. 2-5. [b] Ibid. ℣℣. 11-13. [c] Pſalm. xxxvi. 8. 9. [d] Ibid. ℣℣. 12. 13. [e] Ibid. ℣℣. 14-17. [f] Ibid. ℣. 20. [g] Ibid. ℣℣. 35. 36. [h] Ibid. ℣℣. 32. 33. [i] Ibid. ℣℣. 1. 2. [k] Pſalm. LVII. 2-9. [l] Joan. I. 11. 12. [m] Pſalm. LVIII. 6. [n] Pſalm. LXI. 4. [o] Prov. I. 7. [p] Ibid. ℣℣. 10-12. [q] Ibid. ℣℣. 15-19.

1. *Juſtiſſime imp.*] Et heic εἰρωνικῶς loqui Luciferum nemo non videt, ut alibi ſæpe.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 368.



dæorum discipulis hærere censueris Arianis, cum A quibus digne adhuc hæc audis: [a] *Nam quoniam vocabam, nec obediebatis; & extendebam verba, nec attendebatis: sed irrita faciebatis mea consilia, meis autem increpationibus non intendebatis: Itaque & ego vestra perditione ridebo: gratulabor autem adversus vos, cum venerit vobis subito tumultus; eversio autem similis procellæ, cum advenerit autem vobis interitus. Erit enim cum me invocabitis, ego autem non exaudiam: quærent me mali & non invenient. Oderunt enim sapientiam, verbum autem Domini non assumserunt, neque voluerunt meis consiliis intendere: spreverunt enim meas increpationes. Ideoque edent viæ suæ fructus, & sua impietate saturabunt animas. Nam quia decipiebant parvulos,* B *interficientur.* Interfici certe tecum merebamur, & quidem a Deo, si tecum Dei hominem fuissemus persecuti. Sed quomodo istud fecissemus, qui sciebamus scriptum: [b] *Noli fabricare in amicum tuum mala, in incolam & confidentem. Noli inimicitias exercere adversus hominem sine caussa, ne quid tibi operetur malum?* Aut numquid non erat sine caussa, si prout insanus furor cohæreticorum tuorum per te jusserat, in innocentem mortis tulissemus sententiam? Væ tibi, quia dictum de te persecutore nostro video: [c] *Oculus contumeliosus, lingua in qua manus sunt effundentes sanguinem justi, & cor fabricans cogitationes malas, & pedes festinantes ad malefaciendum.*

C XXXII. Legisti: [d] *Fili, honora Dominum, & valebis: præter eum, ne timeas alterum;* & tamen te timeri voluisti, Deum vero contemni. Unde etenim solum Deum potuerimus reperiri metuentes, si minis tuis succumbentes, absentem, inauditum, & quidem eum quem sciremus justum, damnaremus? Salomon dicit: [e] *Statera doli abominatio est coram Domino: pondus autem æquum acceptum est ei.* Tu contra mandare non dubitas; Damnate injusto judicio virum: hoc rectum putans, quod perversum est. Adhuc Salomon de te ac tibi similibus: [f] *Viæ insipientium rectæ coram ipsis: exaudit autem consilia sapiens.* Damnate, inquis, D Athanasium: & quidem ubi valere non potuisti ingenio detestandæ subtilitatis tuæ, viribus imperii tui cœpisti. De te itaque scriptum accipe: *Malus cum contumelia agit mala.* Et iterum, quod temet sic laqueo jam necaveris, hærendo Arianis, sicut & Juda Scarioth Judæis: [g] *Lex sapienti fons est vitæ, stultus autem laqueo morietur.* Adhuc dicitur de te, *Rex audax incidet in mala.* Utique incidisti in hæc mala, quia nihil sapientiæ tibi reliqueris, negando unicum Dei Filium, sed totum temet verteris in stultitiam: quæ res effecerit te mactare Deo caros. Scriptum est: [h] *Sapiens timendo declinabit a malo: insipiens autem miscetur confidens iniquo.* Non legeras scriptum: [i] *Qui contumeliam facit pau-* E *peri, irritat eum qui fecit illum;* ut innocentem sic tecum nos interficere traheris? Si enim contumeliam facienti irascitur Deus, quanto magis ei qui interfecerit ejus sacerdotem? Scriptum adhuc non retinebas: [k] *Initium viæ bonæ, facere justa: accepta autem sunt apud Dominum magis quam immolare hostias;* ut tu injusta nos facere cogeres? Sed & alio in loco: [l] *Qui justum vocat injustum, injustum autem ut justum, abominabilis est apud Deum.* Abominabiles sine dubio essemus, si te justum pronuntiaremus, & virum Deo acceptum Athanasium injustum judicaremus. [m] *Mirari*, inquit, *personam impii non est bonum; neque sanctum, declinare justum in judicio.* Tu dicis contra, qui in impii persona videris descriptus, Damnate insontem, imitati meam injusti personam: & licet hæc nos facere coegeris quæ nobis possent Deum quærere iratum; tamen hortamur te inimicum sospitatis nostræ, ex impio pium fieri, salvum ex ægro, vivum ex mortuo, religiosum ex sacrilego.

XXXIII. Unde, inquis, hæc assequi potero? quibus rebus? Desine persequi Dei domum, desine proscribere, deportare, interficere ejus servos: fatere te Christianum: exsecrare nobiscum catervam commento diaboli quæsitam Arianorum: crede sicuti credimus nos, qui ex beatorum Apostolorum successione sumus episcopi: confitere unicum Dei filium, sicuti illi confessi sunt ac nos confitemur; & veniam consequeris tantorum scelerum. Legisti enim apud Salomonem: [n] *Mors & vita in manibus linguæ:* & apud beatum Paullum: [o] *Corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* Meministi scriptum: [p] *Testis falsus non impunitus erit; & qui accusat inique, non effugiet:* & tamen fuisti ausus infitiari Athanasium. Non enim nobis fuerat aliqua caussa cum collegis sectæ tuæ Arianis, cum eosdem jam pridem Dei potentia cum Ario apud Niciam, tempore quo non solum contra blasphemiam vestram, sed & contra omnes hæreses fides descripta est, præpuniverit. Non, inquam, nobis cum illis pseudoepiscopis, inimicis Dei, magistris tuis, aliqua fuerat quæstio; ut iterum contra eosdem confligeremus, quos semel Deus pepulerat de populo suo. Itaque nunc nobis tecum est ratio: quia te auctorem institueris, quod enim [1] Athanasius fuisset meus, quem inauditum quia punire noluerimus, homo qui temet testem scires falsum, ut fera immanis ac bellua cœpisti nos cum Athanasio velle punire, tamquam frendoribus tuis possis servorum Dei vigorem superare. Licet enim Salomon dicat: [q] *Regis minæ similes sunt* [2] *gemitibus leonis*; tamen gemitus tui leonini contra nos habere virtutem non poterunt. Quare? quia sis tu præcursor antichristi, & nos sumus milites Christi. Quare? quia homines Dei vincere non valeas tu, persecutor ejus religionis. Item in alio loco: [r] *Nihil*, inquit, *interest inter minas regis & iram leonis.* Quid hoc ad Dei servos, qui præter Deum neminem esse timendum statuerimus, qui in manu Dei animas positas nostras meminerimus? possunt rugitus tuos timere coariani tui, quia sitis sine notitia Dei, quia sint minime arma Dei induti. Ceterum Dei domestici ridemus rugitus tuos leoni similes. Quare? Quia feram te cognoscentes cujus rugitus habere descridocumentsberis, rideamus te magis sub figura hominis constitutam rabidam feram cernentes, quam timeamus, necesse est. Sed si non es fera sub imagine latens hominis, dicito. Legisti apud Salomonem: [s] *Misericordia &*

a Prov. I. 24-32. b Prov. III. 29. 30. c Prov. VI. 17. 18. d Prov. VII. e Prov. XI. 1. f Prov. XII. 15. g Prov. XIII. 14. h Prov. XIV. 16. i Ibid. ℣. 31. k Prov. XVI. 5. l Prov. XVII. 15. m Prov. XVIII. 5. n Ibid. ℣. 21. o Rom. X. 10. p Prov. XIX. 9. q Prov. XX. 2. r Prov. XIX. 12. s Prov. XX. 28.

1. *Athanasius — meus*] Tilius primum, & post eum Latinius, *reus* reponendum existimant.
2. *Gemitibus leonis*] An *rugitibus*? Sic enim *Prov.* XX. 2. quo respicit Lucifer: *Sicut rugitus leonis, ita & terror regis.* Conjecturam confirmat ipsemet auctor paullo post, ubi sic: *Possunt rugitus tuos timere — Ridemus rugitus tuos* cet.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

veritas tutela eſt regi : & circumeunt juſti ſedem ejus. Cum te contra caterva malignorum circumſepſerit Arianorum, & eſſe cernamus miſericordiæ punitorem, veritatis exſecratorem; quid eſſe aliud te judicabimus, niſi feram ac belluam? Excitaris in nos, ut leo rugiens, quod miſericordiam & veritatem diligamus, quod non innocentem & juſtum puniverimus; & arbitraris non te eſſe immanem feram ac belluam ſæviſſimam? Sed quæ te voluntas ad hæc perpetranda perduxerit, prorſus videre non poſſum, ut totius juſtitiæ epiſcopum catholicum, Domini ſacerdotem fuiſſes tali exitio perſecutus. Numquid non memineras ſcriptum; [a] *Facere juſtitiam & veracem eſſe, placet Deo magis quam boſtiarum ſanguis?* Diſplicet tibi Athanaſius, quod traditionem beatorum Apoſtolorum cuſtodiat, quod ſe Chriſtianum fateatur, quod nolit eſſe coapoſtata tuus. Non mirandum; quandoquidem ſcriptum teneamus: *Sanctus autem immundus eſt apud malos*. Vobis malignis diſplicet is qui Deo placeat, tibi præſertim temerario ac ſuperbo; qui temerarius hinc eſſe intelligeris ac ſuperbus, quod contra Dei ordinationem tetenderis manum, quod apoſtolicam traditionem putaveris deſtruendam; quod epiſcopos ſub quorum te ſolicitudine agere oportuerat, ſub tuam ditionem cenſueris redigendos.

XXXIV. Quid igitur ſis intellige, audiens per Salomonem quod tibi ſit ſuperbo nomen: [b] *Temerarius & ſuperbus, peſtilentia vocabitur*. Peſtilens licet ſis homo, tamen morbo tuo vexare nos non poteris, quia tutelam nobis ſit præbens divina clementia. Tentaſti denique peſtilens facere nos compeſtilentes tuos; ſed ille cui dicati vivimus, non ſivit tanta tentamenta adire corda recta: ſuggerit enim ſcriptum: [c] *Libera eos qui ducuntur ad mortem, & redimere eos qui interficiuntur ne ceſſes. Si autem dixeris, Neſcio hunc; ſcito quoniam Dominus corda omnium novit: & qui figuravit ſpiritum omnibus illis, ſcit omnia, qui reddit unicuique ſecundum opera ejus*. Ad hæc, te dicente, Damnate Dei cultorem, derelinquite fidem apoſtolicam, ſuſcipite perfidiam meam; utique te aperis eſſe hominem peſtilentem. Deus nobis [1] ſubveniri vult in preſſuris atque anguſtiis conſtitutis: & tu eis quibus benefacere oportet, malefacere urges: & quidem admovens ea, quæ timeri poſſe exiſtimaris. Adverte jam ſi non in te ſit morbus ille qui vocatur peſtis: es morbus ad hoc valens, ut non ſolum corpora, ſed & animas morbidas poſſis efficere, eorum videlicet qui te velint audire dicentem: Damnate Domini antiſtitem, repudiate fidem quam ſemper tenuit Eccleſia, & ſuſcipite meam quam tradidit Arius. [d] *Erubeſcere*, inquit ſancta ſcriptura, *perſonam in judicio, non eſt bonum: & qui dicit impium juſtum eſſe, maledictus erit in populis, & odibilis gentibus. Nam qui arguunt*, [2] *meliores parebunt: in ipſos autem veniet benedictio optima:* & tu exiſtimaſti erubeſcere nos potuiſſe perſonam tuam, & damnare eum quem ſcires etiam ipſe innocentem, quem retineres eſſe reum in hoc tantum, quod noluerit negare ſe eſſe Chriſtianum.

XXXV. Interea quia te arguamus mortis iter tenentem, quia corripiamus; conſpicis quæ nobis merces promittatur. [e] *Aperi*, dicit propheta, *os tuum verbo* A *Dei, & judica omnibus integre: aperi os tuum & judica juſta:* & tu dicis, Damnate innocentem. Retineo quidem ſacris [3] continens ſcripturis: [f] *Noli ſuperbire coram rege:* ſed ſi intra terminos poteſtatis tuæ eſſe voluiſſes, & ſuperbus exſtitiſſem contra te; re vera ipſe me ut prævaricatorem legis condemnaſſem. Nunc vero quia homicidæ tibi ac ſacrilego vera dicamus, non utique tamquam ſuperbi puniri merebimur, ſed magis præmiis afficiemur cæleſtibus, quod tibi erranti non pepercerimus. Scriptum eſt: [g] *Flagellum equo & ſtimulum aſino; virga autem genti inſipienti*. Vos negatores Dei unici filii recte inſipientes vocamus, quos videamus in tanto verſari ſacrilegio. Nam cum eſſe ſcriptum video, quod B [h] *ſicut canis qui convertitur ad vomitum ſuum, & odibilis efficitur, ita ſtultus ſua malitia converſus ad ſuum peccatum*; de te ſpecialiter dictum judico. Quare, inquis? quia litteris tuis juraſti Alexandrinis, nihil te mali deinceps facturum Athanaſio; & nunc quæris eum interficere. Sed inquis, Pater meus illum miſerat ad exſilium, & me oportuit patris mei parere ſtatutis. Pone, ut vis, hæreticum eſſe Athanaſium: Si recte fuerat miſſus ad exſilium, cur eum paſſus es contra patris tui ſtatuta recipere dignitatem, quam ei ſe tuliſſe tuus arbitratus fuerat pater? Sed inquis, fratris mei Conſtantis factum eſt interventu. Sed potuiſti occurrere Conſtanti, dicens, Pater noſter quem probavit hæreticum, niſi ſe correxerit, C recipere in partes regni mei non poſſum. Sed inquis, Timui ne inter nos bella fuiſſent orta. Ergo quia Soporinus Perſarum rex nunc contra te gerit prœlium, ſi tibi dixerit, Suſcipe religiones meas, & ero tecum pacatus; te oportet cum omnibus in imperio tuo demorantibus facere tranſitum ad religiones dæmonum? dæmoniis enim ſacrificans eſt Soporinus. Conſpicis enim non te egiſſe ut Dei ſervum, ſuſcipiendo eum, & loco revocando ſuo, quem meminiſſes in cauſſam fidei deportatum. Primo quod impotentem judicaveris Deum, tamquam te tueri non potuerit, tuentem veritatem, hæreticis reſiſtentem: deinde quod magis tibi propitium eſſe volueris Conſtantem, quam Deum: quem uti- D que Conſtantem regem ſi hæreticum factum memineras favendo Athanaſio, quem tu jam probatum habebas ſacrilegum; non ſolum non regnum tuum Deo debueras præponere, ſed nec ipſam tuam animam: tu etenim ipſe teſtis es conſcientiæ tuæ, quod enim propter fidem quam ſemper tenuit Eccleſia ac tenet, quod eam damnare noluerit, miſſus fuerit in exſilium: quia videlicet noluerit eſſe Arianus, idcirco namque Athanaſium peroſum habitum a patre tuo, non fugit te; quandoquidem & tu in ea eum digneris perſequi cauſſa, in qua fuerit & tuus pater perſecutus.

XXXVI. Dicat denique ſe non eſſe Chriſtianum, E fateatur ſe Arianum; & erit apud te ſapientiſſimus, magnus. Digne itaque comparatus es cani, qui redierit ad vomitum ſuum: jam enim Chriſtianus æſtimabaris, & non eſſe Arianus, ex quo Athanaſium cum talibus litteris divinitus ſibi commiſſis repræſentaveris. At nunc cum eſſe comproberis Arianus, & cupiens hæreſim tuam invenire locum, virum juſtum perſequaris, quia ille videlicet ſit eamdem omni niſu impugnans; recte es comparatus cani redienti ad ſuum vomitum. Item etiam

a Prov. XXI. 3. *b* Ibid. ℣. 24. *c* Prov. XXIV. 11. 12. *d* Ibid. ℣℣. 23-25. *e* Prov. XXXI. 8. 9. *f* Prov. XXV. 6. *g* Prov. XXVI. 3. *h* Ibid. ℣. 11.

1. *Subveniri*] Latinio ſic legendum conjicienti accedimus. Vulgo *ſubvenire*. Mox eodem erudito viro ductore, *timeri* repoſuimus pro *timere* codicum editorum.

2. *Meliores parebunt*] Editi perperam, *meliora ſperabunt*. LXX. *Prov.* XXIV. 25. Οἱ δὲ ἐλέγχοντες βελτίους φανοῦνται.

3. *Continens*] An *contentum*? Latinius mallet *contineri*.

in illo facto tuo egregio recte comparandus cani, qui redierit ad vomitum suum: quod enim acceperis veritatem, non esse catholicum [1] Eudoxium Germanicensium, & dederis contra eumdem litteras ad Antiochenos, & postea hunc eumdem Eudoxium defendere cœperis veritatis esse doctorem, ipsius hæresim catholicam judicans fidem. Quare, Constanti, tam levis, quamobrem in caussa fidei, ut ventis pulsantibus arundo flecteris huc atque illuc? Quid mirum si tam facilis fuisti, ad damnandum Athanasium etiam cunctos Dei invitare sacerdotes; quandoquidem etiam in statu religionis tanta agere per tuam non dubitaris temeritatem? Efferbuisti ad innocentis fundendum sanguinem rex piissimus, tamquam non meminisses scriptum: [a] *Regis in veritate judicantis de pauperibus, sedes ejus in testimonium resurget*. Sed tu hinc putasti te summum, si contra divinas ires scripturas, si cuncta quæ prohibent fecisses: odis Athanasium quod Christianus sit; quod esse noluerit Arii, ut tu dicis, discipulus, summo eum persequeris odio: sed talem te circa eum futurum olim Spiritus sanctus ostenderat, ore Salomonis dicens: [b] *Abominatio est justus viro iniquo*.

XXXVII. Noli, Constanti, adhuc demorari in his malis: noli Dei abuti patientia: retine scriptum in LXXVII. Psalmo: [c] *Excitatus est tamquam dormiens Dominus, tamquam potens crapulatus a vino. Et percussit omnes inimicos suos in posteriora: opprobrium sempiternum dedit illis*. In LXXXI. Psalmo: [d] *Quousque*, dicit Spiritus sanctus, *judicastis iniquitatem, & faciem peccantium sumitis? Judicate pupillum & egenum, humilem & pauperem justificate. Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate*. Interficite mecum, inquis, Deo dicatum; cupiens nos tecum haberi cum illis, propter quos dicitur; [e] *Nescierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant*. Mandat Deus ne judicium proferamus injustum, ne tuam peccatoris revereri faciem, sineremus te punire eum quem persequeris injuste. Præcepit Deus humilem justificari a nobis, eripi pauperem, & egenum de manu tua liberari carnifice. Et tu inquis, Damnate eum quem voluit Deus de mea manu peccatrice erui: non mirum, nec enim poteras ire contra tuas exsecrabiles dispositiones. Dicit Spiritus sanctus in Psalmo XCVI. [f] *Qui diligitis Dominum, odite malum*: & tua indicant præcepta te dicere, Amate quod est malum. Si enim malum esse videtur Deo damnari innocentem, dare adversus absentem, & quidem justum virum, sententiam: quid est aliud quod nos cogis facere, nisi quod odio habeat Deus? Si igitur quod odit Deus fecerimus, utique non erimus ex illis ad quos dicitur: *Qui diligitis Dominum, odite malum*. Nempe tu idcirco non odis malum, quia non diligas Dominum: sed nos idcirco facere nolumus quod odit Deus, quia eum diligamus: facis hæc quia non sis servus ejus, cujus metus atque amor compellat nos odire malum. Neque enim in Ecclesia Domini, persecutor ejus Ecclesiæ inveniris, ut putes ad vos dixisse prophetam in Psalmo, *Qui diligitis Dominum, odite malum*; quando & in centesimo dicat: [g] *Non habitat in medio domus meæ qui facit superbiam: qui loquitur iniqua, non direxis in conspectu oculorum meorum*. Non ergo ad vos foris positos dicitur, sed ad nos, *Qui diligitis Dominum, odite malum*.

XXXVIII. Odimus denique malum, quod vos idcirco amatis, quia sitis non in Ecclesia Dei. Quomodo etenim te in Ecclesia esse poteris asserere Dei, homo, qui non solum Ecclesiam sis persequens, sed & ipsum negans qui fundarit Ecclesiam? An non es superbus, & habitare poteris in domo Domini, quamdiu in hoc manseris supercilio? Quis enim merito poterit dici superbus, si tu possis humilis judicari, qui dicis, Damnate contra mandata divina innocentem, calcate præcepta Dei, mea servate? Sed fortasse non loqueris iniqua, & poteris inveniri inter Christianos tu negator patris, negator unici filii ejus, negator Spiritus sancti paracleti, Arianæ hæresis fundator, destructor apostolicæ fidei? non loqueris iniqua labiis tuis venenatis, nihil ore illo profers sacrilego quod sit iniquum? Ignorabas in Psalmo CII. Spiritum sanctum dixisse de Domino: [h] *Faciens misericordiam Dominus, & judicium omnibus injuriam patientibus*; ut injuste mandares judicari, cujus mandatis parere nos dignum est Domini sacerdotes? Tui ne, nondum erepti ab immundis spiritibus, an prophetæ, per quem moneat Spiritus sanctus, ut omnis injustitiæ pars vitetur a nobis cultoribus veræ divinitatis? Non legeras, Constanti, dictum ad vos reges a Deo: [i] *Nolite tangere christos meos, & in prophetas meos nolite malignari*; ut ad domum Dei auderes tendere manus? Dicit plenus Spiritu sancto David in CV. Psalmo: [k] *Beati qui custodiunt judicium, & faciunt justitiam in omni tempore*: & tu, Facite, inquis, mecum injustitiam: persequeris Athanasium, impius pium, hæreticus Christianum.

XXXIX. Sed oro te, dicas, quis vestrum Deo esse possit acceptus? Tu negator æternæ majestatis unici filii Dei, ædificator falsæ religionis atque institutor, an Athanasius? Legisti in Psalmo CXVIII. [l] *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. Beati qui perscrutantur testimonia ejus, in toto corde exquirunt eum*: & dicito, quis vestrum exquirit Deum, quis fideliter ejus majestati famulatum præbet? Tu ne, qui facis persecutionem Athanasio, quod se Christianum fateatur; an ille qui te velit persecutorem suum e laqueis eripi diaboli? Tu ne, qui sis destructor catholicæ fidei, an ille apostolicæ fidei prædicator? Si tu es serviens Deo, quomodo infra dicit Spiritus sanctus: [m] *Non enim qui operantur iniquitatem, in viis ejus ambulaverunt*. Vos igitur hæretici, operarii iniquitatis, cum non in viis inveniamini Domini; utique manifestatis vos operibus vestris esse in via diaboli. Legisti: [n] *Nolite zelare mortem in errorem vitæ vestræ, neque acquiratis perditionem in operibus manuum vestrarum; quoniam Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione vivorum*. An meministi legisse? Cur præcepisti, quæreremus nobismet ipsis mortem? Si non legisti, cognosce quid nos facere fueris hortatus, tu qui in sortem delegeris esse illorum, quorum facinora describat ore Salomonis Spiritus sanctus dicens: [o] *Neque mercedem speraverunt justitiæ, nec judicaverunt honorem animarum sanctarum; quoniam Deus creavit hominem inexterminabilem, & ad imaginem suæ*

a Prov. XXIX. 14. b Ibid. ℣. 27. c Psalm. LXXVII. 65. 66. d Psalm. LXXXI. 3. 4. e Ibid. ℣. 5. f Psalm. XCVI. 10. g Psalm. C. 7. h Psalm. CII. 6. i Psalm. CIV. 15. k Psalm. CV. 3. l Psalm. CXVIII. 1. 2. m Ibid. ℣. 3. n Sap. I. 12. 13. o Sap. II. 23-25

1. *Eudoxium Germanicensium*] Rescribo cum Latinio *Eudoxium* pro *Adoxium* editorum: & cum Tilio restituo *Germanicensium*, pro *Germanensium*, quod in ms. codice legebatur. Ex Ecclesiæ fastis nihil certius.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

similitudinis fecit illum: invidia autem diaboli mors introivit in orbem terrarum. Imitantur ergo illam qui sunt ex parte illius.

XL. Conspicis te imitatorem esse diaboli, in parte esse constitutum illius? Cognoscis tu quod tibimet conquiras mortem, tu qui nolueris in imaginem Dei, quomodo es factus a Deo, manere: sed temet contuleris ad illum, cujus invidia mors intraverit in orbem terrarum? Contra, accipe quantam felicitatem cupiat consequi Athanasius, unde & nolit esse, quod sis tu, Arianus, apostata. Accipe quantam fuerint etiam illi, quos jam quod se Christianos dixerint, es interficere dignatus, consecuti beatitudinem: [a] *Justorum autem animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum malitiæ: Visi sunt oculis insipientium mori; & æstimata est malitia, exitus illorum: ab itinere justo abierunt in exterminium: illi autem sunt in pace. Etenim si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalitate plena est: & in paucis vexati, in multis bene disponentur; quoniam Deus tentavit illos, & invenit illos dignos se: tamquam aurum in fornace probavit illos, quasi holocausti hostiam accepit illos, & in tempore erit respectus illorum. Fulgebunt tamquam scintillæ, & in arundineto discurrent: judicabunt nationes, & dominabuntur populis: & regnabit Dominus eorum in perpetuum.*

XLI. Desideras interficere Athanasium, existimans quod ei si eum mactaveris, possis æternum dare malum, ignorans scriptum: [b] *Condemnat justus mortuus vivos impios; & juventus celerius consummata, longævitatem injusti. Videbunt etenim finem sapientis, & non intelligent quid* [1] *cogitaverit de illo, & quare munierit illum Dominus. Videbunt & contemnent: illos autem Dominus irridebit. Et erunt posthæc decidentes sine honore, & in contumelia mortis in perpetuo: quoniam disrumpet illos sine voce inflatos, & commovebit illos a fundamentis, & usque ad supremum deserentur: & erunt in dolore, & memoria illorum periet. Venient in cognitionem peccatorum suorum timidi, & traducent illos ex adverso iniquitates eorum.* Cernis, inter quos sit pars tua constituta; cernis cum qualibus temet feceris stare contra Dei domum: Athanasium vero videbis inter istos, de quibus infra scriptum accipe: [c] *Tunc stabunt justi in magna constantia adversus eos qui se angustiaverunt, & abstulerunt labores eorum. Videntes turbabuntur timore horribili & mirabuntur: in subitatione insperatæ salutis dicent, inter se pœnitentiam agentes, & per angustiam spiritus gementes: Hi sunt quos habuimus aliquando in risum & in similitudinem improperii. Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore: ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est.* Tunc hæc dicturus es, nisi tibi consulueris, quando videris te demersum in tartarum. Tunc dicturus hæc, quæ dicit dicturos [2] suos persecutores militum Christi Scriptura sancta: [d] *Ergo erravimus a via veritatis, & justitiæ lumen non luxit nobis, & sol non est ortus nobis. Lassati sumus iniquitatis in via & perditionis, & ambulavimus* [3] *heremias difficiles, viam autem Domini ignoravimus. Quid nobis profuit superbia, aut quid divitiæ cum exsultatione contulerunt nobis? Transierunt omnia illa tamquam umbra, & tamquam nuntius percurrens.* Contra, Athanasium visurus es inter illos, quorum gloriam narrans Spiritus sanctus dicit: [e] *Justi autem in perpetuum vivent, & apud Dominum est merces illorum, & cogitatio eorum apud altissimum. Ideo accipient regnum decoris & diadema de manu Domini; quoniam dextera sua proteget illos, & in brachio suo defendet illos.* Tu contra, si in hac manseris animi obstinatione, si censueris finire fragilem hanc vitam inter Arianos; eris inter illos, ad quos item loquitur ore prophetæ Spiritus sanctus: [f] *Audite ergo reges, & intelligite: discite judices finium terræ; præbete aures vos, qui continetis multitudinem, & placetis vobis in turbis nationum: quoniam data est a Domino potestas vobis & virtus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra* [4] *& cogitationes scrutabitur; quoniam cum essetis ministri regni ejus non recte judicastis, neque custodistis legem, neque secundum voluntatem Dei ambulastis. Horrende & cito apparebit vobis, quoniam judicium durissimum in his qui præsunt fiet. Exiguo enim conceditur misericordia: potentes autem potenter tormenta patientur. Non subtrahet personam cujusque Dominus, nec reverebitur magnitudinem cujusquam: quoniam & pupillum & magnum ipse fecit, & æqualiter cura est illi de omnibus: fortioribus autem fortior instat cruciatio. Ad vos ergo, o mali tyranni, sunt sermones mei, ut discatis sapientiam & non excidatis.*

XLII. Tunc si nec dum nos audieris, Constanti, visurus quæ nunc videre vales minime per incredulitatem tuam: videbis tunc cum inter contyrannos tuos fueris collocatus in illis locis tormentorum, non solum quod injusta amaveris judicia, sed & quod Dei domum destruere volueris, quod negator Dei filii exstiteris, quod aliter fidem prædicari sanxeris [5] per manentem potentiam tuam, quam Prophetæ & Apostoli prædicaverunt. Nec poteris dicere, Non sum inter illos quos describit per Salomonem Spiritus sanctus; quando audias dicere, *Ad vos ergo o mali tyranni sunt sermones mei.* Non poteris itaque negare te omnium esse contyrannorum tuorum principem, si modo penitus intuearis opera tua. [g] *Custoditio*, inquit propheta, *legum, confirmatio incorruptionis est; incorruptio autem faciet te proximum Deo.* Tu ad hæc, Corrumpite, inquis, Dei legem, ut corrupistis vos persecutores nostri. Quis tam vecors est, qui velit corruptus a te in æternum perire? qui nolit manendo in integritate proximus fieri Deo? Cur hæc aut ipse fecisti, aut nos facere fueras compellere ausus? Numquid non legeras dixisse in libro Sapientiæ Salomonem ad Deum: [h] *Deus parentum, & Domine misericordiarum, qui fecisti omnia verbo tuo, & sapientia constituisti hominem ut dominetur creaturæ quæ a te facta est,*

a Sap. III. 1-8. *b* Sap. IV. 16-20. *c* Sap. V. 1-5. *d* Ibid. *vv.* 6-9. *e* Ibid. *vv.* 16-17 *f* Sap. VI. 2-10. *g* Ibid. *vv.* 19. 20. *h* Sap. IX. 1-3.

1. *Cogitaverit — & quare munierit illum D.*] Editi, *cognoverit — munierit Dominus*. Gr. *Sap.* IV. 17. Καὶ ὀ νοήσουσι τί ἐβουλεύσατο περὶ αὐτοῦ, καὶ εἰς τί ἠσφαλίσατο αὐτὸν Κύριος. Mox, *in cognitionem pecc.* Gr. ἐν συλλογισμῷ.

2. *Suos perf.*] *Vos* pro *suos* legendum putat Latinius.

3. *Heremias*] Id est, loca deserta ardua ac difficilia. Græcam dictionem usurpat, ut sæpe alias [illegible]

4. *Et cogitationes scrutabitur; quon. — minis[illegible]* Vulgo, *scrutabitur regni — ministri ejus.* Vi[illegible] tio. Vid. Græc. *Sap.* VI. 4. 5.

5. *Per manentem*] Suspicatur Latinius legendum [illegible]*tem*. Nihil equidem mutarim.

ut disponat orbem terrarum in justitia & æquitate, & in directione animi judicium judicet. Et iterum: [a] *Docuisti populum tuum per talia opera, quoniam oportet justum esse* [1] *humanum, & bonæ spei fecisti filios tuos*. Non, inquam, si hæc scripta inveneras, auderes ad tantam provocare nos inhumanitatem. Quomodo vero bonæ spei filii erimus? Quomodo justos nos & humanos ante Deum servos illius exhibebimus, cum prævaricatores legis neque justi neque filii Dei dicantur? Cognosce itaque a quali nos bono volueris pertrahere ad mortem, & quidem sempiternam. Siquidem omnis qui desinit esse inter eos quos in filiorum adoptionem vocaverit Deus, sit amittens vitam, sit perpetuam possidens mortem.

XLIII. Cum igitur sitis Ariani, inhumani, impii, crudeles, homicidæ; quomodo dici Christiani poteritis? Sed & cum negetis Christum unicum Dei filium, & confiteamini credidisse vos in antichristum; unde aut quomodo vos poteritis Christi probare servos, cum [2] manifestaretis vosmet vestra professione esse famulos antichristi? Antichristus etenim in quem Arius crediderit, re vera fuit, quando non fuerit: contra, noster Salvator Dominus ac Deus Dei unicus filius, non est, ut tu vis, Constanti, creatura, sed est Dominus creaturæ. Est æternus, inæstimabilis, sicut est & cujus est filius. Induit sane perfectum hominem novissimis diebus de utero virginis: sed & cum suscepisset hominem, talis est, immutabilis, incorruptibilis, inenarrabilis & inconvertibilis, qualis est & cujus est filius: non eum suscepti hominis caussa in aliud quam quod semper fuit, potuit convertere; quandoquidem in forma sit Dei patris sui, quandoquidem sit æqualis filius patri, ut refert beatissimus Apostolus: [b] *Qui cum in forma Dei esset, non est rapinam arbitratus esse se æqualem Deo; sed semet ipsum exinanivit formam accipiens servi:* non enim quia dixit, *semet ipsum exinanivit formam servi accipiens;* Deus Dei unicus filius aliud fieri potuit ex illo, quod est incorruptibilis, inenarrabilis, immutabilis, cum sit semper in eo statu æternæ magnitudinis manens, in quo sit manens & ejus pater. Sed utique intelligimus quod sit, *sed semet ipsum exinanivit*: hoc est, cum sit similis atque æqualis patri filius, tamen quod & hominem se propter nostram salutem fieri voluerit. Cum itaque tu antichristum susceperis pro Christo, quia re vera ille fuerit, quando non fuerit; qua fronte adhuc es resistens Christianis, nisi illa qua solent & adulteræ pudicis? Ausus fuisti tentare, dominari velle Dei populo, subjicere velle Ecclesiam Dei tuo regno, divinam majestatem illius tantum metuentem tuo futili imperio; & hoc quidem fecisti quia nesciens sis scriptum esse de vobis tyrannis: [c] *Propter hoc indisciplinatæ animæ erraverunt: dum enim persuasum habent iniqui posse se dominari nationi sanctorum, vincti tenebrarum catenis & longa nocte compediti, inclusi sub tectis fugitivi*. Conspicis jam te esse inter illos Dei populi persecutores de quibus legisti, quod [d] *una catena tenebrarum sunt omnes colligati*. Iterum: [e] *Digni quidem illi carere lumine & pati carcerem tenebrarum, qui inclusos custodiunt filios tuos, per quos incipiebat incorruptum legis lumen vitæ omnibus dari*. An negabis Dei antistites te tenere in claustris? Et cum es detinens ne prædicemus certe Dei populo veritatem, cur nos retines in carcere? cur mittis ad exsilia? nisi quia sis metuens ne vos lupos Arianos rapaces, canes [3] rabidosos atque antichristos esse temporis nostri manifestemus sacris revelantibus scripturis: sacræ enim scripturæ probant vos ex actibus vestris non esse Dei servos, sed plane filios diaboli. Si enim non es unus ex illis, quos tales futuros sacræ clamant scripturæ, cum scriptum inveneris in CXXXI. Psalmo: [f] *Surge Domine in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tuæ: sacerdotes tui induantur justitiam;* cur damnari a nobis absentem voluisti? certe ad hoc ut justitiam qua nos induerat Dominus, amitteremus. Cum enim dicat, *Sacerdotes tui induantur justitiam*, & tu injustitiam nos urgeres facere; quid aliud essemus, si fecissemus quod tuæ malevolentiæ fuerat visum, nisi conscelerati tui, nisi totius iniquitatis fontes? hi scilicet, qui deponentes justitiæ officium, injustitiæ viam, ut tibi placeremus, essemus suscepturi. Persequeris Dei domum, Constanti, ignorans te ipsum Deum persequi in domo ejus: domus etenim Dei est Ecclesia, in qua est inhabitans Dominus, sicut scriptum est in eodem Psalmo: [g] *Elegit Dominus Sion, præelegit eam in habitationem sibi. Hæc requies mea in sæculum sæculi: heic habitabo, quoniam præelegi eam.*

XLIV. Cum hæc [4] itaque sint, temet puniri conspice, quando aliquem nostrorum ponis tuam te salutem persequi, quando sis Deo repugnans; non nos, in quos audias Deum dicere, quod enim dignetur requiescere. Tu ergo qui templa Domini tentas violare, nisi te converteris, eo dispereas genere, quo illi de quibus dicit David in Psalmo CXXXV. [h] *Qui percussit Ægyptum cum primitivis eorum: quoniam in sæculum misericordia ejus. Et eduxit Israel de medio eorum: quoniam in sæculum misericordia ejus. In manu forti & brachio excelso: quoniam in sæculum misericordia ejus. Qui divisit mare rubrum in divisionem: quoniam in sæculum misericordia ejus; Et transduxit Israel per medium ejus: quoniam in sæculum misericordia ejus: Et excussit Pharaonem & exercitum ejus in mare rubrum*. Qua de re hæc scripta invenio, nisi ut crederem, quia cum tu me premere tentares, Deus meus quod sic potuisset, nisi te convertisses, exstinguere, quomodo Pharaonem; & me quod sic fuisset erepturus de manibus tuis, quomodo & illos de Pharaonis potestate. Idcirco etenim dicit ad singulas virtutes, *quoniam in sæculum misericordia ejus*; ut mihi aperiret, quoniam Domini misericordia mecum sit semper permanens, qui ei tantum sim serviens: tecum vero esse non posse, quia videlicet inimicus illius sis, quomodo fuit & Pharao. Noluimus damnare absentem, noluimus in eum quem scimus innocentem, & in eum quem novimus catholicæ fidei prædicatorem, dare juxta desiderium tuum sententiam. Quare? quia nos Christiani in Deum porreximus spem nostram, non in te ac regnum tuum caducum. Noluimus de gloria regni tui nobis placere, qui gloriam consequuturi sumus, exspectantes ab eo, in quem solum confidendum esse atque sperandum docens, dicit David in Psalmo

a Sap. XII. 19. *b* Philipp. II. 6. 7. *c* Sap. XVII. 1. 2. *d* Ibid. ℣. 17. *e* Sap. XVIII. 4.
f Psalm. CXXXI. 8. 9. *g* Ibid. ℣℣. 13. 14. *h* Psalm. CXXXV. 10-15.

1. *Justum esse humanum*] In editis vitiose, ut videtur, *justum esse, & humanæ & bonæ spei*. Locum exegimus ad [...] XII. 19. ubi sic: ὅτι δεῖ τὸν δίκαιον εἶναι φιλάνθρωπον [...] g. conjunctionem interserit *justum esse & humanum*.

2. *Manifestaretis*] Antecedentia, *negetis*, *confiteamini*, postulant ut heic legamus cum Latinio, *manifestetis*.

3. *Rabidosos*] Forte *rabiosos*. Sed nihil muto.

4. *Itaque*] An *ita*?

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 368.

cxlv. [a] *Nolite confidere in principibus & in filiis hominum, in quibus non eſt ſalus. Exibit ſpiritus ejus, & revertetur in terram ſuam: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Beatus cujus Deus Jacob adjutor ejus,* [1] *& ſpes ejus in Domino Deo ipſius, qui fecit cælum & terram, mare & omnia quæ in eis. Qui cuſtodit veritatem in ſæculum, facit judicium injuriam patientibus.* Noluimus injuſte tecum perſequi juſtitiæ plenum fructibus; ne dum de te vindicta cœpiſſet conſequi, fuiſſet conſequuta etiam de nobis. Non fecimus quod injuſte præcepiſti nos implere, ne tecum veniremus ad illum locum, qui in Eccleſiaſtico deſcribitur: *Et Deus requiret eum qui perſecutionem patitur.* Et adhuc: [b] *Vidi ſub ſole locum judicii, illic impius:* [2] *& locum juſti, illic pius.*

XLV. Noluimus vobis conjungi hæreticis, noluimus tecum dare manus ad Dei impugnandam domum, noluimus tecum idololatriam ſuſcipere in contumeliam Dei, noluimus ſacrilegio tuo miſceri; ne & nos audire mereremur tecum illa, quæ ore Oſeæ prophetæ audient ſacerdotes, populus & rex Iſrael qui cuncti derelicto Deo ad idololatriam ſe contulerant: [c] *Audite hæc ſacerdotes, & attendite domus Iſrael, & domus regis intuemini: ad vos eſt judicium, quia* [3] *ut laqueum facti eſtis ad inſidiam, & ſicut retia extenſa ad aviarium venantis.* Apud Amos prophetam ſciebas utique ſcriptum, quando dediſti diſciplinam, exemplum damnandi ſcilicet innocentem: [d] *Qui fecit in excelſo judicium, & juſtitiam in terra poſuit.* Dei juſtitiæ violator, Michæam prophetam dixiſſe numquid ignorabas de Juda & eorum principibus? [e] *Non levaverunt ad Deum manus ſuas, & concupiebant agros, & diripiebant orphanos, & domum per potentiam invadebant, & diripiebant virum & domum ejus, virum & hereditatem ejus. Propter hoc hæc dicit Dominus:* [4] *Ecce ego cogito ſuper plebem hanc mala, ex quibus non levabitis cervices veſtras.* Sed tibi cum proſcribere digneris, deportare, mittere in carcerem, torquere, poſtremo interficere Dei cultores, nihil malorum repræſentabitur? Noluimus miſceri actibus tuis nefandis, ne tecum ad æternam damnati pœnam hæc audiremus, quæ dicuntur apud Michæam a Deo: [f] *Audite itaque hæc præpoſiti domus Jacob, & reſidui domus Iſrael, qui abominamini judicium, & omnia recta pervertitis:* [5] *qui ædificatis Sion & Hieruſalem in ſanguine & iniquitatibus. Judices ejus cum muneribus judicabant, & ſacerdotes ejus cum mercede reſpondebant, & prophetæ cum pecuniis divinabant, & in Domino requieſcebant, dicentes: Dominus in nobis eſt, & non venient in nos mala.* Non legeras adhuc apud iſtum ſanctiſſimum prophetam, ut damnari juberes virum Deo dicatum? [g] *In quo comprehendam Dominum; aſſumam Deum meum excelſum? Si comprehendam eum in holocauſtis* [6] *aut in*
A *vitulis anniculis? aut ſi ſuſcipiam Dominum in millia arietum, aut in decem millia hœdorum pinguium? aut dabo primogenita pro mea impietate, fructum ventris mei pro peccatis animæ meæ? Renuntiandum tibi eſt, homo, quid ſit bonum? aut quid Dominus exquiſivit a te aliud, niſi ut facias judicium & juſtitiam, & diligas miſericordiam, & paratus ſis ire cum Domino Deo tuo?* Nec apud Habacuc inveneras ſcriptum: [h] *Impius per potentiam oppreſſit juſtum;* ut ita ſceleratum fuiſſes aggreſſus opus, quod te apud Deum poſſet facere impium? Item infra non inveneras poſitum: [i] *Cur inſpicis ſuper contemtores? tacebis ob hoc, quod devoret impius juſtum?* Et idcirco nos videntes quia [7] tu impius juſtum devorare
B tentaveras virum, non ſolum non tacuimus male te agere, ſed nec tacebimus. Non enim alius es ab eo, propter quem dicitur: [k] *Placens, & contemtor, vir ſuperbus nihil proficiet, qui dilatavit ſicut infernus animam ſuam, & ipſe ut mors inſatiabilis:* non poterit dici quod non conveniat dici de te, ſi digneris mecum recordari ſcelera facinorum tuorum, & ſi funera tua non fueris tardus recenſere. Quis etenim alius noſtris diebus ſibi placens, contemtor, ſuperbus, nihil proficiens, qui dilataverit ſicut infernus animam ſuam, & qui æſtimari poſſit eſſe ut mors inſatiabilis, reperiri poteſt niſi tu?

XLVI. Sed conſpice nihil te poſſe proficere, dici
C tibi a Deo. Licet enim contemtor Dei præceptorum ſis, ejus licet religionem cupiens perſequi, eo uſque dilataveris animam tuam ad Dei mactandos cultores, ut toto in regno non digneris deſinere gregem vexando Domini; tamen nihil proficit omnis infeſtatio tua. Cuncti etenim quos perſequeris, Dei ſemper & ſunt & erunt ſervi. Tu vero, niſi tibi provideris, in æternum eris periturus: tibi placens, contemtor, ſuperbus, quia ſis dilatans animam tuam tamquam infernus ad nos devorandos pariter & abſorbendos, propterea quod male tibi agenti reſiſtamus, factus ut mors inſatiabilis furiis ageris in noſtram necem: adeo nequam es, Conſtanti, ut cum prophetam invenio dicere: [l] *O qui*
D *mihi fundat fundationem malam domui ſuæ, ut collocet in altum nidum ſuum;* tu mihi atque hereditas antichriſti cui faves, ante oculos obverſetur, cognoſcens conatus tuos illos ſacrilegos. Non enim poteſt dubitari te conatum & conari, ut toto in regno tuo poſſet fundari hæreſis tua, deſtrui vero fides catholica. Sed & cum audio dicatum Deo prophetam dicere: [m] *Væ qui ædificant civitatem in ſanguinibus, & præparant civitatem in iniquitatibus:* tu mihi eſſe videris, qui ſpeluncam latronum ſis per ſanguinis fuſionem ædificans, per necem Dei ſervorum. Aut negabis ſpeluncam latronum eſſe veſtrum malignum concilium Arianorum? Si non eſtis
E latrones, quomodo interficere invenimini Deo dicatos? Civitates in ſanguine qui ædificant, væ ha-

a Pſal. cxlv. 2-7. *b* Eccle. III. 16. *c* Oſeæ V. 1. *d* Amos V. 7. *e* Mich. II. 1-3. *f* Mich. III. 9-11. *g* Mich. vi. 6-8. *h* Hab. I. 4. *i* Ibid. ℣. 13. *k* Hab. II. 5. *l* Ibid. ℣. 9. *m* Ibid. ℣. 12.

1. *Et ſpes ejus*] Conjunctio redundare videtur. Deeſt profecto apud LXX. neque illam agnoſcit Vulgatus interpres.

2. *Et locum juſti, illic pius*] Ita ſane LXX. ex codd. Vat. & Alex. *Eccle.* III. 16. καὶ τόπον τοῦ δικαίου, ἐκεῖ ὁ εὐσεβής. Neque aliter legiſſe videtur in ſua Metaphraſi S. Gregorius Thaumaturgus, ut advertit Nobilius. Vide ſis tom. III. noſtræ bibl. PP. pag. 390. Idem tamen vir doctus obſervat, in pleriſque aliis codd. legi, ἐκεῖ ὁ ἀσεβής. Locum enimvero ſic reddit ſanctus Hieronymus: *Locum judicii ubi impietas, & locum juſtitiæ ubi iniquitas.*

3. *Ut laqueum*] *Laqueus* mallet Latinius. Sed hæc aliaque hujuſmodi haud ægre condonanda Lucifero.

4. *Ecce ego cogito ſuper plebem hanc*] Editi, *cognoſco ſuper plebem meam.* Num ita Lucifer? LXX. *Mich.* II. 3. Ἰδοὺ ἐγὼ λογίζομαι ἐπὶ τὴν φυλὴν ταύτην.

5. *Qui ædificatis — & iniquitatibus*] Nonnulla heic tranſpoſita eſſe videntur. Legit proinde Latinius: *Qui ædificatis Sion in ſanguine, & Hieruſalem in iniquitatibus.* Sic re vera LXX. *Mich.* III. 9.

6. *Aut in vit.*] Deeſt *aut* apud LXX. Mox vero ibidem, εἰ ἀνηγγέλη σοι; adeoque forte reponendum: *Renuntiatum tibi eſt.*

7. *Tu impius juſtum devorare tentaveras virum, non ſol.*] Ducti conjectura Latinii ſic locum reſtituimus, in editis ita depravatum: *Tu impius juſtum devorare tentaveras, verum non ſolum* cet.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

bent. Prudentissimus imperator non vidisti, væ tibi A posse esse, quia hæresim tuam per sanguinis Dei hominum fusionem putasti reædificandam? Dicit Spiritus sanctus per Sophoniam prophetam: [a] *Quærite Dominum*, [1] *omnes humiles terræ; judicium operamini & justitiam quærite, & respondete ea: sic ut tegamini in die iræ Domini*. Tu dicis, Damnate innocentem, estote mecum homicidæ, sacrilegi: an non hæc sunt, quæ nos facere præcipis? Imperasti damnari Domini sacerdotem, nec non imperasti Arianam perfidiam tenendam, rejiciendam vero fidem apud Nicæam conscriptam. Si hæc impleri mandasse te refragari non potes; conspice & homicidas & sacrilegos nos efficere voluisse. Dicit Deus: [b] *Et erit in illo die: Scrutinabo Hierusalem cum lucerna;* [2] *defendam super viros qui contemtores sunt, ne custodiant mandata:* & tu inquis, tua magis atque comblasphemorum tuorum custodienda? Quomodo poteramus damnare injuste justitiæ fructibus plenum Domini sacerdotem; cum videamus qualis comminatio fuerit oborta contra Judæorum præpositos, vel contra omnes eorum conscios qui hæc quæ agis egisse noscantur? [c] *O quæ erat splendida & redemta civitas columba, non exaudivit vocem, non percepit disciplinam, in Domino non confidit, & ad Deum suum non accessit. Principes ejus sicut leones fremunt: judices ejus sicut lupi Arabiæ, non subreliqui erunt in mane: prophetæ ejus spiritales, viri contemtores: sacerdotes ejus* [3] *contaminant sancta & impie agunt. Dominus autem justus est in medio ejus, & non faciet injuste.*

XLVII. Cum hæc ita se habeant, & nobis licitum minime sit injustum proferre judicium: superest autem unum te facias esse ex ejus servis, & discas judicium proferre; aut si semper Dei vis esse inter adversarios, judicium tuum solus prome injustum: desine nos cogere facere, quod fieri cernas divinitus prohibitum: desine jam criminari Athanasium vel nos, quod nos Dei destruamus domum; quando invenias apud Zachariam te atque contyrannos tuos esse descriptos; quod enim futuri essetis Dei hereditatis persecutores, vos quos dicit supra modum vobis usurpasse potestatem. Crudelitatem etenim narrans vestram dicit Dominus: [d] *Zelatus sum Hierusalem & Sion zelo magno: & ira magna ego irascor super gentes, quæ se superponunt vobis: propter quod ego iratus sum minima; ipsi autem compofuerunt se in mala.* Audes tenebrarum amator, execrator luminis, dicere, Damnate innocentem; cum dignetur præcipere nobis Deus per Zachariam dicens: [e] *Judicium justum judicate: & pietatem & misericordiam facite unusquisque ad fratrem suum, & viduam, & orphanum, & proselytum, & pauperem: & per potentiam nolite nocere, & malitiam unusquisque non reminiscatur fratris sui in corde suo.* Cum hæc sint mandata cælestia; tu cujus auctoritate dixisti, Laniate conservum vestrum?

Si Dei mandatis te protulisse hanc auctoritatem dixeris, non poteris probare; quoniam quidem inveniri non possit in sacris scripturis præceptum Dei, innocentem damnandum. Cum itaque ea feceris quæ lex prohibet Dei, constat te hanc auctoritatem ex voluntate illius protulisse, qui vocetur inimicus Dei. Unde & illis compareris necesse est, quibus dicitur per prophetam: [f] *Et dissuaserunt ne observarent, & dederunt dorsum stultitiæ: & aures suas & cor suum statuerunt insuasibile, ne obedirent: degravaverunt, ut non obedirent legem meam.* Et infra: [g] *Non exaudierunt: si clamabunt & non exaudiam eos, dicit Dominus omnipotens.* [h] *Animæqui estote: hæc sunt verba quæ facietis: loquimini veritatem unusquisque* B *ad proximum suum, & judicium pacificum & justum judicate in portis vestris: & unusquisque malitiam proximi sui nolite cogitare in cordibus vestris, & jusjurandum falsum nolite diligere: quoniam hæc omnia odi, dicit Dominus omnipotens.* Quid me cogis facere ea, quæ odio se habere dicit Dominus omnipotens?

XLVIII. Sed instruens Dominus de jejunio: [i] *Pacem*, inquit, *& veritatem diligite.* Quomodo pacis atque veritatis amatores esse poteramus, si innocentem falsis per te ac tuos criminibus prægravatum, tamquam reum puniremus? aut quæ erat pax, cum hæc faciendo etiam a pace Domini potuissemus re- C jici? Neque enim pax Domini dicentis, [k] *Pacem meam relinquo vobis, pacem meam do vobis*, relinqueretur ab eo in nobis, cum alio ipsi tulissemus injuste. Quis ignorat recedente disciplina, recedere & gratiam? Apud Malachiam dicit Deus: [l] *Filius honorificat patrem, & servus dominum suum. Et si pater sum ego, ubi est honor meus, dicit Dominus omnipotens?* Quem igitur timorem atque honorem Deo facturi eramus, si fecissemus quæ tu fieri mandasti? Illa enim tua præcepta & timorem & honorem Dei nituntur auferre dicatis ejus clementiæ. Sed & infra tuam specialiter operam manifestans, dicit: [m] *Exacerbastis Deum in verbis vestris, & dixistis: In qua re exacerbavimus eum? In eo quod dicatis: Omnis* D *qui facit malum, bonum est coram Deo, & in ipsis benedicet: & ubi est Deus justitiæ?* Propheta dicit, *Ubi est Deus justitiæ?* contra eos qui dicunt, *Qui facit malum, bonum est coram Deo, & in ipsis benedicet:* & tu das mandata, fundendum cruorem justorum; & adhuc dicis te Dei servum, cum sis ipsius dissipator legis? Justum est damnare absentem, & quidem innocentem, aut injustum? Si justum non est, [4] quia cogis facere nos eam rem per quam puniri mereamur a Deo? Tobias: [n] *Omnibus*, inquit, *diebus vitæ tuæ, fili, Deum in mente habe, & noli velle peccare, vel præterire præcepta illius. Justitiam fac omnibus diebus vitæ tuæ, & noli ambulare per viam iniquitatis; quoniam agente te ex veritate, erit re-* E *spectio operibus tuis, & omnibus qui faciunt justitiam.* Dic, Constanti: justitiam facit qui interficit

[a] Soph. II. 3. [b] Soph. I. 12. [c] Soph. III. 1-5. [d] Zach. I. 14. 15. [e] Zach. VII. 9. [f] Ibid. ꝟꝟ. 10. 11. [g] Ibid. ꝟ. 12. [h] Zach. VIII. 15-17. [i] Ibid. ꝟ. 19. [k] Joan. XVI. 27. [l] Malach. I. 6. [m] Malach. II. 17. [n] Tob. IV. 5. 6. sec. LXX.

1. *Et omnes humiles terræ*] Conjunctionem expunximus cum Latinio, juxta LXX. *Sophon.* II. 3. locumque integrum male habitum in editis, legitima interpunctione adhibita restituimus.

2. *Defendam*] Apud LXX. *Sophon.* I. 12. ἐκδικήσω. Hinc Latinius rescribit heic *ulciscar*. Sed nihil mutandum. Frequenter namque *defendere* pro *ulcisci* sumit etiam Vulgatus interpres. *Judith.* I. 12. *Tunc iratus Nabuchodonosor*, -- *juravit quod* DEFENDERET *se*. LXX. εἰ μὴν ἐκδικήσειν. Rursus ibid. II. 1. *Factum est verbum in domo Nabuchodonosor, ut* DEFENDERET *se*. LXX. ἐκδικῆσαι. Atque iterum ibid. IX. 2. *Domine Deus patris mei Simeon, qui dedisti illi gladium in* DEFENSIONEM *alienigenarum*. LXX. εἰς ἐκδίκησιν ἀλλογενῶν. De Jeroboamo, *Eccli.* XLVII. 31. *Et quæsivit omnes nequitias, usque dum perveniret ad illos* DEFENSIO. Gr. ἕως ἐκδίκησις ἦλθῃ ἐπ' αὐτούς. Addam & illud *Rom.* XII. 19. *Non vosmet ipsos* DEFENDENTES, *carissimi*. Gr. Μὴ ἑαυτοὺς ἐκδικοῦντες.

3. *Contaminant sancta*] Editi perperam, *contaminant se*. LXX. *Sophon.* III. 5. ἱερεῖς αὐτῆς βεβηλοῦσι τὰ ἅγια. Mendum ex litterarum compendio forte ortum.

4. *Quia cogis*] Latinius mallet *quare*. Sed nihil mutandum. Sæpe namque, ut observat Tilius, *quia* pro *cur* usurpat auctor.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



innocentes? qui servorum Dei fundit sanguinem? Si non facit justitiam, sed magis iniquitatem; restat ut te videas esse iniquitatis amatorem, atque omne iniquum fabricantem opus. Etenim cum justitiam nos in omni tempore facere hortetur sacra lex, & tu compellas facere injustitiam; quem te alium velis habeam nisi & injustitiæ amatorem & perpetratorem? *Omnibus*, inquit, *diebus vitæ tuæ, fili, Deum in mente habe;* cum eumdem reliqueris hærendo Arianis. [1] Nos etenim non eum derelinquimus, qui fidem tenemus apostolicam. Quomodo non præcepta ejus præteris, qui interficias servos ejus nomini majestatique dicatos; cum sis eos cogens derelinquere eum, & fieri conserpentes atque coapostatas tuos? Nos odio apud te laboramus, quia tibi vera dicamus, quia te vivere nobiscum velimus in æternum. Illos vero es diligens, qui ad te transitum fecerint: illos qui cum tibi primum [2] contradixerint, postea tamen servire nefariis meditationibus tuis, quam Dei parere præceptis maluerint, gaudens es quod eosdem tua calliditate illiciens ad suscipiendam perduxeris hæresim tuam, quod in omnibus eos habeas subjectos: illos quos jam pridem videras pro nihilo te ducere, quos cernebas calcare propter veritatem regni tui auctoritatem.

XLIX. Sed scire te volumus, non esse novum hoc factum, sed sæpe ita esse actum a perfidis atque inconsideratis, ab eis quos præscius futurorum ore sanctissimi Malachiæ præostenderit prophetæ: [a] *Gravastis adversum me consilia vestra, dicit Dominus omnipotens; & dixistis: In qua re detraximus de te? Quia dixistis: Vanum est omnis qui servit Deo: & quid amplius, quod custodivimus præcepta illius, & ambulavimus deprecantes ante conspectum Domini omnipotentis? Et nunc nos magnificamus alienos: & renovantur omnes facientes iniqua, & restiterunt Deo, & salvati sunt. Hæc detraxerunt qui timent Deum, unusquisque ad proximum suum. Et intendit Dominus, & exaudivit, & scripsit librum memorialem coram se timentibus Dominum, & metuentibus nomen suum: Et erunt mihi, dicit Dominus omnipotens, in die qua ego facio, in possessione; & eligam eos, quemadmodum eligit homo filium suum bene servientem sibi. Et conversi videbitis, quantum sit inter justum & injustum, inter servientem Deo & non servientem.* [b] *Quia ecce dies venit Domini ardens sicut clibanus, & uret eos: & erunt omnes alienigenæ, & omnes qui faciunt scelera ut sarmenta, & succedet eos dies Domini quæ venit, dicit Dominus omnipotens: & non derelinquetur ex eis radix, nec vitis.* Deum dicere hæc audiens, [3] quia adhuc in malis tuis esse digneris? Gaudere te etiam in hoc arbitror, quod cum prævaricatoribus, cum Deum derelinquentibus, illa percepturus sis ab eo. Væ tibi homicidæ atque sacrilego, quoniam nisi pœnitentiam factorum tuorum egeris, eris, ut nunc es, inter illos quos ore Esaiæ increpat Deus dicens: [c] *Væ gens peccatrix, populus plenus delictis, semen malignum, filii sine lege: dereliquistis Dominum, & exacerbastis sanctum Israel.* Eris semper unus ex illis, qui propter nequitias studiorum suorum principibus Sodomorum & populis Gomorrhæ comparantur, dum dicitur: [d] *Audite verbum Domini principes Sodomorum, attendite legem Dei plebs Gomorrhæ.* Cum illis eris nisi te correxeris, de quibus scriptum legisti: [e] *Si multiplicaveritis preces, non exaudiam vos: manus enim vestræ sanguine plenæ sunt.*

L. Væ tibi, Constanti, qui tantam Dei incurreris offensam, ut non videre potuisses, quid tibi fuisset cavendum. Cum enim dicat ore Esaiæ illis prophetarum sanctorum & omnium justorum interfectoribus; [f] *Lavamini, mundi estote, auferte malitias* [4] *ab animabus vestris ante oculos meos, desinite a malitiis vestris, discite bonum facere, inquirite judicium, eripite injuriam accipientem, judicate pupillo & justificate viduam:* ad hæc tu contra juberes trucidandos Dei cultores, ipsum deserendum Deum, suscipiendam vero idololatriam. Hoc fuit audisse Dei monita, & fuisse correctum? Qua de re istud cogis nos facere, nisi quia sis cupiens nos tecum gladio consumi? [g] *Et si volueritis, dicit Deus, & exaudieritis me, bona terræ edetis: si vero nolueritis, neque exaudieritis me, gladius vos comedet. Os enim Domini loquutum est ista.* Cui obtemperabimus, Deo ne hæc dicenti, an tibi ejus inimico? Deus dicit Judæis, ut jam derelinquerent errores suos, abjicerent malitias suas ex cordibus suis, discerent bonum facere, justum judicarent judicium: tu inquis, Damnate injuste. Qua de re istud suades me facere? nisi quia velis me effici illiusmodi hominem, quales sint illi, ad quos dixerit Deus: [h] *Vos autem*, dicit Deus, *quid succenditis vineam meam, & rapina pauperum in domibus vestris? Quid vos injuriam facitis populo, & faciem inopum confunditis?* Et tu ita hæc es faciens, ita cuncta gerens; quæ quia faciant, indignatur facientibus: tamquam placere te non posse sis sciens, nisi & Domini succendisses vineam, & rapinam pauperum constituisses intra domum tuam, & multis modis servis Dei irrogasses injurias. Aut dicere tentabis hæc omnia te non fecisse? Numquid non succendisti vineam Domini, quando coegisti eam jam non scire Dominum Abrahæ, Deum Isaac, Deum Jacob, Deum Apostolorum, Deum Prophetarum ac Martyrum, sed idololatriam per Arium inventam, per te vero exaltatam? Numquid non est rapina pauperum hæc Dei servorum Christianorum in domo tua, propter quos legisti scriptum: [i] *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum;* cum scias te proscripsisse resistentes sacrilegio tuo? Numquid dicere audebis, Non feci nec facio injuriam populo Dei? Et quis tantam aliquando fecit quantam tu, qui neque omnia genera tormentorum [5] inferendo desinis? Neque varie puniendum voluimus innocentem, tamquam reum punire, ne ista & nos percuteret sententia quæ ore adhuc prophetatur Isaiæ: [k] *Væ scribentibus nequitiam: scribentes enim nequitiam scribunt, declinantes judicium pauperum, & rapientes judicium egentium plebis meæ, ut sit illis vidua in rapinam, & pupillus in direptionem. Et quid facient in die visitationis? Tribulatio enim vobis a longe superveniet; & ad quem refugietis?*

a Malach. III. 13-18. *b* Malach. IV. 1. *c* Isa. I. 4. *d* Ibid. ℣. 10. *e* Ibid. ℣. 15. *f* Ibid. ℣℣. 16. 17. *g* Ibid. ℣℣. 19. 20. *h* Isa. III. 14. 15. *i* Matth. V. 3. *k* Isa. X. 1-3.

1. *Nos etenim*] Ita rescripsimus, postulante contextu. Editi, *Hi etenim*.

2. *Contradixerint*] Ita cum Latinio erratum editorum *contraxerint* sustulimus.

3. *Quia*] Pro *cur*, ut supra, pag. 175. not. 4.

4. *Ab animabus vestris*] LXX. *Isa.* I. 16. ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν. Vulgo mendose, *ab inimicis vestris*. Forte scripserit Lucifer *animis*: quod oculo caligante indoctus librarius scriptum putarit *inimicis*.

5. *Inferendo desinis*] Locum mutilum censet Latinius. Haud equidem existimarim. Sic enim loqui amat Lucifer; adeoque heic *inferendo* pro *inferre* ipse scripsisse putandus.

LI. Non [1] temperavimus tuo consilio venenato, cupientes confugere in omnibus tribulationibus nostris atque anxietatibus ad eum, ad quem confugerit ille justitiæ amator in omnibus probatione Job: non obedivimus præcepto tuo crudeli, quia voluerimus imitatores inveniri istius Dei servi Job dicentis: [a] *Liberavi pauperem de manu potentis: & orphano qui sine adjutorio erat, ego eram adjutor. Os autem viduæ me semper benedixit: justitiam enim eram vestitus, &* [2] *coopertus judicium: & eram oculus cæcorum, & pater infirmorum: iniquorum autem molas confregi, & a dentibus illorum rapinam abstuli.* Et infra: [b] *Positus sum in statera justitiæ, & scit Dominus simplicitatem meam: quoniam numquam pes meus exerravit a via recta, sed nec oculus meus conspexit.* Quæ est recta via, a qua se refert gloriosus Job non deorbitavisse? utique hæc, quæ nec innocentem interficit, nec alium scit Deum; quia nec scit nisi Deum Angelorum Archangelorumque, quem non posse nos sentis eripere de tua potestate. Quando enim dicis de fide beatæ Ecclesiæ, Si catholica est apud Niciam descripta fides, eripiat eos in quem crediderunt, de mea potestate: non habere utique virum ad eripiendum nos de manibus tuis, Deum dicis non posse te stare contra: asseris Ecclesiæ apostolicæ Deum non habere tantam potentiam, quæ possit tuam excludere virtutem. Quid enim aliud confitetur beata Ecclesiæ fides, nisi quia sit credens in Deum patrem, & in unicum filium ejus, natum ex innato & vero patre, & in sanctum Spiritum paracletum? Quid aliud confitetur fides catholicæ Ecclesiæ, nisi quia & Trinitas sit perfecta, & una sit [3] dealitas Patris & Filii & Spiritus sancti? Quid aliud confitetur beatæ Ecclesiæ fides, nisi quia neque pater susceperit hominem, neque Spiritus sanctus paracletus, sed unicus filius Dei? Quid aliud adstruit gloriosæ Ecclesiæ fides, nisi quia sit Dei unicus filius, immutabilis, inconvertibilis, inæstimabilis, immensus, æternus, sicuti sit, & cujus sit filius? Credidit sancta Ecclesia, unam potentiam habere, unicamque dominationem Patrem & Filium & Spiritum sanctum. Hanc fidem quam dicis hæreticam, & tuam adstruis catholicam, illam quæ dicat Deum non habere verum filium, quæ dicat fuisse quando non fuerit, quæ dicat factum ex nihilo; utique ex illis sensibus quibus Rabsaces dux Assyriorum regis exprobrabat Deum Abrahæ & Deum Isaac & Deum Jacob, dicens: [c] *Non vos seducat Ezechias, quia possit vos liberare de manibus regis Assyriorum Deus vester:* ita & tu dux antichristi dicis per tuos, Non vos seducant verba episcoporum vestrorum qui mihi contradicunt, quia vos liberare non potest fides quam illi prædicant. Licet enim sermonem varient, tamen res ad hoc perducitur ut constare possit, te sic nobis exprobrare Deum, quod impotens sit ad eripiendos nos, quomodo rex exprobrarit Assyriorum. [d] *Hæc dicit rex Assyriorum: Si vultis benedici, exite potius ad me, & manducabitis unusquisque fructum vestrum vineæ & ficus, & bibetis aquam de lacubus vestris, donec veniam & accipiam vos in terra tali, sicut est terra vestra, terra tritici & vini, & panis & vinearum. Non ergo vos seducat Ezechias, dicens: Deus vos liberabit.* Et infra: [e] *Quis liberabit Hierusalem de manu mea?* Sed quod contra talis esse monstratus es, dicit ore Esaiæ Deus ad Ezechiam: [f] *Non est quod paveas* A *a sermonibus istis quos audisti, quibus exprobraverunt me legati Assyriorum. Ecce mitto in eum spiritum: & audito nuntio revertetur in regionem suam, & cadet gladio in terra sua.* Illa nunc, Constanti, circa te stare cernimus pericula, nisi tibi feceris esse consultum, quæ circa illum steterint, qui dicebat: *Sic dicetis Ezechiæ regi Juda; Non te seducat Deus tuus, in quo confidis dicens: Non tradetur Hierusalem in manus regis Assyriorum.* Sic in periculis es tu, blaspheme, ut ille, & non vides: contra, nos Dei cultores videmus tutos defensosque stare incolumes. Unde tuti sumus ac defensi; nisi quia sanctam teneamus fidem, quam tenuerunt Patriarchæ, Prophetæ, Apostoli ac Martyres, hanc quam judicasti hæreti- B cam?

SÆCUL. IV
CIRCA
ANN. CHR.
368.

LII. Sed ut iterum ad Athanasium redeamus, in quo hanc persequeris sacram fidem: non timuisti, oro te, indignationem Domini contra illos prolatam, qui exprobrare tentaverunt Job justissimum, ut falsis criminibus peteres Dei antistitem? Non metuis etiam nunc, ne ad te dicat Deus, quæ dixit illi regi loquenti contra Job sanctissimum? [g] *Peccasti tu, & amici tui ambo. Nihil enim veri locuti estis coram me.* Interea sic vos Ariani superiores poteritis Athanasio inveniri nunc apud Deum, quomodo & illi tunc inventi sunt, qui Job exprobrabant. Utile est tibi, Constanti, ut C per Athanasium Domini sacerdotem pro facinoribus tuis sis supplex Deo, per ipsum dirigas vota tua, sicuti & illi per Job; per Athanasium sive per coepiscopos ejus des operam, salutarem consequi baptismum. Ceterum quo velitis vos torqueatis modo adversus Athanasium, vos de filiis esse invenimini, quippe hæretici, illius anguis colubri, refugæ, desertoris: Athanasius vero est Dei domesticus, ut fuit Job: est de filiis lucis, & ipsam tenens justitiæ viam, quam tenuit servus Dei Job: est ipse possidens fidem, unde & de filiis Athanasius Abrahæ est. Sic Dei filium confitetur Athanasius, ut confessus est Job: qui Job? unde de filiis Abrahæ? nisi quia sic crediderit, quomodo fuit D credens & Abraham? Si hæc ita se habere ignoras, percurre beatum Paullum Apostolum, non solum ad Romanos, sed ad Galatas; & invenies vera esse quæ defendam. Aut numquid, quia Job justi beatus Apostolus nominis specialiter non fecit mentionem, negabitur Job de filiis esse Abrahæ? Si non potest negari Job esse de filiis Israel, dubitari non potest, hinc illum tantum factum ac talem, quia crediderit in Deum, ut fuerit credens beatus Abraham; non enim operibus legis, sed per fidem justificari credentes revelat Apostolus [h]: neque enim illarum tentationum victoria ei fuisset reputata ad justitiam, nisi fuisset sic credens in Deum, ut crediderit Abraham: aut unde vinceret diabolum, nisi E quia fuisset credens in Deum patrem, & in unicum filium ejus, natum ex innato & vero patre, & in sanctum paracletum Spiritum? Aut si putas quia non ita est semper creditum, ut hodie credimus, proba beatos Apostolos ac Martyres potuisse superare concarnifices tuos, atque victo amico vestro diabolo consequi regna cælestia, nisi credentes in Patrem & in Filium & in Spiritum sanctum. Igitur si ita hi credendo vicerunt, qui post

a Job XXIX. 12-17. *b* Job XXXI. 6. 7. *c* Isa. XXXVI. 14. 15. *d* Ibid. ℣℣. 16-18. *e* Ibid. ℣. 20.
f Isa. XXXVII. 6. 7. *g* Job XLII. 7. *h* Rom. III. 20. 21. 28.

1. *Temperavimus*] Sic alibi sæpe auctor, pro *obtemperavimus*. Mox forte, *in* OMNI *probatione*.
2. *Coopertus judicium*] More Græcorum. LXX. *Job* XXIX. 14. *δικαιοσύνην δὲ ἐνδεδύκειν, ἠμφιεσάμην δὲ κρίμα.*
3. *Dealitas*] *Deitas*. TIL.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

Domini unici filii Dei adventum crediderunt; crede quia & ante adventum ejus, qui vicerunt diabolum, non aliter crediderunt, quam quomodo hodie credimus. Neque enim Daniel leones, & tres pueri vincerent ignes; niſi quia credentes fuiſſent, ut hodie credit Eccleſia. Inde denique Abrahæ fidem provocat Apoſtolus probans auctoritate uſus ſacrarum litteratum, ſic crediſſe Abraham, quomodo nunc fuerit credens Paullus: tunc vero ſe fuiſſe filium iræ erroneum, quando cum Judæis negabat unicum Dei filium.

LIII. Cum hæc ita ſint, obſecro te, ut jam contra Dei domum gerere pugnam deſinas, accipiaſque hortamenta cæleſtia, quæ te perducere poſſint ad conſequendam ſalutem perpetuam. Ore accipe quæ dicat ad vos Iſaiæ Deus: [a] *Audite me, qui perdidiſtis cor veſtrum, qui longe eſtis a juſtitia.* Aut ſi cor tuum tecum eſt, ſi non a juſtitia es longe, cur dicis nobis Dei ſacerdotibus, Damnate abſentem, punite innocentem? Si enim cor tuum non amiſiſti & juſtitiæ tenes viam, cur non retines ſcriptum: [b] *Cuſtodite judicium, facite juſtitiam: appropiavit enim ſalutare meum advenire, & miſericordia mea revelari. Beatus vir qui facit eam, & homo qui amplectitur eam, ſabbata mea non violare, cuſtodiens manus ſuas ne faciat injuſtitias.* Et iterum: [c] *Non eſt gaudere impiis, dicit Dominus. Exclama in virtute, ne* C *parcas: ſicut tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo peccata ſua, & domui Jacob iniquitates ſuas. Me de die in diem quærunt, & ſcire vias meas volunt, tamquam populus qui juſtitiam fecerit, & judicium Dei non dereliquerit. Petunt a me nunc judicium, & appropiare Deo deſiderant.* Quam, infelix, ſpem habere potes niſi pœnitentiam malorum tuorum factorum egeris, cum audias Deum dicere, *Non eſt gaudere impiis?* Aut negabis te impium Dei cultorem, cum te non neges fuſorem ſanguinis? Deinde ſi tempore jejuniorum ſubditos quia percuſſerint pugnis, & aliis injuriarum generibus læſerint, contra eos hujuſmodi increpationes protulit Deus: qualem contra nos D protuliſſet, ſi contra præcepta divinæ magnitudinis ejus damnaremus inauditum, abſentem, & quidem innocentem? [d] *Nec ſi flectas ut circulum cervicem tuam, & cilicium & cinerem ſubſternas, nec ſic vocabitis jejunium acceptum.* Cernimus per hanc comminationem quanta eſſe poſſit adverſus nos Dei ira, ſi innocentem damnaremus. Si enim tempore jejuniorum pugnis ſubditos nobis percuſſerimus, taliter indignatur Dominus; quanto magis ſi ejus cultores mactaverimus? Si pugnis non licet percutere ſubditos tempore jejuniorum; poterit licere quovis tempore gladio percutere conſacerdotem meum? [e] *Non tale jejunium elegi, dicit Dominus; ſed* [1] *ſolve omnem nodum iniquitatis, ſed ſolve obli-* E *gationes violentorum contractorum, dimitte confractos in remiſſionem, & omnem conſcriptionem iniquam diſrumpe: frange eſurienti panem tuum, & egenos qui ſine tecto ſunt, induc in domum tuam:* A *ſi videris nudum operi, & domeſticos ſeminis tui noli deſpicere.*

LIV. Quam tenes rex prudentiſſime ſpem, cum hæc omnia verteris in contrarium? Quomodo enim omnem nodum ſolviſti iniquitatis, cum ſive in incredulitate tua, qualem te inſtitueris adverſum nos, ſis talis permanens, & magis magiſque ſis creſcens in malevolentia tua ad nos diſperdendos; ſive in blaſphemia tua auctor ſacrilegii creveris, magis etiam edicto blaſphemiam tuam, catholicam eſſe adſerendo fidem; more ſcilicet meretricum, quæ primo clam ſcortentur, poſtea vero ita ſint inverecundæ, ita amittentes pudicitiæ decus, ut velint B ſcortari in propatulis? Quomodo diſſolviſti omnem nodum iniquitatis, cum contra beatum Athanaſium, ſuſceptum ante annos furorem adhuc ita retineas, ut velis ejus fundi cruorem? Quomodo dimiſiſti confractos in requiem, cum torquendo varie non deſinas ſervos Dei? Et quomodo dimiſiſti contractos in requiem, quando videas carceres, metalla, exſilia, vix jam capere poſſe Chriſtianorum numerum per te damnatorum? Quomodo etiamſi fregeris eſurientibus panem tuum, acceptum habebit Dominus, cum ſervos fame neces dicatos ejus æternitati? Quomodo ſi inducas egenos ſine tecto in domum tuam, reſpicere dignabitur ſuper opus tuum Deus; cum videat ſervos ſuæ claritatis rejectos de domibus privatis, propterea exſules factos, quod noluerint ſuſcipere idololatriam tuam per Arium inſtitutam? Quomodo ſi nudos texeris, poteris Deo placere; cum ſervis ipſius patrimonia tuleris, & dixeris, Si damnaveritis fidem apoſtolicam atque Arianam ſuſceperitis, cuncta veſtra recipietis? Sane [2] unum de his omnibus Domini ſacris mandatis inveneris implere? Quod enim domeſticos ſeminis tui non deſpicias, non deſpicis re vera conviperinos tuos Arianos, natos videlicet de [3] impuderato patre veſtro diabolo: diligis fratres tuos, quia hos videas tibi proximiores; hos amas ſingulari affectu, his cunctam gloriam regni tui exhibes, hos ſocios atque participes ad Dei delendam hereditatem in tuo regno habes; illos feciſti locupletes, illos extuliſti ſupra omnes conſtitutos in ſublimitate: hoc eſt eos, qui ſe veſtris miſcere cenſuerunt tenebris. Igitur cum ſis hæc agens quæ odio habeat Deus, quomodo arbitraris te audiri poſſe a Deo; aut ſi feceris eleemoſynam, poſſe tibi ferri accepto? cum audias dicere: [f] *Tunc orietur matutinum lumen tuum, & ſanitas tua cito orietur, & præcedet ante te juſtitia, & majeſtas Dei circumdabit te. Tunc clamabis, & Deus exaudiet te: adhuc loquenti tibi dicet, Ecce adſum.*

LV. Aliquid te eorum poſſe conſequi arbitraris, quandoquidem non ortum tibi fuerit matutinum lumen, ſed tenebræ inextricabiles obſederint animum tuum, atque pertexerint errorum [4] caligines? Quæ ſanitas tibi oborta eſt, cum ſis poſitus in omni vulnere mortis, cum quotidie augmenta

a Iſa. XLVI. 12. ſec. LXX. *b* Iſa. LVI. 1. 2. 4. *c* Iſa. LVII. 21. LVIII. 1. 2. *d* Iſa. LVIII. 5. *e* Ibid. ℣℣. 6. 7. *f* Ibid. ℣℣. 8. 9.

1. *Sed ſolve omnem nodum iniquitatis*] Monente Cotelerio *Monum. eccl. Gr.* tom. II. pag. 690. hæc reſtituimus Lucifero, qui eumdem Iſaiæ locum §. ſeq. ſic integrum refert. Librarius, vel forte typographus, ob repetitum *ſed ſolve*, illa omiſiſſe videtur.

2. *Sane unum — implere*] Perplacet Latiniana hujus loci reſtitutio: AN NE *unum de his omnibus Domini ſacris mandatis* INVENIRIS *implere?*

3. *Impuderato*] Ita princeps Tiliana editio. Lugdunenſes, prout interpretatus fuerat Tilius, edidere *impudente*: quod non probandum videtur. Paſſim enim inſolentibus vocibus utitur Lucifer. Vide ſis Cangium in *Gloſſario*, v. IMPUDERATUS. Ceterum Conſalvus Poncius apud Latinium legit *inviperatus*, ob præcedens nimirum *conviperinos*. Sed nihil equidem mutarim.

4. *Caligines*] Latinius *caligine*. At ab editis non diſceſſerim.



parias vulneribus tuis, cum dans operam sis, quo A possis penitus temet exstinguere? Nobis etenim non aliunde est sanitas, nisi primo in loco quia crediderimus, ut crediderunt Patriarchæ, Prophetæ, Apostoli ac Martyres. Quomodo potest te præcedere justitia, cum totus in injustitia sis permanens: cum sentina sis Ariani dogmatis? cum Christianorum sis fusor sanguinis? Quomodo te majestas Dei circumdabit; cum expugnans ipsam majestatem sis, quam derelinquens, idololatriam Ariani dogmatis suscipere censueris? Quomodo tunc clamabis, & Deus exaudiet te, adhuc loquenti tibi dicet, Ego adsum; cum sis negans Deum Patrem, negans unicum Filium ejus, negans sanctum paracletum Spiritum? Quomodo aut exaudire te poterit, aut di- B cere tibi, *Ecce adsum*; cum vertis, quantum apud te est, ejus religionem? cum ejus antistites catholicos removeris, & hæreticos constitueris? Quomodo te exaudiet, quem calcandum putasti modis omnibus; nisi pœnitentiam malorum factorum egeris; nisi vias tuas nefarias deserens, sanctæ Ecclesiæ justum iter comprehenderis? Tunc utique hæc promissa Dei consequi poteris. Scriptum est enim propter eos, qui corde ex toto se se ad Deum converterint: [a] *Hæc dicit Excelsus, in excelsis habitans, in æternum sanctus in sanctis, nomen ei Dominus altissimus, in sanctis requiescens & pusillanimis, dans animæ æquitatem, & dans vindictam contribulatis corde: Non in æternum irascar* C *vobis, nec semper vindictam de vobis exigam*. Sed quibus hoc dicit? nempe eis qui se converterint per satisfactionem ad delicta sua delenda. Unde &: [b] *Non tale jejunium elegi, dicit Dominus: sed solve omnem nodum iniquitatis, sed solve obligationes violentorum contractorum, dimitte confractos in remissionem, & omnem conscriptionem iniquam disrumpe: frange esurienti panem tuum, & pauperes qui sine tecto sunt, induc in domum tuam: si videris nudum operi, & domesticos seminis tui non despicies. Tunc orietur matutinum lumen tuum, & sanitas tua cito orietur: & præcedet ante te justitia, & majestas Dei circumdabit te. Tunc clamabis, & Deus exaudiet te, & adhuc loquenti tibi dicet, Ecce adsum.*

LVI. Aderit tibi Deus, si primo credas in eum; deinde ad hæc verteris temet, quæ etiam infra dicit implenda: [c] *Si auferas a te vinculum iniquitatis & obligationis, & verbum murmurationis, & dederis esurienti panem tuum ex animo, & animam humiliatam satiaveris. Tunc orietur in tenebris lumen tibi, & tenebræ tibi ut meridies erunt: & erit Deus tuus tecum semper: & repleberis sicut desiderat anima tua: & omnia ossa tua pinguescent: & erunt sicut hortus ebrius, & sicut fons cui non deficit aqua*. Hæc, ut jam dictum est, consequi poteris, si te ad Ecclesiam conferas, si coarianos tuos vites, si illam malignorum congregationem vestram odire digneris. Tunc erit Deus tecum semper, tunc in tenebris orietur lumen tibi, tunc tenebræ tibi ut meridies erunt, tunc in bonis dirigetur iter tuum. Ceterum si in hac pervicacia manseris, si in hac crudelitate ut servos ejus crucies; non tecum Deus erit, sed ille qui & hodie esse in vestro cœtu Arianorum invenitur, hoc est, diabolus. Ista etenim quæ agere dignaris, non sunt Dei, sed diaboli. Si opera sunt illa Dei, ut proscribas certos, quod aut Athanasium antistitem Dei non damnaverint innocentem, aut quod non cohæretico tuo Georgio communicaverint, aut quod se dicant Cristianos, quod nolint effici coapostatæ tui; possunt sane [1] æstimare, si illa opera Deo sint placita. Item si eleemosyna est ista quam de lacrymis das alienis, de eorum bonis qui deportari, interfici proscribique maluerint a te, quam aut innocentem damnare, aut negare unicum Dei filium; in quem credentes sciebant glorificatos Abraham, Isaac & Jacob, & omnes Prophetas, Apostolos ac Martyres, quorum te fieri socium atque omnibus participem me cupere; mea circa te hæc esse vota, ille est testis qui nobis tribuere hoc potens est.

a Isa. LVII. 15. 16. *b* Isa. LVIII. 6-9. *c* Ibid. ℣℣. 9-11.

1. *Æstimare*] Num *æstimari* cum Latinio?

L U C I F E R I

EPISCOPI CARALITANI,

AD CONSTANTIUM IMPERATOREM

PRO SANCTO ATHANASIO.

L I B E R II.

I. Audes ad Deo dicatos tendere, Constanti, D manus ad eos vexandos, quorum felicitatem declarat Apostolus dicens: [a] *Scimus autem quoniam diligentibus Dominum omnia procedunt in bonum, his qui secundum propositum vocati sunt, quos præsciit & prædestinavit conformes fieri imagini filii ejus*. Procedunt quidem nobis in bonum tuæ persecutiones: sed adverte per Jeremiam quæ vobis persecutoribus promittat Deus dicens: [b] *Sanctus Israel Domino: initium generationum ejus: omnes qui edunt eum, pænitebunt: mala inducam super eos, dicit Dominus*. Venient super te mala quæ tibi promittit Deus, Constanti, nisi temet correxeris; sicut venerunt super illum populum carnalem comblasphemum tuum, ad quem dicitur: [c] *Tu malignatus es ut coinquinares vias tuas, & in manibus tuis inventus est sanguis animarum innocentium*. Eris in æternum inter Dei inimicos,

a Rom. VIII. 28-30. *b* Jer. II. 3. *c* Ibid. ℣℣. 33. 34. sec. LXX.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



nisi audieris ejus sanctam dicentis admonitionem: [a] *Si emendantes emendaveritis vias vestras & cogitationes vestras, & facientes feceritis judicium inter virum & proximum ejus & proselytum & pauperem, & viduam non potentabitis, sanguinem innocentis non effuderitis in hoc loco, & post alienos deos non abibitis*. Emendabis vias tuas, si jam desinas persequi Dei servos; si te Christianum fueris confessus, & esse Arianum negaveris; si filium Dei, verum Dei filium credideris; si anathema feceris dicentes, Erat quando non erat, & factus est ex nihilo: mutabis vias tuas, si pœnitueris pro homicidiis [1] proque sacrilegio tuo; alioquin eris ut nunc es, ex illis in quorum exprobrationem dicitur a Deo: [b] *Numquid spelunca latronum est domus mea, in qua vocatum est nomen meum?* Quos vis esse Dei domum, vos ne Arianos, an nos Christianos? Si enim vestra maligna congregatio est domus Dei, ergo latronum congregatio est domus Dei. Vos etenim fundendo sanguinem Dei servorum, ut tunc fundebant Judæi, inspicimini esse latrones. Ex fructibus tuis, imperator Constanti, non esse Christianus, sed plane manceps latronum cognosceris. Præcipis denique innocentes interimi, habitans scilicet non in Ecclesia Domini, sed in spelunca latronum: non desinis interficere eos, quos videas interfici paratos pro unici Dei filii claritate, pro æterna illius majestate. Noluimus ad falsas suggestiones tuas dare contra virum justum sententiam, ne & nos percuteret tecum & cum Judæis ista Domini increpatio: [c] *Extendit linguam suam sicut arcum in falso, & fides non invaluit super terram, quia de malis mala exierunt, & me nescierunt*. Tu, qui falsorum es criminum concinnator pariter & amator, tu Dominum nesciens [2] nisi te correxeris, ut es, unus eris ex illis, de quibus scriptum legisti: [d] *Veritatem non loquuntur. Didicit lingua eorum loqui mendacium: reverti noluerunt, & non obreliquerunt usuram super usuram, dolum super dolum: noluerunt me nosse, dicit Dominus. Propter hæc, hoc dicit Dominus: Ecce ego comburo eos, & probabo eos, quia sic faciam a facie malignitatis filiæ populi mei. Sagitta vulnerans lingua eorum: maligna verba oris eorum: proximo suo loquitur pacifica, & in semet ipsum detinet inimicitiam. Numquid in his non visitabo, dicit Dominus, aut in gentem talem non vindicabit anima mea?*

II. Eripe te, Constanti, a fovea Arianæ dementiæ, ne des æternas pœnas cum consacrilegis tuis: noli gloriari tibi de caduca tua dignitate: considera te mortalem: quia aliter non possis consequi immortalitatem, nisi Deum agnoveris & ejus feceris voluntatem; sicut scriptum est: [e] *Hæc dicit Dominus: Non glorietur sapiens in sua sapientia, & non glorietur fortis in fortitudine sua, nec glorietur dives in divitiis suis; sed in hoc glorietur qui gloriatur, inquirere me & intelligere, & scire in Deum gloriari: quia ego sum Dominus qui facio misericordiam & judicium super terram: quia in his est voluntas mea, dicit Dominus*. Cum igitur videas in his esse voluntatem Domini; quomodo hæc quæ amare se dicit Dominus, perosa habere dignaris? *In hoc*, inquit, *glorietur qui gloriatur, inquirere me & intelligere, & scire in Deum gloriari*. Quomodo poteris te dicere nunc in Deum gloriari? Quomodo poteris requirere, te illum adstruere, cum sis provocans omnes cultores ejus majestatis ad deferendam fidem Apostolorum, ad blasphemiam dogmatis vestri suscipiendam? *In hoc glorietur qui gloriatur, inquirere me & intelligere, & scire in Deum gloriari: quia ego sum Dominus qui facio misericordiam & judicium & justitiam super terram: quia in his est voluntas mea, dicit Dominus*. Cum itaque judicium vis injustum a Dei proferri sacerdotibus, cum sis fusor innocentium sanguinis; non es ejus servus qui hæc ore loqui dignatus sit prophetæ, sed plane es illius famulus qui repleverit cor Cain, ut justum puerum primum cultorem interficeret Domini. Hinc est quod cum sis tanta in sublimitate positus; unus tamen ex his esse inveniaris, de quibus Dominum locutum in Evangelio legisti: [f] *Vos de diabolo patre nati estis, & concupiscentiam patris vestri facere vultis: ille enim homicida fuit ab initio, & in veritate non stetit*. Es mendax & homicida: mendax, quia crimina falsa objicias Dei servo Athanasio; mendax, quia hæreticam fidem dicas catholicam, & catholicam dicas hæreticam: homicida, quia & sanguinem persequeris Athanasii, & jam interfeceris certum numerum Dei cultorum. Non stetisti sine dubio in veritate, quia sis hæc gerens; sed es totus in mendacio constitutus, quia & mendax sit pater tuus, qui te cogit ad unicum negandum Dei filium, qui te impellit ad ejus servorum effundendum cruorem.

III. Noluimus damnare absentem, noluimus in innocentem ferre sententiam, noluimus hæresim suscipere tuam; ne facti tibi similes mereremur audire, quæ audiunt coerratici tui Judæi, in quorum opprobrium colligimus per Jeremiam dictum: [g] *Omnes gentes sine circumcisione sunt, & omnis domus Israel sine circumcisione sunt cordis*. Es atque eris, nisi te nobis tradideris, inter illos quos contra clamat Spiritus sanctus ex persona nostri populi ad Deum dicens: [h] *Scio Domine, quoniam non sunt hominis viæ ejus, neque vir ibit & corriget cogitationem suam. Doce nos Domine; sed in judicio, & non in ira, ne paucos nos facias: effunde iram tuam super gentes quæ nesciunt te, & super regna quæ nomen tuum non invocaverunt; quia comederunt Jacob & consumserunt illum, & pascua ejus exterminaverunt*. Conspicis te unum esse ex illis, contra quos dicit Dei spiritus ex persona populi nostri: respicis, nisi te converteris, quod ira Domini in te alienigenam, in te regem; quia non solum non invocaveris nomen Domini, sed adhuc fueris persecutus, sit ventura. Nam & cum dicit, *Quia comederunt Jacob & consumserunt eum, & pascua ejus desolaverunt*: quis reperiri potest esse inter contyrannos tuos principes hujus pascuæ exterminator, nisi tu quidem, qui nec laniando Dei destiteris servos, nec blasphemias tuas toto in regno seminans tuo? Exterminare etenim te populi Dei pascuam conatum non poterit dubitari, quando ejus pastores tuleris, de quibus, sicut sæpe diximus, per Jeremiam dixerit Deus: [i] *Et dabo vobis pastores secundum cor*

a Jer. VII. 5. 6. *b* Ibid. ℣. 11. *c* Jer. IX. 3. *d* Ibid. ℣℣. 5-9. sec. LXX. *e* Ibid. ℣℣. 23. 24. *f* Joan. VIII. 44. *g* Jer. IX. 26. *h* Jer. X. 23-25. *i* Jer. III. 15.

1. *Proque sacrilegio tuo*] Ita rescripsimus, Latinio præeunte. Editi, repugnante contextu, *pro homicidiis: pro quo sacrilegio tuo, alioquin* cet. Restitutionem confirmat infra §. XXIX. circa medium ipsemet Lucifer, qui eadem verba sic repetit: *Interea sic te infelicem traditum satanæ* PRO HOMICIDIIS PROQUE SACRILEGIO TUO *debes scire*, cet.

2. *Nisi te correxeris, ut es, unus eris ex illis*] Editi, *ut es unus*. Al. delent, *ut es*, leguntque: *Nisi te correxeris, eris unus ex illis*.

meum, *& pascent vos pascentes cum disciplina*: & A statueris hæreticos; aliis vero catholicis imponi feceris modum, ut si in votis gererent in suis considere sedibus, non auderent fidem prædicare apostolicam; non tentarent, te hæresis Arianæ defensore degente in corpore, evangelicam traditionem populis insinuare. Hæc est caussa, quæ te probat pascuam Dei populi exterminare tentasse. Omnis etenim sagina animarum Christianarum non est nisi credere, quomodo & crediderunt Patriarchæ, Prophetæ, Apostoli ac Martyres: deinde omnem facere justitiam. Tu contra, cum & fidem tollere volueris de cordibus populorum Dei, & perfidiam tuam inserere: cum [1] injustitiam, Dei vis in Ecclesia fieri, ut absens & innocens damnetur a justitiæ sectatoribus, B & per sacerdotes puniatur consacerdos eorum catholicus ad tuam hæreticam suggestionem: quomodo videri poteris non esse exterminator pascuæ dominici gregis, quando nostra pascua, non sit nisi cælestis doctrina? *Si vis*, inquit Dominus [a], *ad vitam venire, serva mandata*. Et iterum: [b] *Si feceritis quæ mando vobis, jam non dico vos servos, sed amicos*.

IV. Cum hæc ita sint, debes tu ad te purgandum dare præcepta dominica, quæ jusserint innocentem catholicum episcopum, te hæretico interea imperatore accusante, debere interfici a consacerdotibus suis. Fortassis etenim tentabis isto in loco di- C cere, non te pascuam dominici gregis exterminare conatum: si nullum Domini præceptum illiusmodi quale prolatum est, a te poteris proferre; superest ut cordis illi tui oculi blasphemia cæcati Arii, patefacti per Dei servos hanc increpationem videant, omnia te fecisse quæ tibi objecimus. Negare non poteris, talem te præbere circa nos, qualem se præbuerit Herodes ille, cui & in carnificinæ rabie & in sacrilegio & in regali dignitate esse inveniris collega, circa illos quos in Evangelio legimus propter Deum Dei filium interfectos parvulos. Invenisti utique scriptam crudelitatem Herodis quam nunc tu dignaris exhibere, apud Matthæum Evangelistam: [c] *Tunc Herodes cum videret quia delusus* D *est a Magis, iratus est vehementer. Et misit occidere omnes infantes in Bethlehem, & in omnibus finibus ejus, a bimatu & infra, secundum tempus quod exquisierat a Magis*. Minime adhuc fortassis conspicis sic te injuste contra nos Dei cultores motum, ut contra illos parvulos fuerit motus Herodes. Cur nobis dignaris esse infestus? Nempe quia fateamur nos Christianos, qui non damnaverimus justum falsis a te prægravatum criminibus. Quibus rebus quisnam sis, ex beati Baptistæ Joannis responsis poteris perpendere, & temet reconciliare Deo per pœnitentiam: [d] *Progenies viperarum, quis demonstravit vobis fugere ab ira superventura? Facite ergo dignum pœnitentiæ fructum, & nolite præferre* E *vos dicentes: Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quod potens sit Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Jam enim ad radices arborum posita est securis. Omnis enim arbor quæ non facit fructum bonum, exciditur, & in ignem mittitur*.

V. Quid sentis ad hæc? Debuimus damnare innocentem, debuimus dare contra absentem & inauditum sententiam? Et quomodo cum hoc fecissemus, potueramus reperiri Christiani; cum illos qui possint esse Christiani, hortatus fuerit beatissimus Joannes, ut dignum fructum fecissent pœnitentiæ? Illi qui necdum comprehenderant viam justitiæ, comprehendere cogebantur: nos qui jam tenemus, urgebamur atque urgemur a te illud occupare iter iniquitatis, in quo positi noscantur Judæi. Quid igitur nobis posset accidere, si vipereis tuis depasti fuissemus consiliis, nisi ut ex Christianis fuissemus viperæ progenies effecti? Cur hæc fieri mandasti, nisi quia conserpentes nos tuos effici cupiveris tu? qui cum scias dixisse Dominum in Evangelio: [e] *Beati qui esuriunt & sitiunt justitiam, quia ipsi saturabuntur. Beati misericordes, quia ipsi misericordiam consequentur*; [2] & tamen dixeris, necandum innocentem. Quomodo etenim beatus potero esse, si damnavero virum justum; si rejiciens sitim justitiæ, concepero ardorem injustitiæ? Quomodo propter fructus justitiæ saturabor a Deo, cum opus hoc injustum faciat me Cain fratricidam? Quomodo iterum potero inter misericordes fructibus misericordiæ locupletatos regnum consequi cæleste; cum, si interfecero juxta desideria tua Dei servum, inveniar non misericors, sed crudelis atque sceleratus, quippe homicida? Cum, si cum ego immisericors fuerim circa fratrem meum, sic sit & circa me futurus ille misericordiæ amator, ille justitiæ exactor, qui dicit: *Beati qui esuriunt & sitiunt justitiam, quia ipsi saturabuntur. Beati misericordes, quia ipsi misericordiam consequentur*. [f] *Quicumque*, dicit Dominus, *solverit unum ex mandatis his minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cælorum*. Et dicis, Constanti, ut quicumque non fuderit sanguinem innocentis, non potest regnum consequi cælorum?

VI. Dic, sanctissime, in quo abundare poterit Christianorum justitia, plus quam scribarum & pharisæorum: si eum, quem tu, quod se Christianum dicat, quod nolit fieri Arianus, persequeris, interfecerimus? In quo essemus potiores scribis & pharisæis, si exstitissemus tecum negatores unici Dei filii; si, ut illi repudiant, tecum repudiaremus evangelicam fidem, destruxissemusque apostolicam traditionem? [3] Ne dixisse memineras Dominum: [g] *Audistis quia dictum est antiquis, Non occides: quicumque autem occiderit, reus erit judicio. Ego autem dico vobis quod omnis qui irascitur fratri suo sine caussa, reus erit judicio*: ut hæc fieri imperares? Si iratus fuero sine caussa fratri meo, si dixero ei, *fatue*; reum me dicit futurum unicus Dei filius in gehennam: [4] & imperator Constanti, si fudero cruorem innocentis, dicis, requiem æternam possessurum: nec retinere potuisti, quando meditabaris interfici oportuisse Athanasium, sub quali conditione munera jusserit offerri Dominus? [h] *Si igitur offers munus tuum ad altare, & ibi rememoratus fueris, quod habeas aliquid cum fratre tuo: pone munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc reversus offer munus tuum*. Quid fuerat operatus malorum Athanasius, ut hæc transgressus præcepta interfici eum mandares? nempe hoc, quod se Christianum dixerit, aut dicat. Aliud etenim nihil est quod exsecraris, atque es punire cupiens in Athanasio. Non memineras præcepisse Dominum etiam inimicos diligendos, ut eum quem neque in te neque in Deum scires peccasse, tam acerrime fuisses persecutus? [i] *Audistis quia dictum*

a Matth. XIX. 17. b Joan. XV. 15. c Matth. II. 16. d Matth. III. 7-10. e Matth. V. 6. 7.
f Ibid. ℣. 19. g Ibid. ℣℣. 21. 22. h Ibid. ℣℣. 23. 24. i Ibid. ℣℣. 43-48.

1. *Injustitiam*] Editi perperam, *justitia*.
2. *Et tamen*] Forte, *tu tamen*.
3. *Ne dix.*] Forte *An ne*, vel *Nonne*, vel *Nec*.
4. *Et imp.*] Forte, *& tu*, *imp.*

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



eſt: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis: Diligite inimicos veſtros, & benedicite maledicentes vos, & benefacite eis qui perſequuntur vos, & orate pro eis qui vos perſequuntur: ut ſitis filii patris veſtri qui eſt in cælis, qui ſolis ortum exhibet ſuper bonos & malos, & pluit ſuper juſtos & injuſtos. Si enim dilexeritis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nonne & publicani iſta faciunt? Et ſi ſalutatis amicos veſtros tantum, quid plus facitis? nonne & gentiles id ipſum faciunt? Eritis ergo & vos perfecti, ſicut & pater veſter qui eſt in cælis, perfectus eſt.

A *quæ non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur: ex fructibus enim eorum cognoſcetis eos. Non omnis qui mihi dicit, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum: ſed qui facit voluntatem patris mei.* Si voluntatem patris unici Dei filii facis; quomodo fit ut ejus filium neges unigenitum, ut ipſum patrem dicas non eſſe verum patrem, ut fundamenta per Apoſtolos coneris deſtruere jacta, ut interficeres atque interficias cultores ejus, ut antiſtites ipſius de populis pelleres ſibi commiſſis, ut abſentem & inauditum damnari juberes, ut hæreſim tuam quæ unam blaſphemat divinitatem Patris & Filii & Spiritus ſancti, in Eccleſiam introduceres?

VII. Diligendos mandat etiam inimicos Dominus: & tu nos perſequeris quod innocentis Domini ſacerdotis cruorem non tecum fuderimus? Divina clamat vox dicens: [a] *In quo judicio judicaveritis, & de vobis judicabitur: & in qua menſura menſi fueritis, in eadem remetietur vobis:* & tu dicis, Jugulate quem deliquiſſe ignoratis? Fontem malorum cum te eſſe memineris, fuiſti tamen auſus de eo quem ſciebas falſe petitum a vobis, dicere: Reus eſt mortis. Adeo es excors, Conſtanti Auguſte, ut nec dictum illud Domini, cum hæc mandares fieri, potueris reminiſci: [b] *Quid autem vides feſtucam in oculo fratris tui, trabem autem in oculo tuo non vides? Aut quomodo dicis fratri tuo, Sine ut ejiciam tibi feſtucam de oculo tuo; & ecce trabes in oculo tuo eſt? Hypocrita, ejice primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis ejicere feſtucam de oculo fratris tui.* Trabem in oculo tuo dicit eſſe Dominus, & audes dicere Athanaſio viro juſtiſſimo, feſtucam habes in oculo? Ille enim nihil horum commiſit, quæ ei dignaris objicere: contra, tu quæcumque diximus, es operatus. Damnate, quoties dixiſti, innocentem? Quam nos aliam voluiſti comprehendere viam, niſi tuam quam deſcribit Dominus, dicens: [c] *Quam lata & ſpatioſa via, quæ ducit ad interitum, & multi ſunt qui intrant per illam?* [1] Quia itaque ſis in hac lata & ſpatioſa conſtitutus via, præcepiſti damnari innocentem; cupiens profecto cunctis revelari, quod tua late perditio dominetur. Tempore quo veniſti ad Italiam, ſic te lupum finxeras ovem, tamquam non fuiſſemus ex operibus tuis te reperturi, tamquam fugiſſet nos Domini [2] monella dicentis: [d] *Attendite vobis a falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtitu ovium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces: ex fructibus eorum cognoſcetis eos.* Numquid non luxerunt illico triſtes venenis diaboli in te inſeminati amariſſimi fructus tui, ut dicere tentaſti, damnandum fuiſſe inauditum? Numquidnam non patuerunt confeſtim inſidiæ tuæ lupi rapacis, quod enim contra Dei ovile machinam conſtruxiſſes maximam? Ex fructibus ergo tuis quomodo non ovis fuiſſe, ſed lupus, agnitus es; ſic & quomodo ſis, niſi tibi conſulueris, arbor igni deſtinata probant ſacra Evangelia: [e] *Numquid colligunt de ſpinis uvam, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona bonos fructus facit, mala autem arbor malos fructus facit. Non poteſt arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala bonos fructus facere. Omnis arbor*

B VIII. Si hæc cuncta, ut diximus, placita ſunt Deo Patri, poteris intrare in regnum cælorum. Audis enim dicere unicum Filium ejus: *Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum: ſed qui facit voluntatem patris mei.* Damnari jubes innocentem. Non recolis in Exodo dixiſſe Deum: [f] *Si rixaverint duo, & percuſſerint mulierem in utero habentem, & abortiverit [3] non deformatum, detrimentum patietur: quodcumque æſtimaverit vir mulieris, dabit cum dignitate. Quod ſi deformatum fuerit, dabit animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede, combuſtum pro combuſto, vulnus pro vulnere, livorem* C *pro livore.* Credo nihil ſacrarum te fugere ſcripturarum: neque enim poſſes egregia nobis dare mandata, niſi fuiſſes legis peritus. Legiſti utique etiam hæc: [g] *Omnis qui audit hos ſermones meos & facit illos, ſimilem æſtimabo illum viro prudenti, qui ædificavit domum ſuam ſuper petram. Deſcendit pluvia, & venerunt flumina, flaverunt venti, impegerunt in domum illam, & non cecidit: fundata enim erat ſuper petram. Et omnis qui audit ſermones meos, nec illos facit, ſimilem æſtimabo illum homini ſtulto, qui ædificavit domum ſuam ſuper arenam. Deſcendit pluvia, advenerunt flumina, flaverunt venti, illiſerunt domui illi, & cecidit: & facta eſt ruina ejus magna.* D Quem te horum eſſe dicis, Conſtanti, ſapientem an inſipientem? Si dixeris ſapientem, cur opera tua monſtrant te inſipientem? cur domus tua invenitur collocata ſupra arenam? Neque enim poteris ſupra petram te ædificaſſe domum tuam dicere; cum omnis ſapiens videat fabricam ſtultitiæ tuæ, cum omnis Dei ſervus conſpiciat magnam hanc quam prædixit Dominus, ruinam ſalutis tuæ. In quo etenim invenitur ſtare Chriſtianus, niſi in eo quod præceptis pareat Domini? niſi in eo quod omnibus ſi fuerit vexatus pro nomine Dei filii perſecutionibus, tamen duret immobilis? In quo erit perfectus Chriſtianus, niſi ſi etiam fuerit interfectus pro eo quem tu negare dignaris verum eſſe filium Dei? E Tu contra, cum non in Eccleſia ſis, ſed apud Arianos Dei inimicos; cum Dei unicum filium negans ſis, cum non ſis implens ejus mandata clementiæ, ſed magis deſtruere coneris; cum ſis prævaricator legis, cum deſertor ſacramenti militiæ cæleſtis, cum perſecutor Dei religionis, cum te circa

a Matth. VII. 2. b Ibid. ℣℣. 3-5. c Ibid. ℣. 13. d Ibid. ℣℣. 15. 16. e Ibid. ℣℣. 16-21.
f Exod. XXI. 22-25. ſec. LXX. g Matth. VII. 24-27.

1. *Quia itaq.*] *Quia* pro *cum*, ut ſuperius ex Tilio monuimus.

2. *Monella*] *Admonitio*.

3. *Abortiverit non deformatum*] LXX. unde locum *Exod.* XXI. 22. hauſit Lucifer, καὶ ἐξέλθῃ τὸ παιδίον αὐτῆς μὴ ἐξεικονισμένον: *& exierit infans ejus non formatus*; in quo ſcilicet imago & effigies hominis non eſt expreſſa. S. Auguſtinus *Quæſt.* LXXX. habet *nondum formatus*: ut proinde ſuſpicari quis poſſit, apud Luciferum quoque legendum, *& abortiverit*, ſeu abortum ediderit, NONDUM FORMATUM. Hinc rejicienda Tilii ſententia, qui contrario ſenſu locum expoſuit.



ejus cultores præbeas carnificem: quomodo poteris sapiens vir inveniri similis illi, quem dixerit Dominus supra petram ædificasse domum suam?

IX. Sed inquis contra hæc: Non sum insipiens: ego novi me sapientem. Si sapiens es, cur ea fecisti atque es faciens, quæ soli possunt facere insipientes? Si es sapiens, cur damnari mandasti inauditum absentem? cur innocentem præcepisti interfici? cur Dei sacerdotes desiderasti hostes Dei fieri? Neque enim possunt Dei effici amici per hoc factum, cum Dominum scias dixisse Apostolis: [a] *Si feceritis quod mando vobis, jam non dicam vos servos, sed amicos*. Si sapiens es, cur damnantem te Athanasium Dei sacerdos audire debeo? Tu eum caussas præstare B allegationum suarum minime es passus. Si sapiens es, si es Dei cultor; cur nos, quia Christianos esse nos fateamur, persequeris? cur eos qui se non dixerint esse Christianos, sed fateantur se esse Arianos, vehementer diligis? Si sapiens es, cur ad domum Dei misisti sæpe militem armatum? Si prudens es & Dei te nosti servum; cur ejus populum armis es persecutus atque persequeris? cur postremo fidem apostolicam atque evangelicam, hæreticam dicis: & hæreticam, catholicam pronuntias? Tu te dicis sapientem; sed contra, nos cernimus nullum posse qui hæc faciat, esse sapientem. Quis etenim sacrilegus poterit dici prudens, nisi ab imprudentioribus se? Si tu sapiens es, Constanti, quis C sit te insipientior, invenire non potero. Tu ne adhuc tibi videris esse sapiens, qui fueris arbitratus quod Prophetæ, Apostoli ac Martyres pro creatura fuerint interfecti? Negare enim non audebis, cunctos hos pro unico Dei interfectos filio. Quomodo poteris dici sapiens, qui non solum descendentibus pluviis, fluminibus inundantibus, flantibus ventis resistere non tentaveris, ne temet qui domi esse inveniris, pessum dedissent; sed & ipse in pluvias, flumina ventosque te verteris, ad hoc ut nos tu turbo atque procella diabolica tecum ad exteriores traheres tenebras? [b] *Manifesta autem sunt*, dicit Apostolus, *opera carnis: quæ sunt adulteria, fornicationes, immunditia, impudicitia, luxuria, idololatria, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, hæreses, invidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes & his similia; quæ prædico vobis, sicut prædixi, quia qui talia agunt, regnum Dei non consequentur*. [1] Et furit in innocentis necem mens tua sapientia vigens? Clamat Apostolus quod homicidæ non sunt possessuri regnum cælorum: & tu Constantius prudentissimus dicis imperator, Jugulate absentes, mactate inauditos, interficite innocentes, & vestrum erit Dei regnum? Hinc datur intelligi quam sis sapiens. Si denique ille sis qui domum tuam ædificaveris supra petram: dixisse etenim te negare non poteris, Ego propterea cupio damnare Athanasium, quia desidero placere E Deo: sic utique & nos placere desiderasti Deo, quomodo jam tu placueris, ex quo videlicet Athanasium es dignatus cogitare interimere, in nostra omnium conscientia Domini [2] sacerdotum. Sic in primordio Cain Deo placuit, mox ut interficere meditatus est fratrem.

X. Quomodo videtur, Constanti, unde sit radix A tua, de qua descendisse stirpe? Numquidnam poteris negare post hæc, te in illo esse choro quem narrat Apostolus Romanis? [c] *Et sicut non probaverunt Deum habere in notitiam, tradidit illos Deus in reprobum sensum, ut faciant ea quæ non conveniunt, repletos omni iniquitate, malitia, impudicitia, cupiditate, nequitia, plenos invidia, homicidiis, contentione, dolo, malis moribus, susurratores, detrectatores, Deo odibiles, contumeliosos,* [3] *superbos, sibi placentes, gloriantes, inventores malorum, parentibus non obsequentes, insipientes, incompositos, sine affectu, sine misericordia: qui cum justitiam Dei cognoverint, non intellexerunt quoniam qui talia agunt, digni sunt morte. Non solum qui illa faciunt, sed* B *etiam qui consentiunt facientibus ea*. Ecce nimius amor in te subito circa nos ortus, quid nobis contulerat si tibi obtemperare auderemus? mortem hauseramus perpetuam. Item dicit infra: [d] *Nulli malum pro malo reddentes, providentes bona non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus. Si fieri potest quod ex vobis ipsis est, cum omnibus hominibus pacem habentes*. Sitiens hæc calcari salutaria monita, es nos hortatus punire innocentem. Quomodo autem bona non solum coram Deo, sed & apud homines providisse inveniebamur; si damnassemus innocentem, qui dedissemus formam ad sanguinem fundendum justorum? quomodo cum omnibus inveniebar hominibus pacem desiderans habere, qui sug- C gestione tua falsa hæretici [4] exitus pacem exstinxissem consacerdotis mei?

XI. Dic, Constanti, verum crimen detulisti de Athanasio ad Dei Ecclesiam, an falsum? Si verum te detulisse certum habes; proba mihi qui te jam falsi criminis cognovi portitorem. Arbitraris nihil te malorum in conspectu egisse Dei? Quæ te compulit ratio fieri testem falsum? cur mendax imperator exstitisti? cur non timuisti, ne exemplo Ananiæ & Sapphiræ fuisses exstinctus? Loquitur in Actibus Apostolorum scriptura dixisse beatum Petrum ad Ananiam: [e] *Ut quid replevit satanas cor tuum mentiri Spiritui sancto, ut subtraheres de pretio prædii?* D *Nonne manens tibi manebat, & venditum in tua erat potestate? Quid est quod posuisti in corde tuo rem istam? Non es mentitus hominibus, sed Deo. Audiens autem Ananias hos sermones cecidit, & exspiravit. Et factus est timor magnus super omnes qui audiebant. Surgentes autem adolescentes sustulerunt eum, & euntes sepelierunt. Factum est autem intervallum horarum fere trium; & uxor ejus nesciens quod erat factum, intravit. Dixitque ad illam Petrus: Dic mihi, si tanti prædium vendidisti? Illa vero ait, tanti. Quid convenit inter vos tentare Spiritum Domini? Ecce pedes eorum qui sepelierunt virum tuum in ostio sunt, & efferent te. Et protinus cecidit ante pedes ejus, & exspiravit*. Credo legeris E hæc, & tamen non timueris concinnare mendacium ante Domini conspectum. Quare istud fecisti, nisi quia sis sapiens? Quid tu tibi futurum existimas, qui sis non solum mendax, sed homicida? non solum homicida, sed & hæreticus? Credis tibi impune tanta cessura? credis te evadere posse æterna supplicia? Ananiæ dicitur: *Ut quid replevit satanas cor tuum, ut fuisses mentitus Spiritui sancto?* & dices, Constanti imperator, Quia non repleverit sa-

a Joan. xv. 14. 15. *b* Gal. V. 19-21. *c* Rom. I. 28-32. *d* Rom. xii. 17. 18. *e* Act. V. 3-10.

1. *Et furit*] Ita recte, ut videtur, Consalvus Poncius apud Latinium. Editi, *& fueris*.
2. *Sacerdotum*] Forte *sacerdotem*, Athanasium scilicet proxime memoratum. Aliter vix sensus constat.
3. *Superbos, sibi placentes, gloriantes*] *Sibi placentes* non exhibet textus hodiernus *Rom*. I. 30. ubi sic: ὑπερηφάνους, ἀλαζόνας. Neque aliter Vulgatus interpres: *Superbos, elatos*. Paullo ante leg. *detractores*, καταλάλους.
4. *Exitus*] Mallem cum Latinio, *excitus*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

tanas cor vestrum Arianorum, ut mentiti fuissetis A Spiritui sancto manenti in Dei Ecclesia? Ecclesiam etenim convenisti dicens, Deliquit in Deum Athanasius. Et videbat Spiritus sanctus mendaces animas vestras, sicut vidit & Ananiam ac Sapphiram. Videbat, inquam, Spiritus sanctus quando hæc fingebatis, quod idcirco talia fuissetis commentati circa Athanasium, quo possetis vestram hæresim introducere in Ecclesiam, quo possetis apostolicam destruere traditionem. Ananias & Sapphira propterea quod agrum suum vendentes fraudaverint de pretio, quod ausi fuissent non integre loqui ante Dei Apostolum, taliter judicari meruerunt. Tu qui non solum crimina falsa Dei servo objecisti, sed & omnem domum Dei fueris persecutus, qui effuderis cruorem B cultorum ejus, qui sacerdotes ejus miseris ad metalla & exsilia, & hæreticos locis ordinaueris eorum; qui evangelicam fidem dixeris hæreticam, & blasphemam vestram dixeris catholicam; qui introduxeris idololatriam in Ecclesiam, qui deserueris Deum Abrahæ, Deum Isaac, Deum Jacob ac omnium Prophetarum Apostolorum ac Martyrum, & idololatriam fueris Arii secutus: existimas si in hac blasphemia atque crudelitate duraveris, quod non in te maxima sit vindicta futura?

XII. Deinde si adversariis Susannæ sic est Deus vindictam dare dignatus, in te arbitraris non graviorem processuram? Procedet, mihi crede, si non C te mature converteris. Si enim illi quia Susannæ pudicitiam violare fuerant conati, hæc quæ subjeci meruerunt consequi; quanto magis tu qui Ecclesiæ es aggressus violare castitatem? Petiverunt illi falso crimine Susannam; & vos totidem petistis non solum Athanasium, sed & cunctos vobis resistentes. Aut unum dare poteris e resistentibus, cui non applicitum fuerit crimen? Sic vos fuistis armati ad Ecclesiæ violandam castitatem, sicut illi ad Susannæ fuerunt, qui dixerunt: [a] *Ostia viridarii clausa sunt; nemo nos videt; in concupiscentia tui sumus: propter hoc consenti nobis, & esto nobiscum; alioquin falsum testimonium dicemus adversum te, quoniam erat tecum juvenis, & propter hoc dimisisti* D *puellas a te.* Aut tentabis negare esse dictum, Desiderantes sumus nos Ariani, & vos Christiani unum effici corpus: derelinquite fidem quam apud Nicæam contra nos tenetis conscriptam: acquiescite Arii doctrinæ; alioquin quia nos multum possumus, imperium nostrum est, quibus velimus vos modis gravabimus, & omnes tollemini e vestris sedibus. Non poteris hæc ita se habere negare, cum Deo perosæ meditationes tuæ rebus gestis fuerint revelatæ. Cur enim cogebamur, etiamsi non damnaremus Athanasium, tamen communioni misceremur Arianorum; nisi quia tu leno hæresis Arianæ cunctos nos cuperes quovis modo fieri consacrilegos tuos? Sed credo adhuc tentas negare, non te idcirco persequi nos, E quia noluerimus Christiani fieri Ariani. Quomodo negare poteris, cum sanctissimum Dionysium Mediolanensium episcopum, qui jam tibi falsa afferenti credens damnaverat Athanasium, quod Arianus esse noluerit, miseris ad exsilium? Aut si non est Auxentius, quem loco illius tu temerarius ac pestilens ordinasti, Arianus? Si Auxentius [1] fidem sanctam apud Nicæam descriptam tenet, poteris nec tu esse Arianus, nec hæc omnia sicut assero egisse poteris, & non [2] misisse crimen Athanasio falsum.

XIII. Fortassis dicas hinc non esse catholicos, quod Susanna fuerit exaudita, nos vero minime. Quantum apud nostram conscientiam est, tunc nos vindicatos novimus, quando tu serpens publicatus es, quando patuerunt cuncta venena tua, quando omnis machina tua patefacta est: sic etenim nos vindictam desiderabamus de vobis inimicis Dei, ut vos Deus esse hæreticos revelaret populo suo. Omnis pæne cognovit jam mundus falso Athanasium petitum per vos; hujus te esse iniquitatis auctorem: conspectus etenim es, aliud te cupientem implere, aliud protulisse. Ad senes ingemiscens dicit Susanna: [b] *Angustiæ mihi undique: si enim hoc egero, mors mihi erit: si autem non fecero, non effugiam manus vestras. Melius est mihi non facienti incidere in manus vestras, quam peccare in conspectu Domini.* Et nos crimina mox ut vidissemus imposita a vobis, exstincturi eramus fratres nostros, quoniam essemus ut estis vos, tenebræ. Quis Christianus non dicat, melius esse sibi interfici a te præcursore antichristi, quam in vestras ire Arianorum vel quorumlibet hæreticorum tenebras? Impingi fecisti crimina non solum Athanasio, sed & nobis, quod noluerimus Christiani effici Ariani. Non defuerunt singula quæ possunt objici crimina singulis, quo nullus videretur e nobis propter Deum missus ad exsilia, sed quod quasi pro criminibus nostris. Cum sitis igitur vos rei tantorum criminum, quia non vobiscum habere Deum iratum voluerit Athanasius, dixistis eum reum esse mortis: hoc fecerunt & illi quibus in hoc scelere pares estis, presbyteri. Loquitur enim scriptura dicens: [c] *Et factum est in die altero: ut convenit plebs ad virum ejus Joachim, venerunt duo presbyteri, pleni iniquæ mentis adversus Susannam, ut mortificarent eam. Et dixerunt coram plebe: Mittite ad Susannam filiam Chelchiam, quæ est uxor Joachim. Et miserunt. Et venit ipsa, & parentes ejus, & omnes cognati ejus. Susanna autem erat tenera nimium, & bonæ formæ: injusti autem jusserunt revelari eam, (erat enim velata) ut saturarentur forma ejus. Flebant autem omnes sui, & ceteri qui videbant eam. Assurgentes igitur duo presbyteri in media plebe posuerunt manus super caput ejus. Ipsa autem lacrymans aspexit in cælum, quoniam erat cor ejus confidens in Domino. Dixerunt autem presbyteri: Ambulantibus nobis in viridario solis, intravit hæc cum puellis, & dimisit puellas, & clausit ostia viridarii. Et venit ad eam juvenis qui erat absconditus, & concubuit cum ea. Nos autem cum essemus in angulo viridarii videntes iniquitatem, accurrimus ad eos, & vidimus [3] concurrentes eos. Illum quidem non potuimus apprehendere quod fortior nobis esset, & quod aperiens ostia prosilierit: hanc autem apprehensam interrogavimus, quis esset juvenis, & noluit nobis dicere. Hæc contestamur. Et credidit eis omnis synagoga ut presbyteris plebis & judicibus, & damnaverunt ut moreretur.*

XIV. Considera penitus, Constanti, maledictas adinventiones vestras Arianorum, si non talia sunt quæ egeritis vos interim circa Athanasium, qualia & illi egerint circa Susannam. Quis etenim non credidisset tibi imperatori dicenti, Sacrilegium fecit Athanasius? Sed in eo quia tu detestabilior fuisti ab illis comperditis pseudopresbyteris, tibi non est fides habita a nobis. Dicebatur etenim tibi, quia absens damnari non posset. Illi etenim presbyteri in

a Dan. XIII. 20. 21. *b* Ibid. ℣℣. 22. 23. *c* Ibid. ℣℣. 27-41.

1. *Fidem sanctam*] Ita emendavimus pravam, ut videtur, editorum lectionem, *quidem sanctam*.

2. *Misisse*] Forte *immisisse* legendum existimat Tilius.

3. *Concurrentes*] *Concumbentes* reponit idem Tilius.

præsentem dixerunt allegationes criminosas, & omnis synagoga in præsentem dedit sententiam. Tu contra ad accusationem hæreticorum quando inauditum & absentem damnari cogebas catholicum, utique jam videri cœperat scenæ tuæ machina. Sed jam accipe quid præstitum sit Susannæ pudicæ ab innocentium defensore, ab oppressorum vindice. Accipe quæ referat Daniel liber de vindicta Susannæ: [a] *Exclamavit autem Susanna voce magna & dixit: Deus æternus, qui occultorum cognitor es, qui scis omnia ante generationem eorum, tu scis quoniam falsum testimonium adversum me dixerunt: & ecce morior, quæ nihil feci horum, quæ hi maligni finxerunt adversum me. Et exaudivit Deus vocem ejus. Et cum duceretur ut periret, excitavit Deus spiritum sanctum pueri adolescentis, cui nomen erat Daniel. Et exclamavit voce magna: Mundus ego a sanguine hujus. Et conversa est omnis plebs ad eum, & dixerunt: Quis est iste sermo quem tu locutus es? At ille stans in medio eorum dixit: Sic stulti Israel non interrogantes neque verum cognoscentes damnastis filiam Israel? Redite in judicium: falsum enim testimonium adversum eam dixerunt.*

XV. Sic etiam nunc exclamante Athanasio ad Deum, omnes famulos suos Deus fecit pro veritate exsurgere contra vos adversarios suos. Hæc cultoribus suis præstitit quæ tunc Danieli devotissimo suo, quo possemus te falsum esse testem intelligere, te unum esse de viperarum progenie, falsa hæc cum consacrilegis tuis [1] poetasse. Redeunt ad justum judicandum judicium jam cuncti: in te retorquent mortis sententiam etiam illi, quos inscios sua calliditate per te dominator animæ tuæ diabolus circumscripserat. Non enim esse potest præter coarianos tuos, qui non velit Athanasii vindicari innocentiam a Deo; qui non faveat innocentiæ Athanasii, sicut & tunc Susannæ, postea quam constitit illam falso crimine petitam, pudicam ab impudicis, castam ab adulteris, Dei ancillam a servis diaboli: ita a vobis serpentinis filiis satanæ pulsatus est status innocentis, Deo fideliter servientis. Sed estis prostrati: jacent enim omnia venena vestra virtute Dei mortificata. Siquidem omnis anima Christiana sit exorans Deum, ut sicut Susannam, dignetur Athanasium falso eripere a crimine, eripere a gladio tuo carnificis, a tua sævitia homicidæ. Interea iterum atque iterum urgeo, ut videas quæ vos Arianos ceperit dementia, quæ comprehenderit insania, ut auderetis hæc machinari in innocentis necem, quando sciretis Deum scire omnia prius quam fiant. Sed non mirandum sit, si hæc circa Athanasium fuerit per te ac tuos constructa machina; quandoquidem non dubitaveris dicere de Deo Patre, Non est verus pater; non enim habet verum filium. Qui enim dicis ex nihilo esse filium Dei, quid aliud dicis, nisi quia non sit verus pater? Non, inquam, mirum, si in Dei servum Athanasium sic exsurrexeris; quando in eum cujus est servus Athanasius, mittere non dubitaris funestas tuas manus. Nec enim latro qui domino domus non pepercerit, poterit ejus parcere resistenti sibi familiæ.

XVI. Sed jam redeamus ad illud quod nos facere præcipiebas. Dixisti, Damnate Athanasium. Quid A intervenerat ut non faciem ad faciem illum vidissemus? Quid factum fuerat, ut non omnem cardinem rei fuissem perscrutatus? Cur idoneis testibus non es passus eumdem superari? Numquid vel hos sanctissimus Daniel, quin immo per Danielem Spiritus sanctus inauditos damnavit? Legimus etenim gloriosum Danielem dixisse ad populum: [b] *Separate eos ab alterutro. Et vocavit unum ex illis, & dixit ad illum: Inveterate dierum malorum, nunc advenere peccata tua quæ ante faciebas, judicans judicia injusta. Et innocentes quidem damnabas, nocentes autem dimittebas; dicente Domino: Innocentem & justum non occides. Nunc tamen hanc si vidisti, dic sub qua arbore vidisti eos tractantes? Et dixit: Sub* B *Lentisco. Dixit autem Daniel: Recte mentitus es in caput tuum. Jam enim Angelus Domini, accipiens præceptum a Deo, secabit te medium. Et cum removisset illum, jussit admoveri alterum, & dixit ad eum: Semen Chanaan & non Juda, species seduxit te, & concupiscentia evertit cor tuum; sic faciebatis filiabus Israel. Et illæ quidem timentes concumbebant vobiscum: sed non sustinuit filia Juda injustitiam vestram. Nunc autem dic mihi, sub qua arbore comprehendisti eos invicem tractantes? Respondit: Sub Ilice. Dixit autem illi Daniel: Recte mentitus es & tu in caput tuum. Manet etenim Angelus Dei gladium habens ad secandum te medium, ut vos perdat. Et exclamavit omnis synagoga voce magna, &* C *benedixit Deum qui salvos facit sperantes in eum. Et surrexerunt adversus duos presbyteros, quoniam comprobaverat eos Daniel ex ore ipsorum falsos testes. Et fecerunt illis, quemadmodum ipsi male proximo facere voluerunt, secundum legem Moysi, & occiderunt. Et salvus factus est sanguis innocentis in illo die.*

XVII. Quid respondere, Constanti, imprudentia tua potest ad hæc? Conspicis ne reos tanti sceleris passim damnatos, nisi omnibus diligentissime discussis? & tu in eum quem innocentem sciebas, jubere non dubitasti, darent Dei sacerdotes mortis sententiam? Quid audituri, si fecissemus? nempe hæc quæ D illi libidinis scopuli pseudopresbyteri falsi testes audiunt: *Inveterate dierum malorum, nunc advenerunt peccata tua quæ ante faciebas, judicans judicia injusta. Et innocentes quidem damnabas, nocentes autem dimittebas, dicente Domino: Innocentem & justum non occides.* Hæc nonne jure meritoque audire mereremur, qui a te sentina Ariani dogmatis aut fuissemus illecti, aut territi ad innocentis damnationem? Et idcirco in te hæc omnia mala venerunt. Tu cum tuis auditurus es quæ illi per Daniel audierunt; sive quia falsi criminis objecti reus sis, sive quia ad innocentis necem omnem chorum invitaveris episcoporum: & quia volueris omnem Dei populum hæresim suscipere tuam, audies & E quidem gravius, quia tua sint graviora facinora, quippe qui Dei religionis destructor exstiteris, qui ingentem multitudinem Christianorum se dicentium interemeris, qui hæresim vestram Arianam introduxeris in Ecclesiam, qui catholicam damnaveris fidem, qui Deum patrem negaveris verum patrem, qui unicum ejus Filium dixeris non esse verum filium, Spiritum quoque sanctum paracletum asseveraveris non esse verum Dei Spiritum: cum te con-

[a] Dan. XIII. 42-49. [b] Ibid. ℣℣. 51-62.

1. *Poetasse*] *Finxisse*. Mox editi, *jam cuncti inter hæc torquenti*. Locum corruptum agnovit quidem Tilius, sed intactum reliquit. Nobis interim visus est veram lectionem restituisse Latinius, quam proinde in textum intulimus, donec eadem mss. codicum ope confirmetur. Sic igitur legimus cum erudito illo viro: *Redeunt ad justum judicium jam cuncti: in te retorquent mortis sententiam etiam illi*, cet.

Saecul. IV. circa Ann. Chr. 368.

tra & contra omnes Dei inimicos clamet sanctae Ecclesiae fides, credere se in Deum verum patrem innatum, & in unicum Filium ejus natum ex innato & vero patre, hoc est de substantia patris, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, natum non factum, unius substantiae cum patre, quod Graeci dicunt *homousion*, per quem omnia facta sunt, & sine quo factum est nihil; & in Spiritum paracletum verum Dei Spiritum. Tibi ergo falso testi spiritali, adultero, homicidae, sacrilego digne graviora dicentur, digne qui tantis ac talibus criminibus major sis illis pseudopresbyteris Susannae inimicis. Si enim illis dicitur mentientibus: *Recte mentitus es in caput tuum: jam etenim Angelus Domini, accipiens praeceptum a Deo, secabit te medium:* Et, *Recte mentitus es in caput tuum: manens est Angelus Dei gladium habens ad secandum te medium, ut vos perdat:* quanto magis, nisi tibi prospexeris, ad te talia dicentur. [1] Num scis esse scriptum: [a] *Beati qui audiunt verbum Dei & custodiunt illud?*

XVIII. Exciderat cordi illi tuo errorum victo tenebris, ut juberes damnari innocentem: nisi fallor etenim omni in loco lex sacra innocentem & justum non condemnandum loquitur. Et idcirco quia haec fieri contra Dei mandasti praeceptum, unum te habemus ex illis quos Dominus percutit in Evangelio: [b] *Vae vobis Scribae & Pharisaei, quia monumenta estis quae non parent: & homines nesciunt ambulantes super ea.* Nesciebant quidem illi quos ad te sacrilegum illexisti amandum: qui per conatus tuos non consideraverunt te esse monumentum omnibus immunditiis plenum, arbitrabantur hominem. Ceterum nos statim, ut coepisti episcopis imponere necessitatem damnandi absentem, illico diximus te injustitiae cultorem, justitiae vero esse persecutorem. Item cum te urgeremus legati nos beatae Ecclesiae ad sectam damnandam Arii, & illam magis dixisti esse catholicam; praenuntiavimus te antichristi fuisse praecursorem. Cum persequi Christianos dignaris, cum interficis; similem te, Constanti, illorum facis, ad quos Dominus dicit: [c] *Vae vobis qui aedificatis monumenta prophetarum: patres autem vestri occiderunt illos. Ergo testimonium perhibetis,* [2] *non consentientes operibus patrum vestrorum: quoniam illi quidem occiderunt eos, vos autem aedificastis sepulcra eorum. Ideo mitto Prophetas & Apostolos, & ex illis occident & persequentur, ut inquiratur sanguis omnis prophetarum qui effusus est a constitutione mundi usque ad generationem istam: a sanguine Abel usque ad sanguinem Zachariae, qui periit inter altare & aedem: ita dico vobis, requiretur ab hac generatione.* Tu autem esse ex illis hinc intelligeris, quod cum sis memorias Martyrum beatorum instaurans, tamen servorum unici filii Dei cruorem fundas. Redi, Constanti, ad domum Dei: esto Christianus; ne inventus foris Ecclesiam, sis semper ut es hodie, inter illos quos percutiens dicit Dominus: [d] *Contendite intrare per angustum ostium; quia dico vobis, Multi quaerent & non poterunt. Cum exsurrexerit paterfamilias & cluserit ostium, & incipietis foris stare & pulsare dicentes: Domine, Domine aperi nobis. Et respondens dicet: Nescio vos unde sitis. Tunc incipietis dicere: Manducavimus coram te & bibimus, & in plateis nostris docuisti. Et dicet vobis: Nescio unde estis: discedite a me omnes operarii iniquitatis. Ibi erit fletus & stridor dentium: cum videritis Abraham, Isaac & Jacob, & omnes prophetas introeuntes in regnum Dei; vos autem expelli foras.* Noli ita te perosum habere, ut te sinas haec audire inter illos, maxime cum videas te nequiorem fuisse quam cui digne dicatur, Discede a me operarius iniquitatis. Eris, Constanti, si in hac malevolentia tua manere volueris, inter illum populum carnalem cui dicitur: [e] *Hierusalem, Hierusalem quae occidis prophetas, & lapidas eos qui mittuntur ad te.* Eris, inquam, inter illos, quia sic sis persecutor eorum qui te hortentur promereri Deum, sicut illi fuerint persecuti Prophetas atque Apostolos.

XIX. Iterum urget defensio veritatis quaeri a te, cur absentem damnari praeceperis: dic quaeso, bene an male id fieri imperaris? Si dixeris bene, credo te ad beati Paulli confugere factum quod Corinthiis scripserit, jam se illum punisse peccatorem, quem comperisset graviter deliquisse. Videamus nunc si tu bellua, membra & corpus tantum habens hominis, animum vero ferinum; si ita egeris ut egit Apostolus, si tali ordine rem celebraveris quo ille qui dixit: [f] *Sic omnino auditur inter vos fornicatio, qualis nec inter gentes; ita ut uxorem patris sui aliquis habeat. Et vos inflati estis, & non potius luctum habuistis, ut tolleretur e medio vestrum qui hoc opus fecit. Ego quidem sicut absens corpore, praesens autem spiritu, jam judicavi ut praesens eum qui sic operatus est, in nomine Domini Jesu, congregatis vobis & spiritu meo cum virtute Domini nostri Jesu Christi, tradere hujusmodi hominem satanae in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini nostri Jesu Christi.* Dicis, credo; Et ego idcirco vobis mandaveram damnare absentem, quia damnaverat & Apostolus. Primo omnium beato Apostolo catholici nuntiaverant hi quos norat fideles, quos Deo probaverat devotos; & testem sciebat esse omnem Corinthiorum sanctam Ecclesiam. Tu contra, cum sacrilegis tuis accusantibus Deo odibilibus haereticis, nos dignabaris urgere ad absentis damnationem. Deinde cum Apostolum audis dicere, *Congregatis vobis & spiritu meo cum virtute Domini Jesu, tradere hujusmodi hominem satanae in interitum carnis:* tu [3] tenebra, cur nobis dicentibus, Ad ipsum nos nostris impendiis pergemus; in plebe cui divinitus constitutus est, eumdem audiemus; tantum da catholicos accusatores secundum sacrae legis mandatum: cur detrectasti? cur tamquam gladiatores, non episcopi essemus, tantum juxta vota tua quo possemus interficere eum, cujus tu olim sitiebas cruorem, operam dabas? Interea sic te infelicem traditum satanae pro homicidiis proque sacrilegio tuo debes scire, ut ille qui in illo reatu apud Corinthios inventus est. Neque enim ista tua quae gesseris ac geris, minora sunt funera: ut, si se illum tradidisse ore beati Apostoli loquitur Spiritus sanctus satanae in interitum, & te mox ut tam gravia commisisti crimina non tradiderit. Si enim non ita esset, meminisses profecto dixisse Apostolum: [g] *Pre-*

a Luc. XI. 28. *b* Ibid. ℣. 44. *c* Ibid. ℣℣. 47-51. *d* Luc. XIII. 24-28. *e* Ibid. ℣. 34. *f* I. Cor. V. 1-5. *g* I. Cor. VII. 23.

1. *Num scis*] Sic prima Tiliana editio. Ubi pro *num*, legendum *non* suspicatur Latinius. Locum reformarunt Lugdunenses, *cum scis* cet.

2. *Non consentientes*] Sic omnes editi: perperam sane. Legendum: *vos consentientes*, seu potius *vos esse consentientes*, aut *vos consentire*. Vulg. *Luc.* XI. 48. *Profecto testificamini, quod consentitis operibus patrum vestrorum.*

3. *Tenebra*] Ita loqui placet Lucifero. Neque aliter infra §. XLIII. *Si te secuti tenebram fuissemus.*



tio emti estis; nolite fieri servi hominum: numquam cogere Dei ausus fuisses sacerdotes ad inauditum damnandum. Qui enim pretio emtus sum, quia liberatus a lege peccati, servus fuerim factus justitiæ; jam viventi mihi in lege justitiæ imponi onus non debuerat a te, ut servus iterum efficerer iniquitatis atque injustitiæ. Impositum itaque est onus a te, quia traditus fueris satanæ in interitum propter homicidia atque sacrilegium. Si non fuisses traditus satanæ, retineres Timotheo scripsisse Apostolum: [a] *Scimus autem quoniam bona est lex, si quis ea legitime utatur: sciens hoc, quia justo lex non est posita; injustis autem, & non obedientibus, & impiis, & peccatoribus, sceleratis & profanis, parricidis & matricidis, impudicis, masculorum concubitoribus, plagiariis, mendacibus, perjuris, & si quid aliud sanæ doctrinæ adversatur, quæ secundum Evangelium est gloriæ beati Dei, quod creditum est mihi.* Si non es traditus ex quo filium Dei negasti, in interitum satanæ; quomodo præteriens tanta quæ te cohibere a tanto potuerant scelere, ad hæc gerenda exsilire dignatus es, quæ possint cuncta tollere hæc, quæ noscantur sanæ esse doctrinæ?

XX. Hæc qui sis faciens quæ sanæ adversentur doctrinæ, qui proscribas, torqueas, deportes, mittas in carcerem interficiasque; dic obsecro, si sis dissimilis ab Herode illo rege, cujus carnificinam describens, ita loquitur sacra scriptura: [b] *Eodem in tempore remisit Herodes rex manus, ut necaret quosdam de Ecclesia. Occidit autem Jacobum fratrem Joannis gladio: & cum vidisset quod placeret hoc Judæis, addidit ut comprehenderet Petrum. Erant autem dies azymorum. Hunc cum apprehendisset, misit in carcerem traditum quatuor quaternionibus militum custodiendum, volens post pascha producere eum plebi. Petrus vero custodiebatur in carcere. Oratio ergo instantissime fiebat ad Dominum pro eo ab Ecclesia. Et cum futurum esset ut eum Herodes produceret, illa nocte Petrus dormiebat inter milites alligatus catenis duabus: & custodes ante ostium, & custodiebant carcerem. Et ecce Angelus Domini adstitit, & lux ab eo refulsit in illo loco: compungens autem latus Petri suscitavit eum dicens, Surge velociter. Et surrexit, & ceciderunt catenæ de manibus ejus.* Et infra: [c] *Et cum transisset primos & secundos custodes, venit ad portam ferream quæ ducit in civitatem, quæ a se aperta est eis. Et cum exiissent, processerunt vicum unum: & continuo discessit ab eo Angelus. Et Petrus in se conversus ait:* [1] *Nunc scio quia vere misit Dominus Angelum suum, & eripuit me de manibus Herodis, & de omni exspectatione plebis Judæorum. Facta autem die turbatio erat inter milites, quidnam Petrus factus esset. Herodes autem cum requisiisset eum, & non invenisset, interrogatos custodes jussit duci.* Similem te illi in omnibus videmus sive in crudelitate, sive in sacrilegio. Ut enim ille Jacobum beatum Apostolum interfecit; ita & tu ingentem multitudinem credentium, sicut credidit Jacobus Apostolus, interfecisti: ut ille in Jacobo Apostolo Dei unicum persequebatur filium; ita & tu, & in illos quos jam interemisti, & in nos quos persequeris. Iterum te & instruimus & hortamur, ut redeas ad Dei

A Ecclesiam desinasque jam persequi Athanasium, vel nos facientes contra tuam hæresim, ne istius Herodis exemplo disperire incipias, cujus interitum loquitur sacra scriptura dicens: [d] *Descendit a Judæa in Cæsaream, ibique mansit. Erat autem infestus Tyriis & Sidoniensibus. Et unanimes venerunt ad eum, & persuaso Blasto qui erat a cubiculo regis, postulabant pacem, eo quod regiones eorum* [2] *de regia alerentur. Statuto autem die Herodes vestitus veste regali sedit pro tribunali, & concionabatur ad eos. Populus autem clamabat: Dei voces, & non hominis. Confestim autem percussit eum Angelus Domini, quia non dedit honorem Deo: & vermibus scatens exspiravit.*

B XXI. Ignorabas tu qui te legisperitum vis videri, dixisse Joannem Apostolum, ut cum diceres, Damnate innocentem, [e] *Ex hoc intelligimus quoniam cognovimus eum, si mandata ejus servemus. Qui autem dicit, Quoniam cognovi eum, & mandata ejus non custodit, mendax est, & in hoc veritas non est. Qui autem servaverint ejus verbum, vere ab eis caritas Dei consummata est.* Tu fieri præcipis contra Dei mandatum: & contra, Apostolus dicit, Quia qui non custodierit præcepta ejus, nec quidem cognoverit eum: quia, inquit, si dicat, *Cognovi eum, & mandata ejus non custodit, mendax est, & in eo veritas non est.* Vis nos esse mendaces, vis homicidas inveniri; ad hoc sine dubio, ne
C Christiani esse reperiamur. Neque enim mendaces, neque homicidæ sunt Christiani. Apostolus dicit: *Qui servaverint ejus verbum, vere consummata est caritas Dei apud illos:* & tu apostata, præcursor antichristi dicis, Quicumque non custodit mandata illius, vivet. Adhuc: [f] *Qui dicit se in lumine esse, inquit, & fratrem suum odit, in tenebris est usque adhuc. Qui autem amat fratrem suum, in lumine permanet, & scandalum non est in eo. Qui autem odit fratrem suum, in tenebris ambulat, & nescit quo eat, quoniam tenebræ obscuraverunt cor ejus.* Quid a te tenebroso poterit dici ad hæc? cur in tenebris constitutus, non in lumine, dicis, Odite mecum & vos eum quem ego injuste odi; esto-
D te comparticipes insaniæ meæ; estote ut ego, etiam vos homicidæ? Deinde si dicit, quia *Qui odit fratrem suum, in tenebris ambulat, & nesciens sit quo pergat;* videlicet quia tenebræ violentiæ oculos ejus excæcaverunt: quid si interfecerit quis fratrem suum? quid si homicida fuerit? Sed tibi nihil videtur [3] homicidæ, qui tantorum Dei servorum inveniris fudisse sanguinem. Audes hæc Dei jubere sacerdotibus facere, quæ soli sunt placita patri vestro diabolo, & vobis Arianis filiis ejus.

XXII. Hortatur item sanctissimus Apostolus, ut justitiæ iter tenentes in perpetuam mereamur constitui requiem; & tu vir sapientissimus compellis
E nos ad æternos venire tecum cruciatus: [g] *Filii, nemo vos fallat: qui facit justitiam, justus est; qui autem facit peccatum, a diabolo est, quoniam ab origine diabolus peccat. Ad hoc enim declaratus est filius Dei, ut solveret opera diaboli.* Igitur cum dicatur ab Apostolo, quia sit peccatum a diabolo, & tu compellas nos crimina capitalia committere; quid te aliud possum dicere, nisi procuratorem diaboli,

a I. Tim. I. 8-11. *b* Act. XII. 1-7. *c* Ibid. ℣℣. 10. 11. 18. 19. *d* Act. XII. 19-23. *e* I. Joan. II. 3-5. *f* Ibid. ℣℣. 9-11. *g* I. Joan. III. 7. 8.

1. *Nunc scio quia vere*] Gr. Νῦν οἶδα ἀληθῶς ὅτι. Sed Lucifer legebat transpositis vocibus, ὅτι ἀληθῶς: *Nunc scio quia vere*, nec ἐν ὁράματι dumtaxat, *misit Dominus*. Atque ita legisse quoque Chrysostomus perhibetur.

2. *De regia alerentur*] Textum κατὰ τόδε secutus est Lucifer, διὰ τὸ τρέφεσθαι — ἀπὸ τῆς βασιλικῆς. Proxime accedit Vulgatus interpres.

3. *Homicidæ*] Mallet *homicida* Latinius. Ἐπέχω.



eum quem videam ita ejus diligere caussas, ita ejus colere rem, ut cunctos nos in ejus cupias inveniri parte? Unde etenim omnem Dei cultorem compellis ad ipsum facere transitum, nisi quia delegeris favere parti ejusdem? Audis dicere beatum Apostolum; [a] *Idcirco declaratus est filius Dei, ut solveret opera diaboli*: & tu sis urgens Dei cultores opus consummare diaboli. Cum hæc agis, nonne videris impugnatorem te constituisse ejus, qui solverit opera diaboli? Sed non mirandum, si elegeris ut quæ dissolvit unicus filius Dei, hæc possint reædificari per te diaboli satellitem; quandoquidem nec ipsum negare dubitaveris, qui opus diaboli destruxerit. Hinc tibi est pro nihilo cruorem fundere innocentis, quia jam innocentium amatorem & suorum cultorum defensorem negans, contuleris temet ad eum ad quem se contulerit Scharioth Judas. Si itaque negare non potes, quia opus sit diaboli, viri justi fundere sanguinem; utique est clarum te diaboli opera fecisse, & nos ut faceremus, hortatum.

XXIII. Adhuc loquitur Joannes Deo amantissimus, ut fraterna inviolata teneatur caritas, dicens: [b] *Ex hoc apparent filii Dei & filii diaboli: Omnis qui non est justus, non est ex Deo, & qui non amat fratrem suum: quoniam hæc est repromissio quam audistis ab initio, ut amemus alterutrum. Et non sicut Cain qui ex maligno fuit & interfecit fratrem suum. Et propter quid interfecit eum? quoniam opera ipsius maligna fuerunt; fratris autem sui justa. Nolite mirari fratres, si odit nos sæculum. Nos scimus quoniam transitum fecimus a morte ad vitam, quoniam amamus fratres: qui autem non amat, manet in morte. Omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis quia omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem.* Cum itaque omnis qui odire invenitur fratrem, filius dicatur diaboli homicida, Cain denique fratricidæ comparetur, in morte manere designetur: cur me hoc opus implere compellebas, quod me ut Cain fecisset fratricidam & filium diaboli, quod me in mortem perpetuam fecisset manere? Cum jam videas me transitum fecisse de morte ad vitam, cum inter eos quos filios [1] appellare dignatus est, me jam constituerit Deus; quam ob caussam me Cain fieri voluisti, tenebras etiam & filium diaboli? In quo te læsi, in quibus rebus exstiti adversarius salutis tuæ, ut mihi desideraris ita esse nocitum? Cur hæc iteramus; nisi ut aliquando intelligere possis, quod quidnam sit bonum sis ignorans? Si enim scires, numquam & ipse tantum admisisses facinus, & nos perpetrare urgeres. Dicas inter hæc precor, quamobrem persequeris Dei domus antistitem? Dicit enim Apostolus, *Quia qui odit fratrem suum, homicida est.* Si non vis habere homicidæ nomen, cur odis fratrem tuum? Proba odio dignum Athanasium: quid malorum operatus sit, manifesta; ut sit odiri dignus etiam ab omnibus nobis. Profecto non dabis opus commissum aliquod injustum, quod eum faciat odiosum. Cum hæc ita sint, necesse est te idcirco odisse illum, quia opus tuum sit malignum, Athanasii vero justum. Propterea etenim vis interficere eum quod non fuerit te sceleratum, facinorosum atque sacrilegum imitatus. Constat hæc ita esse: cum enim gloriosus Apostolus Cain & Abel introducit comparationem; tu mihi esse videris Cain, Athanasius ve- A ro Abel. *Ex hoc apparent filii*, dicens, *Dei & filii diaboli. Omnis qui non est justus, non est ex Deo, & qui non amat fratrem suum: quoniam hæc est repromissio quam audistis ab origine, ut amemus alterutrum. Et non sicut Cain qui ex maligno fuit, & interfecit fratrem suum. Et propter quid interfecit eum? quoniam opera illius maligna fuerunt, fratris autem sui justa.*

XXIV. Nec debes dubitare opera tua esse maligna, Athanasii vero justa. Tu etenim es homicida, religionis Dei destructor, unici filii Dei negator, apostolicæ fidei expugnator, idololatriæ Arianæ fundator: contra, Athanasius est in timore Dei ita per- B manens, ut nihil commisisse quantum videri potest inveniatur, quod eum possit a Deo dilectissimo separare. Cum hæc ita sint, hortamur diligas te in Athanasio. Retines scriptum: [c] *Diliges proximum tuum tamquam te ipsum*; &, *Qui diligit proximum, legem implevit*. Ut etenim te in ipso odis, ignorans quia malum sit, justum odire injuste; ita te in eo incipies amare, si hæc tua malevolentia fuerit conversa in benevolentiam: tunc poteris eripi e tenebris, in quibus te dicit beatus Apostolus mansitare. *Nolite* enim, inquit, *mirari fratres, si odit nos sæculum. Nos scimus quoniam transitum fecimus a morte ad vitam, quoniam amamus fratres: qui autem non amat, manet in morte. Omnis qui odit fra- C trem suum, homicida est. Et scitis, quia omnis homicida non habet vitam in se manentem.* Non audeas jam dicere, Damnate innocentem, homo non habens in te vitam manentem, homo qui nec dum feceris transitum de morte ad vitam. Si enim fecisses, hoc est, si in unicum Dei filium sicut nos credidisses; nec homicida esse delegisses, ne videlicet inciperes iterum regredi ad mortem. Duplici igitur modo constitutus sine spe vitæ, dignatus es imperare Dei sacerdotibus, interficere innocentem. Sed fortassis [2] tenes dicere, Amo amantes Deum, & odio habeo odientes eum. Sed hæc de Athanasio non poteris dicere; quoniam quidem magis constet, te odire Deum, quia & dereliqueris illum, & transitum D feceris ad idololatriam.

XXV. Itaque quia nullam culpam persequeris in Dei sacerdote, sed solam justitiam, sed solam Dei religionem; superest ut adhuc videas nos quos hortabaris innocentes interficere, quales esse jusserit circa conservos nostros iste beatus Apostolus Joannes: [d] *Ille propter nos animam suam posuit; & nos debemus pro fratribus animas nostras ponere.* Ab Apostolo jubeor animam ponere pro fratre, & a te Christi mancipio præcipitur mihi fratrem interimere. Et iterum: [e] *Fiduciam*, inquit, *habeamus ad Deum; & quidquid petierimus, accipiemus ab eo: quoniam mandata custodimus: & quæ ei placent ante conspe- E ctum ejus faciamus [3] in nomine filii ipsius Jesu Christi, & amemus nos invicem, sicut dedit mandatum nobis.* Sed quomodo potero audiri ab eo in omni obsecratione, qui sim non servans mandatum ejus? Ut enim diligam fratrem meum, mihi mandavit, non ut interimam. Et infra: [f] *Carissimi amemus nos alterutrum, quoniam caritas ex Deo est.* Et iterum: [g] *Quicumque non diligit [4] fratrem, non novit Deum, quoniam Deus caritas est. Ex hoc declarata est caritas Dei in nobis, quoniam*

a I. Joan. III. 8. *b* Ibid. ℣℣. 10-15. *c* Rom. XIII. 8. 9. *d* I. Joan. III. 16. *e* Ibid. ℣℣. 21-23. *f* I. Joan. IV. 7. *g* Ibid. ℣℣. 8-11.

1. *Filios*] Ex Joannis textu allato, legerim *filios Dei*.
2. *Tenes*] Recte conjecisse videtur Latinius, dum heic *tentes* reponendum censuit.
3. *Faciamus*] Post *faciamus*, sequentia librario excidisse videntur: *Et hoc est mandatum ejus, ut credamus in nomine*, cet.
4. *Fratrem*] Deest hæc vox in textu I. *Joan.* IV. 8.

filium suum misit Deus unicum in sæculum, ut vivamus per eum. In hoc est caritas: non quod nos amaverimus Deum, sed quod ipse amaverit, & miserit filium suum expiatorem peccatorum nostrorum. Carissimi, si ergo sic Deus amavit nos, nos & debemus alterutrum amare. Et iterum: [a] *Si quis dicit, quia diligit Deum, & fratrem suum odit, mendax est. Qui autem fratrem suum non amat, Deum quem* [1] *non vidit, non potest amare.* Et iterum: [b] *Hoc mandatum habemus ab ipso, ut qui amat Deum, amet & fratrem suum.* Et iterum: [c] *Quoniam ex hoc intelligimus, quia amamus filios Dei, quando Deum amamus, & mandata ipsius facimus. Hæc est enim caritas Dei,* [2] *& mandata ipsius gravia non sunt.* Hæc conspice pauca de multis, & invenies ad quas nos traxeris tenebras tu homo tenebrarum. *Ex hoc intelligimus*, dicit, *quoniam amamus filios Dei, quoniam Deum amamus, & mandata ipsius facimus. Hæc est enim caritas Dei, ut mandata ipsius custodiamus*: & tu me dignaris impellere ad hæc mandata dissipanda: alia contra ipsa, quæ per te instinctu diaboli prolata sunt, instituere. Quomodo inveniri potero Deum amans, qui ejus mandatorum adversarius per te factus inveniar?

XXVI. Quibus ex factis quis mihi esse videris, nisi unus ex illis zizaniis destinatis igni, de quibus Dominus? [d] *Sicut ergo*, dicit, *colliguntur zizania & igni comburuntur, sic erit in consummatione sæculi. Mittet filius hominis Angelos suos, & congregabunt de regno ejus omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem: & mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus, & stridor dentium. Tunc justi fulgebunt sicut sol in regno patris sui.* Conspicis, quia si te hæretico satis agente damnarem innocentem, tecum essem futurus in gehennam: neque enim possemus consequi Dei regnum in quo possemus fulgere [3] tamquam sol, si aut homicidium fuissemus perpetrati, aut apostolicam violaremus fidem. Gaude adhuc te in his degere malis, noli cognoscere quæ geras mala; & invenies sine dubio te esse inter malignos, quos designat ad ignem venturos Dominus dicens: [e] *Exient Angeli & separabunt malos a justorum conversatione, & mittent illos in caminum ignis: ibi erit fletus & stridor dentium.* Dignaris pro nihilo habere persequi servos unici Filii Dei, tu membrum diaboli, qui fueras arbitratus quod omnem posses perducere ad scandalum sanctam Ecclesiam. Sed conspice quæ tibi atque omnibus consacrilegis tuis promittat Deus: [f] *Qui acceperit unum puerum talem in nomine meo, me accipit: qui autem scandalizaverit unum de pusillis qui in me credunt, expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, & mergatur in profundum maris. Væ autem huic mundo ab scandalis. Necesse est enim venire scandala: verumtamen væ homini illi per quem scandalum venit. Quod si manus tua vel pes tuus scandalizat te, abscinde eum & projice abs te.* Et infra: [g] *Videte ne contemnatis unum ex his pusillis: dico enim vobis, quod Angeli eorum in cælis semper vident faciem patris mei qui in cælis est.* Igitur qui non solum sis spernens credentes in ejus majestatem divinam, sed & es interficiens; quas erit merces repræsentaturus tibi iste quem negas; qui tibi magis expedire dixerit, si molam asinariam suspenderes collo tuo, & in profundum maris fuisses præcipitatus, quam unum ex credentibus in eum perduxisses ad scandalum, quam unum contemsisses ex illis qui sint regnum possessuri cælorum? Quæ erit repræsentaturus tibi, qui ea de caussa ejus sanctæ Ecclesiæ ex membris scindi merueris, quia sis per quem scandala diabolus immiserit nostris diebus in Dei populum; quia licet concitaris scandala, tamen deceperis eos tantum qui te nescíverint jam sic aruisse, ut rivus præcisus a fonte, ut fractus ramus ex arbore?

XXVII. Ceterum qui te extra Ecclesiam cognoscimus positum, qui hostem unici Filii Dei cernimus, scientes te mortuum; conatus tuos Deo juvante subter pedes nostros esse conspicimus: scimus etenim mortuum vivis dominari non posse. Sed qui dicis vivere te in Christo, unde probare es potens, cum eum sis negans? vivere etenim non possunt, nisi qui illum fateantur verum Deum esse, verum Dei filium. Unde es vivens, cum nos idcirco persequaris, quia ejus esse nos fateamur servos? Aut numquid ob aliam nos persequeris caussam? numquid fortassis invenisti nos in te deliquisse; & idcirco in nos tam infestus es? Nos in te peccasse nosmet non retinemus. Quomodo etenim in te peccasse nos probari poterit, cum te de morte venire ad vitam [4] urgescimus? Et tamen si sentis nos in te deliquisse, accipe quæ te circa nos facere jusserit Dominus dicens: [h] *Quod si peccaverit in te frater tuus; vade, & corripe eum inter te & ipsum solum. Et si audierit, lucratus eris fratrem tuum: si autem non te audierit, adhibe tecum unum vel duos, ut in ore duorum vel trium testium, stet omne verbum. Quod si non audierit eos, dic Ecclesiæ: si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi tamquam ethnicus & publicanus.* Cum hæc non feceris quæ præceperit Dominus fieri, [5] cum non solum tu in te & nos non monueris, quibus præsentibus Athanasium, unum e nobis convincens reum fuisse; sed coegeris eum inauditum a nobis damnari consacerdotibus suis, cum ei audientiam abstuleris; quomodo nos tu juste poteris incusare? Quid enim deliquerimus in te, cum nullum horum mandatorum Domini impleveris? Cur nos tam infeste persequeris, cum magis tu sis reus prævaricationis, qui minime circa nos, prout tibi dedit mandata Dei unicus filius, egeris, sed qui prout placuerit inimico nostro diabolo cuncta gesseris? Illius etenim est hujusmodi consilium, illius talis voluntas, ut inauditus damnetur, ut absens interficiatur, ut innocentis cruor fundatur: cum non, inquam, rem egeris eo modo quo jusserit te agere Dominus, fuisti ausus perferre ad beatam Ecclesiam, fuisti ausus dicere, Peccavit Athanasius, & debet ab omnibus ejus condemnari communio.

[a] 1. Joan. IV, 20. [b] Ibid. ℣. 21. [c] I. Joan. V. 2. 3. [d] Matth. XIII. 40-43. [e] Ibid. ℣℣. 49. 50. [f] Matth. XVIII. 5-8. [g] Ibid. ℣. 10. [h] Matth. XVIII. 15-17.

1. *Non vidit*] Ita Gr. οὐχ ἑώρακε. Vulg. *non videt*.

2. *Et mandata ipsius*] His præmittenda quæ habentur in textu, & paullo post repetit ipsemet Lucifer, *ut mandata ipsius custodiamus: & mandata* cet. Repetita verba, *mandata ipsius*, in caussa fuerint, cur præcedentia librario exciderint.

3. *Tamquam sol — Gaude adhuc*] Pessime habitus hic locus in editis, ubi sic effertur: *tamquam sol. Si autem homicidium fuissemus perpetrati, aut apostolicam violaremus fidem, gaudens huc te in his degere malis*, cet. Illum, duce Latinio atque legitima interpunctione adhibita, sanitati restituimus.

4. *Urgescimus*] Id est, sæpius urgemus. TIL.

5. *Cum non solum tu in te & nos*] Ex textu modo allato adhæremus Latinio reponenti: *Cum non so. . tu inter te & nos*. Mox pro *convincens* legendum *convinceres*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

XXVIII. Sed quid dicere tentabis, In Deum deliquit. Et ecce inveniri non poteſt quod in Deum deliquerit: ſi quidem neque tu, neque conſacrilegi tui filii meretricis hæreſis Arianæ poſſitis teſtes admitti contra catholicum epiſcopum. Dominus erenim loquebatur de tribus catholicis teſtibus, de ſervis majeſtatis ſuæ, ut illis crederet beata Eccleſia; non vobis profanis, ex adulterio de meretrice natis. Ceterum ſi non ita acceperimus Domini iſtud præceptum, poterunt & Saturni atque omnium idolorum cultores admitti contra Dei domeſticos teſtes: poterunt & comblaſphemi tui a Deo derelicti ſine lumine, ut tu es, poſiti Judæi. Si enim vos hæretici & quidem omnium ſectarum admittendi eſtis teſtes contra Chriſtianos, debent & ethnici & Judæi: ſiquidem ſive Judæi, ſive ethnici, ſive vos hæretici poſiti extra Domini Eccleſiam, ſitis ſine Deo, ut tunc illi cuncti qui non fuerint in arca ſanctiſſimi Noe. Ut enim illi poſiti extra arcam ſalvari non potuerunt, ita nec vos; ſed ſic ſitis interituri, niſi credentes in unicum Dei Filium ejus, in ſancta Eccleſia fueritis commanentes nobiſcum. Si igitur teſtes neque tu, neque comblaſphemi tui eſſe poteſtis; quomodo feciſti, inſulſiſſime rex, damnari, & quidem a conſacerdotibus ſuis totius virum innocentiæ? Addo illud, qui jam illum accuſaveratis fuiſſe homicidam apud Sardicam in ſynodo catholicorum, & probare minime valuerit iniquitas veſtra. Addo quod tu ipſe ad Eccleſiam Alexandrinorum dederis litteras, adſtruens illum virum juſtum, epiſcopum catholicum. Ad ultimum, tametſi peccaſſet Athanaſius, fuerat pellendus a populo ſibi commiſſo; & quidem ut ille populus alium e corpore ſuo dignum peteret ſibi fieri epiſcopum: non tamen fuerat gladio per te imperatorem petendus. At cum tu loco innocentis in quem nihil veri conſtiterit, loco catholici miſeris conſacrilegum tuum Georgium; & nolentibus ejus maculari ſacrilegio, tantas contumelias tantaſque intuleris pœnas, ut plurimos proſcripſeris, relegaveris in exſiliis, in metallis, quam plurimos etiam interfeceris, & hodie non deſinas ea facere, blaſphemiam tuam quæ eſt & Georgii ſuſcipere nolentibus, quæ irati hoſtes immaniſſimi barbari vix faciant: quomodo te arbitraris poſſe intelligi Chriſtianum, qui & feris ſæviſſimis videaris eſſe ferocior, & belluis omnibus immanior? Fuiſti auſus dicere Athanaſium percutiendum, non conſpiciens tunc vos Arianos eſſe punitos, & quidem Dei virtute, quando idololatriam introducere eſtis meditati in Domini Eccleſiam.

XXIX. Sed adhuc dicas fortaſſis, Deliquit in me Athanaſius. Ut omittam quia & in hoc mendax ſis, non ſciebas ſcriptum quid circa in te delinquentes agere te præceperit Dominus, ut ſic gladio eum fuiſſes perſecutus? [a] *Tunc accedens ad eum Petrus, dixit ei: Domine, ſi peccaverit in me frater meus, quoties remittam ei? uſque ſepties? Dicit illi: Non dico tibi uſque ſepties, ſed uſque ſeptuageſies ſepties.* An erubeſcis audire Athanaſium fratrem tuum? Si Chriſtianum te profiteris, debes omnes Chriſtianos fratres dicere, & quidem non ſolum Athanaſium, ſed & eos quos videris ſtipem petentes. Omnes etenim in Eccleſia Domini conſtituti unum ſumus apud quem non ſit acceptatio perſonarum. Et tamen bene feceris, ſi nolis illum dici fratrem tuum. Tu etenim filius peſtilentiæ cum ſis, & ille unus ſit de filiis lucis: tu cum mancipium ſis noſtri inimici, & ille ſit ſervus Dei; eſt iniquiſſimum ſi dicaris frater hominis Dei, præcurſor antichriſti. Si deliquiſſe illum in te in aliquo videras, dimittendus ille erat illico a te, ut tibi dimitteret crimina propria Deus. Nunc vero quia dimittere nequiviſti propter contumaciam atque malevolentiam tuam; tibi qui præceptum Domini irritum feciſti, accipe quæ poſſint præſentari. [b] *Tunc accedens ad eum Petrus dixit: Domine ſi peccaverit in me frater meus, quoties remittam ei? uſque ſepties? Dicit illi: Non dico tibi uſque ſepties, ſed uſque ſeptuageſies ſepties. Ideo ſimile eſt habitum regnum cælorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum ſervis ſuis. Et cum cœpiſſet rationem ponere, oblatus eſt ei unus qui debebat decem millia talenta. Cum autem non haberet unde redderet, juſſit eum dominus venumdari & uxorem ejus & filios & omnia quæ habebat, & reddi debitum. Procidens autem ſervus ille, orabat eum dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Miſertus autem dominus ſervi illius, dimiſit eum, & debitum dimiſit ei. Egreſſus autem ſervus ille invenit unum ex conſervis ſuis qui debebat ei centum denarios, & tenens ſuffocabat eum dicens: Redde quod debes. Et procidens ſervus ille rogabat eum dicens: Patientiam habe in me, & reddam tibi. Ille autem noluit: ſed abiit, & miſit eum in carcerem, donec redderet debitum. Videntes autem conſervi ejus quæ fiebant, contriſtati ſunt: & venerunt, & narraverunt domino ſuo omnia quæ facta erant. Tunc vocavit eum dominus ſuus, & ait illi: Serve nequam, omne debitum remiſi tibi, quia rogaſti me: non oportuit te quoque miſereri conſervo tuo, ſicut & ego miſertus ſum tibi? Et iratus dominus ejus tradidit eum tortoribus, quoaduſque redderet univerſum debitum. Sic & vobis faciet pater meus qui in cælis eſt, ſi non remiſeritis unuſquiſque fratri ſuo de cordibus veſtris.*

XXX. Quid reſpondes ad hæc tu, cujus mentis oculi videre minime potuerint hæc, quæ præceperit fieri Dominus? Ubi ponis illud quod neque in te neque in Deum deliquerit, ſed ſit ſuſtinens perſecutionem? Cur apoſtolicam teneat fidem, cur nolit fieri, ut tu es, ſacrilegus, firmaſti interficere veritatis prædicatorem, cupiens in eo te collocari honore, in quo ſunt illi quos in Evangelio & prophetarum interfectores deſignat Dominus, & impias manus ad ipſum etiam porrecturos aperit, dicens: [c] *Homo erat paterfamilias qui plantavit vineam, & ſepem circumdedit, & fodit in ea torcular, & ædificavit turrem, & locavit eam colonis, & peregre profectus eſt. Cum autem tempus fructuum appropinquaſſet, miſit ſervos ſuos ad colonos, ut acciperet de fructibus ſuis. Et coloni apprehenſis ſervis unum ceciderunt, alterum autem lapidaverunt, alium vero occiderunt. Iterum miſit ad illos ſervos plures, & fecerunt eis ſimiliter. Noviſſime autem miſit illis filium ſuum unicum dicens: Verebuntur filium meum. Coloni autem videntes filium dixerunt inter ſe: Hic eſt heres: venite, occidamus illum, & habebimus hereditatem ejus. Et apprehenſum eum occiderunt, & ejecerunt eum extra vineam. Cum ergo venerit dominus vineæ, quid faciet colonis illis? Dicunt illi: Malos male perdet illos: vineam locabit aliis colonis, qui reddent ei fructum temporibus ſuis.* Ex his quia eſſe unus magnopere deſideraris, & nos ſocios criminum tuorum ſuadebas fieri: neque enim alia ſunt conſilia tua ab illorum nefariis conſiliis, qui inveniuntur prophetas interemiſſe, qui denique in unicum Dei filium im-

a Matth. XVIII. 21. 22. *b* Ibid. ℣℣. 21-35. *c* Matth. XXI. 33-41.

pias porrexerint manus; maxime cum etiam paſſiones beatorum iſtorum miſſorum ad colonos ad nihilum ſis redigens, adſtruendo illos fuiſſe interfectos propter eum qui fuerit, quando non fuerit: cum clament ſacræ Scripturæ, quia unicus Dei Filius ſemper regnaverit, ac ſit regnans, cum Patre unam [1] habere deitatem. Aperiunt dominicæ litteræ Patrem, & unicum ejus Filium: & dicis eum pro quo interfecti ſunt prophetæ glorioſi, factum eſſe ex nihilo. Si enim tu quæ dicis, vera ſunt; conſtat propter creaturam interfectos beatos prophetas. Et ubi erit illud quod ingenti indignatione iraſcatur Dominus in eos, qui magis ſerviant creaturæ quam creatori? Si pro creatura interfecti ſunt beati prophetæ; quomodo eos habet cariſſimos Deus? quomodo, quia ipſorum verbis non crediderunt Judæi, ſunt hodie Dei inimici? unde Judæi Dei inimici? unde extra Domini poſiti inveniuntur vineam, niſi quia prophetarum interemtores exſtitiſſent, niſi quia æternum Deum æterni Dei filium prædicaverint prophetæ, & illi comblaſphemi tui non ſolum non crediderint prophetiæ eorum, ſed & eoſdem interemerint? Quid etenim perſecutos fuiſſe arbitraris in prophetis Judæos, niſi unicum Dei Filium, ſicut & in Apoſtolis atque Martyribus? Ex te ſaltem cognoſce vera eſſe quæ dico: ſiquidem [2] & tu quoque in Athanaſio, nec non & in nobis Dei verum perſequaris filium. Cum hæc ita ſint, cenſueras nos jungendos interfectoribus prophetarum, juſtorum ſanguinis fuſoribus conſacrilegis tuis, hoc eſt Judæis, ipſorum videlicet quorum ſis imitator. Nec enim alia de re Athanaſium damnare dixiſti; ſuſciperemus etiam Arii fidem mandaſti, niſi ut & in effuſione ſanguinis juſtorum, & in negando unicum Dei filium pares fuiſſemus Judæorum, quorum jam tu ſis in omnibus particeps. Si enim illi prophetas interemerunt eos, qui de adventu loquebantur unici Dei filii: & tu eos interficis qui ſint credentes, ſicut crediderunt prophetæ.

XXXI. Sed quamdiu de his cum incredulo? cum propoſuerim tibi manifeſtare, unum te eſſe ex illis, ad quos dicit Dominus: [a] *Ideo dico vobis quia auferetur a vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum ejus.* Neque enim tu in gente hac es, quæ fructus inveniatur facere juſtitiæ; ut non unus eſſe pronuntieris ex illis, quos pulſos eſſe a Dei regno propter juſtorum necem & incredulitatem ſuam audias. Eſſe te adverte hæc gerendo, inter illos quorum nequitias aperiens dicit Dominus: [b] *Simile eſt regnum cælorum homini regi qui fecit nuptias filio ſuo. Et miſit ſervos ſuos ad invitatos ad nuptias.* Et infra: *Et noluerunt venire. Iterum miſit ad illos, ſervos dicens: Dicite invitatis: Ecce prandium paravi meum: tauri mei & ſaginata occiſa, & omnia parata: venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt, & abierunt: alii in villam ſuam, alii vero ad negotiationem ſuam, reliqui vero tenuerunt ſervos ejus, & contumelia affectos occiderunt. Ille rex cum audiſſet, iratus eſt, & miſit exercitum ſuum, & perdidit homicidas illos, & civitates eorum incendit. Tunc ait ſervis ſuis: Nuptiæ quidem paratæ ſunt; ſed qui erant invitati, non fuerunt digni: ite ergo ad exitus viarum, & quoſcumque inveneritis, vocate ad nuptias. Et egreſſi ſervi in vias, congregaverunt quotquot invenerunt, malos & bonos: & impletæ ſunt nuptiæ a diſcumbentibus. Intravit autem rex ut videret diſcumbentes: & vidit ibi hominem non veſtitum veſte nuptiali. Et ait illi: Amice, quomodo huc veniſti non habens veſtimentum nuptiale? At ille obmutuit. Tunc dixit rex miniſtris: Tollite eum pedibus & manibus, & mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus & ſtridor dentium.* Quia itaque ſine veſtitu ſis nuptiarum, Conſtanti, eris in perpetuum, niſi te converteris, talis qualis ille, cui dicitur, *Amice, quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem?* Sic venturus in tenebras exteriores. Nec dubites etenim te venturum ad exteriores tenebras, quandoquidem jam totus in tenebras ſis converſus. Illi etenim qui juſtorum fuderunt ſanguinem prophetarum, qui unicum Dei negaverunt filium, & tenebræ & filii diaboli vocantur. Quia hæc ſis & ipſe agens, utique & tenebrarum & diaboli filius eris perſeveraturus, niſi tibi conſulueris.

XXXII. Quomodo, dicis, conſulere mihi potero? Ut perſequi nos deſinas, & fidem apoſtolicam ſuſcipias: niſi feceris, ut es nunc, ſemper futurus inter illos ad quos dicitur: [c] *Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, qui decimatis mentham & anethum & cyminum, & reliquiſtis quæ graviora ſunt legis, judicium & miſericordiam & fidem: hæc oportuit facere, & illa non omittere. Duces cæci liquantes culicem, camelum autem* [3] *contraglutientes.* Si non tu hæc digne audis cum illis, ubi eſt juſtum judicium quod procedit a te? Qui juſtum virum, apoſtolicam cur ſit prædicans fidem, nitaris interficere, ubi eſt juſtum judicium? Qui eos ſis omnibus viribus imperii tui perſequens, quos videas neque damnare velle inauditum, neque fidem catholicam deſerere, & eos ſis diligens quos cognoſcas tecum & ſanguinem innocentis fudiſſe, & fidem evangelicam reſpuiſſe. Quæ eſt apud te & in te conſtituta miſericordia, quæ ut exhibeatur, lex præcepit ſancta? Nempe illa quæ torquet, proſcribit, deportat, mittit in carcerem, deducit ad exſilia, collocat in metalla; illa quæ fami, ſiti, verberibus, nuditate necat; ad ultimum illa quæ gladio punit. Hæc eſt, Conſtanti, tua miſericordia, quæ non veniat ex lege Dei, ſed ex præſumtione diaboli. Judicium, & miſericordiam, & fidem, *Hæc*, inquit, *vos oportuit facere, & illa non omittere.* Ubi eſt fides tua, qui fidem quam tenuerunt Abraham, Iſaac & Jacob beatiſſimi, & cuncti Prophetæ, Apoſtoli ac Martyres, damnaveris, & illam ſtatueris ſuſcipiendam a cunctis Dei cultoribus, quam contra hanc catholicam fidem diabolus per magiſtrum veſtrum Arium vomuerit?

XXXIII. Quibus ex rebus eſſe intelligeris unus ex illis qui dignoſcantur audire: *Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, qui decimatis mentham & anethum & cyminum, & reliquiſtis quæ graviora ſunt legis, judicium & miſericordiam & fidem: hæc oportuit facere, & illa non omittere. Duces cæci liquantes culicem, & camelum transglutientes.* Aut negabis culicem te liquare, & camelum tranſvorare, homo qui cum ſtipem non ſolum rogatus, ſed & tribuens ſis nonnumquam ſponte; tamen, ut eſt ſæpe dictum, proſcribas Chriſtianos ſe confitentes, deportes, torqueas, poſtremo interficias? Et idcirco eſſe te cum illis debes advertere,

a Matth. xxi. 43. b Matth. xxii. 2-13. c Matth. xxiii. 23. 24.

1. *Habere*] An *habens*? Sed nihil muto.
2. *Et tu quoque*] Ita emendavimus poſt Latinium pravam editorum lectionem, *& tu quem*.
3. *Contraglutientes*] Latinius, *transglutientes*. Sic ſane paullo poſt auctor. Verum heic, nulla mutatione facta, legerim equidem diviſim, *contra glutientes*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

ad quos dicatur: [a] *Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, quia similes estis sepulcris dealbatis, quæ a foris parent hominibus speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorum & omni spurcitia. Sic & vos a foris quidem paretis hominibus justi, intus vero pleni estis hypocrisi & iniquitate.* Es ex illis interfectoribus ad quos dicitur: [b] *Serpentes, generamina viperarum, quomodo fugietis a judicio gehennæ? Ideo ecce mitto ad vos prophetas & sapientes & scribas; & ex illis occidetis & crucifigetis, & persequemini de civitate in civitatem: ut veniat ad vos omnis sanguis justorum qui effusus est super terram, a sanguine Abel justi usque ad sanguinem Zachariæ filii Barachiæ, quem occidistis inter templum & altare. Amen vobis dico: venient hæc omnia super generationem istam.* Probaris actibus tuis ex alio genere te esse [1] vipereo? inveniris etenim esse unus ex illis ad quos hæc quod perpetraturi essent, dicebantur. Aut si negas esse te ex illis qui audiunt ore Domini, *Serpentes, generamina viperarum*; proba non te, sed Judæos destinasse militem ad Alexandriam, Judæorum militem obsedisse fores Dei domus, Judæorum militem ducem fuisse Syrianum: proba Judæos ingressos basilicam cum armis, atque certum numerum interfecisse. Si probare non potes, quia constet te misisse ad Dei impugnandam religionem; rectissime dicimus, te unum esse ex illis ad quos dictum est: *Serpentes, generamina viperarum, quomodo fugietis judicium gehennæ?* Non sine dubio fugies judicium gehennæ, sed eris semper illic ardens cum conserpentibus tuis, nisi tibi prospexeris: [c] *Tunc*, inquit, *tradent vos in tribulationem, & occident vos: & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. Et tunc scandalizabuntur multi, & invicem tradent, & odio habebunt invicem. Et multi pseudoprophetæ exsurgent, & seducent multos. Et quoniam abundabit iniquitas, perfrigescet caritas multorum.* Si non mens tua sacrilega scit, me propter unicum Dei filium pati persecutionem a te; poteris non esse de illo genere, non esse in illorum sententia, ad quos dicitur: *Serpentes, generamina viperarum, quomodo fugietis a judicio gehennæ? Ideo ecce mitto ad vos prophetas & sapientes & scribas, & ex illis occidetis & crucifigetis, & persequemini de civitate in civitatem.* Quæ cum tu sis hodie gerens, negare non audebis te de vipera esse progeniem. Interemisti enim multis in locis plurimos Christianorum, alios detines vinctos in carceribus, in ergastulis: etiam hinc poteris videre te unum esse ex illis ad quos dicitur, *Serpentes, genimina viperarum*: & infra, *Ecce ego mitto ad vos prophetas & sapientes & scribas, & ex illis occidetis*: dum non eos digneris exsecrari, quos videas per abundantem iniquitatem tuam recessisse ab apostolica fide, illos quorum perfrixerit caritas; sed eos quos videas permanere in eo statu fidei, in quo manentes beati Prophetæ, Apostoli atque Martyres meruerunt æternas Dei consequi amicitias. Non enim [2] apud Alexandriam, Achetam & Didymum ex presbyteris exsecraris qui noscantur ex Christianis facti Ariani; sed eos quos adhuc cognoscis stare nobiscum. Aut si non ita est, cur nunc non exsecraris Didymum & Achetam quos antea exsecrabaris, nisi quia tunc a te fuissent exsecrabiles habiti, quia essent adhuc scilicet Christiani; nunc vero sint tibi carissimi, quia videlicet esse cœperunt ut tu es, apostatæ blasphemi?

XXXIV. Sed jam credimus te post tantas probationes tibi exhibitas, te unum esse ex illis ad quos dicitur, *Serpentes, genimina viperarum, quomodo fugietis a judicio gehennæ?* daturum te operam, quo possis curare vulnera tibi per diabolum inflicta tam gravia: quia & homicida sis & sacrilegus, a quibus criminibus si te nolueris liberari, sanguis tuus requiretur a te; nos coram Deo mundi futuri a sanguine tuo, qui tibi omnibus veritatem patefecerimus modis: a te non solum tuus, sed & eorum requiretur sanguis, quos aut ad hæresim perduxisti suscipiendam, aut ad innocentem illexisti jugulandum. Sed si dixeris, Arbitrabar illorum catholicam fuisse fidem quos dicitis Arianos: si in fidei nutasti caussa; si quod sint hæretici ii qui credere se dicant in creaturam, ignorasti; qui dicant Deum non habere verum filium: numquid etiam hoc ignorasti, quia non sit justum gladio persequi innocentem? numquid fugerat te dixisse Dominum beato Petro: [d] *Converte gladium tuum in loco suo: omnes enim qui accipiunt gladium, gladio peribunt?* Quid interea, Constanti, acturus, qui tantam Christi Dei unici filii servorum interemeris multitudinem? Vides etenim eum quem in nos persequeris, dicere, Quod omnes qui gladium accipiunt, gladio sunt perituri. Quid accepturus? qui nisi veniam facinorum tuorum, credens in eum quem negas, fueris consecutus, toties merearis & quidem Dei percuti gladio, quoties tu percusseris ejus clementiæ dicatos. Quid homo Dei sacerdotibus imponendam duxisti necessitatem ad absentem percutiendum, ad inauditum puniendum, ad innocentis fundendum sanguinem? Cur noluisti, audiri Athanasium consacerdotem nostrum a nobis? Cur sic more latronum occulte nos jugulare Dei hominem volueras, nisi quia sis ex illis in quorum exprobrationem prolata sint hæc? [e] *Nemo ascendit in cælum, nisi qui de cælo descendit, filius hominis qui est in cælis. Sicut enim Moyses exaltavit serpentem in deserto, sic oportet exaltari filium hominis: ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam. Sic enim Deus mundum dilexit, ut filium suum unicum daret: ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed vitam æternam habeat. Non enim misit Deus filium suum in mundum, ut judicet mundum: sed ut salvetur mundus per ipsum. Ideo qui credit in eum, non judicatur: qui autem non credit in eum, jam judicatus est, quia non credidit in nomine unici filii Dei. Hoc est autem judicium: quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines potius tenebras quam lucem: erant enim opera illorum mala. Omnis qui prava agit, odit lumen, ut non arguantur opera ejus. Nam qui facit veritatem, venit in lucem, ut manifestentur opera ejus, quoniam in Deo [3] est factum.*

a Matth. XXIII. 27. 28. b Ibid. vv. 33-36. c Matth. XXIV. 9-12. d Matth. XXVI. 52. e Joan. III. 13-21.

1. *Vipereo*] Forte, *quam vipereo*.
2. *Apud Alexandriam, Achetam & Didymum*] Editi mendose, *Machetam & Didymam*, semel iterumque. Locum emendavimus ex litteris Constantii ad Athanasium a Socrate relatis lib. II. cap. XX. & Nicephoro lib. IX. cap. XXI. ubi sic legimus, Ἀχήταν τὸν διάκονον ἀπεστάλκαμεν. Hinc fortasse scripserit Lucifer, *Achetam* EX DIACONIS, quemadmodum scripsit *Didymum ex presbyteris*.
3. *Est factum*] Sic in veteri codice pro *sunt facta*: quemadmodum superius scriptum erat in singulari, *arguatur opera ejus*, & *manifestetur opera ejus*. Genera & numeros more vulgari non semper observat auctor. TIL. — Scilicet, nimis religiose verba Græci textus expressit Lucifer, ἐλεγχθῇ. φανερωθῇ, ἐν Θεῷ ἐστιν εἰργασμένα.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



XXXV. Si servum te unici cognosceres Dei filii, numquam profecto ejus majestatem negares, numquam ejus servos nunc occulte, nunc publice jugulari mandares: sed quia sis amator tenebrarum, quippe [1] tenebra; quia sint opera tua mala, noluisti rem quam detuleras, plenissime examinari per Dei sacerdotes. Cur noluisti, nisi quia timueris opus tuum publicari serpentinum? [a] *Dum sumus in corpore*, inquit Apostolus, *peregrinamur a Domino: ex fide enim ambulamus, non per speciem. Audemus etiam, bonam voluntatem habentes, magis peregrinari a corpore & præsentes esse ad Dominum: & contendimus sive absentes sive præsentes placere illi. Nam omnes nos oportet manifestari ante tribunal Christi, ut ferat unusquisque propria corporis, secundum quod gessit sive bonum sive malum.* Et Constantius hæreticus dicit, Damnate Christiani Christianum. Cur hoc dicis? nisi quia fundere sanguinem justorum, derelinquere etiam Deum & suscipere idololatriam, hoc esse optimum censueris? Sed iterum te obsecro piissime cognoscas imperator, cum sis & unici filii Dei negator, & in eum credentium persecutor, si non compar illis inveniaris, quorum in Actibus Apostolorum describitur nequitia: [b] *Cum magna dissensio esset inter illos, timens tribunus ne raptus fuisset Paullus ab illis, jussit exercitum descendere, & rapere eum in castris. Sequenti autem nocte assistens ei Dominus ait: Constans esto: sicut enim testificatus es de me in Hierusalem, sic oportet te etiam Romæ testificari. Facta autem die, collegerunt se quidam ex Judæis, & devoverunt se dicentes, neque manducare, neque bibere, donec occiderent Paullum. Erant autem fere quadraginta qui hanc conjurationem fecerant: qui & accesserunt ad principes sacerdotum, & indicaverunt dicentes: Devotionem vovimus nos nihil gustare in totum, donec occidamus Paullum. Nunc ergo vos colligite concilium, & notum facite tribuno ut deducat eum ad vos, quasi de eo diligentius quæsituros: nos vero priusquam appropiet, parati sumus interficere eum.* Si non Dei sacerdotem isto petiisti genere Athanasium, nisi non aliud finxisti te agere, & aliud perficere disposueras; potes ne negare non eodem adverso spiritu te quoque agi, quo sunt acti atque aguntur Judæi? Nisi etenim illo fuisses excitatus spiritu contra nos Deo servientes, numquam sine dubio absentem damnari, & quidem innocentem, mandares.

XXXVI. Sed hæc sic ego sæpe repeto, tamquam etiam ipse cum interdum vacas a furoris stimulis, non consideres omnibus te modis ita a justitiæ regula exorbitasse, ut nec in Actibus Apostolorum videre potueris, petentibus Judæis ad Paullum necandum beatum, hominem gentilem præsidem Festum minime cœtui Judæorum commodasse assensum; sed tam ipsos, nec non & Paullum se in unum auditurum [2] posse pollicitum. Gentilis servavit æquitatis jus: tu vere destruxisti. Aut æqui- A tas est damnare inauditum, interficere absentem, audientiam vero negare justo ei homini, cui omnis testis sit Dei populus, quod enim false fuerit petitus a te ac tuis, Christianus a vobis Arianis? Ergo, ut dicere cœperam, quæ fuerint inter Judæos & Paullum beatum gesta a Festo, accipe: [c] *Festus autem cum venisset in provinciam præses ascendit Hierosolymam* [3], *insidias tendentes, ut eum interficerent in via. Festus ergo respondit, Paullum quidem servari in Cæsarea, se autem maturius proficisci. Itaque qui inter vos sunt, descendant; & si quod est in viro crimen, accusent eum. Demoratus ergo inter eos non plus quam octo aut decem dies descendit Cæsaream, & altero die se-* B *dit pro tribunali, & jussit citari Paullum. Qui cum adductus esset, circumsteterunt eum Judæi, qui a Hierosolymis descenderant, multa & gravia crimina objicientes quæ probare non poterant, Paullo autem rationem reddente, quod neque in legem Judæorum, neque in templum, neque in Cæsarem aliquid deliquerit.* Ethnicus æquitatis viam inter beatum Paullum & cohomicidas tuos Judæos tenuit: & tu desideriis malarum meditationum tuarum parere cupiens, æquitatem justitiamque tollendam ex sensibus censueras nostris. Sed quomodo istud facere poteramus quod tu fieri cogebas contra justitiam, qui meminissemus scriptum: [d] *Nolite judicare secundum personam, sed justum judi-* C *cium judicate?*

XXXVII. Damnate inauditum, quo dixisti tempore, cur non memoratus es dixisse Nicodemum: [e] *Numquid lex nostra judicat de homine, nisi audiat ab ipso & cognoscat quid fecerit?* Cur noluisti audiri quem reum mortis dixisti, nisi quia falsa detulisses? Dicit Dominus ad Judæos: [f] *Qui loquitur mendacium, de suo loquitur, quoniam mendax est & pater ejus*: & tu cum mendax esse clarueris, æstimasti non te esse filium mendacis, & audes filius mendacis resistere veracibus, fallax Domini sacerdotibus? Sacrilegus tu audes, quem advertamus esse latronem atque furem illum, quem D præostenderit Dominus dicens: [g] *Amen amen dico vobis, qui non intrat per januam in ovile ovium, sed qui ascendit per aliam partem, ille fur est & latro.* Porrexisti quidem manus ad Christi oves antichristo vindicandas: sed ut es agnitus fur atque latro, es vitatus atque rejectus. Cur te vel consacrilegum tuum Georgium non sunt secutæ oves Dei? Cur illum quem esse Alexandrinorum fortissime es dolens episcopum, sequuntur; nisi quia illum quidem instituerit illis episcopum Deus; te vero atque Georgium ad mactandas oves ut latrones & fures immiserit diabolus? [h] *Qui intrat per januam*, inquit, *pastor est ovium. Huic ostiarius aperit, & oves audiunt vocem ejus: & suas oves* E *vocat nominatim, & educit illas. Et cum suas oves ejecerit:* [4] *ad illas vadit, & oves eum sequuntur, quia noverunt vocem ejus. Alterum non sequuntur, sed fugiunt ab illo, quia nesciunt ejus*

a II. Cor. V. 6-10. *b* Act. XXIII. 10-15. *c* Act. XXV. 1-8. *d* Joan. VII. 24. *e* Ibid. ℣. 51. *f* Joan. VIII. 44. *g* Joan. X. 1. *h* Ibid. ℣℣. 2-5.

1. *Tenebra*] Sic princeps editio. Vide superius observata ad §. XIX. hujus libri.

2. *Posse pollic.*] Scripserit procul dubio Lucifer vel *esse*, vel *fuisse*.

3. *Hierosolymam*] Multa heic desiderantur, quæ reponenda sunt ex *Act.* XXV. 1-3. ut post Tilium animadvertit Latinius. Sic igitur locus restituendus: *Festus autem quum venisset in provinciam præses, ascendit* HIEROSOLYMAM *a Cæsarea: adieruntque eum principes sacerdotum & primi Judæorum adversus Paullum; & rogabant eum postulantes gratiam adversus eum, ut juberet perduci eum in* HIEROSOLYMAM, *insidias tendentes* cet. Omissa intermedia equidem existimarim ab incurioso sive librario sive typographo, qui oculos a præcedente voce *Hierosolymam* ad sequentem converterit. Mox post verba *qui inter vos sunt*, addendum *potentes*.

4. *Ad illas*] Forte *ante illas*. Sed nihil muto.

vocem. Quia igitur tu non intraveris per januam in Ecclesiam, latro esse conspiceris atque fur: non enim nosti Dei filium, ut dicas te intrasse per januam: siquidem ille eos dicit & fures & latrones, qui & tunc non fuerunt in ejus clementiam divinam credentes, nec deinceps essent credituri, & aliter tentaturi fuissent erudire oves illius. Igitur cum tu hanc doctrinam spargens insanam sis, quod enim non in eum credideris; utique te esse latronem illum atque furem qui jam tunc præostendebaris, ex blasphemiis tuis manifestissime comprobaris. Quod ita esse probat sequenti pronuntiatione, dum ait ad illos Jesus: [a] *Amen amen dico vobis, ego sum janua ovium. Omnes quicumque venerunt ante me, & fures sunt & latrones: sed non audierunt illos oves. Ego sum janua. Si quis per me intraverit, salvus erit: & intrabit, & pascua inveniet. Fur non venit, nisi ut furetur*. O tu itaque fur, qui ad hoc intrasse Dei inveniaris ovile, ut videlicet fuisses furatus & interficeres; qua adhuc voce poteris dicere, Debet non esse episcopus Athanasius Alexandrinorum, sed Georgius: quando videas te & Georgium, vel cunctos consacrilegos vestros non esse aliud nisi fures ac latrones? Suos Deus servos, pastores esse voluit supra gregem; ut te ac tuos cognoscentes latrones esse ac fures, pellerent. Sed tu idcirco te ac tuos pulsis nobis Dei ordinatis judicio, præesse gregi dominico censuisti, quo possis libere in Dei grassari gregem,

XXXVIII. Cum sis talis, mirari non poterimus, quia dixeris puniendum absentem Dei cultorem. Neque enim retinere potueras dixisse Dominum: [b] *Si diligitis me, mandata mea servate. Et ego rogabo patrem, & alium advocatum dabit vobis, ut vobiscum sit in æternum Spiritus veritatis, quem mundus non potest accipere, quoniam non videt illum, nec agnoscit. Vos agnoscetis eum, quoniam vobiscum manet & in vobis est*. Sed dic, oro te, quomodo possit in nobis habitare Spiritus sanctus paraclitus, si tuam vel patris tui fecissemus voluntatem? Infra etiam: [c] *Qui audit*, inquit, *præcepta mea & custodit illa, ille est qui me diligit. Qui autem me diligit, diligetur a Patre meo: & ego diligam illum, & ostendam illi me ipsum. Ait illi Judas, non Iscarioth: Domine quid factum est, quod manifestas te nobis, & non huic mundo? Respondit Jesus & dixit illi: Si quis me diligit, sermonem meum custodiet: & Pater meus diliget illum, & ad illum veniemus, & apud eum manebimus. Qui non me diligit, sermones meos non custodit*. Ex his Domini pronuntiationibus, quam inimicus noster exstiteris, potest conjici. *Qui audit mandata mea & custodit illa, ille est qui me diligit*. Quomodo dilexisse nos eum monstraremus, si ut tu, mandata ejus calcaremus? calcans es etenim dominica mandata; cumque ille servari sanxerit, tu non tantum non esse servanda mandes, sed & ipsum negari præcipias. Aut quomodo me pater ipsius, propterea quod servaverim mandata filii ejus, amare poterit, si damnem innocentem? Dicit filius Dei: *Si quis me diligit, sermonem meum custodiet, & Pater meus diliget illum, & ad illum veniemus, & apud illum manebimus*: & tu dicis, esca ignis apostata, Damnate innocentem? Quo genere Dei dili-

A gere inventi fuissemus filium, si contra mandata ipsius jugularemus virum justum? Quomodo fieri poterat ut diligeret nos pater, & venirent pater & filius, & mansitare dignati fuissent in nobis, si rescindentes Domini mandata, tua sacrilega præcepta custodiremus?

XXXIX. Conspice, Constanti, invidus ille amator tuæ voluntatis diabolus a quali nos gloria per te clientem suum pellere tentaverit; nisi nobis Domini subveniret pietas, te jam non hominem quem Deus fecit ad imaginem & similitudinem suam, sed cœnum esse omnium cloacarum considerantes, calcaremus tuas sacrilegas jussiones. Quis etenim nolit

B nisi vobis Arianis infelicior, a Dei unico filio diligi? Quis est qui nolit amari ab ejus patre? Quis qui patris & unici ejus filii templum esse recuset? Quæ utique consequi non potest, qui sicut tu, & homicida fuerit & sacrilegus: consequi sane tu etiam poteris, si conversus vere pœnitueris. Dicit adhuc Dominus: [d] *Hoc est mandatum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos. Majorem hac caritatem nemo habet, ut animam suam ponat pro amicis suis. Vos amici mei estis, si feceritis quod præcipio vobis. Jam non dico vos servos, sed amicos*. Et iterum: [e] *Non vos me elegistis, sed ego vos elegi, & posui vos ut eatis & fructificetis, & fructus vester maneat; & quodcumque a patre meo petieritis in no-*

C *mine meo, det vobis*. Quomodo poterimus esse amici unici filii Dei, si contra interdictum illius pietatis damnaverimus absentem, interfecerimus innocentem? Quomodo fructus noster augmenta crementorum facere poterit? Quomodo quidquid petierimus in nomine ejus accipiemus a patre, si, ut tu cogebas, non solum cultorem ejus puniremus, sed & ipsum negaremus?

XL. Tito viro Deo dicato scripsisse beatum Apostolum non inveneras de episcopi irreprehensibili officio, quod sit dignum præbere Deo, ut homicidas nos effici cuperes? [f] *Hujus rei gratia reliqui te Cretæ, ut ea quæ deerant corrigas, & constituas per*

D *civitates* [1] *presbyterium, sicut ego tibi disposui. Si quis est sine crimine, unius uxoris vir, filios habens fideles, non in accusationem luxuriæ, aut non subditos. Oportet enim episcopum sine crimine esse, sicut dispensatorem Dei: non protervum, non iracundum, non vinolentum, non percussorem, non* [2] *turpilucrum: sed hospitalem, benignum, sobrium, justum, sanctum, continentem, amplectentem id quod secundum doctrinam est, fidem verbi; ut potens sit exhortari in doctrina, & contradicentes revincere. Sunt enim multi etiam non subditi, vaniloqui & deceptores, maxime qui ex circumcisione sunt, quos oportet redargui: qui universas domos evertunt, docentes quæ non oportet turpis*

E *lucri gratia*. Cum igitur talem voluerit episcopum fieri, qui hanc tenentem viveret viam justitiæ: qua tu auctoritate ad excludenda mandata beati Apostoli, nova præcepta dare dignatus es, ea videlicet quæ ex diaboli esse noscantur orta voluntate? Apostolus me non iracundum, non percussorem vult fieri; & tu me homicidam vis effici? Quibus ex rebus potest colligi Spiritum sanctum locutum ore beati Apostoli; spiritum vero nequam locutum ore

a Joan. x. 7-10. *b* Joan. xiv. 15-17. *c* Ibid. ℣℣. 21-24. *d* Joan. xv. 12-15. *e* Ibid. ℣. 16. *f* Tit. I. 5-11.

1. *Presbyterium*] Vulgo *presbyteros*: atque ita emendat quoque Latinius. At nihil mutandum. Hanc enim Luciferi lectionem in nonnullis exstare codicibus, monet Millius tum in hunc locum, tum etiam in *Prolegom. ad N. T.* §. 777.

2. *Turpilucrum*] Litteram Græci textus *αἰσχροκερδῆ* exprimere conatus est Lucifer. Mox legendum forte *in doctrina sana*, ut in textu.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
368.

vestro Arianorum. Conspicis interea mandasse Apostolum [a], ut vos veritati resistentes [1] indentemini episcopi interventu, ut per sanam doctrinam vestra punita esset blasphemia. Non ad hoc beati Apostoli protuli dictum, *oportere episcopum sine crimine esse*, ut me peccatorem negarem; cum & meam norim conscientiam, & dicere audiam Job illum justum: [b] *Quis enim mundus a sordibus? nemo, etiamsi unius diei sit vita ejus in terra*: Joannem etiam beatum advertam dicere: [c] *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus, & veritas in nobis non est*. Non ergo idcirco Apostoli præceptum protuli, ut qui meminerim me peccatorem, prædicarem esse sine sordibus; sed ut tu quam sit malum quod præceperis fieri, posses advertere. [d] *Juvenes*, inquit, *similiter hortare, ut sobrii sint in omnibus. Per omnia te ipsum formam præbens bonorum operum, in doctrina, in integritate, in gravitate, in sermone sanum, irreprehensibilem: ut adversarius revereatur, nihil habens malum dicere de nobis*, Quomodo me formam bonorum operum aliis præbuissem, si sanguinem Dei servi fudissem? Quomodo doctrinam integram quam tradiderunt Apostoli, prædicantem me Dei populus cognosceret; si hæresim tuam suscepissem, si denique vel in hypocrisi [2] satellitis tuis pseudoepiscopis Arianis communicarem? Quomodo possit sermo meus proferri sanus, irreprehensibilis, si evangelicam atque apostolicam deferens fidem, tuam suscepissem blasphemiam? Quomodo adversarius revereri potuerat? Quomodo de me nihil possit dicere mali, cum si tibi acquiescendum censuissem, & homicidam & sacrilegum me factum comprehendisset?

XLI. Iterum cum moneret, servos dominis suis subditos esse debere: [e] *Illuxit enim*, inquit, *gratia Dei Salvatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatem & sæcularia desideria, sobrie & pie & juste vivamus in hoc sæculo, exspectantes beatam spem in adventum gloriæ magni Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi, qui dedit pro nobis se ipsum, ut liberaret nos ab omni iniquitate, &* [3] *mundet sibi populum abundantem, æmulatorem bonorum operum*. Cum in his nos ambulare præceperit bonis operibus; quid tibi visum est ut invitares ad homicidium faciendum? Quomodo etenim abnegantes impietatem, pie & juste viventes conspici potueramus, si tecum fudissemus innocentis cruorem? Sed & cum dicat, idcirco se pro peccatis nostris tradidisse Dominum, ut nos eriperet ab operibus satanæ, & constitueret ad hoc ut æmulatores essemus bonorum operum; si opus istud tuum & nos tecum perpetrati fuissemus, in qua essemus parte, nisi in qua sit Cain? *Illuxit enim*, inquit, *gratia Dei Salvatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatem ac desideria sæcularia, sobrie & juste & pie vivamus in hoc sæculo*. Et Constantius tu imperator dignaris dicere, Simus impii, scelerati, perditi, maligni, iniqui, injusti. Ubi hanc spem inveniam beatam, quam me exspectare docet Apostolus beatus; si non solum ipsius qui omnem beatitudinem tribuere potens est, servos interemero, sed & ipsum negavero? Tu etenim utrumque facis, Constanti, quia & servos ejus persequeris atque interficis; & ipsum deferens, idolis te mancipandum censueris. Cur ista geris, nisi quia tibi non illuxerit gratia Dei Salvatoris nostri? Si enim illuxisset, meminisses præceptorum Apostoli dicentis: [f] *Videte itaque quomodo caute ambuletis, non quasi insipientes, sed ut sapientes: redimentes tempus, quia dies mali sunt. Propterea nolite effici imprudentes, sed intelligentes quæ sit voluntas Domini*. Si voluntas est Domini interficere innocentem, derelinquere fidem evangelicam; poterit non solum hæc pars, sed & totum corpus epistolarum beati Apostoli tuis patrocinium præbere præscriptionibus: sin minus favet præscriptionibus tuis [4] nulla pars sacrarum scripturarum, est luce clarius manifestum te sub tenebrarum degere potestate: unde & effectum sit, ut nihil de sacris scripturarum hauseris fontibus, quod te potuisset a tantis removere periculis. Si enim non te potestas tenebrarum sub sui redegisset ditione, profecto retineres quæ Philippenses audiunt: [g] *Coimitatores mei estote fratres, & observate eos qui sic ambulant, sicut habetis formam nostram. Multi enim ambulant, quos sæpe dicebam vobis, nunc autem & flens dico, inimicos crucis Christi: quorum finis est interitus, quorum deus venter est, & gloria in confusione ipsorum qui terrena sapiunt*.

XLII. Dicas cupio, prudentissime imperator, in quibus debemus effici coimitatores Apostoli, duce apostata; si homicida fuit Apostolus, si blasphemus, si evangelicæ fidei destructor, si sacrilegus. Hæc etenim omnia & antequam credidisset in unicum Dei Filium fecisse se profitetur: tu vero qui hæc facis hodie, quæ ille ante agnitionem unici Dei filii faciebat, qua de re ausus fuisti jubere nobis Domini sacerdotibus, ut innocentem condemnaremus, ut hæresim tuam suscipientes, apostolicam fidem despueremus? Tu qua de re hæc fieri præcepisti, quæ contra formam Apostoli sunt prolata, nisi quia sis ex inimicis crucis Christi, ex illis qui jam tunc designati fueratis ore sancti Apostoli? Te ne ac tuos audiremus, quorum finem dicit Apostolus esse interitum? aut illos tuos satellites qui derelinquentes formam traditam disciplinæ & regulam fidei per Apostolos, tibi semet turpis lucri gratia tradiderint? aut illos qui plus mensæ tuæ copias fecerunt, quam ea quæ promittit suis Dominus? illos qui tui convivæ esse delegerint, quam Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum vel Martyrum; ad quos dicitur rectissime, Vester deus venter est? [5] *Examinate*, dicit Apostolus [h], *bonum continete: ab omni specie mala continete vos*: & quia viderimus maledictam operam vestram Arianorum, & vitaverimus, odio laboramus. Sed quam pulcrum est, quamque jucundum a te odiri, amari vero a Deo! Repulisti nos e re commissa nobis, arbitratus potuisse te quod Deus ædificavit, destruere. [i] *Unicuique autem nostrum*, ait Ephesiis scribens, *data*

[a] Tit. I. 9. [b] Job XIV. 4. 5. sec. LXX. [c] I. Joan. I. 8. [d] Tit. II. 6-8. [e] Ibid. ꝟꝟ. 11-14. [f] Ephes. V. 15-17. [g] Philipp. III. 17-19. [h] I. Thess. V. 21. 22. [i] Ephes. IV. 7-16.

1. *Indentemini*] Vim hujus vocis non est affecutus Tilius, qui putabat rescribendum *integerrimi*. Eodem vocabulo utitur sanctus Pacianus Barcinonensis episcopus, ut observat Cangius in Glossario v. INDENTARE. Sic enim ille epist. II. *Recole utrimque litteras: jam videbis, spiculis ne an floribus paginam conseramus. De similibus quidem Apostolus*, Quos oportet INDENTARI. Est autem *indentare*, dente infringere, retundere, redarguere.

2. *Satellitis*] Sic stilus Luciferianus pro *satellitibus*.

3. *Mundet*] Nullus dubito, quin saltem per compendium *mundaret* scripserit auctor. Mox, *populum abundantem. æmulatorem b. o.* Græcis inhæret *Tit.* II. 14. λαὸν περιούσιον, ζηλωτὴν καλῶν ἔργων.

4. *Nulla*] Forte leg. *ulla* cum Latinio.

5. *Examinate*] *Omnia* excidit fortasse librario. Gr. Πάντα δοκιμάζετε. Neque aliter Vulg.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



est gratia secundum mensuram [1] *dignationis Christi. Propter quod dicit: Ascendens in altum captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus. Quod autem ascendit, quid est, nisi quia & descendit in inferiora terræ? Et qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes cælos, ut adimpleret omnia. Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, quosdam vero Evangelistas, quosdam autem pastores & doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerii, in ædificationem corporis Christi: donec occurramus omnes in unitate fidei* [2] *& agnitione Dei in virum perfectum,* [3] *in mensuram ætatis plenitudinis Christi; ut jam non simus parvuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ, in nequitia hominum, in astutia,* [4] *ad remedium erroris. Veritatem autem facientes in caritate, crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus: ex quo totum corpus compactum & connexum per juncturam subministrationis in mensuram uniuscujusque partis, incrementum corporis facit in ædificationem sui in caritate.* Cum hæc ita esse legis, cur fuisti ausus tollere pastores quos gregi suo Deus voluerit præesse? Cur? nisi [5] ut te cum omni vento doctrinæ possent Dei circumferre supra dominicum gregem pastores. Ne fuissent ducti tamquam parvuli omni vento doctrinæ, accedentes ad fidem, ne vestra nequissimorum hominum astutia ad diaboli principis vestri [6] remedia recederent ab apostolica evangelicaque fide, tulisti episcopos e plebibus quibus præsumus divina dignatione; ad hoc utique ut doceres doctrinam non apostolicam, sed hæreticam.

XLIII. Væ tibi misero, per quem hæc gerit satanas. Inveneras homo sapiens colorem aptum fallaciæ tuæ, quonam modo posses Dei oves patri tuo [7] defendere: qui tibi ut in his demoreris malis, jam illis jaculis quibus Evæ & Adæ mentes sauciavit, cor tuum jaculavit; ad hoc videlicet, ut in hac temet pravitate constitueret. Inveneras, inquam, homo sapiens colorem aptum fallaciæ tuæ, quonam modo posses dominicum depopulare gregem dicens, Peccavit Athanasius, & idcirco qui illum mecum interemerit, erit episcopus; qui insuper habendum censuerit, non erit: & qui damnabant Athanasium jungebantur pseudoepiscopis dogmatis tui Ariani. Si qui tuam metuentes iram hoc egissent, triplex per te homicidam atque sacrilegum incurrebant crimen; sive quod innocentem damnarent, sive quod catholice hæreticis communicarent, & in gregem Dei vos lupos intrare finerent, cum dicat Apostolus: Idcirco datos pastores, ut omnis

A dæmonum doctrina, quæ per vos hæreticos & omnes adversarios Ecclesiæ profertur, fuisset exclusa, atque in veritate currentes Dei servi eo usque mansissent immobiles, donec ad summam venirent perfectionem: & tu in tenebris constitutus auferre dignatus es pastores judicio constitutos Dei, quo posses tu lupus convertere cunctos in diaboli amatoris tui prædam. *Ut jam*, inquit, *non simus parvuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad remedium erroris. Veritatem autem facientes in caritate, crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus.* Quomodo possemus crescere in illo, [8] si te secuti tenebram fuissemus; cum sis negans illum verum Deum esse,
B cum dicas illum non natum de substantia patris, sed asseras factum ex nihilo? Quomodo poteramus crescere in illo, qui non ambulaturi eramus in veritate, ex quo te fuissemus apostatam secuti? Deinde cum dicat, *Veritatem facientes crescamus in caritate*, & sit manifestum criminibus falsis peritum Dei sacerdotem per te ac tuos Athanasium: si ea quæ imperas, fecissemus, quomodo aut in veritate aut in caritate currere conspecti fuissemus, qui & caritatem exstinxissemus quam tenemus cum coepiscopo nostro Athanasio, & quia falso [9] temperassemus crimini, & ipsi tibi fallaci in innocentis necem juncti tecum mereremur divina indignatione percuti? Sic ergo, Constanti, ædificatur domus Dei per falla-
C ciam, per sanguinis innocentium fusionem, per prædicationem blasphemam?

XLIV. Væ tibi qui ad hoc sis vivens, ut hæc cuncta mala per te gerat diabolus. Tu mihi dicis, Puni innocentem, derelinque fidem catholicam, atque suscipe venena hæresis meæ: & est Apostolus dicens: [a] *Hoc itaque dico & testificor in Domino, ut non amplius ambuletis, sicut & gentes ambulant in vanitate mentis suæ, obscurati intellectu, alienati a vita Dei, per ignorantiam quæ est in illis propter cæcitatem cordis ipsorum.* Cui obediam vestrum? tibi ne, an Apostolo? tibi ne apostatæ sacrilego, an illi qui jam fudisse sanguinem propter unicum
D Dei inveniatur filium? Quem vestrum sequar? te ne templum dæmonum, an illum Dei templum? te qui operibus tuis aut Judæum aut ethnicum te esse declaras, an illum qui jam consecutus sit per hanc quam exsecraris fidem, regna cælestia? Si enim non tu operibus tuis gentilem te esse manifestas, poteris defendere, quod enim non digne hæc te contra proferantur. Primo quia sis negans Dei filium; gentilis aut Judæus nobis es: deinde cum proscribis, deportas, torques, falsis criminibus innocentes oneras, interficis; non inveniri poteris Christianus, qui per

a Ephes. IV, 17. 18.

1. *Dignationis*] Conjicit Latinius legendum *donationis*. Nihil muto. Vox enim *dignatio* pro *donatio*, frequenter usurpatur Tertulliano, Cypriano aliisque Patribus. Vide sis Cangii *Glossarium* v. DIGNATIO.

2. *Et agnitione Dei*] Vulg. *& agnitione filii Dei*, ut habet textus Gr. καὶ τῆς ἐπιγνώσεως τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. Deest tamen, ut apud Luciferum, lectio τοῦ υἱοῦ etiam apud Clementem Alex. *Pædag.* lib. I. cap. V.

3. *In mensuram ætatis*] Gr. εἰς μέτρον ἡλικίας. Quæ quidem verba reddenda esse *in mensuram staturæ* contendit Huetius in notis ad Origenis exegetica pag. 60. Confer tom. III. opp. *Origen.* nov. edit. pag. 605. not. b Alii sane veteres interpretes ἡλικίαν exposuere *staturam*: quin & ipsemet Vulgatus eamdem vocem sub hac acceptione reddidit *Matth.* VI. 27. & *Luc.* XIX.

4. *Ad remedium erroris*] Gr. πρὸς τὴν μεθοδείαν τῆς πλάνης. Vulg. *ad circumventionem erroris*. Quem in locum Millius observat, veterem interpretem μεθοδείαν reddidisse *remedium* tum heic, tum *Ephes.* VI. 11. eamque versionem in complurium veterum Latinorum scripta manasse. Cujus
E quidem interpretationis caussam ejusmodi fuisse putat idem vir eruditus in *Prolegom. ad N. T.* numm. 568. 866. Nimirum, inquit, *remedium* ætate ista significasse videtur *deceptionis* genus aliquod, quo per adhibita pharmaca & potiones, simplicium loculos emungebant venefici aliive circumforanei nebulones. Quum autem jam dudum exsoleverit iste vocis sensus, & *remedium* jam aliud omnino significet; S. Hieronymus in ejus locum *circumventionem* reposuit: & *Ephes.* VI. 11. pro *remedia diaboli*, quod habuit Vetus Italica, *insidias diaboli* rescripsit.

5. *Nisi ut te* cet.] Locus mancus aut corruptus videtur Latinio.

6. *Remedia*] *Insidias* scilicet, eo sensu quem modo ex Millio enarravimus.

7. *Defendere*] An *deferre*?

8. *Si te — tenebram*] Sic loqui consuevit L[illegible], ut ad §§. XIX. & XXXV. hujus libri monuimus.

9. *Temperassemus*] Obtemperassemus. Sic & alibi ut superius animadversum.

viam suam Dei esse homo cognoscatur, sed utique A unus de illis de quibus per Apostolum dicit Dei Spiritus, quod enim sint *in vanitate mentis suæ insensati, alienati a vita Dei per cæcitatem cordis ipsorum*. Quando ergo hæc cæcati gerere corde voce Apostoli manifestentur quæ tu geris, qua fronte audes sanis corde ac mente dicere, Errastis fallaces; veracibus, Mendaces estis? Apostolus, [a] *Sicut est veritas*, dicit, *in Jesu, deponentes secundum pristinam conversationem veterem hominem, eum qui corrumpitur secundum concupiscentiam erroris. Renovamini autem spiritu sensus vestri, & induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est in justitiam & sanctitatem & veritatem. Deponentes mendacium, loquimini veritatem, unusquisque ad proximum suum.* B Ubi hæc [1] prætermisisti monita salutaria quæ nos custodire hortatur Apostolus; quomodo etenim deposuisse veterem hominem, & novum hominem eum qui secundum Deum fit, induisse reperiri potueramus? Quomodo manentes in justitia & sanctitate & veritate conspecti fuissemus, qui injusta tecum gerentes, eum novum hominem qui fit creatus secundum Deum exstinxissemus, & illum veterem qui corrumpitur secundum erroris concupiscentiam, ut ante corrumpebatur magis quam Deum nosse cœpisset, iterum portare cœpissemus? Ista etenim cuncta faciunt quæ tu facis, non Dei domestici, sed satellites antichristi. *Deponentes mendacium, loquimini veritatem, unusquisque ad proximum suum,* C *quia sumus invicem membra*. Si fuisses de Ecclesiæ Dei membris, mihi crede quod numquam mendacium pertulisses ad Ecclesiam; sed quia sis illius homo qui deceperit Adam per fallaciam & Evam: idcirco pertulisti mendacium, ut nos sic circumscriberes quomodo circumscripserit diabolus primoplastos homines. Tu dixisti, Damnate Athanasium, quia graviter deliquit; alioquin in reatu eritis maximo apud Deum: suscipite Arii fidem, & vivetis in æternum.

XLV. [2] Accipe quæ etiam amantissimus tibi circa Adam & Evam egerit: & invenies hæc te nunc gerere circa nos, quæ & ille tunc gesserit circa il- D los. [b] *Et erant*, inquit in Genesi Moyses, *ambo nudi tunc Adam & mulier ejus, & non confundebantur. Serpens autem erat sapientior omnibus bestiarum quæ erant*. Et infra: [c] *Et dixit serpens mulieri: Quid quia dixit Dominus Deus, ne edatis ex omni ligno quod est in paradiso? Et dixit mulier serpenti: Ex omni ligno quod est in paradiso edemus; de fructu autem ligni quod est in medio paradisi dixit Deus, Non manducabitis ex eo, sed nec tangetis eum, ne moriamini*. Dicimus tibi loco serpentis persuadenti nobis, ut inauditum damnemus, ut innocentem jugulemus: Præcepit Dominus innocentem & justum non interficiendum. [d] *Et dixit serpens mulieri: Non moriemini: sciebat enim Deus, quia qua-* E *cumque die manducaveritis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut dii scientes bonum & malum*. Dicente itaque isto serpente per te ad nos, Magis eritis justi, si fuderitis sanguinem justum; magis eritis beati si apostolicam evangelicamque anathematizantes fidem, Arianam susceperitis perfidiam: calcatur propitio Deo jam a nobis, in te quidem fallaciam ipsius scientibus: sed tibi nos dolere est testis Deus, propterea quod per te semet constituerit ad nos circumscribendos. Constat etenim tunc per semet ipsum aggressum Adam & Evam. Deprecor te, ne hæc graviter accipias, quæ salutis tuæ caussa proferantur. Dolere etenim te arbitror quod dixerim, per te aggressum in nos serpentem; & quod te multis in locis inter eos posuerim, qui fuerint dicti serpentes. Considera operam tuam & illorum: & si non unum vos esse cognoveris corpus, dicito me non juste hæc dicere. Tuos magistros in perfidia Judæos, audis certe in sacris Evangeliis serpentes sæpe dictos a Domino, serpentes generamina viperarum. Unde hoc nomine vocari meruerunt? Certe propter nequam opus illorum, certe propter incredulitatem suam. Inde & Joannes Baptista: [e] *Progenies viperarum*, dicit ad eos, *quis monstravit vobis fugere ab ira ventura? Facite ergo dignos fructus pœnitentiæ*. Ut ex illis ergo qui in unicum crediderunt filium Dei; qui vias correxerunt suas, meruerint filii effici lucis, alii vero serpentes dicuntur; ita & tu, nisi fructus feceris dignos pœnitentiæ, nisi tuas vias correxeris, filius viperæ atque serpentis diceris. Quis etenim Dei servorum te homicidam atque blasphemum esse cernens, non eo vocet nomine quo vocantur Judæi? [3] Quis te ex Deum timentibus dubitabit, quod es, pronuntiare; quando videat scribas, pharisæos & principes Judæorum idcirco serpentes dici, quia & prophetarum fuderint sanguinem, & unicum negaverint Dei filium?

XLVI. Cum hæc ita se habeant, superest ut factorum tuorum geras pœnitentiam, advertens Deum suæ clementiæ misericordiam omnibus a viis recedentibus malis præstitisse, habens formam Ninivitarum; quos si fueris imitatus, ita opem misericordiæ consequaris necesse est. Quocirca accipe quæ fuerint gesta, vel ipsi, prædicatione Jonæ territi, quæ fecerint. [f] *Præceptum est*, inquit sacra scriptura, *ceto, & rejecit Jonam super terram. Et factum est verbum Domini ad Jonam iterum dicens: Surge & vade in Niniven civitatem magnam, & prædica in ea secundum prædicationem priorem, quam ego locutus sum ad te. Et surrexit Jonas, & abiit in Niniven, secundum quæ locutus est Dominus ei. Erat autem Ninive civitas magna adeo, sicut iter tridui. Et cœpit Jonas introire in civitatem sicut iter diei unius, & prædicavit, & dixit:* [4] *Adhuc triduo, & Ninive subvertetur. Et crediderunt viri Ni-*

a Ephes. IV. 21-25. b Gen. II. 25. III. 1. c Gen. III. 1-3. d Ibid. vv. 4. 5. e Matth. III. 7. 8. f Jon. II. 11. III. 1-10.

1. *Prætermisisti*] Legendum videtur *prætermisissemus*, atque ita locus interpungendus: *Ubi hæc prætermisissemus monita salutis, quæ nos custodire hortatur Apostolus: quomodo* cet. Atque emendationem suadent quæ mox subduntur verba, *conspecti fuissemus — exstinxissemus — portare cœpissemus*.

2. *Accipe*] Sic restituenda prava, ut equidem arbitror, editorum lectio, *Accipite*.

3. *Quis te — pronuntiare*] Tilii princeps editio hunc locum, corruptum sane, sic exhibet: *Quis te esse Deum timentibus dubitabit, quo es pronuntiare quando* cet. Neque aliter bibliothecæ PP. Parisiensis editores. Lugdunenses vero eumdem locum ita reformandum censuere: *Quis te e timentibus Deum asseret, quid potes pronuntiare cum videas scribas*, cet. Nos autem editioni Tilianæ pressius inhærentes, mendosam lectionem cum Latinio correximus.

4. *Adhuc triduo*] Sic Tiliana editio. Atque hujusmodi lectio recte retenta fuit in bibliotheca PP. Parisiensi. Sed in Lugdunensi non solum contra primi exemplaris fidem, sed & fœdo errore inquinata ita effertur: *adhuc quinquaginta dies*. Secutus est Lucifer pro more suo LXX. apud quos *Jon.* III. 4. legimus, ἔτι τρεῖς ἡμέραι. Neque aliter veteres Patres Lucifero antiquiores. At in Hexaplis Origenianis prisci ex Græcis interpretes, Aquila, Symmachus ac Theodotio, ἔτι τεσσαράκοντα ἡμέραι, *adhuc quadraginta dies*, constanter ferunt, ut habent Hebr. Syr. & Chald. De hac vero lectionum varietate, sacrarum scripturarum enarratores consulendi.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



nivitæ Deo, & prædicaverunt jejunium, & vestierunt se cilicio, a maximo usque ad minimum eorum. Et pervenit verbum usque ad regem Ninive: & surrexit de sede sua, & abstulit a se stolam suam, & circumdedit se cilicio, & sedit super cinerem. Et prædicatum est a rege Ninive & a magistratibus illius dicens: Homines & pecudes & boves & oves nihil gustent, sed nec vescantur & aquam non bibant. Et circumdederunt se cilicio homines, & proclamaverunt [1] *homines & pecudes apud Deum instanter. Et reversi sunt unusquisque a via sua mala & ab iniquitate manuum suarum, dicentes: Quis scit si convertatur & ignoscat Deus, & revertatur ab ira furoris sui, & non peribimus? Et vidit Deus opera illorum, quia reversi sunt unusquisque a via sua mala: & pœnituit Deum de malignitate quam locutus est facere eis, & non fecit.* [a] *Et contristatus est Jonas tristitia magna, & confundebatur. Et oravit apud Deum dicens: O Domine, nonne hæc sunt verba mea, cum adhuc essem in terra? Ideo præoccupaveram fugere in Tharsis, quoniam scivi quia tu miserator & benevolus, patiens & misericors & pœnitens in malignitatibus.* Et infra: [b] *Et dixit Deus ad Jonam: Si valde contristatus es tu* [2] *super cucurbitam? Et dixit: Valde contristatus sum usque ad mortem. Et dixit Dominus: Tu pepercisti cucurbitæ in qua non laborasti, neque nutristi eam quæ sub nocte nata est, & per noctem periit: ego autem non parcam in Niniven civitatem magnam, in qua habitant plus quam centum viginti millia hominum, qui nesciunt quid sit inter dexteram aut sinistram?* Et tuam, Constanti, operam malignam si rejecisse te viderit Deus, si vias tuas perditas correctas perspexerit, & te in omnibus reformatum esse viderit; mihi crede, quia in ingenti felicitate esse inter Dei famulos incipies.

XLVII. Habes præterea beatissimi Paulli Apostoli exemplum, ne forte ut ille, geras hæc per ignorantiam: quod enim mox ut te converteris ad unicum Dei filium confitendum, veniam tuorum facinorum ut illi, ita tibi sit tributurus. Ipsum sequere, ipsius apprehende viam, ipsum Philippensibus loquentem audi, & quisnam fuerit ante agnitionem, & quantam beatitudinem post agnitionem consequi meruerit: [c] *Si quis autem putat se fiduciam habere in carne, ego magis: circumcisus octavo die, ex genere Israel, de tribu Beniamin, Hebræus ex Hebræis, secundum legem Pharisæus, secundum zelum persequens Ecclesiam, secundum justitiam quæ in lege est,* A *conversatus cum essem sine querela. Quæ mihi fuerunt lucra, hæc existimavi propter Christum detrimenta. Verumtamen omnia arbitror detrimentum esse propter eminentiam scientiæ Christi Jesu Domini nostri, propter quem omnia detrimenta passus sum, & arbitror stercora ut Christum lucrifaciam, & inveniar in illo, non habens meam justitiam quæ est ex lege, sed illam quæ per fidem Jesu Christi, quæ ex Deo est justitia in fide, ad agnoscendum illum & virtutem resurrectionis ejus & communicationem passionum ejus:* [3] *cooneratus morte ipsius, si quo modo occurram in resurrectionem ejus quæ est a mortuis.* Sicut & jam dictum est, istum imitare, istum sequere; ut, quia & ille fuerat, quod tu nunc, hoc B est, persecutor Ecclesiæ, negator unici filii Dei, inveniaris sic ad consequenda regna cælestia fuisse conversus a perfidia ad fidem suscipiendam catholicam, sic te transitum fecisse de morte ad vitam. Illum etenim per ignorantiam Dei fuisse persecutum Ecclesiam, adhuc accipe etiam Timotheo aperientem de semet ipso: [d] *Scimus autem quoniam bona est lex, si quis ea legitime utatur: sciens hoc, quia justo lex non est posita: injustis autem, & inobedientibus, & impiis, & peccatoribus, & sceleстis, & profanis, parricidis & matricidis, homicidis, impudicis, masculorum concubitoribus, plagiariis, mendacibus, perjuris, & si quid aliud sanæ doctrinæ adversatur, quæ est secundum evangelium gloriæ beati Dei, quod* C *creditum est mihi. Et gratias ago ei qui confortavit me, Christo Jesu Domino, quod fidelem me æstimavit, ponens in ministerium: qui prius fueram blasphemus, & persecutor, & injuriosus: sed misericordiam sum consecutus, quod ignorans feci in incredulitate. Superabundavit autem gratia Domini nostri cum fide & dilectione, quæ est in Christo Jesu.* Ita & tu ex persecutore, ex injurioso & blasphemo, beatus & vere Deo carissimus effici poteris, si ut Paullus beatus, verum Dei filium esse Jesum Christum credideris; si semper illum cum Patre regnasse ac regnaturum, hoc est, sine initio & sine fine, confessus fueris; si unam æternitatem habere Patrem & Filium & Spiritum sanctum clamantibus sacris scri- D pturis non restiteris; si denique unam habere deitatem Patrem ac Filium & Spiritum sanctum credideris: crede mihi quod futurus sis in choro Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum ac Martyrum: alioquin tibi imputaturus, cum te torqueri cum diabolo & omnibus satellitibus ejus videre cœperis, cur has tam salubres admonitiones nostras despexeris.

a Jon. IV. 1. 2. *b* Ibid. ѵѵ. 9-11. *c* Philipp. III. 4-11. *d* I. Tim. I. 8-14.

1. *Homines & pecudes*] Hæc delenda cum Latinio: neque enim ea contextus admittit, neque agnoscunt LXX. Huc autem ex superioribus importune intrusa videntur.

2. *Super cucurbitam? Valde* cet.] Omisit librarius, *Et dixit* ante *Valde*: quæ reposuimus cum Latinio.

3. *Cooneratus morte ipsius*] Singularis plane lectio: quæ itidem occurrit in versionibus Latinis duorum codd. antiquissimorum, Claromontani & Sangermanensis. Hujusce translationis fontem quem ignoravit Millius in *Prolegom. ad N. Test.* §. 776. Kusterus aperuit sub finem præfationis ad repetitam Millianam editionem. Nimirum, inquit, pro συμμορφούμενος τῷ θ. αὐτ. ut legitur in Græco textu hodierno *Philipp.* III. 10. codices Alex. & Colbert. habent συμμορφιζόμενος. Ex hac autem posteriore voce, alia cor- E rupta soni affinis συνφορτιζόμενος orta est, prout in cod. Boerneriano Græco-Lat. sic legitur: συνφορτιζόμενος, *cooneratus*. Hinc vero, subdit vir eruditus, persuasum habeo, τὸ, συνφορτιζόμενος errori librariorum Græcorum tribuendum. Qui quidem error quum exinde ad plures codices Græcos dimanasset, non mirum est Latinos in ejusmodi codices incidentes, suum *cooneratus* inde formasse. Ceterum hanc lectionem esse ineptam, ex verborum serie satis constat, ut arguit Wolfius in suis *Curis philolog. & crit.* tom. IV. pag. 241.

Sæcul. IV.
circa
Ann. Chr.
368.

LUCIFERI
EPISCOPI CARALITANI,
DE REGIBUS APOSTATICIS
LIBER UNUS.

I. Usitatum quia habere dignaris verbum, Quod enim nisi & integre crederes, & hæc quæ geris circa nos Deo essent placita, jam fuisses exstinctus: paucorum tibi in apostasia atque crudelitate æqualium regum facta desideravi referare; quo possit vox illa tua sepeliri quæ dicat, Nisi catholica esset fides Arii, hoc est mea; nisi placitum esset Deo quod illam persequar fidem quam contra nos scripserint apud Niciam, numquam profecto adhuc in imperio florerem. Non illorum regum facio mentionem qui a Dei notitia fuerunt alieni: de his solis tracto qui in Judæa noscuntur regnasse. In libro Judicum invenimus [1] Jerobabelem filium Josiæ electum a Deo, & dictum ei: [a] *Vade in fortitudine tua, & salvum facies Israel de manu Madiæ.* B *Nonne ecce mitto te?* Et infra: *Ego ero tecum, & percusses Madiam quomodo unum hominem.* Quem Madiam loquitur scriptura habuisse multitudinem tamquam arenam maris. At ubi impleta sunt cuncta quæ Deus Gedeoni promisit, ubi se exaltatum ex humili, locupletatum ex paupere, regem factum vidit ex plebeja conditione, quid statim facit? Nempe dicit ad populum: [b] *Date mihi unusquisque inaurem de præda sua. Qui cum accepisset pondus inaurium aurearum ad mille septingentos siclos, præter bracbialia & torques & operimenta & purpuram quæ super reges Madiam erant, & præter torques aureas quæ in collo camelorum adversariorum*; quid dicit fecisse Gedeonem sacra scriptura? *Gedeon, qui* C *& Jerobabel, fecit Ephod, & statuit illud in civitate sua Ephrath. Et fornicati sunt filii Israel ibi: & factum est Gedeoni & domui ejus in scandalum.* Numquidnam distulit diebus aliquantis, & sic hanc est operatus contra Deum malignam operam? Numquidnam reminisci potuit cum hæc fuisset aggressus facere, quod dixisset ei Deus, *Vade, ego ero tecum?* Ubi est illud, quod secundum præceptum Dei demolierit Baal, & lucos ejus exciderit, & Deo obtulerit sacrificium? Ubi est illud quod dixit ad Dei nuntium sibi dicentem, [c] *Dominus tecum* [2] *potens virtute. Et dixit ad eum Gedeon: In me Domine. Et si est Dominus nobiscum, & ut quid apprehenderunt nos omnia mala hæc? Et ubi sunt mirabilia* D *ejus quæ retulerunt nobis patres nostri dicentes? Nonne ex Ægypto adduxit nos Deus? Et nunc sprevit nos & tradidit nos in manu Madiæ Dominus.* Numquid repetebat tempore quo contra Deum facere tentavit, quod illa consecuti fuissent mala propter idololatriam? At ubi erepti sunt ut viverent sine adversariorum timore ab omnibus illis malis, quibus se dicebat cum omni prægravatum populo; illico facit rem, per quam & ipse & omnis pariter populus propter idololatriam fuisset traditus in manus adversariorum.

II. Audierat Deum, quod idolis servissent derelicto Deo, illis cuncta illa mala accidisse: meminerat prophetam locutum; & tamen ea die qua nihil facti sunt ante eos inimici eorum, censuit rex ille in vecordia cui dignaris esse similis, magis idolis quam Deo qui illa sibi præstiterat, fuisse famulandum. [d] *Et fecerunt*, inquit scriptura, *filii Israel malignum ante Dominum Deum: & tradidit eos in manus Madiæ annis septem: & prævaluit manus Madiæ valde super Israel. Et fecerunt sibi filii Israel ante faciem Madiæ cryptas in montibus, & speluncas & monumenta. Et factum est, quando seminabat Israel, ascendebant Madiam & Amalech & filii orientis: & ascendebant super eum, & committebant cum eis, & corrumpebant* [3] *fines terræ, usque dum venirent Gazam. Et non relinquebant ad vitam Israel ovem, nec vitulum, nec asinum: quoniam ipsi & jumenta eorum ascendebant, & tabernacula sua afferebant, & camelos suos ducebant, & adveniebant sicut locustæ in multitudine, quoniam non erat numerus. Et adveniebant super terram corrumpere eam. Et pauper factus est Israel a facie Madiæ. Et clamaverunt filii Israel ad Dominum propter Madiam.* [4] *Misit Dominus virum prophetam ad filios Israel, & dixit illis: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Ego sum qui adduxi vos ex Ægypto, & eduxi vos de domo servitutis, & abstuli vos de manu regis Ægypti, & de manu omnium persequentium vos; & ejeci illos a facie vestra, & dedi vobis terram eorum. Et dixi vobis: Ego sum Dominus Deus vester, Non timebitis deos Amorrhæorum in quibus vos inhabitatis in terra ipsorum. Et non exaudistis vocem meam.* Quid post hanc increpationem Domini facit Jerobabel qui dicitur etiam Gedeon? Mox ut inimicum suum vidit deductum ad nihilum; mox ut universi illi adversarii qui ut arena maris fuisse narrantur, sunt mactati, & non ingenti numero Israelitarum, sed in trecentis viris; mox ut omnes reges vidit alienigenas interfectos: fabricat eam rem per quam possint in Deum delinquere filii Israel; & tamen quadraginta annis etiam post tantum facinus commissum regnasse hic in Israel invenitur.

a Jud. vi. 14-16. *b* Jud. viii. 24-27. *c* Jud. vi. 12. 13. *d* Ibid. ℣℣. 1-10.

1. *Jerobabelem filium Josiæ*] Legendum videtur, *Jerobaalum filium Joas*. Sic enim apud LXX. *Jud.* vi. 29. Γεδεὼν ὁ υἱὸς Ἰωὰς. Et infra vii. 1. Καὶ ὤρθρισεν Ἰεροβαὰλ (αὐτός ἐστιν Γεδεών.) Sic & Vulgatus interpres.

2. *Potens virtute*] Ita codex Alex. δυνατὸς τῇ ἰσχύϊ, apud Grabium in epistola ad Joannem Millium *de libri Judicum genuina LXX. interpretum versione*, pag. 12. At codex Vat. ἰσχυρὸς τῶν δυνάμεων. Statim vero hæc subjecimus: *Et dixit ad eum Gedeon*, quæ desunt in editis. Mox, iidem editi, *& quid appr.* Mancam lectionem supplevimus, rescribentes *& ut quid*, ut legitur apud LXX. cod. Alex. καὶ ἵνα τί. Vat. εἰς τί, *ad quid*. Deinde mendum editorum cum Latinio sustulimus, exhibentium, Nunc *ex Ægypto*. LXX. Alex. οὐχί. Vat. μὴ οὐχί.

3. *Fines terræ*] *Jud.* vi. 4. habent LXX. Alex. τὰ ἐκφόρια. Vat. τὰς καρπὰς. Compl. ἐφόρια. Vide sis Grabium epist. cit. pag. 11. & Pollucem *Onom.* lib. ix. segm. 8. v. Ἐφόρια.

4. *Misit Dominus*] LXX. Vat. & Alex. καὶ ἐξαπ. Sed καὶ abest a Complut.

III. Non erit ergo mirandum, si & tu sacrilegus adhuc degas in corpore; quando videas Gedeonem regem quadraginta annis vixisse post idololatriam commissam, regnoque suo potitum. Etenim quievisse Israelitas XL. annis, nec adversarios in eos omnino permissos, nec ullum eisdem fuisse dominatum ex alienigenis, propterea quod exclamassent ad Deum; scriptura loquitur sacra. Talia circa consacrilegos tuos fecit bona Deus, ostendens se quidem totum potentem, illos tamen indignos ad consequendam requiem; qui nec una die quidem post receptam requiem tantorum periculorum, illi qui tantam eis præstiterat misericordiam, servire delegissent. Cum tales fuerint Israelitæ, tamen pro sua pietate pepercit eis, etiam post hæc gerentibus ido- B lolatriam, nec statim reddidit; sed iterum tempore quo ei placuit, tamen reddidit: non eis impune idololatriæ reatus cedere potuit. Ita & tibi, Constanti, erit repræsentaturus, nisi tibi provideris interea. Si Israelitæ servientes dæmonibus, derelinquentes Deum, cum jam extranei fuissent a notitia effecti Dei, tamen mox ut ascendit in corda illorum, quia ille sit Deus totum potens, qui eorum patres eduxisset de terra Ægypti, exauditi sunt & liberati de manu Madiæ, & ab omnibus persequentibus: quid sentis arbitrari nos posse Christianos eripi de manibus tuis, an nec ne? [1] quod etiam es pervidens, nos tantum Deum colere Abrahæ, Isaac & Jacob & omnium Prophetarum, Apostolorum C & Martyrum. Crede mihi quia auditi sumus, & audiemur, ut tu possis cum omni tua fragili sublimitate jacere sub omnium ejus servorum calce. Sed & quod morulæ aliquæ fiant, ut non jam sanctæ suæ Ecclesiæ, exstinctis vobis Arianis, tribuat plenam securitatem pacis, est caussa illa, quia sit dignum te adversario sæviente ad omnium veniri probationem.

IV. Dicis, Si male fecissem, si hæresim tenerem, jam in me Deus vindicasset. Audis sacram loquentem scripturam etiam alienigenæ diu pepercisse Dominum, & tamen postea consecutum merita factorum suorum. [a] *Dixit Samuel ad Saul: Mi-* D *sit me Dominus ut ungerem te super Israel in regem. Et nunc audi vocem verbi Domini. Hæc dicit Dominus omnipotens: Nunc* [2] *defendam quæ fecit Amalec tibi Israel, quemadmodum obviavit tibi in via qua ascendisti de Ægypto. Et nunc vade & percuties Amalec, & omnia ipsius: & non concupisces ex illis aliquid, sed exterminabis illum, & anathematizabis illum, & omnia illius: & non parces illi, & occides omnia illius a viro usque ad mulierem, & ab infante usque ad nutrientem.* Et infra: [b] *Et venit Saul usque ad civitatem Amalec, & accessit, & obsedit Amalec in torrente. Et dixit Saul ad Cinæum: Vade & declina e medio, & declina ab Amalec, & noli apponere te cum illo: quoniam tu fecisti* E *misericordiam cum filiis Israel, cum ascenderent ex Ægypto. Et declinavit Cinæus de medio Amalec. Et percussit Saul Amalec ab Evilat usque Sur, quæ*

A *est contra faciem Ægypti. Et comprehendit Saul Agag regem Amalec vivum, & omnem populum ejus occidit in ore gladii.* Vides quomodo, tarde licet, consequuti fuerint sceleris sui factum: & tu inquis, Nisi bene agerem, numquam diu regnarem? Ipsum etiam Saul invenimus contra Domini mandatum quia fecerit, quod fuerit reprobatus: & tamen diu regnaverit post reprobationem, postea quam dixit ad Samuel Deus: [c] *Pœnitet me unxisse in regem Saul.* Et tu inquis, Ego nisi recte fuissem credens, nisi quomodo est Deo placitum viverem, numquam profecto nunc usque imperarem?

V. Et ut hæc penitus possis haurire quæ dicimus B propter Saul, accipe quæ contra Domini fecerit mandatum. [d] *Et accepit Saul & omnis populus ejus Agag regem,* [3] *& bona gregum & armentorum & escarum & vinearum & omnium bonorum: & noluerunt disperdere omnia bona, sed & omne opus pretiosum reservaverunt, & supervacua disperdiderunt. Et factum est verbum Domini ad Samuelem dicens: Pœnitet me quod constituerim regem Saul, quoniam aversus est a me, & verba mea non statuit. Et contristatus est Samuel, & clamavit ad Deum tota nocte. Et ante lucem Samuel abiit in obviam Israel.* Et infra: *Et venit Samuel ad Saul: & ecce Saul offerebat holocaustum Domino, & initia prædarum quæ attulit ex Amalec. Et pervenit Samuel ad Saul. Et* C *dixit illi Saul: Benedictus es tu Domino: statui omnia quæ locutus est Dominus. Et dixit Samuel: Et quæ est vox hujus gregis in auribus meis, & vox boum quam ego audio? Et dixit Saul: De Amalec attuli ea quæ prædavit populus optima gregis & boum, ut immolentur* [4] *Domino tuo regi: reliqua autem disperdidi & exterminavi. Et dixit Samuel ad Saul: Nonne minimus eras dux in conspectu sceptrorum de tribu Israel? Et unxit te Dominus in regem super Israel, & immisit te Dominus in viam, & dixit tibi: Vade & disperde illos qui peccant in me, Amalec, & expugnabis illos usque dum consumes illos. Et quare non audisti vocem Domini, sed impetivisti ad prædam, & fecisti quod malignum est co-* D *ram Domino? Et dixit Saul: Quoniam audivi populum, abii in viam in quam misit me Deus, & adduxi Agag regem Amalec, & Amalec disperdidi. Et accepit populus prædam gregis & armenta primariæ illorum quæ disperdidi, ut sacrificent coram Domino Deo nostro in Galgala. Et dixit Samuel: Numquid vult Dominus holocausta & sacrificia magis quam exaudire vocem Domini? Et ecce dicto audientia melior est quam sacrificium, & obedientia quam adipes arietum:* [5] *quoniam peccatum ominatio est: dolores & gemitus ad te adduxisti: pro quibus nullius momenti fecisti verbum Domini, nullius momenti te faciet Dominus ne regnes. Et dixit Saul ad Samuel: Peccavi, quoniam præterivi verbum Domini & verbum* E *tuum, quoniam timui populum & audivi vocem illorum. Et nunc aufer peccatum meum: revertere mecum, & adorabo Dominum Deum tuum. Et dixit Samuel ad illum: Disrumpet Dominus regnum tuum*

a 1. Reg. XV. 1-3. *b* Ibid. ✝✝. 5-8. *c* Ibid. ✝. 11. *d* 1. Reg. XV. 9-28.

1. *Quod etiam*] Ita Lugdunenses. At Parisienses cum prima Tilii editione, *Quod sciam*.

2. *Defendam*] LXX. — 1. *Reg.* XV. 2. ἐκδικήσω, *ulciscar.* Nihil tamen mutandum. Vide sis quæ superius adnotavimus lib. I. *pro S. Athan.* §. XLVI. ad locum *Sophon.* I. 12. Mox vero, *quæ fecit Amalec* TIBI *Israel*. Ubi *tibi* redundare videtur. LXX. τῷ Ισραήλ.

3. *Et bona gregum*] Editi perperam, *& bona Regum*. LXX. καὶ τὰ ἀγαθὰ τῶν ποιμνίων.

4. *Domino tuo regi*] Ita omnes editi. Sed cum Latinio vox *regi* expungenda videtur: rescribendumque *Domino Deo tuo*, ut apud LXX. Κυρίῳ τῷ Θεῷ σου.

5. *Quoniam peccatum ominatio est*] Ita LXX. — 1. *Reg.* XV. 24. Ὅτι ἁμαρτία οἰώνισμά ἐστιν. Cotelerius ad *Const. Apost.* lib. II. cap. LXII. In hoc, inquit, scripturæ textu librarii Luciferi Caralitani non putantes vocem *ominatio* locum habere posse, eam inepte mutaverunt, posueruntque, *Peccatum abominatio est*. Nobilium consulas velim l. c. qui paullo ante apud Luciferum legit: *Ecce* DICTO *audientia melior est*, prout edidimus. Ubi Parisienses Tilium secuti, habent *dicito*: Lugdunenses vero *dico*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



ex Israel de manu tua hodie, & dabit illud proximo tuo meliori te. Et infra: [a] *Et non adjecit Samuel amplius videre Saul usque ad diem mortis suæ: quoniam lugebat Samuel in Saul: & Dominum pœnituit quoniam regem fecit Saul super Israel.* [b] *Et dixit Dominus ad Samuel: Quousque luges tu* [1] *in Saul? Ecce ego expello illum ne regnet super Israel. Et imple cornu tuum oleo, & veni: mittam te ad Jesse usque in Bethlehem, quoniam* [2] *vidi in filiis Jesse mihi in regem.* Cognoscere jam poteris, Constanti, etiam reprobatum a Domino, etiam ad æternam destinatum mortem, diu regnare post delictum grave commissum: quandoquidem videas postea quam unctus fuerit in regem gloriosus filius Jesse David, tamen Saul diu regnaverit, & persequendi etiam eum quem sibi Deus in prophetam atque regem elegerat, habuerit potestatem: malus bonum, injustus justum, Deo odibilis persequebatur eum quem diligebat Deus. Cum hæc ita sint, ne glorieris, quia post tantum facinus perpetratum sis vivens hactenus, ut vixerit Saul: sed adverte cujusmodi vindicta processerit circa Saul, quod & circa te possit procedere, nisi tibimet consulas. Si enim circa illum sic est indignatus Dominus, primo cur prædam contra interdictum acceperit, secundo cur ejus hominem David fuerit persecutus: quanto magis circa te indignationis ejus procedat vindicta necesse est; circa te cujus adeo ingentia sunt scelera, ut etiam in sacrilegii venires reatum?

VI. Si male, inquis, egissem, si quomodo dicit Lucifer, essem hæreticus; jam mihi abstulisset Deus regnum. Accipe etiam Salomonem supervixisse post idololatriam commissam; & intelligere dignare te quoque talem esse, qualis ille post idololatriam fuerit. [c] *Et suscitavit* [3] *Dominus adversarios Salomoni, Adad Idumæum, & Esrom filium Anadeth in Remathad, Adragas regem Soba dominum ejus. Et congregati sunt super eum viri. Et erat princeps congregationis, & præoccupavit Damasec civitatem, & sedit in ea, & regnavit in Damasec. Et erant adversarii Salomoni & Israel omnibus diebus Salomonis.* Probavimus tibi etiam Salomonem aliquot annis regnasse post idololatriam, & utique jam non Deo, sed diabolo [4] servientem; unde & diabolicis hominibus notatur hæsisse: ita & tu hærens es consacrilegis tuis Arianis, qui licet adhuc in corpore sis, licet in regno sis manens; tamen talis esse inveniris qualis fuerit Salomon, postea quam Deum dereliquerit & idola fuerit secutus. Talibus nos adhærere volueras, qualibus Salomon fecerit adhærere

A Israelitas. Ubi fuit ille amor Dei qui fuisse narratur per sanctas scripturas apud Salomonem, tempore isto quo idola dignatus est sequi & derelinquere Deum? Unde hoc? nisi quia factus omnino fuerit homo alienus ab intellectu sobrio. Noli tibi plaudas, quod cum sis blasphemus & destructor Dei religionis, tamen adhuc habeas regnum & sis superbiens post sacrilegium tuum; cum & Roboam filium Salomonis idololatriam facientem vixisse inveniamus in regno viginti annis. Dicit enim sacra scriptura de eo: [5] *Et rex Salomon dormivit cum patribus suis in civitate David, & regnavit filius ejus Roboam pro eo in Hierusalem. Et erat sedecim annorum cum regnaret, & viginti annis regnavit in Hie-* B *rusalem.* Et infra: *Et fecit malignum ante conspectum Domini, & non abiit in via David patris sui.* Ut igitur tam Salomon ex quo idolis semet dignatus est mancipare, quam ejus filius Roboam qui semper idolis fuit serviens, cum non ambulaverint in David itineribus, tamen vixerint in regno, & utrique regnantes ad vitæ ultimum diem pervenerint: quomodo te miraris ad temet, cur post commissum piaculum in eo scelere degens rex superbias, quod neque tibi regnum neque vita auferatur a Deo; quando videas etiam Hieroboam Domini religionem funditus vertere, ut tu, fuisse conatum, & tamen supervixerit annis quam plurimis, & quidem in eo scelere manens sicut scriptum est? [6] *Et erat homo* C *ex monte Ephrem servus Salomonis, & nomen ei erat Hieroboam: & nomen matris ejus erat Sarira, mulier fornicaria.* Et alio loco: [d] *Et factum est ut audivit omnis Israel, quoniam reversus est Hieroboas ex Ægypto; & miserunt & vocaverunt eum in synagoga, &* [7] *regnificaverunt eum in Israel.* Et infra: [e] *Et dixit Hieroboas in corde suo: Nunc revertetur regnum David, si ascenderit populus hic sacrificium offerre in domo Domini in Hierusalem: & convertetur cor populi ad dominum suum Roboam regem Juda. Tunc igitur Hieroboas cogitavit, & abiit, & fecit duas vitulas aureas, & dixit ad populum: Sufficiat* [8] *vobis ascendisse in Hierusalem. Ecce sunt dii tui Israel qui reduxerunt te de terra Ægypti. Et posuit* D *unam in Bethel, & unam dedit in Dan. Et factum est hoc verbum in peccatum. Et antecedebat populus ante faciem unius vitulæ usque Dan. Et fecerunt domos in excelsum: & fecit sacerdotes partem aliquam populi, qui non erant ex filiis Levi. Et fecit Hieroboas diem festum in mense octavo in quinta decima mensis secundum diem festum Juda. Et ascendit in sacrario quod fecit in Bethel, ut sacrificaret ante vitulas quas fecit: & constituit in Bethel sacerdotes*

a I. Reg. xv. 35. *b* I. Reg. xvi. 1. *c* III. Reg. xi. 14. *d* III. Reg. xii. 20. *e* Ibid. ℣. 26-33.

1. *In Saul*] LXX. ἐπὶ Σαοὺλ, *super Saul*. Sic & paullo ante.
2. *Vidi*] LXX. ἑώρακα. Hinc post Latinium corruptam, ut videtur, editorum lectionem *audivi* correximus.
3. *Et suscitavit* cet.] Ita ferme LXX. Vat. Aliter Alexandrinum exemplar, ex quo constat pleraque in istud comma 14. cap. xi. lib. III. *Reg.* translata esse ex ejusdem cap. ℣℣. 23-25. Ceterum ad hunc locum Nobilium adire juverit.
4. *Sed diabolo servientem; unde & diab.*] Sic emendat apud Latinium Gonsalvus Poncius corruptam editorum lectionem, *seu diabolo serviente mundo, & diab.*
5. *Et rex Salomon — in via David patris sui*] Hæc desiderantur apud LXX. exemplaris Alexandrini; exstant tamen in cod. Vat. intexta inter commata 24. & 25. cap. xii. lib. III. *Reg.* Ad quem locum Nobilius: „ Hæc absunt, inquit, ab aliquot exemplaribus & Compl. ut a Vulg. In aliquo libro signis quibusdam sunt notata, quibus indicetur ea multis modis esse repetita, transposita, confusa, male cohærentia. Nonnulla tamen ex his & apud LUCIFERUM & apud Theodoretum agnoscuntur. „ Hactenus vir eruditus.
6. *Et erat homo* cet.] Hæc item verbis modo allatis subjiciuntur in cod. Vat. l. c.
E 7. *Et regnificaverunt eum in Israel*] LXX. καὶ ἐβασίλευσαν αὐτὸν ἐπὶ Ἰσραήλ. Mox legendum: *Nunc revertetur regnum* AD DOMUM *David*. Sic enim LXXviralis versio, εἰς οἶκον Δαυίδ. Neque aliter Vulg. III. *Reg.* xii. 26. Paullo post LXX. πρὸς Κύριον καὶ κύριον αὐτῶν πρὸς Ῥοβοὰμ βασιλέα Ἰούδα. Hinc unius forte librarii oscitantia ob voculæ repetitionem manca videtur Luciferiana versio, sic proinde reformanda: *Et convertetur cor populi ad* DOMINUM ET *dominum suum Roboam regem Juda*. Licet & ipsa Vulg. tantum habeat: *Et convertetur cor populi ad dominum suum Roboam regem Juda*.
8. *Sufficiat vobis*] LXX. ἱκανούσθω. Quod valet, inquit Nobilius, *multum sit*: id est, nimium vobis videatur, nimis grave, & molestum sit. Vulg. [illegible] . Mox vero apud LXX. Καὶ ἐποί[illegible] ἐφ' ὑψηλῶν. *Et* FECIT *domos super excelsa*. In eamdem sententiam Vulg.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

excelsorum [1] *quos fecit. Et ascendit in sacrarium quod fecit in quinto decimo die, mense octavo in die festo quem finxit a corde suo, & fecit diem festum filiis Israel.* Nolo ergo glorieris quod cum idololatriam sis gerens, tamen vivas regni possidens gloriam; quando videas hunc Hieroboam vitulas fecisse aureas, populum Israelitarum se convertisse ad idololatriam; & tamen non solum non statim ut deliquerat exstinctum, sed & diu vivere permissum. Numquid non potuerat Deus eosdem reges idololatras removere? Sed ostensum est quam sitis ingrati Deo vos, qui cum tantum exaltemini, tamen ipsius qui vos exaltat, non solum obliviscamini, sed & adhuc eumdem in servis ejus persequamini, religionem ejus tollere cupientes e medio. Quod ita esse ex istius regis cognosce facto Hieroboæ: qui cum fuerit filius ancillæ, cum se meminisset ortum de meretrice, cum regnum accepisset domini sui Salomonis in opprobrium ejusdem Salomonis, cur derelinquens Deum ad idola semet verterit; cum, inquam, sciverit sibi regnum datum a Deo Hieroboas, propterea quod Salomon dominus ejus idola fuisset secutus; tamen hæc omnia ducens pro nihilo cogitavit idola facere, & ipsis cum omni populo qui Deo serviebat, magis esse mancipatus quam Deo vivo, qui illum ex mulieris meretricis filio fecerat regnum habere Salomonis domini sui. Ne itaque mireris quod vobis ingratis in ipsum delinquentibus parcat; sed illud hortor, videas, quod tarde licet, si in hac tua manseris nequitia, sis percepturus ea quæ omnes in sacrilegio perceperunt prædecessores tui. Hortamur ut temet tantis a malis eripere digneris, quæ profecto tibi evenient, nisi sententiam mutaveris.

VII. Videmus etiam istum Hieroboam commonitionem Domini duxisse pro nihilo: [a] *Et factum est,* inquit, *in tempore illo, & Hieroboas exiit de Hierusalem, & invenit eum Achias Silonites propheta in via. Et Achias opertus erat vestimento novo: & ambo erant in campo. Et apprehendit Achias vestimentum suum novum quod super se habebat, & dirupit illud duodecim scissuras, & dixit ad Hieroboam: Accipe tibi decem scissuras, quoniam hæc dicit Dominus* D *Deus Israel: Ecce ego disrumpo regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decem sceptra: & duo sceptra erunt illi propter servum meum David, & propter Hierusalem civitatem quam elegi ex omnibus tribubus Israel;* [2] *pro quibus dereliquit me Salomon, & fecit Astartæ idolo immundo Sidoniorum, & Cama idolo Moab, & regi eorum,* [3] *religioni filiorum Ammon: & non abiit in vias meas ut faceret quod rectum est coram me, sicut fecit David pater ejus. Et non accipiam regnum totum de manu ejus in diebus vitæ ejus propter David servum meum quem elegi, quoniam*

A *contra faciam illi per omnes dies vitæ ejus. Et accipiam regnum de manu filii ejus, & dabo tibi sceptra decem: filio autem ejus dabo duo sceptra, ut sit positio servo meo David omnibus diebus coram me in Hierusalem civitate quam elegi mihi, ut ponam nomen meum ibi. Et accipiam te & regnabis in quibus concupiscit anima tua: & tu eris rex Israel. Et erit: Si custodieris omnia quæcumque præcepero tibi, & ieris in vias meas, & feceris quod rectum est in conspectu meo, & custodieris præcepta mea & mandata mea, sicut fecit David servus meus; ero tecum, & ædificabo tibi domum fidelem, sicut ædificavi David.* Cum audierit hæc a Deo homo ortus qui fuerit ex meretrice, homo qui se meminerat natum de genere servili; numquid postea quam impleta sunt omnia quæ promiserat Dominus, illi qui sibi tanta promiserat, est obsecundatus; & non statim ut exaltatum se vidit, contra ipsum auspicatus est, non statim quomodo fuisset Deus derelictus ab omnibus cultoribus suis, opera est data per Hieroboam? Dicitur tibi a nobis, Quod nisi te correxeris, nisi in viis Deo placitis esse cœperis, sis novo periturus exemplo: & tu in tua manens es iniquitate, in tuo es perseverans sacrilegio. Non novum siquidem isti Hieroboæ regi: & Deus per hominem suum illa quæ jam dicta sunt perferri fecerit, & cum ingenti detinetur filius ejus infirmitate, miserit ad Dei domesticum, & audierit futura; & tamen cum ea quæ sibi fuerant etiam mala promissa videret impleri, ille magis atque magis contra Deum fecerit, Dei voluerit destrui domum: [b] *Et homo,* inquit, [4] *erat ex Selon, & nomen ei Achia: hic erat sexaginta annorum, & verbum Domini erat cum illo. Et dixit Hieroboam ad uxorem suam: Surge & accipe in manu tua homini Dei panes & collyrides filiis ejus, & uvas & vas mellis. Et surrexit mulier, & fecit sicut dixit ei vir ejus. Et Achia homo senex erat valde,* [5] *& oculi ejus caliginabantur videre. Et surrexit mulier* [6] *ex Sarira, & abiit. Et factum est, cum intrasset ipsa in civitatem ad Achia Selonitem, & dixit Achia puero suo: Exi nunc in obviam* [7] *Annæ uxori Hieroboam, & dices ei: Intra & noli stare, quoniam hæc dicit Dominus: Dura ego mitto in te. Et intravit Anna ad hominem Dei. Et dixit ei Achia:* [8] *Ut quid mihi attulisti panes & uvam & collyrides & vas mellis? Hæc dicit Dominus: Ecce tu ibis a me; & ecce cum intraveris portam civitatis Sarira, & puellæ tuæ exient in obviam, & dicent tibi; Puer mortuus est. Quoniam hæc dicit Dominus: Ecce ego disperdam hujus Hieroboam mingentem ad parietem: & erunt mortui ejus Hieroboam in civitate, & comedent eos canes; & mortui erunt in agro, & comedent eos volucres cæli.* Non est, inquam, novum si tu in hac pertinacia sis perstans,

a III. Reg. XI. 29-38. *b* III. Reg. XIV. 2-11.

1. *Quos fecit*] LXX. τῶν ὑψηλῶν ὧν ἐποίησε: QUÆ *fecit.* Sic & Vulg. Atque ita fortasse legendum apud Luciferum. Idem locus repetitur infra §. VII. ubi eadem lectio *quos fecit* occurrit.

2. *Pro quibus — & fecit Astartæ*] LXX. ἀνθ' ὧν — καὶ ἐποίησε τῇ Αστάρτῃ. Forte vertendum fuerit: *Pro eo quod — & adoravit Astarten,* ut in Vulg. Vid. Trommii *Concord. Gr. vers. LXX.* v. Ποιέω, num. 13. Sed nihil muto. Hæc enim verba *fecit Astartæ* accipienda eo sensu videntur, quo *facere* apud Vulgatum interpretem frequenter pro *sacrificare* usurpatur. Mox *Chamos* pro *Cama* legendum, ut in Vulg. LXX. Χαμώς.

3. *Religioni fil. Am.*] LXX. προσοχθίσματι, *offendiculo.* At *religioni* dixerit Lucifer pro *superstitioni.* Sic enim quandoque vox illa sumitur apud Latinos.

4. *Et homo,* inquit, *erat* cet.] Hunc locum, ex III. *Reg.* XII. Græcæ editionis Vat. & XIV. Alex. nec non XIV. Hebraicæ & Latinæ desumtum, in editis Luciferianis multipliciter corruptum, post Latinium & Cotelerium in pri- E mis ad *Const. Apost.* lib. IV. cap. VII. integritati restituimus, Græcorum vocabulorum vestigiis inhærentes. Heic autem vulgo: *Et homo erat exilis, & nomen ei Achiabeth.* LXX. Vat. Καὶ ἄνθρωπος ἦν ἐν Σηλώμ, καὶ ὄνομα αὐτῷ Αχιά.

5. *Et oculi ejus caliginabantur videre*] LXX. καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ἠμβλυώπτυν τοῦ ἰδεῖν.

6. *Ex Sarira*] LXX. ἐκ Σαριρά. Editi corrupte, *ex Baria.* Et paullo post, *portam civitatis Arira.*

7. *Annæ*] LXX. Ανώ.

8. *Ut quid mihi attulisti*] De munerum rejectione præter LXX. Vat. heic, excitat Cotelerius l. c. Hieronymum ad *Mich.* III. & Procopium in I. *Reg.* IX. Ceterum, ut observat Nobilius, Theodoretus *quæst.* XL. hanc pueri historiam eo loci legisse videtur, quo illum exhibet exemplar LXX. Vaticanum: rationem namque reddere conatur, cur adversus filium Hieroboam, ponatur sententia ante regnum illius.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

cum cognoscas istum Hieroboam his omnibus non deterritum rebus: statim etenim, ut fuerat dictum ab homine Dei, ut ingressa est mulier civitatem, filius eorum mortuus est: & tamen non conspexit Hieroboas quid ei Deus, propterea quod eum dereliquisset & populum secum perire fecisset, fuisset repræsentaturus; nec timuit ex morte filii sui, quod & cetera illum possint subsequi, sed in sua senuit versutia: usque adeo etenim impos mentis fuerat factus Hieroboas, ex quo recesserat ab eo qui regnum tradiderat illi, ut cum dixisset, Vade ad Dei hominem, & disce an moriturus sit filius noster: & didicerit per Dei hominem, quod non solum filius eorum esset moriturus, sed & in cuncto ejus regno imminerent pericula: ille tamen, ut semel statuerat, diabolo servire maluit. Ad hominem Dei sciscitandum mittit de futuris, & eum ad cujus hominem mittit, despuit, & facit in contumeliam majestatis ejus vitulas; & has adorare secum fecit populum. Hæc egit; & tamen non illico est exstinctus, sed diu in regno superfuit: & tu dicis; Si fuissem hæreticus, sicut dicunt Lucifer, Pancratius & Hilarius, & Dei impugnarem religionem, jam in me fuisset vindicatum?

VIII. Accipe adhuc quid huic contigerit Hieroboam regi; & tamen quomodo nec sic convertatur ad Deum, sed magis in suo perseverans mortuus fuerit scelere, in suo defecerit sacrilegio. [a] *Et fecit Hieroboam diem festum in mense octavo in die festo quinto decimo mensis secundum diem festum Juda, & ascendit* [1] *in sacrificium quod fecit in Bethel, ut sacrificaret vitulis quas fecit. Et constituit in Bethel sacerdotes excelsorum quos fecit. Et ascendit in sacrarium quod fecit quinto decimo die mense octavo, in die festo quem finxit in corde suo: & fecit diem festum filiis Israel, & ascendit in sacrarium ut sacrificaret.* [b] *Et ecce homo Dei ex Juda advenit in verbo Domini in Bethel: & Hieroboam stabat super aram suam sacrificare. Et propheta invocavit ad aram in verbo Domini dicens: O sacrarium, sacrarium, hæc dicit Dominus: Ecce filius* [2] *nascetur in domo David, & Josias erit nomen illi: & sacrificabit in te sacerdotes excelsorum qui sacrificant in te: & ossa hominum comburet in te. Et dabit in illa die prodigium quod locutus est Dominus: Ecce sacrarium disrumpetur & effundetur pinguedo quæ est in eo. Et factum est, ut audivit verba hominis Dei invocantis in aram quæ in Bethel erat; & extendit manum suam ad aram dicens, Apprehendite eum. Et arida facta est manus regis quam extendit in eum: & non potuit reducere eam ad se.* [3] *Et sacrificium ruptum est, & effusa est pinguedo ejus a sacrario secundum prodigium quod dixit homo Dei in verbo Domini. Et respondit rex, & dixit homini Dei: Roga faciem Domini Dei tui, ut revertatur manus mea ad me. Et rogavit homo Dei faciem Domini: & reversa est manus regis ad eum, & facta est sicut prius fuerat.* Impleta cum viderit hæc prodigia quæ fuerant ore hominis prolata Dei; & brachium impium porrectum ad Dei hominis necem repente aridum factum pro metu, illico etiam per Dei cultoris precem factum incolume: numquid idololatriam quam ipse constituerat, dissipavit? Numquid diem festum quem ipse finxerat in corde suo, tandem tollit e medio? minime. Sed in ea pertinacia præsumtionis suæ invenitur mortis suscepisse diem. Non ergo mirari poterimus, si, quod Deus avertat a te, in hæresi tua censueris mortis diem suscipere; quandoquidem etiam signis ac prodigiis non potuerint priores consacrilegi tui revocari ad solum Deum colendum. Dicit enim de Hieroboam sancta scriptura: [c] *Et post hoc non est reversus Hieroboas a malitia sua; sed e contrario fecit ex parte populi sacerdotes excelsorum. Qui enim volebat,* [4] *allevabat manum suam, & fiebat sacerdos in excelsis. Et factum est hoc verbum in peccatum in domum Hieroboam, & in interitum & in exterminium a facie terræ.* Quæ ne dicantur etiam de te, quæso, temet eripias a nefando Arianorum cœtu; quæso, sis Christianus ut ante eras, ex Ariano; nec nobis indigneris quod actus tuos & Hieroboæ æquemus: sed magis obsecro conspicias has omnes instructiones potius quam increpationes nuncupandas sospitatis tuæ me bono ingerere. Compararis etenim a nobis Hieroboæ nostris temporibus, quia sic cunctos a Deo fueris conatus vertere, sicut ille populum fuerit conatus Israel facere apostatam ex Dei cultore.

IX. Nolo adhuc hinc tibi aliquid spei promittas, quod enim male sis faciens, & tamen regnes; cum videas & Hieroboam diu regnasse in scelere suo, sed & filium Salomonis totidem & idololatriam gerentem in eodem defunctum scelere. Item ejus filium [5] Abiud de quo scriptum invenio: [d] *Et abiit in peccatis patris sui quæ fecit in conspectu ejus: & non erat cor ejus consummatum cum Domino Deo suo, sicut erat cor David patris ejus:* & tamen cum fervirent idolis, fuerint in regno & mortui sint in ea dignitate, & tradiderint filiis suis auctoritatem regni. Ne itaque etiam in eo plaudas, quod enim pater vester vobis tradiderit regnum, dicens, Nisi pater meus bene fecisset conferre se ad Arianos, non ejus filii regnaremus. Nolo dicas, Si hæreticus essem, numquam tantum imperarem, numquam me permitteret Deus adhuc in regno esse; quando videas viginti quatuor annis regnasse [6] Baasa filium Achiæ super Israel, de quo scriptum invenisti in Regum libro tertio: [e] *Et fecit malignum coram Domino, & abiit in viam Hieroboam filii Nabath & in peccatis ejus, quemadmodum peccavit in Israel.* Qui Baasa rex debuerat utique metuere ne fuisset percussus ut Hieroboas, si a viis recessisset Domini. Sed ita estis qui a Deo declinatis; ut cum vobis fuerit libitum in injuriam Dei suscipere officium idololatriæ, non possitis nec illorum qui jam judicati fuerint [7] terreri exemplo, converti ad Dominum. Scriptum est etiam de [8] Jambre rege: [f] *Et fecit malignum in conspectu Domini, & maligne fecit super omnes qui fuerunt ante eum: & abiit in omnem viam Hieroboam filii Nabath & in peccatis ejus.* Et tamen hic qui dicitur super omnes peccasse qui ante illum fuerant reges, non statim ut dereliquit Deum, exstinctus est, nec per aliquam gravem valetudinem est

[a] III. Reg. XII. 32. 33. [b] III. Reg. XIII. 1-6. [c] Ibid. ℣℣. 33. 34. [d] III. Reg. XV. 3. [e] Ibid. ℣. 34. [f] III. Reg. XVI. 25. 26.

1. *In sacrificium*] Leg. *in sacrarium*, ut vertit ipsemet Lucifer tum supra §. VI. tum paullo post heic. LXX. ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, *super altare*.
2. *Nascetur*] LXX. τίκτεται, *nascitur*. Mox videtur legendum, *& extendit* REX, ut apud LXX.
3. *Et sacrificium — pinguedo ejus a sacr.*] Forte leg. ut apud LXX. *& sacrarium — pinguedo a sacr.*
4. *Allevabat m. s.*] LXX. ἐπλήρου, *implebat*. Nota locutio, pro *offerebat*, *consecrabat*. NOBIL.
5. *Abiud*] LXX. Ἀβιού. Vulg. *Abiam*.
6. *Baasa*] Ita LXX. & Vulg. Editi *Basiam*, mendose.
7. *Terreri ex.*] Malim cum Latinio, *territi ex*.
8. *Jambre*] LXX. Ἀμβρί. Vulg. *Amri*. Neque enim heic loquitur auctor de Zambri, ut putavit Latinius.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

vexatus, ut graviori pœna fuisset visus interemtus, qui gravius describitur deliquisse.

X. Vides, Constanti, tametsi contingat tibi in summa felicitate in hac temporaria versari vita, tamen magis te timere debere quod Dei reserveris judicio: & licet etiam hi qui statim exstinguuntur, quibus heic aliqua divinitus irrogantur pœnarum, post descensum semper torqueantur; tamen tu, si in summa vivens felicitate fueris hinc raptus, adverte qualiter in te vindicta sit processura, qui in tanto inveniaris scelere. Ne hinc itaque quodcumque tibi adscripseris felicitatis, quod cum sis negans Filium unicum Dei, quod cum ejus familiam persequaris, tamen adhuc spiritus tuus in corpore illo carnifice sit manens; quando consideres etiam [1] filium Asa annis triginta quinque, cum fuerit ut tu sacrilegus, regnasse apud Judæos; de quo scriptum esse legisti: [a] *Abiit in vias Asa patris sui, & non declinavit ab illis, ut faceret quod rectum erat in conspectu Domini:* [2] *sed ab excelsis non abstinuerunt, & sacrificabant in excelsis & incendebant.* Ecce etiam hic describitur rex in pace dormiisse. Cum itaque fuerit triginta quinque annis idololatriam gerens; ne tibi adscribas ad gloriam & dicas, Idcirco non aliqua vulneror plaga, idcirco non jam exstinctus sum, sed adhuc vivo regnum imperii Romani possidens, quia sim bene credens, quia Arii recta sit fides, quia fecerim bene removere episcopos, & alios tales instituerim quales concupiverit Arius. Noli inquam, hinc tibi gloriari, quod cum hæc sis faciens, tamen superbias, quando videas istum regem XXXV. annis tenuisse regnum, in pace fuisse exemtum. Si igitur potuit illis, quia ita exemti sint, impune idololatriæ crimen cedere; poterit & tibi, Constanti. Converte te itaque ad Dominum, ne talis inveniaris qualis est inventus Achab de quo scriptum invenio: [b] *Et fecit Achab malignum in conspectu Domini, & maligne fecit super omnes qui fuerunt ante eum: & non fuit illi satis ut ambularet in peccatis Hieroboam filii Nabath, sed & accepit uxorem Jezabel filiam* [3] *Basan & Hela regis Sidoniorum. Et abiit, & servivit Baali, & adoravit eum. Et statuit sacrarium Baali in domo religionum suarum, quam ædificavit in Samaria. Et fecit Achab lucum ut faceret exacerbationem ut exacerbaret Deum, & animam suam disperderet; & malignum fecit super omnes reges Israel qui fuerunt ante eum.* Noli adhuc te sinere esse apud Arianos, sed fac transitum ad nos Christianos, quibus sunt ita cunctæ hæreses ut est Baal. Sic vos nunc nobis estis hæretici, ut illis illorum temporum Dei cultoribus fuerint illi qui idolis immolabant: per hanc hæresem tuam mihi crede, quod talis sis nostris temporibus qualis fuerit Achab. Ne tibi itaque placeas quod non statim tibi reddiderit Deus, quando videas huic Achab & uxori ejus Jezabel, qui etiam prophetas occiderint Domini, qui in tanto scelere fuisse inveniantur versati, ut nullum in terra Israel Dei se hominem confitentem permiserint demorari, pepercitum fuerit diutissime. Noli hoc intueri, quod cum sis malefaciens, superbias tamen in sceleribus tuis: sed illud, obsecro te, videas, quod nisi te converteris, ut illis sero licet reddita sunt merita operum suorum, ita & tibi posse repræsentari. Ne dixeris, Diu hinc in regno sum, hinc potens sum, quod enim bonam fidem teneam, quod faciam recte persequendo eos qui credunt quomodo se se continet illa fides descripta apud Niciam. Hæc, inquam, ne dixeris; sed illa precor te, videas, quod enim adhuc sis post tanta funera tua superbiens, ut aut audiens nos Dei sacerdotes temet convertas ad Deum, aut certe percipias digna factorum tuorum tunc, quando dicere non valebis inscium te errasse.

XI. Hæc ita esse adverte exemplo admonitus Achab & prophetarum Domini interfectoris, & omnium dæmonum cultoris. Hunc tam sceleratum intellige, ideo post tanta scelera fuisse in regno diu reservatum, ut tandem se si velit converteret; cui non solum non repræsentantur malorum factorum suorum merita, sed & in angustiis juvatur ad hoc sine dubio, ut possit conjicere non se per Baal & reliquos dæmones quos ethnici deos nuncupant, vindicatum, sed per Deum Israel, cujus prophetam secum videret loquentem atque sibi declarantem, quonam modo Deus fuisset inimicos Israelitarum ad nihilum redacturus. [c] Obsederat enim [4] filius Ader rex Samariam cum aliis triginta duobus regibus, jactitans adeo tamquam nihil se habere Israelitas, ut unum se hominem omnem multitudinem Israelitarum superaturum. Hunc alienigenam fecit nihil ante Israel Deus. Cui vicit Deus regi? nempe Achab, ei qui eum dereliquerat, qui Baali & omnibus dæmoniis servire Israel fecerat; qui propterea auxiliatus est, nempe ut crederet quia sit Deus solus iste, cujus erat populus Israel, & non alius præter ipsum qui ei vicerat; ut videret Achab, quia fuisset æquum tandem corrigeret errores suos. Mox ut ædificare adversarius cœpit obsidionem ad civitatem Israelitarum: [d] *Et ecce,* inquit scriptura sacra, *prophetes unus accessit ad regem Israel, & dixit: Hæc dicit Dominus, si audisti* [5] *sonum magnum istum. Ecce ego*

a II, Paral. xx. 31-33. *b* III. Reg. XVI. 30-33. *c* III. Reg. xx. 1. *d* Ibid. ℣℣. 13-15.

1. *Filium Asa*] Editi, *filium Basa*: perperam, ut constat ex scripturæ loco subjecto, ubi ferunt *Asab*. Heic autem sermo de Josaphat filio Asa. Quæ autem refert auctor e sacris bibliis, exstant quidem apud LXX. Vat. III. *Reg.* XVI. interjecta inter commata 28. & 29. sed absunt ab Alex. & Vulg. Occurrunt tamen his gemina tam in utroque LXX. exemplari Vat. & Alex. quam apud Vulgatum interpretem, II. *Paral.* xx. 31-33. Verum illud advertere præstat cum Latinio, minus recte assecutum fuisse Luciferum sacræ scripturæ textum quem affert. Sic enim ibi: *βασιλεύει Ἰωσαφὰτ υἱὸς Ἀσὰ ἐτῶν τριάκοντα καὶ πέντε ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ, καὶ εἰκοσιπέντε ἔτη ἐβασίλευσεν ἐν Ἱερουσαλήμ. Regnat Josaphat filius Asa, annorum triginta & quinque in regno suo; & viginti quinque annos regnavit in Hierusalem.* Numerus igitur *triginta quinque annorum* non regno, sed ætati Josaphat assignandus, quo tempore regnare cœpit. Quod clarius elucet ex II. *Paral* xx. 31. tam apud LXX. quam in Vulg. Præterea illud maxime injurium piissimo regi Josaphat, quod nimirum *fuerit sacrilegus;* quum contra ex l. c. *Paral.* ℣. 32. compertum sit, ipsum *fecisse quæ placita erant coram Domino.* Neque aliter LXX. ubi sic: *καὶ οὐκ ἐξέκλινε τοῦ ποιῆσαι τὸ εὐθὲς ἐνώπιον Κυρίου.* Quibus consona legas ibidem in cod. Vat. III. *Reg.* XVI. 28. unde sua Lucifer descripsisse videtur.

2. *Sed ab excelsis non abstinuerunt*] LXX. lib. *Reg.* modo citato: *Πλὴν τῶν ὑψηλῶν οὐκ ἐξῇραν. Tantum excelsa non abstulerunt.* Et sic forte legendum apud Luciferum pro *abstinuerunt*. Verumtamen II. *Paral.* XVII. 6. de eodem Josaphat hæc habentur: *Καὶ ὑψώθη ἡ καρδία αὐτοῦ ἐν ὁδῷ Κυρίου, καὶ ἐξῇρε τὰ ὑψηλὰ καὶ τὰ ἄλση ἀπὸ τῆς γῆς Ἰούδα. Et exaltatum est cor ejus in via Domini, & sustulit excelsa & lucos de terra Juda.* Sic & Vulg. ut proinde quæ heic recitat Lucifer, non de Josaphat, sed de populo sint accipienda, ut liquet ex II. *Paral.* xx. 33.

3. *Basan & Hela*] LXX. *Ἰεθεβαάλ*. Adeoque heic leg. *Jethebaal*. Mox pro *religionum*, habent LXX. *προσοχθισμάτων*, *offendiculorum*, ut superius etiam observatum.

4 *Filius Ader*] Ita LXX. *υἱὸς Ἄδερ*. Vulg. *Benadad*.

5. *Si audisti sonum magnum istum*] LXX. *εἰ ἑώρακας τὸν ὄχλον τὸν μέγαν τοῦτον. Si vidisti turbam magnam hanc.* Neque aliter Vulg. Sed, ut observat Nobilius, alii codices habent *πάντα τὸν ἦχον*, *omnem sonitum*, ut Lucifer. Et sic in suo exemplari legerat Theodoretus.



hodie tradam eum in manus tuas, & scies quoniam ego sum Dominus. Et dixit rex: In quo? Et dixit prophetes: In pueris principum regionum. Et dixit rex: Quis committet pugnam? Et dixit prophetes: Tu. Et infra: [a] *Et exierunt pueri de civitate principum regionum, & exercitus qui post illos: & percussit unusquisque quem invenit secus se. Et fugerunt Syri, & persecutus est eos Israel.* Quomodo dicis, Constanti, Si non bene servirem Deo, si non recte credens fuissem, numquam regnum Romanorum in mea vidissem potestate collocatum, aut sic diu fuissem vivens in regnum: quando videas Achab regi Israel more gentilium viventi, & populum Dei sicuti & tu avertis, vertenti a Deo, dictum in quem delinquebat, cujus præcepta ducebat pro nihilo: Trado eum in manus tuas, ut scias quoniam ego sum Deus. Ut igitur illum eripuit a filio [1] Jaderis Syriæ regis, sic etiam te ab omnibus perimere cupientibus eripuit atque eripit: ad hoc utique ut possis cognoscere, quia ipse sit Deus Patriarcharum ac Martyrum: ad hoc ut conjicere possis non pro meritis fidei tuæ ac vitæ tibi victoriam tributam, quando sis Achab in omnibus regi similis; sed sic tibi contra merita tua exhibitam misericordiam ab eo quem dereliquisti, ut fuerit Achab exhibita. Si enim dixeris propterea te vincere adversarios tuos, quia bene sis credens; potuit & Achab dixisse idolorum cultor & prophetarum sanctorum interemtor. Ad hoc ergo te reservatum ut errores corrigeres tuos, non vides? Illico ut occupasti Italiam, Ecclesiam ejus tentasti vertere: dixisti Deum Patrem non esse verum Deum Patrem, unicum ejus negans Filium, affirmans non esse illum verum filium: adstruxisti etiam sanctum paracletum Spiritum fabricatum esse ex nihilo, descendere ex nihilo: defendere tentasti quod unicus Dei Filius fuerit quando non fuerit: apostolicam atque evangelicam traditionem quo potuisses tollere e medio, operam totis tuis dedisti viribus: episcopos Dei judicio ordinatos tua amoveri fecisti auctoritate: hæreticos locis eorumdem constituendos duxisti, qui possint tuam prædicare hæresim: manu militari pugnasti contra Ecclesiam in Alexandria: quam plurimos Episcoporum relegasti in exsiliis, in metallis, conjecisti in carcerem, certum etiam numerum interfecisti ex omnibus Dei cultoribus. Cum hæc egeris, tamen dicis: Nisi bene essem faciens & integre essem credens, numquam adhuc me Deus regnare permitteret; tamquam idcirco & circa Achab ac ceteros coidololatras tuos fuerit Deus patiens, quia fuerint rectam tenentes viam.

XII. Tu ergo, quia sit peccatis tuis patiens pro sua infatigabili pietate, sicuti fuerit & Achab regi, arbitraris non te delinquere, sed pro meritis tuis tibi parci; quem Achab etiam in hoc imitaris, quod enim sis eos diligens qui tibi mala suadeant, eos vero perdens qui tibi salutis tuæ caussa quæ sunt vera, dicant. Ut enim ad Achab quadringenti illi pseudoprophetæ, quod possent illum omnia felicia consequi loquebantur; contra vero, Dei dicebat propheta Michæas, quod essent illum cuncta consecutura mala; & ille magis diligebat eos pseudoprophetas, quam verum Domini prophetam: ita & tu amas cohæreticos tuos Arianos, ipsorum dictis obtemperas; nos omnes Domini sacerdotes exsecraris: primo omnium, cur Dei Filium, verum Dei Filium confiteamur: secundo cur non tibi adulemur, cur te in periculo esse asseveremus, & dicamus nisi te converteris ad Deum, quod sis in æternam pœnam venturus, & ut credere possis Dei semper odio habitos homines ab hominibus apostaticis amatos, veros inimicos Dei religionis, hoc est diaboli cultores. Accipe quos amaverit Achab, & quem odio habuerit. [b] *Et dixit Josaphat rex Juda ad regem Israel: Interrogate nunc hodie Dominum. Et convocavit rex Israel omnes prophetas, quasi quadringentos viros. Et dixit illis rex Achab: Si ibo in Remmath Galaad in pugnam, aut cessabo? Et dixerunt: Ascende.* Et infra: *Et dixit Josaphat ad regem Israel: Non est hic prophetes Domini, & interrogabimus Dominum? Et dixit Achab rex Israel ad Josaphat regem: Unus est per quem intertogemus Dominum, sed ego odi illum, quoniam non loquitur de me bona.* Item postea quam dixisset propheta Domini ad illum Michæas ne ascenderet, quoniam si ascendisset, non esset reversurus, [c] *Dixit rex Israel ad Josaphat regem Juda: Nonne dixi ad te, quoniam prophetat mihi hic non bona, sed magis mala?* Videbantur mala & excordi ei quem jam obsederat diabolus, mala ea quæ a Dei dicebantur servo; & illa bona judicabantur quæ a servis dicebantur diaboli. Nec itaque mirandum si illos audiebat Achab, quos ut audiret faciebat diabolus, mancipia videlicet sua; & sic illos audire nollet quos Deus suos esse servos & ipsa tolerantia passionum, & ipsa constantia asseverationis manifestabat illi, Pseudoprophetæ ditati honoratique dimissi sunt a rege: Michæas vero propheta Domini recluditur in carcerem, & dicitur: [d] *Manducet panem doloris, donec redeam*: & tamen juxta servi Dei dictum reversus minime est. Ita & ipse agis, Constanti: diligis eos qui trahunt temet secum ad mortem perpetuam; qui ad omnem interitum tuam ducunt animam: odio habere dignaris contra, eos qui te sunt optantes Dei fieri amicum.

XIII. Ne tibi glorieris quod cum tanta sis faciens, tamen regni gloria pollens, hanc adhuc possideas fragilem vitam; quando & Hieroboam filius Joas, quod regnaverit in Israel quadraginta & unum annis in Samaria, narrant sacræ litteræ; & quidem derelicto Deo serviens idolis, & quidem non recedens de Achab regis Israel malitiis atque Hieroboam sacrificiis. Male, inquis, si fecissem, jam me Deus amovisset de regno: quasi non filius Amasiæ, propterea quod non recesserit a supervacuis, impletus lepra quidem fuerit, sed tamen quinquaginta duobus annis regnaverit in Hierusalem. Sed tu in eo potior Oziæ regi, quia tu non elephantiam habeas quæ cum temet omnes consumere possit artus, sed illam quæ animam valeat penitus maculare: dole tibi nobiscum, & mitte lacrymas pro te: conspice quo modo maculet corpus, hæc [2] videtur elephantia: quo modo consumat membra lepræ virus, intelligo quod sic Ariana hæresis, elephantia vestra interna, illa omnia tua maculet: adverte, quod enim sic efficiat hominem tuum interiorem, sicuti & hæc quæ comprehenderit hos, quos videas elephantia infusos. Ne dixeris, Nisi bene agerem, numquam tanto tempore imperarem, numquam adhuc vivere fuissem permissus: quando & Manassem cernas filium Ezechiæ regis regem Juda sedecim an-

a III. Reg. xx. 17. 19. 20. *b* III. Reg. xxii. 5-8. *c* Ibid. ♥. 18. *d* Ibid. ♥. 27.

1. *Filio Jaderis*] Rescribendum *Aderis*, sive *Ader*, ut supra.

2. *Hæc videtur eleph.*] Legit Latinius, *hæc quæ videtur eleph.*

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

norum fuſcepiſſe regnum, [1] & LVII. annis regnaſſe: de quo quæ ſint ſcripta cum audieris, invenies profecto ejuſdem te imitatorem eſſe; & non incipies mirari quod malefaciens cum ſis, tamen adhuc parcatur tibi, cernens Manaſſem cujus tu in crudelitate & ſacrilegio non minor es, quod tanta agentem regnum tenuerit LVII. annis. [a] *Et dormivit*, inquit ſcriptura, *Ezechias cum patribus ſuis, & ſepultus eſt in civitate David: & regnavit Manaſſes filius ejus pro eo.* [b] *Cum eſſet rex ſedecim annorum Manaſſes cum regnaret, & quinquaginta ſeptem annis regnavit in Hieruſalem: & nomen erat matris ejus*, [2] *Ebſiba. Et fecit quod malignum eſt ante conſpectum Domini, ſecundum abominationes gentium quas ejecit Dominus a facie* B *filiorum Iſrael. Et ædificavit excelſa quæ deſtruxerat Ezechias pater ipſius, & ædificavit ſacrarium Baal: & fecit lucos ſicut fecit Achab rex Iſrael: & adoravit omnem militiam cæli, & ſervivit illis. Et ædificavit ſacrarium in duabus ædibus domus Domini: & induxit filios ſuos in ignem. Et augurabatur, & fecit pythones & divinos multos, ut faceret quod malignum eſt in oculis animæ ſuæ, ut exacerbaret Dominum Deum. Et fecit ſculptilia lucorum quæ fecit in domo* [3] *quam dixit Dominus ad David & ad Salomonem filium ejus: In domo iſta & in Hieruſalem quam elegi ex omnibus tribubus Iſrael ponere nomen meum in æternum: & non apponam* [4] *pedem in* C *Iſrael movere a terra quam dedi: ſed ſi audierint me per omnia quæ mandavi eis, & ſecundum legem quam mandavit eis puer meus Moyſes. Et non audierunt:* [5] *Et quoniam valide aſpernatus eſt Manaſſes, & ſeduxit eos Manaſſes ut facerent quod malignum eſt, ſuper omnes gentes quas abſtulit Dominus a facie Iſrael. Et locutus eſt Dominus in manu puerorum ſuorum prophetarum, quæ fecit Manaſſes rex Juda ſimulacra, ſecundum omnia quæ fecit Amorrhæus qui erat ante faciem ejus, & peccare fecit Juda in idolis ſuis; propter hoc hæc dicit Dominus Deus Iſrael: Ecce ego adduco mala in Hieruſalem & in Juda: omnes qui audierint hæc, tinnibunt aures eorum utræque. Et* D *extendam in Hieruſalem menſuram Samariæ & pondus domus Achab. Et delebo Hieruſalem quemadmodum deletur* [6] *buxum de poſte ante faciem ejus. Et dabo eos in manus inimicorum ipſius: & erunt in direptionem & combuſtionem omnibus inimicis eorum, quoniam projecti ſunt de poſt me, & erant exacerbantes me, ex qua die exierunt patres eorum de terra Ægypti uſque in hanc diem. Et cetera verborum Manaſſe, & omnia quæ fecit, quemadmodum peccare fecit Iſrael, nonne hæc ſcripta ſunt in libro verborum dierum regum Juda, & quemadmodum ſanguinem innocentium fudit multum valde, uſque dum* A *impleret Hieruſalem* [7] *os ſuper os, extra peccatum quod peccare fecit Juda, ut faceret quod malignum eſt in conſpectu Domini Dei. Et dormivit Manaſſes cum patribus ſuis, & regnavit filius ejus pro eo cum eſſet annorum viginti duo, Amos.*

XIV. Quid dicis, Conſtanti, ad hæc? Credo jam deſinere te dicere, Si non bene agerem, non eſſem tanto tempore regnans: quando videas te alterum iſtum Manaſſem talia agentem quinquaginta ſeptem annis regnaſſe. Et quia diximus te alterum eſſe Manaſſem, omnia ipſius te habere conſpice: ille in Dei domo idololatriam conſtituit; totidem ipſe feciſti in templo & ædibus Domini: ille idola fecit B adorari, uſurpavit ſibi quod Domini dicebatur, ut deinceps dici poſſit idolorum cultor; omnia hæc & tu feciſti, quia Arianam hæreſim introduxiſti in Eccleſiam, & quia blaſphemiam tuam tamquam fidem catholicam ſtatuiſti ſuſcipiendam, illam vero apud Niciam ſcriptam quam nos ſcimus apoſtolicam evangelicamque, deſpuendam mandaris. Ut tu nunc hæc fieri concupiſti, ita & Manaſſes omnibus idolis ſerviendum eſſe mandavit, recedendum vero a Deo. Non ergo erit mirandum ſi tibi vindicaſti ædes [8] quas colligere ſumus ſoliti Dei populum; & te idololatram dixiſti eſſe catholicum, quando videas & Manaſſem feciſſe iſtud, quod tu nunc feceris: ſic denique & tibi parcet Dominus viam tenenti C Manaſſe, quomodo illi pepercerit, & quouſque pepercerit; ut ſcriptum ſit dormiiſſe illum cum patribus ſuis, & ſepultum in Hieruſalem, & ſuſcepiſſe loco illius regnum filium ejus. Numquid legis in bello illum interiiſſe [9] ut aliqua valetudine prægravatum? minime. Sed quid ſentis, credo, pro tua illa prudentia: dicis, impune omnia illi ceſſiſſe Manaſſe regi. Talis es tu, ut ita ſentias de Manaſſe, quod enim quia quinquaginta ſeptem annis regnans filio tradidit regnum, & ipſe in pace defecerit, potuerint impune ei ceſſiſſe tanta admiſſa. Noli tibi ipſe miſereri ut temet ad Deum vertas, noli corrigere nefarios actus tuos; & invenies te torqueri cum Manaſſe: quem Manaſſem in eo videris D tu præcedere; quod enim ille tantum intra terminos Hieruſalem ſanguinem juſtorum fuderit, tu autem toto fudiſti ac fundis in regno Romano. Sed, inquis, ille filios ſuos ante ſimulacra deorum ſuorum concremavit vel conſecravit. Et tibi ſi fuiſſent, feciſſes ſine dubio eoſdem Arianam ſuſcipere blaſphemiam. An ignoras quia ſicut tunc placebant diabolo hi qui filios ſuos comburebant, quoniam quidem una eſſet illis mens derelinquendi creatorem, & ſervire creaturæ; ita nunc nihil exigat diabolus a te, niſi ut neges unicum Filium Dei, hoc eſt, illi acceptiſſimum ſacrificium, ut ſis credens quomodo & Arius crediderit? Plus eſt illi no-

a IV. Reg. XX. 21. *b* IV. Reg. XXI. 1-19.

1. *Et LVII. annis*] Hic annorum numerus in mendo cubat, reſcribendumque *LV.* ut habent LXX. & Vulg. Idem error irrepſit in verba ſacri textus ab auctore ſtatim relata, & in ſequentes §§. XIV. & XV.

2. *Ebſiba*] Reſtituendum videtur *Epſiba*, ut habet auctor *Conſt. Apoſt.* lib. II. cap. XXII. qui & ipſe integrum hunc locum refert: ubi & plura de hoc nomine obſervat Cotelerius. Ceterum LXX. legunt Ἀψιβά.

3. *Quam dixit D.*] *Qua* ſcripſerit Lucifer, preſſius inhærens LXX. ubi ſic, ἐν τῷ οἴκῳ ᾧ εἶπε Κύριος. Vel leg. cum Vulg. *ſuper qua*, aut *de qua*.

4. *Pedem in Iſrael*] Delenda præpoſitio. Ita enim LXX. Καὶ οὐ προσθήσω τοῦ σαλεῦσαι τὸν πόδα Ισραὴλ ἀπὸ τῆς γῆς ἧς ἔδωκα κ. τ. λ. *Et non adjiciam commovere pedem Iſrael de terra quam dedi* cet. Concinit Vulg.

5. *Et quoniam valide aſpernatus eſt Manaſſes*] Hæc deſunt apud LXX. & Vulgatum interpretem: nec ea legit auctor E *Conſt. Apoſt.* Mox poſt verba *ſuorum prophetarum*, ſequentia exciderint librario, *dicens: Pro iis quæ fecit* cet. LXX. ἐν χειρὶ δούλων αὐτοῦ τῶν προφητῶν, λέγων· ἀνθ' ὧν ὅσα ἐποίησε M.

6. *Buxum*] LXX. Vat. & Alex. ὁ ἀλάβαστρος. Sed Compl. τὸ πυξίον. In hunc locum qui apud Luciferum mutilus videtur, varia monet Cotelerius ad *Conſt. Apoſt.* l. c. Paullo poſt leg. *inimicorum ſuorum*. LXX. εἰς χεῖρας ἐχθρῶν αὐτῶν. An legerit auctor αὐτοῦ? Sed ſubſequens lectio *omnibus inimicis* EORUM ejuſmodi conjecturam haud admittit.

7. *Hieruſalem os ſuper os*] Editi, *Hieruſalem ſuper os*. Apud LXX. στόμα εἰς στόμα. Vulg. *uſque ad os*. Ceterum hæc tranſpoſita ſunt ab auctore ut videtur; nam aliter ſe habent in textu.

8. *Quas collig.*] *In quas collig.* legit Latinius.

9. *Ut aliqua*] Tilius *vel aliqua* legendum exiſtimat, Latinius *aut aliqua*: quod malim.

ſtris temporibus hoc, ut Dei neges Filium, quam ſi temet in honore omnium dæmonum ignibus volueris concremari. Videt enim ab omnibus idolorum culturam deſpectam, quod vana fuerit inventio: nunc eſt cupiens per vos ſuos famulos hæreticos decipere nos Dei ſervos. Quomodo, inquis, decipere? Quomodo & te jam deceperit, ita & nos vult decipi. Cum ſis Arianus, ad hoc te fingis Chriſtianum, donec veneno hæreſis tuæ poſſis [1] inermes ſauciare, quo poſſint deinceps non eſſe Chriſtiani quod nos ſumus, ſed quod vos eſtis Ariani. Hæc eſt ſagina officiorum tuorum quæ per te exhibetur dæmoniis. Quis etenim, niſi diabolus & ejus filii, dicere poſſit de unico Dei Filio: Filius eſt, & non eſt verus Filius: Deus eſt, & non eſt verus Deus? Ergo tu cum dicis, Chriſtianus ſum, ſed non credo Deum verum habere Filium, non credo unam potentiam Patris & Filii; cum dicis Filium creaturam, factum illum ex nihilo; cum dicis, fuiſſe, quando non fuerit: melius tu ſacrificas diabolo, quam tunc Manaſſes, quando filios ſuos aut per ignem omnibus conſecrabat dæmoniis, aut cum concremabat.

XV. Doleo tibi, imperator, cum tantæ ſis inſipientiæ & cum ſis tanta faciens mala, digneris tamen dicere, Si non bene facerem, non adhuc in regno eſſem, jam me Deus exſtinxiſſet. Non conſpicis iſtum Manaſſem in ſacrilegio & incredulitate tibi comparandum, quod quinquaginta ſeptem annis, ut ſæpe dixi, regnum tenuerit in Judæa: hic utique qui fecerit delinquere populum Domini, & ſervire idolis: hic utique qui in templo Domini & in ædibus Dei ſimulacra collocaverit, qui domum Dei, qui ſacrarium ejus majeſtatis, idolorum fecerit ſacrarium? Sic & te patitur Deus, ſic ſuſtinet quoad uſque familiam probet ſuam, & dignos coronet, & indignos tecum niſi te correxeris ad æternam puniat pœnam. Ceterum crede quod poſſit ſic & tunc Manaſſem, & nunc te in uno atomo exſtinguere oculorum: ſed parcit, non quia non poſſit, ſed quia dignum ſit & ejus coronari cultores contra veſtram manentes crudelitatem immobiles; & vos inimicos ejus clementiæ, ſi tales ut eſtis durare cenſueritis, ad pœnam damnet ſempiternam. Tu ut dicas, Si non bene agerem, numquam adhuc imperarem, faciunt illi qui te errantem non ſolum corrigi nolunt, ſed ut & pereas impellunt. Non mirum: ſcriptum eſt enim, & te & illos tales futuros. [a] *Laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ, & qui iniqua gerit benedicitur. Exacerbavit Dominum peccator: ſecundum multitudinem iræ ſuæ non inquiret. Non eſt Deus in conſpectu ejus: inquinatæ ſunt viæ ejus in omni tempore.* [2] *Auferuntur judicia ejus a facie ejus.* Cum igitur tu dicis, Bene facimus tollere epiſcopos illos qui confitentur ſe tenere fidem apud Niciam ſcriptam, & conſtituere eos qui confiteantur, ſicuti confitebatur Arius: & illi dicunt, Recte utique tu es peccator ille qui

A laudaris injuſte pro deſideriis animæ tuæ; & tu es iniquus, qui cum ſis derelictus pro blaſphemiis tuis a Deo, tamen cum adulatoribus tuis, quodcumque delinquis non reprehendatur, ſed magis dicatur bene te agere. Cum dicis, Bene feci ad Alexandriam mittere militem ad auferendum Athanaſium: & illi rectiſſime dicunt, Tu cui comparandus eris, niſi illi qui per Pſalmographum notatur a Spiritu ſancto; quod enim cum gerat iniqua, cum ſit peſſimus & exſecrabilis, tamen cupiens ſit laudari?

XVI. Dicis, Niſi bene agerem, non adhuc mihi perperciſſet Deus: & invenio dictum ad Deum: B [b] *Propterea quod hos* [3] *qui exerrant, partibus corripis, & eos qui peccant, admonens alloqueris, ut derelicta malitia credant in te Domine. Illos enim antiquos inhabitatores terræ tuæ odiens, quoniam odibilia tibi opera faciebant per medicamina & ſacramenta injuſta: & filiorum necatores ſine miſericordia voluiſti perdere per manus parentum noſtrorum, ut dignam percipiant* [4] *peregrinationem filiorum Dei, quæ tibi omnium carior eſt terra. Sed & his tamquam hominibus peperciſti, & miſiſti anteceſſores exercitus veſpas, ut illos in partes exterminarent: non quia impotens eras impugnare, impios juſtis ſubjicere, aut beſtiis ſæviſſimis aut verbo duro ſimul perdere; ſed partibus judicans dabas locum pœnitentiæ, non ignorans C quoniam nequam eſt natio eorum, & naturalis malitia illorum, & quoniam non poterat mutari cogitatio illorum in perpetuum: ſemen enim erat maledictum ab initio. Nec timens aliquem, veniam dabas peccatis eorum. Quis enim dicet tibi, Quid feciſti? Aut quis ſtabit contra judicium tuum?* Similiter tibi parcitur, Conſtanti, ut agas pœnitentiam, aut eorum intereas exemplo: [5] qui cum ſciti fuiſſent a Deo, quod non eſſent acturi pœnitentiam, quod non fuiſſent ſemet converſuri ad Deum, propterea quod ſemen [6] fuerit ab initio malignum; tamen pepercerit eis, & non ſtatim ut deliquerunt eos puniverit. Ne igitur dicas, Si non bene agerem, numquam profecto mihi Deus peperciſſet; quando videas conſceleratis D tuis diu pœnitentiæ locum exhibitum, ut tandem malorum factorum ſuorum viderent cauſſas, & ſatis pro delicto feciſſent Deo. Eris ergo & tu, ſi minime converſus fueris ad Deum, unus ex illo maledicto genere, de quo ad Deum dicitur: *Non ignorans quoniam eſt nequam natio illorum & naturalis malitia vorum, & quoniam non* [7] *potuerit mutari cogitatio eorum in perpetuum: ſemen enim erat maledictum ab initio.*

XVII. Quam igitur te glorioſum eſſe videbis, quando cum talibus eſſe cœperis, cum inter tales te videris judicatum, cum inter tales inventus, miſſus fueris in flammas inexſtinguibiles? Tu itaque E prior omnibus & major etiam illic futurus in illis pœnis: neque enim quiſquam in nequitiis tibi compar inveniri poterit, niſi ſolus diabolus, ut te aliquis in

a Pſalm. x. ſec. Hebr. 3-5. *b* Sap. xii. 2-12.

1. *Inermes*] Ita reſcripſimus cum Latinio. Editi *vermes*.
2. *Auferuntur*] Sic Vulg. quomodo legunt LXX. ἀνταναιρεῖται τὰ κρίματα. Editi Luciferiani, *auferantur*.
3. *Qui exerrant, partibus corripis*] Ita emendavimus pravam editorum lectionem, *qui exſecrarint patribus corripis*. Gr. Διὸ τοὺς παραπίπτοντας κατ᾽ ὀλίγον ἐλέγχεις. Ubi κατ᾽ ὀλίγον, *paullatim*, Vulg. reddit *partibus*, ſeu per partes, ſenſim. Sic & paullo poſt ſcripſit Lucifer, *in partes exterminarent* — *partibus judicans*: utrobique Gr. κατὰ βραχύ. Eodem ſenſu.
4. *Peregrinationem*] Ita dictum eſt, quemadmodum ſæpe tranſmigrationem, id eſt, homines qui tranſmigraverant. Gr. ἀποικίαν, quod apte redderetur *coloniam*. NOBIL.
5. *Qui cum ſciti fuiſſent a Deo*] Id eſt, quos quum Deus ſciviſſet, delictorum ſuorum pœnitentiam minime acturos, cet. TIL. — Tilianam editionem expreſſimus, quam retinuere quoque Pariſienſes. Eam vero Lugdunenſes ita perperam mutarunt, *qui cum ſcirent a Deo*.
6. *Propterea quod ſemen fuerit ab initio mal.*] Sic editorum defectum cum Latinio ſupplevimus, præferentium *propterea fuerit ab initio malignum*. Sapientiæ textus paullo ante allati poſtrema verba, loci reſtitutionem confirmant.
7. *Potueris*] An *poterat*, ut ſuperius? Sic ſane Vulg. Gr. ὅτι οὐ μὴ ἀλλαγῇ, *quoniam non mutabitur*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

illis pœnis possit conspici melior. Audes dicere, Si non bene viverem, si non mea essent recta opera, si non fides mea, hoc est Ariana, fuisset catholica, si non recte egissem tollendo illos episcopos qui fidem prædicant descriptam a trecentis apud Niciam & eo amplius; numquam diu regnarem, numquam sic eousque fulgerem in regno, ut & pauco licet tempore, tamen solus intra limitem Romanum imperassem. Si ita est, ut dicis, cur dicit justissimus Dei cultor Job ad eos, qui ejus justitiam falsis allegationibus lacessebant? [a] *Audite me quoniam dolores vulneris mei cogunt loqui: Ut quid impii vivunt, & domus illorum non dissipatæ sunt, & timor ab illis longe est? Vacca* [1] *illorum numquam abortavit, semper tulit ventrem suum: ipsi vero permanent tamquam oves in perpetuum; & filii eorum accepto organo, ludunt cum delectamento, ut vitam degerent in bonis: cum dicat Dominus, Recedite a me iniqui; vias illorum nolo nosse; quoniam lucerna impiorum exstinguetur, & gemitu dolebunt in vita sua: erunt tamquam palea quæ a vento rapitur, aut tamquam pulvis qui a tempestate volvitur. Videant autem oculi mortem.* Cum hæc sciam Dominum de illis dixisse, scitote quia nemo vestrum potest me compescere ut taceam. Cur hæc gloriosissimus dicit Job, nisi quia sciret quam plurimos quidem male agere, & tamen [2] certis non statim reddi, sed servari eos ad hoc, ut aut se corrigant aut certo post obitum sentiant delictorum suorum pœnas; sentiant quid fuerit non quæsivisse Dominum, non ei servisse, dum facultas erat credendo in eum solum, famulandoque ei eum promereri? Jam crede convictus tanti viri testimonio: desinas dicere te juste fecisse, quod amoveris Domini sacerdotes, & ordinaveris etiam Arianæ fidei homines, & jusseris fidem prædicari Ariani dogmatis; quod proscripseris & deportaveris, & tormenta admoveris atque interfeceris credentes in unicum Dei Filium: desine inquam dicere, propterea te vivere, & sic in regno florere, quod illa egeris ac sis gerens; quando audias dicentem justum virum Job, quem Deus sine querela dixerit sibi servisse, quem verum suum cultorem narraverit; quod enim cum sint impie quam plurimi agentes, tamen in hac vita vivant quam jucundissime.

XVIII. Adhuc dignare accipere quæ infra dicat de vobis impiis, & cognosce quomodo cum male agatis, interim vobis parcatur, & temet Deo repræsenta per pœnitentiam: [b] *Nesciebam, quoniam tales tenebræ venturæ essent ante faciem meam. Quare ergo Domine non potui una hora latere? impii autem transeunt in finibus alienis, & greges ovium cum pastoribus rapuerunt, & pecora orphanorum afflixerunt, & bovem viduæ* [3] *pignoraverunt: agrum non suum ante tempus demessi sunt, & coegerunt homines in vineis suis gratis operari, & multos despoliaverunt, & esurientibus panem abstulerunt: &* [4] *in faucibus multis obsederunt, & non intellexerunt viam justitiæ. Maledicatur pars illorum in terris. Quæ est enim spes impiis hominibus? aut quem aditum possunt habere apud Dominum? Sed & si se corroboraverint, ad egentiam venient; & qui remanserint ex illis, mala morte morientur, & viduis illorum nemo miserebitur: & si collegerint aurum aut argentum tamquam lutum, hæc omnia justi possidebunt.* Ne itaque jam digneris injuste tibi blandiri, imperator; quia cum sis talis qualem asseveravimus, & arbitreris te homicidam ac sacrilegum propterea diutissime degere in hac vita, quod enim tua opera sint Deo accepta; talia sunt opera tua, qualia & illorum, in quos invehitur ore Isaiæ Spiritus sanctus dicens: [c] *Sic dicit Dominus qui liberavit te sanctus Israel:* [5] *Ego sum Deus: ostendi tibi viam in qua ambules. Et si audisses mandata mea, facta fuisset ut fluvius pax tua, & justitia ut fluctus maris: & factum esset sicut arena maris semen tuum & nati ventris tui.* Sed inquis, hæc ad Judeos dicta sunt: nempe ad eos, quorum te fecisti imitatorem.

XIX. Et nunc, ut est crebro dictum, muta malignas vias tuas, crede ut credit sancta Ecclesia: & in omnibus tibi propitiabitur. Dicit enim ipse: [d] *Revertimini ad me ex toto corde vestro, simulque & jejunio & fletu & planctu: & scindite corda vestra, & non vestimenta vestra.* Revertere toto corde ad Deum, acquiesce his salubribus remediis ad criminis tui intelligentiam conspiciendam. Aperi cordis oculos, ingemisce toto corde, jam te graviter deliquisse colligens; tunc tui miserebitur ille qui dicit: [e] *Cum conversus ingemueris, tunc salvus eris:* & scies ubi fueris, Deo dicatum dixisse prophetam: [f] *Nolo mortem peccatoris, dicit Dominus, sed tantum ut revertatur & vivat.* Noli jam sentire, quod cum mala sint opera tua, ut bene te agere existimes, cur non statim pro factis pœnas receperis tuis; sed aspice scriptum, Dominum patientem esse ut te pœniteat: [g] *Ne dixeris: Peccavi, & quid accidit mihi triste? est enim Altissimus patiens redditor.* Audi etiam Paullum beatum invitantem te ad Deum, circa te placandum aperientem tibi: quod enim idcirco sit patiens, & non illico sint repræsentata merita operum tuorum; quia velit te tandem a malis emergere per pœnitentiam, per veram satisfactionem: [h] *Numquid sustinentiam bonitatis ejus & patientiam contemnis, ignorans quoniam bonitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Tu autem secundum duritiam tuam & cor impœnitens thesaurizas tibi iram in die iræ & revelationis justi judicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera ejus.* Redi, Constanti, ad Deum: contra interni tui hostis latrocinium, sume pœnitentiæ arma, fuge adulatores qui tibi non fuerint dignati dicere ea, quæ in se habent perniciosam laudem. Memento ore Isaiæ dixisse Dominum: [i] *Qui vos felices dicunt, in errorem vos mittunt, & semitam pedum vestrorum turbant.* Crede in unicum Dei Filium: accipe veniam tuorum scelerum. Repete, dicere Psalmographum: [k] *Apud inferos quis confitebitur tibi?* Et iterum: [l] *Numquid* [6] *exomologesim faciet tibi pul-*

a Job XXI. 1. 6-20. sec. LXX. *b* Job XXIII. 17. XXIV. 1-11. *c* Isa. XLVIII. 17-19. *d* Joel II. 12. 13. *e* Isa. XXX. 15. *f* Ezech. XXXIII. 11. *g* Eccli. V. 4. *h* Rom. II. 4. 5. *i* Isa. III. 12. *k* Psalm. VI. 6. *l* Psalm. XXIX. 10.

1. *Vacca illorum numquam abortavit*] LXX. Ἡ βοῦς αὐτῶν οὐκ ὠμοτόκησε. Sym. οὐκ ἐξέτρωσε, *non fecit abortum*.

2. *Et tamen* CERTIS *non statim reddi*] Locus mutilus aut mendosus. Latinius pro *certis* legendum *pœnis* existimat.

3. *Pignoraverunt*] LXX. *Job* XXIV. 3. καὶ βοῦν χήρας ἠνεχύρασαν, *Et bovem viduæ pro pignore tulerunt*.

4. *In faucibus* MULTIS *obsederunt*] Forte *multos*. LXX. ἐν στενοῖς ἀδίκως ἐνήδρευσαν. *In angustiis insidiati sunt inique*.

5. *Ego sum Deus*] Videtur excidisse *tuus* post *Deus*, prout habent LXX. & Vulg.

6. *Numquid exomol.*] Eadem versione utitur sanctus Cyprianus *lib. III. ad Quirinum*.

vis? Revertere ad Deum, ingemisce pro criminibus tuis, per Hieremiam Domini dicentis audi vocem: [a] *Numquid qui cadit non resurget, aut qui avertitur non convertetur?* Cecidisti die qua negasti Dei Filium: resurges hora qua fueris confessus, quia te plaga hostilis obsedit: trade te curandum medicinæ; ipse tibi adhibe medelam: vulnerasti temet dicens, Non est verus Dei Filius; iterum temet sanaturus, si dicas ut nos dicimus & A credimus esse illum verum Dei Filium. [b] *Revertimini*, dicit Joel, *ad Dominum Deum vestrum, quoniam misericors, & pius, & patiens, & multæ miserationis, & qui sententiam flectat adversus malitiam irrogatam*. Si hanc tibi promissam indulgentiam funerum tuorum repudiandam duxeris, illic hanc consequi desideraturus eris, ubi nihil eris præter cruciamenta percepturus pœnarum.

a Jer. VIII. 4. *b* Joel II. 13.

L U C I F E R I

EPISCOPI CARALITANI,

DE NON CONVENIENDO CUM HÆRETICIS

LIBER AD CONSTANTIUM IMPERATOREM.

I. Cum omnibus perniciosis tuis conatibus advertisses itum obviam, cumque omnia machinamenta contra Dei Ecclesiam tua, reperiisses cuncto Dei populo revelata; dixisti nos fuisse atque esse inimicos pacis, hostes unitatis, adversarios etiam fraternæ caritatis. Si inter Dei cultores & ejus religionis inimicos nihil esse debet inter; cur Moyses tempore quo vidit populum illum carnalem Judaicum cujus tu sapientiam tenes, idololatriæ incurrisse reatum, postea quam gladio certos percuti fecit, etiam stationem suam segregatam esse voluit? Quæ ita esse, accipe scriptum: [a] *Et dixit Dominus ad Moysen: Dic filiis Israel, Vos populus duræ cervicis. Videte ne aliam plagam inducens super vos, deleam vos. Nunc ergo deponite stolas gloriæ vestræ & ornamentum: & ostendam quæ facturus sum vobis. Et abstulerunt filii Israel ornamentum suum, & stolas a monte Choreb. Et sumens tabernaculum Moyses, fixit illud extra castra, longe a castris. Et appellatum est tabernaculum testimonii. Et fiebat, ut omnis quicumque quærebat Dominum, ibat ad tabernaculum testimonii foras extra castra. Cum autem egrediebatur foras de tabernaculo Moyses, stabat omnis populus speculantes unusquisque ad ostium tabernaculi sui. Considerabant euntem Moysen usque dum introiret in tabernaculum. Mox autem cum introisset in tabernaculum Moyses, descendebat columna nubis, & stabat in janua tabernaculi. Et loquebatur Moysi: & videbat omnis populus columnam nubis stantem in janua tabernaculi. Et stans totus populus adoraverunt unusquisque* [1] *ad ostium tabernaculi. Et locutus est Dominus ad Moysen facie ad faciem, quemadmodum quis loquitur ad amicum suum: minister autem Jesus filius Nave junior non exibat de tabernaculo*. Per quod factum, ostensum est vos in Deum peccantes vitandos, secedendumque esse a vobis. Sed inquis, Ecce Moyses, licet alio in loco habuerit tabernaculum, ta- B men non deseruit populum, sed hortatus est eos corrigere vias errorum suorum Deo propitio. Nec hi qui tuo sacrilegio misceri recusaverunt, desunt ab his officiis: dici etenim tibi cognoscis, Nisi vias correxeris tuas, quod sis in æternum periturus.

II. Id quod ergo intendere cœperamus, quo penitus possumus perducere ad probationem; quoties murmuravit populus contra Deum, & insurrexerunt in Moysen? Legisti Deum dixisse ad Moysen & Aaron: [b] *Secedite e medio populi hujus indisciplinati & contumacis, ut disperdam eos ego*. Quid igitur nos vult facere, nisi ut vos indisciplinatos & contumaces fugiamus, ne simul vobiscum, sicut C illi qui cum Chore, Dathan & Abiron fuerant coadunati, pereamus? Aut negabis te indisciplinatum atque contumacem? Respice actus tuos circa Domini exhibitos Ecclesiam, & invenies quam sis indisciplinatus atque contumax. In Deuteronomio dicit Moyses: [c] *Non ponetis ad eos testamentum, neque misereamini eorum, neque tradetis filias vestras nuptum. Neque dabis filio tuo filiam illius: seducet enim filium tuum a me, & serviet diis alienis: & irascetur ira Dominus in vos, & exterminabit te cito*. Cum hæc mandet fieri, quomodo possumus vobiscum convenire, vobiscum pacem habere, cum negatoribus unici Dei Filii? quomodo potueramus istam tuam implere voluntatem, cum Deum videas dixisse per D Moysen de Moabitis, Ammonitis? [d] *Non salutabis eos pacifice omnibus diebus vitæ tuæ usque in æternum*. Quomodo simul esse Ariani & Christiani potueramus, cum audias Moysen dicere: [e] *Non erit adultera ex filiabus Israel*; & omni commoneat loco ut omnis adulter interficiatur, productus ad portam, lapidibus? [f] *Et tolletis*, inquit, *iniquum a vobismet ipsis*. Si carnale adulterium dicit ita exsecrari Deum, ut jusserit omnes puniri adulteros; quanto magis adulterium vestrum spiritale [2] exsecretur Dominus necesse est? Unde & fueratis

a Exod. XXXIII. 5-11. *b* Num. XVI. 45. *c* Deut. VII. 2-4. *d* Deut. XXIII. 6. *e* Ibid. ℣. 17. *f* Deut. XIII. 5.

1 *Ad ostium tabernacul.*] Legendum videtur, *ab ostio tabernaculi sui*. Sic enim LXX. Exod. XXXIII. 10. ἀπὸ τῆς [illegible] τῆς σκηνῆς αὐτοῦ. Neque aliter Vulg.

2. *Exsecretur Dominus necesse est? Unde*] Sic restituimus cum Latinio corruptam editorum lectionem, *exsecratur Dominus? Necesse est unde* cet.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

atque eſtis fugiendi: cum apoſtaticis non potueramus convenire Chriſtiani, quando dixiſſe inveniamus Spiritum ſanctum per Moyſen: [a] *Aperiet tibi Deus theſaurum cæleſtem optimum, ut tribuat pluviam terræ tuæ in tempore. Benedicet opus manuum tuarum omne. Fenerabis* [1] *gentes multas, tu autem non feneraberis: & [2] prœliabis gentes multas, te autem non expugnabunt. Conſtituet te Dominus Deus tuus in caput, & non in caudam; & eris ſupra, & non ſubtus: ſi audieris mandatum Domini Dei tui, quodcumque* [3] *ego mandabo tibi hodie cuſtodire & facere, & non diſcedere ab omni ſermone quem ego mando tibi hodie, dextra aut ſiniſtra.* Quomodo cum pſeudoepiſcopis ſectæ tuæ Arianis nobis poterat convenire, quando videas non nos benedictos eſſe potuiſſe, niſi quia non abierimus poſt idololatriam tuam; niſi quia exſecrati fuerimus hæreſim veſtram Arianorum, ſicuti & omnium exſecramur hæreticorum; niſi quia tales vos judicaverimus atque habeamus, quales & ethnicos, cultores videlicet omnium dæmonum; niſi quia ſic te fuerimus abominantes, quomodo & Judæos, qui inveniuntur eſſe ſine Deo, [4] ex quo unicum negaverint Filium Dei?

III. Apud Jeſum Nave: [b] *At ubi audivit*, inquit, *populus vocem tubarum, jubilavit univerſus populus jubilo magno. Et ceciderunt univerſi muri civitatis in circuitu. Et aſcendit univerſus populus in civitatem* [5] *unuſquiſque coram adverſariis ſuis, & invaſerunt civitatem. Et anathematizaverunt eam, & quæcumque erant in civitate, a viro uſque ad mulierem, a juvene uſque ad ſenem, & uſque ad vitulum, & uſque* [6] *ad ſubjunctorium occiderunt in ore gladii. Et duobus juvenibus qui exploraverant, dixit Jeſus: Introite in domum mulieris, & producite eam & quæcumque ſunt ejus. Et introierunt duo juvenes qui exploraverant civitatem, in domum mulieris, & eduxerunt Raab meretricem & patrem ejus & matrem & fratres ejus, & quæcumque erant illius, & omnem cognationem ejus: & deduxerunt eam foras extra caſtra Iſrael. Et civitas incenſa eſt igni cum omnibus quæ erant in ea.* Et infra: *Raab meretricem & omnem domum patris ejus vivificavit Jeſus. Et commorata eſt in Iſrael uſque in hodiernum diem.* Quando igitur videas omnes in civitate Hiericho inhabitantes ore punitos gladii, omnem incenſam civitatem; quomodo putaſti nos potuiſſe tecum convenire cum hæretico, quandoquidem plus te atque tuos dignos eſſe anathema, quam illi fuerant adverteremus? Quomodo potueramus cum pſeudoepiſcopis ſectæ tuæ convenire Arianis, quando videas nullum ad vitam reſervatum in civitate in qua idololatræ morabantur, niſi tantum Raab: propterea quod crederet eſſe Dominum noſtrum totum potentem; idololatriam vero in qua confidebat populus in Hiericho conſtitutus, quod fuiſſet errore inventa humano? Quomodo potueramus vobiſcum convenire, quando in Regnorum III. ſcriptum ſit libro, nec domos veſtras eſſe calcandas, nec cibos vobiſcum ſumendos, neque aquam accipiendam a vobis? Hæc ita eſſe aperit ſacra ſcriptura: [c] *Et factum eſt*, dicit de illo coapoſtata tuo, [7] *ut audivit rex Hieroboam verbum hominis Dei*. Et infra: *Et extendit manum ſuam ad aram dicens: Apprehendite eum. Et arida facta eſt manus regis quam extendit in eum, & non potuit reducere eam ad ſe. Et ſacrarium ruptum eſt, & effuſa eſt pinguedo ejus a ſacrario ſecundum quod dixit homo Dei in verbo Domini. Et reſpondit rex & dixit homini Dei: Roga* [8] *a facie Domini Dei tui, ut revertatur manus mea ad me. Et rogavit homo Dei faciem Domini: & reverſa eſt manus regis ad eum: & facta eſt quemadmodum primum. Et locutus eſt rex ad hominem Dei, & dixit: Intra mecum in domum & prande: & dabo tibi munera. Et dixit homo Dei ad regem: Nec* [9] *ſi mihi dederis dimidium domus tuæ, non intrabo tecum, nec manducabo panem, nec bibam aquam in hoc loco; quoniam ſic præcepit mihi Dominus in verbo dicens: Non manducabis panem & non bibes aquam, & non reverteris in via qua ibis in ea.* Quomodo vobiſcum potueramus convenire ad Deum adorandum, cum iſte homo Dei qui a Deo ad objurgandum Hieroboam regem fuerat miſſus, quoniam per illum [10] qui dictus eſt propheta, circumſcriptus fuerit, tam gravis circa illum vindicta proceſſerit? [d] *Et abiit*, inquit poſt hæc ſcriptura de illo homine Dei, *per aliam viam: & non eſt reverſus per viam qua venerat in Bethel. Et propheta alius habitabat in Bethel. Et venerunt filii ejus, & nuntiaverunt ei omnia opera quæ fecerat homo Dei die illo in Bethel, & verba quæ locutus eſt regi.* [11] *Et averterunt faciem patris ſui. Et locutus eſt ad eos pater eorum dicens: Qua via abiit? Et demonſtraverunt filii ejus viam per quam ierat homo Dei qui venerat ex Juda. Et dixit filiis ſuis: Sternite mihi aſinam. Et ſtraverunt ei. Et aſcendit ſuper illam, & abiit poſt hominem Dei: & invenit eum ſedentem ſub arbore ilicis, & dixit ei: Si tu es homo Dei qui veniſti ex Juda? Et dixit*: Ego ſum. *Et dixit ei: Veni mecum, & manduca panem. Et dixit: Non poſſum reverti tecum, neque manducare panem, neque bibere aquam in hoc loco, quoniam ſic præcepit mihi in verbo Dominus dicens: Non manducabis panem ibi, & non bibes aquam ibi, & non reverteris inde per viam quam ieris. Et dixit ad eum: Et ego propheta ſum ſicut & tu: & Angelus lo-*

a Deut. XXVIII. 12-14. *b* Joſue VI. 20-25. *c* III. Reg. XIII. 4-9. *d* Ibid. ℣℣. 10-28.

1. *Fenerabis gentes multas: tu autem non feneraberis*] LXX. Δανειεῖς ἔθνεσι πολλοῖς· σὺ δὲ οὐ δανειῇ. *Fenerabis gentibus multis; tu autem mutuum non accipies*. Nihil tamen in verſione Luciferiana mutandum: auctor enim grammaticæ leges inſuper habet.

2. *Et prœliabis gentes multas* cet.] Aliter LXX. καὶ ἄρξεις σὺ ἐθνῶν πολλῶν· σοῦ δὲ οὐκ ἄρξουσι. *Et principaberis tu gentium multarum: tui autem non principabuntur*.

3. *Ego mandabo*] LXX. ἐντέλλομαι. Atque ita Vulg. adeoque legendum puto *ego mando*, quemadmodum paullo poſt ſcripſit ipſemet auctor.

4. *Ex quo unicum negaverint Filium Dei? Apud* cet.] Hunc locum ita interpunximus, ſententia ut videtur auctoris id poſtulante. Editi: *ex quo unicum negaverint Filium Dei apud Jeſum Nave At ubi* cet.

5. *Unuſquiſque — & invaſerunt civitatem*] Hæc deſunt apud LXX. cod. Vat. Sed Luciferi lectionem confirmat codex Alex. Grabianæ edit.

6. *Ad ſubjunctorium*] LXX. ἕως — ὑποζυγίου, *uſque — ad ſubjugale*.

7. *Ut audivit rex Hieroboam*] Hæc deſunt in editis. Ea ſupplevimus ex LXX. — III. *Reg.* XIII. 4. ubi ſic: Καὶ ἐγένετο, ὡς ἤκουσεν ὁ βασιλεὺς Ἱεροβοὰμ τῶν λόγων — καὶ ἐξέτεινεν κ. τ. λ.

8. *A facie D.*] Legendum forte cum Latinio, *faciem* D. ut paullo poſt, *& rogavit — faciem D.* LXX. δεήθητι τοῦ προσώπου K.

9. *Nec ſi mihi* DEDERIS *dim.*] Ita LXX. ἐὰν δῷς μοι. Deeſt verbum *dederis* in Tilii editione quam expreſſere Pariſienſes. Lugdunenſes: *ſi mihi dimidium dares*. Mox vero, *in via qua* IBIS *in ea*. Habent LXX. ἐπορεύθης, *iviſti*.

10. *Qui dictus eſt*] Editi perperam, *dicturus*. Emendatio debetur Latinio.

11. *Et averterunt faciem patris ſui*] Ita quidem LXX. Vat. & Alex. Hæc tamen abeſſe a Compl. & Vulgata obſervat Nobilius.

cutus est ad me in verbo Domini dicens : Reduc eum ad te in domum tuam : & manducet panem, & bibat aquam. Et mentitus est illi : & reduxit eum. Et manducavit panem in domo ejus, & bibit aquam. Et factum est, sedentibus illis ad mensam, verbum Domini ad pseudoprophetam qui reduxit eum. Et dixit ad hominem Dei qui venerat ex Juda, dicens : Hæc dicit Dominus : Propter quod exacerbasti verbum Domini, & non custodisti præceptum quod præcepit tibi Dominus Deus tuus, & rediisti, & manducasti panem, & bibisti aquam in hoc loco, de quo locutus est ad te dicens, Non manducabis panem neque bibes aquam; ideo non intrabit corpus tuum in monumentum patrum tuorum. Et factum est postquam manducavit panem & bibit aquam : & straverunt ei asinam, & reversus est, & abiit. Et invenit eum leo in via, & occidit eum : & erat corpus ejus projectum in via : & asina stabat ad eum : & leo stabat ad corpus ipsius. Et venerunt viri civitatis illius, & locuti sint in civitate ubi prophetes senior habitabat in illa. [1] *Et cum audisset qui reduxerat eum de via, dixit : Hic est homo Dei,* [2] *qui exacerbavit verbum Domini. Et abiit, & invenit corpus ejus projectum in via : & asina & leo stabat super corpus ejus, & leo non edit corpus illius, neque insilivit in asinam.* Si illi hoc repræsentatum est, cur manducasset panem & potum sumsisset aquæ in loco profano apud homines alienigenas; quid nobis repræsentatum fuisset, si tecum quem scimus hæreticum, quem novimus esse negatorem unici Filii Dei, ut desiderabas, copulassemus amicitias, si vobiscum Arianis precem fudissemus; si denique passi nos fuissemus, omnia quæ celebramus Domini sacerdotes, cum pseudoepiscopis Arianis tuis celebrare?

IV. Interea sic te fuisse ad nos circumscribendos immissum, ut ad illum Dei hominem fuerit ille pseudoprophetes, debes repetens actus tuos cognoscere amarissimos. Ut enim ille cum fuisset pseudopropheta, prophetam se esse dicebat ad circumveniendum innocentem; ita & tu cum non sis Christianus, sed sis Arianus, finxisti te Christianum ad nos irretiendos. Deinde cum pacem semper habuerit Domini Ecclesia, & vos atque omnium sectarum hæreticos foras abjecerit, dixisti, Pacem volo firmari in meo imperio; cupiens violare in nobis pacem dominicam, scindere desiderans Dei populum, procurans hæresi tuæ ad quam nos omnes facere sis optans transitum. Sic mentitus es Dei te fuisse hominem, quando hanc pacem facere te salutis nostræ caussa dixisti, quomodo & ille pseudoprophetes, qui dicebat, *Redi mecum, quia & ego prophetes sum Domini, & dixit mihi Angelus :* sic, inquam, mentitus es, quando dixisti, quo po-

A tuisses Deo placere, hoc te aggressum facere; siquidem tu singulos catholicos episcopos communioni jungere fueris laborans Arianorum. Quomodo tecum ac cum tuis coarianis potuit convenire Christianis, quando ad Josaphat regem Dominum hæc dixisse cernas, cur Achab idololatram in amicitias acceperit? cur ad bellum cum Domini processerit inimico? Postea quam etenim ille Achab consacrilegus tuus secundum verbum Dei fuisset in bello letali percussus plaga; & Josaphat quia ex toto corde ad Deum proclamaverat, fuisset domui suæ repræsentatus, loquitur scriptura sancta exiisse ante faciem ejus Jeu filium Anani qui fuerit Videns, atque dixisse talia : [a] *Si peccatorem illum adjuvas, &*
B *eorum qui oderunt Dominum, amicus es; in hoc super te ira à facie Domini. Sed sermones boni inventi sunt tecum, quoniam abstulisti lucos de terra, & parasti cor tuum ad requirendum Dominum.* Si illi hæc dicuntur; quæ nobis dicerentur, si tecum hæretico, Dei adversario, amici esse maluissemus? Aut numquid dicere audebis, Ego non sum Dei inimicus ita, ut fuit Achab rex Israel? Quomodo non es inimicus, qui eadem agas quæ egit Achab; cum sic sis impugnans religionem Dei, sicut ille impugnaverit; sic persequaris domum ejus, sicut ille persecutus sit? Quomodo tecum ac cum tuis potuit nobis convenire, cum isti Deo devoto regi, cum Ochoziæ regi Israel junctus fuisset in a-
C micitiis, fuerit per prophetam increpatum a Deo? [b] *Et junxit*, inquit, *amicitiam Josaphat rex Juda cum Ochozia rege Israel. Ipse inique cœpit facere, & communicavit secum ut faceret naves quibus iret in Tharsis. Et fecit naves* [3] *in Gasion Gaber. Et prophetavit Eliezer filius Dodia ex Marisa super Josaphat dicens : In eo quod communicasti Ochoziæ, confregit Dominus operam tuam, & contritæ sunt naves tuæ, & non potuerunt ire in Tharsis.* Si illi illa dicuntur a Domino, quod ad fabricam navium socium habuisset viæ perditionis regem; quid nobis dici posset, [4] si te destructorem domus ejus, te catholicæ fidei persecutorem, amicum Dei sacerdotes haberemus? Si illius
D operam confregit, cur iniquo fuisset junctus; vero nos jam ipsi fulmine fuissemus, ut credo, dissipati, cur tibi blasphemo nosmet junxissemus. Quomodo potueramus nos, cum simus servi Dei, vos vero servi diaboli, in unum convenire, quando sic inter nos & vos [5] separatum esse voluerit Deus, quomodo inter lumen & tenebras, inter vitam & mortem, inter dulce & amarum; quomodo inter sanctos Angelos Dei qui sunt semper clementiam ejus magnificantes, & inter illos apostatas quos in æternum tecum visurus eris torqueri, nisi temet eripueris ab eis? Quomodo, inquam, nos vobiscum esse potueramus Dei servi cum servis antichristi; quando Amasiæ regi fuerat dictum a Deo in secun-

a II. Paral. XIX, 2. *b* II. Paral. XX. 36. 37.

1. *Et cum audisset qui reduxerat eum de via*] Editi male : *Et cum audissent qui reduxerant eum de via*. Hæc enim prophetam seniorem respiciunt.

2. *Qui exacerbavit verbum Domini*] Sic aliquot codices: nec LUCIFER & Theodoretus plura referunt. In aliis (quos inter codex Alex. Grab. edit.) additur : καὶ ἔδωκεν αὐτὸν ὁ Κύριος τῷ λέοντι· καὶ συνέτριψεν αὐτὸν, καὶ ἐθανάτωσεν αὐτὸν κατὰ τὸ ῥῆμα Κυρίου ὃ ἐλάλησεν αὐτῷ. καὶ ἐλάλησε πρὸς τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ· ἐπισάξατέ μοι τὸν ὄνον. καὶ ἐπέσαξαν. Quod Vulgata : *Et tradidit eum Dominus leoni : & confregit eum & occidit, juxta verbum Domini quod locutus est ei. Dixitque ad filios suos : Sternite mihi asinum. Qui quum stravissent*. NOBIL.

3. *In Gasion Gaber — filius Dodia ex Marisa*] Editi corrupte, *in Asion Gabar filius Oziæ ex Marea*. Librarius
E Luciferi opuscula describens, nomina propria ubique ferme vitiavit. Locum restituimus, prout exstat apud LXX. quos auctor semper affectatur; ubi sic : ἐν Γασιὼν Γαβέρ. — ὁ τοῦ Δωδία ἀπὸ Μαρισῆς. Vulg. *in Asiongaber — filius Dodau de Maresa*. Mox *potuerunt ire* rescripsimus juxta LXX. & Vulg. ubi editi habent *poterunt ire*.

4. *Si te destr. --- haberemus*] Hunc locum Lugdunenses ita corruperunt : *Si te destructorem domus ejus, te catholicæ fidei persecutorem & amicorum Dei sacerdotem haberemus? Si illius operam confregit, cum iniquo fuisset junctus, numquid nos jam ipsius fulm.— cum tibi blasph.* Edit. Tilianæ cum Parisiensibus adhibita interpunctione adhæsimus. Sed forte legendum, VERE nos jam ipsi. Retinenda tamen lectio, CUR iniquo --- CUR tibi blasph. Nam *cur*, ut sæpe alias, pro *quia* usurpat auctor.

5. *Separatum*] *Separatum* pro *separationem* dixit Lucifer. TIL.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



do Subrelictorum libro: [a] *Non ibit tecum exercitus Israel, [1] quia non est Deus cum Israel, omnes filii Ephrem: quia si te existimaveris prævalere in istis, in fugam convertet te Dominus ante inimicos: quia est virtus a Domino.* Quomodo resisteremus contra diabolum, si in tanto scelere vestro curreremus vobiscum, cum hostibus Dei, cum hominibus inventis sine notitia Dei, cum Deum non habentibus, in quos catervam sciamus esse dæmonum? Neque enim potestis vos esse negatores unici Filii Dei sine dæmoniis; cum blasphemare vos non faciant, nisi illi qui vestra cæcaverint corda, ne videlicet possit [2] a vobis veritas comprehendi. Numquidnam potueramus in vestra demorari parte, consentire vestris flagitiosissimis meditationibus; cum per David gloriosum dicat Spiritus sanctus, Non esse beatos, nisi eos qui se abstraxerint a vobis unici Filii Dei negatoribus; eos qui serpentinis cogitationibus vestris non se miscuerint, beatos tantum mansuros? [b] *Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in catbedra pestilentiæ non sedit.* Quomodo esset vobis & nobis unius loci conventiculum, cum audias item David dicere in Psalmo sexto: [c] *Discedite a me, qui operamini iniquitatem?* Si non operamini Ariani iniquitatem, judica tu, princeps in sacrilegio Arianorum; qui cum dicamus nos Christianos, horribili animositate persequeris.

V. Recte igitur scias nos fecisse, recedendo a vobis Deo odibilibus. Quomodo etenim nos in cœtu vestro omnibus facinoribus infecto manere, & non vos pestes ac lues fugere decuerat? cum dicat ex persona populi nostri in vicesimo quinto Psalmo: [d] *Quoniam misericordia tua ante oculos meos est, & complacui in veritate tua. Non sedi in concilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo. Odivi ecclesiam malignantium, & cum impiis non sedebo.* Si non est concilium vestrum vanitatis, convince me. Non est vanum concilium, in quo omne consilium non est, nisi ut Dei Filius negetur esse verus Dei Filius, ut Deus Pater non esse verus Pater defendatur, ut Spiritus sanctus paracletus non esse verus Dei Spiritus asseveretur, ut apostolica & evangelica traditio destruatur, ut traditio Arii firmetur: in quo concilio nihil aliud firmatur, nisi quod omnibus hæreticis & ethnicis atque Judæis possit lætitiam conquirere magnam? Gaudent cuncti Dei religionis exsecratores, quod enim te videant imperatorem voti sui rem exsequentem, quod enim te exstitisse unici Filii Dei negatorem, & ejus servorum advertant persecutorem. Hoc est concilium, quod magnopere omnibus viribus imperii tui solitus es adunare; ad hoc utique ut omnis auctoritas scripturarum sacrarum tui imperii auctoritate solvatur, ut omnis sepeliri possit veritas, ut mendacia detestandæ commentationis vestræ possint videri vera. Hæc sunt meditationes vestræ in illo egregio concilio per tuam adunato potentiam. Propterea odis nos, quia concilium vestrum malignantium exsecremur; propterea in exsilio sumus, propterea in carcere necamur, propterea nobis solis prohibetur conspectus, idcirco reclusi in tenebras custodimur in-

A genti custodia. Hujus rei caussa nullus ad nos visendos admittitur hominum, quia videlicet noluerimus vobiscum impiis sacrilegis ullam scelerum vestrorum habere societatem: de quibus ex nostra persona directa est obsecratio ad Deum, ne scilicet vobiscum degentes simul periremus, sed fuissemus segregati de vestro nefario concilio, de vestra iniqua conspiratione. Ait enim in vicesimo septimo Psalmo: [e] *Exaudi Domine vocem deprecationis meæ cum oro ad te, cum extollo manus meas ad templum sanctum tuum. Ne simul trabas cum peccatoribus animam meam, & cum operantibus iniquitatem ne perdas me: cum his qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem sunt in cordibus eorum. Da illis* B *secundum opera illorum, & secundum nequitiam studiorum ipsorum. Secundum operationem manuum ipsorum tribue illis, redde retributionem eorum ipsis.* Propterea odimur a te, Constanti, quoniam noluerimus hæc dici de nobis, quæ dicantur ore prophetæ de te ac tuis, propter nequam vestram operam; quæ dicantur de Judæis, quorum imitator exstiteris. Si non es tu Constantius imperator qui finxeris pacem te facere; [3] ut fuerunt mala cogitamenta, nisi ut Dei negatus fuisset Filius, nisi ut apostolica atque evangelica fides fuisset destructa, ædificata vero fuisset Ariana hæresis vestra; nisi ut omnes tibi non acquiescentes fuissent deportati, proscripti, varie excarnificati, ad ultimum interfecti.

C

VI. Et idcirco Spiritus sanctus te ac tuos designans pariter ac percutiens, dicit ex persona populi nostri: *Cum operantibus iniquitatem ne perdas me, cum his qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem sunt in corde eorum.* Nobis dicebas, Pacem volo fieri: & in corde tuo manens adversarius religionis nostræ, cogitabas per te facere nos idololatras: unde & vere recepturus eris secundum operam tuam, secundum nequitiam studiorum tuorum, nisi tibi feceris esse prospectum. Vitavimus ac sumus vitantes concilium vestrum, quod contra Deum factum est ac fit; quorum tunc jam videns meditationes Spiritus sanctus, dixerit ore David in tricesimo secundo Psalmo: [f] *Dominus dissipat consilia* D *gentium, reprobat autem cogitationes populorum, & reprobat consilia principum.* Consilia vero vestra contra suam prolata Ecclesiam reprobat Deus; nec enim potest odire populum suum, hereditatem suam, & amare vos filios pestilentiæ, vos persecutores servorum suorum. Dixisti, Facite pacem cum episcopis sectæ meæ Arianis, & estote in unum: & dicit Dei Spiritus per Salomonem in Proverbiis: [g] *Vias impiorum [4] noli exsequi, neque æmuleris viam iniquorum. In quocumque loco exercitum constituerint, ne supervenias illuc: declina autem ab ea, & devita. Non enim dormient, nisi male fecerint: ablatus est enim somnus ab eis, & non dormiunt. Hi enim ci-* E *bantur cibis impietatis: vino autem iniquo inebriantur. Nam viæ justorum similiter ut lux [5] fulgebunt: procedunt & illuminant, donec corrigat dies. Viæ autem impiorum tenebrosæ: nesciunt quomodo offendunt.* Quomodo vobiscum Arianis societatem poteramus habere, cum adulteris spiritalibus, qui scriptum retineamus: [h] *Nolite intendere fallaci mulie-*

a II. Paral. xxv. 7. 8. *b* Psalm. I. 1. *c* Psalm. vi. 9. *d* Psalm. xxv. 3-5. *e* Psalm. xxvii. 2-4. *f* Psalm. xxxii. 10. *g* Prov. iv. 14-19. *h* Prov. V. 2-5.

1. *Quia non est D. — Ephrem*] LXX. Ὅτι οὐκ ἔστι Κύριος μετὰ Ἰσραὴλ πάντων τῶν υἱῶν Ἐφραίμ. *Quia non est Dominus cum Israel, omnibus filiis Ephraim.*
2. *A vobis*] Vulgo, *a nobis*.
3. *Ut fuerunt*] Forte, *ut quid fuerunt*.
4. *Noli exsequi*] Ita cum Tilio Parisienses. At Lugdunenses, *noli sequi*. LXX. μὴ ἐπέλθῃς. Mox ibid. ἔκκλινον δὲ ἀπ' αὐτῶν. *Declina autem ab* EIS.
5. *Fulgebunt*] Legebat Lucifer λάμψουσι apud LXX. At in codd. Vat. & Alex. nunc legimus λάμπουσι, *fulgent*. Quam quidem lectionem sequentia confirmant. Mox vero apud LXX. ἕως κατορθώσῃ ἡ ἡμέρα, *donec dirigat dies*.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 368.

vi: mel enim distillat a labiis mulieris meretricis, [1] *quæ ad tempus impinguat fauces tuas, novissime autem amarius felle invenies, & acutius magis quam gladius ex utraque parte acutus: insipientes autem pedes deducunt utentes ea cum morte ad inferos.*

VII. Sed quid dicis, hæc propter carnis adulteria dicta? Si propter carnis adulteria esse adstruis hæc dicta; quanto magis fugiendi vos estis spiritales adulteri, ne per Arianam hæresim vestram, meretricem spiritalem, hæc super nos quæ dicuntur veniant? Dulce etenim quibusdam videtur quod tibi regi in amicitias jungantur, suscipiendo hæresim tuam; sed amarius felle sensuri, cum tecum torqueri in perpetuum cœperint in perpetua gehenna sentire, qui tecum esse delegerunt, tunc dicturi, Væ nobis qui Constantium imperatorem Deo præposuerimus. Convenire nobis & vobis quomodo potuerat, cum infra dicat adhuc Salomon: [a] *Ejice de consilio pestilentem, & exiet cum illo contentio.* Et: [b] *Ne imitatus fueris malos viros, neque desideres esse cum illis: falsa enim meditatur cor eorum: & dolores labia eorum loquuntur.* Et: *Noli applicare impium ad pascua justi, neque seducaris saturitate ventris. Septies enim cadet justus, & resurget: impii autem infirmabuntur in malis.* Cum superbis & prævaricatoribus, cum eis qui voluerint cum Juda Iscarioth potius inveniri, quam cum beatissimis Prophetis, Apostolis atque Martyribus, quomodo esse possumus; cum audiam in centesimo Psalmo: [c] *Deambulabam in innocentia cordis mei in media domo mea. Non proponebam ante oculos meos rem malam: facientes prævaricationes odivi. Non adhæsit mihi cor pravum: declinantes a me malignos non agnoscebam. Detrahentem adversus proximos suos occulte, eum persequebar. Superbo oculo & insatiabili corde, cum hoc non edebam.* Et in Psalmo CXVIII. [d] *Iniquos odio habui, & legem tuam dilexi.* Cum sitis iniqui, quippe negatores unici Filii Dei; cum odiri vos oporteat a nobis, propterea quod viam veritatis relinquentes, comprehenderitis omnium errorum; propterea quod relinquentes lumen, ire delegeritis in exteriores tenebras: quomodo tibi capiti nefando, tibi Dei domus destructori, omnium iniquitatem operantium fomiti, potueramus esse carissimi, quomodo familiares amici, ut sunt Valens, [2] Ursaceus, Epictetus, Saturninus & ceteri; e quo tamen numero etsi viderint in quam inciderint foveam, certi tamen tecum diligerent interire, dummodo regni tui inanem pulcritudinem una perfruantur tecum? Nos quomodo tecum esse potueramus, qui ista quæ illi tecum frui elegerunt, habeamus exosa, homines qui ad illa consequenda tendant quæ sunt in perpetuum mansura? Qua de re nobis ac vobis non convenit? nempe quia noluerimus suscipere hæresim tuam, nempe quia Christiani noluerimus effici Ariani. Quis est autem, nisi & ipse sit sicut vos estis Ariani, impos mentis, qui derelinquat domum Dei, & eam det diabolo in monumentum?

VIII. Idcirco autem apud te odio laboramus,
A quia fuerimus metuentes atque sumus, ne illa fuissent dicta de nobis, quæ sunt dicta de illis desertoribus, hoc est, Judæis, quos incusat Hieremias, dicens: [e] *Audite verbum Domini, domus Jacob, & omnis domus Israel. Hæc dicit Dominus: Quid invenerunt in me patres vestri contumaciæ, quod recesserunt longe a me, & abierunt post supervacua, & frustati sunt, & non dixerunt: Ubi est Deus qui liberavit nos de terra Ægypti, qui eduxit nos ducatum præbens in deserto, in terra inculta & ignota, & in terra sine aqua & sine fructu, in terra in quam nemo commeavit vir, neque commoratus est ibi filius hominis? Et induxi vos in Carmelum ut manducaretis fructum ejus & bona ejus, & intra-*
B *stis, & coinquinastis terram, & hereditatem meam posuistis in exterminationem. Sacerdotes non dixerunt: Ubi est Dominus? &* [3] *seniores legis meæ nescierunt me: & pastores impie egerunt in me: & prophetæ prophetaverunt in Baal, & post inutilia abierunt.* Noluimus hæc audire opprobria, unde & fugiendum duximus te ac tuos. Neque enim convenire poterat Dei domesticis, vobiscum alienigenis; cum videamus [4] dictum a Deo, perfido tuo illi populo carnali: [f] *Averte pedem tuum ab aspera via, & faucem tuam a siti. Quæ autem dixit, Confortabor: quia dilexit exteros, & post illos abibat.* Post vos ergo exteros, post vos allophylos non solum non ire voluimus, sed & anathema vobis filiis pestilen-
C tiæ ac tenebrarum diximus: ne si recessissemus ab apostolica atque evangelica fide, derelinqueremusque viam quam tenuerunt Abraham, Isaac & Jacob beatissimi, Abel, Enoch, Noe & cuncti Prophetæ, Apostoli atque Martyres; hæc etiam dicta fuissent a Deo de nobis, quæ dicta sunt de comblasphemis tuis Judæis: [g] *Quemadmodum confunditur fur, cum comprehensus fuerit; sic confundentur filii Israel, ipsi, & reges eorum & principes ipsorum & sacerdotes ipsorum & prophetæ.* Noluimus esse inter vos, ne etiam illa increpatio vocis divinæ nos cum Judæis & vobiscum hæreticis argueret: [h] *Ut quid loquimini ad me? Omnes vos impie egistis, & omnes vos deliquistis in me, dicit Dominus.*

D IX. Quomodo vobiscum nobis convenire poterat, cum legeris scriptum in libro Maccabæorum primo: [i] *Tunc congregati sunt ad eos conventus fortes in viribus ab Israel, omnis voluntarius in lege. Et omnes qui fugiebant a malis, additi sunt ad eos: & facti sunt illis* [5] *firmamentum. Et constituerunt virtutem, & percusserunt peccatores in ira sua, & viros iniquos in indignatione. Et ceteri fugerunt ad nationes, ut se liberarent. Et circuivit Mattathias & amici ejus, & destruxerunt aras. Et circumciderunt pueros incircumcisos quotquot invenerunt in finibus Israel, in fortitudine. Et persecuti sunt filios superbiæ: &* [6] *prosperavit opus in manus eorum.*
E *Et obtinuerunt legem de manibus gentium & regum, & non dederunt cornu peccatori.* Vobiscum ne esse potueramus, cum videatis quid illi fecerint ex toto corde, qui Deum inveniuntur timuisse? Tu dicis; membrum jam tunc exsectum de corpore beatæ Ec-

[a] Prov. XXII. 10. [b] Prov. XXIV. 1. 2. 15. 16. [c] Psalm. C. 2-5. [d] Psalm. CXVIII. 113. [e] Jer. II. 4-8. [f] Ibid. ℣. 25. [g] Ibid. ℣. 26. [h] Ibid. ℣. 29. [i] I. Macc. II. 42-48.

1. *Quæ ad tempus*] Ita LXX. ἣ πρὸς καιρὸν. Al. *quod*. Paullo post legendum videtur, *insipientiæ autem pedes*, cum iisdem LXX. τῆς γὰρ ἀφροσύνης οἱ πόδες.

2. *Ursacens*] Ita editi. Al. *Ursacius*. Mox *inanem pulcritudinem perfruantur*: stilo nimirum Luciferiano.

3. *Seniores legis meæ*] LXX. Vat. *Jer.* II. 8. οἱ ἀντεχόμενοι τοῦ νόμου. At Alex. τοῦ νόμου μου. *Adhærentes legi meæ*. Paullo post, *fugiendum duximus*, cum Latinio rescripsimus. Editi, *diximus*.

4. *Dictum a Deo, perfido cet.*] Editi, *dictum a Deo, cum perfido*. Mox, *Quæ autem dixit*. LXX. ἡ δὲ εἶπεν, ἀνδριοῦμαι. *Illa vero dixit, Viriliter agam*. Legebat ergo Lucifer ὃ pro ἡ.

5. *Firmamentum*] Gr. εἰς στήριγμα, *ad firmamentum*. Atque ita legendum videtur apud Luciferum. Mox item forte leg. *in indignatione sua*, ut in textu, ἐν θυμῷ αὐτῶν.

6. *Prosperavit*] Gr. κατευοδώθη, *prosperatum est*. Paullo post editi perperam, *& non dederunt* COR.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



clesiæ quando Arianus factus es ex Christiano, Estote nobiscum; & Dominus dicit in Evangelio: [a] *Quod si oculus tuus dexter scandalizat te, erue illum, & projice abs te: expedit enim tibi ut pereat una pars membrorum tuorum, quam totum corpus tuum mittatur in gehennam. Et si dextera manus tua scandalizat te, abscinde illam & projice abs te: expedit enim tibi ut pereat una pars membrorum tuorum, quam totum corpus tuum eat in gehennam.* Secuisse se Arium, atque projecisse, secundum Domini præcepta [1] clamat Ecclesia: & tu dicis, Suscipite compestilentes ac lues tuos: tu dicis, Sinite vos eodem interire morbo, quo ego perierim. Sic est de corpore Ecclesiæ excisus Sabellius, ut est & condetestabilis tuus excisus Arius iste, cujus sermo ut cancer in te fortissime adeo serpserit, ut totus jam cancer esse cernaris. Nec poteris dicere, te non Arii [2] canceraſſe sermone; cum fœtor cancerationis tuæ ad omnem pervenerit regni tui locum, & cuncti te vitare statuerimus, ne & ipsi peste tua Ariana canceraremur. Sic, inquam, sectus est atque projectus tuus magister Arius, ut est sectus & rejectus Sabellius; quia fuerit ausus unam esse personam Patrem & Filium & Spiritum sanctum defendere; quia fuerit ausus dicere ipsum sibi & Patrem esse, & Filium & Spiritum sanctum: excisus est quia dicere non dubitarit, quod etiam ipse Pater in utero Virginis incarnatus sit, & fuerit passus. Sic Marcionem excisum [3] projecit, qui noluerit confiteri Dei Filium hominem suscepisse de utero Virginis, & per hoc hominem factum. Sic excisus est atque abjectus Paullus Samosatenus Photini magister e corpore Ecclesiæ; quia fuerit dicere dignatus, hominem tantum Dei Filium. Sic & cunctarum sectarum hæretici sunt præcisi, ut est Arius præcisus, utque tu; qui propterea quod dicas de Dei [4] consilio, Factus est ex nihilo, & non est verus Filius, Erat quando non erat, exscindi merueris. Exscissi igitur estis cuncti blasphemi, atque rejecti virtute Dei de Ecclesia ejus clementiæ, quia non fueritis in ea manentes fide, in qua manserint Patriarchæ, Prophetæ, Apostoli ac Martyres.

X. Homo excisus cum omnibus comblasphemis tuis e corpore sanctæ Ecclesiæ, jacens in diaboli sentina, audes dicere ad eam, Esto talis ut sum ego, quo possis tali confici morbo, quo sum & ipse consumtus? Sic existimaveras [5] nos potuisse vobiscum convenire, tamquam non retineremus dixisse beatum Paullum: [b] *Præcipimus autem vobis, fratres, in nomine Domini nostri Jesu Christi, ut subtrahatis vos ab omni fratre inquiete ambulante, & non secundum traditionem quam acceperunt a nobis.* Quæ efficere potuerat ratio, ut deferentes viam quæ ducit ad cælorum regna, comprehenderemus vestram quæ præcipitat ad gehennam? Circumscribere nos te potuisse arbitratus es subtilitate, qua serpens circumscripserit Adam & Evam, eximiis verbis pulcherrimisque sensibus conscribens edictum, in quo

A omnia venena tuæ hæresis continentur. Sed unde istud potueras efficere, cum nos contra tua atque patris tui venena armaverit beatus Paullus, dicens: [c] *Hoc itaque dico, ut nemo vos decipiat in sublimitate verborum.* Et iterum: *Videte ne quis vos decipiat per philosophiam & inanem seductionem secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Christum: quia in ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter.* Quomodo potueramus illis Arianis tuis sacrilegis sensibus, verbis sublimibus licet, seduci; cum inanem te philosophiam cognoverimus habere? Unde etiam dulces tui possent esse sermones, quem viderimus tenentem traditionem Arii, non beatorum Apostolo-
B rum, ad quos dixerit iste quem negas, quod verus sit Dei Filius: [d] *Euntes baptizate credentes in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti?* Quomodo tibi discipulo Arii acquiesceremus Christiani, deferentes apostolicam traditionem; cum te inveniamus dicere, Patrem non esse verum Patrem, sed appellari Patrem? cum dicas, non illum verum habere Filium, sed factum esse ex nihilo? sanctum paracletum Spiritum cum dicas totidem constare ex nihilo: [6] & contra, videamus Apostolos credidisse in unum Deum Patrem omnipotentem, verum Patrem; propterea verum Patrem, quod vere, non putative habeat Filium: & in unicum Filium ejus Jesum Christum, hoc est in verum Dei Filium: &
C in sanctum paracletum Spiritum, in verum Dei Spiritum? Quomodo potuerat quis ita credentium supplantari a diabolo per te Arii blasphemiæ fundatorem; cum fides apostolica & Trinitatem confiteatur perfectam, & unicam Deitatem fateatur, Patris & Filii & Spiritus sancti: & Arii, hoc est tua blasphemia non teneat, nisi id quod placuerit caro tuo diabolo; cum tantum interfit inter beatæ Ecclesiæ fidem & inter hæresim tuam, quantum inter lucem atque tenebras? Recte vos interea dixi ita separatos a nobis, ut tenebræ sunt separatæ a lumine, quia sitis tenebrarum filii: unde & tenebras de vipereis cordibus evomueritis vestris.

D XI. Sperasti nos deflectere a via veritatis, tamquam non sciremus præmonuisse Spiritum sanctum per beatum Paullum dicentem: [e] *Nemo vos* [7] *convincat, volens in humilitate sensus & religione Angelorum, qui videtur ambulans sine caussa, inflatus sensu carnis suæ, & non tenens caput ex quo omne corpus per nexus & conjunctiones productum, crescit in augmentum fidei.* Quomodo te ambulantem sine caussa, alitum serpentis ore Arii, inflatum sensu carnis tuæ, apostatam factum sequeremur; cum Apostoli præceptum cogeret temet vitari? Dixisti, quod enim pacis caussa conjungi desiderans fueris pseudoepiscopos sectæ tuæ nobis. Sed quomodo istud facere potueramus, ut non Deum, sed te ejus audiremus ini-
E micum? Non sumus ut vos excordes, ut Dei Deum negemus Filium, sicut negant Judæi cæcitatis vestræ participes ac duces vestræ incredulitatis: quorum reprobationis exemplum beatus ostendens Paul-

a Matth. V. 29. *b* II. Thess. III. 6. *c* Coloss. II. 4. 8. 9. *d* Matth. XXVIII. 19. *e* Coloss. II. 18.

1. *Clamat*] Sic legimus ex recta, ut videtur, conjectura Latinii. Editi, *damnat*.
2. *Canceraſſe sermone*] Ita rescripsimus, ubi editi habent *canc.* SERMONEM. Mox legendum forte *canceraremus*, ut modo dictum *canceraſſe*. Nam *cancerare* idem valet, ac canceris instar putrescere.
3. *Projecit*] Addendum videtur, *Ecclesia*.
4. *De Dei consilio*] Ex iis quæ mox sequuntur, mallem cum Latinio restituere *de Dei Filio*.
5. *Nos potuisse*] Editi, *non potuisse*: perperam, ut videtur.
6. *Et contra*] Ita ex Latinio. Vulgo, *e contra*.
7. *Convincat — qui videtur*] Sic princeps Tiliana editio, quam secuti sunt Parisienses. Eam vero haud sane probando consilio ita reformarunt ex Vulgata Lugdunenses: *seducat — quæ non vidit*. Gr. καταβραβευέτω — ἃ μὴ ἑώρακεν. Ad posteriora quod attinet, nonnullos quidem codices & Patres μὴ non agnoscere, observavit Millius. Sed utut sit, singularis plane hujusmodi est Luciferi lectio. Ceterum distinctionem interjecimus post verba *sine caussa*, secus atque exstat in textu & Vulgata: ipsummet nimirum auctorem secuti, qui mox habet, *Quomodo te* AMBULANTEM SINE CAUSSA — INFLATUM SENSU cet.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



lus dicit ad Hebræos : [a] *Et Moyses quidem fidelis erat in tota domo ejus tamquam servus, in* [1] *testimonio loquens : Christus autem tamquam filius in domo ejus ; quæ domus nos sumus, si tamen liberalitatem & exsultationem spei tenuerimus. Propter quod dicit Spiritus sanctus : Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto, ubi tentaverunt me patres vestri, probaverunt & viderunt opera mea quadraginta annis : ideoque perosa mihi gens est, & dixi : Semper errant corde. Isti autem non cognoverunt vias meas, sicut juravi in ira mea, si intrabunt in requiem meam. Videte, fratres, ne casu sit in aliquo vestrum cor malignum incredulitatis, discedendo a Deo vivente ; sed consolamini vosmet ipsos quotidie donec Hodie vocatur : ne prædurετur aliquis ex vobis in errorem peccati. Participes enim Christi facti sumus : si quidem principium substantiæ usque ad finem firmum retineamus. Dum dicitur, Hodie si vocem ejus audieritis, nolite prædurare corda vestra, sicut in exacerbatione. Quidam enim audito hoc* [2] *non crediderunt : sed non omnes qui exierunt de Ægypto per Moysen. Qui autem perosi ei fuerunt quadraginta annis? Non hi qui peccaverunt, quorum cadavera jacuerunt in solitudine? Quibus autem juravit non intraturos in requiem suam, nisi contumacibus? Et videmus quia non potuerunt intrare propter incredulitatem.* [b] *Timeamus itaque ne casu derelicto mandato intrare quidam vestrum in requiem ejus non posse videantur. Nam & annuntiatum est nobis, quemadmodum & illis ; & non profuit illis verbum auditus, non temperatus fidei auditorum. Intrabimus enim in requiem ejus qui credimus, ut dixit, Sicut juravi in ira mea, si intrabunt in requiem meam. Et cum opera ab origine mundi facta sunt, dixit tamen alicubi de die septimo sic : Et requievit Deus in die septimo ab omnibus operibus suis. Et in hoc iterum, Si intrabunt in requiem meam. Ergo quia superest* [3] *reliquorum intrare in illam ; & hi quibus prius prædicatum est, non intraverunt propter contumaciam : rursus aliam præfiniit diem, Hodie in David dicendo, post tantum temporis, sicut antea dictum est : Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra. Quoniam si Jesus illis requiem dedisset, non de alia dixisset postera die. Ergo restat requies populo Dei. Etenim qui intravit in requiem ejus, & ipse requievit ab operibus suis, sicut a suis Deus.* Quis tam stultus, ut cum hæc legerit, hæc acceperit a beato Apostolo, deferens fidem apostolicam, suscipere tentet hæresim? Quis eum negare audebit, quem videat æternam requiem tribuere potentem [4] credentibus se, & velit in illum credere, cum quo incipiat in æternum puniri? Quis est talis nisi tu Constantius imperator, qui dereliquisti Domini castra & transitum fecisti ad diaboli domum? Non delegimus ardere, sicuti tu delegisti, cum amatore tuo diabolo, sed in requiem perpetuam intrare festinamus. [5] Quo-

A modo tua astutia potueramus capi, & a via flecti veritatis, quando adhuc hortetur Apostolus ad requiem comprehendendam æternam dicens? [c] *Festinemus igitur intrare in illam requiem, ne aliquis in eodem exemplo contumaciæ cadat. Vividum est enim Verbum Dei & validum, & acutius omni gladio acutissimo, & penetrans usque ad divisionem animæ & spiritus, artuumque & medullarum, & scrutator animi & cogitationis cordis. Et non est ulla* [6] *creatio, quæ non pareat ante illum : omnia autem nuda & aperta oculis ejus, ad quem nobis oratio est.*

XII. Cum hæc ita sint, quomodo potuerat quis nostrum transire ad vos in perfidiam manentes Ju-
B dæorum? Quæ rerum ratio nos vobis possit jungere Christianos Arianis, cum videremus vos esse illius gentis [7] imitatores perfidiæ? de qua quomodo possent emergere confugientes ad domum Dei, in Actibus Apostolorum locutus ita sit Petrus beatissimus dicens : [d] *Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum in nomine Domini nostri Jesu Christi in remissionem peccatorum : & accipietis donum Spiritus sancti. Vobis enim est hæc promissio & filiis vestris, & omnibus qui longe sunt, quoscumque advocaverit Dominus Deus* [8] *vester. Aliis etiam verbis plurimis contestabatur & exhortabatur eos dicens : Eripite vos a generatione ista prava.* Nec poteris dicere, non vos esse Arianos generationem
C pravam, sicuti fuerint ac sint Judæi ; quando cernas tunc scribas, pharisæos & principes Judæorum idcirco esse dictos prava generatio, quod enim & Dei negabant Filium, & omnes credentes in ejus divinam majestatem persequerentur : non, inquam, poteris dicere te atque cunctos Arianos non esse generationem pravam & perversam ; quando hæc sitis gerentes, quæ & illi. Si illi fuerunt unicum negantes Dei Filium, ita facitis & vos : si illi persecuti sunt servos æternæ clementiæ ejus, persequimini etiam vos. Quid igitur oportuerat nos facere, nisi secundum beati Petri præceptum recederemus a vobis sacrilegis? Unde enim vobiscum poterat convenire, cum dixerit Dominus in Evangelio : [e] *At-*
D *tendite vobis a fermento pharisæorum quod est hypocrisis?* Quomodo potueramus in uno esse, cum Corinthiis scribens dixerit beatus Apostolus : [f] *Omnino auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio qualis nec inter gentes ; ita ut uxorem patris aliquis habeat. Et vos inflati estis, & non potius luctum habuistis, ut tolleretur e medio vestrum, qui hoc opus fecit.* Si igitur Apostolus hujusmodi opus operantem jusserit tolli e medio, ne videlicet per illius societatem omnis corrumperetur Ecclesia ; quanto magis dignum fuerat, vos fugeremus blasphemos? Si illum tradidisse satanæ narrat ; quanto magis tunc vos jam traditos esse scire debetis, quando Dei cœperitis negare Filium? [g] *Ego quidem sicut absens corpore,*
E *præsens autem spiritu, jam judicavi ut præsens eum qui sic operatus est, in nomine* [9] *Domini Jesu, con-*

a Heb. III. 5-19. *b* Heb. IV. 1-10. *c* Ibid. ℣. 11-13. *d* Act. II. 38. 40. *e* Luc. XII. 1. *f* I. Cor. V. 1. 2. *g* Ibid. ℣℣. 3-7.

1. *In testimonio loquens*] Et heic infidi Lugdunenses totum hunc locum, relicta Luciferi lectione, ad Vulgatam exegerunt. Sic enim h. l. edidere, *in testimonium eorum quæ dicenda erant.* Cetera omittimus, unam Tilianam editionem exhibere contenti.

2. *Non crediderunt*] Gr. *παρεπίκραναν*, *exacerbaverunt*. Sic Vulg.

3. *Reliquorum*] Ita Parisienses ex Tilii editione : mendose, ut equidem puto. An *reliquos eorum?*

4. *Credentibus se*] *Cred.* IN *se*, legendum forte cum Latinio.

5. *Quomodo*] Sic legimus ex conjectura Latinii. Editi, *sed in requiem perpetuam intrare festinamus*, QUAM cet. Compendiose scriptum fuerit *quom*. Idque non assecutus librarius, *quam* rescribendum putaverit, ad præcedentia respiciens.

6. *Creatio*] Gr. *κτίσις*. Vulg. *creatura*. Litteræ inhæsit Lucifer, quomodo Vulgatus interpres *Heb.* IX. 11. Paullo post, *omnia autem nuda & aperta oculis ejus*, juxta litteram textus, absque *sunt* Vulg.

7. *Imitatores*] Post Tilium & Latinium sic emendavimus pravam editorum lectionem *imitationis*.

8. *D. Deus* VESTER] Millium non fugit hæc Luciferi lectio. Gr. *ὑμῶν*, ut & Vulg. *noster*.

9. *Domini Jesu*] Ita etiam cod. Alex. & al. apud Millium. Vulg. juxta Gr. *Domini nostri Jesu Christi*. Sic paullo post, *Domini Jesu* absque *nostri*, præferre nonnullos codd. editos & Patres, observat laudatus Millius.

gregatis vobis & spiritu meo, cum virtute Domini Jesu, tradere hujusmodi hominem satanæ in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini nostri Jesu Christi. [1] *Bona gloriatio vestra. Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit? Expurgate vetus fermentum, ut sitis nova conspersio, ut estis azymi.*

XIII. Hæc cum sit increpatio Apostoli, poterant Christiani antichristi conjungi servis? Quomodo enim non fuisset corruptus tantæ blasphemiæ vestræ venenis, quandoquidem sive in hypocrisi, sive ex vero quis communicet vobis, sit in ingenti periculo, cum propter hæresim vestram secerneremur a vobis? Quomodo iterum adhærere potueramus, cum vox sit dicentis Apostoli: [a] *Scripsi vobis in epistola non misceri fornicariis: non utique fornicariis hujus mundi, aut avaris, aut raptoribus, aut idololatris; alioquin debueratis de hoc mundo exiisse. Nunc autem scripsi vobis non commisceri:* [2] *si quis frater nominatur fornicator, aut avarus, aut idolorum cultor, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum ejusmodi nec cibum sumere.* Si cibum vobiscum jubemur non sumere; credideras potuisse catholicos convenire cum hæreticis ad solemnia cuncta celebranda vobiscum erraticis? vobiscum per diaboli venenum ad omnem deductis ebrietatem esse potueramus Dei cultores? Quomodo fieri istud potuerat, ut inter mortuos [3] vivi staremus; cum dignum esset magis vos, filii adversarii nostri, congregatos in unum videri; & nos contra, Christi milites in unum; quo possetis sine ulla dubitatione ab omnibus Deum diligentibus membra ac corpus meretricis vocitari, quo nomine etiam nos possemus nuncupari, si nosmet traderemus vobis? [b] *Nescitis quia corpora vestra membra Christi sunt? Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? Absit. Aut nescitis, quia qui se jungit meretrici, unum corpus est? Erunt enim, inquit, duo in carne una. Qui autem jungit se Domino, unus spiritus est. Fugite fornicationem.* Cujusmodi vis fugere nos debere fornicationem? Qui enim præter uxorem, aliam petere voluerit, fornicarius dicitur. Item qui idolis servierit, fornicarius dicitur: quoniam quidem Deum derelinquens idola adoraverit. Similiter qui hæreticus est, fornicarius vocatur. [4] Quod vis de his cognoscere gravius esse crimen; hæreticum fieri, idolis servire, an committere secundum carnem adulterium? Quia ergo sive gentiles, sive vos hæretici, idololatræ dicimini; utraque pars idololatriam sit gerens, necesse est: & tamen quia carnali fornicatione, quantum dici non potest, [5] quod vastiora sint illa duo crimina intelliges. Conspice quibus te jugulaveris malis. Clamat adhuc dicens sanctissimus Apostolus: [c] *Omne peccatum quod fecerit homo, extra corpus est; qui autem fornicatur, in corpus suum peccat.* Et, *Non estis vestri. Emti enim estis pretio magno. Glorificate & portate Deum in corpore vestro.* Quomodo poteris
A portare Deum, Constanti, in corpore tuo; cum apostolicam fidem rejiciendo hæreticamque suscipiendo, non te illius esse dixeris, cujus se dixerunt patres nostri, Abraham, Isaac & Jacob, sed & cuncti Prophetæ, Apostoli ac Martyres? Deinde si quis fornicator in corpus suum est peccans; quanto magis tu qui sis non per carnem tantum illud perficiens serpentis opus, sed & per ipsam animam? *Nescitis quia qui se jungit meretrici, unum corpus est: qui autem jungit se Domino, unus spiritus est?* Cum sacrilegis ne & ipsi facti in corpore meretricis, non mereremur esse Domini famuli, sed jam ut vos servi diaboli, censuimus recedendum fuisse a vobis. Væ tibi qui nolueris Domino conjungi, sed
B volueris diabolo.

XIV. Sed & cum dicit: [d] *Nolite seduci: corrumpunt enim mores bonos colloquia prava:* quid me jubet facere nisi ut fugiam cœtum tuum sacrilegio maculatum; ne dum hæreo tibi, & ipse tecum peream? Quomodo in tuo concilio maligno esse potueramus, cum Apostolum beatum Timotheo inveniamus dixisse: [e] *Manus cito nemini imposueris, neque communicaveris peccatis alienis. Te ipsum castum serva.* Sed quo modo essemus casti, qui vobis hærendo, ut vos disrupti fuissemus per illos carissimos vestros, immundos videlicet spiritus, a castitate fidei? quomodo non communicassemus alienis peccatis?
C Quod si vobiscum manendum censuissemus, hoc essemus futuri quod estis vos, hoc est membra meretricis. Quo modo nos Christiani esse potueramus vobiscum hæreticis, [6] cum item scripsisse Apostolum Timotheo sciremus, ut nosmet abstraheremus a vobis hæreticis? [f] *Hæc doce & exhortare. Si quis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Jesu Christi, & ei quæ secundum pietatem est doctrinæ; inflatus est autem nihil sciens, sed ægrotat circa quæstiones & verborum rixas, ex quibus nascuntur invidiæ, contentiones, blasphemiæ,* [7] *suspiciones, conflictationes malæ hominum mente corruptorum, & a veritate destitutorum.* A te itaque non ita credente ut credit populus Dei, a te
D non ita docente ut docuerunt Christi unici Filii Dei Apostoli, a te non acquiescente sanis sermonibus Domini nostri Jesu Christi, volumus vivere segregati; a te expugnatore doctrinæ quæ secundum pietatem est, a te inflato contra nos per inimicum nostrum, a te nihil veri sciente, sed ægrotante circa quæstiones; a te per cujus nefandos conatus natæ esse specialiter nostris diebus inveniantur rixæ verborum, mortiferæ contentiones, malignæ conflictationes; per te videlicet hominem mente corruptum, veritatis interpolatorem. Recedendum censuimus a te atque a conviperinis tuis, secundum Apostoli præceptum. Dicit enim infra: [g] *Hominum mente corruptorum & a veritate destitutorum, existimantium*
E *quæstum esse pietatem. Discede ab hujusmodi.* Unde tecum esse potueramus, cum etiam in clausula hu-

a I. Cor. V. 9. b I. Cor. VI. 15-17. c Ibid. ℣℣. 18-20. d I. Cor. XV. 33. e I. Tim. V. 22. f I. Tim. VI. 2-5. g Ibid. ℣℣. 5-11.

1. *Bona gloriatio vestra*] Gr. οὐ καλόν. Vulg. *Non est bona gl. v.* Verum negationem deesse, ut apud Luciferum, etiam in aliquibus codd. Lat. testatur S. Augustinus lib. III. *contra Parmen.* cap. II. Est enim ironica exprobratio, ut notavit idem sanctus Doctor; cujusmodi passim occurrunt in aliis N. T. locis. Vide sis Millium in *Prolegom.* ad N. T. §§. 455. 456.

2. *Si quis frater nominatur fornicator*] Hanc lectionem quam Lucifer communem habet cum aliis Patribus, edisserit Millius ad I. Cor. V. 11.

3. *Vivi staremus*] Pravam editorum lectionem *vivis careremus*, ita cum Latinio emendare maluimus, quam cum Lugdunensibus *vivificaremur*.

4. *Quod vis de his cognoscere gravius* cet.] Editi perperam, ut equidem puto: *Quodvis de his cognosce* cet.

5. *Quod vastiora sint — malis*] Hunc locum sic legit interpungitque Latinius: *quod vastiora sint illa duo crimina intelligis, conspice quibus te jugulaveris malis.*

6. *Cum item*] Ita legimus cum Latinio. Editi, *cur item*.

7. *Suspiciones, conflictationes malæ*] Vox *malæ* transposita videtur, jungenda nimirum præcedenti *suspiciones*. Gr. ὑπόνοιαι πονηραί, παραδιατριβαὶ διεφθ. Sed ἐπέχω. Deinceps enim Apostoli verba edisserens Lucifer, scribit *malignæ conflictationes*. Paullo ante, *inflatus est autem*, exstare in cod. Clar. Lat. & apud Ambrosium advertit Millius.

jus epistolæ hortetur te fugiendum esse, te qui excideris a fide. [a] *O Timothee depositum custodi, devitans profanas vocum novitates & oppositiones scientiæ falsi nominis: quam quidam promittentes, circa fidem exciderunt.* Oportuerat nos vitare te profanas vocum novitates proferentem: siquidem cognosceremus te illam sacrilegam vocem instinctu protulisse diaboli; illam, inquam, vocem per quam expresseris venena dogmatis tui dicens, Erat quando non erat, & factus est ex nihilo, & non est una potentia Patris & Filii. Hæc non Spiritus sanctus per te protulit, sed immundus ille diabolus.

XV. Quo modo itaque secundum Apostoli mandatum custodire depositum potueramus, si tecum in concilio maledicto vestro mansissemus: cum nos proposuerimus usque ad mortis exitum apostolicam tenere fidem, istam scilicet quam apud Nicæam retinemus scriptam contra tuam blasphemiam, & contra omnium hæreticorum tuorum exsecrabiles conatus? Quo modo in concilio vestro, Ariani, esse nos potueramus Christiani, qui in libro Maccabæorum legerimus [1] prædecessores conservos nostros segregatos fuisse ab illis, qui juxta edictum contyranni tui Antiochi idolis supplicaverant? [b] *Judas autem Maccabæus qui decimus fuerat, & secesserat in desertum,* [2] *ibique cum feris vitam in montibus cum suis agebat, fœni cibo vescentes morabantur, ne essent participes coinquinationis.* Cognoscis hoc in uno testimonio nos recedere oportuisse a vobis, ne & nos participes fuissemus coinquinationis. Quo modo vobis jungeremur, cum item dicat Dominus ad Apostolos: [c] *Attendite vobis a fermento Pharisæorum & Sadducæorum?* Et ut fermentum fuisse doctrinam non sanam, quam videlicet aut tunc illi Pharisæi aut Sadducæi, aut nunc vos omnium sectarum profertis hæretici, nobis manifestaret; sequitur scriptura dicens: [d] *Tunc cogitabant inter se dicentes, Quia panem non habemus. Quibus cogitantibus dixit Jesus: Quid cogitatis inter vos modicæ fidei, quia panem non habetis? Nondum intelligitis neque meministis quinque panum & quinque millium hominum, & quot cophinos sumseritis? Neque septem panum & septem millia hominum, & quot sportas sumsistis? Quare non intelligitis, quia non de pane dixi, Attendite a fermento Pharisæorum & Sadducæorum? Tunc intellexerunt, quia non dixit, a fermento, sed a doctrina Pharisæorum intenderent sibi.* Item ad Corinthios scribens, cum dignetur Apostolus instruere, recedendum a vobis hæreticis & omnibus alienigenis; quo modo præsumserat cor tuum in omnibus varium & mutabile, sed in hac malignitate, malo salutis tuæ ingenti stabilitum robore, nos potuisse tecum pacem vel cum tuis habere? [e] *Nolite jugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio justitiæ cum iniquitate? aut quæ societas lucis ad tenebras? Quæ autem conventio Christi ad Belial? aut quæ pars fideli cum infidele? Qui autem consensus templo Dei cum idolis? Vos enim estis templum Dei vivi: scriptum est enim, Quoniam inhabitabo in il-* A *lis, & inter illos ambulabo, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus. Propter quod exite de medio eorum, & separamini, dicit Dominus, & immundum ne tetigeritis: & ego recipiam vos, & ero vobis in patrem, & vos mihi eritis in filios & filias, dicit Dominus omnipotens.* Quo modo cum tua præcepta orta videantur esse contra has Domini promissiones, demorari vobiscum fideles potueramus cum infidelibus: currentes in via lucis vobiscum possemus stare hominibus iter conficientibus in via tenebris errorum omnium repleta? Quis enim tam stultus est, ut cum audierit Deum dicere, *Quoniam inhabitabo in illis, & inter eos ambulabo, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus: propter* B *quod exite de medio eorum, & separamini, dicit Dominus, & immundum ne tetigeritis: & ego recipiam vos, & ero vobis in patrem, & vos mihi eritis in filios & filias, dicit Dominus omnipotens:* Quis, diximus, tam stultus est, ut nolit in se Deum inhabitare; qui nolit se receptum a Deo reputari inter eos quos filios appellare dignatus est, ut non fugiat te immundum per hæresim tuam effectum?

XVI. Non æquum nobis visum est, ut vobiscum nos in uno fuissemus; quandoquidem nec sit æquum homines morari cum serpentibus. Aut negabis unici Filii Dei negatores dictos in sacris scripturis serpentes? Si negare non potes, adverte recte nos egis- C se fugere vos serpentes. Legisti Apostolum Timotheo dicentem: [f] *Profanas* [3] *novitates vocum devita: multum enim proficient ad impietatem: & sermo eorum ut cancer serpit.* Existimasti tecum, [4] cujus sermo ut cancer est, esse Dei homines potuisse. Item beatus cum præcipiat Joannes vos fugiendos dicens: [g] *Gavisus sum valde quod inveni de filiis tuis ambulantes in veritate, sicuti mandatum accepimus a patre. Oro te, domina, non sicut mandatum novum scribens tibi, sed quod habuimus ab initio: ut diligamus nos alterutrum. Et hæc est caritas, ut ambulemus secundum mandata ejus. Hoc est mandatum, sicut audistis ab initio, ut in eo ambuletis: quoniam multi fallaces progressi sunt in sæ-* D *culo, qui non confitentur Jesum Christum venisse in carne: isti sunt fallaces & antichristi.* [5] *Videte eos, ne perdatis quod operati estis, sed ut mercedem plenam recipiatis. Omnis qui recedit, & non manet in doctrina Christi, Deum non habet: qui autem manet in doctrina ejus, ille & patrem & filium habet. Si quis venerit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite accipere eum in domum, & Ave nolite dicere ei: qui enim dicit ei Ave, communicat operibus ejus malignis:* Quo modo fieri potuerat, ut nos tecum atque cum tuis essemus, Dei milites cum militibus antichristi: quandoquidem nec salutari vos permiserit Spiritus sanctus, dans hæc præcepta per beatum Apostolum? Sed fortassis dicere E audebis, Numquid ego, in carne venisse nego Dei Filium, ut unus nuncuper ex antichristis? Non quidem tu, Constanti imperator, venisse in carne negas Dei Filium; sed dicis illum quem nos confi-

a I. Tim. VI. 20. 21. *b* II. Mac. V. 27. *c* Matth. XVI. 6. *d* Ibid. ℣℣. 7-12. *e* II. Cor. VI. 14-18. *f* II. Tim. II. 16. 17. *g* II. Joan. ℣℣. 4-11.

1. *Legerimus*] Post Tilium & Latinium hujusmodi verbum intexuimus, quod deest in editis.

2. *Ibique cum feris*] Forte leg. *ibi*. Deest in Gr. ubi sic tantum, θηρίων τρόπον, *ferarum more*.

3. *Novitates vocum*] Nunc in Gr. legimus κενοφωνίας. Vulg. *vaniloquia*. Sed καινοφωνίας legisse Chrysostomum, Theophylactum & Oecumenium, observat Millius: qui etiam addit, eamdem Luciferianam lectionem occurrere apud Ambrosium & in nonnullis codicibus Lat. Mox vero *proficient* juxta Gr. προκόψουσιν. Vulg. *proficiunt*. Ceterum conferendus hic locus cum I. *Tim.* VI. 20.

4. *Cujus sermo — esse Dei homines potuisse*] Locus mancus esse videtur; vel ita forte restituendus: *Existimasti tecum, (illos) quorum sermo ut cancer est, esse Dei homines potuisse.*

5. *Videte eos*] Legebat ergo Lucifer in suo exemplari αὐτούς, ut in cod. Leicestrensi apud Millium. At Vulgatus interpres, ἑαυτούς, *vosmet ipsos*, ut in hodierno textu.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
368.



temur in carne venisse, esse creaturam: dicis factum illum ex nihilo, non illum esse verum Dei Filium affirmans. Nos contra, qui istius beati Apostoli tenemus traditionem, credimus verum Dei Filium, credimus unam habere deitatem Patrem & hunc unicum ejus Filium; quod ita esse Dominus in sacris suis Evangeliis manifestat dicens: [a] *Qui me videt, videt & Patrem:* Et, *Ego in Patre, & Pater in me:* Et, [b] *Ego & Pater unum sumus.* Sæpe diximus, quia cum sint duæ personæ, Pater & Filius, & tamen dicat, *Ego & Pater unum sumus:* &, *Qui me videt, videt & Patrem:* &, *Ego in Patre, & Pater in me;* nihil aliud nos illum voluisse [1] assequimur, nisi quia una sit æternitas Patris & Filii, una sit claritas, una potentia, unaque magnitudo. Idcirco etenim etiam Apostolus in hac dicit secunda Epistola: [c] *Omnis qui recedit & non manet in doctrina Christi, Deum non habet: qui autem manet in doctrina ejus, ille & Patrem & Filium habet;* ut per doctrinam colligentes sacrorum Evangeliorum, Dei Patris & unici Filii ejus unam crederemus deitatem: hunc habere Deum, qui ita credat. Qui autem recesserit ab hac doctrina, hoc est, *Et ego, & Pater unum sumus;* utique cum sit plurale, & duas ostendit personas & unam potentiam harum duarum personarum, hoc est Patris & Filii; Ergo dicit Apostolus, *Qui recedit, & non manet in doctrina Christi, Deum non habet: qui autem manet in doctrina ejus, ille & Patrem & Filium habet;* ut crederemus Filio dicenti Dei, *Ego & Pater unum sumus*, quod utique una sit deitas Patris & Filii.

XVII. Constat itaque te qui ita non teneas quomodo tradiderit Apostolis Dominus, & Apostoli episcopis, te non habere Deum: quia & Apostolus volens & Patris & Filii unicam divinitatem manifestare, dicebat: *Qui recedit a doctrina ejus, Deum non habet: qui autem manet in doctrina ejus, ille Patrem & Filium habet.* Te inquam constitutum sine Deo, te neque Filium habentem neque Patrem rectissime fugisse [2] cognoscimus. Siquidem non fuisset dignum habentes Deum cum inimicis ejus demorari divinæ magnitudinis. Sed quam sis Deo odibilis cognosce, ut nec Ave tibi dicere fuerimus permissi. Quo modo vobiscum Arianis Christiani esse potueramus, cum dicat Apostolus Paullus, [d] *Stultas quæstiones, & genealogias, & contentiones, & lites legis devita: sunt enim inutiles & vanæ. Hæreticum hominem [3] post unam correptionem devita; sciens quoniam perversus est & peccat, cum sit a semet ipso damnatus.* Cum hæreticis a semet ipsis damnatis non potueramus congregari, ne & nos illa vox percuteret, sicut Galatas beati Paulli percutit, [e] *Currebatis bene: quis vobis impedivit, veritati non obedire?* Cognoscentes vos esse unici Dei filii hostes, fugimus nefaria consilia vestra, temperantes voci Apostoli: [4] *Qui nemini*, inquit, *consenseritis: suasio vestra ex Deo est, qui vocat vos. Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit?* Noluimus vos vermes Arii recipere nos servi Christi in societatem, ne fuissemus eo veneno diaboli quo vos estis, consumti: noluimus vobiscum ire, cum hominibus videlicet, qui adhuc videamini esse extra Dei notitiam, qui adhuc sub diaboli sitis constituti potestate: noluimus mortuis conjungi vivi, quia tales vos esse cognoscamini, quales fuerimus ipsi antequam credidissemus in unicum Dei Filium.

XVII. Hæc ita se habere manifestat Apostolus Ephesiis scribens: [f] *Et vos cum essetis mortui delictis & peccatis vestris, in quibus aliquando ambulastis secundum principem potestatis aeris hujus, spiritus qui nunc operatur in filiis diffidentiæ; in quibus & nos omnes conversati sumus aliquando in concupiscentia carnis nostræ, facientes voluntates carnis & consiliorum: & eramus naturales filii iræ, sicut & ceteri.* Cum adhuc vos tales sitis, quales nos fuisse antequam credidissemus refert sanctissimus Apostolus: utique fueratis vitandi, homines in quibus operentur & per quos gerant principes potestatis aeris hujus, spiritus, omne desiderium suum: eratis fugiendi filii diffidentiæ, filii naturaliter iræ; ne vobis hærendo, ad id quod ante fuissemus reduceremur. Noluimus esse vobiscum, quia adhuc non fueritis misericordiam Dei adepti, quam jam nos sumus consecuti. Noluimus societatem habere vobiscum, qui consilio carnis ducebamini, sicut ducebatur iste beatissimus Paullus priusquam credidisset, quem meminimus dicere: [g] *Nemo vos seducat inanibus verbis: propter hoc venit ira Dei in filios diffidentiæ. Nolite itaque fieri participes eorum. Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Sicut filii lucis ambulate: fructus enim luminis est in omni bonitate & justitia & veritate; probantes quid sit acceptandum. Et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum: magis autem redarguite.* Noluimus, quia hæc mandata acceperimus, vobiscum demorari, ducti inanibus vestris verbis; ne scilicet veniret super nos ira, sicuti etiam venit & ventura est in vos, in te atque tuos, in vos filios diffidentiæ. Noluimus effici participes tenebrarum: siquidem jam credentes in unicum Dei Filium, mandatis ejus majestatis parere cupiendo, ex illis evadentes tenebris, lux facti fuerimus in Domino: unde nec mandatis tuis tenebrosis paruerimus, quia fuisset sceleratum filios lucis tuum facere opus tenebrosi: quia & fructus luminis sit ambulare in justitia & veritate, & in omni bonitate.

XIX. Dicis nos facere inique, quod noluerimus hæresim suscipere tuam, quod non tecum atque cum tuis æternæ fuerint fixæ amicitiæ. Accipe quod Moses fecerit de alienigenis, tempore quo jubere ei dignatus est Deus, ut mittens certum numerum Israelitarum, ore gladii perdidisset quinque Madiæ reges & Moab; qui destinati ad prœlium interfectis omnibus maribus, quod sexui pepercerint femineo occurrenti, increpat Moses Israel filios, cur non etiam sexum femineum delevissent; & jubet coram se easdem interfici, affirmans, quod enim ad idola adoranda possent populi illicere mentes. Si itaque & nos

a Joan. XIV. 9. 10. *b* Joan. X. 30. *c* II. Joan. V. 9. *d* Tit. III. 9-11. *e* Gal. V. 7-9. *f* Ephes. II. 1-3. *g* Ephes. V. 6-11.

1. *Assequimur* —— *unaque*] Editi *assequi*. Mox cum Latinio rescripsimus *unaque*, ubi vulgo legitur *unave*.

2. *Cognoscimus*] Mallem *cognoscimur* cum Latinio. Mox vero *demorari* rescripsimus pro *demorare*, quod habent editi: sic enim ipsemet auctor seq. §. XVIII.

3 *Post unam correptionem devita*] Gr. *μετὰ μίαν ϗ δευτέραν νουθεσίαν*, Vulg. *post unam & secundam correptionem*. At vero, quemadmodum heic Lucifer, sic & Irenæus, Tertullianus, Cyprianus, Ambrosius & Fulgentius legebant, ut videre est apud Millium. Monet præterea S. Hieronymus in Comment. ad h. l. omitti *ϗ δευτέραν* in aliq. codd. Græcis. Paullo post leg. forte, *concilia vestra*.

4. *Qui nemini consenseritis*] De hac pericope Luciferiana quæ deest in codicibus non modo Græcis, sed & in præstantioribus Latinis, plura Millius tum ad h. l. tum etiam in *Proleg.* §. 775. & post ipsum nonnulla Wolfius in *Curis philol.* tom. III. pag. 776.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
368.



ſic exſecramur hæreſim tuam, ut Moſes idololatriam; ſi ſic & quidem Dei gladio interfici cupiamus hæreſes omnium veſtrorum errantium, quomodo & Moſes illas idolis mancipatas; ſi ita vos fugiamus religionis Dei adverſarios, ut ille fugit idolorum cultores: exiſtimas nos non facere recte abſtrahendo noſmet a vobis? Quomodo etenim convenire nobis vobiſcum potuerat, cum ad Philippenſes dixerit: [a] *Videte canes, videte malos operarios*? Vos canes, malos operarios, quis Dei ſervorum non fugeret, niſi qui ſe non meminiſſet Chriſtianum? Vobis, adverſariis Dei religionis, ſervi Chriſti potueramus eſſe conjuncti, cum exhortetur Judas glorioſus Apoſtolus frater Jacobi Apoſtoli, ut te atque ſimiles tibi vitaremus, & in ſuſcepta fide uſque ad mortis exitum maneremus? [b] *Judas Jeſu Chriſti ſervus, frater autem Jacobi, his qui ſunt in Deo patre dilectis, & in Jeſu Chriſto conſervatis & vocatis: miſericordia vobis & pax & caritas multiplicetur. Cariſſimi omnem ſolicitudinem faciens ſcribendi vobis de communi* [1] *noſtra ſalute, deprecor,* [2] *ut perlaboretis ſemel traditæ ſocietati. Subintraverunt enim quidam homines, olim quidem præſcripti ad hoc judicium, impii, qui Dei gratiam transferunt ad impudicitiam, & qui eſt dominator noſter & Dominus Jeſus Chriſtus, eum negantes*. Cum negatoribus vos blaſphemis fuerit nefas convenire, cum adhuc eorum qui tranſgreſſi ſunt mandata Domini, [3] præponens exempla, urgeat corda noſtra manere in ea fide, in qua ipſe videatur manſiſſe. [c] *Admonere itaque vos volo*, dicens, *ſcientes omnia: quo-* A *niam* [4] *Deus populum ſuum de terra Ægypti ſalvum fecit: ſecundo autem non credentes perdidit: Angelos quoque qui non ſervaverunt ordinem ſuum, ſed dereliquerunt habitaculum ſuum, in judicium* [5] *magni diei, vinculis eos ſanctorum Angelorum ſub tenebris ſervavit. Sodoma autem & Gomorrha, & quæ circa eas erant civitates his ſimili modo cum adulterium feciſſent, & carnem ſecutæ eſſent,* [6] *cinis propoſitæ ſunt exemplum, ignis æterni pœnam ſuſtinentes. Similiter itaque & iſti* [7] *ſomniantes, carnem quidem coinquinant, dominationem autem ſpernunt*. Et infra: [d] *Væ illis, quoniam in viam Cain abierunt, & in ſeductionem* [8] *Balaam mercede effuſi ſunt, & in contradictionem Chore per-* B *ierunt: Hi ſunt* [9] *in caritatibus veſtris maculæ, ſine timore ſemet ipſos regentes, nubes ſine aqua omni vento circumferendæ; arbores autumnales, ſine fructu, mortuæ, a radicibus evulſæ: fluctus feroces maris deſpumantis turpitudines ſuas:* [10] *procellæ ſeducentes, quibus tempus tenebrarum in æternum ſervatum eſt*. Et infra: [e] *Vos autem, fratres, mementote prædictorum ſermonum ab Apoſtolis Jeſu Chriſti; quoniam dicebant: In noviſſimis diebus erunt irriſores, euntes ſecundum voluntates ſuas impias; hi ſunt* [11] *ſecernentes, animales, ſpiritum non habentes*. In his omnibus malis quia eſſe conſpectus es, Conſtanti, vitatæ ſunt a nobis tuæ interficere laborantes amicitiæ: ne videlicet te- C cum ad illa fuiſſemus præcipitati loca tormentorum, ad quæ omnes illos quorum tenens es iter, narrat præcipites datos.

a Philipp. III. 2. *b* Judas ℣℣. 1-4. *c* Ibid. ℣℣. 5-8. *d* Ibid. ℣℣. 11-13. *e* Ibid. ℣℣. 17-19.

1. *Noſtra ſalute*] Vulg. *veſtra ſ.* In textu hodierno deeſt *ὑμῶν*: quod tamen exſtat in aliis codd. Alii contra exhibent *ἡμῶν*, ut heic Lucifer legiſſe perhibetur. Vide ſis Millium ad h. l. Porro auctor ſequentia omittit, *neceſſe habui ſcribere vobis*.

2. *Ut perlaboretis ſemel traditæ ſocietati*] Forte ſcripſerit auctor, *ut* SUPERLABORETIS FIDEI. G. *ἐπαγωνίζεσθαι* — *τοῖς ἁγίοις πίστει*. Verba autem *τοῖς ἁγίοις*, *ſanctis*, per illud *ſocietati* Lucifero ediſſerere placuit.

3. *Præponens*] An *proponens*? Mox in textu ſubiecto, *ſcientes omnia*, librario *ſemel* excidiſſe videtur.

4. *Deus*] Gr. *ὁ Κύριος*. Vulg. *Jeſus*. Suſpicor in exemplo Luciferi per compendium fuiſſe primitus ſcriptum *Dn̄s*: quod poſtea minus attentus librarius *Deus* exſcribendum eſſe cenſuerit.

5. *In judicium magni diei*] Nullus dubito, quin ita ſcripſerit auctor. Editi, perperam ſane, *magni Dei*. Gr. *εἰς κρίσιν μεγάλης ἡμέρας*. Mox vero, *vinculis* — *ſanctorum Angelorum* habet noſter auctor. Gr. *δεσμοῖς ἀϊδίοις*. Vulg. *vinculis æternis*. Verumtamen lectionem Luciferianam agnovit etiam codex, quo uſus eſt Clemens Alex. *Pædag.* lib. III. cap. VIII. pag. 280. niſi quod pro *ἁγίων ἀγγέλων*, vitioſe ſcriba expreſſerit *ἀγρίων*, ut probe advertit Millius in *Prolegom.* §. 648. licet poſtea mutata ſententia, in notis ad h. l. ex Clemente Alex. corrigendum eſſe Luciferum minus recte duxerit: quod tamen Pottero arriſiſſe comperio. Neque enim quis dixerit, *angelos apoſtatas* vinculis æternis ſub caligine ab *angelis feris*, dæmones a dæmonibus, ſervatos; qui viſionis meminerit enarratæ ab evangeliſta Joanne *Apoc.* XX. 1. 2. ubi *Angelus* deſcribitur *deſcendens de cælo, habens clavem abyſſi & catenam magnam in manu ſua, qui apprehendit draconem, ſerpentem antiquum, diabolum & ſatanam, & ligavit eum per annos mille*.

6. *Cinis propoſitæ ſunt exemplum*] Forte *cineris* reponendum. Legerit ergo Lucifer *τέφρα*, ſeu potius *τέφρας* pro *ἑτέρας* hodierni textus. Atque hujuſmodi conjectura firmari poteſt ex loco parallelo II. *Petr.* II. 6. ubi legimus: *καὶ* D *πόλεις Σοδόμων καὶ Γομόῤῥας τεφρώσας*.

7. *Somniantes*] Gr. *ἐνυπνιαζόμενοι*. Atque ita legit Clemens Alex. *Strom.* lib. III. cap. II. pag. 515. nec non Epiphanius *Hær.* XXVI. cap. XIII.

8. *Balaam*] Editi *Baal*, ex librariorum inſcitia procul dubio.

9. *In caritatibus veſtris*] Juxta Gr. *ἐν ταῖς ἀγάπαις ὑμῶν*. *In agapis veſtris*. Vox pervulgata. Mox *ποιμαίνοντες* vertit auctor *regentes*. Vulg. *paſcentes*. Paullo poſt legendum forte *deſpumantes*, ut in textu, *κύματα* — *ἐπαφρίζοντα*.

10. *Procellæ ſeducentes*] Quid, ſi *ſtellæ ſed.* ſcripſiſſe Luciferum exiſtimemus? Gr. *ἀστέρες πλανῆται*. Mox conjicit Millius reſcribendum *tempeſtas tenebrarum*: quod minime neceſſarium duco.

11. *Secernentes*] Sic in textu, *οἱ ἀποδιορίζοντες*. Non legebat ergo Lucifer in ſuo exemplari *ἑαυτοὺς*, quod tamen habent alii codd. cum Vulg. *qui ſegregant ſemet ipſos*.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
368.

LUCIFERI

EPISCOPI CARALITANI,

DE NON PARCENDO IN DEUM DELINQUENTIBUS,

LIBER.

I. Superatum te, imperator, a Dei servis ex omni cum conspexisses parte, dixisti passum te ac pati a nobis contra monita sacrarum scripturarum contumeliam: dicis nos insolentes exstitisse circa te, quem honorari decuerit. Si quisquam Dei cultorum pepercit apostatis, sint vera quæ dicis de nobis. Unde ordiamur, ut tu nunc a nobis corriperis, ita esse correptos omnes erraticos per Dei cultores, quo probare possimus? Unde, nisi a Mosis Dei servi actibus? Legimus in Exodo, ascendisse in montem Mosem post testamentum sibi traditum; & plurimos interfecisse eorum propter idololatriæ reatum. [a] *Stetit*, inquit, *Moses ad portas castrorum, & dixit: Quis ad Dominum paratus veniat ad me. Et convenerunt ad eum omnes filii* B *Levi, & dixit eis: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Ponite unusquisque gladium suum in femore suo, & pertransite & revertimini a porta usque ad portam per castra, & occidite unusquisque fratrem suum, & unusquisque propinquum suum, & unusquisque proximum suum. Et fecerunt filii Levi, sicut dixit eis Moses. Et ceciderunt de populo in illa die quasi tria millia hominum. Et dixit eis Moses: Consecrastis hodie manus vestras Domino, unusquisque in filio aut in fratre suo, ut detur vobis benedictio.* Sumus tibi contumeliosi, ut fuit Moses populo insulso illi. Neque illis placebant illa quæ dicebantur aut fiebant a Mose, quando jam delegissent non servire Deo, qui eos eripuisset de potestate Pharaonis, sed illi vitulo quem illis fuderat ignis: ita & tu jam non Deo mancipatus, sed Arii idololatriæ, qui errasse arguaris, indigne fers, contumaces nos clamitas, dicis indignum nos circa te facinus perpetratos, ut imperatori Romani regni dicere auderemus, Male, Constanti, facis idololatriam introducere in Ecclesiam. Moses primus prophetarum ille Deo amantissimus gladio est persecutus eos, quorum te instituisti imitatorem: & ego contumax esse notor a te, quia dixerim Deum te dereliquisse, & idololatriæ temet mancipasse?

II. Adhuc filios Israel fornicatos clamat sacra scriptura in filias Moabitarum, & quod vocati ab eis manducaverint immolata idolis, & eadem adorasse idola: contra quos quia ita exarserit zelo devotionis incensus Phinees sacerdos, propterea vel maxime quod gladio idololatras media in synagoga interemerit, adeo placuit Deo, ut sit scriptum, ad hoc factum, Domini indignantis quievisse iram, & ipsum nimio præcipuum apud Dominum effectum. [b] *Et locutus est Dominus ad Mosen dicens: Phinees filius Eleazar, filii Aaron sacerdotis, compescuit iram meam a filiis Israel, in eo quod zelatus est zelo in* A *eis, ut* [1] *non occiderem filios Israel in zelo meo. Et ecce dabo ei testamentum meum, testamentum pacis ei & semini ejus cum ipso in testamentum sacerdotii æternum, quoniam zelatus est Deo suo, & exoravit pro filiis Israel.* Et tu nos arbitraris contumaces, quia tibi erranti vera dicamus, existimas cum tibi displicemus non nos tunc Deo placere? Sed oro te dicas, Constanti, qua auctoritate viam justorum Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum ac Martyrum nos volueris deserere, & comprehendere istam tuam novam, quam per Arium instituerat diabolus? Numquidnam somnio es admonitus & dictum est ad te, ne patiaris Christi nos tenere viam quam tenuerunt Abel, Enoc, Noe, Melchisedec, Abraham, B Isaac & Jacob, Joseph, Moses, Aaron, Jesus Nave, Job, Judices & ceteri reges, hoc est, David, Josaphat, Ezechias, Josias: quam tenuerunt cuncti Prophetæ, Apostoli ac Martyres, quam tenuerunt omnes qui Deo inveniuntur placuisse? Si hoc tibi a dæmonum dictum est principe, audi quid fieri Deus statuerit de te per gloriosum prophetam Mosen: [c] *Si autem resurrexerit in te propheta, aut somnium somnians, & dederit signum aut prodigium, & venerit signa faciens aut prodigia, & dixerit ad te dicens: Eamus & serviamus diis alienis quos nescitis; non audietis verbum prophetæ illius aut somniantis, quoniam tentat Dominus Deus vos videre, si diligatis Dominum Deum vestrum ex toto corde ve-* C *stro, & ex tota anima vestra. Post Dominum Deum vestrum abibitis, & ipsum timebitis, & mandata ejus custodietis, & vocem ejus audietis, & illi apponemini. Et propheta ille, aut somnium somnians, illi moriantur: locuti sunt enim seducere vos a Domino Deo vestro.* Cognoscis quid pati jussus sis? sive etenim te somnio dicas admonitum, sive te prophetam velis adstruere nobis; inimicus Dei es, qui velis nos fidem apostolicam derelinquere, atque suscipere eam, quæ neget unicum Dei Filium. Illos etenim cunctos quos recitavi, propterea quod credentes fuerint in unicum Dei Filium, tantos ac tales effectos, est clarum: siquidem [d] *qui non crediderit in Filium, nec Patrem habet: qui vero credit* D *in Filium, & Patrem & Filium habet.* Hæc cum vox sit beati Joannis, cum quo quia sit faciens chorus sanctorum Apostolorum; omnes utique debes intelligere sicut crediderunt Apostoli, quod sic ante fuissent credentes patriarchæ atque prophetæ: sic cuncti qui fidei merito honorati esse noscantur. Neque enim poteris mihi probare, quia aliter crediderunt Abraham, Isaac & Jacob, & aliter Joannes vel omnes coapostoli ejus. Si enim non ita crediderint Apostoli, ut crediderunt patriarchæ; cur beatus Paullus omnes ad Abrahæ comprehendendam provocat fidem?

a Exod. xxxii. 26-29. *b* Num. xxv. 10-13. *c* Deut. xiii. 1-5. *d* I. Joan. II. 22. 23.

1. *Ut non occiderem*] Testatur Tilius in veteri codice unde Luciferiana descripsit, legi *ut non ezanilosa*, & alia manu supra scriptum *occiderem*. Nimirum auctor latinis litteris expressit verbum Græcum LXX. apud quos sic legimus, *καὶ οὐκ ἐξανήλωσα*. Sed scripserit Lucifer, ET *non* EXAN. adeoque reddendum erat, *consumsi* aut *delevi*. At anonymus adnotator accessit Vulgatæ lectioni, *ut non ipse delerem*.



III. Sed inquis, Ego te arguo cur insolens sis, cur contumeliosus imperatori exstiteris; & tu fidei caussam retexis. Fidei itaque ut probem te esse sacrilegum, ut probem te a via deorbitasse veritatis: hinc contumeliosus tibi videor, quia dicam tibi deseruisse te iter omnium Dei cultorum, atque comprehendisse viam nequitiæ [1] quam tenuerunt ac sunt tenentes hi, qui non Deo, sed phantasiæ servierunt ac sunt servientes. De te itaque a Deo me recedere suadente, accipe quid sanxerit fieri Deus per Mosen: [a] *Si autem rogaverit te frater tuus ex patre vel matre, aut filius tuus aut filia tua, aut mulier quæ in gremio tuo est, aut amicus qui animæ tuæ par est, clam dicens: Eamus & serviamus diis alienis, quos nescis tu & patres tui, ex diis nationum quæ circa te aut proxime* [2] *aut longe; ne velis ire cum illo, & ne audieris eum: non parcet oculus tuus super eum, nec salutabis eum, nec celabis eum. Annuntians annuntiabis de eo: manus tuæ erunt in eum in primis ad occidendum eum, & manus populi tui in novissimo: & lapidabitis illum, & morietur; quoniam quæsiit absistere a Domino Deo tuo.* Præceptum te interfici, quippe Deum me derelinquere invitantem: ignorans dicis, Contumeliam mihi facit Lucifer. Aut negabis te ad idololatriam invitasse nos suscipiendam? Si censes negandum, convincent te expositiones sectæ tuæ episcoporum, comblasphemorum videlicet tuorum: convincent te libelli recitati a te, ac dati Romæ episcopis etiam catholicis; ad hoc videlicet, ut omni in loco tua roborari posset blasphemia. Quas incurreris errorum tenebras non sentis? Non conspicis quo possis perire modo; quando videas cur contra divina fecerit monita Achar [3] unus e populo, cum furto abstulisset ab Hiericho certam partem vestis, argenti aurique, sic fuerit mulctatus morte? Quid tibi sit futurum conspice, qui sis negans æternam unici Filii Dei divinam majestatem: accipe quid circa Achar fuerit celebratum, & tandem consule tuæ saluti: redi ad Dei Ecclesiam, a qua te per Arianos [4] abigavit coluber ille refuga qui verterit Adam quoque & Evam: [b] *Et erat*, inquit, *Dominus cum Jesu: & erat nomen ejus super universam terram.* [c] *Et neglexerunt filii Israel negligentia, & fraudaverunt fraude de anathemate. Et indignatus est ira Dominus filiis Israel. Et misit Jesus viros in Ge quæ est conjuncta Bethel dicens: Considerate Ge. Et ascenderunt viri, & consideraverunt Ge. Et reversi sunt ad Jesum, & dixerunt ad eum: Non ascendat omnis po-* A *pulus: sed duo vel tria millia virorum ascendant, & devastent civitatem. Ne inducas illuc universum populum: pauci enim sunt. Et ascenderunt cum illo fere tria millia virorum: & fugerunt a facie virorum qui erant in Ge. Et occiderunt ex ipsis viri Ge triginta sex viros: & persecuti sunt illos* [5] *a porta, & contribulaverunt illos in proclivi. Et expavit cor populi: & factum est ut aqua. Et conscidit Jesus vestimenta sua, & procidit in faciem ante Deum usque ad vesperum, ipse & seniores Israel: & miserunt pulverem super capita sua. Et dixit Jesus: Precor Domine, ut quid transjecit puer tuus populum istum Jordanem, tradere eum Amorrhæo, perdere nos? Si* [6] *mansimus in terra, commorati sumus apud Jor-* B *danem. Et quid dicam, quod convertit Israel dorsum contra inimicum suum? Et audiet Chananæus, & omnes qui commorantur in terra; & circumibunt nos, & contribulabunt nos a terra. Et quid facies nomen tuum magnum? Et dixit Dominus ad Jesum: Surge: Ut quid tu procidisti in faciem tuam? Peccavit populus, & transgressus est testamentum meum quod disposui ad eos: & furati sunt de anathemate, & miserunt in vasa sua. Non poterunt filii Israel resistere contra faciem inimicorum suorum: dorsa convertent in conspectu inimicorum, quia facti sunt anathema. Non ero ultra vobiscum, nisi abstuleritis anathema ex vobis ipsis. Surge, sanctifica populum, & dic: Sanctificetur in crastinum. Hæc enim dicit Dominus* C *Deus Israel: Anathema est inter vos. Non poteritis resistere contra inimicos vestros, usque dum auferatis anathema ex vobis ipsis. Et convenite mane omnes per tribus; & erit tribus quæ ostensa fuerit mane per Deum. Adducite per plebes: plebem quam ostenderit Dominus* [7] *offerte per virum. Et quisquis ostensus fuerit per Dominum, cremabitur igni, & omnia quæ sunt ejus: quia transgressus est testamentum Domini, & fecit iniquitatem in Israel. Et vigilavit Jesus mane, & obtulit populum per tribus: & ostensa est tribus Juda. Et oblati sunt per plebes: & ostensa est plebs Zara. Et obtulit plebem Zaræ per domus: & ostensa est domus* [8] *Jambri. Et oblata est domus per viros: & ostensus est Achar filius Charmi filii Jam-* D *bri. Et dixit Jesus ad Achar: Da honorem hodie Domino Deo Israel, & da confessionem: & indica mihi, quid feceris, & ne celaveris me. Et respondit Achar ad Jesum, & dixit: Vere peccavi ante conspectum Domini Dei Israel. Taliter & taliter feci. Vidi in præda vestem variam* [9] *optimam, & ducentas argenti didrachmas & linguam unam auream*

a Deut. XIII. 6-10. *b* Jos. VI. 28. *c* Jos. VII. 1-26.

1. *Quam tenuerunt — ac sunt servientes*] Ita ex Tiliana editione Parisienses. At Lugdunenses ista permutantes edidere, *quam tenes tu ac sequaces. De te itaque* cet.

2. *Aut longe*] Post hæc verba legimus apud LXX. *ἀπ' ἄκρου τῆς γῆς ἕως ἄκρου τῆς γῆς, ab extremo terræ usque ad extremum terræ.* An ea studiose prætermiserit Lucifer, an vero exciderint librario, equidem hæreo. Paullo post *absistere* TE forte legendum, ut apud LXX. Mox vero post *Præceptum*, deesse *mihi* ex contextu videtur.

3. *Achar*] Hanc hujus nominis veram esse pronuntiationem, non *Achan* vel *Achor*, pluribus ostendit Cotelerius ad *Const. Apost.* lib. II. cap. Paullo ante *cur* pro *quia*, familiare Lucifero.

4. *Abigavit*] Sic ævo Luciferiano, pro *abegit*. Ex hoc autem auctoris nostri loco verbum ABIGARE transtulit Cangius in suum Glossarium; subditque præterea verbale nomen ABIGATOR ex Gloss. Græc. Lat. Mox *neglexerunt negligentia*. LXX. *ἐπλημμέλησαν πλημμέλειαν μεγάλην. Et deliquerunt delictum magnum*. Sed *magnum* abesse a Complut. ut ab Hebr. adnotavit Nobilius. Paullo post, *in Ge*, ut apud LXX. Vat. *εἰς Γαί*. Alex. tamen *εἰς Γαί*. Vulg. *Hai*.

5. *A porta*] Addit Latinius ex Vulg. ut est in Hebr. *usque ad Sabarim*. Sed frustra. Lucifer, ut assolet, LXX. lectionem *ἀπὸ τῆς πύλης* expressit.

6. *Si mansimus* cet.] Gr. *καὶ εἰ κατεμείναμεν καὶ κατῳκίσθημεν*: ubi deest illud *in terra*. Ceterum hæc reddit Lucifer pæne ad verbum e LXX. paullo quidem obscuriora: sed minime laudandi Lugdunenses, quibus placuit integrum hunc locum ad Vulgatam exigere.

7. *Offerte per virum*] Heic nonnulla deesse videntur. LXX. Vat. *καὶ τὸν δῆμον ὃν ἂν δείξῃ Κύριος, προσάξετε κατ' οἴκους· καὶ τὸν οἶκον ὃν ἂν δείξῃ Κύριος, προσάξετε κατ' ἄνδρα. Et populus quem ostenderit Dominus, applicabitis per domum: & domum quam ostenderit Dominus, applicabitis per virum.* Intermedia, *applicabitis per domum: & domum quam ostenderit Dominus*, ob vocum repetitiones, incurioso librario vel forte typographo exciderint: nam ea scripsisse Luciferum, satis produnt quæ paullo post sequuntur. Mox *per Dominum* non habent LXX.

8. *Jambri*] *Zambri* leg. juxta LXX. Vulg. *Zabdi*. Mox ibid. Ἀχαρ υἱὸς Ζαμβρὶ υἱοῦ Ζαρά. *Achar filius Zambri filii Zara*.

9. *Optimam*] Deest hæc vox apud LXX. Vat. In nonnullis tamen codd. & Complut. ut observat Nobilius, post *ψιλὴν ποικίλην* sequitur *καλήν*, vel *μίαν καλήν*. Statim vero editi, *ducentos argenti didragmam, & ligulam unam auream quinquaginta didragmatum, & concupivi eam & sustuli*. Exscriptoris vitia emendavimus e LXXvirali versione, ubi sic: *καὶ διακόσια δίδραχμα ἀργυρίου, καὶ γλῶσσαν μίαν χρυσῆν πεντήκοντα διδράχμων, καὶ ἐνθυμηθεὶς αὐτῶν ἔλαβον.*

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

quinquaginta didrachmarum: & concupivi ea & sustuli. Et ecce abscondita sunt in tabernaculo meo: & argentum absconsum est sub ipsis. Et misit Jesus nuntios: & cucurrerunt in tabernaculum: & hæc erant abscondita in tabernaculo, & argentum sub ipsis. Et tulerunt ea de tabernaculo: & attulerunt ad Jesum & ad seniores Israel. Et posuerunt ea ante Deum. Et apprehenderunt Achar filium Charmi, & produxerunt [1] *in vallem Achor, & filios ejus & filias, & vitulos ejus & subjunctoria & oves ejus, & tabernaculum ejus, & omnia quæ erant ejus. Et omnis Israel cum eo erat, & perduxerunt eos in* [2] *Emec Achor. Et dixit Jesus ad Achar: Quid exterminasti nos? Disperdat te Dominus, sicut hodierna die. Et lapidaverunt eum omnis Israel lapidibus: & imposuerunt super illum congestum lapidum magnum. Et cessavit Dominus ab indignatione iræ suæ.* Considera, Constanti, quali sis periturus exemplo, nisi tibi provideris tu; quas sis in æternum daturus pœnas. Achar propter prævaricationem mandatorum talia est consecutus: tu qualia mereris, hinc intelligi datur quod sis apostata. Si ille etenim quia habuerit de anathemate, tanto est punitus exitio; quanto magis tu sine dubio punieris gravius, qui fueris factus anathema, negando Dei Filium?

IV. In eo nos scelesti apud te, in eo superbi ac pervicaces, in eo petulantes; quia dicamus tibi, Sacrilegium fecisti, unici Filii Dei exsistendo negator; quia dicamus, Consule tibi, eripe animam tuam de laqueis diaboli. Quid novi facimus episcopi, si tibi ea dicamus quæ tu mereris audire; cum inveniamus illum sanctissimum Samuel Dei sacerdotem hæc dixisse ad Saul regem quæ infra lecturus es? [a] *Dolores* [3] *& gemitus ad te adducentur. Pro quibus nullius momenti fecisti verbum Domini, nullius momenti te faciet Dominus ne regnes.* Et iterum: *Quoniam nullius momenti fecisti verbum Domini; & ad nihilum rediget te Deus, ne sis rex super Israel.* Et infra: *Disrumpet Dominus regnum tuum ex Israel de manu tua hodie, & dabit illud proximo tuo meliori te.* Si hæc ille dixit ad Saul, propterea quod Domini præcepta præterierit; cur nos putas non libera voce dicere potuisse te esse sacrilegum, qui nisi converteris temet ad Deum, quod sit te ad nihilum redacturus? Si non te fuissemus hortati, si non ad satisfactionem provocaremus, merito diceres odiri te a nobis. Aut cum audias nos dicere, Pœnitere imperator, corrige vias tuas, ut misericordiæ invenias locum; arbitror considerare te oportuisse, quod enim diligaris a nobis, amaris a nobis: & tu in eo nos exsecraris, cur maneamus in fide apostolica; reddis mala pro bonis. Non miramur si vos ex quo receditis a Dei voluntate & facere non definitis desiderium diaboli, bene vobis fieri poscentibus Deum atque cupientibus repræsentetis mala; quandoquidem sit vobis insitum male agere, quippe qui a bono ad malum feceritis transitum, hoc est ad diabolum. Si nos tu persequeris diligentes te, omnia tibi summa cupientes provenire; non magnum nec novum, quando & istum Samuel prophetam atque sacerdotem Domini Saul fuerit persecutus. Persequebatur eum per quem & in regem unctus fuerat, & cujus preces ad Dominum jugi obsecratione dirigebantur pro incolumitate utique istius persecutoris. Si nobis non credis dolere nobis sacerdotibus Dei pro te, propterea quod tantas hauseris errorum tenebras, quod sic temet sis mactans; Deo dicenti crede ad Samuel propter Saul: [b] *Usquequo luges tu in Saul? Ecce ego expello illum, ne regnet super Israel.* Et supra: [c] *Et factum est verbum Domini ad Samuel dicens: Pœnitet me quod constituerim regem Saul, quoniam aversus est a me & verba mea non statuit. Et contristatus est Samuel, & clamavit ad Dominum tota nocte. Et ante lucem.* Cum hæc propter Saul regis incolumitatem Samuel sacerdos egerit; tamen Saul postea persequebatur Samuelem, nec cognoscens miser, quod prophetam atque sacerdotem persequeretur Domini: ita & tu ignorans quid faciens sis, persequeris nos, qui te placere Deo cupiamus, & amas eos qui secum te ad æternam mortem trahant: ad perpetuam Domini offensam, indignaris cur vera audias, cum videas Samuel sacerdotem Domini non [4] adulatum regi. An numquid decuerat aliud præcessores nostros, aliud nos agere? Cur tibi vera dicamus, superbi tibi videmur. Quid a nobis audisti? nempe quod homicida sis: si mentimur, tunc contumeliosi, tunc superbi recte dicimur a te: si vero rem dicamus veram, non sumus contumeliosi; sed hi qui imitemur illos, qui commissis sibi non adulando, sed eos salubriter præmonendo, Dei effici meruerint dilectissimi.

V. Ad Helisæum interficiendum prophetam ut rex misit Israel, si minime legisses dixisse Helisæum ad eos qui secum fuissent, [d] *Si vidistis, quoniam filius homicidæ illius misit ad auferendum caput meum?* merito, ut reum me injuriarum peteres. Spiritu sancto plenus propheta homicidæ filium vocavit regem Israel, hoc est filium diaboli; non quia patrem illius carnalem dixisset homicidam, sed diabolum cujus se filium esse, ut tu nunc te actibus tuis aperis, & ille se esse monstrabat Dei persequendo servos, prophetas illius clementiæ interficere audendo. Omnia hæc ut faciatis, diabolus vestra instigat corda. Quod ita esse, accipe Dominum dicentem Judæis in Evangelio: [e] *Vos de diabolo patre nati estis, & concupiscentias patris vestri facere vultis. Ille enim homicida fuit ab initio.* Propheta, inquam, Domini plenus Spiritu sancto regem Israel homicidæ filium vocat, hoc est diaboli: & nos arbitraris contumeliam tibi facere, quia dicamus te esse interfectorem servorum Dei, esse carnificem corporum nostrorum, esse te totius cogitationis virum injustitiæ, destructorem religionis, negatorem unici Filii Dei? Quæ te facere cernimus, [5] hæc dicimus: quod es, hoc te esse clamamus. Dicis nos petulantes, quoniam quidem quod est, tibi dicamus. Dicas velim unde meruerit a Domino talia audire rex Israel?

a 1. Reg. xv. 23. 24. 26. 28. b 1. Reg. xvi. 1. c 1. Reg. xv. 11. 12. d iv. Reg. vi. 32. e Joan. viii. 44.

1. *In vallem Achor*] Ita LXX. *εἰς φάραγγα* Αχώρ. Editi male, *in valle Achar*, ut ex sequentibus constat. Mox *subjunctoria* Luciferi stilo, id est *subjugalia*, ὑποζύγια.

2. *Emec Achor*] Editi librariorum inscitia, *Mecachor*. LXX. Vat. Εμεκαχώρ. Alex. Εμὲκ Αχώρ. Ubi observat Nobilius, Luciferum retinuisse dictionem Hebræam, quæ significat *vallem Achor*, aut *vallem turbationis*.

3. *Dolores & gemitus ad te adducentur. Pro quibus* cet.] Sic ferme superius *de Regib. apostat.* §. V. *Dolores & gemitus ad te adduxisti*. LXX. Ὀδύνην καὶ πόνους θεραφὶν ἐπάγουσιν. ὅτι ἐξουδένωσας κ. τ. λ. *Dolorem & labores Theraphin inducunt. Quia sprevisti* cet.

4. *Adulatum regi? An numquid*] Sic emendat Latinius locum in editis plane corruptum, *adulatum regi animum. Quid* cet. Redundare quidem videtur sive *an*, sive *numquid*: verum id forte a Lucifero minime alienum. Mallem tamen, *Aut numquid*, ut paullo ante, *Aut cum audias*. Quæ sane loquendi ratio auctori nostro perfamliaris.

5. *Hæc dicimus*] Editi, *didicimus*. Latinius *dicimus* reponit: & recte quidem; paullo enim superius *quia* DICAMUS *te esse interf.* Præterea ex Tilii conjectura, HOC *dic*, QUOD, scripserit forte Lucifer.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



[a] *Eapropter quod fecisti bona coram me, & fecisti* A *secundum cor meum & secundum animam meam domui Achab, filii tui quarta progenie sedebunt tibi in throno Israel.* Dic inquam, cur hæc audire a Deo meruerit? quia pepercerit Dei inimicis, an quia eos quam acerrime fuerit etiam gladio persecutus, an quia interfecerit filium Achab idololatram & quadraginta ejus filios, Jezabelem quoque reginam quod exstinctam projecerit canibus, omnesque servos Baal cum omnibus sacerdotibus & prophetis confusionis ore exstinxerit gladii? quod simulacra destruxerit, placet Deo. Nos quid agere circa te decuerat, ne nos contumeliæ designares reos circa te, quem Achab & Jezabel vias tenentem videmus? Non est novum quod agis facere contra Deum, impugnare ejus domum, persequi ejus antistites, eos per quos te monet ut tibi consulas; ut dum est locus pœnitentiæ, temet trahas a malo.

VI. Fuerunt tibi ante te in sacrilegio similes, sic idolis servientes derelicto Deo patrum suorum. In libro secundo Paralipomenon, Amasiam regem Juda commonitum a Deo per prophetam, ne ex filiis Israel quos centum [1] millibus talentis argenti conduxerat, secum fuissent profecti ad bellum; propterea videlicet quod Deus dereliquisset Israel, quoniam quidem dereliquissent Deum & idolis serviissent. Obtemperavit rex prophetæ verbis, credidit Dei fuisse comminationem. [2] Quid hic facit? Post- C ea quam adversarios suos subegit, eorumdem idola tollenda atque ad regnum suum transferenda putavit & ipsa adoranda. Cui quia dixerit ille Dei homo, non bene illum egisse, ut Deum derelinquens idola coleret gentium; fortiter est Domini prophetam iste rex persecutus. Conspicis, quod in vobis conversis in apostasiam, semper unus fuerit animus ad persequendos eos qui vobis bene velint? [b] *Et factum est*, dicit scriptura sancta, *postea quam venit Amasias percutere Idumæam, & attulit inde deos montis Seir: & statuit eos sibi in deos, & in conspectu eorum adorabat, & ipse eis immolabat. Et facta est* [3] *super eum ira Domini in Amasiam: & misit ad eum prophetam Baneam: dixitque ei Ba-* D *neas, Quid quæsisti deos populi qui non liberaverunt populum suum de manu tua? Et factum est, ut loqueretur ei, dixit ad eum: Numquid consiliarium regis dedi te? Cave tibi, ne flagelleris.* Vides, Constanti, quam amentes efficiamini postea quam placuerit vobis diabolo vivere servientes, postea quam placuerit vobis, nescire Deum totum potentem, postea quam elegeritis vobis in contumeliam Dei vos oportere statuere idololatriam. Ut enim ille dixit, *Numquid in consiliarium regis dedi te? Cave tibi, ne flagelleris*; ita & tu dicis, Numquid vos mihi consiliarios elegi, ut non prout mihi placitum est geram, ut non hanc teneam viam quam tenuerit Arius? Nec conspicis quo exemplo interierit E Arius, quomodo in eum fuit vindicatum divinitus. Interea quia dicis nos tibi esse contumeliosos, vide hunc Dei hominem non pepercisse consacrilego tuo illi regi; sed postea quam dictum est ei, *Tace, ne flagelleris*, dixisse ad illum: [c] *Scio ego quoniam Dominus Deus disperdet te qui fecisti istud, & non obaudisti consilium meum.* In qua re nos sentis contumeliosos? nempe quia dicimus tibi, Nos scimus, quod enim nisi tibi provideris ut convertaris ad Deum, sit te Dominus ad æternam pœnam damnaturus. Hæc est contumelia, hæc omnis injuria, quia tibi dicatur per Dei antistites, in æternum te interiturum, nisi correxeris vias tuas. Non credidit ille rex homini Dei. Quid statim ei acciderit, dicit sancta scriptura sic: [d] *Et in tempore quo discessit Amasias a Domino, insurrexerunt ad eum insurrectione: & fugit ab Hierusalem* [4] *in Lachis, & interfecerunt eum in Lachis.* Sic & te malorum tuorum facta poterunt conservare, tueri ac defendere, quomodo & illum qui dixit homini Dei pro salute ipsius loquenti, *Numquid consiliarium te regis constitui? Tace, ne flagelleris.*

VII. Non est a nobis primum factum, si dicamus tibi erranti, ordinationi Dei resistenti, novas vias constituere laboranti, Male facis non ire per viam per quam omnes Dei cultores ad cælestia regna pervenerunt. Legisti [5] Odiam regem jurgatum a sacerdotibus Domini, cur illicita fuisset ausus gerere: [e] *Et intravit*, inquit scriptura, *in templum Domini incensum ponere super altare. Et intravit post eum Ozias sacerdos, & cum ipso sacerdotes Domini* LXXX. *filii virtutis: & surrexerunt super Odiam regem, & dixerunt ei, Non licet tibi Odia incendere Domino, sed sacerdotibus filiis Aaron, qui sanctificati sunt, ut incendant. Exi de sanctis, quoniam recessisti a Domino: & non erit tibi istud in honore a Domino Deo.* Dicis contumeliosos illi fuisse regi Domini sacerdotes, nec ne? Si nec dum fuerunt contumeliosi; nec nos tibi videamur, quandoquidem similia audias a nobis quæ audierit & ille: Non licet tibi, Constanti, Ariano cum Dei convenire populo: Non licet tibi idololatriæ, Arianæ hæresis auctori, negatori unici Filii Dei, de Dei sacerdotibus judicare sacrilego, fingens te Christianum, cum sis antichristi præcursor: Non erit tibi bonum, ut Dei tollens sacerdotes, ordines adversarios ejus, collegas scilicet sacrilegii tui. Cum hæc audis, irasceris nobis; iratus est & illis tunc sacerdotibus Domini Ozias rex. Sed adverte illos Deo dicatos perpetuum status sui tenuisse honorem; Oziam vero ad opprobrium sempiternum lepræ confestim varietate maculatum. [f] *Et iratus est*, inquit, *Ozias; &* [6] *in manu ejus erat altare, ut incenderet in ara. Et lepra apparuit in fronte ejus in conspectu sacerdotum in domo Domini.* Hæc ita sunt: & arbitraris te contumacem, prævaricatorem non trahere offensam

a IV. Reg. X. 30. *b* II. Paral. XXV. 14-16. *c* Ibid. ℣. 16. *d* Ibid. ℣. 27. *e* II. Paral. XXVI. 16-18. *f* Ibid. ℣. 19.

1. *Millibus*] Delenda hæc vox. Nam II. *Paral.* XXV. 6. sic legimus apud LXX. Καὶ ἐμισθώσατο ἀπὸ Ἰσραὴλ ἑκατὸν χιλιάδας, δυνατοὺς ἰσχύϊ, ἑκατὸν ταλάντων ἀργυρίου. *Et mercede conduxit de Israel centum millia, potentes fortitudine, centum talentis argenti.* Sed locum Luciferi perverterit librarius, ita restituendum: *Ne ex filiis Israel* CENTUM MILLIBUS QUOS CENTUM *talentis argenti conduxerat.* Paullo superius reponendum forte, *legimus* aut quid simile, ut sensus constet.

2. *Quid hic facit? Post.*] Ita cum Latinio menda editorum sustulimus, qui sic se habent: *Credidit Dei fuisse comminationem, quia hic* (Lugdun. *hac*, male) *facit, postquam* cet.

3. *Super eum — in Amasiam*] Priora redundant. Leg. ut apud LXX. *Et facta est ira Domini super*, vel *in Amasiam*. Mox vero, *Baneas*, prophetæ nomen unde hauserit Lucifer, quis me doceat?

4. *Ab Hierus. in Lachis, & interf. eum in Lachis*] Editi mendosissime, *in lucis* (Lugdun. *in lacis*) — *in equis*. LXX. Vat. utrobique, εἰς Λάχις. Alex. Λαχείς.

5. *Odiam regem — Ozias sacerdos*] Ita vetus codex, præferens *Odiam* regem pro *Ozia*, & *Oziam* sacerdotem pro *Azaria*. TILIUS. — Mox vero editio Tiliana recte *Oziam* regem exhibet.

6. *In manu ejus erat* ALTARE] LXX. θυμιατήριον, *thuribulum*. Legebat ergo Lucifer in suo exemplari θυσιαστήριον, *altare*. Erratum scribæ alioquin ex contextu facile agnoscendum.

apud eum, qui nos suæ claritudini perpetuo præceperit sacerdotii repræsentare officia? Quæ ista nostra, Constanti, superbia est, quæve arrogantia? Si quia te videamus morbidum esse, pestiferum, quippe Arianum, elephantiam in te esse: quia istam consideremus, illam quam Arius habuerit; quod urgeamus te secedere a populo Dei, sicut illi sacerdotes Domini Oziam de templo compulerint egredi; quia te ita cogamus dare Deo honorem? Si enim Oziam Dei sacerdotes idcirco pellebant ex aula Dei, quia meminissent divinitus præceptum, leprosos ante expiationem ingredi templum prohibitos; quanto magis nos digne te conspicis ex Ecclesia pellere Christi, de domo Domini; quia non sit licitum hæreticum convenire cum Catholicis, insanum cum sanis, plenum immundis spiritibus, cum eis in quibus inhabitat Spiritus Dei? Quæ hæc contumelia est, si sacerdotes Domini zelo eo accensi quo sunt semper prædecessores nostri, tibi dicimus quæ nostræ conducant ac tuæ saluti? Petulans est, inquis, Lucifer. Hinc petulans, quia te urgeam elephantiam rejicere Arii, atque per hanc quam prædicaverunt Apostoli beatissimi fidem, quamque nos sumus (ut cernis) tenentes, [1] tuæ mentis adeptum sospitatem, teque totum ereptum e laqueis diaboli, temet in æternum gaudeas Deo quæsitum.

VIII. Tu qui nos ingentis supercilii esse flagitas, invenisti scriptum quid Josias rex Juda de consacrilegis fecerit tuis, de talibus qualis tu esse hodie conspiceris: quo modo eorum quam plurimos etiam post mortem fuerit persecutus, ossa eorumdem ignibus consumens. Sed illum decuit regem tanto zelo persequi Dei hostes: nos episcopos, nos Dei sacerdotes indignum fuerat tibi resistere, idololatriam introducenti in Ecclesiam? Ille gladio interfecit consacrilegos tuos, reliquias etiam olim sepultas est persecutus, cupiens cultor inveniri Dei fidelissimus: nos contra, nec verbo tibi resistere oportuerat, tibi Dei inimici amico, tibi omnium carissimo in apostasiam conversorum Angelorum, tibi qui factus es per hanc blasphemiam tuam Deo inimicus? Accipe igitur in quarto Regnorum libro, quæ propter illa quæ circa coimmundos tuos gesserit Josias servus Domini rex Judææ, adeptus fuerit: & tandem desine de nobis dicere, Superbi sunt atque contumeliosi. [a] *Fecit*, inquit, *quod rectum est ante conspectum Domini, & ambulavit in via patris sui David, & non declinavit dextra aut sinistra.* Item infra, postea quam domos reædificavit Domini, & sacerdos misisset legis librum ad regem: [b] *Et factum est, cum audisset rex verba libri legis, conscidit vestimenta sua. Et mandavit rex Helchiæ sacerdoti, & Alchinæ filio Josaphat, & Achiliæ filio Melchiæ, & Saphan scribæ,* [2] *& Joas filio regis dicens: Quærite a Domino pro me & pro omnibus Juda de verbis libri hujus inventi: quoniam magna ira Domini accensa est in nobis; quoniam non audierunt patres nostri verba libri hujus secundum omnia scripta ut facerent. Et abiit Helchias sacerdos, & Achicam* [3] *& Saphan, & Joas ad Oldam prophetissam,* [4] *uxorem Sellum filii Thecuæ, filii Aras vestium custodis. Et ipsa habitabat in Hierusalem. Et loquuti sunt ad eam secundum hæc: Et dixit eis: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Dicite viro qui misit vos ad me: Hæc dicit Dominus: Ecce adducam mala super hunc locum & super inhabitantes eum, secundum omnia verba libri hujus quæ legit rex Juda;* [5] *pro quibus dereliquerunt me, & intenderunt diis alienis, & exacerbaverunt me in operibus manuum suarum: & incensa est ira mea in hoc loco, & non exstinguetur. Et ad regem Juda qui misit vos, ut quæreretis a Domino, hæc dicetis: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Verba mea quæ audisti & reveritus es a facie mea, quia audisti quæ loquutus sum in locum istum & inhabitantes illum,* [6] *fieri in eremo, & in maledictionem; & scidisti vestimenta tua, & plorasti ante conspectum meum: & ego audivi, dicit Dominus virtutum: Propter hoc ego adduco te apud patres tuos, & colligeris ad sepulcrum tuum in pace: & non videbunt oculi tui omnia mala quæ ego inducam in locum istum, & super inhabitantes in illo.* [c] *Et respondit* [7] *regi verbum. Et misit rex Josias, & collegit ad se omnes presbyteros Juda in Hierusalem. Et ascendit rex ad Dominum, & omnes viri Juda, & sacerdotes & Levitæ, & omnis populus, a pusillo usque ad majorem. Et legit rex in auribus populi omnia verba libri testamenti, qui inventus est in domo Domini. Et stetit rex ad columnam, & disposuit testamentum quod inventum est in domo Domini, ante conspectum Domini, ire post Dominum, & observare mandata ejus & testificationes & præcepta ejus in toto corde, & tota anima statuere omnia verba testamenti istius scripta in libro isto. Et transivit omnis populus in testamentum, quod disposuit rex ex libro. Et mandavit rex Helchiæ sacerdoti magno & sacerdotibus* [8] *secundariis, & custodientibus Ephod, ut ejicerent de domo Domini omnia vasa quæ fecit ad Baal* [9] *& Asera, & omni militiæ cæli: & combussit il-*

a IV. Reg. XXII. 2. *b* Ibid. ℣℣. 11-20. *c* IV. Reg. XXIII. 1-16.

1. *Tuæ mentis adeptum sospitatem*] Sic legimus cum Latinio. Editi perperam, *tua menti es adeptus sospitatem.*

2. *Et Joas filio regis*] LXX. καὶ τῷ Ἀσαίᾳ δούλῳ τοῦ βασιλέως. *Et Asaiæ servo regis.* Neque aliter Vulg. Paullo superius mendis obsita videntur ea nomina, sic forte juxta LXX. reformanda: *Et mandavit rex Chelciæ sacerdoti, & Achiam filio Sapphan, & Achobor filio Michææ, & Sapphan scribæ.*

3. *Et Achicam — & Joas*] Post *Achicam* legimus apud LXX. *& Achobor.* Mox pro *Joas* leg. ut modo notatum, *Asaias.*

4. *Uxorem Sellum — vestium custodis*] Ita cum Vulg. LXX. Alex. γυναῖκα Σελλοὺμ. At Vat. μητέρα Σελλὴμ, *matrem Sellem.* Quod animadvertit etiam Nobilius. Editi Luciferiani, *ux. Sellæ filii Tacuellarum vestis custodem.* Corruptissime. Locum restituimus e LXXvirali versione cod. Alex. Σ. υἱοῦ Θεκκουὲ, (Vat. Θεκουάν) υἱοῦ Ἀρὰς τοῦ ἱματιοφύλακος. *S. filii Theccue, filii Aras vestium custodis.* Concinit Vulg. Ceterum ineptus librarius vocis monstrum TACUELLARUM ex his, THECCUE FILII ARAS, conflavit.

5. *Pro quibus*] Litteram LXX. expressit Lucifer, ἀνθ' ὧν. Clarius, *pro eo quod.* Mox pro *succensa est*, habent LXX. ἐκκαυθήσεται, *succendetur*: quod aptius respondet sequenti σβεσθήσεται, *exstinguetur.*

6. *Fieri in eremo*] Sic Tiliana editio. LXX. τοῦ εἶναι εἰς ἀφανισμὸν, *ut sint in perditionem.* Mox editi, *abduco te*: male, ut videtur, pro *adduco* quod reposuimus. LXX. προστίθημί σε. Paullo post, *& non videbunt oculi tui omnia mala.* Ita plane Complut. cum Theodoreto: καὶ οὐκ ὄψονται οἱ ὀφθαλμοί σου πάντα τὰ κακά. In eamdem sententiam, sed aliis vocibus, Vat. & Alex. Ceterum in edito Tiliano deest negatio, errore manifesto, ut advertit Nobilius.

7. *Et respondit*] Sic Tilii editio. Τὸ *respondit* in mendo cubare putarim. LXX. καὶ ἐπέστρεψαν, *& retulerunt.* Mox ibidem, *Juda* ET *Hierusalem.* Paucisque interjectis, *ire — & observare — & statuere.* Heic, ut sæpe alias, litteræ inhæsit Lucifer, τοῦ πορεύεσθαι -- καὶ τοῦ φυλάσσειν -- τοῦ ἀναστῆσαι. Vulg. *ut ambularent — & custodirent — & suscitarent.*

8. *Secundariis*] Legebat Lucifer, ut in Complut. τοῖς δευτερεῦσι. At Vat. & Alex. τῆς δευτερώσεως, *secundi ordinis.*

9. *Et Asera*] Mendose procul dubio. LXX. καὶ τῷ ἄλσει, *& luco.* Theodoretus, inquit Nobilius, notat τὸ ἄλσος esse Astartem & Venerem, ab aliis interpretibus dictum *Astaroth.*

la foras extra Hierusalem [1] *in incendio rivi Cedron.* A *Et sumsit cineres illorum & sparsit in rivum. Et abiit in Bethel. Et combussit sacerdotes quos constituerant reges Juda, ut incenderent in excelsis civitatum Juda, & circa Hierusalem incendebant Baali, & soli & lunæ, & omni militiæ cæli. Et extulit lucum de domo Domini foras extra Hierusalem in rivum Cedron. Et extenuavit cinerem, & projecit in monumentum filiorum plebis. Et extraxit filios illorum qui erant in domo Domini, quorum mulieres officiabantur ibi ad stolas. Et introduxit omnes sacerdotes ex civitatibus Juda: & coinquinavit sancta ubi incendebant sacerdotes de Gabaa usque Bersabee, & detraxit excelsa illorum.* Et infra: *Et coinquinavit* [2] *Pheth quod erat in Gehennam, quoniam perduxerunt quisque filium suum & filiam suam in ignem Moloch.* [3] *Et deposuit equos quos posuerant reges Juda Soli ab introitu domus Domini ad pastophorium Nathan regis eunuchi, qui in Pharurim.* [4] *Et fontem Solis combussit in igne in domo domus quam ædificaverant reges Israel excelso illi Baal & omni militiæ cæli:* [5] *& sacraria quæ erant supra ædificia superiorum Achaz, quæ fecerant reges Juda. Et sacraria quæ fecit Manasses in duobus ædificiis domus Domini, detraxit rex, & expulit illa inde, & projecit cineres illorum in rivo Cedron.* [6] *Et excelsos quæ fecerant a facie Hierusalem, quod erat in dextro montis Mosthath, quod ædificavit Salomon rex Astarte simulacro Sidoniorum,* [7] *& Chamos idolo, & Moloch simulacro filiorum Ammon, polluit rex, & contribulavit titulos, & implebat loca illorum ossibus hominum. Et sacrarium quod in Bethel, excelsum quod fecit* [8] *Hieroboam filius Nabat, in quo fecit peccare Israel; & sacrarium illud excelsum detraxit, & contribulavit lapides illius, & attenuavit in pulverem, & accendit lucos eorum. Et reversus est Josias rex: & vidit monumenta quæ erant ibi in monte. Et sumsit ossa de monumento, & combussit super sacrarium, & polluit illud secundum verbum quod locutus est homo Dei, cum staret Hieroboam in die festo ad aram.*

IX. Quid cognoscis, Constanti, factum esse a re- D ge cultore Dei? Et nos te idololatriam introducentem in Ecclesiam quia verbo percutimus, Contumeliam, inquis, mihi facit Lucifer: cum, si illius fuisses temporis homo, gladio possis exstingui; aut si jam fuisses defunctus, etiam ossa tua, quippe sacrilegi, fuissent igni perducta ad nihilum? Ille gladio reos tanti sceleris percutit: nos te nec verbo vulnerare decuerat? Conspicis interea hoc etiam loco in civitatem Dei, in Domini domum & in templum ejus introduxisse consacrilegos tuos illos reges, idololatriam quam iste exterminarit Josias rex Deo dicatissimus: nec existimes te tantum hoc opus implere contra Deum fuisse aggressum. Noli itaque dicere, Si male agerem, jam in me Deus dedisset B vindictam: sed potius, obsecro, videas captum te detineri a diabolo, in ejus te degere potestate, sicut & illi reges quorum operam Josias persecutus est rex. Cur blasphemias exsecremur tuas, cur resistamus iniquis conspirationibus, videmur tibi esse injuriosi. Sic & Judæis quorum imitatores estis, videbantur contumeliosi, superbi, sanctissimi prophetæ beatissimique Apostoli. In libro Amos prophetæ: [a] *Et misit*, inquit, *Amasias sacerdos in Bethel ad Hieroboam regem Israel, dicens: Conventum facit adversum me Amos in media domo Israel. Non poterit terra sufferre verba ejus; propter quod hoc dicit Amos: In gladio morietur Hieroboam: Israel autem captivus ducetur a terra sua. Et dixit Ama-* C *sias* [9] *ad Amos: Vade, discede in terram Juda, & ibi commorare, & ibi prophetabis. In Bethel autem jam non adjicies prophetare; quia sanctificatio regis est, & domus regni est. Et respondit Amos, & dixit ad Amasiam: Non eram propheta, neque filius prophetæ sum ego: sed pastor eram caprarum,* [10] *vellicans. Et assumsit me Dominus de ovibus, & dixit ad me: Vade, prophetare in plebem meam Israel. Et nunc audi verbum Domini. Tu dicis, Non prophetabis in Israel,* [11] *& non congregabitur in domo Jacob. Propter hoc hæc dicit Dominus Deus: Uxor tua in civitate prostabit: & filii tui & filiæ tuæ gladio decident, terra tua funiculo metebitur: & tu in terra immunda morieris: Israel autem captivus* D *ducetur in terram suam.* Cum hæc esse facta vide-

a Amos VII. 10-17.

1. *In incendio rivi Cedron*] Seniores LXX. ἐν Σαδημὼθ Κέδρων. Ad quem locum monet Nobilius, *Sademoth* significare *campestribus* aut *convalle*, ut in Vulg. *In incendio* itaque dixerit Lucifer pro loco, ubi mortuorum cadavera cremabantur, atque in cineres redacta projiciebantur exinde in rivum seu torrentem Cedron.

2. *Et coinq. Pheth quod erat in Gehennam*] Ita restituit Cotelerius ad *Constit. Apost.* lib. II. cap. XXII. depravatam editorum lectionem, *Phem quod erat in Cepenam*. Græce: καὶ ἐμίανε τὸν Τοφὲθ τὸν ἐν φάραγγι υἱοῦ Ἐννόμ. Unde concludit V. C. legisse Luciferum τὸ Φὲθ τὸ pro Τοφὲθ τὸ, quod habet editio Complutensis.

3. *Et deposuit equos* cet.] Locus iste apud Luciferum miseris modis acceptus; mutilatione, corruptione, transpositione afflictus, nec absque mss. codicibus sanabilis. Etenim post vocem *Moloch*, editi sic se habent: *Posuerant reges Juda Soli ab introitu domus Domini ad pastorium, quos posuit tres equos, qui in Faradin.* Quis hæc intelligat nisi conferantur cum Græcis? Hanc observationem, simulque loci Luciferiani restitutionem acceptam referimus Cotelerio ad *Const. Apost.* lib. II. cap. LVII.

4. *Et fontem Solis*] LXX. καὶ τὸ ἅρμα τοῦ ἡλίου, & *currum Solis*. Quæ vero sequuntur, *in domo domus* — *militiæ cæli*, mendosa illa quidem, aliunde hausta atque huc translata videntur. Ceterum post *in igne* legendum fuerit *in domo Domini*.

5. *Et sacraria* — *reges Juda*] Editi perperam: *& sacraria erant supra ædificia superiorum, Achas quæ fecerat rex Juda.* LXX. καὶ τὰ θυσιαστήρια τὰ ἐπὶ τοῦ δώματος τοῦ ὑπερῴου Ἀχάζ, ἃ ἐποίησαν βασιλεῖς Ἰούδα. *Et altaria, quæ super solarium cœnaculi Achaz, quæ fecerant reges Judæ.* Mox leg. forte *in rivum* seu *torrentem Cedron*. Gr. εἰς τὸν χείμαῤῥον Κέδρων.

6 *Et excelsos quæ fecerant a f. H.*] Corrupta isthæc reformanda ex Græcis: καὶ τὸν οἶκον τὸν ἐπὶ πρόσωπον Ἱερουσαλήμ: adeoque legendum forte, *Et excelsum quod fuerat a f. H.* ut paullo post, *excelsum quod fecit Hieroboam*. Mox *Mosthath* reposuimus, ut apud LXX. Μοσθάθ, ubi vulgo prave, *amissa*.

7. *Et Chamos idolo & Moloch*] Vox *Moab* post *idolo* librario exciderit. Mox editi *Mulcro*: pessime, ut videtur. Ex LXX. *Moloch* rescripsimus. Vulg. *Melchom*. Paullo post, *& contribulavit titulos, & implebat*: ubi LXX. Vat. καὶ συνέτριψε τὰς στήλας καὶ ἐξωλόθρευσε τὰ ἄλση, καὶ ἔπλησε. *Et contrivit statuas*, ET EXTERMINAVIT LUCOS, *& im-* E *plevit* cet. Intermedia forte absunt a Lucifero librariorum incuria.

8. *Hier. filius Nabat*] Ita cum LXX. & Vulg. emendavimus, quod vulgo effertur, *Hier. filius Natæ*.

9. *Ad Amos: Vade*] LXX. πρὸς Ἀμώς· ὁ ὁρῶν βάδιζε. *Ad Amos: Qui vides, vade.* A priore *vides* ad posterius *vade* oculos convertens librarius, præcedentia omiserit.

10. *Vellicans*] Apud LXX. κνίζων συκάμινα. *Vellicans sycamina.* Nullus dubito quin ita scripserit Lucifer. Theodoritus habet συκαμίνους. Quem in locum adi sis Nobilium. Hesychius: Συκάμινα· μορέα. Συκομορέα· συκάμινον.

11. *Et non congregabitur in domo Jacob*] Seniores LXX. καὶ οὐ μὴ ὀχλαγωγήσῃς ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακώβ. *Et ne congreges turbas contra domum Jacob.* Mox *prostabit*. Gr. πορνεύσει, *fornicabitur*. Ubi tamen sanctus Hieronymus ex Symmacho πορνευθήσεται, *fornicationem sustinebit*, ut advertit Nobilius. Paullo post, *metebitur*. Gr. μετρηθήσεται, *dimensurabitur*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



ris ab eo, qui veritatem & correptionem populo suo erranti voluerat nuntiari; cur dicas nos insolentes, cur contumeliosos, quia quæ sunt erratico tibi vera dicamus? quia non tuam audiamus vocem dicentem, Nolite credere sicuti crediderunt Patriarchæ, Apostoli ac Martyres; sed credite quomodo tradiderit Arius? In quibus rebus apud te superbi invenimur, nisi in hoc quod sacrilegia tua exsecremur, præceptaque tua ut gladios atque venena vitemus? Non hoc factum a nobis est primum: omnes illi qui jam Deo placuerunt, hanc tenentes fidem quam nos prædicamus, istud fecerunt: nemo mortem timuit suscipere pro Deo ex ejus servis: nemo famulorum ejus cogitavit tormentorum genera quæ a vobis inferuntur tyrannis, sed illius præcepta ante oculos habuit.

X. Sic Tobias gloriosus, præcipuus invenitur factus apud Dominum, dum non comperditi tui regis timet edictum, sed solum totum potentem Deum. Hæc ita esse, ipsi crede Tobiæ dicenti: [a] *Ubi venit Sennacherib rex de Judæa, fugiens* [1] *propter defensionem quam fecit ex illis Dominus, propter blasphemias illius quæ blasphemavit, & occidit in ira sua multos ex filiis Israel: ego autem corpora illorum involabam, & sepeliebam. Et renuntiatum est regi quia sepeliebam, & quærebat ut occideret me: ego autem fugi. Et direpta est omnis substantia mea, & nihil mihi remansit plus quam uxor Anna, & Tobias filius meus. Et contigit* [2] *post dies* XLII. *occiderunt regem illum filii ejus, & regnavit* [3] *Arcedonossar filius ejus pro eo illic.* [b] *Et cum venissem in domo mea, & reddita est mihi uxor mea Anna, & filius meus Tobias. In Pentecoste die festo nostro, qui est sanctus ex septimanis, factum est mihi prandium bonum: & discubui ut pranderem. Et posita est mihi mensa. Et vidi pulmentaria quam plurima, & dixi Tobiæ filio meo: Vade, & adduc quemcumque pauperem inveneris ex fratribus nostris qui sunt captivi in Ninive, qui tamen in mente habent Deum in toto corde suo: hunc adduc, & manducet pariter mecum hoc prandium: ecce sustineo te fili, donec venias. Et exiit Tobias inquirere aliquem pauperem captivum ex fratribus nostris. Et reversus dixit mihi: Pater. Et dixi: Quid est fili? Et dixit mihi: Ecce unus de natione nostra occisus laqueo circumdato projectus est. Et exii relicto prandio meo, antequam aliquid ex illo gustarem: & sustuli illum de platea in unum locum apud me, donec sol occideret, ut illum sepelirem. Et reversus lavi, & manducavi prandium meum cum luctu. Et rememoratus sum sermonum prophetæ Amos quos locutus est in Bethel, dicens: Convertentur dies festi vestri in luctum, & omnia cantica vestra in lamentationem. Et lacrymatus sum. Et postquam sol occidit, abii, & fodi, & sepelivi illum. Et omnes proximi mei deridebant me dicentes: Quomodo non timet hic homo? Jam enim inquisitus est hujus rei caussa ut interficeretur: & fugit, & iterum sepelire cœpit mortuos.* Cum conspicias itaque Dei servos non vestram crudelitatem tyrannorum semper timuisse, ac nunc timere posse, sed præcepta cogitasse Domini ac cogitare; quomodo tu nos dignaris petulantes judicare? Nempe quia faciente Deo tuam calcemus ut lutum potentiam. Hoc non faciunt vires nostræ, sed tribuit illius misericordia, quem exsecrari dignaris in nobis.

XI. Dicit Deus ad Ezechielem prophetam: [c] *Fili hominis, mitto te ad domum Israel, quia amaricaverunt me, ipsi & patres eorum usque in hodiernum diem. Et dices ad illos: Hæc dicit Dominus: si audierint aut trepidaverint, quoniam domus amaricans est: & cognoscent quoniam propheta es tu in medio eorum. Et tu fili hominis ne timueris eos, neque trepidaveris a facie eorum: quoniam* [4] *effuriabuntur, & concurrent super te in circuitu: & in medio scorpionum tu inhabitas. Sermones eorum ne timueris, & a facie eorum ne trepidaveris; quoniam domus amaricans est. Et loqueris verba mea ad eos: si forte audierint vel expaverint: quoniam domus amaricans est.* Contumaces videmur tibi, ut iste Deo soli dicatus videbatur propheta illis, quorum tu tenebras sequeris. Nempe hinc Ezechiel propheta apud Judæos coapostatas tuos contumax; hinc superbus regibus videbatur Israel, quia Domini impleret mandata, qui eisdem loqueretur quæ præcepisset eum loqui Deus. Recte nos superbos appellas, nos per quos omnia præcepta sua voluit ad populorum credentium perferri notitiam: recte, inquam, insolentes designas nos Dei antistites, si nos ea tibi dicamus quæ voluerit Deus dici ad vos? Odis amantes te, persequeris bene tibi cupientes; sed non metuere possumus frendores carnificinæ tuæ. Audis etenim Dominum dicere: *Et tu fili hominis, ne timueris eos, neque trepidaveris a facie eorum: quoniam effuriabuntur, & concurrent super te: & in medio scorpionum tu habitas. Sermones eorum ne timueris, & a facie eorum ne trepidaveris: quoniam domus amaricans est.* Non, inquam, possumus metuere minas imperii tui, quia nullæ sunt vires tuæ: [5] scorpiace es adversum nos quos Dei virtute regi cernas, quorum esse defensorem ac protectorem Deum advertas. Non itaque cessabimus tibi Domini ingerendo præcepta, illi solimet uni servantes timores, qui dicit: [d] *Fili hominis ingredere ad domum Israel, & loquere sermones meos ad eos, quoniam non ad populum alti sermonis tu mitteris, ad Israel: neque ad populos multos aliæ vocis aut aliæ linguæ, neque graves qui sint in lingua, quorum non audies sermonem. Et si ad tales misissem te, illi forsitan audissent sermones tuos. Domus autem Israel nolunt audire te, quoniam nolunt audire me: quoniam tota domus Israel contentiosa est, & duro corde. Et ecce dedi faciem tuam potentem adversus facies eorum, & constantiam tuam confortabo adversus contentionem eorum: & eris semper firmior petra. Ne timueris ab eis, neque expaveris a facie eorum: quoniam domus ama-*

a Tob. I. 21-24. *b* Tob. II. 1-8. *c* Ezech. II. 3-7. *d* Ezech. III. 4-9.

1. *Propter defensionem*] Id est *propter vindictam*, sive *ultionem*. Eo enim sensu apud Vulgatum interpretem frequenter sumi *defendo* & *defensio*, pluribus exemplis superius ostensum, lib. I. *pro S. Athan.* §. XLII. pag. 175. not. 2. Heic Vulg. *fugiens a Judæa plagam, quam circa eum fecerat Deus.* Mox rescribere malim, *quam fecit ex* ILLO *Dominus, propter blasphemias illius* QUAS *blasphemavit.*

2. *Post dies* XLII.] Ita Parisienses, editioni Tilianæ inhærentes. Gr. *καὶ οὐ διῆλθον ἡμέραι πεντήκοντα. Et non transierunt dies quinquaginta.* Plerique, ait Nobilius, *ἡμέραι πεντηκονταπέντε, dies quinquaginta quinque.* Vulg. *post dies quadraginta quinque.* Atque postremum hunc numerum restituendum Lucifero existimo. Facile namque pro XLV. incuriosus librarius exscribere potuit XLII.

3. *Arcedonossar*] Sic edit. Til. Vitiose, ut sæpe alias, equidem duxerim. Cod. Vat. Σαχερδονὸς, *Sacherdonus*. Alex. Σαχερδονοσὸς, *Sacherdonosus*. Complut. Ἀχιρδῶνος, *Achirdonus*. Al. denique Σαρχηδόνος, *Sarchedonus*. Vulgatus autem interpres IV. *Reg.* XIX. 37. & *Isa.* XXXVII. 38. *Asarhaddon*.

4. *Effuriabuntur*] LXX. *παρασφήσουσι, insanient.*

5. *Scorpiace es*] Sic Tilii editio: perperam plane. Scripserit forte Lucifer: *scorpio tu es.*



ricans est. Metuere te quis poterit nostrum, quos videas potentia Dei solidatos atque firmatos ad tuam contumaciam retundendam, fixo gradu stare contra tuam rabiem, immobiles ut saxa mole solent robusta æquor contra tumidum? Hinc nos judicas hostes tuos, quia te urgeamus Dei fieri servum ex scorpione. Nunc etenim unum te esse ex scorpionibus non poterit dubitari ex illis, dictum de quibus audisti prophetæ a Domino: *Et tu fili hominis ne timueris, neque trepidaveris a facie eorum: quoniam effuriabuntur, & concurrent super te in circuitu: & in medio scorpionum tu habitas*. Hinc tibi injuriosi sumus, quia videas te a nobis scorpium vocari. Si non te esse scorpium dixisset Deus; merito me diceres contumeliosum: nunc vero actibus te tuis manifestas esse scorpium; & es frustra clamitans contumeliam te pati a nobis. Deus te scorpium esse dicit: & mihi irasceris cur te eo vocem nomine? Quæ hæc contumelia est, si dicatur tibi, Nisi te verteris ad Deum, eris semper unus, ut nunc es, ex scorpionibus, ex vastissimis unus inimicis Dei?

XII. Percurre reliqua Ezechiel prophetæ, & aude me dicere insolentem, superbum, contumeliosum, contumacem. [a] *Et factum est verbum Domini ad me dicens: Fili hominis, ecce dedi te speculatorem domus Israel: & audies de ore meo sermonem, & comminaberis eis a me. In eo quod dicam ad sceleratum, Morte morieris; & non distinxisti illi, neque locutus es, ut distingueres scelerato, avertere se a viis suis, ut vivat: ille sceleratus in injustitia sua morietur, & sanguinem ejus de manu tua inquiram. Et tu si distinxeris scelerato, & non aversatus fuerit a scelere suo & via sua: sceleratus ille in injustitia sua morietur, & tu animam tuam liberabis. Et in eo, in quo aversatur justus a justitiis suis, & faciet delictum, & dabo tormentum in facie ejus: ipse morietur, quoniam non distinxisti illi; & in peccatis suis morietur, eo quod non sint in memoriam justitiæ ejus: & sanguinem ejus de manu tua exquiram. Tu autem si distinxeris justo ne delinquat, & ipse non delinquat; justus ille vivens vivet, quoniam distinxisti illi: & tu animam tuam salvabis*. Quid, Constanti, dicis ad hæc? Tacendum ne sacerdotibus Dei erit, & mandata celare divina ejus? An dignum est aperire tibi cuncta præcepta Domini? Omnem voluntatem perferemus ne Dei, ad vos nobis commissos, an eam ad nosmet jugulandos vobis fraudabimur? Sanguinem etenim tuum dicit Dominus requisiturum a me: quin immo si non obedieris Deo cujus nos tibi ingerimus divina monita; tu in tuo morieris sceleratus scelere, & a nobis jam non requiretur salus animæ tuæ: quoniam quidem minis tuis non fuerimus territi, sed solum timuerimus eum, qui præter se neminem mandarit timendum: quoniam quidem ut temet eriperes a nefandis semitis tuis, in nomine Domini Dei conveniremus, ne tibi imperatori [1] viderer facere contumeliam.

XIII. Quid me agere oportuit tempore, quo te judico natum ad nos Dei servos a via vertendos veritatis? Cum enim Nabuchodonosor Holofernem virtutis suæ principem misisset, & Hierusalem obsideret, quid orat Judith Deum? nempe ut destrueret inimicos Israel. Numquid dixit, Custodi insurgentes adversus domum tuam? [b] *Domine Deus patris mei Simeon, cui dedisti gladium in ultionem alienigenarum, qui violaverunt vulvam virginis in coinquinationem, & denundaverunt femur in consummationem, & coinquinaverunt matricem in improperium. Dixisti enim: Non sic erit.* [2] *Et fecisti: propter dedisti principes eorum in occisionem,* [3] *& torum eorum qui accepit dilectam, in sanguinem: & percussisti servos super potentes,* [4] *super thronos eorum: & dedisti mulieres eorum in prædam, & filias in captivitatem, & omnem prædam in divisionem filiorum dilectorum, qui zelaverunt zelum tuum, & abominaverunt coinquinationem* [5] *generis tui, & invocaverunt te in adjutorium tuum. Deus meus, exaudi me viduam. Tu enim fecisti priora eorum* [6] *cum illis, & illa postea, & nunc, & quæ supervenientia. Omnes enim viæ tuæ paratæ creaturæ tuæ in providentia. Ecce enim Assyrii repleti sunt in virtute sua, & exaltati sunt in equo & ascensore, & gloriati sunt in brachio peditum: speraverunt in clypeis,* [7] *& tenso arcu, & fundibulis; & nescierunt quoniam tu es Dominus, qui conteris bella: Dominus nomen est tibi. Tu projice illorum*

a Ezech. III. 16-21. *b* Judith. IX. 2-19.

1. *Videret*] Forte *videremur*, ut superiori *conveniremus* respondeat. Mox cum Latinio rescripsimus *Cum enim Nab.* pro *cum in Nab.* editorum: restituta præterea legitima interpunctione, quæ vulgo male se habet.

2. *Et fecistis: propter*] Ita Parisienses cum Tilio. Lugdunenses prave lectionem reformarunt, *& fecisti secus*. Gr. *κὴ ἐποίησεν ἀνθ' ὧν ἔδωκας κ. τ. λ. Et pro iis quæ fecerunt, dedisti* cet. Ubi Nobilius Luciferi lectionem, *Et fecisti propter*, in medium adducens, suspicatur legendum *propterea*. Atque ita quidem recte procedit oratio. *Dixisti enim: Non sic erit. Et fecisti: propterea dedisti* cet.

3. *Et torum eorum qui accepit dilectam*] Gr. Vat. *κὴ στρωμνὴν αὐτῶν ἣ ᾐδέσατο τὴν ἀπάτην αὐτῶν. Et stratum eorum quod noverat deceptionem eorum*. Alex. *τὴν ἀπατηθεῖσαν, deceptam*. Satis aperte uterque codex: sed clarius adhuc Lucifer.

4. *Super thronos eorum*] Sententia mutila. Gr. *κὴ ἐπάταξας δούλους ἐπὶ δυνάσταις, κὴ δυνάστας ἐπὶ θρόνους αὐτῶν*. Adeoque legendum apud Luciferum: *& percussisti servos super potentes*, ET POTENTES *super thronos eorum*. Ex ejusdem vocis repetitione orta videtur omissio. Mox legendum forte *dilectorum* A TE, ut in Gr. *ἠγαπημένων ὑπὸ σοῦ*.

5. *Generis tui*] Aliter in Gr. *κὴ ἐβδελύξαντο μίασμα αἵματος αὐτῶν. Et abominati erant inquinamentum* SANGUINIS SUI.

6. *Cum illis*] Hæc in mendo cubare suspicor. Sic enim Gr. *Σὺ γὰρ ἐποίησας τὰ πρότερα ἐκείνων, κὴ ἐκεῖνα, κὴ τὰ μετέπειτα, κὴ τὰ νῦν, κὴ τὰ ἐπερχόμενα διενοήθης. Tu enim fecisti quæ ante illa, & illa, & quæ deinceps, & quæ nunc, & superventura cogitasti*: ut proinde apud Luciferum pro *cum illis* rescribendum videatur TUM, vel etiam CUM ILLA. Vulg. *Tu enim fecisti priora, & illa post illa cogitasti*. Notandum præterea, in editis Luciferianis sequentia deesse quæ exstant in Græcis, *cogitasti: & facta sunt quæ in mente habuisti, & adfuerunt quæ deliberasti, & dixerunt, Ecce adsumus. Omnes enim viæ tuæ* cet. An hæc omiserit auctor? Equidem existimarim, verbum saltem *cogitasti* post vocem *supervenientia* librariorum oscitantia excidisse.

7. *Et tenso arcu*] Hæc lectio corrupta videtur Nobilio. Siquidem in Gr. legitur, *κὴ ἐν γαισῷ κὴ τόξῳ, & in gæso & arcu*. Atque in bibliis Græcis præter hunc locum, ter occurrit, *ἐν τῷ γαισῷ*, *Jos.* 18. 19. 26. ubi nonnulla profert laudatus Nobilius. Scripserit ergo Lucifer, *in clypeis*, ET GÆSO ET *arcu*: cujus quidem lectionis vim non assecutus indoctus scriba, vulgatam *& tenso arcu* procuderit. Est autem *γαισὸς*, *hasta ferrea*, Polluci lib. VII. cap. XXXIII. segm. 156. ad quem locum plura Kuhnius & Jungermannus. Neque vox præterita Hesychio; ibique varia eruditorum adnotata in medium adfert novissimus editor. Ejusdem etiam meminit Suidas v. *Γεσοί*. Sed propius ad rem nostram, *Gæsum* reperitur quoque usurpatum Latinis, Cæsari, Livio, Virgilio, aliis: ut nostro proinde Lucifero vox eadem restituenda videatur.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

vires, æterne; contere illorum plenitudinem virtute tua, & deduc eorum [1] tenacitatem in ira tua. Cogitaverunt enim frustrare sancta tua, coinquinare tabernaculum requietionis tuæ, nominis honorifici tui, apprehendere ferro cornu altaris tui. Respice in fastigio eorum. Da in manu mea viduæ quam cogitavi virtutem, & [2] percute servum e labiis persuasionis meæ in principe, & principem super servum suum: quassa substantiam ejus in manu viduæ. Non enim in multitudine virtus tua, sed nec potentia, neque datum tuum in fortibus: sed humilium es Deus, infirmorum adjutorium, infirmorum susceptor, desperatorum salvator. [3] Etiam Deus patris mei, & Deus hereditatis Israel, Domine dominator cælorum & terræ, creator aquarum, rex totius creaturæ, exaudi obsecrationem meam, da versutiam & suasionem in vulnere, & in livorem eorum, qui adversus testamentum & domum sanctam tuam, & vertices Sion, & domum retentionis filiorum tuorum [4] cogitaverunt dura facta super omnem gentem & tribum omnem. Sciant quia tu es Deus universæ potestatis & virtutis, & non est alius defensor generis Israel præter te.

XIV. Quid ad hæc prudens mens tua sentire dignabitur? Numquidnam poteris dicere post hanc Deo fusam contra religionis hostes obsecrationem, quod enim nos malo ordine te contra nitamur, quia dicamus tibi, Aut corrige vias tuas pravas, & noli tibi in imperii tui placere potentia, aut cognosce ad nihilum te perventurum? Quid aliud nos hodie facimus Dei servi, ejus divinæ magnitudinis sacerdotes, nisi quæ fecerunt illi quorum cupimus inveniri imitatores? Puto etenim dignum esse non derelinquere populos nobis commissos in tanta hac a te illata persecutione: sed eos hortari, [5] quod enim potens sit cujus sumus nos, eripere de inimicorum suorum manibus, non esse te metuendum hostem Dei domus. Advertendum quod sis nihil: quia videlicet noster Deus ac Dominus omnia potens, ad nihilum redacturus sit omnia contra ejus domum instituta impia tua conamina. Quæ heic tibi injuria fit a nobis? Quæ ingeritur imperatori Romano contumelia ab antistitibus Dei vivi; si ut aut vitam æternam habeas, rogaris, aut dicatur tibi, Propterea quod contra Dei susceperis arma domum, nisi te correxeris, ingenti exitio sis interiturus? Qua etenim de re tibi cunctorum Dei domus inimicorum proferimus interitum, nisi ut aut metu Dei territus temet mutes; aut cum temet in æternum esse [6] feceris punitum, nos securi ex omni triumphemus parte, quia & tuus sanguis a nobis non possit a Deo requiri, & quia interitum adversariorum Ecclesiæ ejus viderimus? Persevera denique in hac tua injustitia; & invenies quæ te pro tantis [7] consequentur meritis.

XV. Superbia inflatus es, inquis, Lucifer: quia

A vera tibi dicat. Quid me jubebas facere tempore isto, quo tu antichristi præcursor ad nos interficiendos arma contra Dei levasti domum? tempore quo exstitisti unici filii Dei negator? Tacerem ne, & te lupum venientem ad Dei vastandum gregem sinerem? An dignum fuisse censes obviam pastores tibi iremus, siccis parato faucibus ad [8] nobismet nobiscum commissos transvorandos? Magnalium fuerat satis, ut mulier ista Deo cupiens placere Judith manu interimeret sua hostem; & nos ne quidem verbo tibi a Domino restitissemus instituti pastores? Dicit Dominus in Evangelio: [a] *Pastor bonus animam suam ponit pro ovibus: qui mercenarius est, & non est pastor, cujus non sunt oves*

B *propriæ, videt lupum venientem, & relinquit oves, & fugit: & lupus rapit illas, & dispergit; quoniam mercenarius est, & non pertinet ad eum de ovibus.* Quid itaque nobis erat gerendum, ne tibi contumeliosi exstitisse videremur? Cognovimus te lupum: vidimus ad oves te tetendisse Domini manus: conspeximus te uno tempore conatum laniare cunctos Domini invocantes nomen. Numquid fuerat dignum non pastores, sed mercenarios exhibere nos? Petro dicit beato: [b] *Pasce agnos meos.* Et iterum: *Pasce oves meas.* Et tu veniens lupus, vis eos qui successores exstitisse inveniuntur beato Petro, vicem gerere mercenariorum, eos quos jam pridem per Hieremiam promiserat populo suo

C dicens: [c] *Et dabo vobis pastores secundum cor meum, & pascent vos pascentes cum disciplina?* Et non dixit, Dabo vobis Constantium imperatorem, qui vos possit in diaboli vertere prædam. Dicas nos male agere, quia sacrilegio tuo resistamus virtute protecti Dei.

XVI. Videamus, quid etiam tempore quo contyrannus tuus Antiochus persecutor nostræ religionis exstitit, quid fecerunt hi qui meminerant præter Deum neminem timendum. Sed prius est cognoscas, quæ ille cui tu similis es, scripserit: sic etenim poteris intelligere illos Dei servos quorum nos cupimus inveniri participes, restitisse Antiochi

D sacrilegio, sicut & nos tibi, Deo propitio, resistamus. Loquitur sacra scriptura dicens in Maccabæorum primo libro: [d] *Et scripsit rex omni regno suo, ut esset universus populus unus; & relinqueret unusquisque legitima sua. Et receperunt omnes gentes secundum verbum regis. Et multi ex Israel consenserunt simul cum illis, & polluerunt sabbatum. Et misit rex libros in manu nuntiorum in Hierusalem & civitates Juda, ut irent post legitima exteræ terræ, & prohibere holocausta & sacrificium & libationem de sanctificatione, & contaminare sabbata & dies solemnes, & pollue-*

E *re sanctificationem, & statuere delubra & idola, & immolare porcinam & pecora communia, & relinquere filios suos incircumcisos, & polluere animas eorum in omni immunditia & abominatione; ita ut oblivriscerentur legem, & mutarent justifi-*

[a] Joan. x. 11-13. [b] Joan. xxi. 15-17. [c] Jer. III. 15. [d] I. Macc. I. 43-55.

1. *Tenacitatem*] Gr. κράτος, *robur*. Mox, *tabernaculum requietionis tuæ, nominis* cet. Ubi forte delenda vox *tuæ*, legendumque *requietionis nominis*, ut in Gr. τὸ σκήνωμα τῆς καταπαύσεως τοῦ ὀνόματος τῆς δόξης σου. Paullo post maluim *in fastigium eorum*, εἰς ὑπερηφανίαν αὐτῶν.

2. *Percute servum e labiis*] Edit. Tiliana prave, *percute eos eorum labiis*. Græcis adhæsimus, πάταξον δοῦλον ἐκ χειλέων.

3. *Etiam Deus patris mei*] Gr. Ναὶ, ναὶ ὁ Θεὸς τοῦ πατρός μου. *Næ, næ D*: Mox legerim *in vulnus* juxta Gr. εἰς τραῦμα.

4. *Cogitaverunt dura facta* cet.] Hæc vitiata procul dubio ab inscito librario, ita reformanda: *Cogitaverunt dura*: ET FAC *super omnem gentem* TUAM *& tribum omnem*, UT SCIANT cet. Gr. Vat. ἐβουλεύσαντο σκληρά. καὶ ποίησον ἐπὶ πᾶν τὸ ἔθνος σου (Alex. ἐπὶ παντὸς ἔθνους σου) καὶ πάσης φυλῆς ἐπίγνωσιν, τοῦ εἰδῆσαι ὅτι κ. τ. λ.

5. *Quod enim potens sit cujus sumus*] Forte legendum, *quod* CUM *potens sit* DEUS *cujus sumus, nos* cet.

6. *Feceris*] Rescribe meo periculo *scieris* vel *sciveris*. Statim vero *puniendum* mallem.

7. *Consequentur*] Sic legimus cum Latinio. Editi perperam *consequitur*.

8. *Nobismet nobiscum commissos*] Illud *nobiscum* importunum videtur. Aut leg. *nobismet commissos, nobiscum transvo-*

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



cationes: & quicumque non fecisset secundum verbum regis, moreretur. Secundum omnia verba hæc misit scripta universo regno suo, & fecit [1] *considerarores super populum. Et mandavit civitatibus Juda immolare per civitatem & civitatem. Et congregati sunt multi de populo ad eos, omnes derelinquentes legem, & fecerant mala in terra.* Et infra: [a] *Et ædificaverunt abominationem desolationis super altare; & in civitatibus Juda in circuitu struxerunt aras: & in ostiis domorum & in plateis* [2] *incendebant. Et libros legis invenerunt, & conscissos succenderunt igne. Et apud quem inveniebatur liber testamenti, & si quis consentiebat legi, secundum edictum regis interficiebant eum. In virtute sua faciebant hæc populo Israel,* B *his qui inveniebantur in omni mense, & mense in civitatibus.* [3] *Et quinta & vicesima mensis sacrificabant super aram quæ erat super altare. Et mulieres quæ circumciderant natos suos, interficiebant secundum præceptum: & suspendebant infantes a cervicibus* [4] *earum: & domos eorum diripiebant; & eos qui circumciderant eos, trucidabant. Et multi in Israel obtinuerunt, & confirmati sunt* [5] *in eis, ut non manducarent communia. Et susceperunt mori, ut non polluerentur escis, & non profanarent testamentum sanctum. Et facta est ira magna super Israel nimis.* [b] *In illis diebus surrexit Mattathias filius Joannis Simeonis, sacerdos filiorum Joarib ab Hierusalem. Et huic filii quinque.* C Et infra: [c] *Et viderunt blasphemias quas faciebant in Juda & in Israel, & dixit: Heu me! Ut quid* [6] *istud factus sum videre contritionem populi mei & contritionem sanctæ civitatis, & sedere illic cum daretur in manu inimicorum, & sanctificatio in manu exterorum?* Et infra: [d] *Omnis ornatus ejus ablatus est: ex libera facta est ancilla. Ecce sancta nostra, & speciositas nostra, & gloria nostra desolata est: & polluerunt eam gentes. Ut quid nobis adhuc vita? Et conscidit Mattathias & filii ejus vestimenta sua: & percooperuerunt se ciliciis, & luctum habuerunt valde. Et venerunt qui erant a rege & compellebant* [7] *discessionem, in Modin civitatem, ut sacrificarent.* D *Et multi de Israel accesserunt ad eos. Et Mattathias & filii ejus congregati sunt. Et responderunt qui a rege missi fuerant, & ajunt Mattathiæ dicentes: Princeps & nobilis & magnus es in civitate ista, & confirmatus* [8] *filiis: Nunc accede primus, & fac imperium regis, & viri Juda, & qui derelicti sunt in Israel. Et eris tu & filii tui, amici regis: & tu & filii tui glo-* A *riabimini argento & auro & muneribus multis. Respondit Mattathias voce magna, & dixit: Si omnes gentes quæ in domo regis, audiant eum, ut discedat unusquisque ab officio patrum suorum, & elegerunt in mandatis ejus: & ego & filii mei ibimus in testamentum patrum nostrorum. Dominus propitius nobis sit: non derelinquemus legem & justificationes. Verbum regis non audiemus: non declinabimus* [9] *officium deservitionis nostræ, dextra vel sinistra. Ut cessavit loqui sermones istos, accessit vir Judæus in oculis omnium sacrificare in Modin, secundum præceptum regis. Et vidit Mattathias, & zelatus est: & contremuerunt renes ejus:* [10] *& attulit iram secundum judicium:* B *& accurrens ad aram, interfecit eum. Et virum regis qui cogebat immolare, occidit in illo tempore, & aram destruxit: & æmulatus est in lege, sicut fecit Phinees Zambri filio Salom. Et exclamavit Mattathias in civitate voce magna, dicens: Omnis* [11] *æmulus statuens testamentum, exeat post me. Et fugit & ipse & filii ejus in montem: & reliquerunt quæcumque habebant in civitate.*

XVII. Quid tale a nobis factum conspexisti, ut digneris dicere, Contumeliam mihi fecit Lucifer? Ille gladio occidit regis ministrum, sed & eum quem viderat de populo suo [12] regis edicto quam Dei temperasse: ego quia tibi ac tuis verbo resisto & dico, Non derelinquo apostolicam atque evangelicam fidem; Sic credo, quomodo crediderunt Abraham, Isaac & Jacob patres nostri: inde apud te reus contumeliarum sum. Si fuisses inter manus Mattathiæ istius zelantis Deum, aut in manu Phinees de quo testimonium in Numeris per Moysem perhibet Deus; & alienigenarum more vivere tentares: sine dubio illi te gladio fuerant [13] interfecturi: ego quia verbo animum illum tuum cruore Christianorum madidatum vulnero, reus judicor contumeliarum a te. Cur imperator non ulcisceris te de me? cur contumelias tuas non digneris defendere, vindicare te de homine mendico? cur [14] non satis agens? Non quia nolis, sed quia tibi D adhuc non fuerit data potestas ab eo, cujus me esse confidens tibi hæc libera dico voce, quæ quidem juxta tuos nefandos actus prava mihi videantur. Tibi omnibusque divitiis regni tui, patri quoque tuo renuntiasse nos cum videris, & a fide nullo pacto recessuros, pollicitus [15] inspexeris; multum misereri nos scias, quod cum ore gladii soleas displicentes tibi devorare, nobis parcas. Credo pietatis caussa: & possimus istud sentire de tua leni-

a I. Macc. I. 57-67. *b* I. Macc. II. 1, 2. *c* Ibid. ℣℣. 6-8. *d* Ibid. ℣℣. 11-30.

1. *Considerarores*] Gr. ἐπισκόπους, *inspectores*. Vulg. *principes*.

2. *Incendebant*] Gr. ἐθυμίων. Vulg. *incendebant tura*.

3. *Et quinta & vic.*] Erratum editorum, *Et quarta*, emendavimus juxta Gr. καὶ τῇ πέμπτῃ. Sic & Vulg.

4. *A cervicibus earum — trucidabant*] Vulgo, *A cervicibus eorum, & in domos eorum, & eos qui circumciderant eos. Et multi* cet. Editorum menda & defectus correximus & supplevimus juxta Gr. Vat. Καὶ ἐκρέμασαν τὰ βρέφη ἐκ τῶν τραχήλων αὐτῶν, καὶ τοὺς οἴκους αὐτῶν προενόμευσαν, καὶ τοὺς περιτετμηκότας αὐτοὺς ἐθανάτωσαν.

5. *In eis*] Gr. ἑαυτοῖς, *in se ipsis*.

6. *Ut quid istud factus sum videre*] Gr. ἱνατί τοῦτο ἐγεννήθην, ἰδεῖν τὸ σύντριμμα. *Ut quid natus sum videre contritionem*. Legerit auctor ἐγενήθην. Paullo ante legendum, ut in Gr. *Et vidit blasph.* Mox postulante contextu rescripsimus *sedere* pro *sederant* editorum. Gr. καθίσαι.

7. *Discessionem*] Gr. τὴν ἀποστασίαν, *apostasiam*. Sic Vulgatus interpres II. *Thess.* II. 3. ἐὰν μὴ ἔλθῃ ἡ ἀποστασία πρῶτον. *Nisi venerit discessio primum*.

8. *Filiis: Nunc accede*] Gr. ἐν υἱοῖς καὶ ἀδελφοῖς· νῦν οὖν πρόσελθε. *In filiis & fratribus: Nunc ergo accede*. Vulg. concinit. Mox *gloriabimini* restituimus, ubi vulgo mendose *gloriamini*. Gr. δοξασθήσεσθε, *glorificabimini*.

9. *Officium deservitionis nostræ*] Gr. τὴν λατρείαν ἡμῶν, *religionem nostram*. Vulg. *legis nostræ mandata*.

10. *Et attulit iram secundum judicium*] Auctor Græcis inhæsit: καὶ ἀνήνεγκε θυμὸν κατὰ τὸ κρίμα. Vulg. *& accensus est furor ejus secundum judicium legis*. Mox, ut in Græcis, *Zambri* reposuimus pro *Jambrim* editorum.

11. *Æmulus*] *Legis* vel *in lege* ut paullo ante, addendum videtur. Gr. Πᾶς ὁ ζηλῶν τῷ νόμῳ καὶ ἱστῶν διαθήκην. *Omnis qui zelum habet* LEGIS, *& statuit testamentum*.

12. *Regis edicto quam Dei temperasse*] Ita sæpe loquitur auctor. Clarius: *Regis edicto* POTIUS *quam Dei* OBTEMPERASSE.

13. *Sine dubio illi — interfecturi*] Edit. Til. *sine dubio te gladio interficerent, illi te gladio fuerant interfecturi*. Prius membrum a dormitante librario efformatum equidem puto.

14. *Non satis agens*] Existimarim legendum, *non sis agens*.

15. *Nullo pacto recessuros, pollicitus inspexeris, multum misereri* cet.] Depravatum hunc locum sic restituere conatur Latinius: *Nullo pacto recessuros*, PUBLICITUS *inspexeris; multum* MIRARI *nos scias*. Nihil aptius enimvero.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

tate: nullum etenim te interfecisse, ex nimia tua benignitate potui colligere. Dicis, Superbus est. Unde tibi superbus esse videor? nempe quia audis a me, ea te gerere quæ semper fecerint hostes Dei religionis. Est officii mei, ut hæc ingeram tibi hæretico. Aut non es hæreticus? Si autem hæreticus es; cur me [1] incusas, quod enim sim tibi injuriosus, qui id facio te contra, quod me voluerit facere Deus?

XVIII. Loquitur sanctissimus propheta Hieremias dixisse ad se Deum: [a] *Et tu accinge lumbos tuos, & surge, & dic omnia quæcumque mandavi tibi. Et ne timeas a facie eorum, nec formides in conspectu eorum.* Cum hæc ita sint, & nos urgeat necessitas officii nobis a Deo impositi; ut vobis agentibus dicamus, quæcumque vobis dici jusserit Deus: superest, ut obedias Dei mandatis, conventus a me ipsius clementiæ servo ac sacerdote. Aut probes de scripturis sacris fortassis, quia rex sis, quod enim non liceat mihi te in nomine Domini convenire, ut temet corrigas? Si probare non potes mihi prohibitum, sed invenire magis incipies mihi præceptum, ut te arguam & increpem & exhorter & deprecer & admoneam, atque provocem ad Deo placendum: cur me dicis tibi facere contumeliam? Eo etenim usque nobis antistitibus suis dedit potestatem ad vos nobis commissos increpandos, docendos, ut dixerit: [b] *Ne timeas a facie eorum, nec formides in conspectu eorum. Ecce posui te in hodierna die sicut civitatem firmatam, & sicut murum æreum, firmum, omnibus regibus Juda & principibus ejus & plebi terræ. Et pugnabunt contra te, & non poterunt adversum te: quia ego tecum sum, ut liberem te, dicit Dominus.* Quæ sunt quæ dicebat Hieremias regibus Juda & principibus ejus & plebibus terræ? Nempe hæc quia dereliquerunt Dominum, & immolaverunt diis alienis. Hæc & tu fecisti, ac facis: dereliquisti apostolicam atque evangelicam fidem, suscepisti hæresim Arianam, & cogis omnes Dei servos idololatras fieri: quia hæc audes, vocas superbos saluti tuæ cupientes consultum. Dicit Deus Hieremiæ: *Et tu accinge lumbos tuos, & exsurge, & dic omnia quæcumque dico tibi. Ne timeas a facie eorum, nec formides in conspectu eorum.* Et, Constantius imperator, indignaris cur tibi erranti dicamus, Redi ad viam salutiferam, derelinque errorem per Arium instinctu diaboli inventum? Deus se solum timendum mandat; præter se esse neminem formidandum præcepit: & tu ea statuisti implenda, quæ Domini auferant metum & te faciant formidandum. Deus dicit Hieremiæ: *Ecce posui te in hodierna die sicut civitatem firmam, & sicut murum æreum, firmum, omnibus regibus Juda & principibus ejus & plebi terræ: & pugnabunt contra te, & non poterunt adversum te; quia ego tecum sum, ut liberem te, dicit Dominus.* Et tu existimas te timeri posse a quoquam servorum Dei? Cur me dicis arrogantem & superbum? cur contumeliosum vocas? Nempe quia te repererim operibus tuis esse unum ex illis, de quibus beatus Joannes: [c] *Audistis, quia antichristus venit: nunc autem antichristi multi sunt.* Sic nos injuriarum reos designas tamquam primi restiterimus, ne idololatriam tuam in Dei introduceres Ecclesiam.

XIX. Legisti in Maccabæorum libro primo: [d] *Et dixit vir proximo suo: Si omnes fecerimus, sicuti & fratres nostri fecerunt, & non pugnaverimus adversus gentes pro anima nostra & justificationibus nostris; nunc citius disperdent nos a terra. Et cogitaverunt in die illa, dicentes: Omnis homo quicumque venerit ad nos in bellum die sabbatorum, pugnemus adversum eum: & non moriamur omnes, sicuti mortui sunt fratres nostri in occultis. Tunc congregati sunt contra eos exercitus fortes in viribus ab Israel, omnis voluntarius in lege. Et* [2] *omnes qui fugiebant a malis, additi sunt ad eos: & facti sunt illis in firmamentum. Et constituerunt virtutem, & percusserunt peccatores in ira sua, & viros iniquos in indignatione. Et ceteri fugerunt ad nationes, ut se liberarent. Et circumivit Mattathias, & amici ejus, & destruxerunt aras. Et circumciderunt pueros incircumcisos, quotquot invenerant in finibus Israel, in fortitudine. Et persecuti sunt filios superbiæ: & prosperavit opus in manu eorum. Et obtinuerunt legem de manibus gentium & regum, & non dederunt cornu peccatori.* Quid sentire dignatur [3] venenis Arii sauciata mens tua? Quid poterit excogitare contra hanc nostram defensionem morsibus serpentis concisum cor tuum? Illos cum illa advertas egisse; nobis quiescendum fuerat, ore tuo prolatis blasphemiis ad populum nobis divinitus commissum sauciandum? *Et circumivit*, inquit, *Mattathias, & amici ejus, & destruxerunt aras. Et circumciderunt pueros incircumcisos, quotquot invenerunt in finibus Israel, in fortitudine. Et persecuti sunt filios superbiæ: & prosperavit opus in manu eorum. Et obtinuerunt legem de manibus gentium & regum, & non dederunt cornu peccatori.* Cum illi hæc qui ita egerint, fuerint facti Deo amantissimi; nos tibi adulando, tecumque in tuo currendo scelere fuerat dignum, ut tu es, efficeremur Deo inimicissimi? Si nos tibi hinc videmur injuriosi, quia idololatriam tuam suscipere nequiverimus; des unum, quæso, qui pepercerit ex Dei cultoribus, adversariis ejus religionis.

XX. In secundo libro Esdræ, contradicentibus ne domum & templum & civitatem in Hierosolymis Domino instaurarent: [e] *Deus*, inquit, *cæli ipse* [4] *prosperavit nobis: & nos servi ejus surgemus, & ædificabimus. Vobis autem non est portio, jus, neque mentio in Hierusalem.* Et infra dicentibus adversariis: [f] *Numquid sacrificabunt, an manducabunt in loco suo? Nonne ascendet vulpes, & demoliet muros lapidum eorum?* Et hæc dicit ad Deum servus ejus Esdras: [g] *Exaudi nos Deus noster, quia facti sumus contemtibiles: & converte convicia ipsorum in capita ipsorum: & da illos ut sint in derisu, & in terra captivitatis: & ne operias iniquitatem*

a Jer. I. 17. *b* Ibid. ℣℣. 17-19. *c* I. Joan. II. 18. *d* I. Macc. II. 40-48. *e* II. Esdr. II. 20. *f* II. Esdr. IV. 3. *g* Ibid. ℣℣. 4. 5.

1. *Incusas, quod enim sim*] Multis in locis illud *enim* redundat, ut apud Græcos particula δὲ; sed apud Latinos sensum facit obscuriorem: atque ita sæpissime loquitur auctor. TILIUS.

2. *Omnes qui fugiebant a malis, additi sunt ad eos*] Editio Tiliana hunc locum sic mutilum exhibet: *Omnes qui fugiebant a malis ad eos:* pervertunt Lugdunenses — *a malis* ADVERSUS *eos*. Illum restituimus ex Gr. Καὶ πάντες οἱ φυγαδεύοντες ἀπὸ τῶν κακῶν, προσετέθησαν αὐτοῖς.

3. *Venenis Arii*] Pingue codicum editorum erratum *venisse Arii*, ita correxit Latinius. Nihil certius.

4. *Prosperavit — surgemus*] Gr. εὐοδώσει — καὶ ἡμεῖς δοῦλοι αὐτοῦ καθαροὶ, καὶ οἰκοδομήσομεν. *Prosperabit — & nos servi ejus puri, & ædificabimus.* Paullo aliter Vulg. Mox pro *mansio* edit. Til. cum Latinio & Lugdunensibus rescripsimus *mentio* juxta Gr. μνημόσυνον, *memoria*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



[1] *ipsorum, & peccata eorum a facie tua non deleantur.* Quid tale nos circa te locuti sumus? Est testis quem oravit Esdras, quemque & ego oro, & omnis per totum mundum constituta ejus orat beata Ecclesia: mea circa te hæc esse vota, ut corrigas errores, sisque unus ex nobis. Conspice interea, quomodo Dei homines neque adversarios timuerint, neque contra inimicos Dei domus preces fundendo desiverint; ut videlicet vires Dei religionis adversariorum fuissent deductæ ad nihilum. Sic etenim etiam sanctissimus Moyses dicit in cantico Exodi ad Deum: [a] *Decidat super eos timor & tremor magnitudinis brachii tui: fiant tanquam lapides, donec transeat populus tuus hic quem acquisisti.* Talia illi ad Deum verba fecerunt [2] sibi traditis: nos quia tibi dicimus, Aut convertere ad Deum, aut habe certum quod Deus ad nihilum sit deducturus omnem inanem superbiam tuam, videmur tibi petulantes.

XXI. Conspice adhuc quid fecerit Mattathias, sanctissimus ille vir devotus Deo, post tam illustria illa quæ egerit, quæ etiam in fine exitus sui dixerit ad filios; & vide, an recto contra te ordine Dei hæc agamus sacerdotes. Loquitur scriptura sancta dicens: [b] *Appropiaverunt dies Mattathiæ moriendi: & dixit filiis suis: Nunc confortata est superbia, & castigatio, & tempus eversionis, & ira indignationis. Nunc filii æmuli estote legis, & date animas vestras* [3] *ad testamentum patrum nostrorum. Et mementote operum patrum, quæ fecerunt in sæculis suis: & accipietis gloriam magnam & nomen æternum. Abraham nonne in tentatione inventus est fidelis, & reputatum est ei ad justitiam? Joseph in tempore angustiæ suæ custodivit mandatum: & factus est dominus Ægypti. Phinees pater noster in zelando zelum accepit testamentum sacerdotii æterni. Jesus dum impleret verbum, factus est dux in Israel. Chaleb dum testificatur in ecclesia, accepit hereditatem. David in sua misericordia consecutus est sedem regni in sæcula. Helias dum zelat zelum legis, raptus est ad cælum. Ananias, Azarias & Misael credentes liberati sunt de flamma. Daniel in sua simplicitate liberatus est de ore leonum. Et ita cogitate per generationem & generationem, quia omnes qui sperant in eum, non infirmabuntur. Et a verbis viri peccatoris non timueritis, quia gloria ejus* [4] *in stercus & vermes: hodie extollitur, & cras non invenietur: quia conversus est in terram suam, & cogitatio ejus peribit. Filii confortamini, & prævalete in lege, quia in ipsa gloriosi eritis. Et ecce Simeon frater vester, scio quod vir consilii est: illum audite: ipse vobis pater erit. Et Judas Maccabæus fortis viribus a juventute sua, sit vobis* [5] *principalis militiæ, & expugnabit bellum. Et adducetis ad vos omnes factores legis: & vindicate vindictam populi vestri. Retribuite retributionem gentibus, & intendite in præceptum legis.* Quando itaque videas talia præcepta dedisse filiis, & ea mandasse fieri quæ etiam fecerit ipse; cum doceat sic Patriarchas, Prophetas & cunctos justos Deo placuisse: quid nos, tu tenebrose, ne tibi contumaces videremus, volueras facere? Cessissemus ne tibi mortuo vivi Dei ser-

A vi, satelliti diaboli? Cum cernas istum Mattathiam dicere ad filios: *Et ita cogitate per generationem & generationem, quia omnes qui sperant in eum, non infirmabuntur. Et a verbis viri peccatoris non timueritis, quia gloria ejus in stercus & vermes: hodie extollitur, & cras non invenietur: quia conversus est in terram suam, & cogitatio ejus peribit:* ne tibi injuriosi videamur, parcamus tibi Dei domum destruenti, tibi qui hodie sis, & cras eris in vermes & stercora: & hanc trahamus apud Deum offensam, ut tecum mereamur redigi ad nihilum?

XXII. Cognosce post hæc, quid etiam filii Mattathiæ istius religiosissimi fecerint: si timuerint carnificis tui manum, si exercitum illius ante oculos habuerint, & non Dominum nostrum; quem
B
omnia potentem, ut nos credimus, credentes, contra hostem omnibus suis viribus semet erexerint. [c] *Et surrexit Judas qui vocabatur Maccabæus, filius ejus pro eo. Et adjuvabant eum omnes fratres ejus, & universi qui se conjunxerant patri ejus, & prœliabatur prœlium Israel cum lætitia. Et dilatavit gloriam populo suo: & induit se lorica sicut gigas, & succinxit vasa bellica sua: & prœlia constituit, protegens castra gladio. Et similis factus est leoni in operibus suis, & sicut catulus leonis rugiens in venationem. Et persecutus est iniquos, perscrutans: & eos qui perturbabant populum suum, succendit. Et subducti sunt iniqui præ timore ejus, &*
C
omnes operarii iniquitatis conturbati sunt: & prospera facta est salus in manu ejus. Et exacerbabat reges multos: & delectabat Jacob in operibus suis: & usque in sæcula memoria ejus in benedictione erit. Et perambulavit in civitatibus Juda, & disperdidit impios omnes ex ea: & avertit iram ab Israel. Et nominatus est usque ad novissimum terræ: & congregavit pereuntes. Illi tali zelo accensi contra Dei domus fecerunt inimicos: nobis te contra non fuerat surgendum, ne dicti fuissemus petulantes? Sed bene me petulantem diceres; si non recte contemsissemus sacrilegum edictum tuum. Respice etenim, comperditi tui quid præceperint duces Judæorum Apostolis; & contra, quid fecerit beatorum chorus
D
Apostolorum: & invenies nos non esse petulantes, sed & tibi & nobis consultum esse cupientes. [d] *Petrus autem & Joannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam. Et quidam vir claudus ex utero matris suæ portabatur, quem quotidie ponebant ad januam templi quæ dicitur Speciosa, ut peteret eleemosynam ab introeuntibus in templum. Hic cum vidisset Petrum & Joannem introeuntes in templum, rogabat eleemosynam. Intendens autem in illum Petrus & Joannes dixit: Aspice in nos. At ille respexit in eos, sperans se aliquid accepturum ab eis. Ait autem illi Petrus: Argentum & aurum non habeo; sed quod habeo, hoc tibi do: In nomine Jesu Christi Nazareni surge & ambula. Et apprehensa dextra*
E
manu ejus, erexit eum: confestimque confirmati sunt pedes ejus & plantæ. Et exsiliens stetit & ambulabat: & intravit cum illis in templum, ambulans ac saliens, laudans Deum. Et vidit eum omnis populus ambulantem & laudantem Deum. Et cognoscebant

a Exod. xv. 16. *b* I. Macc. II. 49-68. *c* I. Macc. III. 1-9. *d* Act. III. 1-10.

1. *Ipsorum — non deleantur*] Hæc absunt a codd. Vat. & Alex. sed exstant in Complut. & Vulg.

2. *Sibi traditis*] Forte, pro *sibi traditis*.

3. *Ad testamentum*] Gr. ὑπὲρ διαθήκης, *pro testamento*. Paullo ante videtur legendum juxta Gr. *Et nunc filii*, aut cum Vulg *Nunc ergo f.* Mox pro *in sæculis suis*, clarius in Gr. ἐν ταῖς γενεαῖς, *in generationibus suis*.

4. *In stercus & vermes*] Edit. Til. *in stercore & vermes*. Emendavimus juxta Gr. εἰς κοπρίαν καὶ εἰς σκώληκας. Sed forte scripserit Lucifer, *in stercora & vermes*: quod magis placet. Sic enim ille Constantium allocutus sub finem hujus §. *cras eris in vermes & stercora*. Mox post verba, *illum audite*, addit Gr. πάσας τὰς ἡμέρας, *omnibus diebus*. Vulg. *semper*.

5. *Principalis*] Pro *princeps*. Gr. ἄρχων στρατιᾶς.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

quia ipse erat, qui ad [1] eleemosynam sedebat ad Speciosam portam templi. Et repleti sunt pavore & admiratione, in eo quod acciderat ei. Et infra: [a] *Loquentibus autem illis ad populum [2] hæc verba, insurrexerunt sacerdotes & [3] pontifex templi & Sadducæi, dolentes quod docerent plebem, & annuntiarent in Jesu resurrectionem mortuorum. Et injecerunt in eos manus, & posuerunt in custodia.* Et infra: [b] *Videntes Petri constantiam & Joannis, & comperto quod homines imperiti sint & sine litteris, mirabantur; cognoscentes etiam illos, quia cum Jesu erant: hominem etiam videntes cum ipsis stantem qui curatus erat, nihil poterant contradicere. Cum jussissent autem illos foras extra concilium discedere, conferebant ad invicem, dicentes: Quid faciemus hominibus his? Nam quia notum factum est signum per ipsos omnibus habitantibus Hierusalem: manifestum est, & non possumus negare. Sed ne amplius innotescant in populum verba hæc, comminemur illis, ne amplius loquantur in nomine hoc ulli hominum. [4] Consentientibus autem omnibus, accersentes eos præceperunt illis, ne omnino loquerentur, neque docerent in nomine Jesu. Respondentes autem Petrus & Joannes dixerunt: Si justum est coram Deo vos audire potius quam Deum, judicate: Non enim possumus nos quæ vidimus & audivimus, non loqui. At illi comminantes dimiserunt eos, non invenientes quomodo punirent eos propter populum: [5] omnes enim honorificabant Deum in facto. Annorum erat plus* XL. *homo, in quo factum est signum sanitatis. Dimissi autem venerunt ad suos, & retulerunt quanta ad illos principes sacerdotum & seniores dixerunt. At illi cum audivissent, uno animo levaverunt vocem ad Dominum, & dixerunt: [6] Domine, tu Deus qui fecisti cælum & terram & mare & omnia quæ in eis sunt, qui per Spiritum sanctum & os patris nostri David pueri tui dixisti: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Adstiterunt reges terræ, & principes convenerunt in unum adversus Dominum, & adversus Christum ejus. Convenerunt enim vere in hac civitate adversus sanctum filium tuum Jesum quem unxisti, Herodes & Pontius Pilatus cum gentibus & populis Israel, facere quæ manus tua [7] & consilium præfinivit. Et nunc Domine respice in minas eorum, & da servis tuis cum omni fiducia loqui verbum tuum: dum extendis manus ad sanitates ac signa & prodigia facienda per nomen sancti filii tui Jesu. Et cum orassent, motus est locus in quo erant congregati, & repleti sunt omnes Spiritu sancto, & loquebantur verbum Dei cum omni fiducia.*

A XXIII. Si collegisti jam cuncta, cur hæc protulerimus, si imbibisti omne penitus præscriptionis nostræ desiderium: dicere audebis ulterius, nos esse petulantes; quandoquidem videas nec Apostolos beatos temperasse ducibus Judæorum, nec minis succubuisse eorum, sed magis intrepide semper duxisse ad effectum sibi delegatum; totidem etiam Dei populum non solum non fuisse perterritum comminationibus incredulorum, sed etiam fuisse obsecratum, ut fiduciam loquendi, constantiamque defendendi veritatem fuisset Apostolis suis dignatus tribuere Deus? Si igitur hoc & ab Apostolis factum est beatis & populis Deo dicatis; & non sunt neque contumaces, neque petulantes dicti a Deo, quod restiterint B inimicis ejus: quomodo nos dicimur a te superbi, petulantes, contumeliosi; qui licet peccatores, tamen sanctam teneamus fidem Apostolorum atque illorum populorum, qui credentes fuerant in unicum Dei Filium cum Apostolis? idcirco superbi, quia vocem tuam apostatæ, quia terrores tuos sacrilegos Christi milites ducamus pro nihilo; quia Dei Filium, verum Dei prædicemus Filium, sicut prædicaverint beatissimi Apostoli: sic nos tibi protervi, petulantes, superbi videmur, ut Judæis videbantur sanctissimi Apostoli: quibus, si hodie fuissent in corporibus, potueras hæc dicere, quæ dignaris dicere ad nos. Invenimus etenim semper præceptum eis ore comblasphemorum tuorum scribarum, Pharisæorum, C principum atque pontificis Judæorum, ne docerent neve prædicarent unicum Dei Filium. Tamen quid illi fecerint, accipe adhuc quæ scripta sunt, [8] ne forte possit tenebris saginatum cor tuum ad videndam adduci veritatem: [c] *Per manus Apostolorum fiebant signa & prodigia multa in plebe. Et erant uno animo omnes in porticu Salomonis. Ceterorum autem nemo audebat ad illos accedere, sed magnificabat illos plebs. Magisque [9] addebantur credentes Domino multitudo virorum ac mulierum: ita ut in plateis ejicerent infirmos, & imponerent in lectulis & grabatis, ut veniente Petro vel [10] umbra inumbraret aliquem eorum: & liberabantur ab infirmitate sua. Concurrebat autem multitudo vicinarum civitatum Hie-* D *rusalem, portantes infirmos & eos qui a spiritibus immundis vexabantur: & omnes sanabantur. Exsurgens autem princeps sacerdotum, & omnes qui cum illo erant hæresis Sadducæorum, repleti sunt invidia. Et injecerunt manus Apostolis, & posuerunt illos in custodiam. Angelus autem Domini aperuit januas carceris, & eduxit illos dicens: Ite, & stantes, in templo loquimini omnia verba vitæ hujus. Cum hæc*

a Act. IV. 1-3. *b* Ibid. ✝✝. 13-31. *c* Act. V. 12-29.

1. *Eleemosynam*] Addit Gr. λαβεῖν: quam tamen vocem abesse a pluribus codd. perhibet Millius in hunc locum. Neque illam legebat in suo exemplari Theophylactus, perinde ac noster Caralitanus; aut si malis, Vetus interpres quem ille secutus fuerit.

2. *Hæc verba*] Desunt ista in textu hodierno & in Vulg. Sed ea, prout exstant in Bezæ ms. Cantabrigiensi, ταῦτα τὰ ῥήματα, legerit Vetus interpres, ut observat Simonius *Nouvell. Observ. sur le text.* pag. 18.

3. *Pontifex templi*] Gr. ὁ στρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ, *præfectus*. Vulg. *magistratus*. Mox rescripsimus *in Jesu*, ut in Gr. & Vulg. pro *in Jesum* editorum, ex incuria fortasse librarii.

4. *Consentientibus autem omnibus*] Sic sane laudatus codex Cantabr. συγκατατιθεμένων δὲ αὐτῶν τῇ γνώμῃ. Sed hæc non comparent in textu, neque agnoscit Vulgatus interpres. Vide Simonium l. c. pag. 19.

5. *Omnes enim honorificabant Deum in facto*] Luciferi versio textui cohæret: πάντες ἐδόξαζον τὸν Θεὸν ἐπὶ τῷ γεγονότι. Atque adeo ex auctore nostro ea quoque legisse Vetus interpres comperitur: ut proinde verba Græca frustra sollicitare videatur Millius in *Proleg.* §. 443. 444.

6. *Domine, tu Deus*] Prout in Gr. Δέσποτα, σὺ ὁ Θεός. Hunc item locum suspectum reddere conatur idem Millius *Prolegom.* §. 773.

7. *Et consilium præfinivit*] Gr. καὶ ἡ βουλή σου, *consilium tuum*. Sed ut Lucifer, *tuum* omittit & Ambrosius; neque σου agnoscit codex 4. Covelianus apud Millium. Deinde pro mendoso *præfingit* edit. Til. cum Latinio & Lugdunensibus restituimus *præfinivit* juxta Gr. προώρισε.

E 8. *Ne forte*] AN *forte* legendum equidem duxerim.

9. *Addebantur credentes Domino*] Ita editio Tiliana, quam heic & infra Lugdunenses ad Vulgatam exegere, ut alibi sæpe. Nimirum Vetus interpres quem Lucifer affectatur, Græcis inhæsit: προσετίθεντο πιστεύοντες τῷ Κυρίῳ. Ubi vox Κυρίῳ referenda videtur ad προσετίθεντο; scilicet *credentes addebantur Domino*: eodem sensu quo *Act.* XI. 24. legimus: καὶ προσετέθη ὄχλος ἱκανὸς τῷ Κυρίῳ. Vulg. *Et apposita est multa turba Domino*. Quæ est Boisii conjectura apud Wolfium in *Cur. philol.* ad h. l.

10. *Umbra inumbraret*] Juxta Gr. ἡ σκιὰ ἐπισκιάσῃ. Vulg. *umbra* ILLIUS *obumbraret*. Mox Lucifer: *& liberabantur ab infirmitate sua*. Vulg. *& liberarentur ab infirmitatibus suis*. Utraque desunt in textu vulgato. Millius in *Prolegom.* §. 773. existimat ea petita ex *Act.* XIX. 12. Sed, ut observat Simonius l. superius c. pag. 20. ejusmodi versio confirmatur ex codd. mss. Cantabr. & Steph. qui sic se habent: ἀπηλλάσσοντο γὰρ ἀπὸ πάσης ἀσθενείας ὡς εἶχεν ἕκαστος αὐτῶν. Neque aliter Millius in h. l.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

itaque audissent, introierunt sub luce in templum, & docebant. Adveniens autem princeps sacerdotum & qui cum eo erant, convocaverunt concilium & omnem congregationem filiorum Israel: & miserunt ad carcerem, ut adducerentur. Venerunt autem ministri, & non invenerunt illos in carcere, & regressi renuntiaverunt dicentes: Quoniam carcerem quidem clausum invenimus in omni diligentia, & custodes stantes in janua: cum aperuissemus autem, neminem intus invenimus. Ut autem audierunt hos sermones [1] *principes & pontifex sacerdotum, hæsitabant de illis, quid illud esset. Adveniens autem quidam renuntiavit illis, dicens: Ecce viri quos posuistis in custodia, in templo sunt stantes & docentes populum. Tunc abiit princeps cum ministris, & adduxit illos, non cum vi: timebant etenim populum ne lapidarentur. Cum autem adduxissent eos, statuerunt eos in concilium, & interrogavit eos sacerdos, dicens: Denuntiatione denuntiavimus vobis, ne doceretis in hoc nomine: & ecce replestis Hierusalem doctrina vestra, & vultis inducere super nos sanguinem hominis illius. Respondens autem Petrus & Apostoli dicentes: Utrum obedire oportet Deo, an hominibus?*

XXIV. Si igitur Deo est obediendum & non hominibus, cur nos contumaces, cur nos injuriosos vocas, quos videas Dei obedire præceptis? [a] *Audientes autem hæc, fremebant*, dicit scriptura, *& cogitabant eos occidere*. Ita & tu retines nos in custodiis, minitaris interficere, quia sis eo obsessus spiritu quo capti detinebantur Judæi atque detinentur. Si non eo captus immundo spiritu detineris, cur nos prohibes confiteri ac prædicare unicum Dei Filium? Angelus Dei producens Apostolos ex Judæorum condesperatorum tuorum carcere: *Ite*, inquit, *docete in templo verba vitæ hujus*: & tu tollens nos sacerdotes de Ecclesia Dei, in carcerem conjiciendos putasti, ne prædicaremus verbum vitæ. Interea oro te respondeas, quid sit inter te & [2] conscotinum tuum, quem verso ordine Smyrnienses vocant Photinum? Quid intersit, quid distet, rogaris, distinguas. Ecce si tunc dixerunt ad Apostolos principes & pontifex & omne concilium Judæorum: *Vultis inducere super nos sanguinem hominis illius?* etiam Photinus hominem tantum profitetur Dei Filium, dicit illum non fuisse ante beatam Mariam. Tua quoque hæc est professio, quod enim ante omnia quidem, hoc est, ante cælos, terram, mare & omnia quæ in eis sunt, Dei sit Filius; sed quod constiterit ex nihilo, sed quod creatura sit. Quid interesse arbitraris inter te & Paullum Samosatenum, vel eum tum ejus discipulum, tuum conscotinum, nisi quia tu *ante omnia* dicas, ille vero *post omnia*?

XXV. Ceterum una vobis crudelitatis atque incredulitatis mens est, ut diceretis, non habere Deum verum Filium: contra videte, quomodo sit credens sancta Ecclesia. Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, visibilium & invisibilium factorem. Et in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei natum de Patre, hoc est de substantia Patris, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero; natum, non factum; unius substantiæ cum
A Patre, quod Græci dicunt ὁμοούσιον: per quem omnia facta sunt, sive quæ in cælo, sive quæ in terra sunt: qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit: & incarnatus est, homo factus est, passus est: resurrexit tertia die, ascendit in cælum, venturus est judicare vivos & mortuos. Credimus & in Spiritum sanctum. Conspicis fidem apostolicam evangelicamque esse hanc, quæ semper Filium cum Patre regnasse & regnare defendat, quæ fateatur & perfectam esse divinam Trinitatem, & unam habere substantiam. Ceterum quid inter Ecclesiam & vos hæreticos vel Judæos erat inter, si non sic crederet beata Ecclesia? Quæ sancta fides, ut sciretis quid in vobis punit Domini Eccle-
B sia, dixit atque dicit de vobis? Eos autem qui dicunt, Erat quando non erat, & prius quam nasceretur, non erat; & quia ex nullis exstantibus factus est, vel ex alia substantia, dicentes, mutabilem & convertibilem filium Dei: hos anathematizat catholica & apostolica Ecclesia. Propter hanc sanctam fidem recludebantur Apostoli in carcerem, vincula accipiebant, verberibus per horarum momenta vexabantur, ne mundo revelarent veritatem; & tamen prædicare eo voluerunt, usquequo etiam mactati fuissent: Et dicis nos maximæ esse homines contumaciæ, quia videlicet viam teneamus Apostolorum, quia tibi dicamus, erraticum te factum?

C XXVI. Quid [3] fecerit Herodi beatus Baptista Joannes? [b] *Herodes autem tetrarcha cum corriperetur ab illo propter Herodiadem uxorem fratris sui, & de omnibus malis quæ fecit Herodes, adjecit hoc super omnia, & inclusit Joannem in carcere.* Qua de re inclusit Joannem Herodes? certe quia arguebantur opera ejus: ita & tu cum servis Dei agis, quia dicamus tibi, Noli gerere quæ geris, noli esse homicida, noli persequi Ecclesiam Domini, noli apostolicam reprobare fidem, probare vero hæreticam; noli idololatriam inducere in Ecclesiam. Nos arbitramur hæc propter tuam specialiter dicere salutem: qui si nolueris temperare, sine dubio sic tibi sis æternam quæsiturus mortem, quomodo quæsierit &
D Herodes. Joanni etenim nocere non potuit, sive quod eum in carcerem conjecerit, sive quod interfecerit: quandoquidem videas Joannem Dei amicum, Herodem vero esse Dei inimicum. Quærens nocitum nobis, qui tibi æternam sospitatem tribui desideramus, omnibus nos persequeris modis: sed valere non poterunt vires auctoritatis tuæ ad Dei unici Filii servis nocendum; quia tu unus esse ex illis inveniris, quos nobis credentibus subjecit dicens: [c] *Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones, & supra omnem virtutem inimici: & nihil vobis nocebit.* Tu qui me dicis, quia vera tibi dicam, superbum; quem me vis inveniri? illum ne servum, qui acceperit unum talentum,
E & absconderit, atque ipsum solum domino repræsentaverit; propterea quod non per fenus eumdem multiplicatum sicuti conservi ejus, domino repræsentaverit, meruit etiam ipsum talentum amittere, & audire, [d] *Serve nequam & piger:* An illum, qui acceptam quantitatem decies multiplicatam repræsentaverit, cuique fuerit dictum: [e] *Euge serve bone & fidelis, quia in modico fuisti fidelis, supra*

a Act. V. 33. *b* Luc. III. 19. 20. *c* Luc. x. 19. *d* Matth. xxv. 26. *e* Ibid. ✠. 21.

1. *Principes*] Forte *princeps*, ut paullo post. Sed nihil mutandum. Nam seq. §. xxiv. rursum legimus, *principes & pontifex & omne concilium*. Mox, *Denuntiatione denuntiavimus*, juxta Gr. παραγγελίᾳ παρηγγείλαμεν. Paullo post pro *dicentes* rescribendum videtur *dixerunt*, ut in textu.

2. *Conscotinum tuum*] Id est, inter eum qui tecum, ac sicut tu, versatur in tenebris: nam σκότος, *tenebræ sunt*. Alludit contrario nomine ad *Photini* nomen. Tilius — Paucis interjectis legerim, ET *dicit illum non fuisse* cet.

3. *Fecerit*] *Fecit* legendum conjicit Latinius.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



multa te constituam: intra gaudium Domini tui? Sed istud unde audire potero, si te metuens, quæ tibi fuerint placita, fecero?

XXVII. Intuere in Evangelio, quid nos facere voluerit Dominus, & desine nos dicere arrogantes. [a] *Homo quidam erat* [1] *dives: is abiit in regionem longinquam accipere regnum, & reverti. Et vocavit decem servos, & dedit illis decem talenta, & ait ad illos: Negotiamini dum venio. Cives autem ejus oderant illum, & miserunt legationem post illum dicentes: Nolumus hunc regnare super nos. Et factum est dum reverteretur accepto regno, & jussit vocari servos quibus dedit pecuniam, ut sciret quantum quisque negotiatus esset. Venit autem primus dicens: Domine, talentum tuum decem talenta acquisivit. Et ait illi: Euge bone serve, quia in modico fidelis fuisti, eris potestatem habens supra decem civitates. Et alter venit dicens: Domine, mna tua fecit quinque mnas. Ait & huic: Et tu esto supra quinque civitates. Et alter venit dicens: Ecce talentum tuum, quod habui repositum in sudario: quia timui te, quod homo austerus es: tollis quod non posuisti, & metis quod non seminasti. Et dixit ei dominus: De ore tuo te judico, infidelis serve: sciebas, quod homo austerus ego sum, & tollo quod non posui, & meto quod non seminavi: & quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, & ego veniens cum usuris utique exegissem illam? Et adstantibus dixit: Auferte ab illo talentum, & date illi qui decem talenta habet. Dico autem vobis: Omni habenti dabitur: ab eo autem qui non habet, & quod habet, auferetur. Verumtamen inimicos meos illos qui noluerunt me regnare super se, adducite huc, & interficite ante me.* Nempe si non te mutaveris, unus eris ex his qui interfici fuerunt jussi.

XXVIII. Hinc superbus videor tibi, quia te cupiam non interfici, quia sim exoptans non [2] illa quantitate mihi commissa, quam cupio multiplicari, te quoque inveniri. Quia tali modo tecum geramus luctam; videmur tibi inimici, hi qui præceptum retinentes beati Apostoli, indesinenter propter tuam incolumitatem fundamus precem: [b] *Obsecro igitur primo omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus & omnibus qui in sublimitate sunt: ut tranquillam & quietam vitam agamus cum pietate & gravitate. Hoc enim bonum & acceptum coram salutari nostro Deo, qui omnes homines vult salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.* Videmur tibi inimici, quia te agnitionem veritatis cupiamus consequi: contumeliosum me dicis, quia dicam quæ tuæ & meæ conducant saluti. Sed hæc quoque asseveratio tua quæ adstruit me tibi facere injuriam, ostendit te imprudentem. Si etenim fuisses prudens, primo numquam sacrilegus repertus fuisses: deinde correptus sacrarum litterarum auctoritate, temet jam hominem præbuisses. At nunc quia sis imprudens, dicenti tibi episcopo, Imperator provide saluti tuæ; es enim ingentibus sarcinis scelerum tuorum prægravatus: dicis, Contumeliam mihi facis. [c] *Testor co-*
A *ram Deo*, dicit Apostolus Timotheo, *& Christo Jesu, & electis Angelis, ut hæc custodias* [3] *sine discrimine nihil faciens in aliam partem declinando, sed æquitatem custodire.* Et tu contumeliosum appellas eum, qui te in tantis sceleribus deprehensum nunc increpet cur illa fueris perpetratus; nunc deprecetur, ut temet, dum facultas est, malis eripias tuis, sisque talis, quem non Deus puniat inter illos, quos nequam esse ac perfidos designat, dicens: [d] *Filios genui & exaltavi, ipsi autem me spreverunt.* Hinc tibi superbus videor, quia cupiam te inveniri inter eos, quos unicus Dei Filius ad regnum suum invitat dicens: [e] *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mun-*
B *di.* Tu tibi arbitraris contumeliam te pati, quia dicantur tibi quæ vera sunt: Apostolus gloriosus contra mandat dicens: [f] *Peccantes coram omnibus argue, ut & ceteri timorem habeant.* Cui auscultare me oportet, tibi ne, qui dicas, Sine me destruere Dei religionem, servos ejus convertere ad antichristum, Sine me in sacrilegio hoc meo cunctos statuere: an beato Apostolo, qui mihi præcipit, ut te peccantem arguam coram cunctis? Sed si existimas parcere me tibi debuisse, propterea quod sis imperator: & in hoc inveniris imprudens. Audis enim dicere Apostolum: *Peccantes coram omnibus argue, ut & ceteri timorem habeant.* Et tu debueras, inquis, mihi specialiter parcere, quia fuissem rex Romani
C imperii. Et ubi istam testificationem prætermittebam? *Testor coram Deo & Christo Jesu, & electis Angelis, ut hæc custodias sine discrimine, nihil faciens in aliam partem declinando.* Hinc certe tibi videor esse contumeliosus, quia præcepta tua Dei præceptis non anteposuerim.

XXIX. In Actibus Apostolorum lego, beatos Apostolos raptos ab eis, quorum es particeps non solum in incredulitate sed & crudelitate; & præceptum fuisse illis, ne docerent in nomine Domini nostri Jesu Christi. Sed videamus pariter ipsam sacræ scripturæ partem, si Apostoli præceptis Dei unici Filii inimicorum obtemperaverint, an ea quæ
D implenda susceperant instantissime fuerint præfinientes. [g] *Vocantes*, inquit, *Apostolos cæsos eos dimiserunt, præcipientes ne loquerentur in nomine Jesu ulli hominum. Illi ergo ibant gaudentes a conspectu concilii, quod pro nomine ejus digni habiti sunt contumeliam pati. Omni autem die in templo & domi non cessabant, docentes & evangelizantes Dominum nostrum Jesum Christum.* Cum hæc referat Apostolos beatos egisse sacra scriptura: te ad negandum Dei Filium omnium invitantem corda, & hæresim tuam firmare satis agentem, nobis erit tacendum præpositis Dei Ecclesiarum; ne videlicet tibi blasphemo, homicidæ, destructori Dei religionis, inveniamur contumeliosi exstitisse? Apostolos loquitur
E sacra scriptura nec verbera nec minas filiorum pestilentiæ timuisse, sed semper docuisse: nos caduci regni tui decuerat frangi vigore, quo tu omnes iniquos posses tuos implere conatus? Contumaces æstimamur a te, quia vera tibi dicantur a nobis. Sic & comblasphemi tui Stephanum beatissimum judi-

a Luc. XIX. 12-27. *b* II. Tim. II. 1-4. *c* I. Tim. V. 21. *d* Isa. I. 2. *e* Matth. XXV. 34. *f* I. Tim. V. 20. *g* Act. V. 40-42.

1. *Dives*] Gr. εὐγενής. Vulg. *nobilis*. Mox, *accipere* SIBI forte reponendum juxta Gr. λαβεῖν ἑαυτῷ: quod pronomen librario exciderit. Paullo post illud *talenta* petitum videtur ex *Matth.* XXV. 15. Nam heic legimus in textu μνᾶς: qua quidem voce utitur infra ipse Lucifer.

2. *Illa quantitate*] Cum Latinio legendum existimarim, IN *illa quant.*

3. *Sine discrimine*] Gr. χωρὶς προκρίματος. Vulg. *sine præjudicio*. Statim editi, *nihil faciens in aliam partem*: quibus vocem *declinando* addidimus cum ex textu Paullino, tum ex ipso Lucifero, qui paullo post eumdem Apostoli locum sic integrum recitat. Ea vero quæ subsequuntur, *sed æquitatem custodire*, glossema sapere videntur. Quæ nimirum verba Luciferiani exemplaris margini apposita ad præcedentia explicanda, exinde in textum fuerint immissa. Illaque propterea obelo notat Latinius.



caverunt, quia eis diceret: [a] *Dura cervice, & non circumcisi corde & auribus, vos semper Spiritui sancto* [1] *restitistis: sicut patres vestri, ita & vos. Quem prophetarum non sunt persecuti patres vestri? Et occiderunt eos qui prænuntiabant de adventu Justi, cujus nunc vos proditores & interfectores fuistis: qui accepistis legem in ordinationem Angelorum, & non custodistis.* Hæc cum audissent Judæi, digne sunt commoti contra sanctissimum martyrem Stephanum, an indigne? Si indigne, utique & te indigne inspice moveri contra eos qui te salvum velint. Adverte in ea te parte stare contra Dei Ecclesiam, in qua & tunc steterint, & nunc sunt Judæi stantes: sic te esse duræ cervicis, sic incircumcisum corde & auribus. Inde est quod sicut illi audientes vera non sustinuerint, sed ad necem Dei cultoris prosilierunt; sis etiam tu prosiliens ad nostram [2] integra & manifesta tibi dicentium necem. [b] *Cum autem hæc audissent*, inquit divina scriptura, *fremebant in cordibus suis, & stridebant dentibus in eum.* Et infra: *Clamantes autem voce magna, compresserunt aures suas, & impetum fecerunt uno animo in eum, & ejectum extra civitatem lapidabant.* Sic tu corde fremens, dentibus stridens sis adversum nos nulla alia de re, nisi quia te persecutorem dicamus Dei domus, nisi quia destructorem Dei religionis, quia fusorem sanguinis servorum Christi, quia sacrilegum vocemus juste, quippe blasphemum, hæreticum, quippe fidem apostolicam evangelicamque expugnantem.

XXX. Non facimus rem Deo odibilem, [3] si tibi, isto modo quo tecum conlido, agentes, quod te esse intelligimus, dicamus. Invenimus enim sic egisse tales, qualis sis tu, contra gloriosum. [c] *Deservientibus autem illis*, dicit sacra scriptura, *& jejunantibus Domino* [4] *dixit Spiritus sanctus: Segregate mihi Barnabam & Saulum in opus, ad quod vocavi eos. Tunc jejunantes & orantes imposuerunt eis manus, & dimiserunt eos. Et illi quidem dimissi a sancto Spiritu, descenderunt Seleuciam, & illinc navigaverunt Cyprum. Et cum venissent Salaminam, prædicabant verbum Domini in synagogis Judæorum. Habebant autem Joannem ministrum. Et cum perambulassent universam insulam usque Paphum, invenerunt quemdam virum pseudoprophetam Judæum, cui nomen erat* [5] *Bariesuban, quod interpretatur paratus, qui erat cum proconsule Sergio Paullo viro prudente: qui cum advocasset Barnabam & Saulum, quærebat audire verbum Dei. Resistebat autem illis* [6] *Etœmus magnus, (sic enim interpretatum dicitur nomen ejus) qui quærebat avertere proconsulem a fide. Saulus autem qui & Paullus, repletus Spiritu sancto intendens in eum ait: O plene omni dolo & fallacia, filius diaboli, inimice omnis justitiæ, non desinis pervertere vias Domini rectas? Et nunc ecce manus Domini adversum te: & eris cæcus, non videns solem usque ad tempus. Et protinus cecidit super eum caligo & tenebræ: & circumiens quærebat, qui se ad manum deduceret. Videns autem proconsul quod erat factum, credidit cum admiratione stupens in doctrina Domini.* Credimus hoc instructum testimonio non te dicturum, Contumeliam mihi Lucifer facit imperatori. Quid mea interest, quid sis, cum ego ei hæc dicam, quæ audivit ab Apostolo ille, qui agnitus est pseudopropheta? Talem etenim ego habeo te Constantium imperatorem, qualem habuerint gloriosi Paullus & Barnabas Bariesuban Judæum. Sic etenim tu contrarius inveniris esse nomini Domini, quomodo & ille fuerit: sic tu resistis veritati, ut ille restitit: sic tu non vis, credere homines in Dei unicum Filium, [7] tibique illi Judæo pseudoprophetæ, nisi quia sic tu adverso spiritu agaris, quomodo & ille ageretur. Cum enim audis proconsulem virum fuisse prudentem, & cupientem ab Apostolis beatis se instrui, quo posset viam comprehendere veritatis; & illum cujus tu imitator es, restitisse Apostolis, ne proconsulem ad credendum in Dei Filium perduxissent: manifestum est, talem te esse, qualis iste fuerit Judæus pseudopropheta. Item cum Paullum dicat scriptura sancta repletum Spiritu sancto illam dixisse invectionem; debes intelligere Judæum illum pseudoprophetam immundo fuisse spiritu plenum. Sicut ergo ille adverso actus spiritu contradicebat; quia & tu ita instinctu adversarii resistere inveniris, non te alium esse debes judicare, nisi Bariesuban Judæum pseudoprophetam. Igitur quia te alterum Bariesuban Judæum pseudoprophetam esse intelligis, quoties fuerit dictum ore tuo sacrilego, Deus non habet verum Filium; ne moleste feras, si dicantur tibi a nobis illa quæ sunt dicta ab Apostolo prædecessori tuo Judæo pseudoprophetæ, *Plenus omni dolo & fallacia, filius diaboli, inimicus omnis justitiæ, qui non desinis pervertere vias Domini rectas.* Si fueris motus, cur hæc tibi dicantur quæ fuerint dicta illi, cujus sis tenens iter mortis; multum te insulsum ostendis, qui velis hoc esse, quod fuit ille Judæus pseudopropheta; & nolis te illis nominari vocabulis nominum, quibus fuerit & ille vocatus.

XXXI. Iterum & hortor & deprecor & moneo, ut tibi velis consulere, ne æterna te accipiat pœna. Si enim ille ita meruit excæcari, quia tentarit resistere; conspice quæ tibi homicidæ, quæ sacrilego, destructori Dei religionis possint mala repræsentari,

[*a* Act. VII. 51-53. *b* Ibid. ℣℣. 54. 56. 57. *c* Act. XIII. 2-12.

1. *Restitistis*] Scripserit forte Lucifer *resistitis*, juxta Gr. ἀντιπίπτετε, & Vulg. Mox *in ordinationem*. Gr. εἰς διαταγὰς, *in dispositiones*. Vulg. *in dispositione*.

2. *Integra & manifesta*] Ita recte legit Latinius. Tiliana editio male *integram & manifesta*: pejus Lugdunenses, *integram & manifestam*.

3. *Si tibi — gloriosum*] Sic se habet editio Tiliana, quam secuti sumus cum Parisiensibus. Lugdunenses vero locum hunc ita reformandum censuere: *Si te ac tecum agentes tales dicamus, quales vos esse probe novimus. Invenimus enim sic egisse talia qualia es tu contra Gloriosum.* Qua de restitutione judicium ferant eruditi. Ceterum post verba *contra gloriosum* aliquid deesse videtur, puta *Paullum* vel *Apostolum*; ut ex iis quæ sequuntur, colligere est.

4. *Jejunantibus Domino*] Vox *Domino* præpostere posita forte a librario, retrahenda est ac post *ministrantibus* collocanda. Mox *prædicabant verbum* DEI habet Vulg. cum textu hodierno. Sed, ut observat Millius ad h. l. codex Cantabr. præfert Κυρίου, cui concinit versio Syr. ut proinde ita quoque Lucifer legerit in suo exemplari.

5. *Bariesuban, quod interpretatur paratus*] *Bariesuban*, inquit Millius in *Prolegom.* §. 774. mendum est scribæ pro *Bariesuam* quod habet codex Cantabr. Posteriora vero, *quod interpretatur paratus*, ex ℣. 8. hujus cap. petita: ut apud eumdem Millium §. 1025. se habet codex Bodlejanus: Βαριησοῦς, ὃ μεθερμηνεύεται Ἐλύμας. Vid. not. seq.

6. *Etoemus magnus*] Sic editum exemplar Tilianum cum Parisiensibus. Mendose quidem. Lugdunenses ex Vulg. edidere *Elymas magus*. Neque tamen dubitandum, quin *Etoemus magnus* scripserit Lucifer; qui *Bariesuam* paullo ante referens, *quod interpretatur*, ait, PARATUS. Nimirum, ut verbis utamur Millii cit. §. 774. *Etoemus magnus*, ortus ex corruptis Græcis: in quibus pro Ἐλύμας ὁ μάγος, quod haud intellectum, posuit librarius Ἕτοιμος ὁ μέγας. Certe habet codex Cantabr. Ἑτοίμας, *Etoemas*.

7. *Tibique illi Judæo*] Locus mutilus, absque mss. codicum ope frustra restituendus.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



& in hac vita & in perpetuum. Accipe adhuc ea, quæ te formare possunt, non esse contumeliosos nos, sed veraces. Antiocho septem illi gloriosissimi fratres restiterunt, nempe ut nunc tibi nos restitimus. Legisti, quartus quid responderit compestilenti tuo, qui me contumeliosum dignaris clamitare, quia dicam tibi, quod nisi conversus fueris ad Deum, in æternum sis interiturus. Nempe dicit: [a] *Potius est ab hominibus morti datos spem exspectare a Deo, [1] iterum ab ipso resuscitari: tibi enim resurrectio ad vitam non erit.* Si a nobis tu tyrannus audis quod ad vitam sis resurrectionem non accepturus; si in hac incredulitate manseris, quod non ad requiem, sed ad pœnam sis resurrecturus sempiternam; quæ contumelia est? Quintus quoque cum admotus fuisset & vexatus, dixisse loquitur scriptura regi: [b] *Potestatem inter homines habens, cum sis corruptibilis, facis quod vis: noli autem putare genus nostrum a Deo esse derelictum: patienter sustine, & vide, magna potestas illius qualiter te & semen tuum torquebit.* Quid tibi videtur, quia tali constantia Dei servus invectus fuerit in contyrannum tuum? Numquidnam injuriosum fuisse Dei cultorem, diaboli judicabis cultor illum vera dicentem? Negabis superbum, nec me debes judicare insolentem, quia dicam tibi, non derelinqui nos a Deo, propter quem hæc sustineam; te contra, nisi fueris correctus, cum corruptibili gloria tua ad nihilum venturum. Quid etiam sextus dixerit, inspice; & invenies nos eo cuneo reniti tibi turbidæ procellæ, quo illi fuerunt renitentes: [c] *Noli frustra errare: nos enim propter nosmet ipsos hæc patimur peccantes in Deum nostrum; & digna admiratione facta sunt in nobis. Tu autem ne existimes tibi impune futurum, cum contra Deum pugnare tentaveris.* Probant epistolæ meæ mediocritatis & libri rustico licet sermone descripti, me sæpe dixisse, quod peccata quidem fecerint nostra, ut in tuas antichristi præcursoris veniremus manus; te tamen pugnare contra Deum: & idcirco nisi tibi prospexeris, te quidem ut istum Antiochum in æternam pœnam futurum, nobis vero propitiaturum Dominum.

XXXII. Dolens es quod peccata tua, & quisnam sis, revelemus, & quod sit dignum antichristi umbram te calcari a cunctis Christi militibus. Qui me, inquis, calcare potuerunt? Illi quos, cur se Christianos fateantur, carceribus retines reclusos, patrimonio privas, facis extorres, torques, interficis. Hinc nos insolentes esse censes, quod cunctos nobis creditos deprecemur diaboli calcare caput, sacrilegos conatus tuos virtute passionum suarum illatarum pro Christo Dei unico Filio deducere ad nihilum. Sit tibi & illa gloriosissima mater septem horum filiorum insolens, quia ad [2] coamentem tuum vincendum Antiochum, suos illicere dignata sit filios dicens: [d] *Nescio qualiter in utero meo apparuistis: neque ego spiritum donavi vobis & vitam, & singulorum membra non ipsa compegi. Sed enim mun- A di creator, qui formavit hominis nativitatem quique omnium invenit originem, & spiritum vobis cum misericordia iterum reddet & vitam, sicuti nunc vos ipsos despicitis propter leges ejus.* Hæc dicere non destitit filiis religiosa mater, fortiter filios diligens, quoadusque cunctos advertisset interfectos: Nos contra, quos prædixerat ore prophetæ futuros pastores gregi suo dicens; [e] *Et dabo vobis pastores secundum cor meum, & pascent vos pascentes cum disciplina,* tacere decuerat, ne tibi ad mactandas venienti rabido lupo Dei oves fuissemus visi insolentes? Mulier eo usque corda incendit Dei amore filiorum, ut eorum interitu, [3] gaudii fuisset potita victoriarum: & nobis dicere Christi militibus fuisse congruum arbi- B tratus es, Nolite arma sumere contra Constantium diaboli satellitem, nolite resistere templo omnium dæmonum: magis autem facite quæcumque fieri præceperit? Quæ hæc est nostra contumacia, si officium nobis delegatum a Deo nitamur implere, si denique istius mulieris imitatores fuerimus inventi? Tu vis diabolo placere, cujus opus inveniris celebrare: nos minime vis Deo, hæc te gerendo contra, fieri acceptissimos?

XXXIII. Si te adhuc movet, cur, quod es, voceris a nobis; accipe etiam ab illo septimo hujus mulieris sic clamitatum contra Antiochum filio: [f] *Antiochus autem contemni se arbitratus, & ejus qui* C *increpabat, vocem despiciens; cum adhuc adolescentior superesset, non verbis hortabatur tantum, sed etiam cum juramento affirmabat, se divitem & beatum facturum, [4] translatum a patriis legibus, & hospitem habiturum, & res necessarias crediturum. Sed ad ista adolescente non intendente, vocavit rex matrem, & ei suadebat, ut adolescenti fieret in salutem. Cum autem multis esset eam hortatus, suscepit suadere se filium. Itaque inclinata ad illum derisit crudelem tyrannum, & ait patria voce: Fili miserere mei, quæ te in utero mensibus decem portavi, & lac triennio dedi & alui, & in ætatem istam perduxi. Peto, nate, aspicias in cælum & in terram; & omnibus* D *quæ in eis sunt inspectis, [5] intelligere quia ex nihilo fecit illa Deus, & hominum genus: ita fiet, ut non timeas carnificem istum, sed dignus fratribus effectus, suscipias mortem, ut in illa misericordia cum fratribus tuis te recipiam. Cum hæc illa dixisset, ait adolescens: Quem sustinetis? Non obedio regis imperio, sed præcepto legis obedio quæ data est nobis per Moysen. Tu vero qui inventor omnis malitiæ factus es in Hebræos, non effugies manum Dei. Si enim propter increpationem & correptionem Dominus noster nobis vivis modice iratus est; sed iterum reconciliabitur servis suis. Tuque, o scelestæ, & omnium hominum flagitiosissime, noli frustra extolli [6] vanis spebus in* E *servos ejus: nondum enim omnipotentis, omnia conspicientis Dei judicium effugisti. Nam fratres nostri modico nunc dolore sustentato, sub testamen-*

a II. Macc. VII. 14. *b* Ibid. ℣℣. 16. 17. *c* Ibid. ℣℣. 18. 19. *d* Ibid. ℣℣. 22. 23. *e* Jer. III. 15.
f II. Macc. VII. 24-38.

1. *Iterum ab ipso resuscitari*] Gr. πάλιν ἀναστήσεσθαι ὑπ' αὐτοῦ, *iterum ab ipso resuscitandos*.

2. *Coamentem*] Editi prave, *commentum*. Mendum sustulimus, ductore ipso Lucifero eamdem vocem infra §§. XXXIV. & XXXIX. usurpante.

3. *Gaudii*] Ita rescripsimus pro *gladii* editorum.

4. *Translatum a patriis legibus*] Tiliani editi mendum & defectum, *translatorem a patriis*, ex Græcis emendavimus, simulque supplevimus; μεταθέμενον ἀπὸ τῶν πατρίων νόμων. Mox ex iisdem Græcis legendum *mensibus novem*, μῆνας ἐννέα.

5. *Intelligere*] Gr. Ἀξιῶ σε τέκνον ἀναβλέψαντα — γνῶναι. Litteræ inhærenti auctori reddendum fuerit, *aspicientem — intelligere*.

6. *Vanis spebus in servos ejus*] Mendosam editorum lectionem *vanis speciebus* ex Gr. correximus. Ceterum locus hic mancus videtur, qui sic in textu se habet: Μὴ μάτην μετεωρίζου φρυαττόμενος ἀδήλοις ἐλπίσιν, ἐπὶ τοὺς δούλους αὐτοῦ ἐπαιρόμενος χεῖρα. *Noli frustra extolli fremens vanis spebus, in servos ejus elevans manum*. Mox *fratres nostri* rescripsimus, ut in textu ἡμέτεροι ἀδελφοί, ubi editi habent *patres nostri*.



ta Dei æternæ vitæ reciderunt : tu vero judicio Dei justas superbiæ pœnas exsolves . Ego autem sicut & fratres , & animam & corpus trado pro patriis legibus , invocans Deum maturius genti nostræ fieri propitium , teque cum tormentis ac verberibus confiteri , quod ipse est Deus solus : in me vero & in fratribus meis [1] *statuere omnipotentis iram , quæ super omne genus nostrum juste superducta est .*

XXXIV. Quid, Constanti, a nobis plus audisti, quam ea quæ ab hoc Dei sunt dicta fideli servo? Si ille dixit ad Antiochi satellites : *Quem sustinetis ? Non obedio regis imperio , sed præcepto legis obedio, quæ data est nobis per Moysen:* & nos tuis dicimus, Quid est quod nos ad Constantii antichristi præcursoris voluntatem posse existimatis facere Arianos? ut sumus Christiani, semper erimus. Si ille Antiocho dixit, *Tu vero qui inventor omnis malitiæ factus es in Hebræos , non effugies manum Dei :* & tibi nos diximus atque sumus dicentes, quod enim quia te potior nullus umquam fuerit persecutor sacræ legis Dei, quia sis non effugiturus Dei manum. Si audit Antiochus; quod arguendi gratia suis tunc Dominus fuerit iratus, & quod iterum esset reconciliaturus se servis suis: hæc & tu nos dicere audis. Si illi dictum est regi: *Tuque, o scelerate & omnium hominum flagitiosissime , noli frustra extolli vana spe in servos ejus inflatus ; nondum enim omnipotentis Dei judicium effugisti :* hæc & tu audis a nobis, quod enim sis sceleratus, omnium hominum flagitiosissimus; qui idcirco hæc geras, ut nos coapostatas facias tuos, sed tamen frustra te elevatum, vana instinctu diaboli in nos Dei servos spe inflatum: quia neque tuos possis implere conatus malignos, neque Dei omnia conspicientis, omniaque potentis evadere judicium. Audis a nobis, sicut & per illum illustrem adolescentem audiit Antiochus, *Quod enim fratres nostri pauca perpessi , sub testamentum Dei æternæ vitæ reciderunt : tu vero quod sis judicio Dei justas superbiæ pœnas persoluturus.* Audis & a nobis, nos ita esse paratos interfici a te carnifice pro Deo, sicuti jam fratres nostros interfecisti; animas & corpora nostra tradere nos paratos pro Jesu Christo Dei vero unico Filio: confidere præterea nos de ejus infatigabili pietate, quod enim omnem quidem gregem suum sit maturius erepturus ex te rapace lupo, ex te cane rabido: tu vero, quod sis, nisi tibi consulueris, semper in tormenta abiturus. Quid ego plus sive per scripturam, sive in præsenti tibi dixerim, volo revincas tu nostri temporis tyrannus. Si te ego carnificem dixi, dixit non solum iste adolescens justissimus, sed & ejus mater Antiocho coamenti tuo: si inventor omnis malitiæ dictus es a me; si quod non sis effugiturus manum Dei; si sceleratus & omnium hominum flagitiosissimus, quia non sis omnia potentis, omnia conspicientis judicium effugiturus, sed in judicio Dei tu justas pœnas sis exsoluturus: hæc omnia jam ab isto religioso adolescente dicta fuerant collegæ tuo Antiocho.

XXXV. Contumeliosum me clamitas, quia videas digna tuis factis nomina tibi imposita, illa quæ jam contyrannis tuis imposuerunt nostri prædecessores, cultores Dei vivi. Petrus beatus Apostolus, [a] *Sobrii*, inquit, *estote: vigilate, quia* A *adversarius vester diabolus tamquam leo rugiens circumit, quærens quem devoret ; cui resistite firmi in fide, scientes has easdem passiones in omni hoc sæculo fraternitatem vestram perpeti.* Si putas, quia contumeliosus sum, propterea quod audias mala esse quæ geris; in quo invenior diabolo resistere secundum Apostoli præceptum? Ecce enim vino suo hic draco ad omnem te perducens ebrietatem immisit in omnem Dei gregem, ut cunctos tuo regali usus adminiculo, sicuti ipse es, efficias ebrios, hoc est, insanos, vecordes dementesque. Te etenim quis de Sodomorum vite, de vinea Gomorrhæ sic efficit ebrium, ut temet fornicatum, sicuti sunt fornicati Judæi, non videres? In quo, inquam, resistemus B diabolo, si tibi per quem ad nos devorandos semet armarit, non itum fuerit obviam? si non tibi fuerit dictum a sobriis ebrio, a sospitibus ægro, ab integris vulnerato, a videntibus cæco, a stantibus eliso, a piis impio, ab ovibus Dei rapaci lupo, a benignissimis misericordiamque diligentibus crudeli carnifici, sævo homicidæ, a Deum clarificantibus blasphemo, a cultoribus Dei sacrilego, a Christianis hæretico Ariano; si non tibi fuerit dictum a nobis, Discede minister adversarii nostri, da honorem Deo? In quo resistemus diabolo, si tibi voluntatis illius sagenæ pepercerimus, si non universis ebrietas tua, hoc est, insania fuerit declarata; si denique non per id, quod sævus adver- C sum nos fueris omni orbi manifestatus ex eo quod gerens sis hæc, non te Christi servum posse sentiri, sed plane mancipium illius qui sit tamquam leo rugiens adversum nos? Hinc tibi videmur esse petulantes, quia dicimus tibi, vino illo te factum ebrium, de quo fuerint & illi ad omnem perducti ebrietatis dementiam: illi, ad quos vel propter quos dicitur: [b] *Peccaverunt non ei filii, maculati. Generatio prava & perversa, hæc Domino retribuistis? Tu plebs fatua, & non sapiens?* Et infra: [c] *Bibit vinum, & manducavit Jacob, & satiatus est: & calcitravit dilectus. Pinguis factus est, & incrassatus est, dilatatus est: & dereliquit Deum qui fecit eum, & recessit a Deo salvatore suo. Exacerbaverunt me* D *in alienis: in abominationibus suis concitaverunt me. Et sacrificaverunt dæmoniis, & non Deo; diis quos non noverant. Novi ad præsens venerunt, quos nesciebant patres ipsorum. Deum qui te genuit, dereliquisti: & oblitus es Deum alentem te.* Sic te ut Judæos dereliquisse Deum & idololatriam secutum, probat quidem perfidia tua quam prædicas.

XXXVI. Sed nunc ad hoc te solum arbitratus sum perducendum, ut videres non esse nos, sicut tu es, injuriosos, petulantes atque superbos, sed veraces; & præter Deum timentes neminem. Joannes beatissimus Apostolus, [d] *Carissimi nolite*, cum dicit, *omni spiritui credere, sed probate spiritus si* E *ex Deo sint ; quoniam multi pseudoprophetæ exierunt :* tu mihi unus esse ex his pseudoprophetis manifeste videris. Siquidem negando Dei unicum Filium, non te habere nisi antichristi spiritum in ore tuo sacrilego declares; hinc efficitur, ut nec audire possis nos loquentes de divina æternitate unici Filii Dei: siquidem spiritus ille antichristi qui in te manet, non potest sustinere, & non vult se ex te pelli; sed est cupiens eo usque in te mansitare, donec te videat ad illa raptum loca, in quibus ipse sit in perpetuum futurus: dolet enim te tam fidelissimum

a I. Pet. V. 8. 9. *b* Deut. xxxii. 5, 6. *c* Ibid. ℣. 14. *d* 1. Joan. iv, 1.

1. *Statuere*] Gr. στῆσαι. Al. *desinere*. Litteræ inhæsit auctor: quemadmodum & in iis quæ mox subjiciuntur, *sub testamento Dei æternæ vitæ reciderunt*, vel *ceciderunt* : ἀενάου ζωῆς ὑπὸ διαθήκην Θεοῦ πεπτώκασι. Hæc aliaque hujus loci complura immutarunt Lugdunenses, Vulgatam secuti, ut alibi sæpe: haud plane laudando consilio.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



delicium suum, te omnibus desideriis suis parentem, ex se eripi. [a] *Carissimi*, inquit, *nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sint: quoniam multi pseudoprophetæ exierunt in mundum. Ex hoc intelligite spiritum Dei. Omnis spiritus, qui confitetur Jesum Christum in carne venisse, ex Deo est. Et omnis spiritus qui destruit Jesum, ex Deo non est: & hic est antichristus.* Et infra: [b] *Isti de mundo sunt: propterea de mundo loquuntur, & mundus audit eos. Nos autem ex Deo sumus. Qui cognoscit Deum, audit nos: qui autem non est ex Deo, non audit nos. Ex hoc intelligimus spiritum veritatis, & spiritum erroris.* Clarum est, Constanti, te esse antichristi portantem spiritum, te spiritu agi erroris. Sicut enim qui dixerunt, non suscepisse hominem de utero beatæ Virginis unicum Filium Dei; qui non illum crediderunt incarnatum, hominem factum, habere erroris spiritum adstruantur & antichristi nuncupantur: sic & vos Ariani cum unicum Dei Filium natum vere de Patre negatis, hoc est, de substantia Patris; verum illum esse Filium cum despuitis; & semper illum cum Patre regnasse, numquam Filium fuisse sine Patre, neque Patrem sine Filio cum credere detrectatis; cum unam habere deitatem Patrem & unicum Filium ejus negatis: cujus vos spiritu esse plenos manifestatis, nisi antichristi? Non etenim potest dicere Dei habens spiritum, Erat quando non erat, & factus est ex nihilo, de unico Dei Filio; cum illum sine initio credat cum Patre regnasse, & regnaturum sine fine. Itaque cum non esse illum verum Dei Filium dicitis; cum denique ὁμοούσιον τῷ πατρὶ, quod dicunt Græci, nos vero Romani dicimus unius substantiæ cum Patre illum esse, destruere tentatis: utique & vos de illis esse pseudoprophetis, & inter antichristos [1] pronuntiatis.

XXXVII. Non me debes contumeliosum judicare, quia dicam te immundo spiritu agi; qui dicam te antichristi præcursorem: os etenim tuum te hoc esse revelat; neque enim habens spiritum Dei poterit talia adstruere quæ vos asseritis Ariani, aut cuncti variarum sectarum vestri quoque hæretici. Negas Deum verum habere Filium; dicis illum esse adoptivum: & [2] judicas te non intellectum, quod enim unus sis ex illis antichristis ore pronuntiatis Joannis? Revelatus es, inquam, te spiritu adverso duci. Inde est denique quod nec crediderimus tibi dicenti de Filio, Factus est ex nihilo. Cognovimus etenim hæc non posse dicere, nisi pseudoprophetæ spiritum, nisi antichristi præcursorem, nisi satellitem atque mancipium dæmonum. Non tibi hæc dicenti potuimus credidisse, quandoquidem Spiritus sanctus & per prophetas fuerit locutus de unico Dei Filio, illum esse verum Filium Dei, illum æternum esse, & coæternum Patri; numquam neque Filium sine Patre, neque Patrem fuisse aut esse sine Filio; & beati hæc eadem Apostoli retulerint: siquidem sanctus Spiritus paracletus qui fuerit in prophetis, etiam in Apostolis manserit; qui sanctus paracletus Spiritus, quia in Dei sit Ecclesia, & vos sitis constituti extra Ecclesiam Dei, cum non manens sit in vobis: utique probamini antichristi vos habere spiritum; qui immundus spiritus, ne hæc quæ ingerimus videatis, corda hæretica vestra tenebris offundit [3] errorum caligine cæca, ne scilicet ex ejus possetis emergere laqueis. Judicas nos esse contumeliosos, quia te qualem esse videmus, pronuntiemus. Ecce etiam cum in Evangelio apud Matthæum dixisse Dominum invenio: [c] *Ecce ego mitto vos, sicut oves inter lupos:* tu mihi esse unus ex illis lupis videris, & quidem omnium luporum contra Dei gregem rugientium rabiem in quem videam congestam. Quis etenim Dei unici Filii negator non gaudeat, non præ se ferat, cum videat sic te Christi depopulatum gregem? Ex illis quoque unum te accipio incredulis, ex illis perfidis ad quos dicitur: [d] *Progenies viperarum, quomodo potestis quæ bona sunt loqui, cum sitis mali? Nam ex abundanti corde unusquisque loquitur de ore suo. Bonus homo de bono thesauro emittit bona; & malus homo de malo thesauro profert mala.* Si bona sunt, Constanti, quæ loqueris, bonum potes habere thesaurum. Petulans sum, quia dicam tibi, tenebras tuo habitare in corde; inde ex tenebrosissimis sensibus tuis, ut es, immunda tenebrosaque audes proferre.

XXXVIII. Ecce etiam illud quod dictum est beato Petro a Domino si audias, dicturus es sine dubio me contumeliosum. Matthæus sanctissimus: [e] *Adhuc*, inquit, *ipso loquente, ecce Judas unus de duodecim venit, & cum eo turbæ multæ cum gladiis & fustibus, missi a principibus sacerdotum & senioribus plebis. Qui autem tradidit eum, dedit eis signum dicens: Quemcumque osculatus fuero, ipse est: tenete eum. Et confestim accedens ad Jesum ait: Ave Rabbi. Et osculatus est eum. Dixit illi Jesus: Ad quid venisti amice? Tunc accesserunt, & manus injecerunt in Jesum, & tenuerunt eum. Et ecce unus ex his qui erant cum Jesu, extendens manum exemit gladium suum, & percussit servum principis sacerdotum, & amputavit auriculam ejus. Tunc ait illi Jesus: Converte gladium tuum in locum suum. Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt.* Contumeliosum me dicas necesse est, cum audieris, quia si gladio utaris sis periturus gladio. Aut numquid [4] non es usus gladio Christianorum? Si nullum gladio interemisti; si nullum ad mortem usque persecutus es, cur Dei unicum Filium, verum Filium esse fuerit confessus, cur apostolicam atque evangelicam tenuerit fidem, cum non esse Arianus voluerit; poteris non perire gladio. Audis enim dictum beato Petro & utique a Deo Dei unico Filio, omnis qui gladio utitur quod gladio sit periturus. Contumeliosus sum quia dixerim tibi, Christianis non licet interficere quemquam; quia pati, non facere injuriam, decet Christianos: debes etenim pro Christo interfici, non Christianos se clamitantes interficere. Hæc nobis dedit mandata Dominus: si custodita fuerint, tunc Christiani esse perseverabimus. Contra, tu cum gladio digneris ejus persequi servos; non te utique jam Christianum poterimus nuncupare, sed plane latronem vel gladiatorem.

XXXIX. Interea quoniam recitavimus, quomodo coamens tuus Iscarioth Judas tradiderit Dominum; isto in loco ejus penitus retractemus sacrilegii caussas & tuas: & invenies unum vos esse, te & Judam Iscariothem. Ille tradidit Dominum Judæis, quia non fuerat credens, nisi quomodo sit nunc cre-

a I. Joan. IV. 1-3. b Ibid. ℣℣. 5.6. c Matth. X. 16. d Matth. XII. 34.35. e Matth. XXVI. 47-52.

1. *Pronuntiatis*] Vitiosam editorum lectionem *pronuntiari* sic emendat Gonsalvus Poncius apud Latinium.
2. *Judicas te*] Tilius ita legendum recte conjecisse videtur. Editi, *judicas ne*. Mox ex eodem Tilio rescripsimus, *ore pronuntiatis J.* ubi vulgo *pronuntiantis*.
3. *Errorum*] Sic legimus cum Latinio, pro *terrorum* codicum editorum.
4. *Numquid non es usus gladio Christianorum*] Heic aliquid deesse comperitur. Quid, si legamus, IN NECEM *Christianorum*? Id sane vel quid simile contextus postulare videtur.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



dens consortinus tuus Smyrniensium, qui dicebatur ac dicitur indigne Photinus: tu tradidisti eum, & quidem toti orbi, ut cuncti ejus possint negare divinitatem. Quis vestrum in scelere major est? Ego arbitror quia tu. [a] *Omnis enim qui peccaverit in filium hominis, dimittetur ei: qui autem blasphemaverit in Spiritum sanctum, non dimittetur ei, neque heic neque in futuro.* Et tu deitatis illius, quo cuncti possent eam negare, exstitisti traditor. Quantum enim apud te est, tradidisti eum, de quo & libros scriptos dedisti, & prædicatores benigni voti tui omni in loco constituisti. Quem quo possent omnes negare illum verum esse Dei Filium, apostolicam atque evangelicam contra vos hæreticos apud Niciam descriptam fidem, fecisti judicare hæreticam, & blasphemiam tuam fecisti dici catholicam. Et tamen iste Judas qui eum tradiderat, videns in suæ salutis se operatum necem, [b] *pœnitentia ductus retulit xxx. argenteos principibus sacerdotum & senioribus dicens: Peccavi, quod tradiderim sanguinem justum. At illi dixerunt: Quid ad nos? Tu videris. Et projectis argenteis in templo, secessit, & abiit, & laqueo se suspendit.* Ille, licet uno momento, pœnituit, & pretium quod acceperat reddidit: tu quid tale? qui conventus piaculum te facere ab ejus servis, non solum non pœnitueris, sed & magis in contumaciam creveris: tu quid tale? qui sis dans omnes copias regni tui ut possis sacrilegium tuum firmare; qui quos alio modo corrumpere non potueris a veritate, nonnullos ingenti præmio facultatum tuarum corruperis; qui certum numerum egenorum ita locupletaveris, ut comitibus tuis de divitiarum magnitudine possint æquari. Judas postea quam facinus suum advertit, laqueo finivit vitam: tu qui pro magnitudine maleficii tui majori mereris plecti supplicio, quid eris acturus cum male te fecisse, sero licet, cognoveris? cum ea quæ nunc possunt conspicere minime suppurati veneno hæretico oculi tui videre cœperint? Et tamen si velis credere, dimittatur tibi necesse est id quod ignorantia geris, sicuti dimissum beato Paullo Apostolo advertis: sin vero, sic eris ut Judas descensurus ad infernam noctem, tunc dicturus eis qui te nunc hæc facere compulerunt, hoc est coarianis tuis: Peccavi vobiscum, negans unicum Dei Filium: peccavi tribuendo vobis auctoritatem ad ejus æternam negandam clementiam. Tunc cum cognoscere cœperis Patris & Filii & Spiritus sancti unam nos recte confiteri æternitatem; cum videre cœperis quod una sit magnitudo unaque potentia in Patre, & in unico Filio ejus, & in sancto paracleto Spiritu: ubi tunc erunt qui te impulerunt ad hoc perpetrandum sacrilegium, ut dicas ad eos, Pœnitet me quia vobiscum Dei inimicis currerim, quia vobiscum fuerim persecutus Dei domum? Tecum erunt sine dubio in gehenna. Ubi tunc divitiæ regni tui, quæ tibi non ad salutem, sed proficiunt ad æternum tuum interitum? Optamus quidem, ut tibi salutis tuæ inimico dignetur revelare Deus veritatem, emergasque e tantis periculis. Ceterum quantum in scelere sis eminentior ab Iscarioth Juda, non est laboris æstimare: quandoquidem tu ad ejus divinitatem negandam omnem convocaveris orbem; Judas vero solis illis Dominum tradiderit, qui in

A eum necdum crediderant; tu contra, etiam eos provocare dignatus es ad negandam ejus Deitatem, qui jam crediderant: Judas nulli vim intulit ut secum periret; tu contra, cum militari manu sis pugnans contra nos, quos cognoscis credere, quo modo Patriarchæ, Prophetæ, Apostoli ac Martyres crediderint: utique quantum distet inter te atque Judam non est magni laboris perpendere.

XL. Dicis me contumeliosum, qui & me & mihi commissos sim cupiens non tua pestifera doctrina vulnerari; quia dicam tibi morbo te plenum, & idcirco esse vitandum a Dei servis, ne jam ipsi morB bidi effecti, una hac tua pereamus peste. [c] *Utinam*, inquit Corinthiis Apostolus, *sustineretis pusillum insipientiæ meæ: sed & supportate me.* [1] *Æmulans enim vos, Deo æmulor. Statui enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo. Timeo autem ne sicut serpens Evam seduxit astutia sua, corrumpantur sensus vestri* [2] *a castitate quæ est in Christo Jesu.* Idcirco tibi videor esse contumeliosus, quia sim timens, ne per blasphemias tuas corrumpas castitatem quam habemus in Christo Jesu; quia sumus metuentes, ne sicut serpens carissimus tuus Evam seduxit astutia sua, seducas nos a Deo & facias reos mortis. Dicis me contumacem, quia dicam te operarium dolosum pseudochristianum. Non C sunt primum per me adversum te prolata. Audis etenim beatum Apostolum operarium te designasse dolosum pseudoapostolum: [d] *Nam ejusmodi pseudoapostoli sunt operarii dolosi, transfigurantes se in Apostolos Christi. Nec mirum: ipse enim satanas transfigurat se sicut Angelus lucis: Non magnum, si ministri ejus transfigurentur sicut ministri justitiæ, quorum finis est secundum operationem ipsorum.* Hinc tibi videor esse superbus, quia dicam te cognoscens ex actibus tuis ex illis esse, quos tales futuros Spiritus sanctus per Apostolum præostenderit. Si non es tu operarius dolosus, revince me. Ego enim scio quod fingis te Christianum, cum Arianus sis: omnes nos volueris servos cujus tu satelles es, faD cere. Si non es operarius dolosus, tu proba nos; etenim videmus in quibusdam pium te fingere, cum omnem exerceas in nos Christianos impietatem tuam. Si non es tu operarius dolosus, quomodo fingens pacem te firmare, conatus fueras ad omnem Dei Ecclesiam destruendam, ad pacem ei per unicum Filium traditam dissolvendam? Neque enim pacem Domini habere possim exinde, ex quo fecissem id quod mihi jubebas contra Domini præceptum: ex quo ipsum denique unicum Dei Filium, ut tu negas, cœpissem negare. Si non transfiguratus es in Apostolum Christi; [3] quia tamquam vere ad te omnis cura Ecclesiæ pertineat, sic sis solicitus videlicet, ne quis alicubi catholicus præsit Ecclesiæ epiE scopus, ne quis relinquatur qui se possit fateri Christianum? Tollis episcopos catholicos, ordinas hæreticos, scribis horrendas comminationes ne forte oriatur seditio. Utique qui ignorat, arbitratur te, dum hæc agere conspicit, esse Christianum: nos contra, qui instruente Apostolo beato cognoscimus transfigurasse te in angelum lucis satanam, qui hæc cuncta adversum Ecclesiam sanctam per te gerit, mirari

[a] Matth. XII. 32. [b] Matth. XXVII. 3-5. [c] I. Cor. XI. 1-3. [d] Ibid. ☩☩. 3-15.

1. *Æmulans enim vos, Deo æmulor*] Videtur itaque legisse Lucifer: Ζηλῶν γὰρ ὑμᾶς, Θεῷ ζηλῶ. Atque hanc lectionem præferunt codices Clarom. & Sangerman. apud Millium.

2. *A castitate*] Gr. ἀπὸ τῆς ἁπλότητος, *a simplicitate*. At lectionem Luciferianam exhibent quoque Ambrosius, Augustinus, Prosper, Gaudentius. Ex interpretamento nimirum τῆς, ἁπλότητος. Vide sis Millium ad h. l.

3. *Quia*] Editi *qui*. Rescripsimus *quia*: qua quidem voce sæpe utitur auctor pro *cur*. Aliter vix sensus constat. Paullo ante reposuimus *in Apostolum Christi*, ubi vulgo *in Apostolos* C.

non possumus, si te ministrum ejus conspiciamus, si velut justitiæ transfiguratum [1] ministrum.

XLI. Utinam temet convertas ad hoc quo possis credi Dei servus, quo possis judicari & intelligi Christianus. Quoties dicitur a nobis tibi, non te potuisse Dei unici Filii negatorem exsistere, nisi quia sis adverso plenus spiritu; dicere es solitus, quod enim tibi injuriam faciamus. Et quamvis rem hanc plurimis in locis jam probaverim, immundis spiritibus instigantibus corda vestra, vos venire contra Dei familiam; adhuc in Actibus Apostolorum sume quæ acciderint. [a] *Factum est autem euntibus nobis ad orationem, puellam quamdam habentem spiritum pythonis occurrere nobis, quæ reditum multum præstabat dominis suis divinando. Hæc subsequuta Paullum & nos, clamavit dicens: Hi* [2] *servi Dei excelsi sunt, qui prædicant nobis viam salutis. Hoc autem faciebat per multos dies. Quod cum indoluisset Paullo, conversus ad spiritum ait: Præcipio tibi in nomine Jesu Christi, ut exeas ab ea. Et exiit eadem hora. Videntes autem domini ejus quia exiit spes reditus eorum, apprehensum Paullum & Silam, extraxerunt ad forum ad magistratus, & obtulerunt eos dicentes: Homines hi conturbant civitatem nostram cum sint Judæi, & prædicant sectam quam non licet nobis recipere nec facere, cum simus Romani. Et consurrexit universa turba adversus eos: & magistratus* [3] *destitutis tunicis eorum, jusserunt eos virgis cædi. Et cum multas eis imposuissent plagas, miserunt eos in carcerem, præcipientes custodi carceris diligenter servare eos. Qui cum tale præceptum accepisset, misit eos in imum carceris, & pedes eorum in nervo conclusit. Circa mediam autem noctem Paullo & Sila orantibus, & hymnum canentibus Deo, audiebant eos ceteri vincti. Repente autem terræ motus factus est magnus; ita ut concuterentur fundamenta carceris: & ostia aperta sunt, & omnia vincula soluta sunt. Expergefactus est custos carceris; & cum vidisset ostia carceris aperta, exemit gladium ut se interficeret, existimans fugisse vinctos. Exclamavit autem Paullus voce magna dicens: Nil tibi mali feceris: omnes enim heic sumus. Quo audito custos carceris petit lumen, & ingressus est, & tremens procidit ad pedes Paulli & Silæ. Et cum produxisset eos foras, ait: Domini, quid me oportet facere ut salvus sim? At illi dixerunt: Crede in Deum Jesum: & salvus eris tu, & domus tua. Et locuti sunt ei verbum Domini cum omnibus qui erant in domo ejus. Et sumens eos ipsa hora noctis lavit eorum plagas: & baptizatus est ipse cum omnibus suis. Et ducens eos in domum suam, apposuit eis mensam: & lætatus est cum universa domo sua, credens in Domino.*

XLII. Igitur ut ille spiritus pythonis audiens nomen Domini Jesu Christi mox effugatus est de domo sua, concitavit universum populum civitatis adversus unici Filii Dei majestatis prædicatores: ita & te cum tuis contra nos ejus servos illi impuri spiritus concitaverunt. Nec dubitas te iisdem agi spiritibus, quibus fuerint acti contra Paullum & Silam surgentes; quando te sic Dei religionis factum videas persecutorem, ut illud vulgus fuerit, quod nec dum credidisset in Dei unicum Filium: quod non aliunde tales, nisi quia sine Spiritu fuerint Dei, ut tu quoque esse probaris. Spiritum etenim te habere sanctum non posse, nisi credideris in Dei unicum Filium, custodis istius carceris factum manifestat: qui cum utique unus fuerit e populo illo resistenti; tamen factum est, postea quam credidit, quia jam regeretur Spiritu quo regerentur Paullus & Silas: ut non potuerit nisi viam tenere eorum, propter quos viderat januas sponte carceris reseratas. Ita tu qui nunc diverso ageris spiritu, nisi credideris in unicum Dei Filium, sicut etiam nos credimus, habere in te non poteris nisi adversarii nostri spiritum. Ait etenim ille custos ad gloriosos Paullum & Silam: *Domini, quid me oportet facere ut salvus sim? At illi dixerunt: Crede in Dominum nostrum Jesum: & salvus eris tu, & domus tua.* Constat igitur non te esse salvum, quia adhuc non credideris in Dominum Jesum. Nec enim poteris te asseverare credidisse in eum, cum sis eum persequens. Aut numquid arbitraris, non te ipsum persequi in nobis? Si non ipsum persequeris in nobis, quomodo ipse dicit ad Saulum: [b] *Quid me persequeris? Durum est tibi calcem mittere contra stimulum.* Quid agebat Saulus, ut hæc audiret a Domino? Nempe hæc quæ tu: sic etenim ille negabat unicum Dei Filium, ut sis negans tu. Non enim Paullus tunc persecutor, postea vero qui perpeti cœperit persecutionem, idcirco Christianos persequebatur, quia credidissent sicuti tu credis, quod fuisset quando non fuerit, quod factus fuerit ex nihilo, & [4] quod non verus sit Filius: sed utique quod auderent unicum Dei Filium confiteri; quod credere se adstruerent Christiani, quia æternitas una sit Patris & Filii, quia una sit deitas, quia una sit potentia in Patre & Filio. Hæc exsecrabatur Paullus, existimans errare Christianos: at ubi illustratus est per eum quem negabat, ubi cognovit de libris Moysis & de omnibus prophetarum voluminibus, confestim hæc cœpit quæ impugnabat, defendere; quæ scilicet defenderent illi, quos persequebatur antequam credidisset. Ceterum quis tam vecors erat, ut estis vos Ariani, aut est Photinus Smyrniensium qui vere dicitur Scotinus, ut crederet in creaturam, in eum qui fuerit quando non fuerit, in eum qui creatus sit ex nihilo? Apparet igitur cunctos vos non credentes, sicut credit Ecclesia gloriosa, spiritu duci adverso; de quo adverso spiritu liberari non poteris, nisi credideris verum illum esse Filium Dei.

XLIII. Contumeliam, inquis, faciunt mihi episcopi. Cur tibi videmur contumeliosi? nempe quia dicamus, Quid te Christianum fingis? Videris etenim esse Arianus, videris esse Dei religionis hostis. Hinc apud te ac tuos esse injuriosi videmur. Sed conspice quæ ut ageremus episcopi, contra vos lupos fuerit locutus beatissimus Apostolus: [c] *Vos scitis a prima die qua ingressus sum Asiam, quemadmodum vobiscum fui per omne tempus serviens Domino in omni humilitate & lacrymis & tentationibus, quæ mibi acciderunt ab insidiis Judæorum: quomodo nihil subtraxerim ab eis quæ utilia essent;* [5] *quomodo renuntiarem vobis, & docerem publice & per domos, te-*

a Act. XVI. 16-34. *b* Act. IX. 5. *c* Act. XX. 18-31.

1. *Ministrum*] Post hanc vocem in edito Tiliano legimus, *justitiæ hortamur*. Quomodo ista cum præcedentibus cohæreant, judicent eruditi.

2. *Hi servi Dei*] Vulg. *Hi homines servi Dei*. Sic & in textu. At οἱ ἄνθρωποι, quemadmodum in Luciferiano exemplari, deesse quoque in Cantabrig. notat Millius. Mox *prædicant* NOBIS, ut in textu. Alii tamen codd. apud Millium legunt cum Vulg. ὑμῖν.

3. *Destitutis tunicis*] Quid sonent ista hoc loco, plane se nescire fatetur Millius *Prolegom.* §. 774. Duxerim equidem scripsisse Luciferum DISRUPTIS seu DIRUPTIS *tunicis*. Gr. περιῤῥήξαντες, *dirumpentes*.

4. *Quod non verus sit Filius*] Sic post Latinium rescripsimus. Editi, repugnante contextu, *quod verus sit Filius*.

5. *Quomodo renunt.*] Gr. τοῦ μὴ ἀναγγεῖλαι. Vulg. *quo minus annunt.* Ceterum & in cod. Cantabr. deesse μὴ testatur Millius.

stificando Judæis & Græcis in Deum pœnitentiam, & fidem in Dominum nostrum Jesum. Et nunc ecce vinctus spiritu vado Hierusalem, quæ in ea mihi eventura sunt ignorans: nisi Spiritus sanctus per omnem civitatem protestatur mihi dicens, Quia vincula & tribulationes me manent in Hierosolymis. Sed pro nihilo æstimo animam meam [1] *caram esse mihi, quam consummare cursum meum & ministerium verbi quod accepi a Domino, testari Judæis & Græcis* [2] *evangelium gloriæ Dei. Et nunc ego scio quod amplius non videbitis faciem meam vos omnes, inter quos perambulabam in prædicando regnum Domini Jesu. Propter quod contestor vobis hodierna die, quia mundus sum a sanguine omnium, & non prætermisi prædicando omnem voluntatem Dei. Attendite vobis & omni gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos regere Ecclesiam* [3] *Domini, quam acquisivit sanguine suo. Ego scio quia intrabunt post discessum meum* [4] *lupi graves in vos, non parcentes gregi: & ex vobis ipsis exsurgent homines, & loquentur perversa, ut abducant discipulos post se. Propter quod vigilate, memoriam tenentes, quia per triennium nocte ac die non cessavi cum lacrymis monendo unumquemque vestrum.* Cum hæc mandata videas esse Apostoli, quid me jubes facere, ne contumeliosus esse videar tibi? Nempe tacere me, & sinere jubes ut tu unus ex illis lupis designatis gravibus, quovis modo grasseris in Dei gregem? Videmus vos lupos, quos præostendere est dignatus Spiritus sanctus per vas electionis Apostolum, omnem comprehendere conatos Dei gregem: [5] & nos episcopi quos Spiritus sanctus ad regendam Dei Ecclesiam constituerit, dicit beatus Apostolus, debemus tibi lupo parcere, debemus vereri regni tui diadema, inaurem etiam & [6] dextrocheria, debemus insignes quas esse censes vestes tuas honorare, & despicere rerum creatorem atque rectorem? Quis te imprudentior est, ut dicas, Injuriam patior a Lucifero, imperator ab homine egeno; nec dignaris dicere ab episcopo, quia esse lupus fueris agnitus, & merueris repulsam? Tali putasti me onerandum invidia, ut assereres Dei servum tibi imperatori exstitisse contumeliosum. Si putas nos injuriosos, accipe quid responderit principi sacerdotum prohibenti prædicare unicum Dei Filium, beatus Paullus: [a] *Intendens*, dicit scriptura, *in concilium Paullus, dicit: Viri fratres, ego omni conscientia bona conversatus sum coram Deo usque in hunc diem. Princeps autem sacerdotum* [7] *Annas circumstantibus se præcepit percuti os Paulli. Tunc Paullus ad eum dixit:* [8] *Percutere te incipiet Deus, paries dealbate. Et tu sedes judicare de me secundum legem, & contra legem jubes me percuti?* Igitur si non potest sacra lex beatum Paullum contumeliosum judicare, quia hoc dixit injusto judici: nec tu me vera tibi & quod es, dicentem, juste poteris dicere superbum. Reum me contumeliarum designas, sed quæso te dicas, cui de me possis conqueri? Si Deo, quomodo ei quereris quem sis ignorans? quomodo cum alienus sis ab ejus domo? Si vero tibimet ipsi conquereris, quid facturus homo, qui nocere Dei servis ex nulla possis parte? Si torqueas, magis curamur: si crucias, magis reficimur: si interficis, magis vivemus. Cum audeam te dicere antichristi præcursorem, dicis me injuriosum; proba si non te actus tui hoc esse ostendunt.

XLIV. Considera cum ingenti solicitudine sanctissimi etiam prophetæ Danielis librum, & invenies te unum ex illis præostensis persecutoribus Dei religionis: [b] *In primo anno Baltasar regis Chaldæorum, Daniel somnium vidit, & visio capitis ejus in cubili ejus. Et somnium suum scripsit. Ego Daniel videbam: & ecce quatuor venti cæli immittebant in mare magnum: & quatuor bestiæ* [9] *ascendebant de mari, altera alteram magnitudine antecedens. Prima ut leo, & pinnæ ejus sicut aquilæ. Et surrexit a terra: & super hominis pedes stetit, & cor hominis datum est ei. Et ecce alia bestia similis urso, & in una parte stetit: & tria latera in ore ejus in medio dentium ejus. Et sic dixit ei: Surge & manduca carnes multas. Post hanc bestiam videbam: & ecce alia bestia ut leopardus: & ei alæ quatuor volucris super eam: & quatuor capita bestiæ: & potestas data est ei. Post hanc videbam: & ecce bestia quarta horribilis, admirabilis & fortis vehementer: dentes ejus ferrei manducabant & comminuebant: & reliqua pedibus suis conculcabat. Et hæc bestia major ceteris bestiis quæ antea visæ sunt: & cornua decem ei. Et intendebam in cornua ejus: & ecce cornu aliud minus ascendit in medio eorum: & tria cornua quæ erant ante illud, eradicata sunt a facie ejus. Et ecce oculi hominis in cornu hoc, & os loquens magna. Videbam, quoad usque sedes positæ sunt: & vetustus dierum sedebat. Vestitus ejus, albus ut nix: & capillus capitis ejus, ut lana munda: & sedes ejus, flamma ignis: rotæ ejus, ignis ardens: fluvius ignis* [10] *lucebat ante eum. Millia millium serviebant ei: & dena millia denum millium adstabant ante eum.* [11] *In judicium sedit: & libri aperti sunt. Videbam tunc a voce sermonum magnorum quos cornu illud loquebatur, quoad usque interiit bestia & periit, & corpus ejus datum est ut comburatur. Et reliquarum bestia-*

a Act. XXIII. 1-3. *b* Dan. VII. 1-28.

1. *Caram*] Gr. *τιμίαν*, *pretiosam*. Vide sis Millium in hunc locum. Mox, verba *Judæis & Græcis* absunt a textu & Vulg. Sed in duobus codd. Cantabr. & Steph. ea legi, Ἰουδαίοις καὶ Ἕλλησι, monet Simonius *Nouvell. Observ. sur le texte* pag. 29. & post eum Millius.

2. *Evangelium gloriæ Dei*] Sic Parisienses ex Tilio. Utrum Lucifero tribuenda sit hæc lectio, ambigo. Constanter enim textus & versiones, *evang.* GRATIÆ *Dei*. Nisi quis conjicere malit, hæc verba transtulisse auctorem ex I. *Tim.* I. 11. ubi legimus *κατὰ τὸ εὐαγγέλιον τῆς δόξης τοῦ μακαρίου Θεοῦ*, *secundum evangelium* GLORIÆ *beati Dei*. Paullo post eadem editio, *perambulabam — regnum Domini Jesu*. Gr. *διῆλθον κηρύσσων τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ*. Vulg. *transivi prædicans regnum* DEI. Ex Simonio tamen & Millio comperimus, codicem Cantabr. præferre τοῦ Ἰησοῦ.

3. *Domini*] Gr. cum Vulg. *Dei*. Atque hanc lectionem retinent plurimi mss. codices & Patres: quæ proinde Luciferianæ *Domini* præferenda, quamvis & ista in aliis codd. exstare noscatur, atque aliis scriptoribus ecclesiasticis usurpata occurrat. Vide sis Millium ad h. l.

4. *Lupi graves*], Juxta Gr. *λύκοι βαρεῖς*. Vulg. *lupi rapaces*.

5. *Et nos episcopi*] Editi, *& nos episcopos*. Quam quidem lectionem si sequi malis, aliter locus interpungendus.

6. *Dextrocheria*] Dextrocherium, brachii dextri ornamentum esse, viris æque ac feminis commune, probat Cangius in Glossario v. DEXTROCHERIUM, pluribus auctorum locis in medium adductis, ne prætermisso quidem hocce Luciferi. Præ ceteris usurpata hæc vox Julio Capitolino in *Maximin.* cap. VI.

7. *Annas*] Ex textu & Vulg. legendum *Ananias*.

8. *Percutere te incipiet*] Gr. *τύπτειν σε μέλλει*. Verbo tenus: *Percutere te futurus est*. Vulg. *Percutiet*.

9. *Ascendebant — sicut aquilæ*] Hæc verba quæ desunt in edito Tiliano, supplevimus e LXX. ut sensus constet.

10. *Lucebat*] LXX. *εἷλκεν*, *trahebat*: id est, quasi se præcipitabat: & respondet Hebræo. NOBILIUS.

11. *In judicium*] *Judicium* duco scripsisse Luciferum juxta LXX. Κριτήριον ἐκάθισε.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 368.



rum regnum translatum est: & longitudo vitæ data est eis [1] *usque ad tempus. Videbam in visum noctis: & ecce cum nubibus cœli, ut filius hominis veniens venit usque ad vetustum dierum:* [2] *anticipavit, & oblatus est ei. Et datum est ei regnum & honor & imperium: & omnes populi, tribus, linguæ servient ei. Et potestas ejus, potestas perpetua quæ numquam transibit: & imperium ejus numquam corrumpetur. Horruit spiritus meus in habitu meo, & ego Daniel: & visus capitis mei conturbabat me. Et accessi ad unum circumstantium, & veritatem quærebam ab eo de omnibus his. Et dixit mihi veritatem & interpretationem sermonum declaravit mihi. Hæ bestiæ quatuor magnæ, quatuor regna surgent in terra. Et accipient regnum sancti altissimi* [3] *Dei: & obtinebunt illud usque in sæculum. Et quærebam diligenter de bestia quarta, (quod erat præter ceteras bestias horribilis valde: dentes ei ferrei, & ungues ejus ærei: manducabat & comminuebat, & reliqua pedibus suis conculcabat) & de cornu ejus decimo quod erat in capite ejus, & de altero cornu quod ascendit & priora tria cornua excusserat:* [4] *cujus oculi, & os loquens magna: & visus ejus major ceteris videbatur. Et cornu illud faciebat bellum cum sanctis, & valebat adversus eos, quoad usque advenit vetustus dierum, & judicium dedit sanctis altissimi Dei. Et anticipavit tempus: & regnum obtinuerunt sancti. Et dixit: Bestia quarta, quartum regnum erit in terra, quod* [5] *eminebit omnia regna, & manducabit omnem terram, & conculcabit eam, & concidet. Decem cornua ejus, decem reges exsurgent: & post eos exsurget alius, qui superabit malis omnes qui ante eum fuerunt, & tres* [6] *humiles faciet: & verba adversus altissimum Deum loquetur: & sanctos altissimi Dei inveterabit: & excogitabit mutare tempora & legem: & dabitur in manu ejus usque ad tempus temporum, & dimidium temporis. Et judicium sedebit: & regnum transferet, ut exterminet & perdat usque ad finem. Et regnum & potestas & magnitudo regum data est sanctis altissimi Dei. Et regnum ejus sempiternum: & omnes ei servient & obedient.*

XLV. Debueram quidem tantum illam partem indere, quæ te declarat per actus tuos, quomodo sis similis bestiis: sed ut scires te in illa gehenna futurum, in qua bestiam illam missam refert gloriosus Daniel, nisi te correxeris; & quomodo quos persequeris, in æternum sint regnaturi in regno collocati Domini, quo advertere posses: hæc omnia annectimus. Item ad hoc universam revelationem censui applicandam, quo tu tibimet & saltem legens satisfacere posses; quod enim vos tyranni persecutores Dei religionis bestiæ fueritis dicti. Cupiens etenim sum me purgare apud tuam infectam venenis Ariani dogmatis conscientiam, apud te non religiosum, sed religionis destructorem; non me, ut adstruis, esse contumeliosum, quia dicam te feram bestiam vel immanem belluam; cum videas sic vos vocitari juxta facta vestra: vobis etiam nomina applicata. Ceterum quartæ illius bestiæ te gerere similitudinem, te hæc implere esse cupientem, quæ A illa prædictum est quod esset impletura, manifestum est. Scriptum est de antichristo cui tu assimilaris, aut ipse esse judicaris: [a] *Verba adversus altissimum Dominum loquetur, & sanctos altissimi Dei inveterabit, & excogitabit mutare tempora & legem: & dabitur in manu ejus.* Hæc tu jam fecisti atque es faciens. Cum enim dicis, Non est verus Deus Filius Dei, sed factus est ex nihilo; verba loqueris adversus Deum. Christiani etenim cum unam vindicemus divinitatem Patri & unico Filio ejus, & tu sis hanc nostram impugnans defensionem, sis adstruens de Filio, quod fuerit quando non fuerit, & quod factus sit ex nihilo; utique probas te aut esse antichristum, aut certe ejus præcursorem. Neque B enim alius esse poteris intelligi, nisi aut præcursor antichristi aut antichristus, qui audeas apostolicam evangelicamque hæreticam dicere fidem, & tuam tentes blasphemiam, catholicam fidem vindicare. Injuriam te pati sentis, quia bestia esse dicaris a nobis; inveniris excogitare fidem mutare, hoc est, ut non ita credamus quomodo Patriarchæ, Prophetæ, Apostoli ac Martyres crediderint, sed institueris sic credendum, quomodo comperditus tuus Arius: & dicis non te recte dici bestiam, cum quia hæc esses acturus, bestiam te esse dixerit sanctissimus propheta? Non minor es, Constanti, incredulitate ab antichristo: nam dentibus ferreis Dei servos devorando non desinis. Quid plura? Nil antichristus actu- C rus est, nisi ut negetur unicus Dei Filius: hoc agit stultitia saginatus immundissimus animus tuus. Sed quantumvis sævias, transient, transient tempora tua, & venient illa in quibus visurus es te, nisi tibi consulueris, in illo igneo fluvio constitutum; visurus tunc eos quos infeste persequeris, propterea quod nolint perire tecum, non in illo in quo tu futurus es loco tormentorum, sed cum Angelis sanctis gratias & laudes referentes semper Deo: te vero in illo liquore flammeo.

XLVI. Nolo mireris, si Daniel gloriosus te bestiam esse designarit, quando & Paullus beatus [7] de collectis tuis dixerit Cretensibus: [b] *Cretenses semper* D *mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri.* Et infra: *Quamobrem increpa illos acriter, ut sani sint in fide, non intendentes Judaicis fabulis, & mendaciis hominum aversantium se a veritate.* Hinc tibi episcopi sumus injuriosi, quia te increpemus atque objurgemus, cur fueris ausus avertere temet a veritate, cur volueris Dei mandatis derelictis, hominum hærere blasphemiis atque mandatis, cur denique derelicto Deo idololatriam susceperis. Hinc tuus tibi inimicus esse videor, quia velim te gradi secundum Apostoli præceptum, & non secundum Arii atque Judæorum mandata, contra has nostras justissimas allegationes. Videns te veritate superatum dicere es solitus, Sacræ scripturæ præcipiunt, regibus & omnibus degentibus E in sublimitate debere te esse subditum; & audes tanta ac talia mihi ingerere, Lucifer? Hæc conspicis; hujusmodi quæ te jubent honorari intelligis; quæ vero te jubent facere, illa fingis non nosse; illa quæ te moneat Dominus, nempe sacerdotibus obedire; illa quæ urgeant unum te exhibere ex omnibus con-

a Dan. VII. 25. b Tit. I. 12-14.

1. *Usque ad tempus*] LXX. ἕως καιροῦ καὶ καιροῦ, *usque ad tempus & tempus*. Ex vocis repetitione posteriora omiserit incurius librarius.

2. *Anticipavit*] Mihi suspecta lectio. Ad hunc locum plura Nobilius. Mox legerim *servient*, ut apud LXX. δουλεύσουσιν.

3. *Dei*] Sic & paullo post iterum atque iterum. Quæ quidem vox deest apud LXX. Paullo ante post verba *in terra*, ex eadem versione addendum: *quæ auferentur*.

4. *Cujus oculi*] *Cui* legendum videtur e LXX. ᾧ οἱ ὀφθαλμοί.

5. *Eminebit omnia regna*] Litteræ inhæret auctor, ὑπερέξει πάσας τὰς βασιλείας.

6. *Tres humiles*] Inferenda vox *reges*, ut habent LXX. τρεῖς βασιλεῖς, vitio forte librarii prætérita.

7. *De collectis tuis*] Conjicit Latinius pro *collectis* legendum *combestiis* aut *coelectis*. Malim equidem minima mutatione, *collegis* pro sociis.



servis tuis oportere, nec cuiquam te, si velis Dei inveniri servus, superiorem dicere. [a] *Hæc*, inquit Tito beatus Apostolus, *loquere & exhortare, & argue cum omni imperio: nemo te contemnat*. Si Christianus es, quia & tu unus sis de illis propter quos dixerit, *Hæc loquere & exhortare, & argue cum omni imperio: nemo te contemnat*: utique me cum omni te corripientem imperio audire debes, non contemnere. Tunc eris Christianus, si me non contemseris hortantem te ut perseveres Christianus: si vero contemseris, jam non de Christianis esse inveniris; quia si fuisses Christianus, non contemsisses eum, quem Deus ordinaverit ad instruendam plebem suam, & eum cui Apostolus dixerit, *Hæc loquere & exhortare, & argue cum omni imperio: nemo te contemnat*. Quid enim te hortor, nisi ut non sis homicida, ut Dei non persequaris domum, ut desinas torquere, proscribere, deportare, recludere carcere, trucidare, varie disperdere, interficere eos quos cernas Christianos; ut desinas denique blasphemare unicum Dei Filium, ut apostolicam suscipias, quam hæreticam dicis fidem; hanc scilicet nostram, quam apud Niciam te contra & cunctos hæreticos episcopi descripserunt: ut sis credens sicuti nos, dignerisque respuere idololatriam per Arium magistrum tuum institutam; ut Christianum te clamites, non Arianum; ut desinas crimina falsa Dei [1] mittere sacerdotibus.

XLVII. Hæc est correptio mea, hæc objurgatio. Apostolus mihi dicit, ut te arguam cum omni imperio: & tu dicis, Facit mihi injuriam Lucifer: & non dicis, Dei sacerdos commonet atque hortatur secundum sacræ legis præcepta, ut possim ducere vitam Deo acceptissimam. Nam quia dicas debere nos tibi obsequia, scito quia non tibi soli, sed & omnibus nos in sublimitate degentibus, in obsequiis [2] repræsentantibus esse novimus debitores. Dicit enim Apostolus: [b] *Admone illos principibus & magistratibus subditos esse, obedientes, ad omne opus bonum paratos esse, neminem blasphemare, non litigiosos esse, sed modestos, omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines. Fuimus enim & nos aliquando stulti & increduli, errantes, servientes desideriis & voluptatibus variis, in malitia & invidia agentes, odibiles, odientes alterutrum. Sed cum benignitas & humanitas illuxit Salvatoris nostri Dei; non ex operibus justitiæ quæ nos fecimus, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit per lavacrum regenerationis & renovationis, per Spiritum sanctum quem effudit in nobis [3] honeste per Jesum Christum Salvatorem nostrum, ut justificati gratia ipsius heredes efficiamur [4] secundum spem vitæ æternæ*. Admonet ergo subditos nos debere esse in bonis operibus, non in malis. Si bonum est opus ut absentem interimamus, ut inauditum purgare se proclamantem necemus; ut eum quem innocentem scimus, omittentes omnem respectum misericordiæ, tecum puniamus: si opus bonum est negare Dei unicum Filium, si

A opus Deo acceptum est apostolicam deserere fidem, suscipere hæreticam: merito diceres contra sacrarum facere me scripturarum monita. Addo illud, quod illorum principum & magistratuum Apostolus fecerit mentionem, qui necdum credidissent in unicum Dei Filium, [5] utique humilitate nostra & mansuetudine, & longa in adversis patientia, & maxima in rebus congruis obedientia fuissent provocati ad credendum. Ceterum si tu quia imperator sis, fingens te unum e nobis, cogas nos Deum derelinquere & idololatriam suscipere; numquid acquiescendum tibi erit, ne Apostoli prætermissa fuisse videantur præcepta? Et tamen tu qui te fingis Christianum, Christianos tentaris quod ipse sis facere, hoc B est apostatas; tu qui adhuc stultus sis & incredulus, permanens in malitia tua, in qua & nos fuisse ante agnitionem, ante susceptam sacram fidem Apostolus dicit. In quibus tibi temperaturi eramus, nisi ut quæ licita essent impleremus, aut cum dicas tu blaspheme homicida, Necate credentes in unicum Dei filium, estote mecum persecutores domus ejus, mecum negate eum, apostolicam respuite fidem, suscipite hæresim meam cujus ego omnibus viribus cordis mei exstiti amator? Quis te infelicior est, ut non te vitet? Nonne te hæc facere suadentem, dæmonum templum esse cognoscens, fugiat?

XLVIII. Quia hæc audis, dicis: Injuriam patior a C Lucifero homine misero, & utique imperator. Non subsequitur sermo ille tuus blasphemus; conspurcatus, Audio quæ mereor a Lucifero Domini sacerdote. Galatis vas electionis dicit: [c] *Miror*, inquit, *quod sic tam cito [6] transferamini ab eo qui vos vocavit in gratia, in aliud Evangelium: quod non est aliud, nisi sunt aliqui qui vos conturbant, & volunt convertere Evangelium Christi. Sed licet nos aut Angelus de cælo evangelizaverit præter id quod evangelizavimus vobis, anathema sit. Sicut prædiximus, & nunc iterum dico: Si quis vobis aliud annuntiaverit quam quod accepistis, anathema sit*. Et tu arbitraris aliud posse te judicari a me, nisi anathema esse, cum inveniam te D aliter evangelizare, quam tradiderunt beati Apostoli? Cum itaque audis a me quod anathema habeam te evangelizantem aliter quam evangelizarunt Apostoli: si dicas me injuriosum, mentiri te cognoscere, aliquid hominis gestans, poteris; siquidem videas tibi me idcirco dicere anathema, quia jam beatus Apostolus te anathematizaverit. Injuriosum me judicas, quia dicam te stultum: sed quomodo potero recte a te injuriosus vocari, quando constet me verum dicere, quod enim sis stultus? Si enim Galatæ audiant: [d] *O stulti Galatæ*, a beato Apostolo; cur putes tu non stulti debere te nomine vocitari? Illi etenim si propterea quod falsis fratribus obtemperassent, quia ad illorum conE serpentinorum tuorum suggestiones intendentes, & sabbata servare se oportuisse, & circumcisionem

a Tit. II. 15. *b* Tit. III. 1-7. *c* Gal. I. 6-9. *d* Ibid. III. 1.

1. *Mittere*] Id est, immittere, impingere, imponere. Ita loqui consuevit auctor.

2. *Repræsentantibus*] Quovis pignore contenderem, scripsisse Luciferum *repræsentandis*.

3. *Honeste*] Gr. πλουσίως. Vulg. *abunde*. Sed nihil muto. Sic enim passim Vulgatus, quemadmodum & Vetus interpres quem sequitur Lucifer. *Sap.* VII. 11. καὶ ἀναρίθμητος ΠΛΟΥΤΟΣ ἐν χερσὶν αὐτῆς (σοφίας.) *Et innumerabilis* HONESTAS *per manus illius* (sapientiæ.) Ibid. ℣. 13. τὸν ΠΛΟΥΤΟΝ αὐτῆς οὐκ ἀποκρύπτομαι. HONESTATEM *illius non abscondo*. Sic *Eccli.* XI. 14. πτωχεία καὶ ΠΛΟΥΤΟΣ παρὰ Κυρίου ἐστί. *Paupertas &* HONESTAS *a Domino sunt*. Ibid. XXIV. 23. καὶ τὰ ἄνθη μου, καρπὸς δόξης καὶ ΠΛΟΥΤΟΥ. *Et flores mei, fructus honoris &* HONESTATIS. Cetera omittimus.

4. *Secundum spem vitæ æternæ*] Editi omittunt *æternæ*. Quam quidem vocem, librarii culpa fortassis omissam, ex textu addidimus κατ' ἐλπίδα ζωῆς αἰωνίου.

5. *Utique*] Ni pro *ut*, ea particula Lucifer usus fuerit; existimarim equidem ipsum scripsisse, *ut ii quoque*.

6. *Transferamini ab eo qui vos vocavit*] Editi, *transferamini qui vos vocavit*. Defectum supplevimus, textum secuti, ubi legimus ἀπὸ τοῦ καλέσαντος. Statim, *in gratia* scripsit auctor, ut in Gr. ἐν χάριτι.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

fuisse custodiendam censuerant, sunt stulti dicti; quanto magis tu digne diceris stultus, qui unici Dei Filii negator exstiteris? Quia dicam tibi, Eripe te a canibus rabidis Arianis, dole tibi quod illorum maligno hærendo concilio & ipse canis factus sis, contumacem me dicis? Sed fortassis ignoras unici Dei Filii negatores dictos canes, dictos tauros pingues, dictos filios iniquitatis, semen adulterum & meretricis, filios perditionis & semen iniquum. Si fugitis ita vocitatos vos a Deo, audi per Isaiam ipsum dicentem ad comblasphemos tuos Judæos: [a] *Accedite huc filii iniquitatis, semen adulterorum & meretricis. In quo delectati estis? & in quem aperuistis os vestrum? & adversus quem immisistis linguam vestram? Nonne vos estis filii perditionis, semen iniquum?* Et alio loco: [b] *Videte* [1] *quia omnes excæcati sunt: non cognoverunt sapere: omnes canes muti, qui non poterunt latrare: somniantes in cubili, amantes dormitare. Et* [2] *canes improbi animo, nescientes satietatem: & sunt nequam, nescientes intellectum: omnes vias suas secuti sunt.* Qui hi sunt ad quos hæc, vel propter quos dicantur? nempe illi quos in vicesimo primo Psalmo incusat unicus Dei Filius ore David dicens: [c] *Circumdederunt me vituli multi: tauri pingues obsederunt me. Aperuerunt in me os suum, sicut leo rapiens & rugiens.* Et infra: [d] *Circumdederunt me canes multi: concilium malignantium obsedit me. Foderunt manus meas & pedes meos.* Quando itaque illos in sacrilegio magistros tuos, dictos vitulos, tauros pingues atque canes advertes; non poteris tu unus ex malignantium concilio contumeliosum me judicare, quia illis te nuncupem nominibus, quibus compestilentes tui vocati sunt ac vocantur. Neque enim tu minor es in nequitia, qui audeas dicere, Erat quando non erat, & factus est ex nihilo; ut non illis aptis tibi nominibus nuncuperis. Sed vis his non nuncupari nominibus? muta vias tuas, corrige errores tuos, ut correxerunt Paullus beatissimus, & ceteri ex illo perfido populo.

XLIX. Quia dicam tibi, Eripe te a malignantium concilio; videor esse tibi contumeliosus. Qua de re? nempe quia profitear me Christianum, quia noluerim derelinquere Deum, & abire post idololatriam tuam. Non nos primum contumeliosi ac superbi a vobis dicti sumus sacrilegis: dicti sunt enim etiam illi cuncti, qui restiterunt funestis edictis contyrannorum tuorum. [3] Et ut ceteros præteremany in clausula orationis, ad solum iterum me vertam Antiochum regem. Judicabat ne resistentes sibi, contumeliosos, superbos, an non? Sine dubio quia contumeliosos, superbos illos existimarit fuisse, talis est crudelitate Deo dicatos ad mortem usque persecutus. Restat ergo ut videas, quæ adhuc super illa quæ jam cognovisti, gesserit Antiochus; & si illos recte poteris dicere superbos fuisse Antiocho, contumeliosos poteris & nos. Hæc etenim & nos patimur a te, quæ sunt & illi perpessi ab Antiocho: sic nos sumus proclamantes pro fide, pro religione, sicut fuerunt proclamantes & illi: sic nos Deo Abrahæ, Deo Isaac, Deo Jacob servire profitemur, quomodo & illi sunt confessi: [e] *Misit*, inquit scriptura, *rex* [4] *senem Atheniensem qui compelleret Judæos, ut se transferrent a patriis, & Dei legibus ne uterentur: contaminare etiam quod in Hierosolymis erat templum, & cognominare Jovis Olympii, &* [5] *quod in Garizin, prout erant hi qui locum inhabitabant, Jovis Hospitalis. Pessima autem & universis gravis malorum erat seditio.* [6] *Nam quia templum comessationibus gentium erat plenum, scortantibus cum meretricibus, & in sanctis tectis mulieribus se appropiantibus; insuper intro inferentes ea quæ non oportebat. Altare etiam plenum erat illicitis quæ legibus prohibebantur. Neque autem sabbata agebantur, neque dies solemnes patricii custodiebantur.* Et infra: [f] *Ducebantur autem cum amara necessitate per singulos menses,* [7] *in die regis natalis ad viscerationem; & cum sacra Liberi celebrarentur, cogebantur etiam hederas habentes Libero circumire. Decretum autem exit in proximas Græcorum civitates, suggerentibus Ptolemæis id ipsum institutum adversus Judæos agere* [8] *& viscerare: eos vero qui nollent transire ad instituta Græcorum, interficere. Advenit ergo videre miseriam. Duæ enim mulieres delatæ sunt natos suos circumcidisse, quarum infantes ad ubera suspenderunt; & cum publice per civitatem illas circumduxissent, per murum illas præcipitaverunt. Alii vero in proximas concurrerunt speluncas, & latenter septimum diem celebrabant. Quod cum indicatum esset, sufflammati sunt, eo quod metuerunt in die solemni gloriosa ferre sibi auxilia.* Quid censes oportuisse facere tunc cultores Dei? Deo oportuerat, an Antiocho placendum? Si illos non censes Antiocho placere oportuisse; nec nos utique tibi: quia & tu alio licet modo, tamen nos sis cupiens tollere a Deo, & jungere diabolo, ut ille voluerit illos. Ipsa per te crudelitas geritur; sic sævus atque iniquus in eos, qui tuo funesto edicto resistunt. Superest igitur, ut est sæpe dictum, doleas te errasse; agnoscensque te esse homicidam atque blasphemum, temet, desertor, Dei repræsentes domui: alioquin tu tibi imputaturus cum te videre cœperis, illic esse, ubi nunc sunt cuncti illi contyranni tui.

a Isa. LVII. 3. 4. *b* Isa. LVI. 10. 11. *c* Psal. XXI. 13. 14. *d* Ibid. ℣. 17. *e* II. Macc. VI. 1-6. *f* Ibid. ℣℣. 7-11.

1. *Quia omnes excæcati sunt*] Ita rescripsimus juxta LXX. ὅτι ἐκτετύφλωνται πάντες. Editi, *quia omnia excæcata sunt*, repugnante contextu. Mox deest *sapere* apud LXX. Et paullo post leg. *poterunt latr.* ὑλακτεῖν δυνήσονται.

2. *Canes improbi animo, nesc.*] Editi, *canes improbi, animæ nescientes*. Locum exegimus ad LXX. οἱ κύνες ἀναιδεῖς τῇ ψυχῇ, οὐκ εἰδότες πλησμονήν. Forte scripserit auctor, *ct improbi anima, nesc.*

3. *Et ut cet.*] Vulgo per vitiosam metathesim, ut videtur, *ut & cet.* Paucisque interjectis videtur legendum: *contumeliosos poteris & nos* TIBI: ut cohæreat comparatio.

4. *Senem Atheniensem*] Juxta Gr. γέροντα Ἀθηναῖον. Neque aliter Syr. At Lugdunenses contra Tiliani editi fidem, edidere cum Vulgato interprete, *senem Antiochenum*.

5. *Et quod in Garizin*] Ita Gr. καὶ τὸν (ναὸν) ἐν Γαριζίν. Editi pessime, *Margarizin*. Forte in exemplari Luciferiano scriptum fuerit grandioribus litteris INGARIZIN; ad quem locum nonnemo margini adleverit litteram M. qua significaretur *Mons* Garizin, ubi scilicet alterum exstructum erat templum. Atqui hujusmodi litteram marginalem ad textum pertinere existimans indoctus librarius, neque satis percipiens lectionem Luciferianam; hinc vocis monstrum *Margarizin* efformarit.

6. *Nam quia cet.*] Locus hic in editis paullo obscurior, ex Græcis ita redditur: *Nam templum luxuria & comessationibus erat plenum a gentibus scortantibus cum meretricibus, & in sacris septis cum mulieribus se miscentibus; præterea vero intro ferentibus ea quæ non licebant. Altare etiam* cet.

7. *In die — ad viscerationem*] Gr. ἐπὶ σπλαγχνισμόν. Vulg. *ad sacrificia*. Editi perperam: *in diem regis natalis miseratio erat*. Et mox, *cogebantur enim hederas*.

8. *Et viscerare*] Gr. καὶ σπλαγχνίζειν. Eodem sensu, quo paullo ante *visceratio* accepta. *Viscerare*, id est, *sacrificare*, quomodo vertit Vulgatus interpres. Editi & heic, *misereri* exhibent, ut supra *miseratio* pro *visceratio*. An vero hæc editorum lectio a Luciferi manu primum prodierit, haud equidem putarim.

Sæcul. IV.
circa
Ann. Chr.
368.

L U C I F E R I

EPISCOPI CARALITANI,

LIBELLUS INSCRIPTUS:

MORIENDUM ESSE PRO DEI FILIO.

I. Decuerat quidem, Constanti imperator, nihil jam tecum de divinis retractare scripturis; cum eo videlicet quem veritatis compererimus interpolatorem; tecum quem de illis ex actibus tuis te comprehenderimus esse, qui idcirco dicantur sibi sapientes, quod enim sint insipientiæ iter tenentes. Decuerat, ut diximus, post tanta illa quæ ingessimus, jam præbere silentium; maxime cum scriptum meminerimus: [a] *Noli respondere* [1] *imprudenti ad imprudentiam ejus, ne similis fias illi*. Et iterum: [b] *In aures imprudentis noli quidquam dicere: ne, quando audierit, irrideat sensatos sermones tuos*. Sed quia adhuc de armorum tuorum potestate & vana imperii tui dominatione [2] tumes, collegi plaudere, quod enim possis quos ratione debueras in id quod censueras constituere, violare; in his omnibus quibus te putas magnum esse, te miserum, comtemnique omnem carnificinæ tuæ rabiem a servis Dei: volui isto præsertim libro notum sacrilegio funestatæ facere menti tuæ. Te enim cum temporali, caduco, fragili, corruptibili regno tuo transiturum, & ad æternam pœnam, nisi tibi dum est locus, provideris, perventurum: Christianos vero ad æternam venturos requiem, incorruptibile regnum consecuturos; fixum manifestumque habere te volumus. An defendere tentabis, quod enim per hanc hæresim tuam comprehensurus sis regnum cælorum? tu qui cum compestilentibus tuis Arianis, timens ne a nobis Christianis revictus, manus dare aliquando clamante veritate ipsa cogereris, disceptatione rejecta, ad virtutem confugiendum [3] fragilium Arianorum tuorum censueris, tamquam posses armis fragilibus immortalia dona consecuturos superare, inimicus divinæ religionis, religiosos servos Christi; præcursor antichristi, milites Dei eos, quos ad æternas divinitatis suæ perfruendas amicitias, unicus est Filius Dei invitare dignatus, dicens: [c] *Beati estis cum vos odio habuerint homines, & maledicentes persequuti fuerint, & exprobraverint, & dixerint adversum vos omne malum. Gaudete & exsultate, quoniam merces vestra multa est in cælo: sic enim persecuti sunt & prophetas qui erant ante vos*. Hos tu in omnibus impotens de gradu putasti pellere, hos prosternere, quos videas idcirco esse paratos pro unico Dei interfici Filio, quod enim elegerint non vobiscum negatoribus torqueri apud inferos, sed cæleste consequi regnum: hos per inanem regni tui auctoritatem censueras temet superaturos,
A qui Dei templa esse ipsa confessione fidei suæ clarescunt. Ut enim vos Ariani negando filium Dei, domos esse immnndi spiritus, vocibus Prophetarum, Apostolorum atque sacrorum Evangelistarum designamini: [4] ita cum filium Dei confitemur, templa Dei esse ostendimus nos. Milites Dei tuæ carnificinæ succumbere potuisse, crudelis atque sacrilega mens tua, suggestionibus favens cohæreticorum tuorum, præsumserat nos, quos templa sua dicit esse Deus sic: [d] *Quoniam inhabitabo in illis, & inter eos ambulabo, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus*. Hos te vincere potuisse judicaveras, quos Apostolus hortatur [e] *tollere, Deumque portare in corporibus suis*. Hos te armis futilibus regni tui
B subigere potuisse fueras quidem arbitratus: sed [5] perspicis in tuo palatio intra velum licet stans, tulisti responsum a me, ad conservandam salutem omnes Dei servos calcata frivola auctoritate tua, mente, voluntate, studio, virtute, voce consentire.

II. Advertis quomodo caduca dominatio tua quanto contra nos sævire dignatur, quod tanto ea judicetur esse infirma, contemtibilis, inanis, debilis & abjecta? Furore etenim & scelere concitata manus tua ad perimendos nos quoties prævaluit, toties nos crevisse, & magis atque magis victores exstitisse meminimus. Mactasti quam plurimos in Alexandria, laniasti certos toto in orbe, disperdidisti resi-
C stentes tibi variis in locis: sed hi omnes quod tu audire minime vis, martyres sunt: illos omnes beatissimos tuo mactatos gladio in paradiso esse [6] qui credimus. Crede mihi quod a te statuerimus interfici; quia & melius esse viderimus in omnia æva Deum habere amatorem, quam te cum Juda Iscarioth Judæorum imitatorem puniri. Hinc est denique, Constanti, quod frendores colubri per te illatos non timentes, subire parati sumus omne exitium. Numquam nos consiliorum nostrorum pœnitere potest, si per te mactati, qui adhuc tuis crudelibus restitisse videmur manibus, fuerimus. Mors etenim quam nobis tu minitaris inferre, omnibus est parata: tantam vero beatitudinem, quantam
D sancti sunt martyres adepti, nemo, ut videmus, est consecutus, nisi hi qui mortem propter unicum Dei Filium moriendo vicerunt. Dicatos Deo homines torques, interficis, exterminas: & cur hæc geras, caussas odiorum reddere non vales, quia tu erras. Etiam nobis irasceris, cum veram teneamus

a Prov. xxvi. 4. *b* Prov. xxiii. 9. *c* Matth. V. 11. 12. *d* II. Cor. vi. 16. *e* 1. Cor. vi. 20.

1. *Noli respond.* — *In aures impr.*] Utriusque hujus loci versio eadem occurrit apud sanctum Cyprianum lib. III. *Testim.* cap. I. & *ad Demetr.* sub init. ut proinde ex Vetere interprete desumta videatur.

2. *Tumes*] Sensu postulante sic legimus ex Tilii conjectura. Vulgo, *times*. Mox forte leg. *collegi* TE TIBI *plaudere*. Aliter mens auctoris vix patere, mea quidem sententia, comperitur.

3. *Ad virtutem conf. fragilium Arianorum tuorum*] Pro *Arianorum* malim cum Latinio *armorum*: hæc enim respicere videntur, quæ paullo ante leguntur, *quia adhuc de* ARMORUM TUORUM POTESTATE cet. Quid quod restitutionem confirmant, quæ mox subdit auctor, *tamquam posses* ARMIS FRAGILIBUS? Neque aliter sane suadere noscuntur sive libelli argumentum, MORIENDUM *esse pro Dei Filio*, sive totius opellæ contextus.

4. *Ita cum*] Sic legimus, ut comparatio rite instituatur. Editi, *Itaque*. Scriptum forte fuerit in exemplari Luciferiano, *ita quum*; & scriba fugientibus oculis legerit, *itaque*.

5. *Perspicis*] Fort. *perspicue*, aut *perspicuum* — *responsum*.

6. *Qui cred.*) An *quia*?

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
368.



viam : & cum nostra salubri admonitione corrigere te possis, errores tuos insuper crudelibus factis coacervas, dicatas Deo mentes evisceratis corporibus eorum extorquens, qui statuerimus Deo fidem usque ad extrema vitæ servare curricula. Perspicis ita hæc esse, & quidem non sine maximo dolore tuo; cum non valere te advertis nos ab hac, quæ sola est, religione deflectere; ab isto cursu in quo [a] *ad bravium* [1] *sursum vocationis* tendimus, retrahere, cum te ex aperto facis inimicum; non, cum te simulas amicum. Videris etenim quod sit in te serpens ille qui deceperit Evam : [2] nam cum verbum tuum [b] *per quod serpis ut cancer*, falso & fucato scientiæ tumore componis, adstruendo te omnibus flagitiis tuis maculato edicto tuo rescissore, messe omnium errorum, cum sis ipse totius erroris fons; affirmas te luminis portitorem, cum sis tenebris obsessus omnibus.

III. Nullis ergo modis posse nos a via veritatis deflectere, licet intellectu omni careas, tamen ex parte contemni te inspiciens, potes tandem videre, Constanti imperator immanissime : hoc enim fidei proprium esse negotium novimus Christiani, nec prosperis, nec adversis de gradu dimoveri, non a proposito semel vigore deduci. Cernimus una hac voce religiosa, Christianus sum, Nolo esse ut tu es Constantius, apostata, omne crimen excludi : hac una voce tribui præsidium salutis, vinculum libertatis & honoris : conspicimus hac confessione tribui nobis protectionis clypeum contra telum per te in nos sævientem diabolum intortum. Et tu inquis, Negate vos Christianos? Ut contra adversans discrimen duremus stabiles, nec sævitiam tuam torquentis horreamus, animemur magis quam doleamus; ista efficit conscientia, quæ reminiscitur unicum Dei Filium ad protegendos victoresque efficiendos suos, suæ divinitatis præbere præsentiam. Hinc efficitur, ut qua nos credis exstingui pœna, vivificemur : id etenim nobis qui eum propter quem patimur, esse nobiscum credimus, in augmentum virtutis assumimus, quod tu cruciatui sperasti prodesse punitor. Hinc est quod malis tuis quatientibus non frangamur, quantoque varie continua crudelitate vexamur, tanto firmiter roboremur. Est enim nobiscum ille qui adolescentes Hebræos credentes in se, in camino ignis tutatus est : ipse firmat nostras mentes, ipse sensum regit nostrum, ipse divino incendit amore suo nostra corda, & ad tolerantiam sanctæ passionis animat : unde & nemo nostrum mortem quam inferre minitaris, cogitat, sed immortalitatem; nec temporariam per te illatam pœnam, sed gloriam sempiternam. Tormentis namque martyres Dei consecrari, & ipsa passionis probatione coronari, aperiunt ita sacræ scripturæ : [c] *Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus.* [d] *Et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes eorum immortalitate plena est : & in paucis vexati, in multis bene disponentur. Quoniam Deus tentavit illos, & invenit eos dignos se : tamquam aurum in fornace probavit eos, & quasi* [3] *holocaustam hostiam accepit eos. In tempore erit respectus illorum. Judicabunt nationes, & dominabuntur populis : & regnabit Dominus eorum in perpetuum.*

IV. Quod igitur tantam felicitatem consecuturos se de Dei præsumunt magnitudine; & exsultent necesse est, & futura cogitantes gaudia, præsentia tua mala calcent. Unici Dei Filii divina vox est : [e] *Qui amat animam suam in isto sæculo, perdet illam : & qui odit animam suam propter me, in vitam æternam conservabit eam.* Quo divino hærentes Christiani præcepto, licet in membris nostris resultans, Constanti, tua ungula recurrat in vulnera; stamus stabimusque immobiles, te atque omnibus pœnis tuis fortiores : hoc solum nobiscum ipsi revolventes, quod ista crudelitatis tuæ carnificina nobis sit utilis ad gloriam sempiternam. A barbaris sæpe parcitur victis, & est locus inter arma clementiæ, & utique apud eos qui ferali ritu sint vitam ducentes. Hoc vero inenarrabile est quod fit adversum nos a te, qui tibi bene voluimus, atque ut contingat desiderantes sumus, Deumque jugiter obsecrantes non desinimus : spolias, proscribis, mactas gladio, varie punis, nec corpora quæ laniare sanxisti, sepeliri permittis : eleemosynam fieri prohibes : omnia metalla, omniaque loca exsilia vocari quæ putabantur digna, nostro tuæ calliditati resistentium replesti numero : relegando insontes, fame, siti, nuditate vexando non desistis. His illa ingeris mala, qui æternam cupimus consequi beatitudinem. Et tamen, imperator crudelissime, quidquid sævitia tua nobis intulit atque irrogatura erit, adverte, quod mendacium sit : siquidem nec mors sanctis qui nos præcesserunt martyribus per te illata, mors sit, nec jactura neque damnum, [4] sed fidei feneratio. Semper Christiani a vobis tyrannis in persecutione, perversa quæstione torquemur : quo enim genere nocentes coguntur ad confitendum, eo nos compellimur modo ad Christum unicum, verissimum Filium Dei negandum. Sed ut illi pro meritis confessi damnantur; sic nos quia Dei Filium non negamus, coronamur : quibus victoria est, a te illata damnatio : auferimur a te e medio, coram quibus non audeas blasphemare. Prosternitur etenim una voce Christi militis, ille qui contra nostram confessionem religiosam in te manens loquitur : ille qui per te nostrum sitit sanguinem : ille qui tuam obsedit mentem, contremiscit præsentiam cultorum Dei : atque ferre non valet cum dissentimus a te, qui dicas esse ex nihilo Filium Dei; cum contra stamus minas tuas, omnemque crudelitatem carnificinæ tuæ potentia ejus juvati protectique calcamus.

V. Castigari te profecto sentis ejus servorum constantia atque tolerantia, qui dicit : [f] *Nolite metuere eum qui potest occidere corpus; magis autem metuite eum qui potest & corpus & animam perdere in gehennam.* Paulli etiam beatissimi ejus Apostoli ad te calcandum tyrannorum omnium tyrannum hortamentis animamur. [g] *Sumus filii Dei : si autem filii Dei, & heredes Dei, coheredes autem Christi :*

a Philipp. III. 14. *b* II. Tim. II. 17. *c* Psalm. cxv. 15. *d* Sap. III. 4-6. 8. *e* Joan. xii. 25.
f Matth. x. 28. *g* Rom. viii. 16-18.

1. *Ad bravium sursum*] Ita recte Latinius, pro *rursum* editorum. Textus verbis inhæret Lucifer : *ἐπὶ τὸ βραβεῖον τῆς* ΑΝΩ *κλήσεως*.

2. *Nam*] Sic reponendum duximus, pro *non* codicum vulgatorum.

3. *Holocaustam hostiam*] Propius Græco esset *holocaustum hostiæ*, *ὁλοκάρπωμα θυσίας*. Integrum hunc locum recitat sanctus Cyprianus lib. III. *Testim.* cap. xv. & *de Exhort. martyr.* cap. xii. Utrobique vero legit *holocausta hostiæ*. At monet Nobilius complures codices Cyprianicos præferre lectionem Luciferianam, *holocaustam hostiam*.

4. *Sed fidei feneratio. Semper Christiani a vob.*] Latinium secuti emendavimus ac distinximus hunc locum, qui sic depravatus exstat in edito Tiliano : *sed fidei fœneratio Christiana : vobis tyrannis* cet.

si quidem compatimur, ut & simul glorificemur. Et iterum: *Existimo non esse condignas passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis.* Cujus claritatis gloriam cogitantes, pressuras omnes & persecutiones non solum per te illatas a diabolo, sed & per omnes ejus homines, nos tolerare servos Christi convenit: quia licet sint multæ, tamen ex omnibus illis liberamur, qui Filium Dei verum esse Filium credimus: & cum duas esse personas, Patrem & Filium meminerimus, tamen unam divinitatem Patri & ejus unico Filio vindicemus. Has nostras justas invictasque allegationes quia sustinere veritatem ille qui tuam obsedit mentem non potest, instigat tuum ferinum animum, ut nos quam acerrime vexes, exquisitis pœnarum generibus excrucies, cur nolimus iter deserere salutare. Hinc est quod nimia tua crudelitas nostris illudit corporibus, cur magni æstimemus fidem, cultoresque Dei nos esse non adnegemus: totis in nos incumbis carnificinæ tuæ viribus, arbitratus nociturum te nobis, ignorans probationis nostræ nos gaudere occasionibus: hi videlicet qui felicitatem nostram hanc existimemus maximam, si in hoc justitiæ agone tua carnifice manu nobis contingat pro Dei jugulari Filio: stabiles contra tuam religiosa mente perstamus insaniam, vincente scilicet in nobis eo pro quo patimur, quidquid sub persona nostra [1] in injuriam ipsius divinæ majestatis tu profane jactitas sermone vacuo, & inani colloquio, voluntate prava: quæ cuncta dura mens tua & obstinata pectoris feritas in necem suæ gignit salutis, dum a religione Dei dissentis ducente dementia, furore rapiente, omni denique te immanitate vexante, qua instigaris pariter ac impelleris, eo quem negas protegente contra tuam, bellua, immanitatem, ut vel verso solent mari moles oppositæ, reluctamur. Feriant licet per te diabolici fluctus, & pulsent late vagantes mundi turbines; magis magisque immobilis ut est, erit virtus, nec undis tuarum infestationum circum spumantibus succumbemus operti, sed contra omnia erimus semper erecti pericula: siquidem non sit Christianus animus abjectus qui sternatur & jactetur ad vitia, sed eo usque sit generosus ac nobilis, ut contra omnia tentamenta immobilis victorque permaneat. Non sumus Christiani, cogitantes præsentis fragilis vitæ dulcedine perfrui; sed sumus adipisci cupientes æternæ securitatis & felicitatis gloriam, perpetuæ beatitudinis possessionem. Joannis Apostoli beati, ut terrena spernentes, cælestia sequi desideremus, hortantis religiosa vox est: [a] *Et mundus transit, & concupiscentia ejus: qui autem fecerit voluntatem Dei, manet in æternum;* quomodo & Deus manet in æternum.

VI. Cum hæc ita sint, cupio te cognoscere cum omnibus tuis præstigiis ac fraudibus, cumque vastissima sævitiæ tuæ crudelitate, jacere te subter pedes Dei servorum, omnem gloriam tuæ vanæ dominationis duci a nobis atque haberi pro nihilo, nihil-

A que te aliud esse a nobis sentiri cum omni vigore atque auctoritate imperii tui, quam inanem aurulam jactare nos: hæc quisquam de tuis fortassis dicat adulatoribus. Non retines, Constanti, dixisse me judicibus, te [2] velo misso audiente, quod licet totum militem tuum in nos decrevisses jacere regni tui tela, in nos exsecratores blasphemiæ tuæ ut [3] in sacrilegi tui decreti contemtores omnia sua colliderent arma: nec sic tamen quod possemus a proposito recedere. Sed tu pro tua illa prudentia in omni pro te moriendos bello milites tuos censuisti: Christianos vero sanxisti Dei oportuisse exsistere negatores. Et utique tui sentiunt dolorem vulnerum; dolent se perisse, dolent hanc amittere lucem: nos
B vero primo sentire pœnarum cruciatus non possumus, in quibus Christus patitur, in quibus Christus æternam salutem operatur: deinde quia præsentia pro nihilo ducamus, & lumine in illo perenni semper futuri sumus: quei fieri potest, ut non pro Christo Dei Filio, vitæ æternæ tributore, sacrilegio funestatis manibus tuis [4] malimus interfici, qui aliter nos Deo Patri placere non posse cernamus, nisi conventi a te ad negandum unicum Dei Filium ejus, per mortem etiam ipsam, verum esse illum Dei Filium confessi fuerimus? Detestabilis mens tua indigne fert, quia dicamus Christum Dei Filium, Dei esse Verbum, Dei sapientiam, Dei virtutem, Deum verum de Deo vero, natum de Patre, id
C est de substantia Patris, lumen de lumine, natum non factum, unius substantiæ illum esse cum Patre, quod Græci dicunt ὁμοούσιον, per quem omnia sunt facta, sine quo numquam fuerit Pater. Indigne fers Arii vermis, cur defendamus, quod claritas, potestas, magnitudo, æternitas, [5] divinitasque una sit Patris, & unici ejus Filii. Non esse novum quod nos legati asseverabamus in tuo palatio & firmando non desumus, semper sic fuisse & esse creditum a Christianis, sicuti apud Nicæam contra hæresim tuam Arianam & omnes errores videtur esse sacra fides conscripta, si tandem oculos serpentis morsibus confossos cordis tui aperias, invenies quod hanc habet, hanc defendit Ecclesia fidem, quam sibi traditam
D cognoscit per beatos Apostolos. Omnes momento peragrare si posses gentes, invenisses, stolidissime imperator, ubique Christianos sicuti nos credere, & in hac defensione nostra perstantes pro Dei filio ut nos, mori cupere.

VII. At tua novella prædicatio & recens religio sub prætextu fidei [6] blasphemia in perniciem salutis tuæ per te prolata, non solum adhuc limitem Romanum peragrare non valuit, & utique te satis agente; sed & ubi radices figere tentaverat, aruit, recedentibus scilicet omnibus Dei famulis a te atque paucis tuis, quos lolium esse super frumentum seminatos Dominus prædixerat [b], tecum manenti-
E bus: quæ omnia tibi præstitit atque est præstans artifex fraudis ac mortis, qui per te plurimos blanditiis obliquis illicit ac decipit: qui cum sit reus

[a] I. Joan. II. 17. [b] Matth. XIII. 25.

1. *In injuriam*] Ita emendat Latinius pravam quam putat editorum lectionem, *injuriæ*. Sed fortassis eodem sensu scripserit *injuriæ* dandi casu Lucifer: scilicet stilo suo minus accurato, ut assolet. Suos enim *libros rustico sermone descriptos* agnoscit ipsemet auctor, *de non parcendo in Deum delinquent.* §. XXXI. sub finem.

2. *Velo misso*] Sic optime restituit apud Latinium Gonsalvus Poncius corruptam lectionem vulgatam, *vel omisso*. Restitutio confirmatur ex iis quæ ipsemet auctor ait superius sub finem §. I. hujus libelli: *In suo palatio* INTRA VELUM *licet stans*. Nimirum loquitur utrobique Lucifer de *velo*, quod tribunal judicis a turbæ forensis oculis removebat. Qua de re plura Cotelerius ad *Constit. Apost.* lib. II. cap. LII. nosque ad eum locum nonnulla dudum adnotavimus tom. III. nostræ *Biblioth.* pag. 71. ex comment. cl. Mazochii ad *Vet. marmor. Eccl. Neap. Kal.* vol. II. pag. 384.

3. *In sacrilegi tui decreti contemtores*] Tiliani editi erratum *in sacrilego tuo decreto contemtores* e medio tulit Latinius: ejusque emendationem secuti sunt Lugdunenses. Paullo post rescripsimus *nec* SIC *tamen*; ubi vulgo, *nec si tamen*.

4. *Malimus*] Ita legimus post Latinium. Editi, *maluimus*.

5. *Divinitasque*] Et heic sequimur Latinium; ubi vulgo *divinitas, quæ una sit*.

6. *Blasphemia*] Malim *blasphema*, ut voci *religio* respondeat.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

totius sceleris, suggerit cordi illi tuo amarissimo, ut nos tamquam reos alicujus criminis punias. Sed prospice tandem, aperi cordis oculos in quibus tibi nihil luminis est, sed omnis caligo & ingentes tenebræ versantur: & invenies quod mors tua fragili illata potestate, integriorem reparet vitam; quod hæc magis nos deducat ad gloriam, per ignes, per gladios, per catenas ac feras, per quidquid denique rabies tua piissimi imperatoris in nostram censuerit ingerere necem. Tutante Deo non modo non exstinguimur, sed magis vivificamur, qui meminerimus nil esse super nos præter Deum: unde erubescit animus devotus atque mancipatus Deo, tibi per tuam mortuo blasphemiam, cani latranti contra veritatem, vermibus Arii scatenti, succumbere. Servorum Christi animæ quoties vim diligenter veram examinant tormentorum, considerant nullum majus esse tormentum, quam a te adversarii nostri servo servum vinci Christi. Recordamur Dominum dixisse: [a] *Si quis vult post me venire, abneget se sibi, & tollat crucem suam, & sequatur me. Qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet illam. Qui autem perdiderit animam suam propter me, inveniet eam. Quid enim prodest homini si totum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? aut quam dabit homo* [1] *commutationem animæ suæ?* Martyrii cogit dignitas, ut vitam Christiani morte [2] contemnamus. Siquidem novum salutis genus per Dei Filium fuit tributum, interire, ne pereain. Novimus hanc esse nobis traditam divinitus disciplinam, ut sine ullo terrore militiæ vim tueamur tanti nominis, quippe quos jam pridem æternæ memoriæ cupiditas abstraxerit a desiderio istius lucis, quosque ad calcanda omnia terrena Christi societas segregarit. [3] Crescit, Constanti, crudelitatis tuæ pugna; sed crescere adverte & in Christi militibus gloriam: nec retardamur denique ab acie tormentorum metu, sed ipsis magis tuis tormentis ad aciem provocamur. Hæc ita esse negare non poteris, [4] quando conspicias pari & simili calore virtutis, Christianos toto in orbe ad gerendum certamen animatos; quando videas militem Christi incorruptam fidei firmitatem servare, quam non detestandæ tuæ blanditiæ decipiant, non minæ furoris tui terreant, non cruciatus tuæ carnificinæ ac tormenta crudelitatis devincant, illo videlicet in nobis manente & nobiscum semper constituto, qui ad beatos Apostolos dixerit: [b] *Vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi.* Est ubique præsens, quia omnipotens sit Filius totum potens; cui cum Patre una sit æternitas atque potestas divina.

VIII. Sed te quanta caligo obsederit incredulitatis, quantaque tenebrarum & errorum nubes tuum pectus obduxerit, dici non potest: qui cum te Christianum fingas, Christianum tamen nomen e medio auferre nitaris. Inter hæc daturos legentes veniam conspicere debes, quod pro merito impietatis tuæ facundia mediocris ingenii mei ad exsecrandum te describere non valuerit: dedisse me etenim videbant formam universis Deum timentibus, præbuisseque materiam tractaturis, quo te ordine possent sine vitæ æternæ radicibus positum secare. Nec te maledicis vocibus dicas a nobis objurgari, [5] si quæ dignus es audire, a rusticis licet, tamen Christianis, audis. Novimus non maledicendum, sed magis propter inimicos rogandum: Filius etenim Dei, rerum cum sit Dominus, tamen [c] *cum malediceretur, non remaledicebat.* Ceterum si rerum malediceret Dominus, tantæ utique majestatis impetu universa conciderent. Dicis utique ad hæc, Dominus te mitem esse voluit, quippe antistitem suum: & tu te pervicacem me circa præbes. Prophetæ, Apostoli & chorus Evangelistarum non occidendum docent. Tu contra, Deo dignaris interficere dicatos: Christiani ad placandum quem colimus, his rebus opus esse novimus, quibus illum delectari ac gaudere scimus. Si igitur placere censendum est posse Deo quod facis, omnes nos oportet homicidas esse, sacrilegos ac blasphemos. O Constanti, quam ingentis sis dementiæ, videris. Conspicitur veterator ille subtilis, circumscriptor innocentium, in tua mente sedem sibi collocasse: & arbitraris non te adhuc publicatum; adhuc in ovem, cum sis lupus, perfrigescis tu qui a sanctissimis Prophetis bestia nominaris, a beatissimis Apostolis canis ac lupus rapax: subornatus, cum sis operarius iniquitatis, tamquam minister justitiæ; & te esse hominem censes, cum nihil hominis nisi lineamenta ac summam figuram geras. Doles te immanem bestiam dici, nihil te hominis nisi lineamenta ac summam gerere figuram.

IX. Dic quæso, an possis innocentium interemtor merito dici Christianus, & non potius, insanus, hebes vecorsque, hostis quippe Dei religionis, in qua pietas, humanitas omnisque justitia versatur; in qua nec malum pro malo discitur reddere; in qua non occidere, sed occidi propter Dei Filium docemur. Tu sacrilego conatu tuo, contemtam vanam dominationem tuam considerans, tormenta admoves. [6] Sed est protector fidei, gubernator salutis, rector animarum, quem nos impellis negare semper: nobiscum semper adest certamini nostro, quia prœliatores atque assertores divini sui nominis erigat. Hinc est quod [7] servientibus injustitiæ tuæ

a Matth. XVI. 24-26. *b* Matth. XXVIII. 20. *c* I. Pet. II. 23.

1. *Commut. animæ suæ*] Juxta Gr. ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ. Vulg. *pro anima sua*.

2. *Contemnamus*] Rem acu tetigisse mihi visus Latinius, conjiciens legendum *contra emamus*. Mox editio Tiliana, *fuerit tributum interire ne per eam*. Quam lectionem non assecuti Lugdunenses, eam sic reformarunt seu potius corruperunt, *interire ne possim*. Sed pronum erat legere, adhibita interpunctione: *fuerit tributum, interire, ne pereain.* Respicit enim auctor his verbis illud Christi dictum paullo ante allatum: *Qui* PERDIDERIT *animam suam propter me*, INVENIET *eam*.

3. *Crescit — ad aciem provocamur*] Heic & in seqq. nonnulla delibavit Lucifer ex sancti Cypriani epistola x. *ad Martyres & Confessores*: eaque subnotare, nostra interesse putamus. Ad hunc itaque locum quod attinet, sic sanctus Martyr pag. 20. edit. Oxon. *Crevit pugna, crevit & pugnantium gloria: nec retardati estis ab acie tormentorum metu, sed ipsis tormentis magis estis ad aciem provocati.*

4. *Quando conspicias — in nobis manente*] Cyprianus l. c. *Jam comperi — universos — pari ac simili calore virtutis ad gerendum certamen animatos: ut incorruptam fidei firmitatem non blanditiæ decipiant, non minæ terreant, non cruciatus ac tormenta devincant: quia major est qui in nobis est, quam qui est in hoc mundo.*

5. *Si quæ dignus es audire, a rust.*] Ita legimus ac distinguimus, ubi editi habent: *Si quæ dignus es a rusticis, licet tamen Christianis, audis.*

6. *Sed est protector fidei* cet.] Cyprianus l. c. pag. 21. *Quam libens* (Christus) *in talibus servis suis & pugnavit & vicit protector fidei? — Certamini suo adfuit: prœliatores atque assertores sui nominis erexit, corroboravit, animavit.*

7. *Servientibus injustitiæ tuæ — stemus fortiores*] Tilianum exemplar quod secuti sunt Parisienses, *serviens in. t.* Latinius vero cum Lugdunensibus, *servientes in. t.* Quod non placet. Ceterum & heic Cyprianum præ oculis habuit auctor; apud quem sic legimus l. c. pag. 20. *Steterunt torti torquentibus fortiores: & pulsantes ac laniantes ungulas, pulsata ac laniata membra vicerunt.*



ac ministris, hoc est concarnificibus tuis torquentibus, stemus fortiores: inanimamur ut tuam ungulam artus nostri pulsati ac laniati superent. Quomodo etenim inexpugnabilem fidem superare poterit sæviens diu plaga repetita, cum omnis miles Christi sciat ipsum pro quo patitur, secum esse præsentem, gaudentemque de suorum tolerantia servorum? [1] Stamus utique famuli Christi, ejus majestate firmati, voce libera, mente incorrupta, telis quidem fragilibus tuis nudi, sed illa induti arma, quæ nos ut indueremus, est deprecatus beatus Apostolus dicens: [a] *De cetero confirmamini in Domino, & in potentia virtutis ejus. Et induite arma Dei, ut possitis stare adversus* [2] *remedia diaboli: quia non est vobis colluctatio adversus carnem & sanguinem, sed* [3] *contra potestates, contra hujus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritalia nequitiæ in cælestibus. Propterea accipite arma Dei, ut possitis resistere in die malo, &* [4] *in omnibus perfecti stare, præcincti lumbos vestros in veritate, induentes loricam justitiæ, & calciati pedes in præparationem Evangelii pacis: in omnibus assumentes scutum fidei, in quo possitis omnia jacula nequissimi* [5] *candentia exstinguere, & galeam salutis, & gladium spiritus: quod est verbum Dei, per omnem orationem & obsecrationem orantes omni tempore in spiritu,* [6] *& in illum vigilantes.*

X. Igitur quia taliter armatos tanta potentia munitos superare non possit tua patrisque tui crudelitas, ut sæpe dictum est; stetimus & stamus: & quoad usque consumas corpora nostra, staturi sumus salutari Christi clypeo, muniti lorica pietatis ejus, circumdati sancto Spiritu, gubernati [7] immobile, & magis magisque in omnibus auctores, pellentes omnem vocem servitutis. Certi etenim & fidentes sumus nullis nos tuis insidiis, nulla tua calliditate, nulla cavillatione, nullis tuis fraudibus posse a proposito vigore deduci: quandoquidem sciamus, quod enim finis delictorum mors fit; deinde sequitur vita quæ semper sit, amplectamurque beati consilia Apostoli ejus; ejusque imitatores atque participes desideramus inveniri qui adstruit, quod [b] *cum vetus homo noster corrumpitur, qui intus est, innovetur:* Et [c] *si terrestris domus nostri corporis dissolvitur, cælestis ædificetur:* & quod [d] *positi corpore, peregrinemur a Domino.* Cum quo Apostolo in regnis cælestibus uberes laudes referre non poterimus Deo, nisi prius morte expugnata, ad immortalia sumenda A præmia venerimus. Igitur cum per te dissipata atque penitus dissoluta fuerint corpora nostra, tunc nos integerrimos esse præsumamus: cum per te mors fuerit illata, tunc nos magis vivere posse credamus. Quomodo adhuc præsumis, Constanti interea imperator semper insulsissime, ea ingerere quæ te exstinguant, nos contra vivificent? Ad exstinguendos nos malo pravoque consilio erigeris; actus es velox ad effundendum Dei unici Filii servorum cruorem, ignorans quod sanguine nostro patefiat cælum, sanguine nostro gehennæ exstinguatur ardor.

XI. Te sæcularis ambitio; nos cælestis admonet magnitudo: qui salutem timemus æternam amittere, B scimus nos pro Deo mori debere. Ut enim te, nisi e castris diaboli ad exercitum in cælestibus castris constitutum feceris transitum, in perpetuum detinebit ignis apud tartarum: sic nos si tuas minas tormentaque tua spernentes propter Dei Filium jugulari per te sævissimam feram immanemque belluam maluerimus, in cælo erimus gaudentes. [e] *Beati enim qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum:* & non dixit, Beati qui persecutionem faciunt. Christiani scimus, ad hoc nos Christi factos milites, ut injusto a te indicto belli campo ducem nostrum confessi, quo possimus victoriarum triumpho potiri, moriamur armati. Hinc nobis quanto sævis, tanto & clemen- C tior videris, cum interficere Christianum se confitentem dignaris. In hoc vero sceleratissimus judicaris, quod sub specie dilectionis, & consulere [8] cupientis, ad nos blandiaris dejiciendos: tamquam utile sit nobis, a te de gradu pulsos reservari, a Deo vero damnari. Novimus quod sis metuens ne in omnibus his pœnis tua detestabilitate inventis, in hac perseverantia fidei moriamur; & tamen admoves varios durosque cruciatus. Sic nos quos tam infeste persequeris, varie excarnificari cupis, & quidem momentis omnibus; interficiendos vero non esse statuisti: tamquam mors tantummodo beatos milites Christi faciat, ac non etiam tormenta quanto fuerint graviora, tanto majorem virtutis gloriam pariant. D Etenim qui novimus justitiæ copiosiorem esse vitam ac prolixiorem, in isto belli campo non terga vertimus, non ad castra tua Dei hostis transitum facimus; sed magis inter hæc a te illata exitia positi, Dei ovili unde te raptum possidet diabolus, repræsentari cupimus. Et tamen hæc dico, non ut nobis parcas; invenies etenim Christianos nos esse, ut

a Ephes. VI. 10-18. *b* II. Cor. IV. 16. *c* Ibid. V. 1. *d* Ibid. V. 6. *e* Matth. V. 10.

1. *Stamus — illa induti arma*] Cyprianus l. c. *Vidit admirans præsentium multitudo — stetisse servos* (Christi) *voce libera, mente incorrupta, virtute divina, telis quidem sæcularibus nudos, sed armis fidei credentes armatos.*

2. *Remedia*] Vulg. *insidias*. Porro de hac Luciferiana lectione consulas velim, quæ superius adnotavimus ad lib. II. *pro S. Athan.* §. XLII. pag. 196. not. 4. ex Millio observata.

3. *Contra potestates*] Gr. πρὸς τὰς ἀρχάς, πρὸς τὰς ἐξουσίας. Propterea nullus dubito quin scripserit Lucifer, *contra principes, contra potestates*. Sed voculæ *contra* repetitio in caussa fuerit, cur priora exciderint librario. Paullo ante, *non est* VOBIS *colluctatio*, haud est insolens lectio: quemadmodum nec illa, *contra* HUJUS *mundi rect.* Vide sis Millium ad h. l.

4. *In omnibus perfecti stare, præcincti* cet.] Ad textus amussim, Vulg. *In omnibus perfecti stare*. STATE *ergo succincti* cet. Sed Lucifer in suo codice legisse videtur, perinde ac Cyprianus. Sic enim sanctus Martyr lib. III. *Testim.* cap. CXVII. *Propter hoc induite arma Dei, ut possitis resistere in die nequissimo: ut cum omnia perfeceritis stetis accincti* cet. Neque aliter sanctus Pater *epist.* LVIII. sub finem, pag. 124. edit. Oxon.

5. *Candentia*] Sic emendavimus pravam editorum lectionem, *cadentia*. Gr. πεπυρωμένα, *ignita* Vulg. *ignea*. Ceterum *candeo* quandoque *ignitum esse* significare perhibent grammaticorum filii. Cicero *Offic.* lib. II. cap. VII. *Dionysius — cultros metuens tonsorios*, CANDENTI CARBONE *sibi* ADUREBAT *capillum*. Mox textus habet: καὶ τὴν περικεφαλαίαν τοῦ σωτηρίου δέξασθε. Vulg. *& galeam salutis* ASSUMITE. Quod quidem verbum ipse fortasse Lucifer ob præce- E dens *assumentes* omiserit.

6. *Et in illum vigilantes*] Forte scripserit auctor IN ILLUD, juxta Gr. καὶ εἰς αὐτὸ τοῦτο ἀγρυπνοῦντες, *& in hoc ipsum vig.* Porro τὸ, τοῦτο non expressit Lucifer cum aliis Patribus: neque illud agnoscit Vulgatus interpres; quin & abesse a pluribus codd. ex Millianis adnotatis constat.

7. *Immobile*] Ita princeps Tiliana editio. Recte, pro *immobiliter*, ἀκινήτως. Lugdunenses perperam, *immobiles*. Mox *auctores* pro αὐθένται, ἐξουσιασταὶ, *domini*, usurpasse Luciferum Græco stilo assuetum, equidem existimarim; ex iis in primis quæ statim subdit, *pellentes omnem vocem* SERVITUTIS. Vide sis virorum eruditorum observationes ad Hesychium v. Αὐθέντης, nec non Svicerum in *Thes. eccl.* eodem v. §. II. tom. I. pag. 574. Neque prætereas velim Cangium in *Glossar.* v. AUCTOR.

8. *Cupientis*] Ita Latinius pro *cupientes* editorum. Scilicet, *sub specie — cupientis*. Quid, si reponatur *cupiens*?

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

jam quos interfecisti, invenisti in fide stabiles, in dolore patientes, in quæstione victores; per illum scilicet qui confessores suos non deserit: cujus nos milites agnoscentes, ut advertis, congredimur fortiter, dimicamus constanter. Scimus enim magnam esse claritatem, immensam sublimitatem ac singularem sanctitatem, vitam salutis æternæ honestate passionis ornare: maximam esse nobilitatem, potestatis tuæ tormenta contemnere, nec horrere calcare te, nec tuam rabiem pertimescere, qui in innocentes tam rabide sævis; qui cum sis blaspemiæ & injustitiæ & totius crudelitatis doctor, tamen Christianum te, pium, prudentem atque justum videri posse censeas. Cæcus & hebes & veritatis ignarus, adverte, vorator innocentium, quod in quo Christus vigilet, vinci tuis tormentis non possit, famem vincat, sitim spernat, squalorem carceris & receptaculi, pœnarum horrorem roboris sui vigore subigat, omnem calcet pœnam, cunctos conterat cruciatus, nec mortem quam tu magno nisu minitaris inferre, metuat.

XII. Superare te existimas illum qui meminerit scriptum: [a] *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini invocabo. Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus.* Et: [b] *Quis nos separabit a caritate Christi, tribulatio an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius?* (*sicut scriptum est: Quia propter te morte afficimur tota die, æstimati sumus ut oves occisionis.*) *Sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos.* Quid nos tunc possit ab his auferre salutaribus præceptis, prorsus videre non valeo. Nam & licet eos qui tuæ pravitati consentiunt, ad nos illiciendos levando, omni officio tuo non desinas impio, ut Epictetum & ceteros quos ex Dei servis tuos esse ac patris tui satellites fecisti, tamen absit a nobis hæc amentia, ut falsum vero anteponamus, aut aliqua nos oblata per te felicitas illiciat regni tui. Inanem gloriam tibimet serva, omnemque stolidissimi cordis tui prudentiam tibimet retine & comparibus tuis, quibus te morum conjunxit similitudo: relinque nobis stultitiam nostram, cum nos Christum Dei Filium verum esse Filium confitemur, cum eumdem unius esse substantiæ cum Patre defendimus, cum nos propter eum ne ejus divinitatem negemus, interfici cupere profitemur; relinque nobis hujusmodi stultitiam. Quid ut hanc amittamus das operam? quid impugnandam putas posse a te veritatem, ignorans quod vi sua valeat? Unde etenim contra fremitus atroces, asperosque tuos cruciatus invicta virtute populum Dei conspicis resistentem, nisi quia hæc sit quam defendimus, apostolica atque evangelica fides? Hi resistunt tuæ crudelitati, hi tuam calcant rabiem, quibus spes æternæ immortalitatis & vitæ cælestis est, & in quibus ardor in cupidinem perpetuæ lucis accenditur, & soli de promissa lætantur beatitudine. Adeo namque securi ad æternam nos perfruendam vitam perventuros scientes, omnia gratanter perpetimur: quando non tormenta propria cogitare nos profiteamur, sed tua tortoris supplicia: damna corporum pro lucris animæ Christianæ æstimamus; coronam in vulneribus computamus; de tormentis & doloribus illatis per te, lætissimi in Christo triumphamus.

XIII. Recordare, Constanti, de scelerum tuorum memoria recenti, quæcumque tu in civitate Alexandrinorum jussisti, quantos per abrupta [1] una tincta subscriptionis tuæ dejecerit, quantos gladio demeti fecerit, quantos fame sitique exedi vel carceribus necari, quantos intercepto effecerit spiritu strangulari: & tamen his omnibus crudelitatibus in sanctos martyres, quos tuus interfecit gladiatorius animus cum sævieris in nos, crudelius sævis dum retines gladium, dum das operam ne in remedium velocius exitus succurrat mortis. Dilacerari toto corpore utique nos patimur, probantes [2] nihil magis congruere sapientium gravitati atque constantiæ, quam nullis terroribus de sententia & proposito depelli, sed esse utilissimum pro Deo cruciari, & emori non posse Deo mancipatos, perpetua vinci tormenta; sed te magis prosterni atque deduci ad nihilum. Accipe in vicesimo sexto Psalmo positum: [c] *Dominus, illuminatio mea & salus mea: quem timebo? Dominus, defensor vitæ meæ: a quo trepidabo? Dum appropiant super me nocentes, ut edant carnes meas: Qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt & ceciderunt. Si consistant adversum me castra, non timebit cor meum. Si exsurgat adversus me prœlium, in hoc ego sperabo. Unam petii a Domino, hanc requiram: ut inhabitem in domo Dei per omnes dies vitæ meæ.* Igitur cum justitiæ virtus in his perficiatur passionibus; cum, quia Christus in nobis patitur, nec sentiamus supplicium, propterea quod ubi deest culpa, nec pœna sit: quomodo his te rebus vincere Deo dicatos devotosque potuisse arbitratus es, quibus augmenta virtutis invicta præbeat fides? Credo equidem, nec me veritas fallit, quod licet adhuc totis tuis eo incumbas carnificinæ viribus, ut membra divellas, artusque laniatos in sanguinem nostrum sæviens diu tortor vexares; quod vincere tamen numquam Dei possis familiam, numquam exercitum Christi superare valeas; non doloribus subjicere, non pœnis angentibus poteris flectere. Christiani nullos cruciatus, nullamve mortem recusamus, non tyrannicas tuas jussiones, non judicum tuorum gladios tremere possumus; quia gladio Dei armati tibi resistamus. Beatus Apostolus: [d] *De cetero*, dicit Ephesiis, *confortamini in Domino, & in potentia virtutis ejus. Induite arma Dei, ut possitis stare adversus* [3] *remedia diaboli. Quia non est vobis colluctatio adversus carnem & sanguinem, sed contra potestates, contra hujus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritalia nequitiæ.*

XIV. Arma indutos Dei tu per quem omnes in nostram necem sæviunt dæmones, superare quia non potes, hortamur tandem te nobis tradas: ne cum istis quos describit Apostolus, in cuncta torquearis æva. Sic non in tenebras carceris tui, filii possint vinci lucis a tenebrarum filio; tamquam tenebras sentire possint hi, in quibus inhabitare dignatur ille qui sit lucis conditor. Perferat virtus necesse est, quod ferendum natura mortalis edocuit. Si enim ignibus consumere nostros artus tentaveris, te magis in nostra corpora sentiemus exuri quam nos; qui cum libenter ac promte curramus ad mortem pro fide, non nos amittere vitam posse, sed magis conquirere, & quidem post fragilem, æternam præsumamus. Stat semper nempe gladii tui acies [4] stricta, parata

a Psalm. CXV. 12. 13. 15. b Rom. VIII. 35-37. c Psalm. XXVI. 1-4. d Ephes. VI. 10-12.

1. *Una tincta subscr.*] Unus calami ductus. Hujusmodi Luciferi locus Cangium haud fugit in *Glossar.* v. TINCTA 1.

2. *Nibil magis congruere*] Sic editionum defectum supplevimus, a quibus abest *magis*.

3. *Remedia*] *Insidias*. De hac singulari Luciferi lectione superius edisseruimus ad lib. II. *pro S. Athan.* §. XLII. pag. 196. not. 4. De aliis vero loci hujus variantibus paullo ante verba fecimus pag. 149. nott. 3. 4.

4. *Stricta*] Ita cum Latinio legimus pro *extricta* editorum.

Christianorum neci; & tamen omni plumbo curvior esse nobis videtur iste mucro gladii tui, sicut & acies animæ tuæ. Toleramus omnia in passione securi, velut ingeramus supplicia quæ patimur; quoniam qui per te in nos sævit, nostra fide prosternitur. Non enim morte in perpetuam malignitatem illata, deleri nos posse novimus, qui in Christum vitæ æternæ tributorem, unicum Dei Filium speraverimus: sed credentes sumus & bene præsumentes, quod ad lucem vitamque perennem etiam corpora sint resurrectura, quæ tu nunc uris, torques ac lanias. Si enim postea quam per te interficimur, nihil nos esse futuros sciremus; profecto stultissimi essemus non huic vitæ consulentes, ut esset quam diutina & commodis omnibus plena: quod contingere nobis poterat, si tibi magis quam Dei decretis temperandum censuissemus. At nunc, cum per te si vita præsens auferatur, immortalis sumatur; hanc præsentem vitam propter Dei Filium cum bonis suis contemnere servos ejus necesse est, siquidem omnis hujusmodi jactura immortalitate pensetur.

XV. Quanta virtus, quantum robur animi, qualis fuerit firmitas fidei eorum quos interfecisti, & sit horum qui adhuc tuo sacrilegio resistunt, adverte, Constanti, stetisse aut illos beatos martyres, quos jam Dei potentia in cælestibus regnis esse constitutos cernimus, aut hos quos adhuc interficere non valuisti, contra te immanem feram, qui fanda atque infanda nobis comminando non desinas; cum [1] multo tolerabilius audire semper desiderans fueris ac sis, adversum te æmulos surgere principes, quam Christum Dei Filium confitentes exsistere victores. Placuerat enim tenebris omnium errorum obsesso cordi tuo, & profunda caligine cæcato animo, nos omnes per tuam hæresim a Deo [2] convertens primo tuos clientes efficere, deinde consatellites. Sed vicit te & ipsum in te ista qui fuerit machinari molitus, veritas: valet enim vi sua. Exspectantes denique sumus momentis omnibus super ista quæ jam intulisti tormenta. Adhuc addas constituendo sæviores carnifices, ferociores ultores, qui devotos Deo milites adversus edicta feralia tua resistentes; ut minas & cruciatus & tormenta fidei vigore per Dei misericordiam calcemus; possint vel gladio invadere, vel crucifigere, vel igni torrere, vel quolibet inaudito genere pœnarum viscera nostra ac membra laniare: ut stetimus nunc usque per Dominum immobiles, staturi semper; siquidem non nos simus qui tuos frendores vincamus, sed ipse in nobis cujus auxilio regimur, cujus virtute servamur. Quantus enim tu es aut qualis, qui possis spoliare nos his bonis quæ sunt in nos collata divinitus? Rapis nos, [3] negas, egenos facis, damnas, vincis, uris, miseris etiam modis necas: & tamen vincere Christianorum invictam fidem non vales. Per quod intelligere debuisti factum, quia & tu erroris crudelitatisque tuæ sis recepturus supplicia: & contra, nos, quod per hanc propositam difficultatem angustissimus trames ad immortalitatis præmium sublimiter ducat, non poterimus cedere tuæ crudelitati, qui novimus quod sit martyrium dominicæ fortitudinis singularis imitatio.

XVI. Laboris quidem & difficultatis plena satis & ardua martyrum adeo via est, ut non quis humanis implere valeat viribus: sed nos qui auxilio divinæ suffragationis juvamur, calcemus te semper, ut nunc calcamus, necesse est. Hinc est quod libitum sit nobis, non solum non te timere Dei religionis adversarium, sed & ultro provocare: provocaris enim, cum semper ut non miserearis immisericors, sed ut interficias exspectaris. Hinc est quod non possit capere divisionem felicitas nostra; quia & cum occidimur pro Dei filio, ipse dilectione vivat in nobis; ipse qui est in pressura excitatio, in persecutionum prœliis & fortitudo. Quibus etenim velis te modis exseras adversus Dei cultores, numquam tamen poteris evacuare signatam virtutem; quippe cum mundana non invitent, non terreant tormenta. Cum hæc ita sint, te Dei domus persecutorem, quid aliud dicam quam miserum, qui prædonum tuorum dæmonum instigationibus pareas; quorum stimulis actus, hæc fueris perpetrare machinatus; per quos inhærente cordi tuo persuasione tua sacrilega, libenter erras. Faveas stultitiæ tuæ tibi [4] ignotæ: atque utinam cum solis Arianis comblasphemis tuis errare ac desipere velis: nos etiam in consortium malorum tuorum rapere conaris, proscribis, exspolias; sed novimus maximæ felicitatis genus esse propter Christum quæsitam paupertatem. [5] Infers carnifex mortem: at nos non solum non cervicem subducimus, sed & damus, ut propter Dei unicum Filium jugulemur. Quorsum hæc retuli? Ut scires pœnas tuas nullas habere contra Christi servos vires: & quod expavescere non possumus id, quod venturum semper exspectemus.

XVII. Indigne fers cur dicaris hæreticus; & audes tamen dicere non comparari posse, vel exæquari Patri Filium: nos, qui unam deitatem Patri & Filio defendimus, Filium æqualem dicimus Patri. Credimus, ut credidit beatus Paullus Apostolus, qui dicit de Filio: [a] *Qui cum in forma Dei esset, non est rapinam arbitratus esse se æqualem Deo.* Quid est, *qui cum in forma Dei esset*, nisi quod sit Filius, ut est Deus Pater, incommutabilis, inconvertibilis, inæstimabilis, inenarrabilis, æternus, perfectus? Quid est, *qui cum in forma Dei esset*, nisi quod ipsam inaccessibilem lucem habitet Filius quam & Pater, nisi quia una sit divina sublimitas [6] Patris & Filii? Sanctus Spiritus, in beato manens Apostolo, corda vestra omnia hæreticorum jam tunc conspiciens, addidit interpretationem, quid sit in forma Dei esse Filium. *Qui cum in forma Dei esset, non est rapinam arbitratus esse se æqualem Deo.* Apostolus beatus æqualem Filium Patri dicit, unam deitatem manifestans Patris & Filii: & tu audes cum sacrilegæ audaciæ tuæ satellitibus atque sacrilegii tui comparticipibus dicere, Non enim nos

a Philipp. II. 6.

1. *Multo tolerabilius audire*] Vulgo perperam, *multis tolerabilius audere*. Emendationem exhibuit Latinius.
2. *Convertens*] Magis placet Tilii conjectura legentis *convertendo*, quam *convertentes primos* Latinii. Mox *super ista*, id est, ut equidem puto, *atrociora quam ista*: ut ex sequentibus liquet.
3. *Negas*] An *relegas*, cum Latinio? Paullo post edidimus, *provocaris enim, cum*: ubi abest *enim* ab editis.
4. *Ignotæ*] Ita recte Latinius pro *ignitæ* codicum editorum.
5. *Infers*] Forte, *Inferas*, ut paullo ante *Faveas*. Mox reposuimus cum Latinio, AT *nos non solum* — *sed & DAMUS*: ubi vulgo, mendose quidem, *ad nos non solum* — *sed & manus*.
6. *Patris & Filii? Sanctus Spiritus, in beato m. A.*] Ductore Latinio, ita emendavimus pravam Tiliani editi lectionem, *Patris & Filii & sancti Spiritus, in beato manens Apostolo*: quam & Lugdunenses, omissa tantum post *Filii* conjunctione, retinuere.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



possumus æquare aut comparare Filium Patri. Aut A cur Dominum dixisse arbitraris, [a] *Qui* [1] *me vidit, vidit & Patrem*: Et, [b] *Ego & Pater unum sumus*; nisi quod una sit potentia Patris & Filii? Tu dicis, quod habeat Filius initium; at nos dicimus sine initio esse: siquidem omne quod habet initium, & finem possit habere necesse est. Igitur cum credamus unicum Dei Filium æternum esse, hoc est coæternum Patri; & vos hostes Dei negetis: nonne rectissime dementes & omni vecordia saginatos filios pestilentiæ vos nuncupamus? De quibus clamat beatus Apostolus, ut tunc de Judæis; [c] *Et sicut non probaverunt Deum habere in notitia; tradidit illos Deus in reprobum sensum, ut faciant ea quæ non conveniant*. Et ad Philippenses: [d] *Coimitatores mei estote fratres, & observate eos qui sic* B *ambulant, sicut habetis formam nostram. Multi enim ambulant, quod sæpe dicebam vobis, (nunc autem & flens dico) inimicos crucis Christi, quorum finis est interitus, quorum deus venter est: & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt*. Et ad Timotheum de te, Constanti ac tibi dilectissimis comperditis tuis: [e] *Spiritus autem manifeste dicit, quia in novissimis temporibus recedent quidam a fide, attendentes spiritibus seductoribus, doctrinis dæmoniorum in hypocrisi* [2] *mendaciloquentium, cauteriatam habentium conscientiam suam*. Vos adhuc percutit atque interficit Spiritus sanctus ore ejusdem beati Apostoli: C [f] *In novissimis diebus advenient tempora periculosa. Erunt homines se ipsos amantes, cupidi,* [3] *superbi, fastidiosi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine fide, detractores, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, protervi, inflati, voluptatum amatores magis quam Dei, habentes speciem pietatis,* [4] *veritatem autem ipsius negantes. Et hos devita*. Et infra: [g] *Quemadmodum autem* [5] *Jamnes & Mambres restiterunt Moysi: sic & hi resistunt veritati, homines corrupti mente, & reprobi circa fidem. Sed ultra non proficient: insipientia eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit*. Et infra: [h] *Erit tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt; sed* D *ad sua desideria coacervabunt sibi magistros, prurientes auribus: & a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur*.

XVIII. Deferens apostolicam fidem, conversus ad fabulas, ut cancer ita sermo tuus quod serpere possit, cum prædixerit ore Apostoli Spiritus sanctus [i], catholicos dicis erraticos: & paullo post, ipsam quam catholicam dicebas, quamque suscipere cogebas, dicis esse blasphemiam. Item post paullulum, quam [6] tunc adstruxeras apud Antiochenos contra Eudoxium faciens, fuisse blasphemiam; ipsam iterum nunc firmas catholicam: unde & Eudoxium Constantinopoli esse censueris, quod enim ipsum E probaveris catholicum. Scias utique ex hoc ipso, quantum intersit inter verum atque falsum: quando ipse cum sis, ut tibi videtur, peritus, habeasque dictatorum designatum numerum; tamen persuadere nulli, nisi eis qui carnificinam tuam timuerunt, te potuisse advertamus: nos vero quibus ad loquendum natura sufficit, alieni ab omni scientia, & hinc alieni litterarum, ad omnem destruendam hæresim valemus, quia res ipsa ac veritas loquitur. Tu ac tui adjutores litterarum, & hinc aliam plenam auxistis artem: nos sumus tantum sacras scientes litteras. Noster sermo est communis: contra, vester politus, ornatus, qui etiam dici mereatur disertus; & tamen suadere, dulcis per artem quæsitus sermo vester nulli potest Christianorum, nisi ei qui non sit, sed tantum dicatur, ut tu; qui cum sis lupus, unus esse de ovibus ab inscius judiceris. Quis tam excors est, nisi qui, ut tu, omnem hauserit amentiam? Quis est Dei famulorum, qui nolit devotionis obsequio morte honestari? Quis est qui cruorem sanguinis sui pro Christo non sit desiderans fundere, cum hujusmodi mors integriorem faciat vitam, æternam inveniat gloriam? Stamus ut advertis virtute Dei protecti, præceptis Evangelii calciati, fixo immobiles gradu, ne possint per te præcipiti labe rapi vestigia. Stamus scutum fidei tenentes, ut in totum non possint per te jacta fumantia hostis concrescere jacula, quippe quæ semper in te repercutiantur. Munita sunt nostra capita casside salutis: est in ore verbum Domini, ut hostis in te collocatus gladio elidatur spiritali, sternatur, pariterque dissipetur. Esse advertis sanctam fidem quam nos abjicere cogebas, animæ nostræ clypeum, & fortem & impenetrabilem & contextam loricam, quam nulla diaboli possint tela per te perforare illata.

XIX. Tantam perseverantiam cernens Christianorum, Defendendum est, inquis, & a me semel susceptum Arianum dogma. Dicis talia, honesta voluntate errans: sentis enim nihil esse in rebus humanis religione præstantius, eamque summa vi oportere defendi. Defendis gladio: at nos defendendam novimus religionem non occidendo, sed moriendo pro Deo, universaque mala hæc quæ tu ingeris sustinendo. Tali genere defendentes religionem, quæ tua crudelitas poterit vincere? Si enim quilibet militum tuorum in hac fragili imperii tui militia tibi mortali mortalis fidem servaverit in aliquo egregio facinore; & acceptior fit & carior: si perierit; apud te inanem hominem, summam consequitur gloriam, quod pro te duce suo morte occubuerit: quanto magis Deo æterno imperatori fides est servanda a nobis clementiæ ejus militibus? Cum hæc nos agere susceptum cogat officium devotionis: tu quia cæcus sis, Christum verum Deum veri Dei Filium esse non credendo; quia sis simpliciter infelix, quod æternæ mortis tenebras minime evaseris, volueras & nos redire ad veterem cæcitatem, ut

a Joan. XIV. 9. *b* Joan. X. 30. *c* Rom. I. 28. *d* Philipp. III. 17-19. *e* I. Tim. IV. 1. 2. *f* II. Tim. III. 1-5. *g* Ibid. ℣℣. 8. 9. *h* Ibid. III. 3. 4. *i* II. Tim. II. 17.

1. *Qui me vidit, vidit & Patrem*] Juxta Gr. ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα. Lectionem tamen Vulgatæ, *Qui videt me, videt & Patrem*, agnoscunt Arab. Iren. Aug. Hilar.

2. *Mendaciloquentium*] Gr. ψευδολόγων. Textus litteræ inhæsit Lucifer: ejusque lectionem exhibuerunt Lugdunenses. At Parisienses Tilianum exemplar secuti, *mendacia loquentium* edidere. Quem in locum Cotelerius *Monum. eccl. Gr.* tom. I. pag. 793. „ Imperiti, ait, negligentesque exscriptores ac editores vocem quam non capiebant divulserunt, nec curæ habuerunt Græcum textum consulere. „

3. *Superbi, fastidiosi*] Gr. ἀλαζόνες, ὑπερήφανοι. Vulg. *elati, superbi*. Et eo quidem sensu quo *superbi*, accipi posse videtur *fastidiosi* Luciferi. Cicero X. Phil. *Quorum*, inquit, *si essent* ARROGANTES, *non possem ferre* FASTIDIUM. His adde *fastidium* quandoque sumtum pro *fastigium*, ut Cangius nos edocet in *Glossario* v. FASTIDIUM. Quid porro si Lucifer, stilo minus Latino ac pæne rudi passim usus, FASTIGIOSI scripsisse dicatur?

4. *Veritatem*] Hæc vox in mendo forte cubat: neque enim existimarim *veritatem* scripsisse Luciferum sed *virtutem* juxta Gr. τὴν δὲ δύναμιν αὐτῆς ἠρνημένοι.

5. *Jamnes*] Gr. Ιαννῆς. Vulg. *Jannes*. Sed cum Lucifero *Jamnes* legit quoque sanctus Cyprianus *de unit. Eccl.* pag. 115. edit. Oxon. Vide sis Cotelerium ad *Constit. Apost.* lib. VIII. cap. 1.

6. *Tunc adstruxeras*] Editi *nunc*. Mox rescripsimus *Eudoxium*, ut alibi superius; ubi vulgo *Adoxium* & *Adoxum*,

non jam simpliciter, sed detestabiliter cum lumine videremur amisisse prudentiam. Nam & cum cognoscamus unam mortis damnationem esse tibi, quia credere nolis; & geminatum malum esse nobis si rejecta nostra credulitate ad interitum redire maluerimus: quomodo nos posse tuis præsumseras, aut falsis obsequiis quæ magis dum illiciunt, interficiunt, aut omnibus tormentorum crudelitatis generibus a Dei caritate separari? Quis tantam sibi oblatam felicitatem respuat, nisi qui sit te infelicior; cum videat confessione vocis unius, Christianus sum, adversa succumbere, læta provenire, patefieri regna, æterna parari imperia?

XX. Dicis, Negate Dei Filium, aut interficiet vos virtus regni mei. Quam melius est ab hoste Christi interfici, quam a Christo! quam est optimum a te antichristi amico mactari, & a Christo vivificari! Quis non malit particeps ac socius Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum cunctorumque justorum inveniri, quam Judæ cujus tu exstitisti imitator? In carcere per Herodem compestilentem tuum punitus est Baptista Joannes: Jacobum sævitia Herodis interfecit: in insulam [1] relegatus Apostolus Joannes: crucifixus est beatus Petrus: alligatus est beatus Apostolus Paullus, reclusus est carceribus, flagellatus est & sæpe lapidatus, interfectus est postremo. Sed hi cuncti illa gratissime sustinendo, quod amici Dei fuerint facti, qui advertimus; & ipsi crudeli manu tua mactari malumus, quam tuæ cedere carnificinæ. Cur nos exosos habes, cur tanta sævitia persequeris? nempe quia nos Christianos fateamur: & illi beati quorum fecimus mentionem, pro unico sunt interfecti a contyrannis tuis Dei Filio, cur se ejus servos dixerint. Dicit ore religiosi David Spiritus sanctus ex nostri persona populi: [a] *Si obliti sumus nomen Dei nostri, & si expandimus manus nostras ad deum alienum; nonne Deus requiret ista? Ipse enim novit abscondita cordis. Quoniam propter te mortificamur tota die: æstimati sumus ut oves occisionis:* & tu Constantius Arianæ idololatriæ mancipatus interea imperator, Metuite, inquis, frendores recrudescentis in vestram necem insaniæ meæ, & estote mecum apostatæ. Hæc audiens non vulneribus tuis mederi vis, sed magis pergis cæco & irrationabili furore illorum instinctu, qui insinuant se menti tuæ, & instigant [2] nescium furere. Hi spiritus, quibus tu quod Dei unicum Filium neges, sacrificare dignosceris; qui quia per se nocere nobis nihil possunt, (protegimur enim magnitudine Dei) per te nos satellitem suum persequuntur, quos sibi inimicos esse infestissimos sentiunt, exercentque per te amatorem suum sævitiam quam violentissime possunt, existimantes interventu tuo carnificis se nostram violaturos fidem.

XXI. Doctrina cunctarum est sacrarum scripturarum, in Dei filium credere, primam & consummatam esse justitiam. Hinc est quod te victo quæstionario illi dæmones in te vincantur: quia victoriam non nostrorum fragilium nobis præstat corporum virtus, sed illius clementia ille sufficit vires, ut inter omne carnificinæ tuæ instrumentum duremus immobiles, ut non doloribus vulnerum, non ictibus quæstionum frangamur, sed potius erigamur. Hinc verus est Dei cultus, in quo mentes colentium se ipsas Deo immaculatas victimas sistunt: & arbitraris Dei esse cultorum quemquam tam segnem ac stolidum, ut non illum ardor tantæ cupidinis excitet & non armet, non instiget, non stimulet, non denique illis facibus amoris inflammet, quibus sunt sancti inflammati Prophetæ, Apostoli ac Martyres? Quem, inquam, nostrorum non cupiat animus inter manus tuas crudeles pro Christo interfici, quem ad martyrii gloriam & culmina non tantum per hæc quæ tu ministras, sed etiam per crudeliora non pervenire urgeat, quippe cum facile superentur tua supplicia, si ipsorum suppliciorum ante oculos proponatur gloria? Nec enim id quod lacerat, consideratur, ubi pœnæ merces tanta præstetur: mercedibus incorruptibilibus, tua, Constanti, tormenta vincuntur, & cruciatus obteritur, mors subigitur, quæ cum inferatur, [3] magis vita reparatur. Dolerent, imperator, vulnera per te inflicta, si statim non Dei amicos efficerent. At cum tunc vere victuros nos præsumamus si a te propter Dei plectamur Filium, tunc nihil salutis amissuros: quei fieri potest, ut tuis inanibus cedamus frendoribus?

XXII. Tuo nos potuisse ac posse vigore subigi es arbitratus, & credo adhuc frustra arbitreris. Quousque tandem abuteris Dei patientia, Constanti? Quin immo hortor, hæc pellens ex tenebrosis sensibus tuis, illas insulsa mens tua recipiat meditationes, quæ te possint in viam statuere, quæ ducant ad Dei regnum. Apprehende amœniter quod te ducat ad convivium Abrahæ, Isaac & Jacob Dei amicorum, tu qui ausus fueris homo totius injustitiæ, justum te æstimare, omnibus te præponens Dei judicio sanctæ Ecclesiæ constitutis episcopis; fidemque sanctam quam semper tenuit ac tenet Ecclesia, reprobans, fueris nisus blasphemiam consacrilegi tui Arii ore prolatam, nunc per satellites tuos, nunc edicto tuo, nunc spiritibus immundis referto ore tuo prædicare, [4] & juste perfectum cultorem Dei, & omnia sancte agentem vocitare; cum adhuc te neque crudelior, neque detestabilior, neque in blasphemis majorum quam quisquam eorum regum qui tyranni nuncupantur, fuisse reperiatur. Quæ ita se habere quia in libro qui titulatur, *de Regibus apostaticis*, jam aperui tuam imprudentiam; nunc illud te scire volo, quia nisi te mature converteris, nisi credideris, ut nos, unicum Filium Dei semper cum Patre regnasse, & numquam fuisse Patrem sine Filio, unum etiam esse regnum Patris & unici ejus Filii, unamque deitatem possidere Patrem & Filium; in æternum te periturum: siquidem Arius magister tuus creaturam dixerit Dei Filium; & tu ejusdem ad cælum usque laudibus extuleris blasphemiam.

XXIII. Nos te urgemus, rogamus, impellimus Deo fieri amantissimum; & tu te injuriam pati a nobis quereris. Sic inanem dignitatis tuæ tueris censuram, tamquam hæc sit te a perpetuis ereptura

[a] Psalm. XLIII. 21. 22.

1. *In insulam*] Forte addenda vox *Patmos*.

2. *Nescium furere. Hi spir.*] Ita restituimus post Latinium pravam Tiliani editi & Parisiensium lectionem, *nescium furore his spir.* Neque minus mendose Lugdunenses, *nescium furorem hi spir.*

3. *Magis vita reparatur*] Sic recte Latinius. Vulgo, *magis vitare paratur*. Mox *quei* reposuimus pro *quia* Tiliani exemplaris. Et paullo ante, *At cum* pro *Ac cum*.

4. *Et juste perfectum*] His mendum inesse putarim: ac forte legendum *&* JURE TE *perfectum*. Neque sana omnino videntur, quæ mox sequuntur, *in blasphemis majorum*, quæ aliis reformanda relinquimus: nisi quis recti tuere malit, *in blasphemiis major*. Sed ἀπέχω.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

cruciatibus; erigis super Domini sacerdotes superbum caput, non advertens scriptum: [a] *Omnis qui se exaltat, humiliabitur; & qui se humiliat, exaltabitur.* Apostolus, [b] *Qui cum in forma Dei esset,* dicit de unico quem in nos persequeris, Dei Filio, *non est rapinam arbitratus esse se æqualem Deo, sed semet ipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo. Humiliavit se usque ad mortem, mortem autem crucis.* Ille qui in forma Patris semper & fuit & est & futurus est, quippe verus filius, quippe immutabilis & inconvertibilis, quia Deus sit totum potens Filius Omnipotentis; propter nostram tamen salutem se se humiliare dignatus est, ut nos jacentes atque depressos, erectos exaltatosque efficeret: B quæ ejus sancta humilitas, te canem rabidum fecerit latrare contra ejus divinam majestatem: sola videns de sacris scripturis quæ [1] propter susceptam humilitatem scripta sunt, præteriens ea quæ æternam narrent ejus divinitatem. Quid ad hæc respondes, Constanti, cui crebro sunt acclamantes Ariani dogmatis tui episcopi, episcopum te esse episcoporum, morientes propter Deum unicum Filium credis, an non credis regnum possessuros cælorum? Si credis, cur ad ejus æternitatem nos impellis negandam? cur non desinis persequendo nos, qui sumus credentes in eum? cur nobis es perinquietus & semper infestus, præbens te persecutorem violentum, sub pacis vero titulo hostem subdolum? Doleo quod C tanta tibimet acquisieris mala: lugeo te quod sis omni ex parte positus sine spe vitæ æternæ.

XXIV. Ceterum, licet tu non gladiis tantum scindas nosmet, sed & dentibus tuis sis mandens; tuam tamen rabiem a Deo protecti superaturi sumus. Certum tene, nec in eo nos despicere digneris, quod videas corpora nostra fragilia: quod est enim potissimum sapientiæ, recti ac muniti valemus, habentes ornatus ac munimenta in cordibus ac sensibus nostris. Unde nunc nos ornatos videmus, unde munitos ac tutos esse sentimus, unde nos sapientes cognoscimus? nisi quia & blasphemiam tuam vitemus, & mortalia corpora nostra tuo ensi D gratanter propter Dei Filium tradamus: scientes, quod cum terrenum nostrum domicilium interficere valueris, cæleste quod habituri sumus, quia interficere non possis. Idcirco etenim bona nobis malaque proposita esse novimus, ut vis omnis prudentiæ nostræ in discernendis bonis malisque versaretur. Quid stultius quam temet vere Deum negare? Quid sapientius, quam nefandum tuum calcare caput, & Deo propter hoc placere factum? Hinc est quod perspicis, omnibus nostris viribus [2] nos stare paratos in agone justitiæ, fide integra, virtute devota, mente incorrupta; nos ad aciem stare quæ per te indicta est, divinos milites interritos. Fortiter E etiam portatur a nobis scutum fidei; unde & protegente Deo quidquid manibus tuis diabolus jaculatur, exstinguitur; quia calciati sunt nostri evangelico magisterio, & armati pedes calcaribus. Tu licet sis augustus, [3] tamen in te obteritur rugiens in nostram insontium necem serpens; siquidem mordere & supplantare per te carnificem suum non prævaleat: premi etenim nos per te vult Deus, non usque ad hoc, ut fidem iterque deseramur Patriarcharum, Apostolorum ac Martyrum; sed ut coacti a te unicum negare Filium Dei, mortem etiam subire non recusemus. Non sumus, ut tu, adeo stulti ac perversi, ut malimus salutaria excutere, mortalia vero suscipere: non sumus præsidium cælestis medicinæ fugientes: [4] prospicimus, quod enim licet ferro medicus secet, cauterio urat, sinapis incendio ad omnem dolorem ægrum deducat; tamen nec secari, inuri, exedi morderique, esse inimicum: quippe quod idcirco bonum sit, quia dolores inutiles auferat per adhibitos salutis caussa dolores. Vult nos Deus mortem morte dissolvere, tormentis temporariis æterna cruciamenta discutere, supplicia futura perpetua tuis suppliciis evacuare: hi videlicet, qui cum vitam abstuleris a nobis, præsumamus magis posse conferri, & quidem propter temporariam, æternam; propter fragilem & caducam, incorruptibilem, perpetuam. Non sufficere tibi censes, confitentes se Christianos tantum gladio esse plectendos, nisi omnia genera suppliciorum eorum inflixeris corporibus: nihil interest quo genere mortis nos punire digneris, dum per hæc ad vitam perfruendam admittamur æternam, dum per hæc tua mortificetur rabies, nos contra vivificemur. Si enim miserum putas quod malim quovis crudeli supplicio pro Dei interfici Filio; ut omittam æternam beatorum martyrum gloriam, quocumque genere esse moriendum scio. Dabo denique tibi multos qui in lectulis crudelius pereant, quos interior aliqua cerebri suppuratio inflavit, & nervorum secum luctantium dolore contraxit. Interest, ex qua caussa, non ex quo pendeam stipite.

XXVI. Quid dicis, rex stultissime, inique in ista supplicia, in hujusmodi pœnam mittor a te, an juste? Si inique, tua figentis erit crux, non mea quem fixeris: si juste, culpa mea me criminis mei, non pœna tua torquere incipiet. Ceterum quantum ad exitum, nihil interest, clavo per te an lancea moriar; restrictis post terga manibus, an porrectis sparsisque: utrum pronum, incurvum, an rectum & editum nihil refert: utrum quiescentem me in lectulo occidas, an cervicem mihi stanti incidas gladio, an securi caput auferas: an ad palum me, an ad crucem alliges; igne torreas, an vivum humo condas; saxo præcipites; an in maria mergas; [5] labandagine magnis viribus conatus uno vastissimo ictu longe a me meum caput excutias, an omni subtilitate subtilior sagitta diutissime figens, in meo corpore ludas, centum millia licet formas pœnarum crudelitas tua faciat. Ex his omnibus ad me sola per istam mortem illatam a te, perveniet immortalitas: non possum nisi gaudere cum talia ingesseris; quandoquidem per hæc supplicia sciens sim, quod possit omne finiri supplicium. Nam & illa quæ ex-

a Luc. XVIII. 14. *b* Philipp. II. 6-8.

1. *Propter susceptam humil.*] Vulgo male, *præter susc. hum.* Mendum sustulit Latinius.
2. *Nos stare* cet.] Vide sup. pag. 249. not. 1.
3. *Tamen in te obter.*] Parisienses cum Tilio, *& in obter.* Lugdunenses, *& in te obter.*
4. *Prospicimus* cet.] Imitatur Tertullianum, *Scorpiac.* cap. V. *Et est plane quasi sævitia medicinæ, de scalpello, deque cauterio, de sinapis incendio: non tamen secari, & inuri, & exedi* (male in editis, *extendi*) *morderique, idcirco malum; quia dolores utiles adfert.* Adnotatio Cotelerium agnoscit auctorem ad *Constit. Apost.* lib. II. cap. XLI.
5. *Labandagine*] Dictio barbara, pro forma quadam instrumenti, quod vi ducebatur. Unde etiam apud nos, illud quo balistæ tenduntur, vocatur *Bandage.* TILIUS. — Sed vocis Gallicæ istius, alia est originatio, de qua in *Binda.* Quid si legas, *an a pendigine*, id est a reliquo corpore? Est enim *pendigo* idem quod πῆγμα, *compago*; ita ut bifariam heic sumi possit id vocabuli: vel pro machina lignea seu tabulato, quod πῆγμα etiam Græci vocant, a quo caput longius excutiatur: vel pro ipsa reliqui corporis compactione, a qua caput evellatur. CANGIUS *in Glossar.* v. LABANDAGO.

trinſecus ſunt & accidere poſſe [1] per tuam ſævitiam arbitror; nihil judico ad me pertinere: alites ne an canes meum corpus lanient; hæreant corpori meo feræ, [2] luminibus illis crudelibus te ſpectante inſiliant; jacens humi unguibus & dentibus ad oſſa uſque redigar: cum poſt hæc omnia Deo ſalvus ſum. Cum enim corpus meum talibus actis ferinæ immanitatis tuæ viribus conſumſeris, reficiet atque reparabit rerum conditor, & quidem ex corrupto in æternam incorruptibilitatem. Tibi vero injuſtiſſimo perſecutori noſtro venturum ſine fine ſupplicium ſcire debes: nec te putes impune laturum, qui nomen unici Dei Filii veſtigiis tuis ſubjiciendum cenſueris impie, nefarieque calcandum.

XXVII. Beati Apoſtoli vox eſt, [a] *Quod non ſint condignæ paſſiones hujus temporis ad ſuperventuram gloriam*, quam videlicet ſumus poſſeſſuri, ſi per te interfici, quam negare Dei elegerimus Filium. Quæ revelatio ac claritas cum ſuper omnes nos credentes fulſerit, famuli ejus futuri beati ſemper in ejus collocati regno: tu contra ſi durandum cenſueris in tua perfidia, futurus in tenebris exterioribus; deſertor quippe militiæ atque expugnator veritatis, voluntatem qui feceris diaboli: unde neceſſe ſit te, niſi temet ab ejus extraxeris laqueis, cum ipſo inexſtinguibili igne torqueri, ſicut ſcriptum eſt. Hæc dicimus [3] nequaquam ex nobis: de vobis enim prævaricatoribus, de vobis blaſphemis, unicum Dei Filium, verum illum eſſe Filium, negantibus, & de omnibus in eum credere detrectantibus, legimus apud ſanctiſſimum prophetam poſitum: [b] *Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non exſtinguetur.* Futurus ſemper tu, ſi in hac manſeris amentia, in inextricabiles tenebras. Ut enim qui Dei confitemur Filium, immortalitatis conſecuti præmia perenni luce potiemur; ſic te ejus negatorem neceſſe eſt ad occaſum & tenebras deferri æternas: [4] deduceris ad illam quam tenes viam, non ut Ariani tibi mentiuntur ad cælum, ſed ad viſam mundi arcem, ad lævam malorum & ad impia tartara. Eſt enim refugæ illius, cujus omnem voluntatem tu ſatelles illius implere reperiris: eſt inquam illius ſerpentis, qui te ab itinere vertit cæleſti, ad hanc tenendam injuſtitiæ viam. Hæc eſt illa lata & ſpatioſa quam narrat Dominus in Evangelio dicens: [c] *Quam lata & ſpatioſa eſt via quæ ducit ad interitum!*

XXVIII. Si itaque tibi conſulere nolueris, te eſſe inter illos dubitari non poteſt, quos beatus Joannes percutit dicens: [d] *Jam autem ſecuris ad radicem arborum poſita eſt. Si quis non fecerit bonum fructum, excidetur & in ignem mittetur.* Tu ergo & omnes comparticipes tui, quoniam eſtis amariſſimæ arbores fructus portantes mortis, quippe peccantes in Deum, niſi ad cæleſte feceritis iter tranſitum, excidemini, ut præcipitati veniatis dicto citius in altitudinem profundam; unde viſurus ſine dubio tu eos, quos nunc injuſte perſequeris, ut tunc ille vidit dives Lazarum in ſinu Abrahæ, Iſaac & Jacob, amicorum Dei & omnium Prophetarum, Apoſtolorum ac Martyrum. Non eris, Conſtanti, illa evaſurus

A ſupplicia, niſi primo in loco unicum Dei Filium verum eſſe Dei Filium credideris: deinde, ut crebro dictum eſt, quod ſemper cum Patre regnaverit ac ſit regnans, hoc eſt ſine initio ac fine, confeſſus fueris; atque te ad catholicam Eccleſiam de nefando Arianorum cœtu tranſtuleris, de morte ſcilicet ad vitam; & confeſſus fueris, ut nos confitemur catholici, Patrem & Filium & Spiritum ſanctum perfectam eſſe Trinitatem, & unam habere deitatem.

XXIX. Sic odis Chriſtianos & omnibus perſequeris modis, tamquam poſſit malevolentia tua eos vincere, qui durum aſperumque iter ingreſſi, contemtui licet, deriſui odioque apud te ſint, tamen

B in omni vita præſenti pauperes, humiles, ignobiles, ſubjecti injuriis tuis eſſe velint; credentes, omnia quæ amara eſſe noſcuntur, propter Deum perferentes, ſe brevi venturos tempore ad eximia præmia illa quæ Apoſtolus narrat conſequenda, illa [e] *quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparavit Dominus diligentibus ſe.* Igitur quia illa diligentibus ſe repræſentabit Deus; diligentes Deum cum tibi diſplicemus, cum plectimur a te, Deo nos placere præſumimus: neque enim poteſt aliquam auctoritatem habere tua funeſta ſententia ad nos in æternum puniendos; cum qui damnas, damnandus ſis, & quidem ad hoc ut perpetuas luas pœnas. Ceterum nos quos torquens

C lanias, interficis, æterna ſuſcipient gaudia, ingens habebit & immenſa felicitas, perpetuaque accipiet beatitudo. Nobis igitur ſcias magis datam divinitus poteſtatem, ut te dum damnare nos putas, damnemus; dum punire nos poſſe præſumis, te Conſtantium ſacrilegum puniamus. Siquidem ille quem negas, dare nobis epiſcopis ſuis fuit dignatus auctoritatem, ut quæcumque ligaverimus in terris, ſint ligata & in cælis. Suſtinemus propter Deum temporalia mala, ut poſſimus conſequi æterna bona: fugimus temporalia quæ a te veluti bona offeruntur nobis, propterea quod illa bona tua, æterna mala ſubſequantur. Idcirco præſentia quæ putas nobis nocibilia delegimus ſuſtinere, ut illuſtris confeſ-

D ſio dum perſeverat in nobis, æterna & immortalia conſequi mereamur bona: ſicut & tu cum eis qui te metuentes voluntati tuæ inveniuntur paruiſſe, & mandata deſeruiſſe Dei; quoniam quidem præſentia magis bona fuerint eligere dignati, & futura contemnere; immortalia cum eis ſis incurſurus mala. [f] *Deſiderabilia enim ſuper aurum & lapidem pretioſum multum, & dulciora ſuper mel & favum: etenim ſervus tuus cuſtodit ea. In cuſtodiendo illa retributio multa.*

XXX. Novimus hanc vitam quam magnopere auferre laboras, eſſe breviſſimam. Novimus & bona iſtius vitæ & mala eſſe brevia; illius vero vitæ æter-

E næ bona quæ conſequi ſumus deſiderantes, quod ſempiterna ſint: novimus enim quod pro bonis his brevibus quibus tu delectaris ac frueris, [5] mala in æterna ſucceſſura tibi; & nobis Chriſtianis quos deſpicis, quoſque omnibus virtutibus imperii tui laniando non deſiſtis, quod ſint pro his malis brevibus bona æterna ſucceſſura. Hæc ita ſe habere legiſti in

[a] Rom. VIII. 18. [b] Iſa. LXVI. 24. [c] Matth. VII. 13. [d] Matth. III. 10. [e] I. Cor. II. 9. [f] Pſalm. XVIII. 11. 12.

1. *Per tuam ſævitiam*] Editi perperam, *perpetuam ſævit.* Sic poſt Tilium Latinius.

2. *Luminibus — ſpectante*] Forte, *an luminibus?* Mox *ſpectante* reſcripſimus cum Latinio, ubi editi mendoſe *exſpectante*.

3. *Nequaquam*] Sic recte Latinius. Pariſienſes cum edito Tiliano male, *non quicquam*. Pejus Lugdunenſes, *non de quoquam*.

4. *Deduceris ad illam*] Latinius mallet, *deducique per illam*. Quid ſi reſcribas *deduceris* ENIM PER *illam* cet.? Mox legerim, *ad* INVISAM *mundi arcem*.

5. *Mala in æterna*] Conjicit Latinius legendum, *mala* SINT *æterna*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.



Psalmo: [a] *Magnificavit Dominus facere cum illis*. Et infra: *Qui seminant in lacrymis, in gaudio metent. Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua. Venientes autem venient cum exsultatione, portantes manipulos suos*. Et in Psalm. CXXVIII. [b] *Beati omnes qui timent Dominum, qui ambulant in viis ejus*. [1] *Labores fructuum tuorum quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit*. Erit profecto in æternum bene eis, qui non negaverunt Dei Filium, qui labore sanctæ confessionis suæ potientur: contra tibi, si in hac amentia qua vivis nunc, semper censueris manendum; erit male perpetuo, illa percipiens quæ nunc percipit Iscarioth Judas. Tunc te visuri nos supplicem: & tamen omnis lamentatio pœnitentiæ tuæ futura inefficax, quoniam quidem heic aut acquiratur vita perpetua, aut mors. Hæc semper volvere corde nostro, hæc diebus ac noctibus cogitare scire te volumus: tua supplicia perpetua, & præmia ac merita Dei servorum æterna: quid neganti tibi persecutori nominis sui comminetur ad pœnam; quid autem e contrario confitentibus pollicetur ad gloriam sempiternam.

a Psalm. CXXV. 3. 5. 6. b Psalm. CXXVII. 1. 2.

1. *Labores fructuum tuorum*] LXX. τὰς πόνους τῶν καρπῶν σου. Symmachus, κόπον χειρῶν σου, *laborem manuum tuarum*. Ut perspicuum fit, etiam LXX. καρπὸς non vocasse *fructuum perceptionem*, sed particulam manus. Scholion: οἱ Ο'. καρπὸν οὐ τὴν ἐπικαρπίαν ἐκάλεσαν, ἀλλὰ τὸ μόριον τῶν χειρῶν. Quod etiam notavit sanctus Hieronymus ad Marcellam, (epist. XXXIV. al. CXLI. §. 5.) quum libri Latini haberent, *fructuum tuorum*. Etiam I. *Reg*. V. καρποὶ eadem notione accipiantur pro particula manus. Schol. refert ex Aquila, κόπον ταρσῶν σου, *laborem volarum tuarum*. NOBILIUS.

EPISTOLÆ LUCIFERI EPISCOPI CARALITANI,

SIVE ALIORUM AD IPSUM.

I.

Epiſtola legatorum ſedis apoſtolicæ ad Euſebium Vercellenſem epiſcopum.

Ex archivo eccleſiæ Vercellenſis.



Apud BARONIUM *ad ann.* 355. *num.* VIII.

Domino honorificentiſſimo Euſebio epiſcopo, LUCIFER *epiſcopus*, *Pancratius presbyter & Hilarius.*

CAlcato capite diaboli & ſuggeſtionibus pravis, domine ſancte, gratiam tibi a Domino noſtro conceſſam noli negligere: ſed ut quantocius te invadente effugetur Arianum dogma, jam accelerare dignare. Scit enim Dominus & Chriſtus ejus, quia ſicut in adventu beatiſſimorum Apoſtolorum glorificatur Dei nomen in ruina Simonis: ita Valente expulſo in adventu tuo, diſſoluta blaſ- A phemantium Arianorum machina penitus deſtruetur. Nos, domine ſanctiſſime, a prima die qua Vercellas venimus, religionem tuam uſque in hodiernum cupimus: & Dominum rogamus, ut in hac eccleſia reſtaurationem perpetuam laudent ſancti omnes, tuamque ſpiritualem virtutem debita laude proſequantur. Quod credimus proventurum, quia paſſionem Salvatoris ſuperari non poſſe confidimus. Chriſtus Dominus te glorioſum conſervet, ſanctiſſime ac beatiſſime.

I I.

Epiſtola Florentii ad LUCIFERUM epiſcopum.

Domino benigniſſimo LUCIFERO, *Florentius.*

NOmine tuo codicem quidam Domino & Auguſto noſtro obtulit. Hunc ad ſanctitatem tuam B perferri mandavit: & cognoſcere deſiderat, ſi idem codex a te deſtinatus ſit. Id ergo quod in fide veri eſt, perſcribere debebis, & codicem remittere; ut poſſit Æternitati ejus denuo offerri.

I I I.

Florentio magiſtro officiorum, LUCIFER *epiſcopus.*

COdicis perlatorem quem memorat honorificentia tua nomine meo adiiſſe imperatorem, a mea fuiſſe deſtinatum mediocritate; ipſum quoque codicem, ut es admonere dignatus, ſolicite inſpectum, atque Bonoſo in rebus agenti perferendum traditum, [1] his formanda fuit religioſa prudentia tua, fili cariſſime. Jam tuæ erit generoſitatis, agnitum a me ſine ulla cunctatione defendere. Nos etenim, propitio Deo, contra ea quæ in noſtram parantur necem, ſtare lætos; cum cauſſas, cur talia ſubſcripſerim modo, diſcutere cœperit, inveniet.

I V.

Epiſtola Athanaſii epiſcopi Alexandrini ad LUCIFERUM Caralitanum epiſcopum.

Domino dilectiſſimo fratri, LUCIFERO *epiſcopo & confeſſori*, *Athanaſius in Domino ſalutem.*

I. DEO favente corpore valentes, miſimus etiam nunc cariſſimum noſtrum Eutychetem diaconum, ut tua quoque religioſa ſanctitas, quod eſt nobis optandum & deſiderabile, de tua incolumitate tuorumque omnium certiores nos efficere dignetur. Vobis namque confeſſoribus ac ſervis Dei viventibus, credimus ſtatum catholicæ Eccleſiæ reno- C vari; & quod hæretici conſcindere tentaverunt, hoc Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum per vos ad integrum reſtituere. Quamquam enim præcurſores antichriſti per potentiam hujus mundi omnia egerint, ut exſtinguerent lucernam veritatis; tamen divinitas per veſtram confeſſionem, clariorem ejus lucem oſtendit, ut neminem latere poſſit eorum fallacia. Antehac vel ſimulare poterant; nunc antichriſti nominantur. Quis enim non exſecretur? quis eorum communionem tamquam maculam ac virus anguis non fugiat?

1. *His formanda*] Tilius legendum putat, *informanda*. Baronius vero ad ann. 356. num. LXVII. *his informanda*.

II. Omnis ubique Ecclesia luget, omnis civitas gemit, senes episcopi in exsilio laborant; & hæretici dissimulant: qui dum negant Christum, publicanos se effecerunt sedentes in Ecclesiis, & exigentes vectigalia. O novum genus hominum & persecutionis quod adinvenit diabolus, ut ipsis ministris ad malefaciendum, & tanta crudelitate uteretur! Sed etsi hæc tanta agunt, & superbias & blasphemias extenderunt: confessio tamen & religio & sapientia vestra, non modicum, sed maximum solatium & magna consolatio est fraternitati. Pervenit enim ad nos scripsisse sanctitatem tuam Augusto Constantio; & magis magisque miramur, quia in medio tamquam scorpionum habitans, animi tamen libertate uteris, ut vel monendo, vel docendo, vel emendando [1] errantes ad lumen veritatis adducas. Rogo igitur, rogant mecum etiam omnes confessores, ut digneris nobis exemplum destinare: ut non tantum auditu, sed etiam ex litteris perspicere possint omnes, animæ tuæ virtutem fideique fiduciam & libertatem. Salutant sanctitatem tuam qui mecum sunt. Saluto omnes qui tecum sunt. Divinitas te incolumem, vegetum memoremque nostri semper tueatur, domine dilectissime ac vere homo Dei.

V.

His acceptis litteris, LUCIFER misit libros quos ad Constantium scripserat: quos cum legisset Athanasius, hanc infra epistolam misit.

[2] *Domino beatissimo ac merito gloriosissimo, sancto* LUCIFERO *episcopo, Athanasius.*

I. ETsi credo, etiam pervenisse ad sanctitatem tuam de persecutione, quam etiam nunc adversus [3] fraternitatem nostram facere conati sunt inimici Christi, quærentes sanguinem nostrum; possunt tamen etiam carissimi nostri referre religioni tuæ. In tantum enim rabiem suam per milites extendere ausi sunt, ut non solum civitatis clericos effugarent, sed etiam ad [4] eremias exirent, & funestas suas manus adversus [5] monachos immitterent. Inde factum est, ut etiam ego me longius abducerem, ne etiam qui nos susceperunt, negotium ab eisdem paterentur. Cui etenim parcent Ariani, qui nec animis suis pepercerunt? Quando autem possunt recedere a suis nefandis actibus, dum permanent negando Christum Dominum unicum Filium Dei? Hæc est radix eorum pravitatis: hoc suo arenoso fundamento ædificant perversas suas vias; sicut scriptum invenimus in tertio decimo psalmo: [a] *Dixit insipiens in corde suo: Non est Deus.* Et mox sequitur: *Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in operibus suis.* Inde Judæi negantes Filium Dei, digni fuerunt audire: [b] *Væ gens* [6] *peccatrix, populus plenus delictis, semen malignum, filii sine lege.* Inde sine lege? quippe quia *dereliquistis Dominum.* Unde beatissimus Paullus cum cœpisset non tantum credere in Filium Dei, verum etiam prædicare deitatem ipsius, [7] scribebat: [c] *In nullo mihi mali conscius sum.* Ita juxta vestram confessionem etiam nos optamus tenentes apostolicam traditionem, vivere juxta divinæ legis mandata, ut possimus vobiscum inveniri in choro illo, in quo nunc exsultant Patriarchæ, Prophetæ, Apostoli ac Martyres.

II. Licet igitur Ariana insania cum extranea potentia, ita [8] sæviret, ut non liceret nec fratres libere eremum videre; tamen juxta orationes tuas Deo favente, etsi cum labore & periculo, videre potui fratrem, qui solet tam necessaria quam epistolas tam sanctitatis tuæ, quam aliorum destinare. Accepimus itaque epistolas & libros religiosissimæ ac sapientissimæ animæ tuæ, in quibus perspeximus imaginem apostolicam, fiduciam propheticam, magisterium veritatis, doctrinam veræ fidei, viam cælestem, martyrii gloriam, triumphos adversus hæresem Arianam, traditionem integram patrum nostrorum, regulam rectam ecclesiastici ordinis. [9] O vere Lucifer, qui lumen veritatis ferens, posuisti super candelabrum, ut luceat omnibus! Quis enim, exceptis Arianis, non pervidet ex tua doctrina veram quidem fidem, maculam autem Arianorum? Valde & admirabiliter, ut est lumen a tenebris, ita separasti veritatem a calliditate, & ab hypocrisi hæreticorum defendisti catholicam Ecclesiam; probasti nihil esse, sed tantum phantasiam Arianorum verba; docuisti calcandos esse [10] frendores diabolicos. Quam bona & jucunda hortamenta tua ad martyrium! [11] quam desiderantissime ostendisti moriendum esse pro Christo Filio Dei! quam futuri sæculi & vitæ cælestis amorem manifestasti! Videris esse vere templum Salvatoris, qui in te habitans hæc ipse per te loquitur, ipse qui tantam gratiam præ-

a Psalm. XIII. 1. *b* Isa. I. 4. *c* 1. Cor. IV. 4.

1. *Errantes*] Sic Tilii editio, nec non Montfauconius, opp. *Athanas.* tom. I. part. II. pag. 965. Baronius autem ad ann. 356. num. LXXIV. *errantem*.

2. *Domino beatissimo* cet.] Hanc epistolam exegimus ad exemplar, quod edidit Chiffletius inter notas ad *Vigilium Tapsensem* pagg. 109. seqq. Ubi V. C. hæc habet: „ Hanc epistolam quia in codicibus antiquis, Cluniacensi, Parisiensi, Pictavensi & Pontiniacensi, junctam reperimus Vigilii Tapsensis Dialogo sub nomine Athanasii contra Arium; & quidem vulgatis ejus editionibus haud paullo emendatiorem: idcirco heic eam reddimus. „ Hæc ille. Epistolæ autem inscriptio in aliis editis ita effertur: *Domino gloriosissimo ac merito desideratissimo coepiscopo* LUCIFERO *Athanasius in Domino salutem.*

3. *Fraternitatem nostram*] Ita Chiffletius. Al. omittunt *nostram*.

4. *Eremias*] Vulgo, *eremitas*. Vid. pag. seq. not. 7.

5. *Monachos*] Al. *μονάζοντας*. Apud Montfauc. codex S. Germ. *monazontas*, Reg. *monazontes*. Et Sangermanensem quidem lectionem exhibet Tilius.

6. *Væ gens peccatrix*] Juxta LXX. Οὐαὶ ἔθνος ἁμαρτωλὸν, *λαὸς πλήρης ἁμαρτιῶν, σπέρμα πονηρὸν, υἱοὶ ἄνομοι*. Hujusmodi vero lectionem reliquorum editorum prætulimus alteri Chiffletianæ: *Væ genti peccatrici, populo pleno delictis* cet.

7. *Scribebat*] Chifflet. *dixit*.

8. *Sæviret* cet.] Al. *se movebat, ut non liceret nec fratres quantum illi sæviebant libere aerem videre*.

9. *O vere Lucifer*] Hinc forte putetur Latine ab Athanasio scripta hæc epistola, quum adludat ad Latinam vocem. MONTFAUC — Statim al. *qui juxta nomen lumen ver.* Verba *juxta nomen* glossema sapere videntur. Mox vero Chifflet. *ex tua doctrina, quod veram quidem fidem, maculam autem Arianorum valde & admirabiliter, ut est lumen a tenebris, ita separasti veritatem a calliditate, & a pravitate hæreticorum* cet.

10. *Frendores*] Chifflet. *præsides*.

11. *Quam desiderantissime ostendisti moriendum esse*] Ita Chiffletianum exemplar: quæ quidem lectio confirmatur apud Montfauconium ex codd. reg. & Sangermanensi. Al. *quam desideratissimam ostendisti mortem esse* cet. Mox Chifflet. prout edidimus, *vere templum Salvat*. Et sic legitur in iisdem codd. Al. *verum templum Salvat*.

buit sermonibus tuis: quippe qui ante eras apud omnes amabilis; nunc tamen tantus est amor affectionis tuæ in animis omnium collocatus, ut Heliam te temporibus nostris nominent. Et non mirum: si enim qui Deo placere videntur, filii Dei nominantur, [1] quanto magis participes prophetarum, confessores, & maxime te appellare dignum est?

III. Crede [2] mihi Lucifer, non tu solus hæc locutus es, sed Spiritus sanctus tecum. Unde hæc tanta memoria scripturarum? Unde sensus & intellectus earumdem integer? unde talis ordo sermonis compositus? unde tanta hortamenta in viam cælestem? unde fiducia contra diabolum, & probationes adversus hæreticos, nisi Spiritus sanctus collocatus esset in te? Gaude igitur in eo te esse [3] jam per fidem, in quo etiam præcessores tui nunc sunt martyres, hoc est, in choro Angelorum. Gaudemus etiam nos [4] habentes te exemplum virtutis, & patientiæ & libertatis. Nam de his quæ scripsisti de nomine meo, erubesco aliquid proferre, ne videar adulator: sed scio & credo ipsum Dominum qui sancto & religioso animo tuo revelavit omnem notitiam, redditurum tibi etiam pro hoc labore præmium in regno cælorum. Quia ergo talis es, precatorem te esse pro nobis per orationes tuas [5] ad Dominum petimus, ut jam inspicere dignetur, ut est misericors, Ecclesiam catholicam, & eripiat omnes famulos suos de manibus persecutorum; quo etiam hi omnes qui propter metum temporalem ceciderunt, levare se tandem possint & reverti ad viam justi-

A tiæ, a qua seducti vagantur, nescientes in qua fovea sint, miseri. Specialiter autem ego peto, si aliquid minus a me dictum est, ignoscere digneris: a tanto enim fonte quod potuit, [6] imperitia mea vix haurire valuit.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 368.

IV. De fratribus autem nostris sin minus potui videre eosdem, iterum ignoscas peto. Est enim ipsa Veritas testis, optasse me & desiderasse hoc impetrare, & tantum habuisse dolorem, quod non potui: nam nec lacrymæ cessaverunt ab oculis, nec gemitus ab animo, quia nec fratres permittimur videre. Testis est autem Dominus, quia nec parentes quos habeo, potui videre ex quo persequuntur
B nos. Quid enim non faciunt Ariani? Itinera observant, curas agunt de proficiscentibus & exeuntibus de civitate, naves quærunt, [7] eremias gyrant, domos perturbant, concutiunt fratres, singulis negotia concinnant. Sed Deo gratias: dum hæc agunt, tanto magis & plus exsecrantur ab omnibus, & cognoscuntur vere, ut dicit sanctitas tua, mancipia esse antichristi. Et ipsi miseri dum in odio habentur, durant in malignitate sua, donec morte avi sui Pharaonis & ipsi damnentur. Salutant religionem tuam qui mecum sunt: dignare salutare qui tecum sunt. Divina Dei gratia incolumem te memorem nostri semper beatum conservet, merito homo Dei, famule Christi, particeps Apostolorum, solatium
C fraternitatis, magister veritatis: [8] sed in omnibus desiderantissime.

1. *Quanto magis participes — confessores*] Sequimur Chiffletium. Atque hanc ipsam lectionem ex codd. reg. & Sangerm. secutus est Montfauconius. Editi perperam: *tanto magis particeps prophetarum confessorem, & maxime*. Baronius tamen recte, *participes prophetarum, confessores*.

2. *Crede mihi, Lucifer, non tu* cet.] Chifflet. *Credimus, quod non tu*.

3. *Jam per fidem*] Ita recte ut videtur, Chiffletius. Al. *jam pervidens*. Mox *præcessores* lectionem Chiffletianam recepit quoque Montfauconius ex codd. reg. & Sangerm. Al. *prædecessores*.

4. *Habentes te exemplum*] Ita cum Chiffletio & Montfauconius ex iisdem codd. Al. *habentes & exemplum*.

5. *Per orationes tuas ad D.*] Al. *tuas* omittunt. Mox Baronius, *exciderunt*: quod magis placet.

6. *Imperitia mea*] Ita Chiffletius & Montfauconius ex laudatis codd. Al. *imperitia, ea vix* cet.

7. *Eremias*] Ita Montfauc. cum al. Male Chiffletius, *eremitas*. Baronius, *eremos circuunt*. Mox Chifflet. & Montf. ex codd. recte, *singulis negotia concinnant*. Quod pervidit etiam Latinius. Al. perperam, *singulis negotiis conc.*

8. *Sed in omnibus desiderantissime*] Hæc est Chiffletiana lectio. Al. *& in omnibus desideratissime*.

INDEX OPUSCULORUM
LUCIFERI EPISCOPI CARALITANI
AD CONSTANTIUM IMP. AUG.

EPISTOLÆ.

DIDYMI ALEXANDRINI

OPERA QUÆ SUPERANT,

NUNC PRIMUM COLLECTA ET RECENSITA.

INCIPIT PRÆFATIO
S. HIERONYMI PRESBYTERI
AD PAULLINIANUM.
IN LIBRUM DIDYMI DE SPIRITU SANCTO.

CUm in Babylone verſarer: & purpuratæ meretricis eſſem colonus, & jure Quiritum viverem, volui garrire aliquid de Spiritu ſancto, & cœptum opuſculum, ejuſdem urbis pontifici dedicari. Et ecce olla illa quæ in Jeremia poſt baculum cernitur a facie Aquilonis, cœpit ardere: & Phariſæorum conclamavit Senatus: & nullus ſcriba [1] vel fictus, ſed omnis quaſi indicto ſibi prœlio doctrinarum, adverſum me [2] imperitiæ factio conjuravit. Illico ego velut poſtliminio Hieroſolymam ſum reverſus: & poſt Romuli caſam & ludorum Lupercalia, diverſorium Mariæ & Salvatoris ſpeluncam aſpexi. Itaque, mi Paulliniane frater, quia ſupradictus pontifex Damaſus qui me ad hoc opus primus impulerat, jam dormit in Chriſto: tam tuo quam venerabilium mihi ancillarum Chriſti, Paullæ & Euſtochii nunc adjutus oratu: canticum quod cantare non potui in terra aliena, heic a vobis in Judæa provocatus immurmuro: auguſtiorem multo locum exiſtimans, qui Salvatorem mundi, quam qui fratris genuit parricidam. Et ut auctorem titulo fatear: malui alieni operis interpres exſiſtere, quam (ut quidam faciunt) informis cornicula, alienis me coloribus adornare. Legi dudum cujuſdam libellos de Spiritu ſancto: & juxta Comici ſententiam, ex Græcis bonis, Latina vidi non bona. Nihil ibi dialecticum, nihil virile atque diſtrictum, quod lectorem vel ingratis in aſſenſum trahat: ſed totum flaccidum, molle, nitidum atque formoſum, & exquiſitis hinc inde [3] odoribus pigmentatum. Didymus vero meus, oculum habens ſponſæ de Cantico canticorum: & illa lumina quæ in [4] candentes ſegetes ſublimari Jeſus præcepit [a], procul altius intuetur: & antiquum nobis morem reddidit, ut Videns vocetur propheta. Certe qui hunc legerit, Latinorum furta cognoſcet: & contemnet rivulos, cum ceperit haurire de fontibus. Imperitus ſermone eſt, & non ſcientia: apoſtolicum virum ex ipſo ſermone exprimens, tam ſenſuum [5] lumine quam ſimplicitate verborum.

a Joan. IV. 35.

1. De corrupta loci hujus lectione non levis ſuſpicio eſt. Cod. Vat. 4945. *nullum ſcriba vel fictum;* vetus editio an. 1496. *nullus ſcriba in eis fictus*. Barthius ſic putat reſtituendum, *ut nullus ſcribæ in eis ſit ictus*: ut ſenſus ſit, neminem ſingulari admonitione in Hieronymum aliquid de Spiritu ſancto garrire volentem fuiſſe invectum, ſed omnes illico indicto prœlio ad damnandam ejus imperitiam conſenſiſſe. Quæ nobis expoſitio vix, at ne vix quidem emendatio placet. Sunt qui mallent, *nullus ſcriba relictus*, quod æque parum arridet. Eapropter vide, num præſtet pro duobus verbis *vel fictus*, legi uno *velificatus*, quod eſt *favens*, aut *ſtudioſe obſequens;* tunc enim elegantiſſime alteri membro opponetur alterum, ſenſuſque erit, neminem ſe illi æquiorem præbuiſſe, ſed conſpiraſſe omnes contra, Cicero in epiſt. *Ne velificatus alicui dicaris* &c. VALLARS.

2. Ms. quidam Toloſan. penes Martian. qui variantes ex eo lectiones ad libri calcem rejecit, habet heic loci *impetus*. Vetus edit. *imperitia convincendum factio* &c. ID.

3. Fortaſſe *coloribus* reſcribendum eſt. Certe ita Ruffinus olim legit lib. 11. ID.

4. Incongrue ſatis candelabra, quæ plurimis locis inſertas candelas capere valerent, Barthius intellexit. Enimvero adludit Hier. Joannis 4. 9. quem locum in Commentariis in Matthæum cap. laudato exponens, *beati*, inquit, *oculi, quos levari Jeſus in ſublime præcepit, ut candentes ſegetes aſpiciant*. Vid. Epiſt. 76. ad Abigaum num. 2. in fine. ID.

5. Sic ex Vat. ms. ac veteri editione Veneta legimus: antea enim erat *nomine;* quemadmodum & in epiſt. 65. num. 19. haberi non diffitemur, ubi pulchritudinem dicit *poſitam magis in ſenſuum nomine, quam in flore verborum*. Re autem ipſa neutrum ſatis arridet. Ms. Collegii Rom. Societatis Jeſu *tam ſuo nomine*. ID.



Sæcul. IV.
circa
Ann. Chr.
369.

DIDYMI ALEXANDRINI
DE SPIRITU SANCTO
LIBER UNUS.
S. HIERONYMO INTERPRETE.

I. OMnibus quidem quæ divina ſunt, cum reverentia & vehementi cura oportet intendere: maxime autem his quæ de Spiritus divinitate dicuntur: præſertim cum blaſphemia in eum ſine venia ſit: ita ut blaſphemantis pœna tendatur, non ſolum in omne præſens ſæculum, ſed etiam in futurum. Ait quippe Salvator, blaſphemanti in Spiritum ſanctum non eſſe remiſſionem, [a] *neque in iſto ſæculo neque in futuro*. Unde magis ac magis oportet intendere, quæ ſcripturarum de eo relatio ſit: ne in aliquem ſaltem per ignorantiam blaſphemiæ error obrepat. Expedierat quidem fideli & timido, moderanti vires ſuas, magnitudinem præſentis quæſtionis ſilentio præterire: & rem plenam periculo, non in ſuum diſcrimen attrahere. Verum quoniam quidam temeritate potius quam recta via, etiam in ſuperna eriguntur; & hæc de Spiritu ſancto jactitant quæ neque in Scripturis lecta, neque a quoquam eccleſiaſticorum veterum uſurpata ſunt; compulſi ſumus creberrimæ exhortationi fratrum cedere: quæque ſit noſtra de eo opinio, etiam ſcripturarum teſtimoniis comprobare: ne imperitia tanti dogmatis, hi qui contraria opponunt, decipiant eos qui ſine diſcuſſione ſolicita, in adverſariorum ſententiam ſtatim pertrahuntur.

II. Appellatio Spiritus ſancti, & ea quæ monſtratur ex ipſa appellatione ſubſtantia, penitus ab his ignoratur qui extra ſacram ſcripturam philoſophantur. Solummodo enim in noſtratibus litteris & notio ejus & vocabulum refertur, tam in novis quam in veteribus. Veteris quippe teſtamenti homo David, particeps ejus effectus, orabat ut in ſe permaneret, dicens: [b] *Spiritum tuum ſanctum ne auferas a me*. Et Danieli adhuc puero ſuſcitaſſe dicitur Deus Spiritum ſanctum [c], quaſi jam habitantem in eo. Nec non etiam in novo teſtamento hi viri qui Deo placuiſſe referuntur, Spiritu ſancto pleni ſunt. Joannes quippe adhuc in matris utero ſanctificatus exſultat [d]. Et Jeſus a mortuis reſurgens, cum inſufflaſſet in faciem diſcipulorum, ait: [e] *Accipite Spiritum ſanctum*. Plena ſunt volumina divinarum ſcripturarum his ſermonibus, quorum congeriem in præſenti opere digerere ſuperſedi: quia difficile non eſt ex his quæ aſſumſimus, unumquemque lectorem ſibi ſimilia reperire.

III. Nemo autem ſuſpicetur alium Spiritum ſanctum fuiſſe in ſanctis viris ante adventum Domini, & alium in Apoſtolis ceteriſque diſcipulis: & quaſi [1] homonymum in differentibus eſſe ſubſtantiis. Poſſumus quidem teſtimonia de divinis litteris exhibere: quia idem Spiritus & in Apoſtolis, & in Prophetis fuerit. Paullus in Epiſtola quam ad Hebræos ſcribit, de Pſalmorum volumine teſtimonium proferens, a Spiritu ſancto id dictum eſſe commemorat: [f] *Et ſicut dicit* [2] *hic Spiritus ſanctus, Hodie ſi vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda veſtra, &c.* In fine quoque Actuum Apoſtolorum, cum Judæis diſputans, ait: [g] *Sicut Spiritus ſanctus loquutus eſt per Iſaiam prophetam ad patres noſtros, dicens: Auditionem audietis & non intelligetis*. Neque enim Paullus alium habens Spiritum ſanctum, hæc de eo ſcripſit, qui in prophetis ante adventum Domini alius fuit: ſed de eo cujus & ipſe particeps fuit: & omnes qui in fide conſummatæ virtutis ferebantur. Unde & cum articulo ejus meminit, quaſi ſolitarium & unum eſſe conteſtans, ubi dicit non ſimpliciter, πνεῦμα ἅγιον, hoc eſt *Spiritus ſanctus*, ſed cum additamento articuli τὸ πνεῦμα [3] τὸ ἅγιον: hoc eſt, *hic Spiritus ſanctus*. Et Iſaiam prophetaſſe commemorat cum articulata voce, [4] διὰ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, id eſt *per hunc Spiritum ſanctum*, & non ſimpliciter πνεῦμα ἅγιον. Petrus quoque in eo ſermone, quo præſentibus perſuadebat: [h] *Oportuerat*, inquit, *impleri ſcripturam, quam loquutus eſt Spiritus ſanctus* (id eſt, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον) *per os David de Juda*: oſtendens & ipſe eumdem Spiritum, & in Prophetis & in Apoſtolis operatum.

IV. Plenius de hoc in conſequentibus tractabimus, cum dicere cœperimus, non ſolum Dominum Verbum factum eſſe ad Prophetas, ſed & Spiritum ſanctum: quia & inſeparabiliter poſſidetur, cum unigenito Filio Dei. Ipſa vox Spiritus ſancti, non eſt vacua appellatio, ſed ſubjacentis eſſentiæ demonſtratrix: Patri Filioque ſocia, & a creaturis penitus aliena. Cum enim creaturæ in viſibilia & in inviſibilia, id eſt in corporalia & in incorporalia partiantur: nec de corporalibus ſubſtantiis eſt Spiritus ſanctus, animæ & ſenſus habitator, ſermonis & ſapientiæ & ſcientiæ effector: nec de inviſibilibus creaturis. Hæc quippe omnia ſapientiæ & ceterarum virtutum, & ſanctificationis capacia ſunt. Iſta vero ſubſtantia de qua nunc ſermo eſt, ſapientiæ & ſcientiæ & ſanctificationis effectrix eſt. Neque enim inveniri poteſt aliqua in Spiritu ſancto fortitudo aut operatio ſanctificationis virtutiſque, [5] quam ab extraneo quodam ſuſtineat: quia iſtiuſmodi natura mutabilis eſt. Porro Spiritus ſanctus, confeſſione omnium, immutabilis eſt, ſanctificator ſcientiæ divinæ, & univerſorum attributor bonorum: & ut bre-

a Marc. III. 29. *b* Pſalm. L. 13. *c* Dan. XIII. 45. *d* Luc. I. 44. *e* Joan. XX. 22.
f Heb. III. 7. Pſalm. XCIV. 8. *g* Act. XXVIII. 25. 26. *h* Act. I. 16.

1. Ex Vatic. & Romani Collegii mſs. fecimus *homonymum*, cum vitioſe antea eſſet *nomina*. Vallars.
2. Articulus *hic* alias deerat, & in Latinis quoque exemplaribus deſideratur; illum autem urget maxime Didymus. Id.
3. Alterum τὸ ex Græco exemplari addidimus, contextui & Auctoris menti maxime neceſſarium. Id.
4. Iidem mſs. in gignendi caſu, διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος, & mox διὰ τοῦ πνεύματος. Rectius. Id.
5. Toloſanus cum noſtris mſs. & fortaſſe verius, *fortitudo, quam ab extranea quadam operatione ſanctificationis virtutiſque ſuſcipiat*. Id.



vius dicam, ipſe ſubſiſtens in his bonis quæ a Domino largiuntur. Nam eumdem Evangelii locum Matthæus Lucaſque deſcribens, alter ex his ait: [a] *Quanto magis Pater cæleſtis dabit bona petentibus ſe?* Alter vero: [b] *Quanto magis Pater veſter cæleſtis dabit Spiritum ſuum ſanctum petentibus ſe?* Ex quibus apparet, Spiritum ſanctum plenitudinem eſſe donorum Dei; & ea quæ divinitus adminiſtrantur, non abſque eo ſubſiſtere: quia omnes utilitates quæ ex donorum Dei gratia ſuſcipiuntur, ex iſto fonte demanant. Quod autem ſubſtantialiter bonum eſt, non poteſt extraneæ capax eſſe bonitatis: cum ipſum tribuat ceteris bonitatem. Igitur manifeſtum eſt, non a corporalibus tantum, ſed & ab incorporalibus creaturis extraneum eſſe Spiritum ſanctum; quia ceteræ ſubſtantiæ hanc ſubſtantiam ſanctificationis accipiunt, iſte vero non tantum non eſt capax ſanctificationis alienæ, ſed inſuper attributor eſt & creator. Denique qui communione ejus fruuntur, participes dicuntur Spiritus ſancti, ſanctificati utique ab eo. Perſpicue enim [1] ſcriptum eſt: [c] *Et Spiritui gratiæ contumeliam faciens;* haud dubium quin is, qui poſt ſuſceptionem ejus peccaverit. Si autem ſanctificatus eſt per communionem Spiritus ſancti, oſtenditur quod ipſe particeps ejus fuerit, & largitor ejus ſanctificationis Spiritus ſanctus. Apoſtolus quoque ad Corinthios ſcribens, & enumerans eos qui regnum cælorum ſunt conſecuturi, addit dicens: [d] *Et hæc quidem fuiſtis: ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed juſtificati eſtis in nomine Jeſu Chriſti, & in Spiritu Dei noſtri.* Spiritum Dei, non alium afferens eſſe quam Spiritum ſanctum. Etenim in conſequentibus idem approbat, dicens: [e] *Nemo in Spiritu Dei loquens, dicit anathema Jeſu. Et nemo dicit Dominum Jeſum, niſi in Spiritu ſancto:* Spiritum Dei, Spiritum ſanctum eſſe confirmans.

V. Si igitur ſanctificator eſt, non mutabilis, ſed immutabilis ſubſtantiæ oſtenditur. Immutabilem autem ſubſtantiam Dei tantum, & unigeniti Filii ejus, manifeſtiſſime tradunt divina eloquia: convertibilem & mutabilem omnem creaturarum ſubſtantiam prædicantia. Ergo quoniam ſubſtantia Spiritus ſancti non convertibilis, ſed inconvertibilis demonſtrata eſt: non erit creaturæ ὁμοούσιον. Eſſet quippe & creatura immutabilis, ſi cum Patre poneretur & Filio, eamdem habens inconvertibilitatem. Omne enim quod alieni boni capax eſt, ab hac ſubſtantia ſeparatur. Tales autem ſunt cunctæ creaturæ: Deus vero cum bonus ſit, fons & principium bonorum eſt; facit igitur eos bonos quibus ſe impertit, bonus ipſe non factus ab alio, ſed ſubſiſtens: ideo capabilis, & non capax. Unigenitus quoque filius, ejus ſapientia, & ſanctificatio non fit ſapiens, ſed ſapientes facit; & non ſanctificatur, ſed ſanctificat. Unde & ipſe capabilis eſt, & non capax. Cum igitur inviſibilis creatura, quam rationabilem & incorporalem ſubſtantiam vocari conſuetudinis eſt, non ſit capabilis, ſed capax: ſi enim capabilis eſſet, nullius boni capax eſſet, per ſe ſimplex ipſa ſubſiſtens, & alterius boni receptatrix: participatione habeat

A bonum, & non de his quæ habentur ab aliis, ſed de his quæ habent alia intelligatur, Patre & Filio habitis magis quam habentibus; creatura vero habente, & non habita: de Spiritu quoque ſancto retractemus; & ſi quidem ipſe quoque participatione alterius ſanctimoniæ ſanctus eſt, connumeretur ceteris creaturis; ſi vero ſanctos facit capaces ſui, cum Patre ponatur & Filio. Quod autem ab aliis capiatur Spiritus ſanctus, & non alia capiat, & nunc & in [2] Sectarum volumine (prout potuimus) expreſſimus: & ex omni ſcriptura ſermonem noſtrum affirmare perfacile eſt. Beatus quoque Apoſtolus ad Epheſios ſcribens ait: [f] *In quo & credentes ſignati eſtis Spiritu promiſſionis ſancto, qui eſt pignus he-*
B *reditatis noſtræ.* Si enim ſignantur quidam Spiritu ſancto, formam & ſpeciem ejus aſſumentes: ex his eſt Spiritus ſanctus, quæ habentur, & non habent: habentibus illum ſignaculo ejus impreſſis. Ad Corinthios quoque idem ſcribens: [g] *Nolite*, inquit, *contriſtare Spiritum ſanctum, in quo ſignati eſtis:* ſignatos eſſe conteſtans eos, qui ſuſceperant communionem Spiritus ſancti. Quomodo enim diſciplinæ & virtutis aſſumtor, ſignaculum & figuram (ut ita dicam) in ſuum ſenſum recipit ejus ſcientiæ quam aſſumſit; ſic & is qui Spiritus ſancti particeps efficitur, per communionem ejus fit ſpiritualis pariter & ſanctus.

C VI. Ipſe vero Spiritus ſanctus, ſi unus de creaturis eſſet, ſaltem circumſcriptam haberet ſubſtantiam; ſicut univerſa quæ facta ſunt. Nam & ſi non circumſcribantur loco & finibus inviſibiles creaturæ, tamen proprietate ſubſtantiæ finiuntur. Spiritus autem ſanctus, cum in pluribus ſit, non habet ſubſtantiam circumſcriptam. Mittens quippe Jeſus prædicatores doctrinæ ſuæ, replevit eos Spiritu; & inſufflans in faciem eorum: [h] *Accipite*, inquit, *Spiritum ſanctum;* Et: [i] *Euntes, docete omnes gentes:* quaſi omnes cunctis gentibus mitteret. Neque enim omnes Apoſtoli ad omnes gentes pariter ſunt profecti; ſed quidam in Aſiam, quidam in Scythiam, & alii in alias diſperſi nationes; ſecundum diſpenſationem illius quem
D ſecum habebant Spiritus ſancti; quomodo & Dominum dicentem; [k] *Vobiſcum ſum omnibus diebus, uſque ad conſummationem ſæculi.* His & illud congruit: [l] *Accipietis virtutem ſupervenientis Spiritus ſancti in vos; & eritis teſtes mihi in Jeruſalem, & in omni Judæa & Samaria, & uſque ad extremum terræ.* Si ergo hi in extremis finibus terræ ob teſtimonium Domini conſtituti, diſtabant inter ſe longiſſimis ſpatiis; aderat autem eis inhabitator Spiritus ſanctus, incircumſcriptam habens ſubſtantiam: demonſtratur angelica virtus ab hoc prorſus aliena. Angelus quippe qui aderat, verbi gratia, Apoſtolo in Aſia oranti, non poterat ſimul eodem tempore adeſſe aliis in ceteris partibus mundi conſtitutis.
E Spiritus autem ſanctus non ſolum ſejunctis a ſe hominibus præſto eſt, ſed & ſingulis quibuſque angelis, principatibus, thronis, dominationibus inhabitator aſſiſtit: & ut homines ſanctificans, alterius quam ſunt homines, eſt naturæ; ſic & alias crea-

a Matth. VII. 11. *b* Luc. XI. 13. *c* Heb. X. 29. *d* I. Cor. VI. 11. *e* I. Cor. XII. 3. *f* Epheſ. I. 13. 14. *g* Epheſ. IV. 30. *h* Joan. XX. 22. *i* Matth. XXVIII. 19. *k* Ibid. ℣. 20. *l* Act. I. 8.

1. Erat incongruo ſenſu & vitioſo, *ſcriptum eſt, quod Spiritui gratiæ, in quo ſanctificatus eſt, contumeliam faciens, gravi punietur peccato*, quæ ex laudatis mſs. caſtigavimus. Congruit lectioni noſtræ etiam Toloſ. ms. tametſi in ſuperiori, atque inferiori contextu erroribus ſcateat. VALLARS.

2. Ejus libri etiam paullo infra meminit §§. XXI. XXXII. ubi *de quibus*, inquit, *jam abundanter in Sectarum volumine diſputavimus*. Meminit quoque Heraclides in Paradiſo cap. I. maxime vero Hieron. in Catalogo cap. 109. a quo *liber de dogmatibus* appellatur, facile enim περὶ δογμάτων inſcribebatur, ut ex ipſo Didymo paullo inferius licet colligere, ubi *Spiritum ſanctum* Creatorem eſſe, *jam in Dogmatum volumine* ſe dicit *breviter oſtendiſſe*; certe non περὶ αἱρέσεων, ut quidam opinati ſunt. Vid. Theodoritum in Hiſt. lib. IV. cap. 29. ID.

turas ſanctificans, alius ab earum eſt ſubſtantia: quoniam omnis creatura non ex ſua ſubſtantia, ſed ex communione alterius ſanctitatis, ſancta perficitur.

VII. Dicti ſunt quidem ſancti angeli in Evangelio, Salvatore dicente, [a] *venturum eſſe Filium hominis in majeſtate ſua & Patris, & ſanctorum Angelorum*. Et Cornelius in Actibus Apoſtolorum [b] a ſancto Angelo ſcribitur accepiſſe reſponſum, ut Petrum ad ſe Chriſti diſcipulum vocaret. Verum ſancti ſunt angeli participatione Spiritus ſancti, & inhabitatione unigeniti Filii Dei, qui ſanctitas eſt, [1] & communicatio Patris. De quo Salvator ait: [c] *Pater ſancte*. Si igitur angeli non ex propria ſubſtantia ſancti ſunt, ſed ex participatione ſanctæ Trinitatis: alia angelorum oſtenditur a Trinitate eſſe ſubſtantia. Ut enim Pater ſanctificans, alius eſt ab his qui ſanctificantur: & Filius eſt alius ab his quos efficit ſanctos: ita & Spiritus ſanctus alterius eſt ſubſtantiæ ab his quos ſui largitione ſanctificat. Si vero hæretici propoſuerint, ex natura conditionis ſuæ angelos ſanctos eſſe: conſequenter coguntur dicere ὁμοουσίως eſſe Trinitati, & inconvertibiliter eos juxta ſubſtantiam ſanctos eſſe. Si autem hoc refugientes, dixerint, unius quidem naturæ eſſe cum ceteris creaturis, non tamen eamdem habere ſanctitatem, quam homines habent: [2] neceſſario deducetur, ut dicant multo melioris homines eſſe ſubſtantiæ: cum hi per communionem Trinitatis habeant ſanctitatem, & angeli, propria natura ſancti, ab ea ſint alieni. Sed vota ſunt hominum perfectorum, & ad conſummationem ſanctitatis venientium, æquales angelis fieri. Angeli quippe hominibus, & non homines angelis auxilium tribuunt: miniſtrantes eis ſalutem, & [3] annunciantes eis largiora Dei beneficia. Ex quo liquido oſtenditur, honorabiliores & multo meliores eſſe angelos hominibus, per germaniorem, ut ita dicam, & pleniorem Trinitatis aſſumptionem.

VIII. Quapropter cum alius ſit Spiritus S. ab his, quæ ipſe ſanctificat: non eſt unius naturæ, cum ceteris creaturis quæ eum recipiunt. Si autem alterius eſt naturæ a creaturis, & in propria ſubſiſtit eſſentia, increatus & ineffectus oſtenditur. Multæ Scripturæ ſunt, quæ ſine ambiguitate convincant, alterius eum a cunctis conditionibus eſſe naturæ. Quidam etiam Spiritu ſancto pleni eſſe dicuntur: nemo autem ſive in Scripturis, ſive in conſuetudine, plenus creatura dicitur. Neque enim aut Scriptura ſibi hoc vendicat, aut ſermo communis, ut dicas plenum eſſe quempiam angelo, throno, dominatione: ſoli quippe divinæ naturæ hic convenit ſermo. Dicimus autem virtutis & diſciplinæ quoſdam eſſe plenos: ut illud, [d] *Repletus eſt Spiritu ſancto*; non aliud ſignificantes quam plenos eſſe conſummatæ atque perfectæ virtutis. Scriptum eſt de Joanne: [e] *Et Spiritu ſancto implebitur adhuc ex utero matris ſuæ*. Et iterum: *Repleta eſt Spiritu ſancto Elizabeth*. Et poſt alia: *Et Spiritu ſancto repletus eſt Zacharias pater ejus*. Haud dubium, quin & Joannes prophetavit. Necnon in Actibus Apoſtolorum de multis credentibus qui in

A unum convenerant, refertur: [f] *Repleti ſunt Spiritu ſancto*. Cum autem participabilis ſit Spiritus ſanctus, ad ſimilitudinem ſapientiæ ac diſciplinæ, non in caſſis nominibus ſcientiæ ſubſtantiam poſſidet: ſed per naturam ſanctificantem, & implentem bonis univerſa, bonus ipſe ſubſiſtit, juxta quam & repleti quidam Spiritu ſancto eſſe dicuntur: ut in Actibus Apoſtolorum ſcriptum eſt: [g] *Et repleti ſunt omnes Spiritu ſancto, & loquebantur verbum Dei cum fiducia*. Quomodo enim qui aliqua diſciplina plenus eſt, qui perfecte eam habet, erudite & ſubtiliter poteſt de ea proferre ſermonem, ſic qui Spiritum ſanctum conſummate acceperint, ita ut impleantur eo, cum fiducia verbum Dei loquuntur,
B quia præſens Spiritus ſanctus dignam Deo vocem miniſtrat. Hinc quidam cum ſupercilio ait, *Hæc dicit Spiritus ſanctus*: Et Apoſtolus: [h] *Sed implemini*, inquit, *Spiritu ſancto*. Et in multis locis Actuum Apoſtolorum, pleni fuiſſe Spiritu ſancto diſcipuli Domini ſcribuntur: [i] *Conſiderate ergo fratres viros ex vobis teſtimonium habentes ſeptem, plenos Spiritu ſancto & ſapientia*. Et de Stephano: [k] *Cum autem plenus eſſet Spiritu ſancto, intuens in cælum, vidit gloriam Dei, & Jeſum ſtantem a dextris Dei*. Et de electionis vaſe dicitur: [l] *Saulus autem, qui & Paullus, plenus Spiritu ſancto, intuens in eum ait*. Et in commune de univerſis credentibus annotatur. [m] *Diſcipuli quoque replebantur gaudio,*
C *& Spiritu ſancto*. Angeli autem præſentia; ſive alicujus alterius excellentis naturæ, quæ facta eſt, non implet mentem atque ſenſum: quia & ipſa aliunde completur. Quomodo enim ex plenitudine quis accipiens Salvatoris, plenus efficitur ſapientia, [4] & virtute, & juſtitia, & ſermone Dei: ſic qui Spiritu ſancto plenus eſt, ſtatim univerſis donationibus Dei repletur, ſapientia, ſcientia, fide, ceteriſque virtutibus. Qui igitur implet univerſas creaturas, [5] quæ tamen poſſunt virtutem, & ſapientiam capere, non eſt ex his quæ ipſe complet. Ex quo colligitur alterius eum eſſe ſubſtantiæ, quam ſunt omnes creaturæ. Diximus & alibi, quia ſuperintelligatur in Sancti ſpiritus ſubſtantia etiam plenitudo
D munerum divinorum.

IX. Denique impoſſibile eſt gratiam Dei ſortiri quempiam, ſi non habeat Spiritum ſanctum: in quo [6] approbamus cuncta Dei dona conſiſtere. Quod vero is qui habeat eum, ſermonem quoque ſapientiæ, & reliqua bona perfecte conſecutus ſit: & nunc manifeſte ſermo demonſtrat, & paullo ante diximus, ſubſtantiam bonorum Dei Spiritum ſanctum eſſe: cum poſuimus exemplum: [n] *Dabit Pater Spiritum ſanctum petentibus ſe*. Et: [o] *Dabit Pater bona petentibus ſe*. Nec exiſtimare debemus, Spiritum ſanctum ſecundum ſubſtantias eſſe diviſum, quia multitudo bonorum dicatur. Impaſſibilis enim, & in-
E diviſibilis atque immutabilis eſt; ſed juxta differentes & efficientias & intellectus, multis bonorum vocabulis nuncupatur: quia participes ſuos non juxta unam eamdemque virtutem communione ſui donet, quippe cum ad utilitatem unicujuſque aptus ſit, & repleat bonis eos, quibus judicat ſe adeſſe debere. Denique Stephanus primus ille teſtis veritatis & di-

a Luc. IX. 26. *b* Act. x, 5. *c* Joan. XVII. 11. *d* Exod. XXXI. 3. *e* Luc. I. 15. *f* Act. II. 4. *g* Act. IV. 31. *h* Epheſ. V. 18. *i* Act. VI. 3. *k* Act. VIII. 55. *l* Act. XIII. 9. *m* Ibid. ℣. 52. *n* Luc. XI. 13. *o* Matth. VII. 11.

1. Vetus editio *& communicatione Patris*. VALLARS.
2. Scribe, inquit Barthius, *neceſſario eo deducemur* &c. IDEM.
3. Vatic. ms. cum antiqua edit. *annuntiantes eis largitorem ejus. Ex quo &c.* ID.
4. Duo mſs. cum veteri editione *& veritate*. ID.
5. Vetus eadem editio *creaturas, quantum poſſunt* &c. IDEM.
6. Al. *approbantur*, & mox Toloſ. cod. *conſurgere* pro *conſiſtere*. ID.



gnus suo nomine; plenus sapientia & Spiritu sancto A dictus est: sapientia consequenter super intellecta, commorante in eo Spiritu sancto, sicut loquitur Scriptura: [a] *Et elegerunt Stephanum plenum fide, & Spiritu sancto Apostoli:* Et: [b] *Stephanus autem plenus gratia & virtute, faciebat prodigia, & signa magna in populo.* Et adhuc de eodem: [c] *Et non valebant resistere sapientiæ, & Spiritui, qui loquebatur in illo.* Plenus enim Spiritu sancto vir beatus, & fidei effectus est particeps, quæ ex Spiritu sancto venit, juxta illud: [d] *Alii autem fides, in eodem Spiritu.* Et gratiam atque virtutem juxta eumdem Spiritum habens, signa & prodigia magna faciebat in populo. Necnon & illis donationibus secundum eumdem Spiritum affluebat, quæ vocantur B curationum gratiæ atque virtutes. Et hæc enim in enumeratione donorum Dei, qui Spiritu, & secundum Spiritum, in prima Apostoli Paulli Epistola ad Corinthios collocantur. Intantum autem Stephanus divina gratia abundabat, ut nemo contradicentium, & eorum qui adversus eum disputabant, valerent resistere sapientiæ, & Spiritui qui loquebatur in illo. [1] Erat quippe e Spiritu sancto sapiens. Unde & ad discipulos suos Jesus perspicue proclamat, Cum introducti fueritis ad principatus, & potestates, & concilia, & synagogas, nolite esse soliciti quid vos oporteat dicere, aut quid loquamini in illo tempore. Dabuntur enim vobis a Spiritu sancto sermones sapientiæ, quibus non queant contradicere, ne hi C quidem qui vehementer in disputationibus callent.

X. Sed ponamus ipsum testimonium, quod ita contexitur: [e] *Cum autem introduxerint vos in synagogas ad principatus & potestates, nolite soliciti esse quomodo, aut quid respondeatis. Spiritus enim sanctus docebit vos in eadem hora quæ oporteat dicere.* Et in alio Evangelio: [f] *Ponite ergo in cordibus vestris non præmeditari, quemadmodum respondeatis: Ego quippe dabo vobis os, & sapientiam, cui non valeant contradicere, aut respondere.* Spiritu vero sancto tribuente Apostolis verba adversus eos qui Evangelio contraibant, dilucide ostenditur in substantia ejus superintelligi sapientiæ, & scientiæ sermonem. D Quomodo autem Salvator in illa hora os, & sapientiam discipulis largiatur, quibus contradicere non queant, ne hi quidem qui apud homines eloquentissimi putantur, non est hujus temporis differere; quia nunc proposuimus ostendere superintelligi semper in Spiritu sancto dona virtutum; ita ut is qui eum habet, donationibus Dei plenus habeatur. Unde & in Isaia, ipse Deus cuidam dicit, *Ponam Spiritum meum super semen tuum, & benedictiones meas super filios tuos.* Numquam enim accipit quisquam spirituales benedictiones Dei, nisi præcesserit Spiritus sanctus. Qui enim acceperit Spiritum sanctum, consequenter habebit benedictiones, id est, sapientiam, & intellectum, & cetera, de quibus ita scribit Apostolus: [g] *Propter hoc & nos, ex quo die audivimus, non cessamus orantes pro vobis, & deprecantes, ut impleamini cognitione voluntatis ejus in omni sapientia, & intelligentia spirituali: ambulantes digne Deo.* Eos enim qui digne sibi per opera, & sermones, & prudentiam incedunt, impleri ait voluntate Dei, ponentis super eos Spiritum sanctum: ut impleantur sapientia & intellectu, & reliquis spiritualibus bonis. Sapientia autem, & intellectus, E quæ in Spiritu sancto sunt, a Deo dantur. [h] *Dominus*, inquit, *dabit sapientiam, & a facie ejus sapientia, & intellectus procedit*; cum ea sapientia quæ ab hominibus venit, non sit spiritualis, sed carnea & humana. De hac itaque Apostolus scribit: [i] *Non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conversati sumus in mundo*; carnalem sapientiam dicens, quæ in rebus corporeis ex humano subsistit cogitatu. Porro spiritualis sapientia & intellectualis, circa invisibilia, & intellectualia se tenens, per operationem Spiritus sancti capientibus se sui præsentiam tribuit. In multis quoque aliis locis Apostolus memorat in Spiritus sancti substantia Dei munera commorari; sicut in illo: [k] *Deus autem spei repleat vos omni gaudio, & pace in credendo, ut abundetis in spe, & virtute Spiritus sancti.*

XI. Deus autem largitor bonorum, spem quam promisit, reddet in virtute Spiritus sancti, his qui habent illum; gaudio & pace complet eos, qui imperturbatam & sedatam cogitationem possidentes, lætas habent mentes, & ab omni perturbationum tempestate tranquillas. Qui autem in virtute Spiritus sancti prædicta bona fuerint consecuti, etiam rectam fidem in Trinitatis mysterio consequentur. In alio quoque loco ejusdem epistolæ: [l] *Non est*, inquit, *regnum Dei cibus & potus; sed justitia & pax, & gaudium in Spiritu sancto.* In Spiritu enim sancto justitiam, id est, universam virtutem, & quam supra diximus pacem, Dei gaudio copulatam esse asserens, his qui se audire poterant, manifestissime probat, non alia hæc bona quam Spiritus sancti esse substantiam. Cum ergo hæc bona ex largitione Spiritus sancti ad homines veniant, vocatio gentium quam introduxit per doctrinam Evangelicam, acceptabilis & sanctificata redditur in Spiritu sancto: quia & in hac sanctificatos, & acceptos faciens Spiritus sanctus, substantia est bonorum Dei. Et qui illo plenus est, universa juxta rationem agit, docens recte, vivens irreprehensibiliter, signa atque portenta vere perfecteque demonstrans. Habet enim fortitudinem Spiritus sancti præstantem sibi thesaurum, & caussam plenitudinis omnium bonorum. Novit Petrus discipulus Domini Jesu largitionem Spiritus sancti donorum Dei esse naturam. Ait quippe ad eos qui objurgabant introitum suum ad Cornelium: [m] *Si itaque æqualem gratiam dedit illis Deus præbens Spiritum sanctum, quomodo & nobis in principio: ego quis eram qui possem prohibere Dominum?* Et insuper ad suos: [n] *Agnitor*, inquit, *cordium Deus testimonium tribuit eis dans Spiritum sanctum sicut & nobis: & nihil discrevit inter nos & eos, fide mundans corda eorum.* In hunc sensum congruit etiam illud quod in multis locis dicitur Spiritum sanctum dari a Domino: [o] *Jacob puer meus, suscipiam eum: Israel electus meus, suscipiet eum anima mea: dedi spiritum meum in eo.* Et adhuc: [p] *Qui dat afflatum populo constituto super eam*, haud dubium quin terram, *& spiritum calcantibus eam.* Ostendimus autem supra non alium esse Spiritum Dei, & alium Spiritum sanctum. Paullus quoque, [q] *Caritas*, inquit, *Dei diffusa est in cordibus vestris, per Spiritum sanctum qui datus est vobis.* Et illud: [r] *Quanto magis Pater vester cælestis dabit Spiritum sanctum petentibus se?* Iste autem Spiritus effusus quoque esse a Deo super omnem carnem dicitur,

a Act. VII. 5. b Ibid. ℣. 8. c Ibid. ℣. 10. d 1. Cor. XII. 9. e Luc. XII. 11. 12. f Luc. XXI. 14. 15. g Coloss. I. 9. h Eccli. I. 1. i II. Cor. I. 12. k Rom. XV. 3. l Rom. XIV. 17. m Act. XI. 17. n Act. XV. 8. 9. o Isa. XLII. 1. p Ibid. ℣. 5. q Rom. V. 5. r Luc. XI. 13.

1. Vatic. Tolos. & vetus edit. *erat quippe juxta Deum & Spiritum sanctum sapiens* &c. VALLARS.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 369.



ut prophetent, & visiones videant, qui eum acceperint secundum Joelem, qui ex persona Dei loquitur; [a] *Effundam de spiritu meo super omnem carnem: & prophetabunt filii vestri, & filiæ vestræ.* Effusio quippe spiritus caussa exsistit prophetandi, & videndi sensum pulchritudinemque veritatis. Ipsum quoque effusionis nomen, increatam Spiritus sancti substantiam probat. Neque enim Deus cum angelum mittit, aut aliam creaturam: Effundam, dicit, de angelo meo, aut principatu, aut throno, aut dominatione. In solis quippe his quæ ab aliis participantur, hic sermo consentit: sicut nunc, & paullo ante de caritate Dei diximus, quæ effusa est in cordibus eorum qui Spiritum sanctum receperunt: [b] *Caritas*, inquit, *Dei diffusa est in cordibus vestris, per Spiritum sanctum, qui datus est vobis.* Salvator quoque, quia & ipse capabilis est, in similitudinem quoque unguenti effusus dicitur: [c] *Unguentum effusum nomen tuum.* Nam ut unguentum quod in vase continetur, habet quidem odoris substantiam, sed prohibetur longius spargi, quia vase intrinsecus clauditur: cum autem vas foris fuerit effusum, emittit procul beneolentiam suam: ita Christi nomen beneolens, ante adventum ejus in solo Israelis populo versabatur, quasi Judææ vase inclusum: [d] *Notus* enim, ait, *in Judæa Deus, in Israel magnum nomen ejus.* Quando autem coruscans in carne sua Salvator, in universam terram, quin potius in omnem creaturam extendit vocabulum suum, impleto eo quod scriptum est: [e] *Quam admirabile est nomen tuum in universa terra;* quibus consequenter Apostolus loquitur: [f] *Non enim aliud nomen datum est sub cælo, in quo oporteat salvari nos:* & Psalmista ad Dominum loquitur: [g] *Magnificasti super omnia nomen sanctum tuum:* tunc completum est, *Unguentum effusum nomen tuum.* Significat autem effusionis verbum, largam & divitem muneris abundantiam.

XII. Itaque cum unus quis alicubi, aut duo Spiritum sanctum accipiunt, non dicitur, effundam de spiritu: sed tunc quando in universas gentes munus Spiritus sancti redundaverit. Et ad Titum Apostolus salutem factam gentibus commemorat: [h] *Non ex operibus justitiæ quæ fecimus nos: sed per lavacrum secundæ regenerationis, & invocationis Spiritus sancti, quem effudit super nos abundanter.* Et hic enim largam attributionem spiritus, verbum effusionis ostendit. Ex quibus universis docemur, capabilem Spiritus sancti esse substantiam, & ex hoc increatam. Capabilem substantiam vocat, quæ capitur a pluribus, & eis sui consortium tribuit: capacem vero eam quæ communicatione substantiæ alterius impletur: & capiens aliud, ipsa non capitur ab alio. Capabili quippe statim inconvertibile, & inconvertibili æternum est consequens: quomodo e contrario capienti convertibile, convertibili creabile subsequens est. Nihil ergo de creaturis inconvertibile, propter quod neque sempiternum est. Non solum igitur quod in hominibus est rationale, convertitur, & creatur, verumetiam in omnibus creaturis hæc eadem conversio reperitur. Nam & Angelorum conversiones & ruinas, divina eloquia demonstrant. Licet enim multitudo Angelorum, & aliarum excellentium virtutum, in beatitudine & sanctimonia perseverent: tamen cum in ea, quæ similem habent naturam conversa sint, dilucide ostenditur in primo eos statu non per immutabilitatem suæ substantiæ, sed per solicitius in Domino servitium permanere. Neque enim potest coæqualium diversa esse natura. Nam

A quia omne genus hominum mortale est, & singuli homines mortales sunt: ut e diverso quoque si qua de superioribus immortalia sunt, haud dubium quin omnia in eodem genere & specie constituta, sint immortalia.

XIII. Cum autem hæc se ita habeant, etiam si unus Angelus convertibilis apparuerit, omnes convertibiles erunt, licet non sint conversi in beatitudine perseverantes: quomodo & cuncta hominum corpora divisibilia sunt, quamquam non omnia dividantur. Quædam enim eorum passa divisionem, & reliquorum similium sui naturam interpretantur. His ita edissertis, alterius substantiæ & visibilibus & invisibilibus creaturis Spiritus sanctus ostenditur. B Si autem hoc verum est, impiissime quidam inter omnia connumerant Spiritum sanctum: dicentes in eo, quod omnia per Verbum a Deo facta sunt, etiam significari Spiritus sancti facturam. Neque enim unum ex omnibus, sed aliud extra omnia per substantiam ex utroque demonstratus est Spiritus sanctus. Nam si creatura, ut superius ostendimus, dividitur in corporalia, & in incorporalia: & conditus est Spiritus sanctus, utique aut visibilis aut invisibilis creatura erit, id est, corporalis, aut incorporalis. Verum corpus nequaquam erit, sicut prius diximus, cum doceat, & scientiam præstet, & a sensu & anima capiatur. Sed neque invisibilis C creatura erit, ut paullo ante de eo disputavimus. Unde & Apostolus in Epistola quam ad Hebræos scripsit, alium eum esse ab omnibus Angelis demonstrat, dicens: [i] *Cui enim Angelorum dixit aliquando: sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum? Nonne omnes sunt administratores spiritus, in ministerium missi, propter eos qui accepturi erant salutem?* Et post alia: [k] *Quomodo nos effugiemus tantam negligentes salutem? Quæ principium accipiens ad loquendum per Dominum ab his qui audierunt in nos confirmata est; testimonium dante Deo signis & prodigiis & variis virtutibus, & Spiritus sancti divisionibus juxta suam voluntatem.* Hoc enim quod ait, *cui Angelorum*, D æque accipitur, ac si diceret, nulli: per angelicum nomen significans omnium substantiam invisibilium creaturarum. Neque enim ulli quidem Angelorum, & aliæ cuidam rationabili creaturæ dixit Deus, *sede a dextris meis.* In commune itaque sermo pronunciat, non esse dictum cuiquam creaturæ, *sede a dextris meis.* Et hoc in commune de creatura. Et pronuncians de omnibus invisibilibus creaturis, ait eas esse administratores spiritus. Propter quod subjecit: *Nonne omnes sunt administratores spiritus, in ministerium missi?* Licet enim non omnes singillatim invisibiles creaturæ missæ sunt: tamen quia eiusdem generis & honoris aliæ missæ sunt, quodammodo & ipsæ possibilitate sunt missæ: missarum consortes E æqualisque substantiæ. Quomodo igitur alius est ab universis creaturis Dominus, per quem principium ad loquendum acceperat illa magna salus, cujus negligentes Apostolus nolens nos esse, ait: *Quomodo nos effugiemus tantam negligentes salutem, quæ principium accipiens ad loquendum per Dominum ab his qui audierunt in nos confirmata est*; sed & Deus qui testimonium perhibet signis & portentis isti saluti, alius est ab omnibus administratoriis spiritibus; sic & Spiritus sanctus, cujus divisionibus juxta voluntatem ejus testimonium perhibet Deus, distribuens eum, non per concisionis partes, sed per communionem quibus eum præstare decreverit: alterius

a Joel. II. 28. *b* Rom. V. 5. *c* Cant. I. 2. *d* Psalm. LXXV. 2. *e* Psalm. VIII. 2. *f* Act. IV. 12. *g* Psalm. CXXXVII. 2. *h* Tit. III. 5. 6. *i* Hebr. I. 13. 14. *k* Hebr. II. 3. 4.

est & ipse substantiæ ab his, in quæ dispartitur effusus.

XIV. Igitur quoniam approbavimus juxta Scripturarum sensum, alium extra omnem creaturam esse Spiritum sanctum; incassum, immo impie quidam creatum eum esse ostendere volentes, testimonio utuntur, quo omnia per Verbum facta referuntur: ut scilicet in omnibus etiam æterna substantia contineatur. Et quia ad conditionem ejus approbandam etiam propheticum sermonem usurpant, dicente Deo, *Creo spiritum*: etiam in hoc eos monstrare debemus prorsus ab intellectu veritatis alienos. Neque enim de Spiritu sancto propositus sermo Prophetæ fuit, ut ex ipsa serie & contextu eloquii intelligitur. Siquidem Amos Propheta ex persona Dei: [a] *Præparare*, inquit, *ad invocandum Deum tuum, o Israel: quoniam ego sum firmans tonitruum, & creans spiritum: & annuntians in homines Christum suum: faciens diluculum & nebulam, & ascendens super excelsa terræ: Dominus Deus omnipotens nomen ejus*. Deus enim qui se spiritum [1] condere fuerat prælocutus, & facere: & tonitruum dixit firmare & diluculam & nebulas facere. Si igitur in prædicta narratione perseveramus, id est, in tonitruo & diluculo, & nubibus, eumdem narrationis ordinem etiam in spiritu tenere debemus: ut id quod dicitur a Deo tale sit: Ut invoces me, qui Deus sum, qui universa procuro, qui & creator sum omnium, qui firmo tonitruum, & condo spiritum, qui diluculum & nebulam ad quasdam utilitates facio hominum: præparare, ut invoces, o Israel: ut cum præparatus fueris ad invocandum, & me oraveris, qui supradicta constituo, felicitate temporum, & aliorum bonorum largitionibus perfruaris: me tibi per singulos annos omnia juxta naturæ ordinem ministrante, ut fecunde annus fluat, ut suis spatiis horarum momenta decurrant, ut suo tempore tonitrua mugiant, ut salutaris aura opportunis flatibus inspiret. Si vero per allegoriam, tonitruum & diluculum, & nebula, & creatio spiritus intelligantur, non substantiam rei, sed figuratam interpretationem significabunt.

XV. Quod si e diverso opposuerit manifeste de Spiritu sancto hæc dici, quia inferatur ad creationem Spiritus, illud quod sequitur: [b] *Et annuntians in [2] omnes homines Christum suum*; in Hebræo, habetur, *annuntiat in hominem loquelam suam*: quod scilicet qui creator est omnium, ipse etiam Prophetis inspiret, & suam per eos hominibus indicet voluntatem. Et ad hoc respondendum est, quia quidam hæretici alium extra creatorem Dominum Patrem Salvatoris mentiuntur, hoc impiissime prædi-

A cantes: non sceleratam eorum suspicionem providentes a Deo percuti, dicente: Ego formans tonitruum, & creans spiritum & alias mundi partes faciens & gubernans, annuntio in homines Christum meum. Et hoc enim providentiæ meæ opus super omnia opera mea est, ut non solum eorum quæ foris sunt, sed & quæ ad emolumentum animæ & mentis utilitatem pertinent, caussa subsistam. Ego hoc quod dicitur, *creo spiritum*, æque arbitror positum ac si diceretur, creans ventum. Deus quippe flatus hos qui per aëris motum efficiuntur, dispositione sua ducit: secundum illud quod alibi legimus: [c] *Qui producit ventos de thesauris suis*. Bene autem quod in ipsa sententia non ait, qui creavi: *sed qui creo*
B *spiritum*. Si enim de substantialitate Spiritus sancti sermo esset, dixisset utique, qui creavi. Neque enim semper eumdem creat. Nunc autem consequenter de flatu dictum est, *qui creo*: quia non semel venti facti sunt, sed in eo quod subsistunt, quotidie fiunt. Neque enim frustra sine articulo, qui in Græco sermone singularitatis significator est, nunc spiritus creatus dicitur; quoniam non est sanctus: cum pæne semper Spiritus sanctus, cum articulo nominetur, ut in illo *αὐτὸ τὸ πνεῦμα*, id est, [d] *ipse Spiritus testimonium perhibet spiritui nostro*. Et alibi [e], [3] *αὐτός ἐστιν τὸ ζωοποιοῦν*, id est, *ipse est qui vivificat*. Et rursum: [f] *Sic & quæ Dei sunt, nemo cognovit nisi τὸ πνεῦμα*, id est, *Spiritus Dei: τὸ*
C *γὰρ πνεῦμα*, hoc est, *Spiritus enim scrutatur omnia, etiam alta Dei*. Et multa quæ de Scripturis sacris excerpere possibile est. Quod sicubi raro sine articulo nominatur Spiritus sanctus, sciendum est cum additamento eum nominari significante magnificentiam ejus. Siquidem dicitur aliquando & sine articulo, cum non ipse per se, sed participatio ejus ostenditur: ut puta, [g] *Spiritus Heliæ*, & [h] *Spiritu ambulate*, & quæcumque his similia sunt.

XVI. Quoniam igitur ex his, quæ memoravi, & ex multis aliis, non esse creaturam Spiritum sanctum demonstratum est, nusquam conditionibus connumeratus est, sed semper cum Patre & Filio posi-
D tus: nunc videamus quam cum utroque habeat indifferentiam. In fine Epistolæ secundæ, quam ad Corinthios scribit Paullus, ait: [i] *Gratia Domini nostri Jesu Christi, & caritas Dei, & communicatio sancti Spiritus, sit semper cum omnibus vobis*. Ostenditur quippe ex sermone præsenti una Trinitatis assumtio: cum is qui gratiam Christi accepit, habeat eam tam per administrationem Patris, quam per largitionem Spiritus sancti. Datur enim a Deo Patre & Jesu Christo, juxta illud: [k] *Gratia vobiscum, & pax a Deo Patre, & Domino Jesu Christo*: non aliam dante gratiam Patre, & aliam Salvatore. Si-

a Amos IV. 12.]13. *b* Ibid. ℣. 13. *c* Psal. CXXXIV. 7. *d* Rom. VIII. 16. *e* Joan. VI. 64. *f* I. Cor. II. 10. 11. *g* IV. Reg. II. 9. *h* Gal. V. 16. *i* II. Cor. XIII. 13. *k* Rom. I. 7. I. Cor. I. 3.

1. Vitiose, & contra scriptoris mentem erat antea *condere*, quod ex Vatic. ms. emendamus, qui item pro verbis *& facere* habet fere concinnius, *pariter effatus* &c. Mox Tolos. *formare* legit pro *firmare*, quod promiscue infra alii etiam mss. præferunt. VALLARS.

2. Vocem *omnes* neque mss. nostri, neque Amosi textus habent, eamque sane malim expungi. Adnotationem porro ex Hebræo non ex Didymi ingenio, qui Hebraicas literas penitus ignorabat, sed utique ex Hieronymo profecisse, mihi persuadeo. Nam S. quoque Ambrosius qui lib. 2. *de Spiritu sancto* huic ex Amosi loco objectioni respondet, hanc apud Didymum solutionem ex Hebræo se indicat non legisse, cum illam omnino dissimulet. Arguebant autem Hæretici ex eo loco, creari Spiritum sanctum, ut hominibus adnuntiaret Christum. Quibus ut reponat Hieronymus, non ita in Hebræo fonte legi asserit, ac apud LXX. sed haberi *adnuntiat in hominem loquelam suam*. Atque ita quidem ipse interpretatus est, exposuitque in
E Commentariis, ubi LXX. verbi similitudine & ambiguitate deceptos notat. *Si enim*, inquit, *legamus*, Christum suum, *quod Hebraice dicitur Messio, scribitur per has literas mem, sin, jod, heth, & vau, quod LXX. putaverunt. Sin autem ut in Hebræo*, & apud reliquos interpretes *est*, *his literis scribitur, mem, he, quod est ma, hoc est* quod, *vel* quid. *Deinde sin, jod, heth, quod legimus sia, id est* eloquium. *O igitur quod scribitur per solam literam vau, αὐτοῦ, id est*, ejus, *significat, simulque commixtum legitur Masio*. Unde concludit, Deum per prophetas indicare voluntatem suam, eosque turpiter errare, qui alium extra Creatorem, Patrem Christi inducebant, cum Amos non de Spiritu, sed de vento, neque de Christo, sed de Dei meditatione loquatur. ID.

3. Sic equidem editi habent & mss. sed perperam. Emenda ex ipso Joannis textu, *τὸ πνεῦμά ἐστι τὸ ζωοποιοῦν*, *Spiritus est, qui vivificat*. ID.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 369.



quidem & a Patre & Domino Jesu Christo eam dari describit, Spiritus sancti communicatione completam. Nam & ipse Spiritus dictus est gratia, secundum illud: [a] *Et spiritui gratiæ injuriam faciens, in quo sanctificatus est*. In Zacharia quoque [b] repromittit Deus effusurum se, id est, abundantissime tributurum Jerusalem spiritum gratiæ & miserationis. Cum enim quis Spiritus sancti acceperit gratiam habebit eam datam a Deo Patre, & a Jesu Christo Domino nostro. Una igitur gratia, Patris & Filii, & Spiritus sancti operatione completa, Trinitas unius substantiæ demonstratur. In alio quoque loco: [c] *Caritas*, inquit, *Dei cum omnibus vobis*, quæ a Trinitate & tribuitur, & firmatur. Ait quippe Salvator: [d] *Qui* [1] *audit verba mea & servat ea, hic est qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur a Patre meo, & ego diligam eum*. Neque enim alia dilectio est Salvatoris super his qui amantur, & alia dilectio Patris. Deus enim diligit in salutem, quia [e] *sic dilexit Deus mundum, ut Filium suum unigenitum daret: ut omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam*. Similiter & Filius, qui vita est, ut tribuat vitam & salutem, diligit eos quos vult fieri meliores. Unde amare se dicit eum qui amatur a Patre. Et de eo ponitur in Propheta: [f] *Et ipse salvabit illos, quia dilexit illos*.

XVII. Hanc dilectionem, fructum esse Spiritus sancti, contestatur Apostolus sicut & gaudium, & pacem, quæ a Patre ministratur & Filio, dicens: [g] *Fructus autem Spiritus, gaudium, pax, caritas*. Quæ caritas effusa est in cordibus credentium per Spiritum sanctum: [h] *Caritas* quippe, ait, *Dei diffusa est in cordibus vestris in Spiritu sancto*. Omnis quippe qui communicat Spiritui sancto, per participationem ejus communicat, juxta illud: [i] *Et communicatio sancti Spiritus sit semper cum omnibus vobis*. Et in alio loco: [k] *Si qua communicatio Spiritus*. Cum habuerit sapientiam Dei & sermonem, & in omnibus veritatem: habebit quoque consortium sanctitatis in Patre, & Filio, & Spiritu sancto. [l] *Fidelis autem Deus, per quem vocati estis in* [2] *communicationem Filii ejus*. Scribit & Joannes de Patre: [m] *Si in lumine ambulamus, sicut ipse est in lumine, communicationem habemus cum illo*. Et adhuc: [n] *Communicatio autem nostra cum Patre & Filio ejus Jesu Christo*. Igitur quicumque communicat Spiritui sancto, statim communicat Patri & Filio. Et qui caritatem habet Patris, habet eam a Filio, contributam per Spiritum sanctum. Sed & qui particeps est gratiæ Jesu Christi, eamdem gratiam habet, datam a Patre per Spiritum sanctum. In omnibus enim approbatur eamdem operationem esse Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Quorum autem una est operatio, una est & substantia: quia quæ [3] eidem substantiæ ὁμοούσια sunt, easdem habent operationes: & quæ alterius substantiæ, & ἀνομούσια, dissona atque diversa sunt.

XVIII. Neque enim ex his tantum quæ præmisimus, Trinitatis unitas docetur: sed ex innumerabilibus aliis, de quibus rursum secundum suum ordinem pauca ponemus. Arguens Petrus Ananiam, in eo quod in venditione agri, cujus se totum pretium obtulisse dicebat, fraudem fecisset [4] e medio: sancti Spiritus unitatem ad Deum, non secundum numerum, sed juxta substantiam comprobavit, dicens: [o] *Anania, quare complevit satanas cor tuum, ut mentireris Spiritui sancto, & absconderes de pretio agri? Nonne manens tibi manebat, & venditum in tua erat potestate? Quare posuisti in corde tuo hanc rem? Non hominibus mentitus es, sed Deo*. Si enim qui Domino mentitur, mentitur Spiritui sancto: & qui Spiritui sancto mentitur, mentitur Deo: nulli dubium est, consortium Spiritus sancti esse cum Deo. Et quomodo sanctitas subsistit in Deo, eodem modo & Deitas intelligitur in Spiritu sancto. Iste autem Spiritus sanctus, quem diximus ejusdem naturæ esse cum Patre, etiam a Filii divinitate non differt, Salvatore dicente discipulis: [p] *Cum in synagogam ad principatus & potestates introduxerint vos, nolite soliciti esse, quomodo aut quid respondeatis. Spiritus enim sanctus docebit vos in illa hora quid debeatis dicere*. [q] *Ponite in cordibus vestris non præmeditari ad respondendum. Ego enim dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere, aut contradicere*. Et in his quippe dicens, non debere eos esse solicitos, quid respondeant contradicentibus, quia in eadem hora doceantur a Spiritu sancto quid debeant respondere: statim intulit quæ sit caussa fiduciæ, *Ponite*, dicens, *in cordibus vestris non præmeditari ad respondendum: ego enim dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere, aut contradicere*. Cum enim dixerit, in tempore respondendi doceri eos a Spiritu sancto quid debeant respondere, in sequentibus ait: *Ego enim dabo vobis os & sapientiam, &c.*

XIX. Ex quibus ostenditur sapientiam quæ discipulis datur a Filio, Spiritus sancti esse sapientiam: & doctrinam Spiritus sancti, Domini esse doctrinam: unumque naturæ & voluntatis esse consortium Spiritus sancti cum Filio. Et quia superius demonstratum est socium esse per naturam Spiritum Unigenito [5] Dei, & Deo Patri: Filius vero & Pater unum sunt, juxta illud: [r] *Ego & Pater unum sumus*: non divisa & inseparabilis, secundum naturam, ostensa est Trinitas. In alio quoque Evangelio dicitur: [f] *Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis*. Si ergo Spiritus Patris in Apostolis loquitur, docens eos quæ debeant respondere: & quæ docentur a Spiritu sapientia est, quam non possumus aliam præter Filium intelligere: liquido apparet ejusdem naturæ Spiritum esse cum Filio, & cum Patre, cujus Spiritus est. Porro Pater & Filius unum sunt. Igitur Trinitas substantiæ unitate sociatur.

XX. Per aliud quoque Scripturarum exemplum, Trinitatis [6] unitas & natura, & virtus ostenditur. Filius & manus, & dextera, & brachium Patris dicitur. Sicut crebro docuimus, ex his vocabulis, unius naturæ indifferentia demonstratur. Spiritus etiam sanctus, digitus Dei, secundum conjunctionem naturæ Patris & Filii nominatur. Siquidem in uno

a Hebr. x. 29. *b* Zach. xii. 10. *c* II. Cor. xiii. 13. *d* Joan. xvi. 21. *e* Joan. III. 16. *f* Isa. xxxiii. 22. xxxv. 9. *g* Gal. V. 22. *h* Rom. V. 5. *i* II. Cor. xiii. 13. *k* Philipp. II. 1. *l* I. Cor. I. 9. *m* I. Joan. I. 7. *n* Ibid. v. 3. *o* Act. V. 3. 4. *p* Luc. xii. 11. 12. *q* Luc. xxi. 12. 15. *r* Joan. x. 30. *f* Matth. x. 20.

1. Tolos. ms. *Qui habet mandata mea, & servas &c.* VALLARS.

2. Vatic. heic atque infra constanter *communionem* pro *communicationem* legit. Mox *quia igitur quicumque* &c. ID.

3. Antea erat *ejusdem*, dissentiente Vatic. qui tamen haud recte mox habet ἀνόσια pro ἀνομούσια. ID.

4. Vetus editio *ex dimidio*, concinnius. ID.

5. Al. *Unigenito Deo*. Et mox *indivisa* pro *non divisa*, IDEM.

6. Vetus edit. cum Tolos. ms. *una & natura* &c. ID.

de Evangeliis adversus eos qui signis Domini detrahebant, dicentes: [a] *In Beelzebub principe dæmoniorum ejicit dæmonia:* sciscitans Salvator ait: *Si ego in Beelzebub ejicio dæmonia, filii vestri in quo ejiciunt? Si autem ego in digito Dei ejicio dæmonia: ergo supervenit in vos regnum Dei.* Hunc eumdem locum alius Evangelista describens, loquentem intulit Filium: [b] *Si autem ego in Spiritu Dei ejicio dæmonia.* Ex quibus ostenditur, digitum Dei esse Spiritum sanctum. Si ergo conjunctus est digitus manui, & manus ei cujus manus est: & digitus sine dubio ad ejus substantiam refertur, cujus digitus est.

XXI. Verum cave ne ad humilia dejectus, & oblitus sermonis, de quo nunc disputatur, depingas in animo tuo corporalium artuum diversitates: & incipias tibi magnitudines, & inæqualitates, & cetera corporum majora vel minora membra confingere: dicens, digitum a manu, & manum ab eo cujus est manus, multis inæqualitatibus discrepare: quia de incorporalibus nunc Scriptura loquitur, unitatem tantum volens, non etiam mensuram substantiæ demonstrare: sicut enim manus non dividitur a corpore, per quam cuncta perficit & operatur, & in eo est, cujus est manus: sic & digitus non separatur a manu, cujus est digitus. Itaque rejice inæqualitates & mensuras, cum de Deo cogitas, & intellige digiti & manus, & [1] totius substantiæ unitatem: quo digito lex in tabulis lapideis scripta est. Per aliam quoque Scripturam, fidei nostræ probationem monstrare perfacile est. Solus sapiens dictus est Deus: non accipiens ab alio sapientiam, neque per cujusdam alterius sapientiæ participationem, sapiens nominatur. Siquidem multi sapientes dicuntur, non ex sua natura, sed ex communicatione sapientiæ. Deus vero non alterius sapientiæ participatione, neque aliunde sapiens effectus, dictus est solus sapiens, & generans sapientiam, & alios faciens sapientes. Quæ sapientia Dominus est noster Jesus Christus, qui dicitur Dei virtus, & Dei sapientia. Spiritus quoque sanctus dicitur sapientia. Siquidem & in veteribus libris refertur, repletum esse Jesum Nave a Domino spiritu sapientiæ. Sicut ergo solus sapiens Deus, non accipiens aliunde sapientiam, sed sapientes faciens & generans sapientiam: solus est sapiens, extra omnes qui per nuncupationem ejus sapientes dicuntur: [c] *Multitudo quippe sapientium salus mundi.* Et: *Qui semetipsos cognoscunt, hi sunt sapientes.* Et rursum: [d] *Cum fueris cum sapientibus, sapiens eris.* Sic & Spiritus sanctus non accipiens aliunde sapientiam, dictus est spiritus sapientiæ: hoc enim ipsum quod subsistit, spiritus sapientiæ est: & natura ejus nihil est aliud, nisi Spiritus veritatis & Spiritus Dei: de quibus jam abundanter in [2] Sectarum volumine disputavimus. Unde ne eadem superflue replicemus, contenti simus disputatione præterita.

A XXII. [3] Quia igitur Spiritus sapientiæ, & veritatis inseparabiliter cum Filio est, ipse quoque sapientia subsistit & veritas. Si enim capax esset sapientiæ & veritatis, in id aliquando descenderet, ut desineret habere quod aliunde susceperat: id est sapientiam & veritatem. Et Filius sapientia & veritas ipse subsistens, non separatur a Patre, qui solus sapiens & veritas, Scripturarum vocibus prædicatur. Eumdem circulum unitatis atque substantiæ Spiritus sancti, secundum id quod sapientiæ & veritatis est spiritus, [4] videmus habere cum Filio: & rursum Filium a Patris non discrepare substantia. Cum autem Filius imago sit Dei invisibilis, & forma substantiæ ejus, quicumque ad hanc imaB ginem, vel formam imaginantur, atque formantur, adducuntur in similitudinem Dei: juxta vires tamen humani profectus, istiusmodi formam & imaginem consequentes. Similiter & Spiritus sanctus cum sit signaculum Dei, hi qui formam & imaginem Dei capiunt, signati per eum, in eo ducuntur ad signaculum Christi sapientiæ & scientiæ, insuper fide pleni. [e] *Nam* [5] *divisiones operationum sunt, idem autem ipse Spiritus qui operatur omnia in omnibus.* Operante ergo Patre multiplicem charismatum plenitudinem, multiplicat eam Filius subsistentem per Spiritum sanctum. [f] *Alii enim per Spiritum datur sermo sapientiæ: alii vero scientiæ, secundum eumdem Spiritum: alii fides in eodem Spiritu*, & cetera, C quæ ab Apostolo enumerata sunt dona, quibus additur: [g] *Hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult.*

XXIII. Unde dicentes operatricem, & [6] ut ita dicam, distributricem naturam Spiritus sancti, non abducamur ab his, qui dicunt operationem, & non substantiam Dei esse Spiritum sanctum. Et ex aliis quoque plurimis locis subsistens natura demonstratur Spiritus sancti: ut in illo quod Apostoli scribunt: [h] *Visum est enim Spiritui sancto & nobis:* quia hoc quod dicitur, *visum est*, non operationem significat, sed naturam: maxime cum & de Domino simile quid reperiatur, ut: [i] *Sicut Domino visum est,* D *ita factum est.* Denique & sermones ejus sæpissime lectitantur, ut in illo: [k] *Jejunantibus eis & ministrantibus*; id est, discipulis Christi; *dixit Spiritus sanctus: Separate mihi Barnabam & Saulum, in opus ad quod vocavi eos.* Quæ vox divinitatis & auctoritatis index, non creatam, sed increatam substantiam monstrat. Neque enim Spiritus sanctus in aliud quoddam opus vocavit Barnabam & Paullum, quod non sit Patris & Filii: cum ministerium, quod eis commisit & tradidit Spiritus, Patris & Filii sit ministerium. Ad Galatas Paullus loquitur: [l] *Qui enim operatus est Petro in apostolatum circumcisionis, operatus est &* [7] *mihi in gentes & Barnabæ.* Pariter enim ad nationes Spiritus sancti auctoritate diE recti sunt. Christo quoque operante in Apostolis, Spiritus completum est ministerium, ut ipsi Apostoli confitentur se in Christo loqui, & id quod

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 369.

[a] Luc. XI. 15. 19. 20. [b] Matth. XII. 28. [c] Sap. VI. 26. [d] Prov. XIII. 20. [e] 1. Cor. XII. 6. [f] Ibid. ℣℣. 8. 9. [g] Ibid. ℣. 11. [h] Act. XV. 28. [i] Job I. 21. [k] Act. XIII. 2. [l] Gal. II. 8.

1. Eadem cum Vatic. *totius corporis unitatem quo digito & lex &c.* VALLARS.

2. Vide superius ad §. V. not. 1.

3. Hinc secundum librum auspicantur hucusque editi contra mss. fidem, ipsiusque Auctoris, atque Interpretis mentem. Vid. præfixam huic operi Admonitionem. ID.

4. Olim erat, *videmus habere*, *habemus cum Filio*. Quod Barthius expuncta primum voce *Spiritus*, ita contendit emendandum, *vidimus eum habere hactenus cum Filio*. Paullo ante leg. *Spiritum sanctum*. ID.

5. Plenius in Vatic. ms. ac veteri editione, *Divisiones quippe donationum sunt, idem autem Spiritus; & divisiones ministeriorum sunt, & ipse Dominus; & divisiones operationum sunt, & idem ipse Dominus qui operatur omnia in omnibus.* ID.

6. Voculam *ut* supplevimus e Vatic. ID.

7. Tolos. ms. *operatus est mihi & Barnabæ in gentibus*. Et mox, *directi sunt a Christo, cooperante in Apostolis Spiritu, completum est ministerium*. ID.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 369.



suis oculis viderunt, & ministri facti sunt [1] sermonis, id est, Christi: & dispensatores mysteriorum Dei. Denique quasi principatum in sacerdotio possidentes, & initiatores fidei a Christo sunt demonstrati, dicente: [a] *Euntes ite, & docete omnes gentes, baptizantes eas in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* Et sicut Apostolus scribit rectissime: *Unus est Dominus, una fides, unum baptisma.* Quis non ex ipsa cogetur veritate suscipere indiferentiam Sanctæ Trinitatis, dum una sit fides in Patre, & Filio, & Spiritu sancto: & lavacrum detur atque firmetur in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti? A

B XXIV. Non arbitror quemquam tam vecordem atque insanum futurum, ut perfectum baptisma putet id quod datur in nomine Patris, & Filii, sine assumtione Spiritus sancti: aut rursus in nomine Patris, & Spiritus sancti, Filii vocabulo prætermisso: aut certe in nomine Filii, & Spiritus sancti, non præposito vocabulo Patris. Licet enim quis possit exsistere saxei (ut ita dicam) cordis, & penitus mentis alienæ: qui ita baptizare conetur, ut unum de præceptis nominibus prætermittat: videlicet contrarius legislator Christi: tamen sine perfectione baptizabit: immo penitus a peccatis liberare non poterit, quos a se baptizatos existimaverit. Ex his colligitur, quam indivisa sit substantia Trinitatis, & Patrem vere Filii esse patrem, & Filium vere Patris filium: C & Spiritum sanctum vere Patris [2] & Dei esse Spiritum: & insuper sapientiæ & veritatis, id est, Filii Dei. Hæc est salus ergo credentium, & dispensatio Ecclesiasticæ disciplinæ in hac Trinitate perficitur. Nam cum Salvator discipulos suos ad prædicandum Evangelium miserit, & ad dogmata veritatis docenda [3] Pater in Ecclesia constituisse dicatur, primo Apostolos, secundo Prophetas, tertio magistros: super hac re etiam Apostoli congruente sententia: [b] *Et sicut probati sumus a Deo ad credendum Evangelium, sic loquimur: non ut hominibus placentes, sed Deo qui probavit corda nostra:* hos eosdem quos Christus magistros esse præcepit, & Pater probavit, D & Spiritus sanctus dispensatores & præpositos in Ecclesia constituisse perhibetur. Siquidem cum Miletum Paullus Apostolus Presbyteros de diversis locis & plurimis Ecclesiis congregasset: [c] *Attendite*, inquit, *vobis & universo gregi, super quos Spiritus sanctus posuit vos episcopos ad regendam Ecclesiam Domini, quam acquisivit per sanguinem suum.* Si enim quos Christus ad evangelizandum & baptizandas nationes misit, Spiritus sanctus Ecclesiæ præposuit, Patris sententia destinatos: nulli dubium est, [4] unam Patris, & Filii, & Spiritus sancti operationem, & probationem: & consequenter eamdem Trinitatis esse substantiam. Necnon & illud considerandum, quod in corde & sensu habitare non potest creatura, nisi Deus & E sermo ejus in Spiritu sancto: sicut ad quosdam loquitur Pater: [d] *Inhabitabo in eis, & inambulabo.* Et ad ipsum quidam dirigit vocem: *Tu autem in sancto habitas, laus Israel.* Altus quippe in altis habitat universæ conditor creaturæ. Habitat vero [5] & unigenitus Filius in mente pura, & corde credentium. Per fidem quippe habitare Christum, in interiori homine: in Spiritu ait Apostolus, ita scribens: [e] *In Spiritu, in interiori homine habitare Christum per fidem in cordibus vestris.* Ipse quoque de se loquitur: [f] *Vivit in me Christus.* Et iterum: [g] *Qui in me loquitur Christus.* Et Salvator [h] *Veniemus*, inquit, *ego & Pater*: haud dubium, quin ad eum qui præcepta ejus servaverit, *& mansionem apud eum faciemus*. Porro sic sermo iste contexitur. [i] *Si quis diligit* [6] *me, sermonem meum servabit. Et Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.* In alio quoque loco, omnis natura rationalium creaturarum, domus dicitur Salvatoris.

XXV. [7] Sicut autem super domum suam Dominus Jesus, cujus domus sumus nos: ita domus Christi templum Dei est, in quo Spiritus ejusdem inhabitat Dei. Scribens quippe Corinthiis Paullus ait: *Nescitis quia templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis?* Si autem in domo & templo, quo Pater & Salvator inhabitat, illico invenitur & Spiritus sanctus, ex hoc indivisa Trinitatis substantia demonstratur. Et post non multa ejusdem epistolæ: [k] *Nescitis*, inquit, *quia corpora vestra templum Spiritus sancti sunt, quem habetis a Deo?* Cum ergo Spiritus sanctus, similiter ut Pater & Filius, mentem & interiorem hominem inhabitare doceatur, non dicam ineptum, sed impium est eum dicere creaturam. Disciplinas quippe, virtutes dico & artes, & his contrarias perturbationes, & imperitias, & affectus in animabus habitare possibile est: non tamen ut substantivas, sed ut accidentes. Creatam vero naturam in sensu habitare, impossibile est. Quod si verum est, & Spiritus sanctus absque ulla ambiguitate subsistens, animæ est habitator & cordis: nulli dubium est, quin cum Patre & Filio credi debeat increatus. Ex omnibus igitur, quæ præcedens sermo differit, incorruptibilis & sempiternus secundum naturam Patris, & Filii, Spiritus sanctus demonstratus, universam de se ambiguitatem abstulit & suspicionem, ne unus de creatis substantiis existimetur. [8] Sed & ambigi nequit, quin is Spiritus Dei sit, quem exire de Patre Salvatoris in Evangelio verba declarant: [l] *Cum venerit*, inquit, *consolator, quem ego mittam vobis Spiritum veritatis, qui a Patre egreditur, ipse testimonium dabit de me.* Consolatorem autem venientem Spiritum sanctum dicit, ab operatione ei nomen imponens: quia non solum consolatur eos quos se dignos repererit, & ab omni tristitia & perturbatione reddit alienos: verum incredibile quoddam gaudium & hilaritatem eis tribuit, intantum, ut possit quis Deo gratias referens, quod tali hospite dignus habeatur, dicere: [m] *Dedisti lætitiam in corde meo.* Sempiterna quippe lætitia in eorum corde versatur, quorum Spiritus sanctus habitator est. Iste

a Matth. XXVIII. 19. *b* I. Thess. II. 4. *c* Act. XX. 28. *d* Lev. XXVI. 12. II. Cor. VI. 16. *e* Ephes. III. 16. 17. *f* Gal. II. 20. *g* II. Cor. XIII. 3. *h* Joan. XIV. 23. *i* Ibid. *k* 1. Cor. VI. 19. *l* Joan. XV. 26. *m* Psal. IV. 7.

1. Reginæ Svecorum ms. num. 497. prænotatus, cujus nunc demum occurrunt mihi variantes lectiones in schedulis exceptæ quas passim infra laudabo, heic habet *sermonis Christi* absque *id est* vocula; & paullo post *Euntes docete*, absque *ite*. Vallars.

2. Modo laudatus Reginæ cod. *vere Patris & Filii esse Spiritum*. Id.

3. Nomen *Pater*, expungit Reginæ ms. Id.

4. Tolos. *sic unam esse operationem & probationem* &c. Idem.

5. Voces *& unigenitus Filius* in Reginæ ms. delentur. Idem.

6. Addunt Vatic. & vetus edit. *& ego diligam illum*. Idem.

7. In Reginæ ms. *domus dicitur Salvatoris; Christus autem super domum suam, cujus domus sumus nos &c.* Id.

8. Suffecimus ex Reginæ ms. verba *Sed & ambigi nequit, quin*, utpote perficiendo sensui necessaria, tametsi in reliquis mss. & vulgatis hucusque libris desiderentur. Idem.

Spiritus sanctus consolator a Filio mittitur: non A secundum Angelorum, aut Prophetarum, aut Apostolorum ministerium, sed ut mitti decet a sapientia & veritate Spiritum Dei, indivisam habentem cum eadem sapientia & veritate naturam. Etenim Filius missus a Patre non separatur, nec disjungitur ab eo, manens & habens illum in semetipso. Quin Spiritus veritatis supradicto modo missus a Filio de Patre egreditur, non aliunde ad alia transmigrans. Impossibile quippe hoc pariter & blasphemum est. [1] Si enim de loco ad locum egreditur Spiritus, & ipse Pater in loco invenietur, & Spiritus veritatis juxta naturam corporum certo spatio circumscriptus, alium deserens locum, ad alium commigrabit. Sed quomodo Pater non consistens in loco, B ultra omnem corporum est naturam: ita & Spiritus veritatis nequaquam locorum fine clauditur, cum sit incorporalis: & ut verius dicam, [2] excellens universam rationalem creaturam.

XXVI. Quia ergo impossibile est & impium, ista quæ diximus, [3] de incorporalibus credere: exire de Patre Spiritum sanctum, sic intelligendum, ut se Salvator de Deo exisse testatur, dicens: [a] *Ego de Deo exivi & veni*. Et sicut loca & commutationes locorum ab incorporalibus separamus: sic & prolationes intus dico & foris ab intellectualium natura discernimus, quia istæ corporum sunt recipientium tactum, & habentium vastitates. Ineffabili itaque C & sola [4] fide noto sermone credendum est, Salvatorem dictum esse exisse a Deo, & Spiritum veritatis a Patre egredi, loquente *Spiritus qui a me egreditur*. Cum enim dicere posset de Deo, sive de Domino, sive de omnipotente, nihil horum tetigit: sed ait, de Patre: non quod Pater a Deo omnipotente sit alius: quia hoc scelus est etiam cogitare; sed secundum [5] proprietatem & intellectum parentis, egredi ab eo dicitur Spiritus veritatis. Licet enim ex Deo frequenter se dicat exisse Salvator, proprietatem tamen & (ut ita dicam) familiaritatem, de qua jam sæpe tractavimus, ex vocabulo magis sibi Patris assumit, dicens: [b] *Ego in Patre, & Pater in me*. Et alibi: [c] *Ego & Pater* D *unum sumus*: & multa alia his similia, quæ in Evangelio observans lector inveniet. [d] *Iste* ergo *Spiritus sanctus qui de Patre egreditur, testificabitur*, inquit Dominus, *de me*; testimonium simile ferens ei Patris testimonio, de quo ait: [e] *Testimonium dicit de me, qui misit me Pater*. Mittente autem Filio Spiritum veritatis, quem consolatorem vocavit, simul mittit & Pater. Neque enim Pater mittente Filio non mittit, cum eadem voluntate Patris & Filii Spiritus veniat: Salvatore quoque per Prophetam loquente: [6] sicut manifestum esse poterit ei, qui totum perlegerit locum. [f] *Et Dominus misit me, & Spiritum suum*: siquidem non solum Filium, sed Spiritum mittit Deus. Sed & Apostolus loquitur: [g] *Quæ nunc annuntiata sunt vobis per eos qui evangelizaverunt vobis, Spiritu sancto misso de cælis*. Et in libro qui Sapientia inscribitur, ab his qui divina charismata consequuti sunt, vox gratias Deo perferens destinatur: [h] *Quæ autem in cælis sunt, quis investigavit? Voluntatem autem tuam, quis cognovit: nisi quod tu dedisti sapientiam, & Spiritum sanctum tuum misisti de excelsis? Et sic correctæ sunt semitæ eorum qui super terram erant: & placita tibi edocti sunt homines*. Et in præsenti siquidem lectione, non sola sapientia Dei, id est, unigenitus Filius ejus datur a Patre, sed & Spiritus sanctus mittitur.

XXVII. In ipso quoque Evangelio dari prædicatur a Patre, & mitti Spiritus sanctus, Salvatore dicente: [i] *Et ego rogabo Patrem meum, & alium paracletum dabit vobis, ut sit vobiscum in æternum, spiritum veritatis*. Et iterum: [k] *Paracletus autem Spiritus sanctus quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia*. Nam & in his sermonibus, alium paracletum dare dicitur Pater, non autem alium [7] ab eo, qui a Filio mittitur secundum illud: [l] *Cum autem venerit ille paracletus, quem mittam vobis a Patre, spiritum veritatis*. Quem alium paracletum nominavit, non juxta naturæ differentiam, sed operationis diversitatem. Cum enim Salvator, mediatoris & legati personam habeat, [8] & qua pontifex deprecetur pro peccatis nostris, salvans in sempiternum eos, qui per ipsum accesserunt ad Deum quia semper vivens interpellat pro [9] eis Patrem; Spiritus sanctus secundum aliam significantiam paracletus, ab eo quod consolatur in tristitia positos, nuncupatus est. Verum noli ex Filii & Spiritus sancti operatione diversa, varias æstimare naturas. Siquidem in alio loco reperitur paracletus Spiritus, legati ad patrem persona fungi, ut in illo: [m] *Quid enim oremus juxta id quod oportet, nescimus: sed ipse Spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret Spiritus, quomodo secundum Deum postulat pro sanctis*.

XXVIII. Salvator quoque consolationem a qua Spiritus sanctus paracletus nuncupatus est, operatur in cordibus eorum, qui ea indigent. Scriptum est enim: [n] *Et humiles populi consolatus est*. Unde & is qui hoc beneficium fuerat consecutus, eum prædicans, loquebatur: [o] *Domine, secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, [10] consolationes tuæ lætificaverunt cor meum*: sive, *dilexerunt*

a Joan. VIII. 42. b Joan. XIV. 10. c Joan. X. 30. d Joan. XV. 26. e Joan. V. 37. f Isa. XLVIII. 16. g I. Pet. I. 12. h Sap. IX. 16-18. i Joan. XIV. 16. 17. k Ibid. ℣. 26. l Joan. XV. 26. m Rom. VIII. 26. 27. n Psalm. XVII. 13. XXXIII. 19. o Psalm. XCIII. 19.

1. Veriorem concinnioremque hujusce periodi lectionem E hanc esse putavimus, quam ex veteri toties laudata editione, & Vatic. ms. expressimus. Penes Martianæum, aliosque passim editores erat. *Si enim hic Spiritus veritatis juxta naturas corporum certo spatio circumscriptus est, alium deferens locum, ad alium commigravit*. Nec magis recte in Tolos. ms. *Si enim de loco in locum invenitur, & Spiritus veritatis juxta naturam corpoream certo spatio circumscriptus &c*. In illo autem Reginæ priori obliterata lectione isthæc adponitur ab libri oram, *Si enim de loco in locum venit Spiritus veritatis juxta legem naturæ corporeus certo spatio circumscriptus &c*. Quam nempe reposuimus lectionem, codices suis quoque dissidiis probant. VALLARS.

2. Vatic. & Tolos. *excellens universam rationabilium creaturarum essentiam*. ID. — Pro *excellens*, an *excedens*?

3. Vitiose erat, *quæ diximus in corporalibus* &c. ID.

4. Reginæ lib. *solæ fidei*. Et mox *a Patre egredi*, *ut illud, loquente Spiritu, qui a Patre egreditur*. ID.

5. Idem cum veteri edit. *proprietatem patris & intellectum parentis &c*. ID.

6. Isthæc *sicut manifestum esse poterit ei, qui totum perlegerit locum*, in Regin. ms. desiderantur. Mox ex Vatic. & veteri edit. restituo *spiritum suum*, cujus loco obtinebat in recto contra Auctoris mentem *Spiritus ejus*. ID.

7. Mss. *absque eo*. ID.

8. Erat antea *ex qua*, Reg. ms. *& quasi*. Tolos. *in qua*. Vid. Epist. LXIV. ad Fabiol. num. 19. Emendo pariter interpunctionem, cujus vitio nullus erat hujusce periodi sensus. ID.

9. Ms. *pro nobis*. ID.

10. Tolos. *in corde meo, exhortationes tuæ delectaverunt animam meam*. *Et aliter, consolationes tuæ &c*. Glossema ex

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 369.



animam meam: utroque enim scriptum esse modo, A in diversis exemplaribus invenitur. Sed & Pater, Deus omnis consolationis dicitur: consolans eos, qui in tribulatione sunt, ut ex ipsis angustiis per patientiam salutem primum, dehinc coronam gloriæ consequantur. Spiritus igitur consolator & sanctus, & Spiritus veritatis datur a Patre, ut semper cum Christi discipulis commoretur, cum quibus & ipse Salvator est, dicens: [a] *Ecce enim vobiscum sum usque ad consummationem sæculi.* Cum autem semper Apostolis & Spiritus sanctus adsit & Filius, sequitur, ut & Pater cum ipsis sit, quia qui recipit Filium, recipit & Patrem: & mansionem Filius cum Patre facit apud eos, qui digni adventu ejus exstiterint. Sed & ubi Spiritus sanctus fuerit, sta- B tim invenitur & Filius. Siquidem cum in Prophetis Spiritus sanctus sit, faciens eos futura præcinere, & alia quæ prophetalis operationis sunt, sermo Dei ad eos dicitur factus, ut ad id quod ad consuetudinem prophetarum est, *Hæc dicit Dominus*, etiam illud addatur, *Sermo qui factus est ad Isaiam*, sive ad reliquos.

XXIX. Quod autem Prophetæ Spiritum sanctum habuerint, Deo manifeste loquente cognoscimus. Ait enim: [b] *Quæcumque mandavi in Spiritu meo servis meis Prophetis.* Et Salvator in Evangelio significat justos viros, & eos qui ante adventum suum populo ventura [1] cecinerant, Spiritus sancti C aspiratione completos. Interrogans quippe Pharisæos quid eis de Christo videretur, & audiens quia esset [2] filius David, loquitur: [c] *Quomodo David in Spiritu vocat eum Dominum* dicens: *Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis? Si ergo David vocat eum in Spiritu sancto Dominum, quomodo Filius ejus est?* Et Petrus ad consortes fidei loquitur: [d] *Oportebat impleri Scripturam, quam prædixit Spiritus sanctus per os David de Juda*, &c. Et in eodem rursus libro: [e] *Qui per Spiritum*, inquit, *sanctum ore David pueri tui locutus es: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania?* Isaias quoque cum sermone Dei impulsus ad prophetandum fuisset, Spiritus sancti [3] imperio prophetasse D perhibetur: ut in fine eorumdem Actuum scribitur: [f] *Bene Spiritus sanctus locutus est per Isaiam prophetam ad patres vestros, dicens: Vade ad populum istum, & dic: Aure audietis*, & reliqua. Hanc igitur prophetiam quam Apostolus Paullus affirmat a Spiritu sancto pronuntiatam, ipse liber prophetæ a Domino dictam esse commemorat. [g] *Et audivi*, inquit Isaias, *vocem Domini, dicentem: Quem mittam, & quis ibit ad populum istum? Et dixi: Ecce ego, mitte me. Vade, inquit, & dic populo huic: Aure audietis.* Et post alia ipse Dominus ait: *Et convertentur, & sanabo illos.* Et statim propheta: *Quousque Domine?* Cum enim Dominus ad prophetam dixisset, ut ea quæ scripta [4] sunt, diceret; & E propheta jubenti Domino respondisset, *Usquequo Domine?* ea quæ in propheta a Domino dicta sunt, in Spiritu sancto commemorata Paullus affirmat. Ex quo liquido ostenditur, ut sæpe jam diximus, unam & voluntatem & naturam Domini esse, & Spiritus sancti, & in nuncupatione Spiritus etiam nomen Domini intelligi. Quomodo enim ad Corinthios vocabulum Dei super Patre positum, & Domini super Filio, neque Patri aufert dominationem, neque filio deitatem; [5] siquidem eadem ratione qua Pater Dominus est, & Filius Deus est: sic & Spiritus sanctus Dominus nuncupatur. Si autem Dominus, consequenter & Deus: ut paullo ante jam diximus, cum vocem Apostoli Petri ad Ananiam, qui pecuniam subtraxerat, poneremus: quia & deitas superintelligitur in Spiritu sancto.

XXX. Verum quoniam inde, quæstionis ordo deductus est: [h] *Cum autem venerit paracletus Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia:* age nunc ex ipso sermone quæramus, si quid in eo possimus invenire cum his consentire quæ dicta sunt. Spiritum sanctum a Patre in suo mitti nomine Salvator affirmat, cum proprie Salvatoris nomen sit Filius: si quidem naturæ consortium, & (ut ita dicam) proprietas personarum, ex ista voce signatur. In qua appellatione Filii, missus a Patre Spiritus sanctus, non servus, non alius, nec disjunctus a Filio intelligatur. Et quomodo Filius in Patris appellatione venit, dicens: [i] *Ego veni in nomine Patris mei:* Filii quippe tantummodo est in nomine Patris venire, salva proprietate Filii ad Patrem, & Patris ad Filium: sic e contrario, nullus alius venit in nomine Patris, sed verbi gratia, in Domini, & Dei, & omnipotentis. Quod manifestum advertere poteris, prophetas relegens ex animo. Nam & Moyses magnus Dei minister & famulus, in nomine ejus, *qui est:* & in nomine Dei Abraham & Isaac & Jacob venit, Deo ad eum loquente: [k] *Sic dices filiis Israel: Qui est, misit me ad vos.* Et rursus: *Dices eis: Deus Abraham, Isaac & Jacob misit me ad vos.* Servorum quippe justorum quales erant de quibus dixit: [l] *Mandabo in Spritu meo servis meis prophetis*, in nomine Dei facta est missio. Et [6] quia dignos se exhibuerunt Deo, in nomine Dei venisse referuntur. Rursus proficientes in majus, & sub unius Dei imperio consistentes, in omnipotentis Dei nuncupatione venerunt. Quia vero filii Israel in Ægypto commorantes, didicerunt eos qui non sunt, quasi deos colere, & mundi [7] patres divino honore venerari: consequens fuit, ut Moyses sub ejus, *qui est*, vocabulo ad eos mitteretur, & a falsis eos liberans diis, ad veram transduceret deitatem, & ad Dominum patrum Abraham, Isaac & Jacob.

XXXI. Quomodo ergo servi qui in nomine Domini veniunt, per hoc ipsum quod subjecti sunt & serviunt, indicant Dominum, proprietatem ejus referentes: servi quippe sunt Domini: sic & Filius

a Matth. XXVIII. 20. *b* Zach. I. 6. sec. LXX. *c* Matth. XXII. 43. 45. *d* Act. I. 16. *e* Actor. IV. 25. *f* Act. XXVIII. 25. 26. *g* Isa. VI. 8-11. *h* Joan. XIV. 26. *i* Joan. V. 43. *k* Exod. III. 14. 15. *l* Zach. I. 4.

criticorum audacia. Lectionis quam Didymus urget diversitas in verbis est, *lætificaverunt*, & *dilexerunt*. Re autem vera Græci aliquot libri habent *ἠγάπησαν*, *dilexerunt*, alii, *ηὔφραναν*, *lætificaverunt*, ut in Latinis. VALLARS.

1. Vat. *præcinerant*. ID.

2. Rectius vetus editio, *quia esset filius David, in Spiritu sancto loquentis: Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis; denuo interrogavit: Si ergo David vocat eum* &c. Aliter Tolos. *quia esset filius David, dixit, David enim loquitur de Deo, Dixit Dominus Domino meo &c.* ID.

3. Erat nec sine solœco *Spiritus sanctus imperio*. Quod nemo non putet typographi mendum, & reponat *sancti*, quemadmodum in antiquiss. editione, quam sequor. Sed malim equidem in recto *sanctus* retineri, pro *imperio* autem legi *per eum*, scilicet, per Isaiam. Hic nempe Auctoris est sensus, totusque inferior contextus conjecturam probat. ID.

4. Vetus editio *quæ scripta sunt, in spiritu diceret*. ID.

5. Vitiose erat duobus verbis *sic quidem*. ID.

6. Forte *qui*. ID.

7. Obtinebat antea *mundi partes*; pro *patres*. Reginæ ms, secunda manu *mundi principes*. ID.



qui venit in nomine Patris, proprietatem Patris portat & nomen, & per hæc unigenitus Dei Filius approbatur. Quia ergo Spiritus sanctus in nomine Filii a Patre mittitur, habens Filii proprietatem, secundum quod Deus est, non tamen filiétatem, ut Filius ejus sit; ostendit quia [1] unitate sit junctus ad Filium. Unde & Filii dictus est Spiritus, per adoptionem faciens filios eos, qui se recipere voluissent. [a] *Qui enim*, inquit, *estis filii Dei, misit Pater Spiritum Filii sui in corda nostra, clamantem: Abba, pater*. Iste autem Spiritus sanctus, qui venit in nomine Filii missus a Patre, docebit omnia eos qui in fide Christi perfecti sunt. Omnia autem illa quæ spiritualia sunt & intellectualia: & ut breviter universa concludam, omnia veritatis & sapientiæ sacramenta. Docebit vero, non quasi doctor & magister disciplinæ, quam aliunde est consecutus: siquidem hoc eorum est, qui sapientiam [2] & artes aliquas studio industriaque didicere; sed quasi ipse ars atque doctrina & sapientia veritatisque Spiritus, invisibiliter menti insinuat scientiam divinorum. Nam & Pater docet sic discipulos suos, dicente illo qui ab eo doctus fuerat: [b] *Deus docuisti me sapientiam*. Et audacter alio conclamante: *Docuisti me Deus a juventute mea*; atque ita omnes fiunt docti. Dei quoque Filius & sapientia Dei & veritas sic docet participes suos, ut disciplinam non arte doceat, sed natura. Unde & eum docentur solum magistrum vocare discipuli. Has easdem disciplinas quæ dantur a Patre & Filio in corda credentium, Spiritus sanctus ministrat his qui animales esse desierint. [c] *Animalis quippe homo non percipit ea quæ Spiritus sunt; arbitrans esse stultitiam quæ dicuntur*: Qui vero a perturbationibus purgaverit mentem suam, Spiritus sancti disciplinis, id est, sermonibus sapientiæ scientiæque complebitur, in tantum ut is qui ea susceperit dicat: [d] *Nobis autem revelavit Deus per Spiritum sanctum*. Deus autem his qui se ita præparaverint spiritum sapientiæ revelationisque largitur ad cognoscendum semet ipsum: qui accipientes spiritum sapientiæ, non aliunde, sed ab ipso Spiritu sancto efficiuntur sapientes, & ab ipso intelligunt Dominum, & quidquid Dei est voluntatis, & eumdem ipsum Spiritum, ipso revelante, cognoscunt, [e] *ut sciant quæ a Domino donata sunt eis*: ita ut is qui fuerit spiritum revelationis & sapientiæ consequutus, sufficiens sit veritatis dogmata prædicare, non humana sed Dei arte subnixus: sicut & unum ex his Apostolum possumus audire dicentem: [f] *Et prædicatio mea & sermo meus non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis: sed in ostensione spiritus* [3] *& virtutis Dei*. Æqualem vero spiritui virtutem non possumus aliam præter Christum Dominum nostrum interpretari. Ipse enim discipulis ait: [g] *Accipietis enim virtutem Spiritus sancti ve-*
A *nientem super vos*. Et ad Mariam Angelus: [h] *Spiritus*, inquit, *sanctus superveniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi*. Creatrix igitur virtus altissimi, Spiritu sancto superveniente in virginem Mariam, Christi corpus fabricavit: quo ille usus templo, sine viri natus est semine.

XXXII. Ex quibus ostenditur esse Spiritum sanctum creatorem, ut jam in [4] dogmatum volumine breviter ostendimus. Et in Psalmo ad Dominum dicitur: [i] *Auferes ab eis Spiritum tuum, & deficient, & in terram suam revertentur. Emitte Spiritum tuum, & creabuntur, & renovabis faciem terræ*. Nec mirum si dominici tantum corporis Spi-
B ritus sanctus conditor sit; cum Patri Filioque sociatus, eadem potestate creaverit omnia quæ Pater creavit & Filius: *Emitte enim*, ait, *Spiritum tuum, & creabuntur*. Porro jam frequenter ostendimus ejusdem operationis esse Spiritum sanctum, cujus est Pater & Filius, & in eadem operatione unam esse substantiam; & reciproce eorum quæ ὁμοούσια sunt, operationem quoque non esse diversam. Ut autem & aliud quoque testimonium quod nos possit adjuvare in fide Spiritus sancti ponamus, in Evangelio ita sermo contexitur: [k] *Adbuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis ea portare modo. Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, diriget vos in omnem veritatem. Neque enim loquetur a se-*
C *met ipso, sed quæcumque audiet, loquetur: & quæ ventura sunt annuntiabit vobis. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis. Omnia quæ habet Pater, mea sunt. Propterea dixi vobis: quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis*.

XXXIII. Ex his enim sacramentorum verbis edocemur, quod cum multa docuisset discipulos suos Jesus, dixerit: *Adbuc habeo plurima dicere vobis*, quia verbum istud, *Adbuc multa habeo dicere vobis*, non ad novos quoslibet [5] & penitus Dei gratia vacuos dirigitur: sed ad eos qui auditores verborum ejus, necdum fuerant omnia consecuti. Quæcumque enim sufficere poterant, tradens eis, in fu-
D turum tempus reliqua distulit: quæ sine disciplina Spiritu sancti scire non poterant: quia ante adventum dominicæ passionis [6] non erat datus hominibus Spiritus sanctus, Evangelista dicente: [l] *Non enim erat cuiquam Spiritus datus, quia Jesus necdum erat glorificatus*. Glorificari dicens Jesum, mortem gustare pro cunctis. Itaque post resurrectionem apparens discipulis suis, & insufflans in faciem eorum: [m] *Accipite*, inquit, *Spiritum sanctum*. Et rursum: [n] *Accipietis virtutem Spiritus sancti venientis super vos*. Quo veniente in corda credentium, implentur sermonibus sapientiæ & scientiæ, & sic spirituales effecti, suscipiunt Spiritus sancti discipli-
E nam, quæ possit eos deducere in omnem verita-

a Gal. IV. 6. *b* Psal. LXX. 17. *c* I. Cor. II. 14. *d* Ibid. ℣. 10. *e* Ibid. ℣. 12. *f* Ibid. ℣. 4. *g* Act. I. 8.
h Luc. I. 35. *i* Psal. CIII. 29. 30. *k* Joan. XVI. 12-15. *l* Joan. VII. 39. *m* Joan. XX. 22. *n* Act. I. 8.

1. Ita mss. omnes habent *unitate*, editi vero *unice*. Mox Vatic. cum Tolos. *per adoptionem suam faciens* &c. VALLARS.

2. Vatic. *& virtutes aliquas*. Postea Tolos. *sed quasi ipse ars* &c. ID.

3. Idem Vatic. *& veritatis Dei*, Græco ipso textu renuente. ID.

4. Recole quæ de hoc libro περὶ δογμάτων diximus supra §. V. ID.

5. Maxima heic dissensio exemplarium est. Vetus editio, *& penitus Dei sapientiam nescientes dirigit*. Vatic. *Dei sapientiam nescientes dirigitur*. Reg. *Dei sapientia ignaros* &c. Tolos. *& plenos Dei sapientia dirigitur sicut fuerunt Justi & Prophetæ, sed ad eos, qui verborum ejus auditores nec dum fuerint* &c. Tum denuo Vatic. *necdum fuerant omnia consecuti, quæ postea pro nomine ejus sufferre poterant, sed aliqua ex parte tradens eis illa, quæ majora erant in posterum differens, commendans & illa, quæ in futurum tempus ideo distulit, ut reliqua disciplina Spiritus sancti sui, quæ . . . . non poterant si primitus in nostro capite magisterium & forma crucis periret. Quæcumque enim sufferre poterant* &c. Eadem ferme Tolosanus præponit, tantumque rectius legit, *nisi primitus in nostro capite magisterium & forma crucis præiret; quia ante adventum Dominicæ passionis* &c. ex quibus boni aliquid lector extundat. ID.

6. Tolos. *nondum erat Spiritus datus, quia Jesus nondum fuerat glorificatus. Quid est Jesum nondum honorificatum? Glorificari dicens* &c. ID.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 369.

tem. Necdum enim [1] instante hora in qua oportebat eos Spiritu sancto repleri, tunc quando dixit ad eos, [a] *Adhuc multa habeo vobis dicere*, consequenter addit, *sed non potestis ea portare modo*. Adhuc enim typo legis, & umbræ, & imaginibus servientes, non poterant veritatem (cujus umbram lex portabat) inspicere, [2] unde nec spiritualia sustinere. *Cum autem*, ait, *venerit ille*, hoc est, *paracletus Spiritus veritatis, diriget vos in omnem veritatem*, sua doctrina, & institutione vos transferens a morte litteræ, ad spiritum vivificantem, in quo solo omnis Scripturæ veritas posita est. Ipse ergo Spiritus veritatis, ingrediens puram & simplicem mentem, signabit in vobis scientiam veritatis, & semper nova veteribus adjungens, diriget vos in omnem veritatem.

XXXIV. Ad Deum quoque Patrem quidam allegans preces, loquitur: [b] *Dirige me in veritate tua*: hoc est, in Unigenito tuo, propria voce testante: [c] *Ego sum veritas*. Quam perfectionem tribuit Deus mittens Spiritum veritatis, qui credentes in totam dirigat veritatem. Dehinc in consequentibus de Spiritu veritatis, qui a Patre mittatur, & sit paracletus, Salvator (qui & veritas) ait: *Non enim loquetur a semet ipso*: hoc est, non sine me, & sine meo & Patris arbitrio, quia inseparabilis a mea & Patris est voluntate. Quia non ex se est, sed ex Patre & me est, hoc enim ipsum quod subsistit & loquitur, a Patre & me illi est. Ego veritatem loquor, id est, inspiro quæ loquitur. Siquidem Spiritus veritatis est. Dicere autem & loqui in Trinitate, non secundum consuetudinem nostram, qua ad nos invicem sermocinamur & loquimur, accipiendum, sed juxta formam incorporalium naturarum, & maxime Trinitatis, quæ voluntatem suam [3] inserit in corde credentium, & eorum qui eam audire sunt digni: hoc est, dicere & loqui.

XXXV. Nos quippe homines quando de aliqua re ad alterum loquimur, primum quod volumus, [4] mente concipimus absque sermone. Inde in alterius sensum volentes transferre, linguæ organum commovemus, & quasi quoddam plectrum chordis dentium collidentes, vocalem sonum emittimus. Quomodo igitur nos [5] linguam, quam palato dentibusque collidimus, & ictum aerem in diversa temperamus eloquia, ut nobis nota communicemus in alios, ita & auditorem necesse est patulas præbere aures, & nullo vitio coarctatas, in ea quæ dicuntur [6] arrigere, ut possit ita scire quæ proferuntur, quomodo novit ea ille qui loquitur. Porro Deus simplex & incompositæ spiritualisque naturæ, neque aures, neque organa, quibus vox emittitur, habet; sed solitaria incomprehensibilisque substantia nullis membris partibusque componitur. Quæ quidem de Filio & de Spiritu sancto similiter accipienda.

XXXVI. Si quando ergo legimus in Scripturis: [d] *Dixit Dominus Domino meo*. Et alibi. [e] *Dixit Deus, fiat lux*, & siqua his similia, digne Deo accipere debemus. Neque enim ignorante Filio (qui sapientia & veritas est) Pater suam nunciat voluntatem, cum omne quod loquitur, sapiens verusque subsistens, in sapientia habeat [7] & in substantia. Loqui ergo Patrem, & audire Filium, vel e contrario, Filio loquente, audire Patrem, ejusdem naturæ in Patre & Filio consensusque significatio est. Spiritus quoque sanctus, qui est spiritus veritatis, spiritusque sapientiæ, non potest Filio loquente audire quæ nescit, cum hoc ipsum sit quod profertur a Filio, id est, [8] procedens a veritate, consolator manans de consolatore, Deus de Deo, Spiritus veritatis procedens. Denique ne quis illum a Patris & Filii voluntate & societate discerneret, scriptum est: [f] *Non enim a semet ipso loquetur, sed sicut audiet loquetur*. Cui etiam simile de se ipso Salvator ait: [g] *Sicut audio, & judico*. Et alibi: [h] *Non potest Filius* [9] *a se facere quidquam, nisi quod viderit Patrem facientem*. Si enim unus est Patri Filius, non juxta Sabellii dictum Patrem & Filium confundentis, sed juxta indiscretionem essentiæ sive substantiæ, non potest quidquam absque Patre facere, quia separatorum diversa sunt opera, sed videns operantem Patrem, & ipse operatur, non secundo gradu, & post illum operans. Alia quippe Patris, alia Filii opera esse inciperent, si non æqualiter fierent. Scriptum est autem: *Quæ enim ille facit*, haud dubium quin Pater, *hæc eadem Filius similiter facit*. [10] Quod si operante Patre & Filio, non juxta ordinem, primi & secundi, sed juxta idem tempus operandi eadem & indissimilia, subsistunt universa quæ fiunt, & Filius non potest a semet ipso quidquam facere, quia a Patre non potest separari, sic & Spiritus sanctus nequaquam separatus a Filio, propter voluntatis naturæque consortium, non a semet ipso creditur loqui, sed juxta verbum & veritatem Dei loquitur universa quæ loquitur. Hanc opinionem sequentia Domini verba confirmant, dicentis: *Ille me clarificabit*, id est, Paracletus; *quia de meo accipiet*. Rursum heic, [11] accipere, ut divinæ naturæ conveniat intelligendum.

XXXVII. Quomodo ergo filius dans, non privatur his quæ tribuit, neque cum damno suo impertit aliis, sic & Spiritus non accipit quod ante non habuit. Si enim quod prius non habebat accepit, translato in alium munere, vacuus largitor effectus est, cessans habere quod tribuit. Quomodo igitur supra de naturis incorporalibus disputantes intelleximus, sic & nunc Spiritum sanctum a Filio accipere, id quod suæ naturæ fuerat cognoscendum est, & non dantem & accipientem sed unam significare substantiam. Siquidem & Filius eadem a Patre accipere dicitur, quibus ipse subsistit. Neque enim

a Joan. XVI. 12. *b* Psalm. XXIV. 5. *c* Joan. XIV. 6. *d* Psalm. CIX. 1. *e* Gen. I. 3. *f* Joan. XVI. 13. *g* Joan. V. 30. *h* Ibid. ỷ. 19.

1. Forte *instabat hora*. VALLARS.
2. Erat *ne spiritualia*. Vetus edit. *nec denique*. Vat. *neque*. ID.
3. Legerat olim Gratianus *ingerit in corda credentium. & eorum cordibus inserit, qui eam* &c. Mox Tolos. *dicere, scire, & intelligere, & loqui*. ID.
4. Vetus edit. *mente concipimus, & quia non valemus absque sermone in alterum sensum transferre, linguæ organum commovemus*. Exinde Reginæ liber *& dentes quasi quoddam plectrum cordis collidentes*, &c. ID.
5. Editi plerique *linguam quam palato* &c. emendamus a scriptis. ID.
6. Assentior Barthio, qui *arrigere* scripsit, pro *erigere*, quod hactenus obtinuerat. ID.
7. Olim erat *& in veritate substantiam*. ID.
8. Penes Gratianum est *procedens Deus de Deo, Spiritus veritatis procedens a veritate, consolator manans* &c. rectius. IDEM.
9. Voculas *a se* ex Vatic. suffecimus consentiente etiam Græco textu ἀφ' ἑαυτοῦ. Deinde vetus editio *Si enim unum est Pater & Filius non juxta Sabellii dictum*. Codices Vatic. & Regin. *Sabellii vitium*. ID.
10. Regin. ms. *Quomodo operante Patre*, rectius: & paullo post consentiente etiam Vatic. *eadem & similia subsistunt*. ID.
11. Al. *accipiet*. ID.

quid aliud est Filius, exceptis his quæ ei dantur a Patre, neque alia substantia est Spiritus sancti præter id quod datur ei a Filio. Propterea autem ista dicuntur, ut eamdem in Trinitate credamus esse naturam Spiritus sancti, quæ est Patris & Filii.

XXXVIII. Quia ergo omnis humana vox nihil potest aliud judicare quam corpora, & Trinitas, de qua nunc nobis sermo est, omnes materiales substantias superat, idcirco nullum verbum potest ei proprie coaptari, & ejus significare substantiam, sed omne quod loquimur, καταχρηστικῶς, id est, abusive est, & de incorporalibus cunctis, & maxime cum de Trinitate loquimur. Glorificat itaque Filium Spiritus sanctus, ostendens illum & in apertum proferens his qui mundo corde eum intelligere & videre sunt digni, & splendorem substantiæ, & imaginem invisibilis Dei scire. Rursum imago ipsa ostendens se puris mentibus, glorificat Patrem, insinuans eum nescientibus, ipse enim ait: [a] *Qui videt me, videt & Patrem*. Pater quoque revelans Filium his qui ad calcem scientiæ pervenire meruerunt, glorificat unigenitum suum, ostendens ejus magnificentiam atque virtutem. Sed & ipse Filius tribuens Spiritum sanctum his qui se dignos ejus munere præparaverunt, & [1] pandens sublimitatem glorificationis, & magnitudinis ejus virtutem, glorificat illum. Deinde interpretationem inferens [2] cum modo dixisset, *de meo accipiet*, protinus subjecit: [b] *Omnia quæ habet Pater, mea sunt, propterea dixi, de meo accipiet & annunciabit vobis*, quodammodo loquens: Licet a Patre procedat Spiritus veritatis, & det [3] illi Deus Spiritum sanctum petentibus se, tamen quia omnia quæ habet Pater, mea sunt, & ipse Spiritus Patris meus est, & de meo accipiet. Cave autem cum ista dicuntur, [4] ne grave labaris intelligentiæ in vitium, & putes rem aliquam esse, & possessionem, quæ a Patre habeatur ac Filio. Verum quæ habet Pater juxta substantiam, id est, æternitatem, immutabilitatem, incorruptionem, [5] immutabilem bonitatem, de se & in se subsistentem, hæc eadem habet & Filius. Et, ut plus inferam, quidquid Filius ipse subsistit, & quæcumque sunt Filii, hæc eadem & Pater habet. Procul hinc absint dialecticorum tendiculæ, & sophismata a veritate pellantur, quæ occasionem impietatis ex pia prædicatione capientia, dicunt: Ergo & Pater est Filius, & Filius Pater. Si enim dixisset, omnia quæcumque habet Deus, mea sunt, haberet impietas occasionem confingendi, & verisimile videretur esse mendacium. Cum vero dixerit, *Omnia quæ habet Pater, mea sunt*, Patris nomine se Filium declaravit, Paternitatem, qui Filius erat, non usurpavit: quamquam & ipse per adoptionis gratiam, multorum sanctorum sit Pater, secundum illud quod in Psalmis legitur: [c] *Si custodierint Filii tui*. Et iterum: [d] *Si dereliquerint filii ejus legem meam*. Sed in hoc sermone sensuque præposito, consequenter ea quæ diximus superius Patris esse, habet & Filius, & quæ Filii sunt, habet & Spiritus sanctus. Ait quippe, *de meo accipiet, propterea & ventura annuntiabit vobis*. Per Spiritum siquidem veritatis, sanctis viris futurorum scientia certa conceditur. Unde & prophetæ hoc eodem repleti [6] Spiritu, prænunciabant sensu, & quasi præsentia intuebantur, quæ erant deinceps secutura. Satis hæc abundeque juxta ingenii nostri paupertatem de præsenti Evangelii capitulo dixisse sufficiat. Si quibus autem Dominus revelaverit, & in viciniam veritatis adducti sunt, magisque possunt cernere veritatem, disputationi illorum concedamus meliora, quibus ille suffragatur qui est Spiritus veritatis: & petimus eos qui lecturi sunt, ut ignoscant imperitiæ, studioque dent veniam, cupienti totum Deo offerre quod potuit, licet suam non quiverit implere voluntatem.

XXXIX. Proponamus, & Apostoli ad Romanos epistolæ testimonium: quæque nobis in illa videntur præsenti materiæ congruere, ventilemus. [e] *Ut justificatio, inquit, legis impleatur in vobis: qui non juxta carnem ambulatis, sed secundum spiritum. Qui enim juxta carnem sunt, ea quæ carnis sunt sapiunt: qui vero juxta spiritum, ea quæ spiritus sunt sentiunt. Sapientia quippe carnis mors est: sapientia autem spiritus, vita & pax. Quoniam sapientia carnis inimica est Deo: legi quippe Dei non subjicitur: neque enim potest. Qui vero in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem non estis in carne, sed in spiritu: si tamen Spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est ejus. Si autem Christus est in vobis: corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus vero vivit propter justitiam. Si autem Spiritus ejus qui suscitavit Jesum a mortuis, habitat in vobis: qui suscitavit Jesum Christum a mortuis, vivificabit & mortalia corpora vestra propter inhabitantem Spiritum ejus in vobis. Ergo* [7] *, fratres, debitores sumus non carni, ut secundum carnem vivamus. Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis. Quicumque enim Spiritu Dei aguntur, hi filii sunt Dei. Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore: sed accepistis Spiritum adoptionis in quo clamamus: Abba, Pater. Ipse enim Spiritus testimonium perhibet spiritui nostro, quia sumus filii Dei. Si autem filii, & heredes: heredes quidem Dei, coheredes autem Christi: si tamen compatimur, ut & conglorificemur*. In præsenti Apostoli capitulo plurima de societate Spiritus, quam habet cum Patre & Filio demonstrantur. Ait quippe Apostolus, justificationem divinam, & spiritualis legis expleri in his: non qui juxta carnem ambulant, sed juxta spiritum. Juxta carnem ambulantem eum, qui per voluptates vitia carnis corpori copulatus, facit omnia quæ carnis sunt & corporis opera, Apostolicus sermo descripsit. Porro juxta Spiritum ambulantem eum, qui in præceptis legis Dei, & Evangelii gradiens, spiritualium sequitur ordinem mandatorum. Siquidem sicut carnalium vitium est ea sapere quæ carnis sunt, ea cogitare quæ corporum, sic e contrario spiritualium virtus est, semper cogitare de cælestibus & æternis, & his tractare quæ spiritus sunt. Sed carnis sapientia, illico morte sibi sociata, interficit eos, qui juxta carnem gradiuntur & sapiunt: sapientia vero spiritus,

a Joan. XIV. 9. *b* Joan. XVI. 15. *c* Psalm. CXXXI. 12. *d* Psalm. LXXXVIII. 31. *e* Rom. VIII. 4-17.

1. Iidem mss. cum veteri edit. *pandens ejus* (al. *eis*) *sublimitatem* (al. *proprietatem*) *glorificationis, & magnitudinis, glorificat*. VALLARS.
2. Emendo ex Barthii conjectura, cum perperam esset uno verbo *quomodo*. ID.
3. Ut sensus constet, voculam *illi* expunge: tum Regin. cod. *petentibus, atque tamen omnia* &c. ID.
4. Malim quod in veteri edit. erat, *ne prava intelligentia labaris in vitium*, cui fere concinit Regin. ms. ID.
5. Illud *immutabilem* abundat heic loci, nec in Reginæ ms. invenitur. Deinde verba, *Et ut plus inferam, quidquid Filius ipse subsistit*, ex mss. omnium consensu ac fide restituo. ID.
6. Reginæ cod. *eodem repleti Spiritu, pronuntiabant & sensu*. ID.
7. Deerat *fratres*, quod e mss. suffecimus. ID.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 369.



mentis tranquillitatem, & pacem, & vitam habentibus se largitur æternam. Quam cum possederint, omnes perturbationes & genera vitiorum, & ipsos quoque dæmones (qui hæc suggerere nituntur) habebunt sub pedibus suis. Sapientia ergo carnis cum morti juncta sit, inimica est Deo. Inimicos quippe eos reddit, qui suis legibus vixerint: contraria semper, & repugnans voluntati & Legi Dei. Neque enim fieri potest, ut qui in sapientia carnis est, Dei præcepta custodiat, & voluntati illius subjiciatur. Quamdiu servimus voluptatibus, servire Deo non possumus. Cum autem titillantem subjecerimus nostris pedibus luxuriam, & totos nos ad Spiritum transferentes, nequaquam fuerimus in carne, id est, in carnis passionibus, tunc subjiciemur Deo. Neque enim de carne hac in qua vivimus, & in cujus vasculo nostra anima continetur, Apostoli sermo est, quia omnes sancti, corpore & carne circumdati, placuerunt Deo: sed ad id potius quod contra Dei præceptum ex humana societate perpetratur, de quibus est: [a] *Diliges Dominum Deum tuum*. Et: [b] *Quod tibi non vis fieri &c.* Vos autem, ait, haud dubium quin discipuli Christi, qui sapientiam Spiritus suscepistis, [1] & vitam & pacem: non estis in carne, id est, in carnis operibus, neque ejus opera perpetratis, siquidem Spiritum Dei habetis in vobis. Idem autem Spiritus Dei, & Spiritus Christi est, deducens & copulans eum qui in se habuerit, Domino Jesu Christo. Unde & in consequentibus scribitur: *Si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est ejus.*

XL. Rursum in præsenti discimus societatem quam habet Spiritus sanctus ad Deum, & ad Christum. Sed & in Epistola Petri, Spiritus sanctus esse Christi Spiritus comprobatur: [c] *Scrutantes*, inquit, *& inquirentes*, id est Prophetæ, de quibus ei fuerat sermo superior, [2] *in quod, & quale tempus significabat is, qui in eis erat Spiritus Christi: testificans in Christo passiones, & ea quæ post erant secutura decreta: in quibus revelatum est: quia non sibi, sed nobis ministrabant ea quæ nunc annuntiata sunt vobis per Spiritum sanctum.* Iste autem Spiritus sanctus dictus est, & Spiritus Dei, non in præsenti tantum sermone, sed & in aliis locis compluribus, ut ibi: [d] *Ea quæ Dei sunt, nemo novit nisi Spiritus Dei.* Deinde sequitur post hoc quod ait: [e] *Si quis autem Spiritum Dei non habet, hic non est ejus*, & infertur, *Si autem Christus in vobis*, & manifestissime demonstratur inseparabilem esse Spiritum sanctum a Christo: quia ubicumque Spiritus sanctus fuerit, ibi & Christus est, & undecumque Christi Spiritus discesserit, inde pariter recedit & Christus: *Si quis* enim *Spiritum Christi non habet, hic non est ejus.* Cui conjuncto siquis contrarium assumat, dicere potest: Si quis Christi est, ita ut Christus in eo sit, in hoc Spiritus Dei est. Hoc autem idem & de Deo Patre similiter A usurpandum: Si quis Spiritum Dei non habet, iste non est ejus. Cui rursum contrarium siquis assumat, dicens: Si quis Dei est, in hoc Spiritus Dei est. Unde scribitur: [f] *Nescitis quia templum Dei estis, & in vobis habitat Spiritus Dei?* Et in Joannis epistola: [g] *In hoc cognoscitur Deus habitans in quibusdam, cum manserit in eis Spiritus quem dedit.* Ex quibus omnibus indissociabilis, atque indiscreta Trinitatis substantia demonstratur.

XLI. Cum ergo ait: [h] *Si Christus in vobis est, corpus quidem mortuum propter peccatum:* nequaquam vitiis lasciviæque deserviens, [3] sed mortificatum peccato, non commovetur ad vitia: & nequaquam erit B vitale peccato. Postquam autem corpus peccato mortuum fuerit, Christus [4] in his qui sua corpora mortificaverunt, præsens Spiritum vitæ ostendit per justitiam, sive correctionem operum virtutum immortalium, sive fidem Jesu Christi, in his qui juxta fidem illius conversantur. Deinde Apostolus alio syllogismo conjuncto utitur, quod significantius dialectici ἀξίωμα vocant, & ait: [i] *Si autem Spiritus ejus qui suscitavit Christum a mortuis, habitat in vobis, qui suscitavit Christum a mortuis, vivificabit & mortalia corpora vestra per inhabitantem Spiritum suum in vobis.* Nonne tibi videtur dicere, quia si Spiritus ejus qui suscitavit Christum Jesum, id est, qui ejusdem Jesu Christi Spiritus C est, habitat in vobis; consequenter vivificabuntur & mortalia corpora vestra cum [5] immortalibus animabus ab eo qui suscitavit Christum Jesum a mortuis, principem, & primogenitum resurrectionis? Et quibus tale tantumque divinitus per Spiritum munus indultum est, debitores sumus Spiritui, non carni, ut juxta eam vivamus. Siquidem qui juxta carnem vixerit, morietur illa morte quæ peccatum sequitur. [k] *Peccatum quippe cum consummatum fuerit, generat mortem*, secundum Jacobum. Sed & Ezechiel peccantem animam mori scribit [l]: separatur enim jam a via, quæ in sapientia Spiritus collocata est.

D XLII. Si quis autem transscenderit vitam [6] carnis, & Spiritu opera carnis mortificaverit: vivet beata æternaque vita, relatus in filios Dei, & directus in viam rectam, propter Spiritum sanctum, qui & Dei Spiritus appellatur. [m] *Si enim*, inquit, *juxta carnem vixeritis, moriemini: quod si spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis.* Et in consequentibus: *Quotquot enim Spiritu Dei aguntur, hi filii sunt Dei.* Rursum refocillans eos, & consolans, & provocans sperare meliora, quibus loquebatur, ait: [n] *Non enim accepistis iterum spiritum servitutis in timore*: id est, non similitudine servorum, metu & terrore pœnarum vos [7] abstinetis a vitiis: quia habetis vobis datum a Patre Spiri- E tum adoptionis, id est Spiritum sanctum, qui ipse Spiritus, & Dei, & Christi, & veritatis dici-

a Deut. VI. 5. *b* Tob. IV. 16. *c* I. Pet. I. 11. 12. *d* I. Cor. II. 11. *e* Rom. VIII. 9. 10. *f* I. Cor. III. 16. *g* I. Joan. IV. 13. *h* Rom. VIII. 10. *i* Ibid. ℣. 11. *k* Jac. I. 15. *l* Ezech. XVIII. 20. *m* Rom. VIII. 13. 14. *n* Ibid. ℣. 15.

1. Erat *& vitam pacis*, dissentientibus mss. VALLARS.

2. Iterum vitiose erat, & nullo sensu *in quo ait, quale tempus &c.* neque ut Scripturæ locus scribebatur, ut alia menda interpunctionis &c. quibus totus scatebat hic liber, dissimulemus. ID.

3. Vatic. *si* pro *sed*. Ut sensus tamen utcumque constet cum superiori Apostoli sententia, verbum aliquod supplendum est, puta, *illud intelligite quod nequaquam &c.* aut quid simile. ID.

4. Vide num isthæc sit præferenda Reginæ codicis lectio, *Christus, suis qui sua corpora mortificaverunt per præsentem Spiritum, vitam ostendit, per justitiam operum, sive per correctionem vitiorum mortalium, sive per fidem Jesu Christi &c.* ID.

5. Ita ferunt vetus editio & Reginæ ms. Antea erat *cum immortalium animabus*. Mox eadem vetus edit. *primogenitum illum resurrectionis ostendens. Quare & quibus tale &c.* ID.

6. Est Reginæ codicis integrior lectio hæc & concinnior. Antea erat tantummodo *transscenderit vitam carnis, & Spiritu opera carnis mortificaverit*. ID.

7. Vat. *abstinete a vitiis, qui habetis vobiscum datum &c.* deinde *qui ipse Spiritus Filii & Christi, & veritatis &c.* IDEM.

tur atque sapientiæ. Si autem Spiritus iste adoptat in Filios Dei eos, quorum dignatione sui habitator efficitur, tibi consequentium super potentia ejus intelligentiam derelinquo.

XLIII. Porro in hoc adoptionis Spiritu clamant qui habuerint illum, patrem Deum, sicut ostendit sermo, dicens: [a] *In quo clamamus: Abba, Pater*: ipso Spiritu qui nos adoptat in filios, testimonium præbente participatione sui, quod a nostro Spiritu possidetur, quia filii Dei sumus. Cui consequens est Deum quidem quasi [1] patrem, hereditarias nobis divitias contulisse, spiritualia dona: Christi vero coheredes nos esse, eo quod fratres ejus, per gratiam & benignitatem ipsius appellamur. Erimus autem heredes Dei, coheredes autem Christi si compatiamur: ut & conglorificari ei ex passionum societate mereamur.

XLIV. Verum quia & hoc juxta id quod potuimus edissertum est, proponamus Prophetæ capitulum, quædam de Spiritu sancto continens, ut non solum de novo, verum etiam de veteri Testamento super ejus fide intellectuque doceamur. Nam & superius prælocuti sumus, in omnibus sanctis, tam his qui post adventum Domini nostri fuerunt, quam etiam retro, in Patriarchis videlicet & Prophetis, Spiritus sancti gratiam fuisse versatam, & eos diversis charismatibus virtutibusque complesse. Quomodo enim unius Dei, & Unigeniti ejus gratiam possidentes, tam hi qui ante, quam etiam illi qui post adventum ejus, justitiæ erexere vexillum, veritatis sunt scientiam consecuti; sic & Spiritus sancti gratiam possidebunt, quia inseparabilem a Patre, & Filio esse, Spiritum sanctum in multis supra locis ostendimus. Scriptum est ergo in Propheta: [b] *Misericordiæ Domini recordatus sum, & virtutis ejus in omnibus quæ retribuit nobis. Dominus judex bonus domui Israel: inferens nobis juxta misericordiam suam, & juxta multitudinem justitiæ suæ. Et dixit:* [2] *Nonne populus meus, filii? & non prævaricabuntur. Et factus est illis in salutem ex omni tribulatione eorum. Non legatus, neque Angelus, sed ipse salvavit eos: eo quod dilexerit eos, & pepercerit eis. Ipse redemit eos, & suscepit eos, & exaltavit eos in omnibus diebus sæculi. Ipsi vero non crediderunt, & irritaverunt Spiritum sanctum ejus: & conversus est eis ad inimicitiam. Ipse debellavit eos, & recordatus est dierum antiquorum. Qui eduxit de terra pastorem ovium, qui posuit in eis Spiritum sanctum, congregans dextera Moysen.*

XLV. Qui frequenter Dei adepti sunt beneficia, scientes gratia magis, & misericordia ejus, quam propriis ex se fuisse operibus consecutos, quasi uno omnes consensu, & animo concordantes loquuntur, *Misericordiæ Domini recordatus sum.* Cogitantes

A enim quæ ab eo frequenter in Moyse dona susceperint, gratias referunt, & cum misericordia, etiam virtutum Domini recordantur, sive mirabilium, quæ crebro pro eis fecit in populis, sive profectuum animæ, quibus per Legem, & Prophetas, & præcepta ejus salubria eruditi sunt. Siquidem in Scripturis nomen virtutis utrumque significat. Recordari autem se misericordiæ, & virtutum ejus, inquiunt, in omnibus quæ retribuit eis, non juxta justitiam suam, sed juxta misericordiam & bonitatem ejus, qui est judex domui videnti, [3] & sensui mundo corde cernenti Dominum. Hoc siquidem ex Hebræo sermone in lingua nostra interpretatur *Israel*, id est, *mens videns* [4] *Deum*. Li-
B cet enim tormenta, & cruciatus judex nonnunquam inferat judicium merentibus, tamen qui caussas rerum altius intuetur, videns propositum bonitatis ejus, qui cupit corrigere peccantem, bonum illum confitetur, dicens, *Inferens nobis juxta misericordiam suam*. Si enim iniquitates eorum quos judicat attendat Dominus, quis sustinebit? Porro quia apud Dominum propitiatio est: Dominus videlicet noster atque Salvator, infert nobis secundum misericordiam suam omnia quæ nos provehant ad salutem. Inferens quoque juxta misericordiam suam, [5] & hoc faciens in judicio, cum justitia nobis tribuit, quæ admixta misericordiæ bonitate largitus est.
C

XLVI. Arguendus [6] est ex præsenti capitulo hæreticorum error, qui bonitatem a justitia separantes, alium Deum bonum, alium justum finxerunt. Ecce enim in præsentiarum ipse est Deus, & bonus, & judex, & juxta misericordiam suam justitiamque restituens, & pariter bonus justusque subsistens. Frustra igitur iniquum dogma [7] simulantes, bonum Deum Evangelii, & veteris Testamenti justum esse defendunt, quia & in plurimis aliis locis, & nunc in Prophetæ sermone, *judex bonus* scribitur Deus, & e contrario quod nolunt, in Paulli Apostoli epistola (qui certe novi Testamenti prædicator est) Deus justus judex refertur. [c] *Re-
D posita est mihi*, inquit, *corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die justus judex*. Idem est ergo, licet nolint, novi & veteris Testamenti Deus, visibilium & invisibilium conditor, Salvatore etiam in Evangelio justum & bonum Patrem liquido attestante: [d] *Pater juste, mundus te non cognovit*. Et in alio loco: [e] *Nemo bonus, nisi unus Deus*. Sed & in veteri lege alibi justus, alibi bonus dicitur Deus. In Psalmis: [f] *Justus Dominus*, inquit, *& justitias dilexit*. Et e contrario in Jeremia: [g] *Bonus Dominus his qui sustinent eum*. Rursus in Psalmis: [h] *Quam bonus Deus Israel, his qui recto sunt corde!* Et hæc quidem e latere contra hæreticos strictim dicta sunt. Tem-
E pus autem est, ut propositum Prophetæ ordinem prosequamur, qui ita contexitur: *Et dixit*, haud

a Rom. VIII. 15. *b* Isa. LXIII. 7-12. sec. LXX. *c* II. Tim. IV. 8. *d* Joan. XVII. 25. *e* Marc. X. 18. *f* Psalm. X. 18. *g* Thren. III. 25. *h* Psalm. LXXII. 1.

1. Cod. Reginæ *qua a nostro spiritu possidetur*, & paullo post cum veteri quoque editione, *quasi patrem hereditari a nobis, Christi vero coheredes &c.* absque illis, *divitias contulisse spiritualia dona*. VALLARS.

2. Erit operæ pretium insignem istud Isaiæ locum recolere ad Græcum exemplar, ad cujus fidem nonnulla emendavimus. Pro *Nonne populus meus filii?* erat negandi sensu. *Non populus meus filii*, contra mss. Reginæ, & Vaticani fidem. Græcus quoque Οὐχ ὁ λαός μου, &c. ID.

3. Vetus editio, *& sensu mundo cernenti Deum*. ID.

4. Vitiose & contra mss. finem antea erat *Dominum*. Hæc porro nominis Israel etymologia, sive νοῦς ὁρῶν Θεόν, Græcis præcipue arrisit, Olympiodoro in cap. 1. Ecclesiastæ, Leontio de Sectis, Theophani Cerameo aliisque. E Latinis apud Optatum Milevitanum invenias lib. 2. in fine, & Hieronymum quoque ex aliorum sensu. Quei autem ex ea voce ישראל extundi possit, alibi diximus. IDEM.

5. Verba *& hoc faciens* in Reginæ ms. expunguntur. Mox Vatic. *nobis tribuit, quia ea juxta misericordiæ bonitatem largitus est*. ID.

6. Hinc tertium librum auspicantur editores alii. Absonum vero est maxime, quod a media Isaiæ loci expositione inceperint. ID.

7. Reginæ liber *bonum de Evangelio, & de veteri Testamento justum esse defendunt*. ID.

dubium quin Dominus, [a] *Nonne populus meus, filii?* A *nec prævaricabuntur*. Non erant, inquit, similes his qui generati sunt & exaltati, & eum qui genuit illos, despexere. *Et factus est eis in salutem*, id est, illis de quibus Dominus ait: *Nonne populus meus, filii? & non prævaricabuntur*. Hoc enim ipsum quod non prævaricati sunt, nec spreverunt patrem, eis factus est in salutem: vel ob idipsum quod appellati sunt filii, caussa eis salutis effectus est. Quæ salus a Christo Domino contributa, Angeli quoque ad pastores voce firmatur, dicentis: [b] *Ecce evangelizo vobis* [1] *gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie Salvator, qui est Christus Dominus, in civitate David*. Ipse factus est cunctis, qui in eum B credunt, occasio salutis æternæ, & ipse est salvator mundi, qui venit quærere quod perierat. Et ipse est, de quo chorus sanctorum canit. [c] *Deus noster* [2], *Deus salvandi*.

XLVII. Quia igitur Deus erat, qui salutem præbebat æternam, dictum est, *Non legatus, neque Angelus*, id est, non Propheta, non Patriarcha, non legislator Moyses salvavit eos. Omnes enim quos nominavi, poterant ad Dominum fungi legatione pro populo. Denique Moyses interpellans eum pro delinquente plebe, ait: [d] *Si dimittis eis peccatum eorum, dimitte*. Sed obsecravit veniam quadraginta diebus jejunans, & misericordiam Dei, C animæ afflictione provocans. Nemo autem de horum numero legatorum potest esse salvator, indigens & ipse eo, qui salutis largitor verus est. Nam & Angeli, quamquam spiritus sint, & ad diversa propter eos qui salutem accepturi sunt, ministeria mittantur, non sunt tamen auctores salutis, sed eum qui fons salutis est, interpretantur & nunciant. Unde dictum est, *Non legatus, neque Angelus, sed ipse Dominus salvavit eos*. Non propter aliud quid, sed propter id, *quod diligeret eos, & parceret eis*. Parcere autem dicitur, quasi creaturis suis, juxta illud quod alibi scribitur: [e] *Parces autem omnibus Domine amator animarum, quia tuæ sunt, neque enim odies, quos fecisti*. Quapropter D & pro eorum salute proprio Filio non parcens Pater, tradidit eum in mortem, ut per mortem Filii sui destructo eo qui habebat mortis imperium, hoc est diabolo, redimeret omnes qui ab eo captivitatis vinculo tenebantur. Unde subjicitur, *Ipse autem redemit eos, & suscepit eos, & exaltavit illos*. Suscipit enim exaltatque salvatos, & redemtos in sublime tollit virtutum alis, & eruditione & scientia veritatis, non ad unum tantum, & alterum diem, sed in omnibus diebus æternitatis, habitans in eis, & cum eis, & usque ad consummationem sæculi vitam eis tribuens, salutisque auctor exsistens. Omnibus autem diebus sæculi illuminans corda eorum, non finit eos in tenebris igno- E rantiæ, & errore versari. Et hoc puto esse quod scriptum est, *in omnibus diebus* exaltari eos.

XLVIII. Quia vero mutabiles, & ad vitia sponte labentes, post tanta beneficia Deo fuerunt increduli, & præcepta illius reliquerunt, & exacerbaverunt Spiritum sanctum Dei, qui eis multa bona largitus est, in peccatum simile corruerunt, his qui postquam geniti sunt, & exaltati, spreverunt patrem suum. Vel certe nunc ipsi describuntur, qui & ante descripti sunt, siquidem & ibi post peccatum dicitur ad eos: *Dereliquistis Dominum, & ad iracundiam concitastis Sanctum Israel*, & nunc, quod *ipsi non crediderunt, & exacerbaverunt Spiritum sanctum ejus*. Ex præsenti ergo loco societas spiritus ad Dominum ostenditur. Qui dereliquit Dominum, & est incredulus, & ad iracundiam provocat Sanctum Israel, & exacerbat Spiritum sanctum ejus. Eadem indignatio super peccatoribus tam ad Spiritum sanctum, quam ad Sanctum Israel refertur. Unde & in consequentibus similis copula Trinitatis ostenditur, dicente Scriptura, Dominum ad inimicitias esse conversum his, qui exacerbaverunt Spiritum sanctum ejus, & tradidisse eos sempiterno cruciatui, postquam non sermone, sed rebus in Sanctum ejus spiritum blasphemaverunt. Ipse igitur qui *eis conversus est ad inimicitiam, debellavit eos*, & subjecit multiplicibus longisque cruciatibus, ut nec in præsenti tempore, nec in futuro consequantur veniam peccatorum. Exacerbaverunt enim Spiritum sanctum ejus, & blasphemaverunt in illum.

XLIX. Si autem volueris hoc de Judæis intelligere, qui crucifixerunt Dominum Salvatorem, & idcirco exacerbaverunt Spiritum sanctum, id quod scriptum est, *Ipse debellavit eos*, ad illam est intelligentiam referendum, quod Romanis traditi sunt, quando venit super eos ira Dei in finem. In universo enim orbe cunctisque regionibus soli exsules patriæ, in terra vagantur aliena, non urbem antiquam, non sedes proprias possidentes, id quod Prophetis, & Salvatori suo fecerunt, receperunt. Quia enim sanguinarii, & vesano semper furore [3] capti, non solum Prophetas occiderunt, lapidaveruntque eos qui ad se missi fuerant, sed ad impietatis culmen egressi, Dominum salvatorem, qui pro cunctorum salute descendere dignatus fuerat ad terras, prodiderunt & crucifixerunt, propterea expulsi sunt urbe, quam Prophetarum & Christi cruore maculaverunt. Secundum igitur hunc sensum debellatos eos a Domino intelligere debemus, non ad breve tempus, sed ad omne futurum sæculum [4] usque ad consummationem mundi. Quippe (ut diximus) profugi atque captivi, in universis aberrant nationibus, non urbem, non regionem propriam possidentes. Attamen quia naturaliter benignus est & misericors is qui eos debellaverat, tribuit eis locum pœnitentiæ, si velint ad meliora converti. Unde & dicitur, *Recordatus est dierum sæculi*. Recordatus enim temporum futurorum, clausam januam [5] aliqua eis ex parte reseravit, ut postquam intraverit plenitudo gentium, tunc omnis Israel (qui hac fuerit dignus appellatione) salvetur. Licet enim in id temeritatis eruperint, ut eum qui propter eos missus fuerat, interficerent, dicentes: [f] *Sanguis ejus super nos, & super filios nostros*, tamen Deus suscitavit eum de terra, in cujus corde tribus diebus & tribus noctibus fuerat commoratus: pastorem ovium suarum. Siquidem ita contexitur: [g] *Qui eduxit de terra pastorem ovium suarum*.

a Isa. LXIII. 8. sec. LXX. *b* Luc. II. 10. 11. *c* Psalm. LXVII. 21. *d* Exod. XXXII. 31. *e* Sap. XI. 27. 25. *f* Matth. XXVII. 25. *g* Isa. LXIII. 11. sec. LXX.

1. Vatic. *evangelium magnum & natus est nobis*, Græco ipso textu dissentiente. VALLARS.

2. In ms. Tolos. *Deus, Deus, Deus salvandi*. ID.

3. Duo mss. Vatic. & Reg. cum veteri editione *furore raptati*. ID.

4. Erat præfixo puncto. *Usque ad consummationem quippe mundi, ut diximus &c.* quæ castigantur a mss. ID.

5. Vitiosa metathesi obtinebat in editis *aliqua ex eis parte*. Scripti emendant. ID.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 369.



L. Quod vero pastor ovium Deus, qui nunc Prophetali sermone describitur, Dominus sit, manifestius in Evangelio discimus, ipso Salvatore testante: [a] *Ego sum pastor bonus; & animam meam pono pro ovibus meis*. Et iterum: [b] *Oves meæ vocem meam audiunt*. Post hæc omnia [1] Prophetes ait: [c] *Ubi est qui posuit super eos Spiritum sanctum?* Admiratur quippe de quanta felicitate ad quantas miserias pervenerint. [2] Et quodammodo loquitur: Qui eos redemerat, qui posuerat in illis Spiritum sanctum suum, habitans cum eis, ubi nunc est? quo abiit? Dereliquit eos, quia ipsi prius dereliquerunt, & ad iracundiam provocaverunt Sanctum Israel. Posuerat autem dudum in eis Spiritum sanctum Deus, cum adhuc boni essent, & B præceptis ejus obsequi niterentur. His enim tantummodo Spiritus sanctus inseritur, qui vitiis derelictis, virtutum sectantur chorum, & juxta eas, & per eas in fide Christi victitant. Quod si paulatim [3] negligentia subrepente cœperint ad pejora confluere, concitant adversum se habitatorem suum Spiritum sanctum, & eum qui illum dederat, convertunt ad inimicitias. Huic quid simile & Apostolus ad Thessalonicenses scribens, ait: [d] *Neque enim vocavit nos Deus ad immunditiam, sed ad sanctificationem*.

LI. Itaque qui spernit, sive quod melius habetur in Græco, *qui prævaricatur*, non [4] hominem C prævaricabitur, sed Deum, qui dedit Spiritum sanctum suum in vobis. Nam in his sermonibus Deus vocans per fidem in sanctificationem, [5] id est, ut Sancti spiritus fierent credentes, dedit eis Spiritum sanctum. Et quamdiu præcepta Dei servaverunt, permansit in eis Spiritus sanctus, quem acceperunt. Quando vero amore [6] lubrico corruerunt, & ad immunditiam sunt delapsi, spreverunt, sive prævaricati sunt Dominum, qui dederat eis Spiritum sanctum, ut non immunditiæ deservirent, sed ut sanctificarentur. Unde pœnas luent qui ista commiserunt, non quasi hominem, sed quasi Deum spernentes. Et ut sciamus Dominum esse Spiritum sanctum, qui datur credentibus, ex ipsius Prophetæ D Isaiæ discamus eloquio, qui inducit ad quempiam dicentem Dominum: [e] *Spiritus meus in te est, & verba mea dedi in os tuum*. Ostenditur enim ex sermone præsenti, quod qui acceperit Spiritum Dei, simul cum eo, & verba Dei possideat, sermones videlicet scientiæ & sapientiæ. Necnon & in alio loco ejusdem Prophetæ Deus loquitur: [f] *Dedi Spiritum meum super eum*. Qui ergo posuit in eis Spiritum sanctum, Moysen dextera sua sanctificatum esse commemorat: sive illum illustrem virum, & mysteriorum Dei initiatorem, de quo ad Jesum filium Nave Dominus ait: [g] *Moyses famulus meus*, sive Legem suam, quæ in veteri scripta est Instrumento. Nam crebro legisse me memini E Moysen appellatum esse pro Lege, ut in Apostolo: [h] *Usque in hodiernum diem, quando legitur Moyses*. Et Abraham ad divitem in suppliciis constitutum: [i] *Habent*, inquit, *Moysen & Prophetas*. Et certe liquido comprobatur ibi Moysen, non supradictum virum significatum esse, sed Legem.

LII. Porro quæ est dextera Dei, quæ adduxit Moysen, nisi Dominus & Salvator noster? Ipse est enim dextera Patris, per quem salvat & exaltat, & facit virtutem, sicut alibi de Deo dicitur: [k] *Salvavit* [7] *sibi dextera sua, & brachium sanctum ejus*. Et rursum: [l] *Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltavit me. Non moriar, sed vivam; & narrabo opera Domini*. Et certe vocem hanc ex persona Dominici hominis proferri, quem unigenitus Filius Dei assumere dignatus est ex virgine, ex ipso loco manifeste comprobatur, quia ipse est dextera Dei, sicut scriptum est in Actibus Apostolorum, quod factus sit ex semine David secundum carnem, genitus de virgine, superveniente in eam Spiritu sancto, & virtute excelsi obumbrante eam. De quo David prophetavit in spiritu, quod a mortuis resurgens, assumtus sit in cælos, dextera Dei sublevatus. Scribitur ibi autem in hunc modum: [m] *Prævidens idem David locutus est de resurrectione Christi, quoniam non est derelictus in inferno, neque caro ejus vidit corruptionem. Hunc Jesum suscitavit Deus, cui nos omnes testes sumus. Dextera igitur Dei elevatus, & repromissionem Spiritus sancti accipiens a Patre, effudit hoc donum in nobis, quod vos videtis & auditis. Neque enim David ascendit in cælos*. Nulli quippe dubium, exaltatum dextera Dei, & ab inferis resurgentem esse Dominum Jesum, sicut ipse Scripturæ sermone testatus est. Iste ergo qui resurrexit a mortuis dicit: [n] *Ego dormivi & somnum cepi, & resurrexi, quia Dominus suscitavit me*.

LIII. Ipse ergo sermone Dei assumtus in cælum, elevatus esse ab ea de qua supra diximus, dextera Dei prædicatur, & accepisse repromissiones Spiritus sancti a Patre, & effudisse illum in credentes, ita ut omnium linguis loquerentur magnalia Dei. Nam & dominicus homo accepit communicationem Spiritus sancti, sicut in Evangeliis scribitur: [o] *Jesus ergo repletus Spiritu sancto, regressus est a Jordane*. Et in alio loco: [p] *Reversus est Jesus in virtute Spiritus in Galilæam*. Hæc autem absque ulla calumnia de Dominico homine, [8] qui totus Christus, unus est Jesus Filius Dei, sensu debemus pietatis accipere, non quod alter & alter sit, sed quod de uno atque eodem, quasi de altero secundum naturam Dei, & hominis disputetur, & quia Deus Verbum unigenitus filius Dei, neque immutationem recipit, nec augmentum. Siquidem ipse est bonorum omnium plenitudo.

LIV. Satis abundeque de Prophetæ testimonio disputatum est, nec ad reliqua pergamus, ut quomodo [9] scimus quod Pater & Filius sanctos & bo-

a Joan. x. 14. 15. b Ibid. ℣. 27. c Isa. LXIII. 11. sec. LXX. d 1. Thess. IV. 7. e Isa. LIX. 21. f Isa. XLII. 1. g Jos. I. 2. h II. Cor. III. 14. i Luc. XVI. 29. k Psal. XCVII. 1. l Psal. CXVII. 16. 17. m Act. II. 31-34. n Psal. III. 6. o Luc. IV. 1. p Ibid. ℣. 14.

1. Ita in mss. frequenter *Prophetes* in recto scribitur Græcorum more, unde editi supine admodum *Prophetis* legunt. Est autem Isaias, in cujus expositione loci perseverat. VALLARS.

2. Perperam editi, quin etiam mss. *& quomodo loquitur?* Tum vetus editio, *qui eos redemerat, qui exaltaverat, qui posuerat &c*. ID.

3. Minus recte editi, *negligentia suggerente cœperint ad pejora confluere*. ID.

4. Al. *prævaricantur*, in Græco ἀθετοῦσι. ID.

5. Vetus edit. *idem ut sanctificaret credentes*. ID.

6. Vatic. *vitio lubrico:* vetus edit. *vitiorum &c*. ID.

7. Iidem libri *salvavit ei*. Græc. ἔσωσεν αὐτῷ. ID.

8. Absunt a veteri editione isthæc, *qui totus Christus unus est Jesus Filius Dei*. Certe ne *Dominicus homo* Apollinariorum sensu accipiatur, addita sunt, a Didymo ne aut Hieronymo, an ab aliis non judico. ID.

9. Voculæ *scimus quod* in Vaticano & veteri edit. desiderantur. Mox Reginæ cod. *bonos efficit suos credentes*. IDEM.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 369.

nos sui communicatione perficiunt: sic sanctus quoque Spiritus participatione sui, bonos efficiat sanctosque credentes: & ex hoc etiam unius cum Patre & Filio substantiæ esse doceatur. Dicitur in Psalmis ad Dominum: [a] *Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam*. Scimus autem in quibusdam exemplaribus scriptum esse: *Spiritus sanctus tuus*. Porro in Esdra absque ulla ambiguitate bonus Spiritus appellatur: [b] *Spiritum tuum bonum dedisti, ut eos faceres intelligere*. Quod autem Pater sanctificet, Apostolus scribit, dicens: [c] *Deus autem pacis sanctificet* [1] *vos perfectos*. Et Salvator ait: [d] *Pater sancte, sanctifica eos in veritate; quia Verbum tuum est veritas*. Perspicue dicens, In me (qui Verbum tuum sum, & veritas tua) sanctifica illos fide & consortio mei. Dictus est & alibi bonus Deus: [e] *Nemo bonus, nisi unus Deus*. Superius quoque ostendimus quoniam Filius sanctificet, Paullo in eadem verba congruente. *Etenim qui sanctificat, & qui sanctificantur, ex uno omnes*. Sanctificantem significans Christum, & sanctificatos eos, qui possunt dicere: [f] *Factus est nobis sapientia ex Deo Christus, & justitia, & sanctificatio*. Appellatur siquidem & Spiritus sanctificationis. Unde & ad eum dicitur, *Et omnes sanctificati sub manibus tuis, & sub te sunt*. Bonus Dominus noster Jesus Christus, & ex bono Patre generatus est, & de eo legimus: [g] *Confitemini Domino, quoniam bonus*. Confiteantur illi autem, qui ab eo aut veniam obsecrant peccatorum, aut gratias referunt ejus clementiæ pro indultis beneficiis. Spiritus quoque sanctus eos quos dignatur implere, sanctificat, ut superius jam demonstratum est, quando ostendimus eum participabilem & a multis simul capi posse. Et nunc in præsenti Paulli testimonio largitor sanctificationis ostenditur, in eo quod ait: [h] *Debemus autem & nos gratias agere Deo semper pro vobis, fratres dilecti a Domino, quia elegit Deus vos primitias in salutem, in sanctificatione Spiritus sancti, & fide veritatis*. Nam & in hoc loco charismata Dei subintelliguntur in Spiritu, cum in sanctificatione Spiritus, [2] fides pariter, & veritas possidentur.

LV. Quia ergo recte, & pie, & ut se veritas habet, hæc diximus, sanctificationis, bonitatisque vocabulum, & ad Patrem, & ad Filium, & ad Spiritum sanctum æque refertur, sicut ipsa quoque appellatio Spiritus. Nam & Pater Spiritus dicitur, ut ibi: [i] *Spiritus est Deus*. Et Filius Spiritus, [k] *Dominus* [3], inquit, *Spiritus est*. Spiritus autem sanctus, semper Spiritus sancti appellatione censetur, non quod ex consortio tantum nominis Spiritus cum Patre ponatur & Filio, sed quod una natura, unum possideat & nomen. Quia vero Spiritus vocabulum multa significat, enumerandum est breviter, quibus rebus nomen ejus aptetur. Vocatur Spiritus & ventus, sicut in Ezechiele: [l] *Tertiam autem partem disperges in spiritum*: hoc est, *in ventum*. Quod si volueris secundum historiam illud sentire, quod scriptum est: [m] *In spiritu violento conteres naves Tharsis*, non aliud ibi spiritus, quam ventus accipitur. Necnon Salomon inter multa hoc quoque munus a Deo accepit, ut sciret violentias spirituum, non aliud se in hoc accepisse demonstrans, quam scire rapidos ventorum flatus, & quibus caussis eorum natura subsistat. Vocatur & anima spiritus, ut in Jacobi epistola: [n] *Quomodo* [4] *corpus tuum sine spiritu mortuum est*, & reliqua. Manifestissime enim spiritus hic, nihil aliud nisi anima nuncupatur. Juxta quam intelligentiam & Stephanus animam suam spiritum vocans: [o] *Domine*, inquit, *Jesu, suscipe spiritum meum*. Illud quoque quod in Ecclesiaste dicitur: [p] *Quis scit an spiritus hominis ascendat sursum, & spiritus jumenti descendat deorsum*? Considerandum utrumnam & pecudum animæ spiritus appellentur. Dicitur etiam excepta anima, [5] & excepto spiritu nostro, spiritus alius quis esse in homine, de quo Paullus scribit: [q] *Quis enim scit hominum ea quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in eo est*? Si enim voluerit contendere quispiam animam hic significari in spiritu, quis erit homo cujus cogitationes, & arcana, & secreta cordis occulta nesciat [6] homo nisi spiritus ejus? quia de corpore solitario hoc intelligere velle perstultum est.

LVI. Quod si arguta nititur fraude surrepere, de Spiritu sancto hæc scripta contestans, si diligenter verba ipsa consideret, cessabit asserere mendacium. Siquidem ita scriptum est: [r] *Quis enim scit hominum, quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in eo est? Sic & ea quæ sunt Dei, nemo scit nisi Spiritus Dei*. Quomodo enim alius est homo, alius est Deus; sic & spiritus hominis qui est in eo, separatur a Spiritu Dei qui est in eo: quem Spiritum sanctum frequenter ostendimus. Sed & in alio loco idem Apostolus a nostro spiritu, Spiritum Dei secernens, ait: [s] *Ipse Spiritus testimonium perhibet spiritui nostro*: hoc significans, quod Spiritus Dei, id est Spiritus sanctus, testimonium spiritui nostro præbeat: quem nunc diximus esse spiritum hominis. Ad Thessalonicenses quoque: [t] *Integer*, inquit, *spiritus vester, & anima & corpus*. Sicut enim alia est anima, & corpus aliud: sic & aliud est spiritus ab anima, quæ suo loco specialiter appellatur. De quo & oravit, ut integer cum anima servetur & corpore: quia incredibile est atque blasphemum, orare Apostolum, ut Spiritus sanctus integer servetur, qui nec [7] imminutionem potest recipere, nec profectum. De humano ergo, ut diximus, spiritu in hoc Apostoli sermo testatus est.

LVII. Appellantur quoque supernæ rationabilesque virtutes, quas solet scriptura Angelos & Fortitudi-

a Psalm. CXLII. 10. *b* II. Esdr. IX. 20. *c* II. Thess. V. 23. *d* Joan. XVII. 11. 17. *e* Marc. X. 18. *f* I. Cor. I. 30. *g* Psalm. CXVII. 1. *h* II. Thess. II. 12. *i* Joan. IV. 24. *k* II. Cor. III. 17. *l* Ezech. V. 2. sec. LXX. *m* Psalm. XLVII. 8. *n* Jac. II. 26. *o* Act. VII. 58. *p* Eccle. III. 21. *q* I. Cor. II. 11. *r* Ibid. *s* Rom. VIII. 16. *t* I. Thess. V. 23.

1. Vatic. *vos per omnia* cum Vulgata. Græc. *ὑμᾶς ὁλοτελεῖς*. Vallars.

2. Reginæ liber *in sanctificatione Spiritus Pater & veritas possidentur*. Id.

3. Pessime acceptos duos hosce Scripturæ textus ita restituo ac distinguo. Erat in altero *Dominus*, vel *Domini*, *Spiritus ejus* pro *est*. Id.

4. Alium ab isto e Jacobi epistola locum substituit Reginæ cod. hunc nempe cap. 4. ℣. 5. *Ad invidiam concupiscit Spiritus, qui habitat in vobis*: subditque *Spiritus enim nihil aliud* &c. In eo qui exhibetur vocem *tuum* non habet Vatic. liber, neque ipse Jacobi textus. Id.

5. Insigni errore editi hactenus, & passim mss. legebant *& excepto Spiritu sancto*, *Spiritus alius* &c. Substitui, *spiritui nostro* ad codicis Reginæ fidem, maxime vero ad rectæ rationis argumentum, & Paullini testimonii sensum. Idem.

6. Vatic. & Reginæ cod. nesciat *alius homo*. Id.

7. Sic lego ex veteri editione; in aliis enim erat *immutationem*. Id.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 369.

nes nominare, vocabulo Spiritus, ut ibi: [a] *Qui facis Angelos tuos spiritus*. Et alibi: [b] *Nonne omnes sunt administratores spiritus?* Puto ad hunc sensum & illud referri, quod in Actibus Apostolorum scribitur: [c] *Spiritus Domini rapuit Philippum, & non amplius eum vidit eunuchus*: id est, Angelus Domini in sublime elevans Philippum, transtulit illum in alium locum. Rationales quoque aliæ creaturæ, & de bono in malum sponte propria profluentes, spiritus pessimi, & spiritus appellantur immundi; sicut ibi: [d] *Cum autem spiritus immundus exierit ab homine*. Et in consequentibus: [e] *Assumit septem alios spiritus nequiores se*. Spiritus quoque dæmones in Evangeliis appellantur. Sed & hoc notandum, numquam simpliciter spiritum, sed cum aliquo additamento spiritum significari contrarium, ut spiritus immundus, & spiritus dæmonis: hi vero qui sancti sunt spiritus, absque ullo additamento spiritus simpliciter appellantur.

LVIII. Sciendum quoque, quod nomen spiritus, & voluntatem hominis & animi sententiam sonet. Volens quippe Apostolus virginem non solum opere, sed & mente sanctam esse, id est, non tantum corpore, sed & motu cordis interno, ait: [f] *Ut sit sancta corpore & spiritu*: voluntatem spiritu, & corpore opera significans. Considera utrum hoc ipsum in Isaia sonet, quod scriptum est: [g] *Et scient, qui spiritu errant, intellectum*. Qui enim errore judicii alia pro aliis bona existimant, accipient intellectum, ut corrigatur error illorum, ut pro pravis ea quæ recta sunt eligant. Nec non & illud, *Una fortitudo Spiritus vestri*, vide an id ipsum ostendat. Et super omnia vocabulum spiritus altiorem & mysticum in scripturis sanctis significat intellectum, ut ibi: [h] *Littera occidit, spiritus autem vivificat*, literam dicens simplicem, & manifestam juxta historiam narrationem, spiritum vero, sanctum & spirituale [1] nosse quod legitur. In hanc congruit voluntatem & illud: [i] *Nos sumus circumcisio, qui spiritu Domino servientes sumus: & non in carne confidentes*. Qui enim non littera carnem concidunt, sed cor spiritu circumcidunt, auferentes omne ejus superfluum, quod generationi proximum est & amicum; hi [2] vere spiritu circumcisi sunt, in occulto Judæi & veri Israelitæ, in quibus non est dolus. Qui transscendentes umbras & imagines veteris testamenti cultores veri adorant Patrem in spiritu & veritate. In spiritu, quia corporalia & humilia transscenderunt: in veritate, quia typos & umbras & exemplaria relinquentes, ad ipsius veritatis venere substantiam: & ut jam diximus, humili & corporea verborum simplicitate contemta, ad spiritualem legis notitiam pervenerunt.

LIX. Hæc interim juxta possibilitatem ingenii nostri quot res Spiritus significaret attigimus, suo tempore quid unumquodque significet, si Christus tribuerit, differturi. Nonnumquam autem Spiritus, & Dominus noster Jesus Christus, id est, Dei Filius appellatur. [k] *Benignus siquidem est Spiritus sapientiæ*. Et in alio loco: [l] *Dominus autem Spiritus est*, ut ante diximus; ubi etiam illud adjunximus, [m] *Spiritus Deus est*, non juxta nominis tantum communionem, sed juxta naturæ substantiæque consortium. Quomodo enim quorum diversa substantia est, interdum evenit ut communi vocabulo nuncupentur, & hæc dicuntur ὁμώνυμα; ita eorum quorum eadem est natura atque substantia, cum societate vocabuli, naturæ quoque æqualitas copulatur: & disciplinæ Dialecticorum est appellare hæc συνώνυμα. Idcirco & Spiritus vocabulum, & si quid aliud in Trinitate usurpari solet συνώνυμον est: verbi gratia, [3] sanctus, bonus, & cetera his similia de quibus paullo ante perstrinximus.

LX. Porro ad hæc necessario devoluti sumus, ut quia frequenter appellatio Spiritus in scripturis est respersa divinis, non labamur in nomine, sed unumquodque secundum locorum varietates & intelligentias accipiamus. Omni itaque studio ac diligentia vocabulum Spiritus, ubi & quomodo appellatum sit, contemplantes, sophismata eorum & fraudulentas decipulas conteramus, qui Spiritum sanctum asserunt creaturam. Legentes enim in Propheta, [n] *Ego [4] sum firmans tonitruum, & creans spiritum*, ignorantia multiplicis in hac parte sermonis, putaverunt Spiritum sanctum ex hoc vocabulo demonstrari, cum in præsentiarum spiritus nomen ventum sonet. Nec non in Zacharia audientes loquutum Dominum, quod ipse sit [o] *qui creat spiritum hominis in eo*, existimaverunt Spiritum sanctum etiam in hoc capitulo significari; non animadvertentes quod animam hominis, aut spiritum (quem tertium in homine esse jam diximus) spiritus appellatio significet. Ergo ut præloquuti sumus, quomodo unumquodque dictum sit, consideremus; ne forte per ignorantiam in barathrum decidamus erroris. Siquidem in aliis rebus ex consortio vocabulorum error eveniens, confusionem & pudorem ei qui erravit importat: de supernis vero & divinis lapsus ad prava, ad æternam pœnam deducit & tartarum, maxime cum semel deceptus noluerit resipiscere, sed suum defensare impudenter errorem. Decebat etiam, & magnitudo voluminis exigebat, ut finem acciperet oratio.

LXI. Verum quia infert se quæstio adversus ea quæ superius disputavimus: quam idcirco tunc prætermisimus, ne textum sermonis irrumperet, & inter piam prædicationem impia contentio poneretur: necessarium puto ad propositum respondere, & lectoris arbitrio, quid super his sentiat, derelinquere. Disputantibus ergo supra, quod animam vel mentem hominis nulla creatura juxta substantiam possit implere, nisi sola Trinitas, quia tantummodo secundum operationem, & voluntatis errorem, sive virtutem, animus de his quæ creata sunt impletur: oborta est quæstio nostra, quasi sententiam solvens, quod creata substantia quæ in scripturis satanas appellatur, ingrediatur in aliquos, & cor quorumdam implere dicatur. Nam ad eum qui medietatem pretii de agro vendito sibi, aliud profitens, reservaret, a Petro Apostolo dictum est: [p] *Anania, quare im-*

a Psalm. CIII. 4. *b* Heb. I. 14. *c* Act. VIII. 39. *d* Luc. XI. 24. *e* Ibid. ℣. 26. *f* 1. Cor. VII. 34. *g* Isa. XXIX. 24. *h* II. Cor. III. 6. *i* Philipp. III. 3. *k* Sap. I. 6. *l* II. Cor. III. 17. *m* Joan. IV. 24. *n* Amos IV. 13. *o* Zach. XII. 1. *p* Act. V. 3.

1. Iterum ex eadem editione & Vatic. ms. cum antea, *esse* pro *nosse* legeretur. VALLARS.
2. Vitiose & hiulco sensu erat, *hi vero* pro *vere*: cum novo mendo, *veræ Israelitæ* pro *vere*, aut *veri*. ID.
3. Emendo ex veteri editione, *Sanctus bonus*, cum esset contra Auctoris mentem, *Spiritus bonus*. ID.
4. Pro *sum firmans*, Græc. στερεῶν, erat *confirmavi*. In aliquot mss. *sum formans*. ID.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 369.



plevit satanas cor tuum? Et de Juda loquitur ipse Salvator, quod intraverit in eum satanas. Ad quod postea respondendum est. Interim nunc [1] disputemus adversum id quod scriptum est: *Quare implevit satanas cor tuum*? Quomodo satanas mentem alicujus & [2] principale cordis impleat, non ingrediens in eum & in sensum ejus, atque, ut ita dicam, adytum cordis introiens? siquidem hæc potestas solius est Trinitatis: sed quasi callidus quidam & nequam ac fallax fraudulentusque deceptor, in eos animam humanam malitiæ affectus trahit, per cogitationes & incentiva vitiorum, quibus ipse plenus est. Denique & ipse Elymas magus, filius diaboli juxta malitiam nequitiamque subsistens, plenus omni dolo, & malitia scribitur, satana patre ejus hanc ei voluntatem, quasi ex consuetudine [3] vitiorum in naturam vertente. Arguens itaque eum Apostolus Paullus atque corripiens ait: [a] *O plene omni iniquitate & omni dolo, fili diaboli, inimice justitiæ Dei*. Quia enim versipellis & callidus, omnem in se dolum fraudulentiæ susceperat, appellatur filius diaboli, quia implebat ipse omne principale illius fraude & iniquitate & omni malitia: in tantum illiciens eum atque decipiens, ut ipse satanas implesse animam ipsius & habitare in eodem putaretur, quem ad omnes suæ perversitatis dolos, ministrum sibi ac [4] famulum præparaverat.

LXII. Ad id vero quod secundum posueramus exemplum, quia in Judam introisset satanas, hoc dicendum est. Observans diabolus quibusdam motibus & operationum signis, ad quæ potissimum Judæ cor esset vitia proclivius, deprehendit eum patere insidiis avaritiæ; & reperta cupiditatis janua, misit in mentem ejus quomodo desideratam pecuniam acciperet, & per occasionem lucri, proditor magistri & Salvatoris sui existeret, argentum pro pietate commutans, & suscipiens pretium sceleris a Pharisæis atque Judæis. Hæc ergo cogitationis occasio locum tribuit satanæ, ut in cor ejus introiens, impleret eum pessima voluntate. Introivit ergo non secundum substantiam, sed secundum operationem; quia intrare in aliquem, increatæ naturæ est ejus quæ participetur a pluribus. Imparticipabilis ergo diabolus est, non creator, sed creatura subsistens. Unde & convertibilis atque mutabilis, e sanctitate decidit atque virtute. Diximus supra [5] μετοχικόν, id est, quod participatione capiatur, esse incorruptibile & immutabile, & consequenter æternum. Quod autem mutari potest, factum esse & habere principium. Porro quod incorruptibile sit, esse & retro & deinceps sempiternum. Non ergo (ut quidam putant) participatione naturæ sive substantiæ implet quempiam diabolus, aut ejus habitator efficitur, sed per fraudulentiam & deceptionem & malitiam habitare in eo creditur quem replevit. Hac autem fallacia etiam presbyteros qui adversus Susannam [6] in crudelitatem se verterant, intravit:

A implens animas eorum incendio libidinis, & sera senii voluptate. Scriptum est enim: [b] *Venerunt autem duo presbyteri, pleni iniqua cogitatione*. His insidiis implevit & universum populum Judæorum, dicente Propheta de eo: [c] *Væ gens peccatrix, populus plenus peccatis, semen pessimum, filii iniqui*. Semen quippe nequam, [7] diabolus; & filii ejus, propter iniquitatem & plenitudinem, dicti sunt peccatores. Si autem ab his qui ejus in scripturis filii nominantur, juxta substantiæ participationem non capitur, siquidem impossibile hoc esse in creaturis frequenter ostensum est; neque alius quis potest eum capere participatione substantiæ, sed tantummodo assumtione fraudulentissimæ voluntatis. Operationem B quippe & studia non solum bonorum operum, [8] sed etiam malorum in creaturis diximus; naturam vero atque substantiam solius in alios posse Trinitatis intrare.

LXIII. Abunde (ut reor) occursum est propositæ quæstioni. Quia vero ineptum & stultum videtur, adversus fatua respondere, & si quid in buccam ruerit impiorum, hoc velle dissolvere; non enim tantum impietas est, scelerata proponere, quantum & de sceleratis [9] cum resistente velle tractare: idcirco illud quod solent jactare, prætereo, sacrilega adversus nos audacia proclamantes: Si Spiritus sanctus creatus non est, aut frater est Dei Patris, C aut patruus est unigeniti Jesu Christi, aut filius Christi est, aut nepos est Dei Patris, aut ipse filius Dei est; & jam non erit unigenitus Dominus Jesus Christus, cum alterum fratrem habeat. Miseri atque miserabiles, non sentientes de incorporeis & invisibilibus, juxta corporalium & visibilium disputari non licere naturam. Fratrem esse vel patruum, nepotem vel filium, corporum nomina sunt, & imbecillitatis humanæ vocabula. Trinitas vero omnes has prætergreditur nuncupationes. Et quotiescumque in aliqua de his cadit: nominibus nostris & incongruis vocabulis, non [10] suam naturam loquitur. Cum igitur sancta scriptura amplius de Trinitate non dicat, nisi Deum Patrem esse Salva- D toris, & Filium generatum esse a Patre; hoc tantummodo debemus sentire quod scriptum est. Et ostenso quod Spiritus sanctus increatus sit; consequenter intelligere, quod cujus non est creata substantia, recte Patri Filioque societur.

LXIV. Hæc juxta eloquii nostri paupertatem in præsenti dicta sufficiant: [11] timorem meum, quod de Spiritu sancto loqui ausus sim, indicantia. [d] *Quicumque* enim *in eum blasphemaverit: non solum in hoc sæculo, verum etiam in futuro non dimittetur ei*; nec ulla misericordia & venia reservabitur illi, [e] *qui conculcaverit Filium Dei, & injuriam fecerit Spiritui gratiæ ejus, in quo sanctificatus est*. Quod E quidem & in Deo Patre est intelligendum. Nam qui blasphemaverit in eum, & impie egerit, sine

a Act. XIII. 10. *b* Dan. XIII. 28. *c* Isa. I. 4. *d* Matth. XII. 32. *e* Heb. X. 29.

1. Imperfecto sensu erat *Interim nunc ad id quod scriptum est*. Verbum *disputemus* ex Reginæ ms. alterum *adversum*, ex ipso & Vaticano expressum est. VALLARS.

2. Græce ἡγεμονικόν. Vide Hieronymum Comment. in Matthæum. ID.

3. Vatic. *quasi ex consuetudine secundam pæne injiciente naturam*. ID.

4. Idem *ministrum sibi ac filium præparaverat*. ID.

5. Erat μετοχικῶς. ID.

6. Vetus edit. *qui adversus Susannam amorem in crudelitatem verterant*. Vatic. *qui adversus Susannam sæviebant, in crudelitatem verterat, & implevit animas* &c. ID.

7. Cod. Reginæ *filii diaboli*. Et mox Vatic. *dicti sunt peccatorum*, probo uterque sensu, nisi etiam meliori. ID.

8. Expressius Reg. ms. *sed etiam malorum participabilia esse in creaturis diximus, naturam vero atque substantiam solius Trinitatis in alios posse intrare*. ID.

9. Erat incommodo sensu, *saltem resistentem velle* &c. tum certo errore, *quod solent tractare, prætereo*, pro *jactare*, aut *jactitare*, quod habent emendatiores libri. ID.

10. Male obtinebat, *non sua natura*, in recto. Emendat Vatic. & vetus editio. ID.

11. Reginæ liber & Vatic. *timorem tantum meum in eo, quod de Spiritu sancto loqui ausus sim, indicavi*. ID.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 369.

venia cruciabitur, [1] nullo pro eo Dominum deprecante, sicut scriptum est: [a] *Qui autem in Dominum Deum peccaverit, quis orabit pro eo?* Nec non & [b] *qui Filium negaverit coram hominibus, negabitur ab eo coram Patre & Angelis ejus.* Ergo quia nulla venia in Trinitatem conceditur blasphemantibus, omni studio & cautela est providendum, ut ne in brevi quidem parvoque sermone de ea disputantes, labamur. Quin potius si quis hoc volumen legere voluerit, quæsumus, ut mundet se ab omni opere malo, & cogitationibus pessimis: quo possit illuminato corde ea intelligere quæ dicuntur, & A plenus sanctitate atque sapientia, ignoscere nobis, sicubi voluntatem nostram non implevit effectus, & tantummodo consideret, qua mente quid dictum sit, non quibus expressum sermonibus. Sicut enim pietatis sensum nobis audaciter juxta nostram conscientiam vendicamus; ita quantum de eo loqui pertinet, venustatem rhetoricam facundiamque, juxta consequentiam textumque sermonis, [2] procul abesse simpliciter confitemur. Studii quippe nostri fuit, de scripturis sanctis differentibus pie intelligere quæ scripta sunt, & imperitiam mensuramque nostri non ignorare sermonis.

a I. Reg. II. 25. *b* Matth. x. 33. Luc. xii. 9.

1. Idem Reg. ms. *nullo modo pro eo Domino deprecante*. Vallars.
2. Intrusa heic perperam *nos* vocula, sensus laborabat. Expunxi ope codicis Reginæ, qui itidem expuncta voce *juxta*, fere concinnius legit *facundia consequentiam*. Id.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
369.

DIDYMI ALEXANDRINI
IN EPISTOLAS CANONICAS
BREVES ENARRATIONES.

INTERPRETE EPIPHANIO SCHOLASTICO.

IN EPISTOLAM B. JACOBI APOSTOLI
ENARRATIO.

CAP. I.

℣. 1. J*Acobus Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti ſervus, duodecim tribubus quæ ſunt in diſperſione, ſalutem*. Sicut mortalem gloriam homines appetentes, in ſuis conſcriptionibus dignitates quas putantur habere præponunt: ita ſancti viri in epiſtolis quas ſcribunt ad Eccleſias, principaliter proferunt ſervos ſe eſſe Domini Jeſu Chriſti, æſtimantes hanc appellationem ſupra regna totius mundi conſiſtere. Jure namque Jacobus Circumciſionis Apoſtolus his qui ex circumciſione ſunt, ſcribit: ſicut & Petrus cum eorumdem probetur Apoſtolus, Judæis ſcribit in diſperſione conſtitutis. Poſſunt enim hæc quæ iis ſcribuntur, aptari etiam illis qui occulte ſpiritualiter ſunt Judæi. Nam & Joannes una cum Jacobo & ſimilibus eorumdem exſiſtens Apoſtolus, de Iſraelitis ſpiritualibus, & tribubus eorum habuit ſermonem contemplationis in Apocalyſi.

℣℣. 2—4. *Omne gaudium exiſtimate fratres mei, cum in tentationes varias incideritis, ſcientes quod probatio fidei veſtræ patientiam operatur: patientia autem opus perfectum habet; ut ſitis perfecti, & integri in nullo deficientes*. Ad perfectionem virilem & patientiam ſimul invitans conſequenter fratres ſuos appellat, & non filios quibus ſcribit. Quomodo enim perfecti non ſint, qui non ſolum ſine triſtitia, ſed etiam cum gaudio propter Chriſtum tentationes ferre noſcuntur? Nam quicumque varias tentationes cum delectatione ſuſtinet, eum probatiſſimum opus ſequitur, a quo etiam patientia corrigitur perfecta, & fortitudo præcipua. Hæc itaque patientia bene certantis opus noſcitur eſſe perfectum: quod opus nunc evenit, quando non propter aliud, ſed divina caritate perficitur. Quod enim majus ſtudium eſt, quam ut aliquis perfectus ſit, & omnes virtutes habeat? conſequenter quibus agitur ut poſſidentibus eas indigentia nulla proveniat? His itaque ſimile eſt illud: [a] *Tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio ſpem, ſpes vero non confundit*. Verborum enim differentia, non ſenſuum in his ſermonibus eſſe probatur Apoſtolorum.

℣. 5. *Beatus vir qui ſuffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe*. Dum ſufficienter invitaſſet, cum gaudio ſuſtinendas eſſe tentationes, ut opus [1] portabile & perfecta patientia teneantur; quæ perficiuntur propter ſe, non propter quidquam aliud geſta: per alteram monitionem ſuadere con-
A tendit promiſſionibus, ut præſentia corrigantur, beatum eſſe dicens qui tentationem ſuffert. Fiet, inquit, quiſquis fortiter certamen exceperit, ut vir perfectus & in cunctis exercitatus: qui vero talis apparuerit poſt triſtitiam, merebitur ad præmium vitæ coronam a Deo, eum diligentibus præparatam. Ex quibus agnoſcimus, quoniam ſecundum uniuſcujuſque virtutes potuit a Deo corona præberi; alii quidem juſtitiæ, alii immarceſcibilis & rectæ fidei. Par eſt autem præter iſtas coronas etiam alia corona, ſperantibus & futura ſuſtinentibus conferenda, cujus materies Dominus eſt ipſe. Super has autem repoſita eſt & altera fruentibus Dominum & experimentum habentibus paradiſi deliciarum, & po-
B tatis de torrente deliciarum Dei. Exempla vero prædictarum coronarum ſunt hæc: [b] *Repoſita*, inquit, *mihi eſt corona juſtitiæ*. Et iterum: [c] *Portabitis immarceſſibilem gloriæ coronam*. Itemque: [d] *Erit in illa die Dominus Sabaoth corona ſpei*. Iterumque: [e] *Corona deliciarum proteget te*. Quæ corona conſiderandum eſt, ne forte ipſa ſit de qua dictum eſt, [f] *corona gratiarum*, an altera. Sicut enim qui fruitur corona deliciarum, & qui habet gratiam Dei cooperantem, coronam gratiarum percipit: ſic & qui juſtitiam operatur, & recte ſectatur de his quæ ſapienda ſunt, aut qui appetit perfectam gloriam, coronam juſtitiæ & gloriæ promeretur: ita & qui ſuſtinere tentationem non deſpi-
C cit, inſiſtens etiam ipſi morti, coronam æternæ vitæ percipiet, pro qua temporalia bona contemſit. Quærendum eſt ſi materia coronæ vitæ quam præparavit Deus diligentibus ſe, ea ſunt quæ ſcilicet propter magnitudinem majeſtatis aſpectui & auditui nequeunt ſubdi, nec ad purum intellectum hominis cujuslibet admitti.

℣. 17. *Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum deſcendens eſt a patre luminum*. Patrem luminum intelligibilium, hoc eſt illuminatorum rationalium Deum dicit, a quo tamquam a datore rerum venire ad homines, inquit, divina dona; quæ eo quod proſint, optima dicit data; eo quod plena & ſine defectu ſint, dona perfecta indubitanter appellat. Et quo modo aliqui dicunt,
D quantum ad iſtam vocem, ſola quæ meliora ſint, a Deo eſſe, non etiam quæ moleſta judicantur & triſtia, ponendum eſt illud ubi ait ſcriptura: [g] *Ipſe deduxit ſuper eos mala*. Et illud: [h] *Deſcenderunt mala a Domino ſuper portas Hieruſalem*, & his ſimilia. Ex quibus & aliis hujuſmodi exemplis agnoſcitur ſententia & judicio Dei, ſuavia atque triſtia

a Rom. V. 3-5. *b* II. Tim. IV. 8. *c* I. Pet. V. 4. *d* Iſa. XXVIII. 5. ſec. LXX. *e* Prov. IV. 9. ſec. LXX.
f Ibid. *g* Baruch II. 2. IV. 18-29. *h* Mich. I. 12.

1. *Portabile*] An *probabile*?

hominibus provenire. Cum ergo cuncta Dei providentiæ deferantur; attamen conſequens erat, ut qui invitabat ab patientiam perfectionemque virtutis, non malorum illationem, ſed memoriam deberet habere meliorem, dum omnis qui ſtudet ſecundum virtutem vivere, non triſtia, ſed optima data potius & dona perfecta mereretur. Alter vero quidam ſcripturas ſubtilius animadvertens, & ea quæ pie de providentia ſunt, exponens, dicit; meliorem miniſtrationem fieri præcedente voluntate Dei, adverſa vero propter quamdam utilitatem per accidentiam deſtinari.

C A P. II.

℣. 26. *Sicut enim corpus ſine ſpiritu mortuum eſt, ſic & fides ſine operibus mortua eſt*: Quoniam ſicut ſpiritus cohærens corpori vivificat illud, & opera fidei coaptata, vivam eam eſſe procurant: cogitandum eſt ut fides habeatur cum operibus virtute dignis; ut non mortua, ſed viva conſiſtat. Nam & qui habet corpus animale non mortuum, ſed vivum, illud per ſocietatem ſpiritus vult habere. Notandum ſcilicet, quia cum fides mortua ſit præter opera, jam neque fides eſt. Nam neque homo mortuus, homo eſt. Quomodo vero aliqui cauſſam eſſe ſpiritum dicentes, quo corpus vivat, honorabiliorem eſſe corpore dicunt; & ideo conſequenter & opera honorabiliora magis quam fidem aſſeverant, vivificantia eam: perfectius ſtudui, ut quod mihi videtur exponerem. Non enim ſicut indubitanter ſpiritum corpore meliorem, ita ſine reluctatione opera fidei præponenda ſunt, quando gratia ſalvatur homo, non ex operibus, ſed ex fide: niſi forte & hoc in quæſtione ſit, quod ſalvet fides quæ cum operibus propriis vivit, tamquam aliud genus operum ſit, præter quæ ſalus ex fide proveniat: nec autem ſunt opera quæ ſub umbra legis obſervantur.

C A P. III.

℣. 2. *Si quis verbo non offendit, hic perfectus eſt vir, poteſt etiam freno circumducere totum corpus ſuum.* Quoniam verbum duplex eſt: aliud quod ad ſenſum, aliud ad affectivam prolationis pertinet rationem: ſecundum mentis ſermonem præſentia ſunt ſumenda: Quiſquis enim non offendit in ſenſu rerum ſapiendarum & agendarum, perfectus vir eſt, ſubditum faciens totum corpus velut equum, & quo vult educens eum comprimit, & ad ſervitium redigit, & proprias mortificat paſſiones. Quia vero de ſermone animæ ſcribit hæc, palam eſt advertenti textum congruenter aptatum, cujus initium eſt.

℣℣. 1. 2. *Nolite plures magiſtri fieri, fratres mei.* Et paullo poſt: *In multis enim offendimus omnes.* Et mox intulit: *Si quis in die verbo non offendit*, hoc eſt, docendo. Quando enim de his quæ agenda ſunt & ſapienda aliquis docet, ſi habuerit veritatem ſenſus de hujuſmodi rebus, tunc inoffenſibile habet verbum. Non enim putandum eſt de peccato prolativi ſermonis, quæ ſolœciſmos & barbariſmos quidam vocant, hæc fuiſſe dicta. Niſi forte quis dicat inoffenſibilem habere quemque voce ſermonem, quando irreprehenſibilem eum, & ſine vitio profert: licet aliquid vanum aut riſibile aut injurioſum dicere videatur, eo quod ſecundum artis regulam ſit loquutus. Quod vero non ſine conſideratione dicimus, totum corpus fuiſſe ſumtum pro paſſionibus & operationibus ejus, adverte quod ſcriptum eſt:

℣. 5. *Lingua enim cum ſit medicum membrum, &* A *magna exſultat*. Accuſans ſermonem pro ea, linguam accuſare dignoſcitur, tamquam ponentem, & alia vana loquentem. Cum vero hæc in iſto corpore ita ſint; conſequenter & de omni corpore talia oportet intelligi.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 369.



C A P. IV.

℣℣. 2. 3. *NON habetis, propter quod non poſtulatis. Petitis & non accipitis, eo quod male petatis, ut in concupiſcentiis veſtris inſumamini.* Cum vera ſit expoſitio Salvatoris dicentis: [a] *Petite, & dabitur vobis*: quam etiam facit eſſe credibilem cum dicit: [b] *Omnis qui petit, acci[pit]*: quærere libet quomodo aliqui orantes non au[feran]tur, B ut accipiant quæ habere poſtulaverunt per ſuam petitionem. Ad hæc dicendum eſt, quoniam qui via congrua ad poſtulandum venit, nihil relinquens eorum quæ pertinent ad impetranda quæ cupit, omnia percipit quæ ſibi dari rogavit. Si quis autem extra intentionem traditæ petitionis poſcere videatur; iſte neque petere modo debito creditur, & ideo non percipit quod petit. Nonne falſum quod dictum eſt: *Omnis qui petit, accipit?* Nam cum doctor dicat, omnis qui accedit ad me cauſſa doctrinarum, habebit diſciplinas earum; accedere ad doctorem, de rebus [1] ipſis accipiendum eſt, hoc eſt, ut etiam deſiderium habeat doctrinarum, ut exerceat & meditetur eas, & ſumma intentione re- C ſpiciat ea quæ a magiſtro dicuntur, & naturam habeat bonam. Indubitanter enim hujuſmodi homo percipiet diſciplinam, quam magiſter dare promiſit. Si quis alius acceſſerit ad doctorem, non faciens quæ prædicta ſunt, ſed tantummodo ut videatur ab eo, & videat eum, volens falſam facere promiſſionem doctoris, dicendum eſt ei: Non acceſſiſti ad eum ſicut invitavit, ſed aliter, & tantummodo ad videndum eum. Apertiorem enim faciens ſcriptor epiſtolam, & qui petere videantur nec accipiant, indubitanter male petentes illos dicit, qui vanis cupiditatibus inhæſerunt. Quia vero inſtant aliqui dicentes: Quare illi, qui pro ſcientia & perceptione virtutis petunt & non accipiunt? dicendum eſt D illis, Quomodo & ipſi non propter ipſa bona percipienda petunt, ſed ut per ea laudentur. Eſt enim amor concupiſcentiæ velle laudes acquirere: unde etiam his non datur, quoniam ad concupiſcentias inſumendas volunt poſſidere quæ poſcunt.

℣. 4. *Neſcitis quia amicitia mundi inimica eſt Dei?* Quoniam nequitia providet amicitias mundi, virtus autem acquirit caritatem Dei; cum virtus & nequitia, non poſſint una ſubſiſtere; qui peccando amat mundum, inimicus Dei eſſe monſtratur: ſicut e diverſo qui non peccando amicitias apud Deum pietate confirmat, continuo mundi adverſarius invenitur. Unde ſicut [c] *impoſſibile eſt ſervire Deo & mammonæ*; ita amicum Dei eſſe ſimul & mundi. De- E nique veniens Jeſus ut Dei amicos faceret obedientes ſibi, [d] gladium & diviſionem miſit in terram. Sermo namque & doctrina illius dividit & abjungit a terrenis atque materialibus rebus; per hæc præpararans ut inimicitiæ ſint apud mundum, & unitas apud Deum: hæc ſunt amicitiæ apud illum. Quapropter & pacem quam dat non ſicut mundus amanti. Ille namque per pacem quam dat, ad corporeos actus invitat, amatores concupiſcentiæ & paſſibiles eos facit: Jeſus autem pacem præbens, amicos Dei conſtituit, ex toto corde eum diligentes. Mundum vero intelligere debemus, deſideria corporalia & converſationem hujus mundi.

a Matth. VII. 7. b Ibid. ℣. 8. c Matth. VI. 24. d Matth. X. 34.

1. *Ipſi*] Forte *ipſius*, doctoris ſcilicet. Contextum inſpice.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 369.



DIDYMI ALEXANDRINI
IN EPISTOLAM S. PETRI I.
ENARRATIO.

CAP. I.

℣. 1. *Petrus Apostolus Jesu Christi, electis advenis dispersionis.* Positus Petrus Circumcisionis Apostolus, omniumque Judæorum habens studium, scribit eis qui in totius orbis dispersione morabantur tamquam advenis civitatum extranearum, cum utique nequaquam plures eorum in Judæa consisterent. Si quid autem supra textum heic potest intelligi, animadvertendum est hoc de animæ ratione, quasi advenam eam velit agnosci. Unde etiam dictum videtur: [a] *Peregrinus ego in terra & advena, sicut omnes patres mei.* Et iterum: [b] *Heu me, quoniam incolatus meus prolongatus est!* Advenæ siquidem fiunt hominum animæ corporibus copulatæ, dum in eis temporaliter esse constituuntur. Nam si essent ex ea substantia, vera corpora essent habitatrices terræ. Denique animæ habentes compassionem carnis, esse in habitatione carnea nuncupantur & velatione, quamquam advenæ sunt in terram, sed magis assimilantur indigenis. Unde & terrores inferuntur super habitatores terræ, rapientes utique ea quæ terrena sunt, & terreni indutos imagine.

℣. 2. *Secundum præscientiam Dei Patris.* His conconcordant quæ a Paullo dicta sunt ita: [c] *Sicut elegit nos in ipso ante originem mundi esse sanctos & immaculatos coram eo in dilectione, prædestinans nos in adoptionem filiorum.* [1] Licet enim quidam dicant quoniam semper & ante mundum, rationabilium substantia sit: verumtamen prævidens Deus fidem & actus hominum quæ aguntur, per evangelicam doctrinam præscienter elegit eos in Christo ante mundi originem, jam tunc prædestinans eos filios esse participio sanctos adoptionis. Præscientia enim nihil aliud est putanda, quam contemplatio futurorum: quæ non est jam præscientia postea, sed scientia, dum ea quæ primitus contemplata sunt, veniunt ad effectum. Licet igitur secundum præscientiam electi erant quibus Petrus scribit; verumtamen exsistentibus eis Petrus loquitur. Abjicit itaque fabulam Manichæorum de naturis, & intellectus præsens.

4. *In hereditatem incorruptibilem, incontaminatam & immarcescibilem conservatam in cælis in vobis.* Ut ostendat quomodo in infinitum beatorum permanebit hereditas, incorruptam & immarcescibilem eam dixit: per hoc manifestans & divinam & puram hereditatem, eo quod sit incontaminabilis ejus perceptio apud eos, qui proprietatis præmio divitiarum præsentium bona despiciunt, scientes se habere meliorem & perpetuam facultatem. Quam dum dicit mansuram, perpetuitatem ejus aperit: & dum probat meliorem, divinitatem repositæ hereditatis ostendit. Si ergo in cælis fidelibus hæc servatur hereditas, frivola quædam & tepida proferunt aliqui A putantes eam se percipere in terrena Hierusalem. Mille annis, existimant esse deliciarum præmia proprietate recepturos. Qui etiam interrogandi sunt, quomodo adstruant delicias corporales; cum dicatur hanc hereditatem nec corrumpi posse, nec marcescere, maxime cum ipsi dicant hæc posse finiri completo anno millesimo. His copulanda sunt illa verba quibus dicatur, quo in regno cælorum sit hereditas constituta, & nequaquam corruat, eo quod sit intelligibilis; quando sensibilia, non sicut intelligibilia cognoscuntur. Illa namque Spiritus sanctus dignissimis manifestat.

℣. 6. *Ex quo exsultabitis, modicum nunc si oportet contristari in variis tentationibus, &c.* Probatur fides eorum, B qui propter eum in tentationibus diversis tribulantur, & usque ad finem in hujusmodi probata fide persistunt: quos utique convenit exsultare, licet aliquis labor eorum voluntatibus importunus esse videatur. Hunc enim laborem heic sub *tristitiæ* nomine designat, tamquam sit aliqua tristitia quæ possit e diverso per hæc verba cognosci, cum & apud Paullum duo tristitiæ genera declarentur, quarum unam mortem operari, alteram vero pœnitentiam stabilem ad salutem, quæ ita describit: [d] *Mundi tristitia mortem operatur; Dei vero, pœnitentiam stabilem ad salutem.* Certum est enim quoniam qui tristis est laborando, dum pro fide decertat, neque secundum mundi tristitiam tristatur, C neque secundum pœnitentiam. Illa namque pro amissione delectabilium rerum, hæc autem pro honore transactorum geritur peccatorum. Utrumque vero harum tristitiarum extraneus esse cognoscitur qui tentatur. Et quo modo diversus decertantium provectus; alii cum labore quæ tristitia vocatur, tentationes ferunt, alii autem sine tristita: & sic excellenter eas & cum delectatione suscipiunt, ut lætentur, quoniam [e] digni sunt facti pro nomine Christi pati. Et arbitrantur se incomparabilem gloriam possidere, quando Christi nomine tribulantur.

℣℣. 10--12. *De qua salute exquisierunt atque scrutati sunt Prophetæ, qui de futura in vos gratia prophetaverunt; scrutantes in quod vel quale tempus significaret,* D *qui in eis erat spiritus Christi, qui prænuntiabat in Christo Jesu passiones, & post hæc glorias: quibus revelatum est, quod non ipsis, vobis autem ministrabant hæc.* Quoniam quidam minorem afferunt promissionem & salutem sanctorum, qui ante adventum Salvatoris fuerunt, existimantes plus aliquid habuisse posteriores, eo quod viderunt Jesum sensibiliter, etiam signa ab eo corporaliter facta, & doctrinam ejus audierunt: ostendendum est quoniam hujusmodi opinio falsa esse dignoscitur. Duo adventus sunt Christi. Unus quidem intelligibilis, secundum quem recipitur tamquam Deus Verbum. Alter vero sensibilis, secundum quem videtur E ex Maria progressus. Sed divinior intelligibilis

a Psalm. XXXVIII. 13. *b* Psalm. CXIX. 5. *c* Ephes. I. 4. 5. *d* II. Cor. VII. 10. *e* Act. V. 41.

1. Caute lege: nam subdole videtur insinuare hæresim Origenis de præexsistentia animarum ante corpora, & nunc dum visibilem. Deinde obscure nimis heic Didymus loquitur de prædestinatione, quasi Deus prævidens fidem, & actus nostros bonos præscienter eligat homines: non enim prædestinatio est ex antevisione fidei & meritorum hominum, nisi forsan loquatur de electione ad gloriam quam quidam improvide nihilominus distinxerunt a prædestinatione, & ex prævisis meritis fieri dixerunt. Quod etiam absurdum est. Vide Bellarminum lib. 2. de gratia, & libero arbitrio cap. 5. Editor Paris.

quam sensibilis, qui etiam pravis hominibus est collatus. Omnibus itaque sanctis qui post adventum fuerunt & ante adventum, intelligibiliter adveniens Dei Verbum, proportione actuum quos unusquisque gessit, sanctificat eos quibus semet ipsum decenter irradiavit, non minoratis scilicet eis propter sensibilem præsentiam qui fuerunt ante ejus adventum. Non enim propter malitiam, sed propter temporis diversitatem hoc adventu frui nequiverunt. Igitur licet prophetæ perscrutati sunt, in quod vel quale tempus finem acciperet animarum salus, & Christi fierent passiones, & postea gloriæ: cognoverunt tamen per revelationem, qua non sibi, sed eis qui post adventum ejus erant futuri, ministrabant hæc. Non ergo minorem sanctitatem eorum esse dicendum est, quando diviniorem filii Dei præsentiam habuerunt. Quomodo enim minor alicujus eorum qui post adventum fuerunt, videbitur, Abraham qui Deum vidit; cum omnes utique qui secundum Christum finiuntur, in ejus sinum proficiscuntur? Quomodo minores erunt Moyses, & Elias, qui Jesu in gloria transformati simul apparuerunt, licet non viderint sensibiliter eum de virgine procreatum? Non enim præponendus est eis qui intelligibilem adventum ejus habuerunt, ille qui eum secundum carnem vidit, dum multi etiam peccatores hos viderint. Quod autem & peccator videt, multo inferius est illo quod venit ad solos sanctos. Perfectiore vero probatione etiam hoc dicendum est. Apostolis nullus est celsior fide aut conversatione inter eos qui Christi Evangelium sunt secuti, sed neque Joanne Baptista. Putas ergo quod hi quos contigerit circa finem mundi consistere, & viderint secundam & gloriosam Christi præsentiam, beatiores erunt Baptista & sanctis Apostolis? Absit: Nullus enim sic hebes est, præcipue cum sit dictum [a], quod *nullus in humano genere major sit Baptista Joanne*. Igitur si non minorantur qui non viderint sensibiliter, seu secundum præsentiam, ab illis qui eam visuri sunt; neque minores erunt eorum qui sensibiliter secundum Evangelium dispensationem Christi viderunt. Necessario siquidem hæc diximus propter eos, qui minores faciunt priscos posteris. Multi sunt etenim etiam hæreticorum, qui hac falsa sententia seducuntur, desiderium habentes maximum ut veteri derogent testamento. Sed & his dicendum est, quoniam & si non viderunt aut sensibiliter audierunt quæ dixit Jesus & fecit, verumtamen desiderium habuerunt. [b] *Multi enim*, inquit, *prophetæ & justi concupierunt videre quæ videtis, & non viderunt, & audire quæ auditis, & non audierunt.* Et de Moyse dicitur [c], quomodo *æstimavit majores esse divitias improperium Christi, quam thesauros Ægyptiacos.* Dictum est autem & de Esaia, [d] quod vidit gloriam Christi.

℣. 12. *In quem concupiscunt Angeli prospicere.* Notandum quod apud Græcos, *in quæ*, legatur; non, *in quem*. Et sic exponitur: Si quis existimaverit quæsitam a prophetis salutem in fine esse mundi, quod in omnibus & in summo est appetitu, quando ipsius quidem caussa alia cuncta fiunt, ipsum vero cujus caussa nullius agitur: Non abre est etiam intelligi de sanctis Angelis, & simpliciter cunctis beatis rationalibus hoc dictum, cum omnes appetitum habeant, prospicere ea quæ in fine sæculi sunt agenda. Si vero alium quemdam statum viderunt beatum (per ea quæ revelata sunt a sancto Spiritu eis, qui Evangelium susceperunt) præter eum qui dictus est, dicendum est & concupiscere in eum A prospicere Angelos qui in transgressione quadam inventi sunt. Nam licet quidam eorum pravi sint, attamen detenti supplicio, resipiscentes unde ceciderunt (quod etiam studiosis hominibus compromittitur) habebunt desiderium vel per fenestras ea respicere. Sed vero dicunt Manichæi de Angelis (quos creatorem putant) hoc esse dictum: interrogandi sunt, si habet quisquam naturam ea concupiscendi, quæ præter naturam sunt, & non ei conveniunt: & si propter multam fatuitatem hoc concesserint, rursus interrogandi sunt, si appetitus infinitus est omnis? Namque necessarium est appetitum compleri, dum res quæ desideratur, adfuerit. Si vero hoc ita non est in prædictis Angelis, erit ademtio B eorum quæ manifestavit Spiritus sanctus, quando nequaquam habere possunt concupiscentiam eorum, quorum ad hæc natura apta denegatur.

℣. 15. *Sed secundum eum qui vos vocavit, Sanctum, & vos sancti in omni conversatione eritis; quia scriptum est: Sancti eritis, quia ego sum Sanctus.* Cum Deus qui per Evangelium evocavit ad salutem, sit sanctus; necesse est obedientibus vocationi, omni conversatione atque prudentia fieri sanctos ejus: præcipue dum is qui vocat, ad hæc invitet & tribuat sanctitatem. Ait enim, Quomodo ego fons sanctitatis sum, per substantiam sanctus exsistens, vos studete participari sanctitati quos diligo, ut sitis sicut & ego. Et vide dispensationem. Se namque sanctum C esse dixit; accedentes autem ad eum, fieri vel futuros sanctos invitat. Quærendum est in qua veteri scriptura homini verba sint proposita. Et notandum est quoniam in Levitico legitur: [e] *Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens: Loquere omni congregationi filiorum Israel & dices eis: Sancti eritis, quoniam Dominus Deus vester sanctus est.* Dicendum tamen est, quod si non inveniretur ita positum, non omnino secundum dictum sermonem hujusmodi dicta quæreremus, sed intelligibiliter dum omnia spiritualia divinitus eloquia doceant, quoniam & qui vocat sanctus est, & qui vocantur, ut sanctificentur, adveniunt. Requirendi vero sunt Manichæi, si creator est qui hæc dicit, quomodo sanctus est D sanctificans eos quibus hæc revelata sunt, qui scilicet ultra eum sunt quorum nec aliquando habuit scientiam? Si vero Pater Salvatoris est, & filius cum eo hæc dicens, quomodo prophetæ non ejus, sed Dei creatoris exsistentes desiderium habuerunt promereri ea quæ diligitis? Qui ultra Deum eorum est, hujus notitiam non habet. Quapropter oportet eum Deum Prophetarum & Evangelii confiteri secundum pietatis verbum cum nihil occurrit.

℣. 17. *Et si patrem invocatis eum qui sine discrimine personarum judicat secundum uniuscujusque opus, &c.* Si is quem vocant patrem judex est, personam non accipiens eorum qui judicantur ab eo, & secundum uniuscujusque judicat actionem; cum timo- E re & omni sancta conversatione perficere omne tempus incolatus nostri festinemus. Sic enim poterimus & patrem eum tribuentem promissiones agnoscere, & extra omne supplicium permanere. Quærendum est enim, si [f] *pater judicat nullum, & omne judicium dedit filio:* quid heic possit intelligi. Si enim patrem, quoi significatur, quomodo judex iste & judicans secundum uniuscujusque opus? Si vero filius judicat secundum uniuscujusque opus, omne judicium sumens, quomodo pater exsistit? Pro quibus dicendum est, quoniam & filius eadem divinitate est, judicante filio, pater est qui judicat. Sic & filius pater est genitorum, generans eos participio sancti-

[a] Matth. xi. 11. [b] Matth. xiii. 17. [c] Heb. xi. 26. [d] Isa. vi. [e] Levit. xix. 1. 2. [f] Joan. V. 22.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 369.

tatis. Sæpius enim filios ſuos vocavit [a] Apoſtolos. Et alii dixit: [b] *Fili remittuntur tibi peccata tua;* alteri vero ait: [c] *Filia, fides tua te ſalvam fecit:* Et hæc, qui divinitati derogantes, poſſunt ſufficienter arguere. Dicens enim eſſe judicem creatorem, non dubitetis eumdem putare qui pater eſt dilectorum Chriſti. Quapropter una divinitas etiam, per hæc verba:

ỷ. 23. *Renati non ex ſemine corruptibili, ſed incorruptibili, Verbo Dei vivi & permanentis.* Regenerationis & reſtitutionis nomine, ſignificat introductionem nativitatis poſt deſtructionem priſcæ generationis factam. Quomodo enim non habuit deſtrui cum eſſet corruptibilis, ut poſtea incorrupta veniens maneret æterna, ſervans perfecte & ſine aliqua circumſcriptione vitæ eos qui naſcuntur ex ea? Eſt enim prima nativitas ſecundum Adam mortalis, & ideo corruptibilis; poſterior autem ex Spiritu & Verbo ſemper vivente Dei. Et hoc ergo verbum quod pro ſemine ponitur, incorrupta demonſtrat: quia ex virtute & ſpiritu ei congruente dicitur incorruptum: [d] *Omnis enim qui naſcitur ex Deo, peccatum non facit; quoniam ſemen ejus in eo manet, & non poteſt peccare, quoniam ex Deo natus eſt.* Ad hoc quoque percipiendum eſt etiam illud: [e] *Filii regni ſunt ſemen bonum.* Hæc ergo nativitas incorruptibili ſemine conſiſtit *Verbo Dei vivi & permanentis.* Vivum vero & permanens Verbum dicimus, ſecundum Evangelicam diſciplinam. Hoc ergo conſcriptor Epiſtolæ confirmare volens, aſſumſit exemplum fœni dicens:

ỷỷ. 24. 25. *Aruit* [f] *fœnum, & flos ejus decidit: Verbum autem Domini manet.* Quæ cum dixiſſet, verba prophetica interpretatus eſt dicens: *Hoc eſt autem verbum quod evangelizatum eſt inter vos.* Secutus & illic Dominum, ubi ait: [g] *Verba mea non tranſibunt.* Si vivum eſt verbum & permanens in his, ſignificari putamus illud, [h] *quod erat in principio apud Deum Dei Verbum.* Requirendi ſunt hæretici circa quos dicunt fieri regenerationem. Putas ne circa terrenos? Sed impoſſibile eſt. Non enim naturam habet ſecundum eos incorruptibile ſuſcipiendi ſemen. Si vero hoc impoſſibile eſt, erit potius impoſſibile de ſpiritualibus hæc intelligi. Nam ſi animæ ſemen per ſubſtantiam ſpirituales ſunt ut ipſi volunt, quid eis amplius generatio præbebit utilius? Quapropter de voluntaria regeneratione hoc ſapiendum eſt, ut poſſint congruere quæ ſequuntur. Sic enim habet.

CAP. II.

ỷ. 1. *Deponentes igitur omnem malitiam & omnem dolum & ſimulationes,* & reliqua. Turbat enim hæreticos etiam illud: [i] *Niſi quis natus fuerit ex aqua & ſpiritu;* & illud: [k] *Oportet vos naſci denuo:* & quæcumque repeRiuntur his eſſe ſimilia: quibus oſtenditur non eſſe naturam bonam & malam.

ỷỷ. 4. 5. *Ad quem accedentes lapidem vivum, ab hominibus quidem reprobatum, a Deo autem electum & honorificatum: & vos tamquam lapides vivi ædificamini in domum ſpiritualem, & ſacerdotium ſanctum, offerentes hoſtias acceptabiles Deo per Jeſum Chriſtum.* Qui ad Evangelium acceſſerunt renati ex incorruptibili ſemine, genus electum atque probatum ſunt: ſimul & vivi lapides conſtituti, ſuperædificati viventi lapidi, electo & honorato, [l] *fundamento Apoſtolorum & Prophetarum,* ad perficiendum Deo ſpiri-

A tualem domum ad quam perducuntur: magis autem offerentur ſpirituales hoſtiæ, de quibus dictum eſt: [m] *Immola Deo ſacrificium laudis;* & iterum: [n] *Sacrificate ſacrificium juſtitiæ.* Hæc vero ſunt ſanctorum orationes, contemplatio & actus egregii oblati, non per figuratum pontificem, ſed per ſacerdotem [o] *qui ſecundum ordinem Melchiſedech permanet in æternum.* Hic enim eſt Jeſus ſummus Pontifex, pertranſiens omnes cælos. Illius ergo perſonam gerit homo aſſumtus a Dei Verbo, unde non ei, ſed per eum, Deo hoſtiæ dicuntur offerri, cum divinitas una ſit Patris & Filii, & quæ Deo patri ſacrificantur, offeruntur & filio.

ỷỷ. 7. 8. *Vobis ergo honor credentibus: non credenti-*
B *bus autem, lapis quem reprobaverunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli, & lapis offenſionis & petra ſcandali, his qui offendunt verbo, nec credunt in quo & poſiti ſunt.* Sicut Jeſus cum ſit lumen, iterum [p] ad judicium venit in mundum, ut illuminaret eos qui cæci erant ante ejus adventum, & excæcaret qui male videbant: ſic etiam [q] *poſitus eſt ad ruinam & reſurrectionem multorum in Iſrael,* excitans eos qui peccato corruerant, & corruere faciens qui in peccatis ſtatum firmiſſimum poſſidebant. Sic & cum lapis electus & honoratus ſit, honorem præſtat eis qui per fidem ſuperædificantur in eo, fundamentum eorum robuſtiſſimum vehementer exſiſtens. Apud eos qui non credunt, non honorabi-
C lis, ſed offenſionis eſt lapis & petra ſcandali, cum ſimiles exſiſtant ædificatoribus qui deſpexerunt eum. Hi namque ſunt Scribæ & Phariſæi. Ad hoc enim, hoc eſt, ad non credendum, & offendendum, in eo poſitos dicit eos, qui ab ejus doctrina diſſentiunt. Eſt autem poſitio qua poſiti ſunt, voluntaria, initium non credendi gerens. Sicut enim mundus qui [r] *in maligno poſitus eſt,* non ex natura ſed ex paſſione propria propoſitionem habuit in maligno; ita & de quibus ſermo eſt, ad non credendum a ſemet ipſis ſunt poſiti, cognati exſiſtentes eorum, qui [ſ] *traditi ſunt ad contumelias paſſionum & reprobum ſenſum.* Quia enim peccantes [t] in multa patientia eos portabat Deus, contemnentes benignitatem &
D longanimitatem ejus; poſt multam invitationem, monitionem doctrinamque, reliquit eos ſecundum propriam pergere voluntatem; quando alios quidem tradidit cæleſti militiæ deſervire, alios autem diverſis concupiſcentiis cordis ſui ad impudicitiam. Nemo in ſe quidem miretur, audiens quoniam una res aliis ſit ad utilitatem, aliis ad læſionem. Videmus enim eumdem cibum aliis quidem ſalutem, aliis ferre necem. Idem odor unguenti, aliis quidem nocet atque mortificat, aliis prodeſt: ſic & ſpiritualiter accipiendum eſt; quoniam Apoſtoli [u] *Chriſti bonus odor ſunt, aliis odor ex vita in vitam, aliis ex morte in mortem.* Hunc ſermonem extendimus, eo quod male quidam iſtis utuntur.

E ỷ. 9. *Vos autem genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis, ut virtutes annuntietis eis, &c.* Secundum veterem diſpoſitionem legis, aliud erat regnum, & aliud ſacerdotale genus. Sacerdotale namque a Levi, regale ex Juda genere ſuccedebat. Alter enim apud Hebræos regnabat, & alter ſacerdotium obtinebat. Poſt illam itaque conſtitutionem ſucceſſit Evangelium, unum & eumdem ſacerdotem, regemque conſtituens, Chriſtus namque utrumque eſt. Ad eum nam dictum eſt: [x] *Tu es ſacerdos in æternum;* & iterum: [y] *Ego ſuſcitavi eum*

a Marc. x. 24. Joan. xiii. 33. *b* Matth. ix. 2. *c* Ibid. ỷ. 22. *d* I. Joan. III. 9. *e* Matth. xiii. 38. *f* Iſa. xl. 6. *g* Marc. xiii. 31. *h* Joan. I. 1. *i* Joan. III. 5. *k* Ibid. ỷ. 7. *l* Epheſ. II. 20. *m* Pſalm. xlix. 14. *n* Pſalm. iv. 6. *o* Pſalm. cix. 4. Heb. V. 6. vii. 17. *p* Joan. III. 19. *q* Luc. II. 34. *r* I. Joan. V. 19. *ſ* Rom. I. 26. 28. *t* Ibid. II. 4. *u* II. Cor. II. 15. 16. *x* Pſalm. cix. 4. *y* Iſa. xlv. 13.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 369.

regem cum justitia. Sed & ipse de se dicit: [a] *Ego autem constitutus sum rex ab eo*, hoc est, a Deo. His itaque dispensatis necessarium erat dispersos ab eo qui simul rex & sacerdos est, electum esse genus & regale simul atque sacerdotale. Patre siquidem eorum utrumque habente principatum, necesse eos tamquam ex rege regale, & tamquam ex sacerdote esse sacerdotale genus. Quapropter *gens sancta* dicuntur, vocati ab eo qui Sanctus est, ut sancti sint. Hi namque super hoc, quod sancta gens vocantur, etiam *populus acquisitionis* exsistunt, extranei ab omni perditione facti; acquisitionem, quæ fit ex his qui suscipiuntur, non qui projiciuntur. Fugiendum est itaque de naturis loqui, quod Manichæi proponunt, dicentes bonam seu malam naturam, etiam propter præsentes voces: Nam quod eligitur, non ex natura, sed virtutis munere possidetur. Quærendum est autem, quomodo dum ex omnibus gentibus sint vocati fideles, unam gentem sanctam eos esse dixerit. Et dicendum, quia forsan licet ex diversis gentibus sint vocati; tamen eo quod respuerint omnem vanitatem propter quam gentes dispersæ videbantur, & susceperint voluntatem, unam eamdemque mentem, unam respicientes utique disciplinam & fidem unam; quando [b] *anima & cor unum sit omnium credentium*; ideo una gens dicti esse noscuntur.

℣. 10. *Qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei: quorum aliquando non misertus est, nunc autem miseretur*. Intelligenti quoniam de his qui crediderunt ex gentibus, hæc conscripta sunt; nihil occurrit adversum: quoniam ante vocationem, cum non essent populus Dei & misericordiam consequerentur, evocati a Deo venerunt. Multa namque ex hoc adversitas consistit contra eos, qui putant hæc de diversis esse conscripta naturis. Non enim possibile est de spiritualibus dici, quia fuerunt aliquando non populus & misericordiam non habentes; neque rursus de terrenis, quoniam de non populo populi, & de non misericordiam consecutis, misericordiam consecuti sunt. Malitia namque nec populum, nec miserandum, cum malitiæ perceptibiles spirituales non sunt; sed ex virtute misericordiam consequuntur, & populus Dei fiunt; terrenæ vero virtutis e diverso susceptibiles non sunt. Frustra igitur arbitrantur diversitatem naturæ hæc verba significare.

℣. 11. *Carissimi obsecro, tamquam advenas & peregrinos abstinere vos a carnalibus desideriis, quæ militant adversus animam, &c.* Qui propter divinam pietatem digni sunt ut amentur, jure carissimi nuncupantur; non eo quod tales natura fuerint, sed quia esse meruerunt. Conscriptor ergo hujus Epistolæ dicit, Quoniam præcipuo circa vos affectu constringor, obsecro ac invito ut abstineatis a carnalibus desideriis, quæ militant adversus animam, & inimicitias multas habent adversus eam. Quoniam alia animæ, & alia carnis substantia est. Illa siquidem incorrupta & immortalis, incorrupta immortaliaque desiderat: hæc autem cum sit corrupta atque diffusa, turpia & languentia concupiscit. Hac igitur differentia consistente circa carnem & animam hominum, necesse est & studia uniuscujusque substantiæ esse contraria. Quia vero alterius generis est alteriusque substantiæ anima præter corpus, palam advertenti compassiones eorum atque discordias. Nam quando subtrahit se anima a passionibus corporalibus, munda & splendida conservatur, salubriter operationes dignas & pure intelligens ac perficiens, memoriam habens boni, diligens Deum, & scientiam ejus habere volens. Quando vero carnis passionibus implicatur, omnia apud eam his adversa reperiuntur; quæ intellexerit oblivioni repente tradit, quæ nondum sciebat amittit, amorem libidinis habens potius quam Dei dilectionem; ita ut pæne ad hoc usque credatur pervenire, quatenus tota putetur converti in carnem. De quorum tali effectu, in scriptura divina nomina hujusmodi referuntur. Carneus enim qui venditus est sub peccato, vocatur; sed etiam illi qui vehementer inclinantur ad carnem & sancto Spiritu desolantur, propterea carnes nuncupantur, dicente illis Deo: [c] *Non permanebit spiritus meus inter homines istos, eo quod carnes sunt*. Cum igitur anima præter naturam degens, carnea vocetur, & cum secundum naturam movetur, spiritus invisibilis, mens & occultus homo dicitur; constat quod non est de substantia corporis, cum sit immortalis atque perpetua ejus natura, & corpori humano adhæreat, & in eo vivat, quatenus possit data hominibus mandata servare, & illuminata Christi virtute possit ascendere, sequendo verbum quod eam invitat ascendere per ædificatum ascensum qui ducit ad cælum.

℣. 13. *Subjecti estote omni humanæ ordinationi propter Deum*. Sicut alia fiunt propter Deum frequenter, & propter aliud; similiter & subjici principibus & potestatibus humanis; aliquando propter Deum, aliquando propter aliud quidquam fit. Qui enim propter Dominum subditur eis qui ad principandum sunt constituti, tunc solummodo eis subjectus non est, quando contraria voluntati Dei præcipiunt. Quapropter etiam reluctandum est usque ad mortem, si quando voluerint extra Christum nos facere aliquid, dicere vel agere præter sensum aut sanctiones ecclesiasticas. Manifestat itaque Paullus in quibus oporteat eis subdi, id est, ut [d] *tributum solvatur atque vectigal*, ut libertatis pudor apud eos decenti jure servetur: sic enim *redditur honor cui congruit, & timor cui debetur*. Hoc enim præ omnibus docuit Salvator dicens: [e] *Oportet reddi quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo*. Ordinationem vero humanam dixit potestatem, quæ hominum dispositione consistit.

℣℣. 13. 14. *Sive regi tamquam præcellenti, sive ducibus tamquam ab eo missis, ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum*. Præcones veritatis omnem malitiæ occasionem auferentes a nobis, scribunt quatenus tales simus apud eos qui in potestatibus degunt, ne per nos Evangelium aut doctrina ejus impediatur; nolentes nos eis officium debitæ devotionis exsolvere, & eorum actibus esse subjectos, quando tamen rectis legibus aliquid agere comprobantur. Scribit itaque Petrus omni ordinationi humanæ subjiciendos, regibus quidem tamquam egregium culmen habentibus; ducibus autem tamquam missis ab eo ad comprobationem bonorum, & malorum scilicet ultionem. Paullus autem: [f] *Omnis*, inquit, *anima potestatibus sublimioribus subdita sit; non enim est potestas nisi a Deo:* [1] *quæ autem ex Deo, ordinata sunt*, & reliqua. His igitur ordinationibus ab eo qui bonorum est caussa, constitutis, (ipse namque constituit, & destruxit reges, cujus Sapientia dixit: [g] *Per me reges regnant, & potentes scribunt justitiam. Per me principes magnificantur, & tyranni per me possident terram;*) non

a Psalm. II. 6. *b* Act. IV. 32. *c* Gen. VI. 3. *d* Rom. XIII. 7. *e* Matth. XXII. 21. *f* Rom. XIII. 1. *g* Prov. VIII. 15. 16.

1. *Quæ autem* cet.] Forte leg. *quæ autem sunt, ex Deo ordinatæ sunt*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 369.



oportet conturbari si quando fiunt hujusmodi judices, ut male quiddam faciant, puniant bonos, approbent autem & laudent inobedientes legi, sive amore pecuniarum, sive gratia delictorum in aliquos opportune non facientes judicium, faciant transscendentes legem absque providentiæ voluntate, per quam ad culmen evecti sunt. Et non [1] mirandum si aliter faciant, quam vult ille per quem adepti sunt potestatem. Nam pæne apud omnes invenis esse peccata. Dedit nobis Deus sensum ut utamur: utimur eo male frequenter, sed nostra voluntate. Quod autem ita fit; non oportet ut illum qui dedit sensum, culpare debeamus. Plantavit in nobis vigorem ut diligamus, & odio habeamus; ut quidem odio habeamus mala, & diligamus bona. Homines ergo e diverso muneribus his utuntur; non itaque Deus, sed & ipsi sunt magis in culpa. Quapropter omni querela liber est Deus; [2] scilicet his qui ab eo ad principandum constituuntur, absque ejus proposito perpetrare aliquid noscuntur. Constituit enim eos ut terribiles & malorum tortores essent, & laudatores bonorum & honorantes bonos. Qui dum usi fuerint hoc modo potestate quam obtinent, non solum non offendimur, sed etiam collaudamus eum qui ordinatum appetit principatum. Si vero hi contrarium quidquam gerant, non accusemus Deum, sed potius longanimitatem ejus circa eos, sicut & circa alios homines qui delinquunt, admiremur.

℣℣.16.17. *Sed sicut servi Dei, omnes honorate, fraternitatem diligite, Deum timete, regem honorificate.* Cum differentia sit filiorum Dei atque servorum ejus, servis jubetur ut timeant, sicut & ipse Deus dicit: [a] *Si Dominus ego sum, ubi est timor meus?* nequaquam timorem, sed gloriam a filiis exigens cum dicit: *Et si pater ego sum, ubi est gloria mea? Filius enim glorificat patrem, & servus timet dominum suum*, sicut Propheta dicit. Quia igitur scribens hæc nondum filios factos, sed servos adhuc novit, quibus ait: *sicut servi Dei, Deum timete*. Consequens est enim, ut per hæc verba disciplinabiliter & sicut oportuit, omnes qui in sublimitate sunt, honorentur, & diligantur recta voluntate fraternitatis. Omnium enim qui laudabiliter agunt, Deus timor & fundamentum est. *Et Deum timete*, Verumtamen hoc principali ordine conservandum est.

℣. 18. *Servi obedite cum omni timore dominis vestris, &c.* Non passibilem timorem servos habere præcipit apud dominos: hic enim irrationabilis & ad irrationabilia constitutus est; sed eum qui cum disciplina & recta ratione consistit, cujus proprium est reverentia. Qui enim propter Christum & doctrinam ejus Deum timet, cum reverentia ei subjectus est; cum [3] ille qui per verbera aliaque tormenta timet Deum, passibilem timorem habere videatur. Hac significatione & heic post alia utitur ad feminas dicens: [b] *Considerantes vestram in timore castam conversationem*. Et frequenter scriptura hæc de timore, tali modo perloquitur.

℣.23. *Qui cum malediceretur, non maledicebat; cum pateretur, non comminabatur*. Præsentes equidem laudes ejus sunt, qui voluntariam & non substantialem habet benignitatem; per quæ verba nos invitat ad laudem ejus, qui naturam non habuit ad peccan- A dum, quasi substantiale sit ejus bonum. Unde hominem Jesum laudat, [c] *qui peccatum non fecit, nec dolus inventus est in ore ejus*, & [d] *expertus omnia secundum similitudinem nostram, præter peccatum*. Quapropter & præsentia de eo sunt percipienda, qui alibi dicit: [e] *Quæritis me occidere, qui veritatem loquor vobis*. Qui cum malediceretur, non maledicebat, nulli malum pro malo, aut maledictum pro maledicto reddens: sed neque cum pateretur comminabatur eis qui malis afficiebant eum, tradens eos qui insurgebant adversus eum, juste judicanti Deo Verbo, inhabitanti in semet ipso. Nam licet unitas divina sit sancta & impartita hominis ad Verbum: verumtamen alter est intellectus homi- B nis assumti, & alter assumentis eum Verbi Dei. Audientes eum: [f] *Ego & pater unum sumus*; &: [g] *Ego in patre, & pater in me est*. Et illud: [h] *Qui vidit me, vidit patrem*: Intelligimus quod qui hæc dixit, unigenitus Dei filius est. Et rursus cognoscentes illud: [i] *Nunc anima mea turbata est*; &: [k] *qui cœpit mæstus esse & contristari*; de homine quem assumsit, scripta sentimus.

CAP. III.

℣. 6. *Cujus estis filiæ benefacientes, nec timentes ullam perturbationem.* Invitat feminas ut imitentur sanctas, & præcipue Saram, suadens eis, C sic subjici viris, sicut illa subdita erat Abraham, cujus & filias eas factas dicit per operationes bonas. Sicut enim quis faciens opus Abraham & habens ejus fidem, filius ejus sit; ita bona facientes fideles feminæ, matrem habent Saram. Et hæc quidem ad textum. Allegorice vero consideramus quomodo quilibet sit filius Abraham & Saræ, hoc modo ut Apostolus ait, dicens: [l] *Quia Abraham duos habuit filios, unum de ancilla, & unum ex libera*. Deinde spiritualiter intelligit per mulieres duo testamenta: & post alia dicit: [m] eum qui ex libera natus est, secundum Spiritum sanctum, liberam dicens supernam Hierusalem. Concordat his verbis prophetia, dicens: [n] *Respicite Abraham patrem ve-* D *strum, & Saram quæ vos concepit*. Non enim possibile est ad illos homines, id est Abraham & Saram, hæc referri carnaliter. Quomodo enim adhuc conciperet hujus prophetæ tempore, quæ ante multos annos naturæ debitam susceperat mortem? Quapropter & hæc percipienda sunt proxime verbis Apostoli dicentis: Matrem esse earum quæ secundum spiritum generantur, non feminam, sed testamentum novum & Hierusalem esse supernam. Et invitat mulieres per opera bona, matrem habere Saram, & super omnia consistere, nec habere timorem illum quem pavor sequitur & tumultus, quem rationabiliter [o] *perfecta caritas mittit foras*, quoniam pœnæ magis est, non Dei. Hunc enim per omnia E divinus interdicit sermo, alicubi quidem dicens: [p] *Quis est ut timeas hominem mortalem?* Alicubi autem: [q] *Nolite timere eos qui occidunt corpus*, & alia his vicina.

℣. 15. *Dominum vero Christum sanctificate in cordibus vestris*. Sicuti [4] dum magnificatur Deus, non augmentum magnitudinis ei proferri significatur; sed neque dum glorificatur, ei extrinsecus culmen sub-

a Malach. I. 6. *b* I. Pet. III. 2. *c* Ibid. II. 22. *d* Heb. IV. 15. *e* Joan. VIII. 40. *f* Joan. X. 30. *g* Joan. XIV. 10. *h* Ibid. ℣. 9. *i* Joan. XII. 27. *k* Matth. XXVI. 37. *l* Gal. IV. 22-24. *m* Ibid. ℣. 23. *n* Isa. LI. 2. *o* I. Joan. IV. 18. *p* Isa. LI. 12. *q* Matth. X. 28.

1. *Mirandum*] Vulgo *miserandum*.
2. *Scilicet his*] Legerim, *scilicet si hi*.
3. Caute lege: nam videtur damnare timorem pœnæ seu servilem, tamquam irrationabilem, cum tamen ex se bonus & utilis sit, eo modo quo S. Thom. exponit. 2. 2. q. 19. art. 4. Vide Concil. Trid. sess. 6. cap. 6. canone 8, EDITOR PARIS.
4. *Dum magn.*] Editi, *non magn.*

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 369.



limitatis affertur; sic neque dum sanctificatur Dominus, ei titulus sanctitatis augetur. Unde & in cordibus nostris hoc facere jubemur. Si enim sanctitatis ejus integram perfectionem habuerimus, non tantum ore eum sanctificamus, sed in cordibus nostris. Dum enim hoc facimus intellectu nostro, Dei sanctitas magis augetur. Similiter & qui magnificat eum, magnitudinis ejus participium suscipit in semet ipsum. Unde dictum est: [a] *Magnificat anima mea Dominum*. Et iterum: [b] *Magnificate Dominum mecum*. Similiter & de gloria ejus dicendum est. Hæc autem non videantur esse mira subtiliter advertenti: quod dicitur a nobis, bona non suscipit, sed ministrat. His enim similiter intelligendum est, & illud: [c] *Sanctificetur nomen tuum*. Sanctificatur enim nomen Dei, quando induti eo, ea quæ sunt sanctitatis implemus. Adhuc accipiendum est & illud: [d] *Deum sanctificate, & ipse erit timor vester*. Et iterum: *Si in eo confidis, erit tibi in sanctitate*. Vide siquidem quomodo in sanctitate ipse Dominus fit ei qui sanctificat eum. Sic enim ut sanctificatur Christus ab eo, qui imitatur eum: sic animadvertendum est, quoniam qui transscendit mandatum præsens, qnomodo maculet Christum, qui confitetur eum ore, & negat operibus? Sic enim ad quosdam dicit: [e] *Profanastis nomen meum in gentibus*. [f] *Per vos enim blasphematur nomen meum*, cum vivitis in peccato.

℣. 13. *Parati semper ad responsionem omni poscenti vos rationem de fide, & spe quæ in vobis est*. Sicuti continue agi quod bonum est, divina doctrina vult; ita & instructos esse fideles hortatur, ut parati sint ad comprobationem rerum [1] sapiendarum. Quia enim multi Evangelio disciplinabiliter intendentes exigunt nos satisfactionem spei beatæ; non oportet segnes esse & ad satisfactionem deferre requirentes, sed magis esse præparatos Christi discipulos, quatenus volenti mutuo percipere rationales pecunias, non negatur. Non enim de sensibilibus pecuniis hoc Apostolis est præceptum, aurum non habentibus & argentum. Ad hoc etiam Paullus invitat scribens: [g] *In sapientia ambulate propter eos qui foris sunt*; scientes quomodo oporteat singulis respondere: *foris* dicens eos, qui nondum fideles existunt. Isti namque requirunt, volentes agnoscere aliquid de spe quæ in nobis est. Propterea qui præsidere ecclesiastico magisterio deputatur, super hoc quod debet habere doctrinam, debet etiam resultantes obstruere. Cum ergo sic invitet divina doctrina præparari fidelem virum; nescio unde moti quidam sicut jumenta vivunt, arbitrantes actibus solis incumbi, cum neque ipsi inculpabiliter poterint apprehendi ab eo, qui sine doctrinæ ratione vivere concupiscit. Quomodo etiam ipsi tunc claudendi sunt, dum cum ratione celebrantur? Quod ergo petulantes inexaminabiliter aliquid dicere præsumunt, audiant scripturam sanctam, quam sine intellectu & examinatione videri quemquam nosse scripturas culpabile magis est. Scientia enim, inquit, non intelligentium, inexaminata sunt verba, & disciplina sine probatione erat.

℣. 22. *Qui est in dextera Dei, deglutiens mortem ut vitæ æternæ heredes efficeremur: profectus in cælos, subjectis sibi Angelis & potestatibus & virtutibus*. Sicut per filium Dei, quod Verbum est seu ratio, essentiam cuncta rationalia, & ut essent, habuerunt: sic per eum omnium eorum salus effecta est. Qui enim non substantialiter, sed acquisitive sanctitatem habent, cum creaturæ sunt, jure purgatio facta est circa cuncta hoc modo habentia bonitatem. Unde etiam sublimi ore correctionem suscipiunt. [h] *Pacificavit enim Jesus per sanguinem crucis suæ, quæ in cælis & quæ in terra sunt*, omne bellum destruens & tumultum. Mox etenim in descensu ejus & nativitate facta de Virgine dictum est: [i] *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax*. Concorditer autem & in præsentibus dictum est: quia cum resurrexisset a mortuis, & sederet in dextera in excelsis, profectus in cælum subjecti sunt Angeli ei, potestates atque virtutes. Sicut enim homines abstinentes a peccatis subjecti sunt: ita & [2] superiora rationalia correcta spontaneis culpis quæ forsitan habuerunt, ei subjecta sunt, completa dispensatione, habita pro salute cunctorum. Possibile est autem aliquos hujusmodi spontaneis passionis voluntatibus abstinentes dicere, quia non omnino mutatio facta significatur subditorum animalium supernorum. Cum tali intellectu quæ scripta sunt suscipiuntur, Deo Verbo exsistenti filio Dei, omnis creatura tamquam regi omnipotenti subdita est. Et quoniam hic Deus Verbum hominem assumsit, eumque suscitans post mortem super omnia principia, potestates, virtutes, & dominationes esse constituit: huic omnes Angeli Dei jussi eum adorare, subjecti sunt, scientes eum uniri cum Deo verbo, cum in dextera divinitatis sit, & [k] in nomine ejus non solum terrena & inferna, sed etiam cælestia genu flectant, & omnis lingua ad gloriam Dei patris Jesum Dominum esse confiteatur. Cum autem omnem linguam audis, non humana solum debes numerare eloquia, sed etiam eorum qui sunt in cælis. Dictæ sunt enim & illorum linguæ, cum ait: [l] *Si linguis hominum & Angelorum loquar*.

CAP. IV.

℣℣. 17. 18. *Si autem initium a nobis, quis finis eorum, qui non credunt Dei Evangelio? & si justus quidem vix salvus fit, peccator & impius ubi parebit?* Instante jam tempore ut initium sumeret Dei judicium, incipit facere transitum a majoribus ad minores. Quapropter ait, tempus inchoationis judicii ex domo Dei, hoc est, fidelibus & complentibus Dei viventis Ecclesiam; unde etiam infert: Si primum a nobis qui sumus Dei domus, examinatio actuum cogitationumque fit; quem creditis terminum non credentibus Dei Evangelio pervenire? Per hoc certamen, multumque timorem fidelibus infert, quatenus caute discant judicem, ad quem habere poterunt sine dubio rationem. Hos ergo excitans ad timorem ejus invitat, dicens non credentes divinæ doctrinæ inevitabilem & indeclinabilem suscepturos scilicet ultionem, quam finem eorum nominavit, circumscribentem incredulitatem eorum. Docens enim istis verbis & excitans potius eos, inquit: Cum justus vix, & cum potiori certamine queat adipisci salutem; quid oportet sentire de impiis, quoniam per se judicati [m] ad judicium non re-

a Luc. I. 46. *b* Psalm. XXXIII. 4. *c* Matth. VI. 6. *d* Isa. VIII. 13. *e* Ezech. XXXVI. 22. *f* Rom. II. 24. *g* Gal. IV. 5. *h* Gal. I. 20. *i* Luc. II. 14. *k* Philipp. II. 10. 11. *l* 1. Cor. XIII. 1. *m* Psalm. I. 5.

1. *Sapiendarum*] Forte *sperandarum*. Restitutionem contextus suadet.

2. Intueris palam Origenis perspicuum errorem, quem discipulus ejus Didymus imbibit, Christum passione sua & sanguine purgasse quoque Angelorum peccata. Vid. Sixtum Senens. lib. 5. Biblioth. annot. 117. & lib. 6. anno 292. & 276. & 302. EDITOR PARIS.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 369.



surgent; & de peccatoribus, qui in concilio justorum non resurgunt? His enim [a] *qui bona gesserunt, ad resurrectionem vitæ* venientibus; *qui prava fecerunt, ad resurrectionem judicii* suscitantur. Quapropter nequaquam inter bonos peccator & impius apparebit. Cum justus vix salvetur æstuando & decertando, quomodo ejus judicium transigatur? Nam licet [b] nihil pravi sibi sit conscius, verumtamen sciens quoniam non in hoc justificatur, donec eum justificet judex; æstuat & decertat. Quæstio, utrum aliud sit peccator, & aliud impius? quia heic dicit, sicut & in aliis scripturæ locis, ubi ait: [c] *Ideo non resurgunt impii in judicio, neque peccatores in concilio justorum.* Ex hoc quidem ostenditur differentia duorum ordinum. In aliis autem eumdem peccatorem dicit & impium, cum ait: [d] *Statuit autem suam caritatem in nobis Deus; quia cum peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est.* Et mox ait: *Pro impiis.* Potest autem impius esse, qui omnino extra Dominum est: peccator autem, quem Deus quidem [1] continet; sed ille contemnit eum, dum transgreditur leges ejus. Si vero aliquando in textu idem peccator & impius inveniatur, differentiam tamen habebit in intellectu. Possibile est autem eum qui peccat, mox & impium esse, quando per contemtum impie agit in Deum.

a Joan. V. 29. *b* I. Cor. IV. 4. *c* Psalm. I. 5. *d* Rom. V. 8-10.

1. *Continet*] Forte, *contemnit*.



DIDYMI ALEXANDRINI
IN EPISTOLAM S. PETRI II.
ENARRATIO.

CAP. II.

℣. 11. *Ubi Angeli fortitudine & virtute cum sint majores, non perferunt adversus eos exsecrabile judicium.* Angeli manentes in sanctitate quam habent a Deo, sunt potiores hominibus, licet excellenter beati sint homines. Angeli siquidem custodiunt sanctos viros, & eis auxiliantur, dum homines nequaquam valeant Angelis præbere solatia. Sic utique & illud quod in Evangelio de Joanne dictum est: [a] *Quia nullus inter natos mulierum major sit eo, cum potior illo inveniatur, qui in regno sit minor*, interpretati sunt sapientes viri, dicentes: quia cum sit perfectus inter homines, nullo mortalium minor est, quando qui inferior est omnium supernorum rationalium, major est eo: quia non solum virtutis scientiæque differentia potiores sunt Angeli, sed etiam quod non sint gravibus ac passibilibus perplexi corporibus. Alter quidem dixit, nequaquam majores hominum Angelos esse, non fortitudine & virtute, eo quod mortali vita privati sunt. Unus denique Angelus percussit regis Assyriorum sub uno momenti tempore exercitum, centum octoginta quinque millia. Et alter pæne omnem populum Israelitarum vastavit, nisi cito David rex eorum rogaret Deum, ut iracundiæ finem daret & terminum ultionis, quæ illata fuerat propter peccatum, de populo numerato contractum.

CAP. III.

℣℣. 5--7. *Latet enim illos hoc volentes, quia cæli erant olim & terra ex aqua, & per aquam constituta verbo; & per quæ tunc mundus aqua inundatus deperiit. Qui nunc autem cæli sunt & terra, eodem verbo repositi sunt igni reservandi in diem judicii & perditionis hominum impiorum.* Multis mirum est, & ex istis verbis significari mundanas revolutiones atque mutationes. Sic habent: Cælum enim erat olim & terra ex aqua, & per aquam constituta verbo Dei; per quæ qui tunc erat mundus, aqua inundatus deperiit: qui autem nunc sunt cæli & terra, verbo repositi sunt igni reservandi. Et post alia: [b] *Novos vero cælos, & terram novam secundum promissa ipsius exspectamus.* Ajunt enim qui hac sententia detinentur: Sæculum erat olim & terra absque cælis; & terra quæ nunc est, & extra istos qui nunc sunt, novi cæli & terra nova erunt. Omnibus manifestum est tres mundos per successionem consistere, quoniam scriptum est: *Qui nunc sunt cæli & terra eodem verbo repositi sunt:* & mutatio denuo similis erit eis qui sub diluvio perierant. Agnovit autem hæc conscriptor Epistolæ ex verbis Jesu de consummatione sæculi sic [1] prolatis: [c] *Sicut enim in diebus Noe comedebant & bibebant homines, nubebant & nuptui dabantur, vendebant, emebant, plantabant, ædificabant, usque ad diem qua ingressus est Noe in arcam; & venit diluvium, & tulit omnia: sic erit in præsentia filii hominis.* Amplius autem concionatur his verbis cum dicit: Igne solvendam hanc, quæ nunc inspicitur, creaturam. Ait enim, [d] *Venire judicii diem latenter ut fur, in quo cæli magno impetu & sine dilatione transibunt, elementis utique tabefactis ab igne illato;* post quod cælis radicitus amputatis, novos cælos novamque terram futuram, in quibus justitiam & promissiones Dei in sua habitatione possideant justi. [2] Non est igitur ignorandum præsentem Epistolam esse falsatam, quæ licet publicetur, non tamen in canone est.

a Matth. XI. 11. *b* I. Pet. III. 13. *c* Matth. XXIV. 37-39. Luc. XVII. 26-28. *d* I. Pet. III. 10. 13.

1. *Prolatis*] Editi, *probatis*.
2. Plane non intellexit Didymus verba Epistolæ ac proinde inepte asseruit esse falsatam. Quod autem de ea an esset canonica dubitatum olim fuerit, nihil impedit quo minus hæresis jam sit manifesta, divinam hujus secundæ Petri Epistolæ auctoritatem in dubium revocare, propter concilia sacra, & Ecclesiæ consensum. Vide post alios Sixtum lib. 7. Biblioth. hæresi 9. Bellarminum lib. I. de Verbo Dei, cap. 18. Coccium tom. I. Thesaur. lib. 6. art. 24. EDITOR PARIS.

DIDYMI ALEXANDRINI
IN EPISTOLAM S. JOANNIS I.
ENARRATIO.

CAPUT I.

℣. 1. *Quod erat ab initio, quod audivimus, quod vidimus oculis nostris, quod inspeximus, & manus nostræ contrectaverunt de Verbo vitæ.* Multi per hæc verba putant præsentiam Salvatoris post resurrectionem factam discipulis demonstrari, asserentes quia dixerit hæc Joannes de se ceterisque discipulis; quia prius audierint, quoniam Dominus resurrexit, postea vero oculis suis inspexerint, ita ut contrectarent pedes & manus & latus ejus, & sensu caperent fixuras clavorum, &c. Nam licet solus Thomas palparet eum, attamen hoc omnibus repræsentatum, cum ipse Salvator dixerit universis: [a] *Palpate me & videte, quoniam spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere.* Alii vero profundius hæc verba suscipiunt, eo quod non simpliciter dixerit: *Manus nostræ contrectaverunt*, sed adjecerit, *de Verbo vitæ*. Insuper & illud: *quod erat ab initio*. Idem vero significant hæc verba quibus ait, *Quod erat ab initio*; quod illud, ubi ait: [b] *Ego sum qui sum.* Quomodo enim, qui exsistentia ut sint præparat, non rationabiliter dicatur, *quod erat*: dum hoc de nullo alio quam de Deo Verbo verum possit exsistere? Singula namque creaturarum aliquid esse dicuntur, ut & esse Angelum, aut cælum: solus autem Salvator est omnino quod est, quo participantia universa veniunt ad essentiam. Hujus autem quilibet auditum prius per introductionem doctrinæ suscipiens, ad hoc venit ut eum disciplinabiliter possit inspicere, post multam scilicet exercitationem, quæ contrectatio de verbo vitæ vocatur. Qui utique vere dixit: [c] *Ego sum vita.* Exponitur autem etiam sic: De eo qui erat in principio, per legem audivimus & prophetas quia venturus esset; hunc venientem aperte oculis nostris vidimus; non fatuite consentientes ei qui in carne visus est, sed cum multa contrectatione perscrutantes scripturas de ipso testimonia perhibentes: & ita credidimus de Verbo vitæ. Mystice vero hæc quilibet advertens dicere poterit, Non incongrue positum vidimus & inspeximus; sed unicuique verbo subjacere significantiæ propriæ rationem. Cum enim Salvator de quo ista conscripta sunt, [d] *Deus Verbum factus sit caro Verbum* dispensatione suscepta respiciens: qui in humanatione Christi videt eum sensibiliter, perceptionem habens visibilis personæ, advertens autem divinitatem, inspicit eum *gloriam habentem tamquam unigeniti a patre, plenum gratia & veritate*. Has duas perceptiones, id est, sensibilem & intelligentiam demonstrat etiam ille qui dicit: [e] *Et si cognovimus secundum carnem Christum, sed nunc jam non cognoscimus.* Quia vero inspiciendi sermo, intellectualem significat perceptionem, manifestant etiam hoc illa verba: [f] *Beati mundo corde, quoniam ipsi inspicient Deum.* Hæc itaque differentia videndi & inspiciendi sic maneat, quomodo utraque sunt simul. Nam aliquando intelligibilis inspectio visionis voce significatur, ut est illud: [g] *Qui videt me, videt & patrem*: [h] *Non quia patrem quis oculis carnis vidit; quisquis enim est ex Deo, hic videt Deum.*

℣. 2. *Et vita palam facta est; & vidimus & testamur, & nuntiamus vobis vitam æternam, quæ erat apud patrem, &c.* Vitam quæ erat in patre, palam factam nobis vidimus, ait. Congruenter dictum est, *vidimus eam*: & audientes de eadem hac palam facta vita, testimonium perhibentes annuntiamus & vobis, quos consequens est videre eam manentem: siquidem differentia, videndi & conspiciendi. Hæc dicenda sunt: quod vidit aliquis, nuntiare poterit alteri; cum de inspectione non omnino possit hoc fieri. Multa enim quæ perfecte inspecta cognoscuntur, voce significari non possunt, dum per eruditionem ineffabilem cognoscuntur, & sunt vocis indicatione mortalis. Non enim licet homini loqui hæc, hoc est, impossibile. Hoc ergo animadvertendum est, quia testimonium perhibentes & vitæ ejus, non commendant ea de quibus testantur. Sed semet ipsos testimonii confessione meliorant. Denique pietatis athletæ quos consuetudo fraterna Martyres vocat, id est testes, videmus quia semet ipsos equidem ornaverunt, quod autem in suo Martyrio veritati aliquid addiderant.

℣. 5. *Et hæc est annuntiatio quam audivimus ab eo, & indicamus vobis: Quoniam Deus lux est*, &c. Ab ipso Salvatore annuntiationem discipulis factam scripsit, qua declaratur, quia cum Deus lux sit, nullas tenebras habet in semet ipso. Hanc annuntiationem & vobis, inquit, offerimus; ut eamdem quam nos, de Deo sententiam habeatis; *quoniam Deus lux est*. Lux vere est Deus intelligibilis atque perpetua. Nihil enim sensibile semper manet. Huic luci contrarias esse tenebras intelligendum est; quæ tenebræ ignorant eum, & habitus deteriores sunt. Quia ergo neutra species tenebrarum, hoc est, nec ignorantia, [1] nulla nequitia est in Deo; jure dictum est nullas tenebras in eo esse. Possibile est non pro his tantummodo dictum esse, *tenebræ in eo non sunt ullæ*. Sunt enim de cunctis speciebus ignorationis atque malitiæ. Quia enim malitia in Deo non est, constat ex eo quod dictum est: [i] *Fidelis Deus: & non est injustitia apud Deum.* Et iterum: [k] *Quid ergo dicemus? injustitia apud Deum? Absit.* Ad hoc percipiendum est etiam illud quod dictum est: [l] *Rectus Dominus Deus, & non est injustitia apud eum.* Quia vero nec ignorantia in eo est, manifestat Daniel de eo dicens: [m] *Qui cognoscit quæ in tenebris sunt, & lux cum eo est.* Et illud: [n] *Occultorum agnitor Deus, cognoscens omnia antequam fiant.* Si enim habet scientiam occultorum atque tenebrosorum & omnium quæ facienda sunt, cujus ulterius erit ignarus? Non habet igitur communionem hæc lux cum ignoratione intelligibilium. Unde scriptum est: [o] *Quæ communio luci ad tenebras?* Si volunt hæretici dicere, ut derogent deitati, discordare præsentia ad illud quod dictum est: [p] *Posuit tenebras la-*

a Luc. xxiv. 39. b Exod. III. 14. c Joan. xiv. 6. d Joan. I. 1. 14. e II. Cor. V. 16. f Matth. V. 8.
g Joan. xiv. 9. h Joan. vi. 46. i I. Cor. I. 9. x. 13. II. Cor. I. 18. II. Thess. III. 3. k Rom. ix. 14.
l Psal. xci. 16. m Dan. II. 22. n Eccli. xlii. 19. o II. Cor. vi. 14. p Psal. xvii. 12.

1. *Nulla*] Forte, *nec ulla*.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 369.



tibulum, hoc eſt, Deus; & illud: [a] *Intravit Moyſes in nubem ubi erat Dominus*: ſciant tenebras in his ſignificari incomprehenſibilitatis ejus obſcuritatem. Poſſibile eſt namque per ignorantiam noſtram, rationum hanc fieri nobis oſcuritatem, non in Deo, qui lux eſt. Ipſis quoque ſermonibus advertendum eſt, quia idem ſignificat id quod dictum eſt, in tenebris & nube ſeu caligine Deum eſſe, & latibulum ſuum in tenebris poſuiſſe, quod ſignificatur ex his verbis, *& tenebræ in eo non ſunt ullæ*. In ipſo igitur non ſunt tenebræ, quia nec naturæ ejus eſt has habere: ipſe vero in tenebris & caligine eſſe videtur, nobis utique comprehenſionem ejus non habentibus, cujus ſubſtantiæ eſſe noſcuntur.

℣. 6. *Si dixerimus ſocietatem habere cum eo, & in tenebris ambulamus, mentimur, & non facimus veritatem*. Et reliqua. Quoniam cum Deus lux ſit, ſine participatione omnium tenebrarum eſt, & nullam communionem cum eis habet. Qui ex ejus illuminatur luce, ambulat in lumine, ſecundum verba ipſius Salvatoris dicentis: [b] *Donec lumen habetis, ambulate in lumine, ne vos tenebræ comprehendant*. Et iterum: [c] *Ego ſum lux mundi: Qui me ſequitur, non ambulat in tenebris, ſed habebit lucem vitæ*. Quiſquis enim peccando in tenebris ambulans dixerit ſe communionem habere per participium apud Deum, & mente non eſſe tenebroſa, mentitur non faciens veritatem. Si enim veritas rebus ipſis manifeſtatur per eos, a quibus agitur, id eſt, rebus ipſis fallitur qui non facit ea, licet pura verbi prolatione dicat ſe ſe confiteri veritatem.

CAP. II.

℣℣. 3. 4. *In hoc ſcimus, quoniam cognovimus eum, ſi mandata ejus ſervamus. Qui dicit ſe eum ſcire, & mandata ejus non ſervat, mendax eſt, &c.* Sciendi ſeu cognoſcendi ſermo, in ſcriptura divina præcipue, non ſemper notitiam manifeſtat, niſi experimentum alicujus habere rei, & uniri ei tamquam in eo qui non ſcivit peccatum, ut illud: [d] *Numquam vos agnovi, operarii iniquitatis*. Peccatum enim neſcivit, non quod non habuit notitiam, quid eſſet peccatum, ſed quia non fecit illud: peccatum namque non fecit, licet [e] *expertus ſit omnia ſecundum ſimilitudinem noſtram, præter peccatum*. Secundum hanc ſimilitudinem, qui cuſtodit mandatum, non cognoſcit verbum malignum. Dicit autem ipſe Jeſus operariis iniquitatis, *Numquam vos agnovi*: Oſtendens quoniam numquam cum eo participati ſunt, quibus hoc dicebatur. Hoc modo namque accipiendum eſt & illud: [f] *Tunc autem cognoſcentes Deum, magis autem cogniti a Deo*. Et illud: [g] *Novit Dominus, qui ejus ſunt*. Quia vero & pro noſſe & dictum eſſe, poſitum eſt ſciendi verbum, aperte videtur ex eo quod dictum eſt: [h] *Quoniam cognovi peccata veſtra*. Deus enim ſcit peccata, quia illorum habet apud ſe notitiam. Hoc quoque modo ſumendum eſt etiam illud: [i] *Vos eſtis juſtificantes vos ipſos coram hominibus: Deus autem cognoſcit corda veſtra*. Similis etiam veritatis eſt & illud: [k] *Sciens autem Jeſus malitiam eorum*; & illud: [l] *Sciens cogitationes eorum*. His ita diſtinctis; qui dicit ſe ſcire Deum & copulatum ei, & habere participium ejus; neceſſario conſequenter habebit ut & ejus mandata cuſtodiat: quoniam hoc quoque reciprocum eſt, dum omnino mentiatur qui mandata ejus non ſervans, eum ſe habere confirmat. Utraque enim hæc ſignificantia ex præſentibus indicatur. Ait enim, *In hoc ſcimus*, hoc eſt, notitiam habemus & ſequitur: *Quoniam cognovimus eum*, id eſt, uniti & adhærentes ei, & ejus mandata ſervantes. Nam qui non ſervat ea, palam eſt quod a ſcientia Dei videtur extraneus. Sic enim ſacerdotes filii Heli [m] neſcierunt Dominum, nequaquam mandata ejus ſervantes: licet haberent ſimplicem ejus comprehenſionem cum ſacerdotes eſſent. His ita manifeſtatis, qui vult ſcientiam habere Dei, vacet ab omnibus per quæ minime Dei mandata ſervantur. Hæc enim ſunt nequitiæ materialeſque paſſiones. Sicut enim neſciens peccatum Jeſus, neque operatio iniquitatis plenitudini non fraudatur, cum ſit ſapientia & veritas Dei; ita [n] neſciens judicii diem non minuitur: quia neque quando dicitur Deus in Scripturis ſanctis oblivisci & pœnitere & iraſci, divinitate minuitur. Quo enim modo illa panduntur, eodem & quod dictum eſt de judicii ignoratione, res obliviſcitur: ſicut enim cum Deus ſolus ſit ſapiens & ſcientiam habeat omnium; oblivio paſſibilis & pœnitentia, aut aliquid hujuſmodi in eo nequaquam exſiſtit, cum utique de eo diſpenſa vitæ dicantur. Ita ergo ſapientia & veritate Dei ignorantiam non recipiente, propter quamdam utilitatem horum, & diem judicii dicitur ignorare, quorum ſingula aperte monſtrabuntur, cum de his fuerit dicendi propoſitum.

℣. 5. *Qui cuſtodit verbum ejus, vere in hoc caritas Dei perfecta eſt*. Et reliqua. Qui vere ex tota anima & ex toto corde diligit Deum, ejus imperii verba cuſtodit, & ex re ipſa cognoſcitur dilectionem Dei habere, ex qua reprobatur hæc modo cauſſa. Qui Deus cum ejus ſervantur verba diligitur, & probatur eum habere, qui ejus cognoſcitur mandata ſervare. Quod vero dilectio cauſſa eſt ejus ſervandi mandata, manifeſtatur ex eo quod dictum eſt: [o] *Si quis me diligit, mea mandata ſervabit*; & ex illo: [p] *Si quis diligit, verbum meum cuſtodit: & pater meus diliget eum*. His itaque conſonanter dicendum eſt, legem & prophetas pendere per mandata dilectionis. Quia vero e diverſo ſententia ad nos converſa accuſabili oſtendit cauſſam probatione, manifeſte monſtratur ex eo quod dictum eſt: [q] *Qui habet mandata mea & ſervat ea, hic eſt qui me diligit*; ſimul & ex præſenti ſermone quod dictum eſt: *Qui cuſtodit verbum ejus, in hoc caritas Dei perfecta eſt*. Vere perfectam dilectionem dicens, per quam nihil malorum atque [1] fallacium rerum quis ab hac dilectione poterit ſegregari.

℣. 7. *Cariſſimi, non novum mandatum ſcribo vobis, ſed mandatum vetus quod habuiſtis ab initio, &c.* Quia forte derogabant aliqui Evangeliſtæ tunc doctrinæ tamquam heri & nuper incœptæ, docet quia mandatum ſcribit non tunc primitus hominibus datum, ſed vetus & quod antiquitus habuerunt. Priſcum namque mandatum eſt: [r] *Diliges Dominum Deum tuum, & proximum ſicut te ipſum*. Quoniam auditum fuerat hoc mandatum olim & a longo jam tempore, ſapienter antiquum & in notitiam hominum jam veniſſe prædicatur. Poterit autem aliter dicere, quomodo poſſit intelligi hoc mandatum quod ſcribitur de caritate proximi, ab initio eſſe, & ab eis quibus nunc ſcribit auditum, cum non Judæi ſed gentiles eſſent: ſicut

a Exod. XXIV. 18. *b* Joan. XII. 35. *c* Joan. VIII. 12. *d* Matth. VII. 23. *e* Heb. IV. 15. *f* Gal. IV. 9. *g* II. Tim. II. 19. *h* Amos V. 12. *i* Luc. XVI. 15. *k* Luc. VI. 9. *l* Matth. XII. 25. *m* I. Reg. II. 12. *n* Marc. XIII. 32. *o* Joan. XIV. 15. *p* Ibid. ℣. 23. *q* Ibid. ℣. 21. *r* Lev. XIX. 18. Deut. VI. 5.

1. *Fallacium rerum*] Editi, *fallacium eum qui ab hac dilectione poterit ſegregari*.

oſtendit finis Epiſtolæ. Hoc enim ſermone terminatur: [a] *Filioli cuſtodite vos ab idolis*. Unde conſiderandum eſt ne forte vetus mandatum dicat & ab initio exſiſtens, quod etiam ab omnibus hominibus eſt auditum, id eſt, amabile effectum per naturalem accedentem ſenſum. Omnes enim homines cum ſint naturaliter manſueta & communia animalia, diligunt proximos. Unde Salvator hunc naturalem affectum movens, ait: [b] *Omnia quæcumque vultis ut faciant vobis homines, & vos facite ſimiliter*. Cum dicit vetus eſſe mandatum, [1] oſtendit non illud quod ejus alio ſe ſuccedente, ſicut eſt ſecundum litteram teſtamentum legis. Quæ igitur iſta ſunt vetera? Non propter tempus & quod eis ab aliis ſuccedatur, vetera ſic dicuntur; ſed quod antiqua ſint & non modo primo cœpta. Ad hanc ſignificationem referendus eſt & [c] *antiquus dierum* qui prophetæ monſtratus eſt. Sed & jam his qui propoſitum habet commendandi præſentia de dilectione proximi antiquitus a Moyſis temporibus inchoatum dicit; cum mandatum & propter antiquitatem, non propter ſucceſſionem vetus fuiſſet dictum. Non enim omnia mandata quæ in antiqua ſcriptura referuntur, præterierunt aliis ſuccedentibus. Semper etenim manent, ſicuti præſens, & de honore parentum, & hujuſmodi mandata ſimilia; dum figurativa ſolummodo, & quæ ſunt futurorum umbræ tranſierunt.

℣℣.15.16. *Nolite diligere mundum, nec ea quæ ſunt in mundo. Si quis diligit mundum, non eſt caritas patris in eo. Quoniam omne quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt*, &c. Quoniam amicitiæ ſunt erga Deum, ita ut qui voluerit eſſe mundi, inimicus conſtituitur Dei; conſequens eſt ergo qui voluerit amicus eſſe Dei, ita ut habeat in ſemet ipſo caritatem ejus, recedat a caritate mundi, & quæ in eo ſunt. Ne quis autem putet ex eo quod dixit, *mundum*, univerſitatem cæli & terræ & quæ in eis ſunt, indicari; interpretatus eſt ea quæ in mundo ſunt: ut conſequenter etiam eum intelligere valeam. Eſt igitur in eo paſſibilis & intellectualis affectus & appetitus, qui per carnis concupiſcentiam militare adverſus animam deſignatur. Contra quam admonitio præbetur ſic dicens: [d] *Non te vincat concupiſcentia pulcritudinis*. Et alia ſententia quæ dicit: [e] *Omnis qui vidit mulierem ad concupiſcendam eam, jam adulteratus eſt eam in corde ſuo*. Adhæc autem oculorum concupiſcentia eſt, omne quod per aſpectum ad dilectionem irrationabilem uſque perducit. Ab hac ergo dilectione nos convenit abſtinere, ſcientes quia talis [f] *mundus tranſit cum concupiſcentia ſua*, cum utique temporalis exſiſtat, & a nobis caritatem accipiat. Dei cum ſanctis voluntas ſemper manens virtus eſt. De qua ſcriptum eſt: [g] *Juſtitia immortalis eſt*. Et iterum: [h] *Juſtitia ejus* (hoc eſt viri beati per reverentiam) *permanet in ſæculum ſæculi*. Quia Dei vero voluntas in actione conſiſtit, indicatur per hoc quod ait: [i] *Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, introibit in regnum cælorum, ſed qui facit voluntatem patris mei*. Per hoc repræſentata generali & actuali virtute, earum ſpecies agnoſcitur ex eo quod dictum eſt: [k] *Inveni David virum ſecundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas*. Poſſibile eſt ex præſentibus verbis viſibilem mundum intelligi, id eſt, non eſſe diligendum ab eis qui valde præcellunt; dum conſiderant non præſentia, ſed æterna. Et quoniam qui habent in ejus amore vivendi propoſitum, paſſibiliter in rebus inſenſibilibus habitare contendunt; recte *ſuperbia ſæculi & carnis atque oculorum concupiſcentia* eſſe dicitur in eis. Quicumque omnia contemnit, ſupra mundum erit diligens Deum, & faciens voluntatem ejus qui permanet in æternum.

℣℣.18.19. *Filioli noviſſima hora eſt, & ſicut audiſtis quoniam antichriſtus venit. Et nunc autem antichriſti multi facti ſunt. Unde dinoſcimus, quia noviſſima hora eſt. Ex nobis exierunt, ſed non erant ex nobis: ſed ſi fuiſſent ex nobis, permanſiſſent utique nobiſcum, &c.* Non de omnibus qui fallacem doctrinam habent hæc ſcribuntur, ſed de ſolis declinantibus ad falſam ſectam poſt inſtructionem evangelicam, qui tamquam ex Chriſtianis facti noſcuntur antichriſti: quoniam quantum ad hoc, quod aliquando ſuſceperunt doctrinam Chriſti ex diſcipulis Chriſti, extra eos facti ſunt, eligentes fallacibus ineſſe doctrinis. Quapropter licet annuntient ſcripturas, non ſunt reſpiciendi, cum utique ab earum voluntate receſſerint, & ad impios ſenſus acceſſerint: palam facti ſunt enim recedentes ab unctione [l] quam habebant a ſancto Spiritu, eo videlicet oſtentantes quod ſint antichriſti. Chriſtianiſmi quicumque ſunt participes, Chriſti in eis permanet unctio; id eſt, [m] chriſma a Sancto percipientes, ut poſſint ſcientiam ſpiritualium habere cunctorum: dum illi ſint antichriſti, qui ab Eccleſia Salvatoris abſceſſerint, ut etiam præſidere videantur hæreſibus. Recte ſiquidem dicitur, quod de ſolis eis ſit indicatum hoc quod ait, *ex nobis exierunt*: quia prave ſentientes noluerunt eſſe nobiſcum, propter ipſam utique falſæ ſcientiæ voluntatem a nobis alienati. Quia vero non de omnibus falſe docentibus hoc ſcriptum eſt, cunctis palam eſt. Non enim alios antichriſtos vocari moris eſt quam eos qui falſa de Chriſto docent, mundi ſcilicet ſapientibus non in hac ſignificatione ſubjectis. Requirendi ſunt etiam ex hoc verbo hi qui diverſitatem naturarum introducere moliuntur. Quid autem in hoc ubi dictum eſt, *ex nobis exierunt?* Quomodo enim terreni ab ſpiritualibus ſunt egreſſi, cum ſemper ſecundum eos longinquo conſiſtant propter diverſitatem ſubſtantiæ? quomodo autem etiam permanere potuerunt nobiſcum, terreni ſcilicet exſiſtentes? dum nec quantulumcumque ſimul valeant eſſe virtutis inſuſceptibiles, & illi qui eam habere noſcuntur. Igitur licet figurate dicta ſint hæc, attamen voluntariam neceſſitatem oſtendunt, a quorum & cohabitatione, quæ poteſt eſſe malis viris cum bonis abſceſſerint, dum vitio ſuo tales ſint facti. Non igitur oportet intelligi contrarietatem hoc verbo ſignificari naturarum. Nam ſi ſecundum idem, ex nobis fuerunt, vel non fuerunt, oppoſitio jure monſtratur. Quia vero ſecundum aliud quid ex nobis ſunt, accedentes ad ſcripturam divinitus inſpiratam; ſecundum aliud vero non ex nobis ſunt, alium præter noſtrum habentes ſenſum: palam eſt ex eo quod unguentum habeant a Sancto hi, a quibus receſſerunt mali, ut ſciant omnia dogmata Eccleſiæ recta complecti. Conſequens eſt enim quod qui ſemet ipſos collegio fidelium ſegregarunt, antichriſti ſunt. Quomodo enim non ſunt antichriſti, qui contraria ſapiunt, quam Chriſti confitetur Eccleſia?

℣.29. *Si ſcitis quoniam juſtus eſt, ſcitote quoniam & omnis qui facit juſtitiam, ex eo natus eſt.* Qui diſciplinaliter animadvertit de Deo qui ſubſtantia-

a I. Joan. V. 21. b Matth. VII. 12. c Dan. VII. 9. 13. 22. d Prov. VI. 25. e Matth. V. 28. f I. Joan. II. 17. g Sap. I. 15. h Pſalm. CXI. 3. i Matth. VII. 21. k Pſalm. LXXXVIII. 21. Act. XIII. 22. l I. Joan. II. 20-27. m Ibid.

1. *Oſtendit* cet.] Haud ſanus locus eſſe videtur.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 369.



liter justus est, mox scit quoniam ex eo generatur qui justitiam ejus facit: sicut is qui scit eum Sanctum, magis autem sanctimonium exsistere, tradit semet ipsum ut sanctificetur. Certe sciens illud quod ait: [a] *Sancti eritis, quoniam ego Sanctus sum*. Bene autem dictum est, *qui facit*, non dixit, qui fecit, vel qui facturus justitiam. Operantem enim justitiam commendat virtus, cum sit scilicet actualis. Nullus itaque, antequam faciat quæ virtutis sunt, justus est; sed neque dum cessaverit operari eam. Quod vero Deus justus est, ex multis valet agnosci. Moyses enim: [b] *Sanctus*, inquit, *& justus Dominus*. Sicut & per Psalmistam dicitur: [c] *Justus Dominus, & justitiam dilexit*. [1] Iste item pater Salvatoris. Dicit enim ad Deum: [d] *Pater juste, mundus te non cognovit*. Cum ergo hujus sit filius, tamquam Deus ex Deo, & Sanctus ex Sancto; ita est & justus ex justo. Nec repugnat his verbis quod dicitur [e], eum esse *justitiam*. Quia enim per substantiam hoc est, dicitur esse justitia simul & justus; quando is qui per participationem justus est, numquam proprie justitia nuncupatur: nisi forte ipsum habitum, pro eo qui habet eum, quilibet intelligat. Quo verbo etiam Apostolus usus est dicens, fideles fieri in Christo justitiam: [f] *Eum*, inquit, *qui peccatum non novit, peccatum pro nobis fecit, ut nos essemus justitia Dei in eo*.

CAP. III.

℣. 2. *Carissimi, nunc filii Dei sumus, & nondum* [2] *manifestum est quod sumus futuri. Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, &c.* Per ea quæ scribit excitat auditores, ut agnoscant quales ex Deo sint facti dicens: O confideles nostri digni exsistentes ut diligamini, filii Dei sumus, jam a præsenti sæculo: quod sæculum significat, eo quod nunc tales simus, dum constat in nobis, sicuti possibile est, in præsenti vita filiorum adoptio. Sicut enim [g] *ex parte cognoscimus* & [h] *arrhas spiritus* nunc habemus; sic & particulam (ut ita dicam) filiorum adoptionem possidemus, dum ad plenum eam in futuro percipiamus. Nondum vero manifestum est, virtus & operatio ejus aperta sit; attamen, licet ita se res habeat, scimus quia dum apparuerit quod futuri sumus, similes ostendemur patri nostro, visuri eum sicuti est, hoc est perfecte & indifferenter videntes eum. Dum ergo sit exspectatio & speret unusquisque similem se fore Deo ut excellenter videat eum, castificet semet ipsum, sicuti est castus ille quem sperat inspicere, mundus corde consistens. Castificat autem se quisque, actus & sapientiam inculpabilem habens. Ait enim scriptura: [i] *Animas vestras purgantes ad obedientiam veritatis*. Obedit enim veritati, qui scientiam Dei in se præcipuam habet. Unde perraro hujusmodi reperitur. Quis enim, inquit, gloriabitur castum habere cor? Et quis fiduciam habebit, mundum se esse a peccato? dum sit mundus a peccato, quis actibus castus efficitur? Sic enim & [k] *eloquia Domini casta* sunt dicta, castificantia eos qui secundum ea & intellectum & opus habent. Quia vero sunt provectus apud eos qui filii Dei fiunt, palam est advertenti scripturas sanctas. Ait enim hic doctor in Evangelio suo: [l] *Suscipientes Jesum, hoc est, dum credunt in nomine ejus, potestatem accipere Dei filios fieri*. Qui tantum hanc potestatem habet, virtute & nondum operatione, filius est. Cum autem bene utitur hac potestate, etiam operatione fit filius, cujus se prius tantummodo videbatur habere virtutem; nequaquam exspectans credere in solo Christi vocabulo, sed etiam in ipso: [m] *Omnis*, inquit, *qui credit quia Jesus est Christus, ex Deo natus est*. Assumens enim cum hoc affectu etiam custodiam mandatorum, potius filius adoptatur. [n] *Qui enim facit justitiam, ex Deo natus est*. Et [o] qui diligit inimicos suos, & orat pro persequentibus se, filius fit cælestis patris. Igitur si in hoc sæculo in quod B ex parte cognoscimus & quod bonum est agimus, tantus est filiorum Dei provectus, quid oportet credi post hæc in futuro? Ego siquidem non habeo quod dicam, sed sequor eum qui dixit: *Nondum manifestum est, quod futuri sumus: quoniam cum apparuerit, similes ei* qui genuit, *erimus*. Hanc itaque perfectionem habendam putandum est in futuro post omnia; dum sicut pater & filius unum sunt, unum erunt in patre & filio qui hanc perfectionem exspectant, similes patri filioque futuri participatione Trinitatis. Quæ vero ignorantes aliqui magnitudinem intellectus de Deo, & mensuram spiritus [3] excellentes scientiæ, sicuti est Dei substantia, increpandi sunt impie cogitantes. Non enim C quod putant, hoc indicat id quod dicimus, *videbimus eum sicut est* spiritus sancti, & assimilatos ei notitiam ejus habere posse: postquam non potest altera conversatio reperiri. Hujusmodi contemplatione futura, cunctisque pervenientibus ad scientiam plenitudinis Christi Dei omnia in omnibus facti, dum hoc exstiterit non differt de Deo, quatenus alter in Angelo sit, alter in homine. Cessabit enim tum hujusmodi differentia, omnibus trahendis ad unam similitudinem quæ ad Deum perfecta erit. Cum vero dicunt ineruditi, Si non est naturæ creaturarum ut habeant scientiam substantiæ Dei, falso credunt omnes, dicentes se intellectum habere Dei; quod non sapienter dicunt, sed D valde fallaciter & captiose. Non est enim impossibile ejusdem rei veraces contemplationes, diversas esse, quarum ponitur alia quidem in eo quod est, alia vero quid est, alia autem cur est. Tertia siquidem non fit circa Deum non habentem utique caussam propter quæ est: sunt ergo aliæ duæ quarum alia quidem posita in eo quod est, ostendit quia ex divinis scripturis & naturalibus intelligentiis de eo tractam ex magnitudine & pulcritudine creaturarum ejus, ut est possibile contemplantes eum. Huic concordans etiam Apostolus scribit [p], *primitus oportere credere accedentem ad Deum*. Altera vero qua quæritur quid est, cum sit inappetibilis creaturis, in sola Trinitate consistit, sciente patre quod est E filius, & filio quod est pater, cum Evangelista dicat Salvatorem dixisse: [q] *Nemo novit quis est filius nisi pater*. Et quis est pater noster nisi filius? Adjiciens: *Et cui voluerit filius revelare*. Considera ne in præceps ruas. Revelat enim de se & de patre notitiam his quibus apparet, ostendens & palam faciens semet ipsum cordi mentis, ut eum videntes contemplationem habeant patris. Si vero permanserint contendentes atque dicentes, hanc scientiam Dei

a Lev. XI. 44. XIX. 2. XX. 26. I. Pet. I. 16. *b* Deut. XXXII. 4. *c* Psalm. X. 8. *d* Joan. XVII. 25. *e* I. Cor. I. 30. *f* II. Cor. V. 21. *g* I. Cor. XIII. 9. *h* II. Cor. I. 22. V. 5. Ephes. I. 14. *i* I. Pet. I. 22. *k* Psalm. XI. 7. *l* Joan. I. 12. *m* I. Joan. V. 1. *n* I. Joan. I. 29. *o* Matth. V. 44. 45. *p* Heb. XI. 6. *q* Matth. XI. 27.

1. *Iste*] Videtur legendum, *Justus*.
2. *Manifestum — futuri*] Hunc locum ita repetit auctor paullo post. Editi, *manifestatum est quod sumus*.
3. *Excellentes*] Forte, *excedentes*.

secundum substantiam revelare filium dignis, quæ ipse, & pater, & sanctus habet spiritus *qui* [a] *perscrutatur etiam profunda Dei:* audiant naturæ differentiam. Igitur Trinitatis scientia substantialis est: creaturarum vero, affectus quidem, suscipiens magis & minus. Et impossibile est eadem pervenire in eis, quæ substantialiter; & in eis quæ per affectum sunt. Cum enim bonus Deus secundum substantiam sit, qui utique omnium caussa est; hi qui facti sunt boni & sancti, Dei participatione sunt tales: ita ut multa sit differentia boni Dei & bonæ creaturæ. Ille namque non ex aliquo, sed substantia talis est, sed neque factura talis: creaturæ vero ex Deo & non ex semet ipsis sunt bonæ. Et creatura quidem bona est; ille vero cum bonus sit, bonos nos facit. Hæc eadem dicenda sunt & de Sancto & de omnibus rebus, quibus Deus substantialiter est: creaturæ vero participatione Dei sunt tales. His ita declaratis etiam de scientia sermo faciendus est. Cum Deus mens sit, intellectu naturali & substantiali novit ea quæ novit: creaturæ vero licet habeant ut sint mens; attamen & scientiam habent, quæ est factura, dum mens eorum sit facta. Hæc disciplinabiliter magis, non disciplina est. Licet ergo filius sciens quis est pater, revelet eum quibus voluerit; ita tamen hoc palam facit, sicut illis novit esse possibile. Quapropter etiam de patre revelante filium sunt dicenda, [1] & si mira, & pater specie videtur esse, quæ dicta sunt, brevi indicio animadvertat a nobis inventa. Dicimus scientiam esse, disciplinam esse, & indisciplinabilem habitum. Cui quidem damus majus & minus, non autem hoc quoque disciplinæ concedimus. Non enim alia quædam præter scientiam exsistens, virtutem intelligendi habet: ipsa enim posse scientia est, cum mens disciplinabilis, hoc est ejus qui disciplinæ capax est, alterum habitum disciplinabilem habeat absque substantia sua. Ex his quilibet indiciis eruditus quodammodo cognoscit differentiam scientiæ Dei, quam habet de semet ipso, & quam aliquo modo percipere creaturæ possunt.

℣. 6. *Omnis qui manet in eo non peccat. Omnis qui peccat, non vidit eum, nec cognovit eum &c.* Sicut is qui in virtute & disciplina manet non peccat nec ignorat: ita consistens in Christo, qui [b] *justitia est & sanctificatio*, non delinquit. Quomodo enim qui cum justitia est, injustitiam agere potest; aut cum sanctimonia pollutionem habebit? Quod cum ita sit, omnis qui peccat, factus extraneus Christi, non habet participium nec scientiam ejus. Nam cum dicit, *non videt eum*; significat quod participium non habet ejus. Cui res consequens est, ut neque scientiam internam ejus habere videatur, dum is qui in superficie perceptionem Dei habet, peccare possit, quales erant filii Heli sacerdotes. Sed & alii similiter sacerdotes qui cum putabantur scientiam Dei habere, peccabant & peccantes efficaci scientia privabantur, imaginariam tantummodo scientiam habentes ejus. Sicut enim qui perceptionem habet in superficie boni, agit male, cum nullus male agens habeat disciplinabilem intellectum boni; nam si nosset utilitatem boni, eligeret participationem ejus, ut per ejus effectum utilitatem ejus acquireret intelligendo & agendo quod bonum est: ita qui scientiam habet Dei, sapienter participatur eo qui est bonus, justus, sanctus; & nihil agit quod his rebus adversum est. Qui autem sensibilium rerum scientiam habet, solummodo figuram speciei rerum sensibilium percipit, nec tamen operatur se-

A cundum eam: sentiens enim aliquis ignem & aquæ perceptionem habens, non urit, non calefacit, non humectat; dum utique disciplinam intellexit, non speciem ejus habuerit; cum hæc disciplina aliquid sensibile non sit, ut operetur secundum eam: præbet enim operationes proprias ei, qui percipit eam. Cum hæc divisio scientiarum, quoniam bonum sensibile non est, sed intelligibilis essentia Deus est: qui est in bono, dum participatur Deo non peccat, quando ipsa scientia mox agit ut operationem habeat, quæ intellectum verum bonitatis habuerit. Hæc ergo scripta sunt secundum continuam congruentiam, quorum reciprocationes, quicumque novit, bene agit. Nam si omnis qui in Deo est, conse-

B quens est ut non peccet; omnis qui peccat, consequens erit ut in Deo non sit. Hoc quidem primum est: altera vero hujus dicti congruentia est. Quisquis habet peccandi propositum, habebit consequentiam non videndi nec cognoscendi Deum; cujus denuo reciprocatio cum oppositione generatur: ita omnis qui novit & vidit eum non peccat. In hac ergo continua congruentia significatur eruditio trina. Primum cum dicitur differentia videndi ad agnoscendum, dicens ita non posse scire Deum qui disciplinabilem non habet intellectum, sed nec videre eum qui eo expertus non est. Super illa vero etiam hoc dicendum est, qui ex operibus ejus sensibilibus percipit, vidit eum revelante filio. Sed etiam

C qui divinam doctrinam novit, scientiam ejus habet.

℣. 8. *Qui facit peccatum, ex diabolo est, quia ab initio diabolus peccat. In hoc apparuit filius Dei, ut solvat opera diaboli.* Quoniam præ cunctis diabolus versus est ad peccandum, ex eo nomen habet. Diabolus ergo græco vocabulo seductor seu accusator, vel derogator significat: & omnis qui operatur peccatum, potest tali appellari vocabulo. Possibile est enim hoc quod ait ab initio peccare diabolum etiam sic intelligi. Quia omni homine faciente peccatum diabolus per eum ab initio peccat, habens principatum in eo qui peccat per summissiones malignarum cogitationum; sicut in Juda factum tum, cum misisset diabolus in cor ejus, ut traderet Dominum,

D initium in eo peccandi fuit. His congruunt etiam quæ de Anania dicta noscuntur. Cum prius enim complesset diabolus cor ejus, postea peccavit, ipse contingens de pretio prædii quod vendiderat occasione benefaciendi. Respondeat aliquis in hoc loco dicens, quid efficeret diabolus in peccatoribus, cum ipsi prius peccaverint dantes ei locum? Dicendum est, idem esse facere peccatum quod peccare, cum datur diabolo locus. Dat enim ei locum concupiscentia, quam fragili cogitatione subjectus postquam susceperit eum, actualiter peragit peccatum. Hoc enim significat quod dictum est, *qui facit peccatum.* Bene siquidem dictum est, *qui facit*, non ait, qui fecit; cum is qui pœnitens fuerit post peccata, jam

E non sit ex diabolo. Sed ille sit ex eo qui operatur ad peccatum. Sic enim etiam peccati servus est, qui facit peccatum, non etiam qui fecit: [c] *Omnis enim qui facit peccatum, servus est peccati.* Quapropter increpandi sunt hæretici, & dicentes, eos qui peccant, naturaliter malos ex diabolo esse, & substantialiter esse malum. Diabolus enim non substantialiter, sed voluntariæ operationis indicium est. Posita est autem & caussa propter quam ex eo sunt peccatores, palam faciens non substantiam ejus, sed operationem. Peccare namque operatio est: nullus autem naturaliter hoc agens. Igitur peccare volun-

[a] I. Cor. II. 10. [b] I. Cor. I. 30. [c] Joan. VIII. 34.

1. *Et si mira* cet.] Locus obscurus, & forte mutilus, absque ope codd. mss. haud facile restituendus.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
369.



tarium est. Destruitur autem scientia ejusmodi hominum etiam ex his quæ sequuntur. Ait enim: *In hoc apparuit filius Dei, ut solvat opera diaboli.* Opera namque Diaboli sunt ea quæ satanæ voluntate perficiuntur. Quapropter etiam hæc solvuntur, dum si essent substantialiter, solvi non possent; & maxime cum ipsi dicant mali naturam ingenitam: [1] sed autem ingenita, & sine perditione est. Dum vero solvantur opera diaboli, igitur voluntaria sunt hæc, non utique involuntaria. Quod autem ait apparuisse filium Dei per incarnationem, hoc factum esse dicendum est, quando in carne apparuit & in ea manifestatus est.

℣℣. 9. 10. *Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit: quia [2] sanctum ejus manet in eo, & non potest peccare quoniam ex Deo natus est. In hoc manifestantur filii Dei, & filii diaboli.* Hæretici qui per omnia falluntur in omnibus etiam per hunc sermonem volunt derogare divinitati, dicentes nativitatem quæ ex mundi creatore fit, peccatricem esse; dum ea nativitas quæ ex Deo novi testamenti, non possit hoc agere: & sicut putant ipsi veteris testamenti verba concludunt, ubi scriptum est: [a] *Filios genui & exaltavi: ipsi vero me spreverunt*; & illud: [b] *Deum qui genuit te, dereliquisti.* Quibus inferunt verbis dicentes. Si qui nascuntur ex opifice mundi, peccant; heic vero dicitur, *Omnis qui est ex Deo, peccatum non facit*: cum filii differentes sint quando alii quidem peccant, alii vero nequaquam; necesse erit etiam patres eorum diversos esse. Hæc autem sapiunt indocte, eo quod non intelligunt scripturæ verba. Non enim scriptum est: *Omnis qui natus est ex Deo,* non peccabit, sed *peccatum non facit*; cum utique non faciat peccatum, qui secundum justitiam operatur. Hic enim est qui ex Deo natus est, habens nativitatem ejus in quantum fecit justitiam: & ideo peccatum non facit, quoniam non potest peccare qui videtur habere virtutem. Et illud siquidem, quos introducunt filios peccatores, cum justitiam facerent, peccare non potuerunt; tunc utique peccatum facientes, cum reliquerunt genitorem, & spreverunt eum qui exaltavit illos. Hoc etenim eis evenit, quoniam cessaverant justitiam operari. Quapropter contraria non sunt verba quæ posuerunt de diversitate filiorum: neque enim demonstrant patres. Denique quia non possit peccare qui ex Deo natus est, etiam caussam dixit; id est, quia *semen ejus in eo manet* quod divinitus venit. Hoc semen aut virtus est aut spiritus filiorum adoptionis; & si propterea peccare nequit, possibilitas hæc naturalis non est. Sed propter aliquam caussam facultas peccandi prohibita est, hoc est propter Dei semen. Dicentes autem quia cum contraria simul non exsistant, non potest injustitiam facere qui justitiam habet: non possibilitatem significamus naturalem, secundum quod dicimus non posse irrationabiliter animal disciplinam aut aliquid simile possidere. His dictis sequitur, quod *manifesti sunt filii Dei & filii diaboli.* Si enim *omnis qui facit peccatum, ex diabolo est*; & is qui ita agit, manifestatur quia filius diaboli est: sicut [c] Helymas magus, cum esset plenus omni dolo & omni iniquitate, agnitus est filius esse diaboli. Et quoniam *omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit*, cum habeat in semet ipso Dei semen: qui ita non peccat, invenitur aperte filius esse Dei. Ideo autem ego adjeci, qui ita non peccat; ne quis nos circumveniat dicens: Filios Dei nos dicere non peccantes. Parvulos enim peccatum non facientes, dicendum non est filios Dei esse: ætate namque prohibentur, non virtute, peccare: ut non aliud quidquam dicamus asserentes non salubriter exponi de infantibus qui peccatum faciunt. Non enim idem est peccare, & peccatum non facere: illud namque ætas prohibet, hoc autem virtus expellit.

℣. 10. *Omnis qui non facit justitiam, non est ex Deo, & qui non diligit fratrem suum.* Quoniam qui facit justitiam, ex Deo natus est: consequens est, ut qui ita natus est, diligat fratres. Qui non habet justitiam non faciendo eam, & odio habendo fratrem suum, ex Deo natus non est, [3] non aliquo modo nisi quia natus ex eo non est. Non enim respiciendi sunt illi qui dicunt, non esse istos ex Deo propter terrenam naturam.

℣℣. 11. 12. *Quoniam hoc est mandatum quod audistis ab initio, ut diligamus invicem. Non sicut Cain qui ex maligno erat, & occidit fratrem suum, quia opera ejus maligna erant, fratris autem justa.* Quoniam mandatum ab initio habemus ut invicem diligamus; non oportet odisse fratrem, ne in maligno secundum Cain esse reperiamur, qui fratrem occidit suum. Iste namque peremit Abel fratrem suum. Quæ vero caussa fuerit occidendi fratrem significavit: *quia opera ejus*, inquit, *maligna erant, fratris autem justa.* Cum enim [d] respexisset Deus super Abel munera, supra Cain autem & oblationem ejus non respexit; ex hac caussa percussus invidia Cain, mortem operatus est adversus proprium fratrem. Quapropter licet dicatur ex maligno esse propter opera tunc mala, tamen non naturaliter est in illo. Per hunc sermonem ostendit, quia sit homicida Cain; dicens, eum peremisse proprium fratrem. Nam & in libro qui *leprogenesis* appellatur, ita legitur; quia Cain lapide aut ligno percusserit Abel; unde deputandum non est, percussione dici solummodo fieri vulnus, sed absolute omnem plagam quæ lacerationem facit in corpore.

℣℣. 13. 14. *Nolite mirari fratres, si odit vos mundus. Nos scimus quoniam transivimus de morte ad vitam, quia diligimus fratres.* Non est mirandum si pravi homines qui nominantur mundus, odio habent eos qui secundum Christum pie vivunt. Tunc enim magis esset mirabile, si diligerent eos. Quapropter & si nos odit mundus, Joannes inquit, verumtamen disciplinabiliter novimus quod reliquentes mortem in vita sumus, fraternam caritatem habentes in pectore. Mortem & vitam in his, non illa quæ communiter dicuntur, percipere debemus, quibus etiam irrationabilia animalia participantur; sed vitam æternam quæ ex fide Salvatoris & virtute generatur, & contrariam ei mortem sequentem mox peccatorem; quoniam qui in hac morte est, non habet Dei memoriam, quia nec respexit intelligibilem lucem. [e] *Non est* enim, inquit, *in morte, qui memor sit tui*; & iterum: [f] *Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte.* Discedendum ab ea est jam, non peccando nec oblivionem habendo Dei, ut transeamus ad vitam quæ morti videtur esse contraria: nam quæ deducit nos ad caritarem fratrum, sequenda est.

℣. 14. *Qui non diligit, permanet in morte.* Quoniam qui diligit fratres secundum Deum, ad vitam ex morte transit: qui non habet hanc caritatem, permanet in morte. Sicut erat mortua vidua quæ in

a Isa. I. 2. *b* Deut. XXXII. 18. *c* Act. XIII. 10. *d* Gen. IV. 4. 5. 8. *e* Psalm. VI. 6. *f* Psalm. XII. 4.

1. *Sed*] Forte, *si*.
2. *Sanctum*] Forte, *semen* rescribendum. Sic enim legimus paullo post.
3. *Non aliquo*] Mallem, *non alio*.

deliciis degebat, licet communem haberet vitam. Qui enim ſic vivit, neceſſario abibit memoria Dei. His ita manifeſtatis, ſi quis non habet figuram qua caritatem deſignat fratris, in morte eſt: ſicut e diverſo procul ab ea eſt, qui virtutem habet ſecundum quam non reputat aliquis malum, nec proximo malum facit.

C A P. IV.

℣. 1. *Cariſſimi nolite omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus, ſi ex Deo ſunt, quoniam multi pſeudoprophetæ prodierunt in hoc ſæculo*: quemadmodum ante adventum Chriſti cum eſſent in Judæa Dei prophetæ, multi exſiſtebant fingentes ſe habere prophetiam; & opus erat examinabili diſciplina. Quoniam quidam eorum dicentes, *Hæc dicit Dominus*, Spiritum ſanctum & Dei Verbum habebant: & quidem ſpiritu maligno moti erant prophetæ falſitatis. Sic & poſt adventum Chriſti Apoſtolis in Chriſto loquentibus, & Spiritum ſanctum habentibus, quem dedit Jeſus cum reſurrexiſſet a mortuis, & largiſſime miniſtravit aſſumtus in cælis, multi falſi Apoſtoli a diabolo ſunt producti, fingentes evangelicam ſe habere doctrinam. Quapropter neceſſarium eſt illud ſancti Spiritus donum, quod ſpirituum diſcretio nuncupatur; ut diſciplinam habeamus per quam probemus ſpiritus: ut alii quidem credamus, alii reſiſtamus. Cum itaque reddidiſſet cauſſam quoniam oporteat probari ſpiritus, & non omnibus credi; intulit dicens, multos falſos prophetas in mundum prodiiſſe. Et quidem pſeudoprophetarum pluraliter edixiſſe, non admiremur. Qui vero etiam Dei ſpiritus ita denominavit, cum adjectione univerſali dicens; [a] *Omnis ſpiritus qui confitetur Jeſum Chriſtum*; nec non & illud: [b] *Spiritus prophetarum prophetis ſubjecti ſunt*: conſequens eſt dicere, quod unus & idem Spiritus Dei, eſt patri unicus & filio: qui pluraliter nominatur, in diverſis deſcribitur qui eo participantur, quale eſt ſpiritus Heliæ, & ſpiritus uniuſcujuſque ſanctorum; ita ut tanti ſpiritus eſſe videantur quanti ſunt qui eo participantur. Poſſibile eſt enim & uniuſcujuſque ſacri doctoris diſciplinam, ſpiritum ejus dici. Sic enim intelligitur quod dictum eſt, ut non omni ſpiritui credatur: quatenus ea quæ pſeudoprophetarum ſunt, adverſemur; conſentiamus eis quos per probationem ex Deo eſſe cognovimus: Non eſt itaque mirandum, ſi falſi Apoſtoli hi qui transformantur in miniſtros Chriſti, falſi prophetæ ſunt dicti; quando etiam ipſi Apoſtoli frequenter in teſtamento novo prophetæ nominantur: Sicut in epiſtola ad Corinthios invenitur, in qua legimus: *Et ſpiritus prophetarum prophetis ſubditus eſt*, cum de Apoſtolis diceret: & in Apocalypſi frequenter Joannes propheta nominatur.

℣℣. 2. 3. *Hinc cognoſcitur ſpiritus Dei: Omnis ſpiritus qui confitetur Jeſum Chriſtum in carne veniſſe, ex Deo eſt: & omnis ſpiritus qui negat Jeſum, ex Deo non eſt: & hic eſt antichriſtus, quem audiſtis quia venturus eſt: & nunc in ſæculo eſt.* Cum dixiſſet omni ſpiritui non eſſe credendum antequam ab aliquo probatus eſſe noſcatur ex Deo; dedit etiam ſignum quod ſi ab aliquo ſpiritu deſit, ille utique erroris eſt, non Dei. Hoc ergo judicium hujuſmodi rei dicunt eſſe: *Omnis*, inquit, *ſpiritus qui confitetur Domini Verbum*. [c] *Qui cum eſſet in forma Dei, formam ſuſcipiens ſervi* in carne venit; ita ut appareret & pateretur in ea pro nobis ſecundum quod dictum eſt, [d] *manifeſtatur in carne*. Et illud: [e] *Chriſto paſſo pro nobis in carne*. Qui ergo ita confitetur, ex Deo eſt, dum diſpenſationem vere factam doctrinabiliter fateatur. *Si quis vero ſolvit Jeſum* & purum Deum Verbum extra carnem eſſe putat, & non vere hominem dicit, & univerſa diſpenſationis ejus facta pro phantaſia confirmat; hujuſmodi ſpiritus erroris ex Deo non eſt. Sed dicit aliquis, multos hæreticorum confiteri ejus præſentiam incarnatam, quales ſunt novi prophetæ de Phrygia procedentes. His reſpondendum eſt, quia ſicut [f] *nullus dicit Domivum Jeſum, niſi in Spiritu ſancto*, non vocitandum; nec conſequenter dæmones & homines fictos, nec non & hæreticos dicamus ſpiritum habere ſanctum: quod eſt incongruum ſatis & impium. Nam ſi non voce ſolum ſed etiam operibus & affectu vero, non dolo, Dominum Jeſum dicat aliquis; hic vere in Spiritu ſancto eumdem Dominum confitetur. Sicut quibus dixit Jeſus: [g] *Vos me vocatis magiſtrum & Dominum & bene facitis: ſum etenim* veſter magiſter, qui ſuſcipitis doctrinam meam; & Dominus; ſervitis enim voluntate germana facientes quæ dico, impletis voluntatem patris mei qui in cælo eſt, ſicut ego. Non habent Spiritum ſanctum qui dicunt Dominum Jeſum, & non faciunt quæ præcipit; cum procul ab eo ſint corde, ſolis eum labiis honorantes: [1] quando illi habent Spiritum ſanctum, qui operibus & affectu vocant Dominum Jeſum; ita qui confitetur Dominum Jeſum Chriſtum conſenſu integro & vero in carne veniſſe, dicens ſapiendo & agendo quæ in humanitate docuit, inſuper & imitator ejus effectus eſt præſente imitatione ſupernæ converſationis; hic ſpiritum habet ex Deo, maxime ſi ſequatur veſtigia, veniens uſque ad hoc ut compatiatur, crucifigatur & commoriatur ei: cum ſpiritus erroris a diverſo conſiſtat, licet labiis confiteatur Jeſum in carne veniſſe. Negans enim virtutem qua fingit eſſe pium, operibus reſpuit Jeſum, licet ore confiteatur eum in carne veniſſe. [h] *Veniente* namque eo *quærere & ſalvare quod perierat*, & [i] *tollere mundi peccatum*; cum ipſe in perditione & peccato conſiſtat, rebus ipſis negat adventum ejus in carne factum. Sunt autem quidam hæretici qui neque uſque ad ſermonem conſentiunt in carne veniſſe Jeſum; ſed aut corpus cæleſte eum detuliſſe putant, aut certe uſque ad phantaſiam hominem apparuiſſe confirmant. Poſſunt igitur hæc etiam ſpecialiter exponi. Quoniam enim verum eſt illud quod dixit: [k] *Vivo, jam non ego, vivit autem in me Chriſtus, ut* [l] *ſemper mortificationem Jeſu in ſuo corpore circumferre* videatur, *manifeſtata in mortali carne ſua, vita* ejus quem confitetur, oſtendit in qua carne venerit Jeſus: cum in diverſa converſatione ſit poſitus, qui ſolvit & ſejungit a ſemet ipſo Jeſum; qualis eſt qui negat eum. Qui enim confitetur Jeſum, habet eum in ſemet ipſo, & exſiſtens in eo ſecundum quod ſcriptum eſt: [m] *Quiſquis confeſſus fuerit me, confitebor & ego eum coram patre meo*. Qui vero negat, ex omnibus ſegregatus eſt: De eo namque, quod dicit: [n] *Quicumque negaverit me, negabo & ego eum*. Heic propoſitio non aſſumitur ſicut ait ibi: *confitebor & ego eum coram patre meo*. Figuraliter itaque dicit de Antichriſto, quem venire audivimns: *quia jam*

a 1. Joan. IV. 2. b 1. Cor. XIV. 32. c Philipp. II. 6. 7. d I. Tim. III. 16. e I. Pet. III. 21. f 1. Cor. XII. 3. g Joan. XIII. 3. h Luc. XIX. 10. i Joan. I. 29. k Gal. II. 20. l II. Cor. IV. 10. 11. m Matth. X. 32. n Ibid. ℣. 33.

1. *Quando*] Forte, *quomodo — ita*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 369.

in mundo eſt; hoc eſt, per pſeudoprophetas & ſpiritus errorum per quos ſolvitur Jeſus, quando non confitentur eum in carne veniſſe. Quando autem ait *nunc*: per hoc quod agitur ab illis intelligendum eſt. A

℣. 6. *Qui cognoſcit Deum, audit nos; qui non eſt ex Deo, non nos audit.* Si ſecundum litteram verbum *audiendi* percipimus, non videtur eſſe verum quod dictum eſt, dum omnes pravi & ſtudioſi ſimiliter vocem audiant exponentis. Unde quidam pro intelligentia hæc percipiunt, id eſt, ut conſentiamus, & quæ dicuntur audientes faciamus: qui ignorat quæ faciat, non audit. Qui eſt ex Deo, audit eos qui hæc dicunt, & operibus exercere contendunt. Poſitum eſt enim pro intelligere, *audire*, B ubi ait: [a] *Legem non auditis*, hoc eſt non intelligitis: & illud: [b] *Qui habet aures audiendi, audiat* hoc eſt conſentiat; & illud: [c] *Non audivit populus meus vocem meam;* & illud: [d] *Si populus audiſſet me.* Unde quæſtio naſcitur utrum in verbis ſignificativis eadem ipſa in alterum eorum oportet intelligi, quale eſt ubi dicitur: [e] *Oves meæ vocem meam audiunt.*

℣℣. 7. 8. *Cariſſimi diligamus invicem, quoniam caritas ex Deo eſt. Et omnis qui diligit fratrem ſuum, ex Deo natus eſt, & cognoſcit Deum. Qui non diligit, ignorat Deum: quia Deus caritas eſt.* Sicut crimen & vituperationem habet qui non elegit quod eligendum eſt, & non amat quod amandum eſt; C ita laudem conquirunt diligentes dignos, & eos qui diligendi ſunt. Quando autem hæc magis provenire potuerunt, quando tulit Salvator peccatum mundi, & oſtenderetur homo qualis a Deo ſit factus: per ſimilitudinem & imaginem demonſtratur ei qui fecit eum. Dum talis enim apparuerit homo, mox dilectus exſiſtens, fit divinitus ut diligatur: quia Salvator miſſus in mundum per dilectionem patris ad creaturas ſuas venit, ut remiſſionem concederet peccatorum, & oſtenderet pulcritudinem eorum quos fecit ad imaginem & ſimilitudinem Dei. Qui hoc donum promeruerunt, dilecti ſunt, unde invicem diligunt. Habet enim unuſquiſque ut dilectus ſit, & ut diligere poſſit, dum mandatum acceperit pro- D ximum diligendi. Cum hæc itaque dixiſſet hic doctor, amplius excitans ad eaque invitans illos quibus ſcribit, intulit dicens: *quoniam caritas ex Deo eſt.* Potius ad invicem nos diligere feſtinemus, ut tranſſcedens omnia bonitas obſequatur. Quid eſt autem ex Deo generari? generaliter enim hoc omni ſe diligenti proveniet ut filius Dei vocetur; cui etiam ut peccare poſſit non inerit, quod ſemen habeat in ſemet ipſo generantis patris: ſequitur etiam eum qui ex Deo natus eſt, ut ſciat genitorem Deum eſſe caritatem. Propterea enim inquit, *Caritas ex Deo eſt*; & qui habet hanc, *natus ex Deo eſt, & cognoſcit eum:* quoniam ipſe qui genuit & cognoſcitur, caritas eſt. Sic enim cauſſa eſt, ut ſapien- E tes & juſti & ſancti ſimus, [f] *factus nobis Chriſtus a Deo ſapientia, juſtitia, ſanctimonium:* ita cauſſa eſt alterutros diligendi, quod Deus caritas eſt. Eo namque participari ſecundum quod caritas eſt, habemus caritatem ex eo & diligimus invicem. In ſequentibus autem congrue etiam Salvator caritas eſſe monſtratur. Ait enim in filio qui miſſus pro ſalute noſtra, ejus caritatem exſiſtere, ſic ſcribens: [g] *In hoc eſt caritas.* Quaſi aliquis oſtendens Jeſum diceret, In hoc eſt Dei Verbum, in hoc eſt veritas & ſapientia Dei. Quapropter caritatem ex caritate, Deum ex Deo patre Salvatorem ſentire debemus. Ante paullum namque [1] definiunt non differre in Deo, ut juſtus & juſtitia dicatur. Quibus copulandum eſt, non differre ut diligens & dilectio idem eſſe dicatur; ſicut enim, cum tranſnominatur, a juſtitia juſtus vocatur. Non enim juſtitia participatur, ſed in ſe hoc eſt. Ita cum diligens dicitur; non quia dilectionem habeat, ſed quia dilectio ſit, ita vocatur. Quapropter quæ ita ſunt poſita de Deo in ſcriptura, univoce, non tranſnominative, dicuntur: & illud univocum in tali appellatione ſumendum eſt, quorum una quidem ratio, ſed nomina plura ſunt.

℣. 12. *Deum nemo vidit umquam.* Cum inviſibilis ſit Deus, nullus eum ſenſibiliter vidit umquam, quando non poteſt videre aſpectus corporalis incorporalia. Sed quoniam divinitatem ſeparant quidam hæretici dicentes: Veteres ſcripturæ Deum viſibilem eſſe oſtendunt, eo quod quidam eum vidiſſe referantur: novæ autem inviſibilem propter præſentem ſermonem, & illud quod in Evangelio ſcriptum eſt: *Deum nemo vidit umquam:* Requirendi ſunt quam dicant eſſe ſubſtantiam ejus, qua putant Deum eſſe viſibilem. Et ſi non pervertatur a ſe mens eorum, corpus eum dicent; cum nulla alia ſubſtantia ſenſibiliter videatur, niſi corporis. Dumque hoc conceſſerint, conſiderent quæ incongrua & impietate pleniſſima ſubſequantur. Omnino namque & corruptibile erit & diviſibile, & aut inanimatum aut animarum. Repente autem & inconſequens erit, ut inanimatum non intelligat, eo quod neque ſentiat. Animatum vero ut ſit compoſitum, & non ſine principio erit. Non enim eſt ſine principio, quod componitur de ſimplicibus. Compoſita ſunt autem & in principio ejus, anima & corpus. Ex his enim animatum conſtat. Et cum non habuerint aliqui ſolutionem tantis ſcilicet incongruis ſubſequentibus, rurſus interrogemus unde affirment viſum ab aliquibus creatorem. Et ſi quidem Moyſen protulerint, ſciant quia præterquam quod diu rogavit, intelligibiliter non ſenſibiliter ei Deus apparuit. Dicendum namque eſt, quia [h] faciem non vidit, ſed poſtrema Dei. Hæc autem ſunt creaturæ, quarum generationes conſcripſit. Hæc namque poſtrema & poſt Deum ſunt. Si ergo hæc vidit, ut ex magnitudine & pulcritudine eorum, propinquitate eorum creatorem contemplaretur, non per aſpectum ſed mente conſpexit eum. Si vero Eſaiam in medium forte deduxerint, dicentes [i] eum vidiſſe Deum: & ille obvelatum vidit Deum, ſacris animalibus velantibus alis ſuis non ſolum faciem, ſed & pedes ſedentis in throno. Sed cum Eſaiæ dicta, multa expoſitione egeant, hoc in tempus aliud differamus. Sed, inquiunt, ſcriptum eſt, apparuiſſe Deum Abraham & Iſaac & Jacob. Sed neque hoc, ſicuti putant, modum corporalis aſpectus inſinuat. Non enim dictum eſt ſicut patriarchæ viderunt eum, ſed ipſe Salvator eis apparuit, ſicut dixit [2] de Deo; [k] *Qui cuſtodit mandata mea, oſtendam ei me.* Nam ſi propterea quod apparuit Abraham & reliquis, viſibilis Deus eſt: & Salvator oſtendens ſemet ipſum digno viro erit viſibilis ſecundum divinitatem. Non enim de corporali perceptione dicit oſtendere ſemet ipſum viro fidei; dum viſionem ejus habeant ſecundum hoc etiam infideles. His itaque apertis probationibus deſtruentibus fallacias eorum qui divini-

a Zach. VII. 12. Gal. IV. 21. *b* Matth. XIII. 9. *c* Pſalm. LXXX. 12. *d* Ibid. ℣. 14. *e* Joan. X. 27. *f* I. Cor. I. 30. *g* I. Joan. III. 9. *h* Exod. XXXIII. 20. *i* Iſa. VI. 1. *k* Joan. XIV. 21.

1. *Definiunt*] An *definivimus*?

2. *De Deo*] Forte, *de eo*.

tati derogare nofcuntur, idem erit Deus novi & A veteris Teftamenti invifibilis exfiftens effentia; cum fit incorporeus, & fplendido intellectu contemplandus ab eis qui mundo funt corde [1] beatitudinem illam qua dicimus: [a] *Beati mundo corde, quia ipsi videbunt Deum*, & apoftolicam invitationem qua jubetur: [b] *Sectamini pacem & fanctimoniam, præter quæ nemo vidit Dominum*. Hanc itaque diftinctionem continet & textus hujus Epiftolæ, alicubi quidem dicens: [c] *Omnis qui peccat, non vidit eum, nec cognovit eum*: tamquam cognofcente & vidente eum qui non peccat. Alicubi autem dicens, hoc eft in præfenti fermone: *Deum nemo vidit umquam.* Ne vero hujufmodi feductione fallamur ficut hæretici, per id quod univocum eft, dividendus eft fer- B mo videndi & infpiciendi, & quædam alia quæ fimilia verba reperiuntur, in id quod mente confpicitur, & quod afpectu videtur. Sic enim difciplinam habemus, fcientes quomodo videtur Deus & quomodo invifibilis eft: quod non fruftra oppofitum eft, neque heic, neque in Evangelio, quod dictum eft *umquam*. Nam & ibi fcriptum eft: [d] *Deum nemo vidit umquam*. Dicendum namque, eft, hunc fermonem, id eft, *numquam*, fignificare tempus aliquod certum: quia videre difciplinabiliter Deum proveniet eis, qui tempus mundumque tranfscendunt. Intelligibiles etenim operationes tempus omne tranfscendunt. His ergo inhærendum eft, ne fenfibiliter videre dicamur Deum: Quatenus quod eft C præcipuum incorporalium fubftantiarum communiter habemus.

℣. 15. *Quicumque confeffus fuerit quia Jesus eft filius Dei: Deus in eo permanet & ipfe in eo*. In Evangeliis legitur: [e] *Quifquis confeffus fuerit me, & ego confitebor eum*. Quo intellectu quoque dicenda funt. Non enim Deus permanet in eo, qui voce tantummodo confitetur, quia Jefus eft filius Dei, & operibus eum negat. Quapropter hæc confeffio oportet ut conjuncta fit rectis dogmatibus & bonis operibus. Sic enim quilibet filium Dei confitendo Jefum, in Deo per participationis ejus modum manebit, ut & Deus quo participatur, in eo permaneat. Quia vero confunduntur aliqui ex no- D minibus *Jefus Chriftus*, non perfcrutantes fcripturas, ita ut in maximum incidant detrimentum. Arbitrati namque funt non diftinguentes fcripturarum fenfum, quia quod ex Maria fecundum carnem proceffit, & Angeli voce [f] *Jefus* nomen accepit: Item quod ipfe eft [g] *qui cum in forma Dei effet* unigenitus Dei filius, *non rapinam arbitratus eft*, &c. idem effe; ideo dicendum eft, quia licet præcipua unitas facta fit Dei Verbi ad hominem quem Deus affumfit, verumtamen effentia Verbi non eft in hominem converfa. Nec rurfus homo factus eft, quod eft Dei Verbum, licet Deus fit, factus ab eo ut habeat, ficuti poffibile eft, perfectam intranfscenfibilem deitatem. Quapropter licet unitas ita fit fa- E cta; tamen prædicta nomina, aliquando quidem eum qui [h] *factus eft ex femine David fecundum carnem*: aliquando vero unigenitum Dei filium, qui eft Deus fubftantialiter repræfentatus, ficut exempla propofita, patefaciunt. Dicens enim Apoftolus alicubi quidem mortuum & fepultum Chriftum, alicubi autem [i] *Chriftum Dei fapientiam & Dei virtutem* effe, aperte docet quia hoc nomen, id eft Chriftus, pofitus in homine qui mortuus eft & fepultus. Et rurfus alibi [k] in Deo Verbo qui Dei virtus, & Dei fapientia. Ad hæc autem fcribens: [l] *Nobis autem unus Dominus Jefus Chriftus per quem omnia & nos per ipfum*, in creatorem Verbum hæc verba ponit. Non enim per eum qui fecundum carnem ex femine David factus eft, omnis creatura in eo eft, in quo univerfa confiftunt & qui eft ante omnia. Rurfus autem & in alio loco, ubi ait: [m] *Mortui enim eftis & vita veftra celata eft cum Chrifto in Deo: Cum apparuerit Chriftus vita veftra*, & reliqua: Chriftum dicit unigenitum Dei effe vitam, fed etiam Chriftum manifeftat cum vitam celatam hominis, quia affumtus ab eo eft. Plurima hujufmodi in fanctis Evangeliis referuntur, quæ manifeftant quia Jefu nomen congruit ei qui laffatus eft ex itinere, & in fepulcro repofitus eft, ita ut Maria diceret de Deo: [n] *Tulerunt Dominum meum, & nefcio ubi pofuerunt eum*. De eo Angeli mulieribus accedentibus ad fepulcrum, dixerunt: [o] *Jefum quæritis: non eft heic, refurrexit a mortuis*. Cum ergo hæc diftinctio ita fervetur, dubitandum non eft apud fideles, quia Jefus filius Dei fit. Sicut autem nomina hominis, id eft, Jefus, & fimilia, aliquando Deum verum fignificant; ita & homo Dominus vocatur, & Dei filius. Ait enim: [p] *Quod in te nafcetur fanctum, vocabitur filius Dei vivi*.

CAP. V.

℣. 1. *Omnis qui credit, quia Jefus eft Chriftus, ex Deo natus eft. Et omnis qui diligit genitorem, diligit eum qui natus ex eo eft*. Qui ex Deo nafcuntur, adimplendo quæ virtutis funt, hujufmodi fiunt. His itaque proxime dictum eft etiam illud: Qui facit juftitiam & diligit inimicos fuos, & orat pro eis, fiet filius patris cæleftis ex eo natus. Cum hæc ita fint, & qui nafcitur ex Deo, credens utique quia Jefus eft Chriftus, non folam confeffionem hujus de affumtione Chrifti, fed illam fidem fecundum quam ei virtutis opera conjunguntur, nafci dicitur ex Deo. Quam fidem etiam Abraham habens, reputatus eft inter juftos. Secundum hanc fignificationem dictum eft & illud: [q] *Virum autem fidelem labor eft invenire*. Raram utique inventionem hujufmodi habere poteft; cum multi funt, præter opera fideles, mortuam habentes fidem, quæ omnino non eft fides. Qui ergo ita credit ut nafcatur ex Deo, habet vitam æternam. Si ergo nafcitur aliquis ex Deo, agendo quæ funt prædicta, cum fit acceptabilis, & ipfe diligendus eft, & ante omnia debet ipfe diligere genitorem. Hujus ergo monitionibus invitat Apoftolus ad amorem fraternitatis. Quapropter etiam competenter indicat magnitudinem caritatis, & pulcritudinem eorum qui diligendi funt, dicens, quia proprium fit, ut qui diligit Deum, diligat etiam *eum qui natus ex eo eft*. Poteft etiam hoc modo ifte locus exponi; quia hæc propter eos qui erant illo tempore, cum hæc epiftola fcriberetur fint dicta. Difpenfatione namque completa fecundum evangelica verba & affumto Salvatore in cælis, quærebatur tunc fi Jefus ipfe effet Chriftus qui exfpectabatur, Judæis utique refultantibus ad hoc, & fidelibus confitentibus Jefum effe Chriftum qui exfpectabatur. Hujufmodi ergo hominis credulitatem in-

[a] Matth. V. 8. [b] Heb. xii. 14. [c] I. Joan. III. 6. [d] Joan. I. 18. [e] Matth. x. 32. [f] Matth. I. 21. Luc. I. 31. [g] Philipp. II. 6. [h] Rom. I. 3. [i] I. Cor. I. 24. [k] Rom. I. 16. I. Cor. I. 18. [l] 1. Cor. viii. 4. 6. [m] Coloff. III. 4. [n] Joan. xx. 2. [o] Matth. xxviii. 5. 6. Marc. xvi. 6. [p] Luc. I. 30. [q] Prov. xx. 6.

1. *Beatitudinem — & apoftolicam* cet.] Heic aliquid deeffe videtur.

dicans propter fidem, quam habuit, ex Deo eum natum asseruit.

℣℣. 3--5. *Hæc est enim caritas Dei, ut mandata ejus servemus: & mandata ejus gravia non sunt. Quia omne quod natum est ex Deo, vincit sæculum: & hæc est victoria, quæ vincit sæculum, fides nostra. Quis est autem qui vincit sæculum, nisi qui credit quia Jesus est filius Dei?* Subsistentia & (ut ita dicam) materia caritatis quam nos habere oportet ad Deum, custodiam divinorum asseruit mandatorum, quæ mandata facientes, ea rursum ferunt ad Deum: quapropter ad inferiora non trahunt, quia gravia non sunt. Non enim sicut peccatum comparatum talento plumbi significat onus maximum vergens deorsum: ita virtus quæ e diverso consistit ejus. Hæc namque utentes se elevat & excelsos facit. Sic itaque etiam mandata Dei, dum fiunt, levia sunt & nullo onere deprimunt. Si quis autem accedens ad ea, non sicut oportet, ea gravia esse dicat, suam infirmitatem magis accuset. His namque qui robur omnino non habent, gravia judicantur, & ea valde levissima: unde non scripsit mandata ejus levia sunt, sed ait, *gravia non sunt:* illud solum assumens quod deorsum non trahit, & sursum vehit, ut juste sectemur quod justum est, experimentum utique cognoscentes, quia Christi jugum leve est, suavitatem obtinens copiosam. Qui ergo de mandatis ita semet ipsum instituit ut ea perducat ad actiones, ex Deo nascitur. Et dum hæc impetraverit, contemnit materialem vitam, & sæculi blandimenta: & propterea vincit mundum transiens a conversatione præsentis mundi. Erit provectus ejus atque perfectio, & fide operatrice consistens & justitia reputatur. Quia fidem ostendens tamquam consistentem & permanentem, ait, *Hæc est victoria quæ vincit sæculum*, id est, fides quam habemus, credentes Jesum esse eum qui prophetatus Christus. His igitur infert (quia necessario consequens est) ut qui credidit Jesum esse filium Dei, victoriam habeat contra mundum. Vincit autem sæculum qui malo non vincitur: sed in bono devincit eum. Vincit autem, quod malum est, quando virtutem & ipsam bonitatem habet, quæ semet ipsam ad hæc informat, cum hoc utique opere bonitatis & conversatione non gravium mandatorum. Qui credit vivam fidem habet, secundum quam & ex qua erit filius Dei, credens unigenito Dei filio, ita ut etiam participetur eo.

℣℣. 14. 15. *Et hæc est fiducia quam habemus ad Deum, quia quidquid petierimus secundum voluntatem Dei, audiet nos. Et scimus quoniam audiet nos quidquid petierimus. Scimus quoniam habemus petitiones quas petivimus ab eo.* Qui experimento artis agnoscunt, quomodo operis alicujus quæque necessaria corriguntur, spem habent optimam, ut dum opus fuerit, hæc adimplere possint. Quia igitur etiam sacri viri, Joannes & qui cum eo Apostoli, ipsis operibus agnoverunt, quoniam crebro postulantes Deum quod ei esset gratum & acceptabile perceperunt, præsumunt quia quotiens ita petierint, quæ cupiunt, Deo annuente merebuntur. Habens enim scientiam munificentissimus atque largissimus Deus est, & petitiones secundum voluntatem suam habitas confert: multam fiduciam conceperunt apud eum, tamquam filii apud patrem. Quapropter confidunt se percipere pro quibus rogatur,

A certe scientes quoniam audit eos, cum præstari sibi poscunt, quæ illi grata noscuntur. Ex his itaque demonstrabitur, quod a quibusdam ad quæstionem venit, quonam modo verum sit quod dictum est: [a] *Omnis qui petit, accipit:* dum hæc propositio generalis, *omnis*, absolute contineat etiam eos qui non utilia deprecantur. Sed eos tantummodo continet qui secundum Dei voluntatem aliquid petunt. Hæc itaque fiducia habebit inculpabilem actionem & contemplationem vitæ, quod potest perraro contingere. Unde scriptum est: [b] *Quis gloriabitur castum se habere cor? & quis fiduciam habebit quia mundus sit a peccato?* Pauci namque sunt in hac virtute degentes. Unus dicit: [c] *Si iniquitatem cogitabam in*

B *corde meo, non exaudiet Dominus;* id est, quoniam iniquitatem non cognovi in corde meo: quod tamen dicere non præsumsit, ne arrogans esse putaretur, secundum eum qui dixit: [d] *Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc justificabor.* His etiam similiter percipiendum est etiam illud: [e] *Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus apud Deum.*

℣. 18. *Scimus quoniam omnis qui natus est ex Deo, non peccat: sed qui natus ex Deo, servat semet ipsum, & malignus non tangit eum.* Quoniam [f] *qui nascitur ex Deo, semen ejus habens in semet ipso, peccare non potest:* dum hoc primitus scripsisset; nec erronice nunc ait: sciendum quod non pec-

C cat qui natus est ex Deo. Si enim faciendo justitiam, habet ut sit ex Deo: simul autem esse peccatum & justitiam impossibile est: palam est igitur quod dum sic operatur homo, justus est, & non delinquit. Deinceps dum præmonuisset, quoniam voluntarie & non naturaliter filius est Dei homo hujusmodi, competenter adjecit: *Sed servat semet ipsum, & malignus non tangit eum.* Si ergo propterea malignus non tangit eum, quod servat semet ipsum, non ex natura, sed [1] accedentes habet ut non delinquat. Si quis autem semet ipsum servat, orat divinitus custodiri, ut intactus permaneat a maligno. Præceptum namque custodiæ quæ studio nostro fit, hoc est, quod ait: [g] *Custodi tuum cor;* &

D post pauca: [h] *Custodite vos ab idolis.* Custodiæ vero divinæ exemplum est quod ait: [i] *Domine servabis nos & custodies nos;* & illud: [k] *Sub umbra alarum tuarum protege me;* & illud: [l] *Pater sancte, custodi eos.* Tangit autem aliquem malignus lædens & affligens eum, quod manifestum est ex eo quod ait: [m] *Non continget te malum;* & ex eo quod dictum est a Deo benefactoribus: [n] *Qui tetigit vos,* (vel ut alii, *& qui tetigerit*) *tangit pupillam oculi mei.* Quibus & illud concordat: [o] *Nolite tangere Christos meos.*

℣. 19. *Scimus, quoniam ex Deo sumus: & totus mundus in maligno positus est.* Mundus, id est, mundi amatores maligno ortui sunt subjecti. *Totus*

E ait, quod omnes sub peccato nascimur, quoniam ipse ortus in vitio est. Per multa cognoscentes homines pravos insinuare hanc vocem de mundo dictam, [2] jam dubitamus secundum hæreticos, nec cujusdam creatoris Dei credimus facturam esse mundi, & in maligno constituti. Positus est enim hic sermo de mundo, pro hominibus, sicut prædixi, & in hac epistola & in Evangeliis, ex quibus pauca de multis ponenda putavimus. In hac epistola scribens Joannes ait: [p] *Nolite mirari, si odit vos mun-*

a Matth. VII. 8. Luc. XI. 10. *b* Prov. XX. 9. sec. LXX. *c* Psalm. LXV. 18. *d* I. Cor. IV. 4. *e* I. Joan. III. 21. *f* Ibid. ℣. 9. *g* Prov. IV. 23. *h* I. Joan. V. 21. *i* Psal. XI. 8. *k* Psal. XVI. 8. *l* Joan. XVII. 11. *m* Psal. XC. 10. *n* Zach. II. 8. *o* Psalm. CIV. 15. *p* I. Joan. III. 13.

1. *Accedentes*] Legendum puto *accidenter*.

2. *Jam dubit.*] Ex contextu rescribendum videtur, *jam* NON *dubit.*

dus. Palam est enim omni sapienti, quod mundus odit sanctos, per quem maligni homines designantur. Et illud: [a] *Ipsi de mundo sunt, & de mundo loquuntur, & mundus eos audit*. Quod autem ait audire mundum seductive loquentes; non creaturam, sed possibiles homines manifestat. Ita in Evangeliis Salvator ait: [b] *Me mundus non potest amare, quia testimonium perhibeo operibus ejus, quoniam maligna sunt*; &c: [c] *Væ mundo ab scandalis*; &c: [d] *Si essetis ex mundo, mundus quod erat suum diligeret: nunc autem non estis ex mundo, sed ego elegi vos, propterea odit vos mundus*. Non enim per hæc arbitrandum est, dum arguit utique opera maligna, & scandala manifestat, & odiri dicit discipulos suos a mundo, quod de constitutione terræ & cæli, & quæ in his sunt, hæc dicat. Maligni namque & venefici & conceptores odii homines sunt, qui per dominica verba significantur. Hos igitur arguit pro malignis operibus, quos etiam notans dicit esse de scandalis, & habentes odio sanctos viros. His igitur manifestatis, mundum in maligno positum ostendit esse eum, qui arguitur, & notatur, & odio habere designatur Apostolos. Horum namque singuli propter malitiam, quod in maligno esse dicuntur, deliberari dicimur dum oramus: [e] *Libera nos a malo*. Redimuntur namque & liberantur ab eo cuncti, qui nequaquam ab ignitis ejus jaculis vulnerantur, eo quod in omnibus assumserunt scutum fidei salutaris. Volens itaque Salvator hoc a Patre concedi dicebat de discipulis suis: [f] *Pater, serva eos a malo*. Quapropter deviare credendi sunt, qui putant mundum positum in maligno, quasi in opifice suo. Hoc itaque verbum significat etiam voluntates & modos, id est, non naturam esse & caussam, ut quisquam ex Deo putetur, [1] ut in maligno sit constitutus, cum dicit, Nos Christi discipuli disciplinabiliter novimus, quia ex Deo sumus, ab eo participium habentes, a quo electi de mundo ex Deo propter sanctitatem nati sumus: hoc scientes quia omnis mundus propter impietatem quam habet, in malitia positus est, incumbens ei qui præcessit in malo: ita ut idem esse videatur positum esse mundum in maligno, quod esse illud: [g] *Qui facit peccatum ex diabolo est, quia ab initio diabolus peccat*. Malignus enim diabolus est, & non aliter est mundus quam is qui facit peccatum. His ita [2] declinatis, locum fallaciæ non habebit opinio hæreticorum putantium creaturam significari per hoc quod dictum est, *totus mundus in maligno est positus*. Nam licet mundus significet aliquando creaturam, non tamen in maligno positam, sed in Verbo [h] *per quod omnia facta sunt*, stabilitatis suæ obtinet robur: [i] *In Christo invisibilia & visibilia, cælestia & terrestria sunt creata; & ante omnia est, & in eo cuncta consistunt*, fundamentum habentia opifex Verbum. Sic enim verum erit etiam quod dictum est, creata a Deo omnia, cum utique dicat Sapientia de semet ipsa: [k] *Ante sæcula fundavit me in principio, antequam terram faceret & abyssos crearet*, &c.

A ℣℣. 20. 21. *Scimus quoniam filius Dei venit & dedit nobis intellectum; ut sciamus verum Deum, & simus in vero filio ejus. Hic est verus Deus & vita æterna. Filioli custodite vos ab idolis*. Intellectus quem dedit, secundum quem cognoscitur quia venit verus filius Dei, idem est quod mens Christi, de qua dictum est: [l] *Nos autem mentem Christi habemus*: Qui ergo hunc intellectum & hanc mentem substantialiter agnoscit veram, & est in eo virtus Dei, & operibus intellectum habet ejus is, in quo congnoscit eum. Verus filius Dei est Jesus Christus, verus Deus exsistens. Et considera quemadmodum consubstantialis Patri, & non idem numero secundum Sabellium filius sit cum Patre. Cum B solus enim verus Deus sciatur Pater, verus Deus inspicitur filius ab eis, quibus intellectum veniens ipse dedit. [3] Igitur si alterius substantiæ sit Pater & filius, cum Pater solus verus sit Deus, filius nequaquam verus erit Deus. Si autem filius verus sit Deus: Si utique alterius substantiæ sint, Pater secundum speciem habebit ut verus sit Deus. Rursus si verus est Deus, prohibetur hoc esse Pater. Quapropter [4] tamquam inspiciendi sunt qui alterius substantiæ dicunt, & non ejusdem Patrem & filium; quatenus dum una divinitas Patris & filii asseritur, etiam veritas una & eadem agnoscatur. Quomodo enim non una divinitas Patris & filii, cum propheta dicat: [m] *Et te orabunt, quia Deus* C *in te est, & non est præter te Deus: tu enim es Deus, & ignorabamus, Deus Israel salvator*. Horum itaque singula examinationem ut fuit possibile, in aliis habuerunt. Quærendum quomodo, dum per totam epistolam perfectionis & sanctitatis eorum quibus scribit, testimonium perhibuerit, ad finem de brevibus rebus & utilissimis admoneat, dicens: *Filioli custodite vos ab idolis*. Ad hæc occurrens aliquis dicat: Quoniam universæ Ecclesiæ scribit epistolam, & poterit in tertio concilio nuper constituto aliquis ex idololatria conversus esse; & dum crebro eveniat ut qui discedunt a multorum deorum cultura, nondum firme credentes reliquias superstitionis mente retineant: propter illos D hoc verbum posuit. Hoc enim moris est divinæ doctrinæ. Nam & Paullus Apostolus Corinthiis scribens, cum laudasset eos in omnibus divitiis intelligibilibus, in ipsa epistola scribit [n] ut ab idolothytis semet ipsos abstinerent, ne socii dæmoniorum fierent, & non haberent differentiam ab eis qui in idolis epulantur. Aliter autem aliquis dicit: Quoniam scribens significavit eis multos antichristos jam venisse: & esse pseudoprophetas qui de veritate cadentes saperent & dogmatizarent nihil stabile, nihil firmum; sed quilibet idolum factum atque plasmatum in mentibus sibi credentibus seminarent. Hæc ergo quæ ita depinguntur seu plantantur in mentibus falsæ scientiæ doctrina, non frustra quili- E bet idola vocat; a quibus idolis monet, ut se custodiant omnes qui ad Deum verum reverenter accedunt. Sic enim intellectis verbis præsentibus, terminum percepisse epistolam cum ratione fatebimur.

a I. Joan. IV. 5. b Joan. VII. 7. c Matth. XVIII. 7. d Joan. XV. 19. e Matth. VI. 13. f Joan. XVII. 15. g I. Joan. III. 8. h Joan. I. 3. i Coloss. I. 16. 17. k Prov. VIII. 22-24. l I. Cor. II. 16. m Isa. XLV. 14. 15. sec. LXX. n I. Cor. X. 14.

1. *Ut in maligno*] Editi perperam, ut videtur, *aut in mal.*
2. *Declinatis*] Forte, [illegible].
3. *Igitur si alterius*] Vulgo, *igitur alterius*.
4. *Tamquam insp.*] Legendum videtur, [illegible]

DIDYMI ALEXANDRINI
IN EPISTOLAM S. JOANNIS II.
ENARRATIO.

CAP. I.

℣. 6. ET *hæc est caritas, ut ambulemus secundum mandata ejus*. Præsens dictum concordat his quæ in Epistola prima relata sunt, ubi ait: [a] *Et scimus quoniam qui diligit Deum, mandata ejus servat*. Et in evangeliis ait: [b] *Si quis diligit me, mandata mea custodit*. Idem namque est ambulare secundum mandata, quod servare ea. Quod enim actuales sunt virtutes quæ secundum mandata fiunt, ambulat secundum eas, qui extra eas non efficitur. In hoc enim idem ambulare secundum ea, quod custodire ea. Unde qui cessat in opere secundum virtutem, neque mandata servat ulterius, neque ambulat secundum ea. Ex abundantiis siquidem dicetur & hoc modo: Qui secundum virtutem proficit, ambulat utique secundum mandata, quando ambulare provectum insinuat perfecti viri; qui postquam ambulaverit secundum mandata, etiam servat ea. Huic dicto concordat etiam quod in ænigmate legitur [c], quod Adam *positus est in paradiso, ut operaretur & custodiret eum*. Ubi per operationem, effectus provectionem designat; per custodiam vero, perfectionis ipsius statum atque constantiam.

℣℣. 9–11. *Omnis qui recedit, & non permanet in doctrina Christi, Deum non habet: qui permanet in doctrina, hic & Patrem & Filium habet. Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert: nolite recipere eum in domum, nec Ave ei dixeritis. Qui enim dicit illi Ave, communicat operibus ejus malignis*. Manet utique in evangelica doctrina, qui secundum eam sapit & agit, dum separat semet ipsum ab illo, qui facit aliquid e diverso & sapit. Proinde quoniam per actualem vitam fit alicujus Deus qui creator est omnium, sicut Abraham cui
A dixit: [d] *Ego Deus tuus*: quisquis extra rectam fidem conversationemque mandatorum Jesu fuerit, sine Deo est: semet ipsum separans, nec habet Deum, dum ille separaverit semet ipsum a divina doctrina prædicto modo. *Is qui manet in eo, & Patrem & Filium habet*. Ad eum namque qui servat mandata ejus, dicit filius [e] patrem secum venturum [1] maneat apud eum; cum factus fuerit templum sanctum, ædificatum per observationem mandatorum Dei. Cum duplex itaque sit modus habendi Deum: alter quidem communis est omnium creaturarum, per quem significatur omnes habere creatorem: alter vero eorum indicat modum qui per bonam voluntatem placant eum secundum quod legitur: [f] *Deus*
B *Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob & omnium Hebræorum*. Adverte siquidem quod heic dictum est: *Qui habet*, inquit, *filium, habet & Patrem*: & e diverso, per quæ scilicet intelligitur eadem substantia esse divinitatis. Quia enim pater in filio est, qui habet filium habet & Patrem, quod etiam reciprocum est. Nam qui habet patrem, habet & filium qui est in patre. Si quis autem incumbere volens dicat, & qui discipulos habet, habet & filium: & qui filium habet, habet & Patrem, secundum quod scriptum est: [g] *Qui vos suscipit, & me suscipit, & Patrem meum suscipit qui misit me*; sciat quod non sicut oportet, insinuat. Hæc enim de doctrina sunt dicta, quod qui suscipit Apostolos
C consentiens eorum doctrinæ, suscipit per eos filium simul & Patrem quem prædicat. Est & aliter intelligendum, *quoniam qui manet in doctrina, habet Patrem & filium*. Manserunt in doctrina ejus Apostoli, ita ut prædicarent eam: qui igitur suscipit eos, cum sint templum Dei, per hoc quod suscipit illos, habet inhabitantem in eis filium simul & Patrem.

a I. Joan. III. 24. *b* Joan. XIV. 23. *c* Gen. II. 15. *d* Gen. XV. 1. XVII. 4. *e* Joan. XIV. 23. *f* Exod. III. 15. 18. *g* Matth. X. 40.

1. *Maneat*] Forte, QUI *maneat*.

DIDYMI ALEXANDRINI
IN EPISTOLAM S. JOANNIS III.
ENARRATIO.

℣. 11. CARISSIME, *noli imitari malum, sed quod bonum est. Qui benefacit, ex Deo est: qui autem malefacit, non videt Deum*. Cum [a] nulla communio sit luci ad tenebras, aut concordia Christo cum Belial; qui bonum facit actualiter atque contemplative Deum Christum habens, qui est vera lux; procul est a tenebris & Belial: quoniam contrarium est benefacienti malefacere: qui malefacit per hoc ipsum opus, cum sit Belial & tenebrarum, is non videt Deum nec secundum qualitatem aliquam agnitionem habet ejus. [b] *Omnis enim qui peccat non vidit eum, nec agnovit eum*. Quod vero videre corpus aut non videre, aspectu uti vel non uti con-
D stat, cum aliquod sensibile videatur etiam ab eo qui male facit si aspectum habeat: Et si non videat, qui aspectu privatur licet sit bonus, indubitanter ostenditur, Deum non esse corpus; quando benefaciens, eo quod cor habeat mundum, videt Deum, licet aspectu carnali privatus sit; cum non videat eum malefaciens, quamvis acie vehementer acuta consistat. Et ex hoc ergo (hoc est benefaciendi sermone) demonstrat, quæ simul non subsistunt, esse contraria. Item ex eo quod dictum est: [c] *Declina a malo, & fac bonum*, & hujusmodi verbis in scriptura divina relatis.

a II. Cor. VI. 15. *b* I. Joan. III. 6. *c* Psalm. XXXVI. 27.

DIDYMI ALEXANDRINI
IN EPISTOLAM B. JUDÆ APOSTOLI ENARRATIO.

CAP. I.

℣℣. 4. 5. *Subintroierunt enim quidam homines impii, qui olim præscripti, & prædestinati erant in hoc judicium, Domini nostri gratiam transferentes in luxuriam, & solum dominatorem*, cet. [1] Omnino *quoniam Jesus semel populum de terra Ægypti liberans, deinceps eos qui non crediderunt perdidit*. Quidam homines impii scripturam divinam quodam utentes dolo atque malignitate subingressi sunt, eam se prædicare simulantes, præscripti scilicet, id est, ad hoc præscripti judicium quo a semet ipsis dijudicati traditi sunt improbo sensui. Hi namque propter immensam impietatem, cùm essent impudici, gratiam Domini nostri Jesu Christi in luxuriam mutaverunt, per ipsam spurcitiam suam negantes unum dominatorem Jesum Christum, eorum qui per Evangelium sunt vocati. Dehinc ut revocet eos qui crediderunt malignis & impiis, ostendit quanta sit magnitudo Domini quem negaverunt, palam faciens, quoniam ipse est qui eduxit populum ex Ægypto & salutem præbuit. Secundum quoniam instabiles atque mutabiles erant, quidam eorum gerentes in animo quod in Egypto habuerant voluntatem, perdidit eos differentes in eremo, licet liberati fuerint ex Ægypto per fidem. His ita prælibatis necessarium est requirere, qui sint quos dicit gratiam Domini in luxuriam transtulisse, hoc est, impios & divinæ doctrinæ simulatores; nisi forsitan C isti sunt præsules hæreseos Nicolaitarum, nullam speciem impudentiæ derelinquentes. Sive autem hæresis ipsa est voluntate polluta, cujus fit memoria in Apocalypsi [a] per Jezabel, quæ super fornicationem esse describitur, seu altera, comtemplandum est. Puto autem quia & de multis hæresibus quæ cœperunt temporibus Apostolorum dicitur hoc, & auctoribus earum, qui scilicet impudentiam multamque luxuriam sunt sectati, ita ut ipsam spurcitiam suam atque luxuriam idolorum sacrificiis permiscerent. Nam & Paullus de hujusmodi hominibus ita dicit: [b] *Et nolite communicare operibus immundis tenebrarum, magis autem etiam arguite; ea enim quæ occulta ab eis fiunt, turpe est etiam dici*. Tur- D pia namque & vehementer turpia faciunt, quasi mystico modo, qui sectam Simonis magi sequuntur. Post hoc autem & Marcionitæ atque Valentiniani & Sithiniani nefanda committunt. Unde & alia epistola de eis scribit dicens: [c] *Isti sunt qui ingrediuntur in domos, & captivant mulierculas peccatis involutas & libidinibus variis ductas*, & sub occasione religionis agunt turpia. Quapropter in luxuriam transtulisse eos dicit gratiam Domini, per quam luxuriam & effectus ejus negant solum dominatorem & Dominum nostrum Jesum Christum. Animadvertendum est solum dominatorem esse Christum, eo quod solus verus sit Deus. Sic enim cum solus sit dominator, & Dominus Jesus, non expellit auctoritate E patrem, dicens ei: [d] *Domine cæli & terræ*. Sic neque pater cum solus sit verus Deus extraneum facit a vera deitate filium. Dictum namque est ante hæc de eo quod sit verus Deus iste solus dominator &

A Dominus Jesus Christus, qui eduxit populum ex Ægypto per Moysen. Quibus ita dictis consequens est ut non sit alter Deus Moyseos. Neque enim est alius præter Trinitatem. Unum etiam Moyses ministrare dignoscitur, secundum quod dictum est: [e] *Ille de me scripsit*: Et illud quod scripsit Moyses, invenimus Jesum implevisse. Quapropter & ipse prævidens prophetiæ virtute crucem, [f] maximas habere divitias se putavit improperium Christi: & non aliter quam ille quid dixit: [g] *Mihi gloriandum est in cruce Christi*. Cum ergo Jesus sit qui ex Ægypto Hebræos eduxit, constat quod non de humanitate ex Maria procedente: secundum, quod de Deo Verbum dictum est *Jesus*, sicuti proxime dixit: [h] *Nobis au-* B *tem unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia*. Quod autem ait: *quia præscripti sunt, qui transtulerunt gratiam Domini in luxuriam* cui subjecti sunt; id est, ad hoc præscripti judicium, &c. (sicut nuper edictum est) Considerandum est ne forsitan hoc possit exponi etiam de his qui similes Judæ præscripti sunt, utique prophetiis. De illo namque dictum est: [i] *Et episcopatum ejus accipiet alter*; & illud: [k] *Levavit contra me calcaneum suum*, adversus doctorem panes ejus edens: quasi etiam hujusmodi impiis præscriptum sit, sicut de impiis veteris Testamenti.

℣. 9. *Michael autem Archangelus, quando cum diabolo altercans disputavit de corpore Moysi; nec fuit* C *ausus judicium inferre blasphemiæ: sed dixit: Imperet tibi Deus*. Si substantialiter malus est diabolus, sicuti putant terrenas naturas introducentes, qui dicunt aliquid adversus eum crimini, non substantiæ blasphemiæ. Si neque rationabiliter increpat eum Dominus, cum naturam non habet, ut increpationem pro opere non bono suscipiet. Sed dum & increpatur a creatore Dominoque cunctorum tamquam dum possit ex hoc aliqua utilitas provenire, & blasphemiam arbitratus maximus Archangelus proferre quidquam adversus eum, licet decertaretur pro corpore Moyseos. Nec est diabolus terrena substantia. Habuit enim [2] aliquando divinam gloriam & sanctam Dei scientiam, licet conversus de magnitudi- D ne tanta ceciderit. Ostenditur itaque ex communi sensu, quem habemus de cunctis rationalibus; quoniam cum sint arbitrii liberi, & conversio sit facta diaboli; natura non malus est, quomodo nec ipse qui cunctos malignitate transscendit hujusmodi est, licet adversarii hujus contemplationis præscribunt præsenti Epistolæ & Moyseos assumtioni, propter eum locum ubi significatur verbum Archangeli de corpore Moyseos ad diabolum factum. Non enim ex his tantummodo, sed in omni divina scriptura monstratur de casu ejus: & unus nunc sermo est, propterea etiam diabolus appellatus est. Voluntatis enim ejus, non essentiæ, diaboli nomen est, ut frequenter dictum est. Sicut E enim in Juda dicendum est, cum substantiam ejus significamus, hominem dicentes eum, mores vero, cum diabolum appellamus, agnoscentes a Salvatore qui dixit discipulis: [l] *Unus ex vobis diabolus est*. Sic in isto nomen diaboli malam ejus significat vo-

a Apoc. II. 20. b Ephes. V. 11. c II. Tim. III. 6. d Matth. XI. 25. e Joan. V. 46. f Heb. XI. 26. g Gal. VI. 14. h I. Cor. VIII. 6. i Psalm. CVIII. 8. k Psalm. XL. 10. Joan. XIII. 18. l Joan. VI. 71.

1. *Omnino*] Forte legendum: *Scientes* SEMEL OMNIA, *quoniam Jesus populum*.

2. Rite intellige diabolum aliquando habuisse divinam gloriam, non quidem illam essentialis beatitudinis, quæ in clara Dei visione consistit, sed splendorem illum gratiæ & donorum supernaturalium, in quibus conditus fuit,

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 369.

luntatem, cum forte aliud nomen substantiam ejus insinuat. Et ideo dixi *forte*, quoniam non habemus in divina scriptura clare dicta nomina propria rationabilium. Quod & si non est, attamen communi nomine Angeli ejus substantia declaratur, aliqua scilicet exsistens præter malam operationem; quod dum fecisset, diabolus appellatus est.

℣. 11. *Væ illis qui in viam Cain abierunt, & in errorem Balaam mercede diffusi sunt, & contradictione Chore perierunt.* Quoniam per omnia declarati sunt cecidisse a verbo veritatis hæretici, ostendit eos diversis subjectos malis. Dicit enim eos in viam Caim ambulare, [a] qui propter invidiam & impietatem necavit fratrem. Qui dum contristari debuisset eo quod sacrificium ejus susceptum non erat quod impie indubitanter obtulerat, & imitari fratrem, ut & iste pie Deo munus [1] offerat; invidia magis correptus adversus eum, homicida primus apparuit. Et non in hoc solo quievit, sed etiam extendens impietatem suam, peccator circa Deum factus voluntarie a vultu ejus [2] expulsus esse; nihil jam putans in se Dei providentia provenire, secundum omnia quæ habebat, se auctoritatem esse credebat & voluntatem suam. Præsentes igitur hæreticos ambulare inquit in viam ejus, & extra vultum Dei propter ignorantiam factos, sed etiam præponentes semet ipsos creatori; illum siquidem animalis naturæ, se autem spirituales esse dicentes. Quapropter non recte dividunt ea, quæ velut immolantes offerre se putant; quoniam primitias sibimet, secundas vero partes offerunt Deo. Ex hujusmodi enim nequitia atque fallacia, homicidæ fiunt fratrum suorum, offerentes eis quæ sapienda non sunt, magis autem ad suam imitationem vocantes eos, cum dicunt; [b] *Transeamus in campum.* Dicit igitur eosdem similes esse [c] Balaam, præponentes pietati mercedem oblatam ei a rege Madianita, ut malediceret eis, qui Dei benedictione fruebantur. Qui etiam injustitiæ mercede diffusi sunt: vaticinantes enim inveniuntur, & pro sancto Spiritu spiritum erroris habentes: unde etiam dant & isti consilium fornicationis & idolorum culturæ, sicut ille pro ditione populi Dei. Hæc autem de hæreticis quilibet dicens, ad superiora proficiat, & non tantum in verbo sed in littera qua constant, qua etiam in Apocalypsi Joannis tanguntur, quod hæc habeant intellectualiter falsi doctores, cum sint amatores principatus atque superbiæ & præsulibus Ecclesiæ resistentes magis autem Apostolis, qui ex Deo habent, ut sacerdotes sint. Hi namque Chore contradictione scilicet erraverunt. Ille siquidem [d] restitit sacerdotio Aaron Dei voluntate collato & propter contradictionem nova morte multatus est ipse, & qui cum eo esse videbantur.

℣℣. 12. 13. *Hi* [3] *qui in dilectionibus vestris maculis coepulantur, sine timore semet ipsos pascentes: Nubes sine aqua quæ a ventis circumferuntur: arbores autumnales, infructuosæ, eradicatæ, bis mortuæ: fluctus ferocis maris spumantes suas confusiones: sidera seductionis quibus, &c.* Cum ostendisset eos qui ambulant in viam Cain, & effusi sunt injusta mercede Balaam, & eos qui perditi sunt contradictione Chore; sequitur dicens. Hi sunt convivia celebrantes, quando dilectiones habentes coepulantes in maculis suis, dum carnes polluunt proprias, & transferunt ad luxuriam Domini gratiam: proinde cum omnia hujusmodi cum multo contemtu faciant, sine timore semet ipsos pascunt. Cum enim sunt sub pastore vero ita degentes, sine timore & sine reverentia constituti, quique comparant semet ipsos sanctis nubibus pluentibus justitiam. Quæ nubes utique veritatis sunt secundum quod scriptum est: [e] *Nubes pluant justitiam*; & : [f] *Usque ad nubes veritas tua.* Quibus plenis imbre spirituali mandatur, ne pluant super indignos. Verumtamen licet nitantur semet ipsos prædicti viri comparare nubibus sanctis; attamen nubes sunt sine aqua, non habentes in semet ipsis scientiam Dei. Quod qui perceperit, habet [g] *in semet ipso fontem aquæ salientis in vitam æternam*: ita ut [h] *fluant de* intelligibili *ejus ventre flumina aquæ vivæ.* Imitantur igitur isti nubes. Etiam arboribus semet ipsos comparare contendunt, quæ bonos afferunt fructus, cum sint utique arbores bonæ; & licet hoc faciant isti, arbores tamen autumnales & sine fructu sunt. Nam licet promittant mentientes fructum habere se bonum; arguuntur tamen: cum non possint uvam & ficum ferre, hi qui spinæ sunt & tribuli, & arbores sine fructu. Hæc autem omnia & spinæ & tribuli opportuna sunt ut igne crementur. Super hæc itaque, quod sine fructu sunt, evenit eis ut etiam radicitus evulsi secundo moriantur; quia peccantes consequenter habent mortem: & isti secundo peccant, hoc est, actu & sensu; secundo etiam mori dicuntur. In eis igitur qui secundo moriuntur, etiam hoc dicendum est, quoniam ante fidem mortui sunt, cum in impietate malitiaque degentes, & visi sunt a mortuis per pœnitentiam surrexisse accedentes ad Evangelium. Quando de illo reflectuntur ad impietatem, secundo moriuntur, de quibus dicitur: [i] *Melius erat eis non agnovisse viam veritatis, quam agnoscentes reverti post tergum.* Unum necessario consequens est, ut cum secundo moriuntur, eradicati videantur, ut nullam spem habeant denuo germinandi: [k] blasphemantes enim in Spiritum sanctum, remissionem non habent peccatorum, neque nunc, neque in futuro sæculo. Repræsentat igitur hæc scriptura conturbatos mores, & perturbatum intellectum hæreticorum; cum dicit eos *fluctus ferocis maris, spumantes suas confusiones*, per quæ turpiter immorantur, universa fornicaria celebrantes circa eos cum quibus copulari festinant, augentes malitiam suam, & lumen se esse simulantes apud eos qui sunt in tenebris constituti: & imitantes patrem suum satanam, [l] *qui in lucis Angelum transformatur.* Verumtamen licet hanc phantasiam celebrare valeant, tamen *sidera sunt erroris, quibus caligo tenebrarum æterna servatur.* [m] Tradentur enim tenebris exterioribus, dum fuerit eorum lumen exstinctum. [n] *Lux* enim *impiorum exstinguetur.* De hujusmodi sideribus dicitur: [o] *Quæ cadit sicut folia fici & vineæ*: dum vera sidera, non folia, sed fructus sunt veræ vitis & fici. Scriptum namque de hujusmodi justis est: [p] *Fulgebunt sicut claritas firmamenti, & intelligentes erunt sicut astra*: propterea namque sancti resurgentes a mortuis cum incorruptibili & spirituali corpore, solis & lunæ & siderum gloriæ comparantur. Diximus prius de his qui vocati sunt eo quod præscripti, & quod prædictum de eis sit, sicut de Juda proditore: quod vere firmatur ex his quæ postea subjungit Apostolus dicens: [q] *prophetavit autem de his septimus ab Adam Enoch, dicens: Ecce venit Dominus in sanctis millibus ejus, facere judicium contra omnes, & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum quibus impie egerunt, & de omnibus duris quæ loquuti sunt contra Deum peccatores impii. Hi sunt murmuratores, querulosi, secundum desideria sua ambulantes: & os eorum loquitur superba, mirantes personas quæstus caussa.*

a Gen. IV. 4. seqq. *b* Ibid. ℣. 8. *c* Num. XXII. seqq. *d* Num. XVI. *e* Isa. XLV. 8. *f* Psal. LVI. 11. *g* Joan. IV. 14. *h* Joan. VII. 38. *i* II. Pet. II. 21. *k* Matth. XII. 32. *l* II. Cor. XI. 14. *m* Matth. VIII. 12. *n* Prov. XIII. 9. *o* Isa. XXXIV. 4. *p* Dan. XII. 3. *q* Judæ ℣℣. 14-16.

1. *Offerat*] Forte, *obtulerat*.
2. *Expulsus esse, nihil*] Forte, *expulsus est; nihilque*.
3. *Hi qui — maculis coep.*] Forte, *Hi* SUNT — *maculæ, coep.*

ΔΙΔΥΜΟΥ
ΚΑΤΑ ΜΑΝΙΧΑΙΩΝ.

DIDYMI ALEXANDRINI
CONTRA MANICHÆOS.
LIBER.

Interprete FRANCISCO COMBEFISIO.

Οὐδὲ μία ἀντίθεσις ἐναντίων ἐξ ὅλων ἀντίκειται, τῷ καὶ κοινά τινα ὑπάρχειν τοῖς ἐναντίοις. οἷον τὸ λευκὸν, ἐναντίον ὂν τῷ μέλανι, κατὰ μόνας τὰς διαφορὰς ἔχει τὴν ἐναντίωσιν, ὄντων αὐτοῖς κοινῶν χρώματος καὶ ποιότητος· οὐδὲν δὲ τῶν τοιούτων, τὴν περὶ αὐτὰ ἐναντιότητα προτέραν ἔχει· πάντα γὰρ μετὰ τὰ κοινά· ἐν δὲ τοῖς κοινοῖς οὐκ ἔστιν ἐναντιότης. δεῖ γὰρ κοινὸν χρῶμα καὶ ποιότητα εἶναι, ἵνα οὕτω τὸ λευκὸν καὶ τὸ μέλαν ᾖ, ὡσαύτως μετὰ τὸ ποιὸν καὶ διάθεσιν ἡ ἀρετὴ καὶ ἡ κακία. εἰ τοίνυν ἀγέννητοι δύο ἀρχαὶ καὶ αὗται ἐναντίαι, ἢ ἐξ ὅλων εἰσὶν τὴν ἐναντιότητα ἔχουσαι, ἢ ὑπάρχει τινὰ αὐταῖς κοινά, ἀλλ᾽ οὐδὲν ἐξ ὅλων δέχεται ἐναντιότητα· ἔχουσι ἄρα καὶ αὗται κοινὰ, τὸ εἶναι, τὸ οὐσίαι εἶναι, καὶ εἴ τι ἕτερον εὑρίσκεται περὶ αὐτὰς κοινόν. ἐναντίας δὲ ποιεῖ αὐτὰς, τὸ τὴν μὲν ἀγαθὸν, τὴν δὲ κακόν· καὶ τὴν μὲν φῶς, τὴν δὲ σκότος εἶναι. προεπινοεῖται δὲ τὸ εἶναι αὐτὰς οὐσίας, ἢ τὸ ἀγαθὸν καὶ κακὸν ὑπάρχειν. ἡ ἐναντιότης ἄρα οὐ κατὰ τὰ κοινὰ, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἰδιότητα. τίθενται δὲ αὐτὰς ἀγεννήτους εἶναι· οὐδὲν δὲ πρὸ ἀγεννήτου. πρὸ τούτων δέ τί ἐστιν, αὐτὸ ὃ εἶπον κοινῶς αὐταῖς ὑπάρχειν, οὐκ ἄρα ἀγέννητοι αἱ ἀρχαί. αὗται γὰρ ἀγέννητοι αἱ ἐναντίαι· τὸ δὲ κοινῶς αὐταῖς ὑπάρχειν πρὸ αὐτῶν. οὐκ ἄρα ἀγέννητοι αἱ ἀρχαὶ, οὐδὲν γὰρ πρὸ ἀγεννήτου.

A I. Nulla contrariorum ex integro oppositio est: ea scilicet ratione, quod & contrariis sunt quædam communia. Verbi gratia, album quod est contrarium nigro, quibus solum rationibus differt, habet ut contrarium sit; cum alioqui colorem & qualitatem communem ambo obtineant. Nihil autem eorum quæ ejus generis sunt, circa se prius habet, quod contrarium est. Hæc enim cuncta sequuntur ea, quæ communia sunt: in iis autem quæ sunt communia, non est contrarium. Necesse enim est colorem esse & qualitatem, ut sit album & nigrum. Simili quoque ratione sequuntur virtus & vitium, ubi qualitas & dispositio ac affectio præit. Si igitur duo principia ingenita sunt, & hæc sunt B contraria; vel ex toto sunt contraria, vel sunt quædam illis communia. At nihil ex integro contrarias recipit rationes. Habent igitur hæc quoque communia, ut sint, & substantiæ sint, ac si quid aliud circa ipsa & in eis occurrit, quod commune sit. Contraria vero ea facit, quod alterum quidem bonum sit, alterum malum; quodque item aliud lux, aliud tenebræ sint. Prius ergo intelligitur esse hæc substantias, quam esse bonum & malum. Quod ergo contraria sunt, non penes communia est, sed penes proprietatem. Ponitur autem hæc esse ingenita; nihil vero est quod ingenitum antecedat. Ante hæc vero quidpiam est, ipsum nimirum quod dicebam communiter in eis exsistere. Ergo non sunt princi- C pia ingenita. Hæc enim ingenita, contraria sunt; quod autem illis communiter inest, ipsis prius est. Non ergo ingenita principia sunt, idcirco nimirum quod ingenito nihil est anterius.

Εἰ δὲ λέγοιεν, Μὴ κατὰ τὸ ἀγέννητον ἔχειν αὐτὰς τὴν ἐναντιότητα· καὶ τοῦτο κοινὸν αὐτῶν εὑρεθήσεται. ἀλλ᾽ ἐπεὶ ἀγεννήτως τὸ κακὸν, κακὸν, καὶ τὸ ἀγαθὸν, ἀγαθόν· κοινὸν εὑρεθήσεται τὸ ἀγέννητον κακὸν ἀμφοτέρων, καὶ τὸ ἀγέννητον ἀγαθὸν ἀμφοτέρων. εἰ γὰρ ἀγαθὸν ἄνευ τοῦ ἀγεννήτου οὐ δύναται εὑρεθῆναι, κοινὸν δὲ τὸ ἀγέννητον, κοινὸν ἄρα καὶ τὸ ἐξ ἀνάγκης ἑπόμενον τῷ ἀγεννήτῳ· τοῦτο δέ ἐστιν τὸ ἀγαθόν.

II. Sin autem dixerint, Non ea ratione qua sunt ingenita, esse illa contraria: hoc quoque illis commune invenietur. Sed rursus quia malum ingenite est malum, & bonum ingenite bonum; reperietur ingenitum malum commune amborum, & ingenitum bonum commune item amborum. Si autem ut bonum sine ingenito reperiatur, fieri non potest; commune autem est ingenitum; utique etiam commune erit, quod necessario comes ingenito est: hoc D autem est bonum.

Εἰ δὲ λέγοιεν, Μὴ κοινὸν αὐτῶν τὸ ἀγέννητον εἶναι· ᾗ θατέρῳ ὑπάρχει, τῷ λοιπῷ οὐχ ὑπάρχει. ἔσται τοίνυν ἀγέννητον, ἢ τὸ ἀγαθὸν, ἢ τὸ κακόν· οὐ τὸ ἀγαθὸν καὶ κακόν. εἰ οὖν εὑρεθείη τὸ ἀγαθὸν ἀγέννητον, τὸ κακὸν γεννητόν.

Sin autem dicant, Non esse commune illorum, esse ingenitum; quatenus nimirum alteri inest, reliquo non inest: Erit igitur ingenitum, vel bonum, vel malum; non autem bonum & malum. Quare si reperietur bonum ingenitum, malum erit genitum.

Ἄλλως τε πᾶν κακὸν κολαστέον· οὐδὲν κολαστέον ἄφθαρτον, οὐδὲν ἄρα κακὸν ἄφθαρτον, τῷ μὴ ἀφθάρτως ὑπάρχειν φθαρτόν.

Præterea, Omne malum est puniendum; nihil vero quod sit puniendum, est incorruptibile: nullum igitur malum est incorruptibile, ne incorruptibiliter corruptibile sit.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 369.

A Οὐδὲν φθαρτὸν ἀγέννητον· ἔστι δὲ τὸ κακὸν φθαρτόν, τὸ ἄρα κακὸν οὐκ ἀγέννητον.

Οὐδὲν κατ' οὐσίαν κακὸν, τῷ τὸ κακὸν ποιὸν εἶναι. οὐδὲν δὲ ποιὸν οὐσία, τὸ ἄρα κακὸν οὐκ οὐσία.

Πάντα τὰ ἐναντία ἀλλήλων φθαρτικά· τὰ δὲ ἀγέννητα ἄφθαρτα, οὐκ ἄρα ἐναντία· τὰ γὰρ ἐναντία οὐκ ἄφθαρτα.

Οὐδὲν ἀγέννητον τρεπτόν· τρέπεται δὲ τὸ ἀγαθὸν κρατηθὲν ὑπὸ τοῦ κακοῦ· τὸ ἄρα ἀγαθὸν οὐκ ἀγέννητον.

B Τὸ ἀγέννητον οὐκ ἔστιν ὀρεκτικὸν φθορᾶς τινος, οὐδέ γε φθαρτικόν· τὸ δέ γε κακὸν ὀρεκτικὸν φθορᾶς· τὸ ἄρα κακὸν οὐκ ἀγέννητον.

Αἱ θεῖαι γραφαὶ κολάσει παραδίδοσθαι οὐ τοὺς [1] ἀνθρώπους κακοὺς μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν διάβολον, λέγουσιν. πᾶν δὲ τὸ κολάσει παραδιδόμενον τρεπτόν· οὐδὲν δὲ τρεπτὸν ἀγέννητον. οὐδὲν ἄρα τῶν κακῶν ἀγέννητον.

Τῶν δι' ὅλων ἐναντιωμένων οὐδὲν κοινόν. ὥστε πᾶσα ἀνάγκη τὸ θατέρῳ ὑπάρχον, τῷ λοιπῷ μὴ ὑπάρχειν· ὑπάρχει δὲ τῷ ἀγαθῷ τὸ εἶναι ἀγέννητον, τῷ ἄρα κακῷ οὐδέτερον τούτων ὑπάρχει. μὴ ὂν ἄρα τὸ κακόν.

C Πᾶς ὁ εὐλόγως ὀρεγόμενός τινος, ἐπιτετευγμένην ἔχει τὴν ὄρεξιν, εἰ εὐλόγως ὀρέγεται. Θεὸς δὲ τοῦ φθεῖραι τὴν κακίαν ὀρέγεται· τῶν φθαρτῶν ἄρα ἐστὶ ἡ κακία. τῶν δὲ φθαρτῶν οὖσα, ἀφανισθήσεται. ἀφανιζομένη δὲ, οὐκ ἔστιν ἀγέννητος.

Εἰ ἀγέννητον τὸ κακὸν, κατὰ φύσιν αὐτῷ ὑπάρχει τὸ κακὸν εἶναι. οὐδεὶς δὲ τὸ κατὰ φύσιν ἐνεργῶν ἁμαρτάνει. τὸ ἄρα κακὸν οὐχ ἁμαρτάνει· τὸ δὲ μὴ ἁμαρτάνον, οὐχ ὑπαίτιον. ὑπαίτιος δὲ ὁ Σατανᾶς, οὐκ ἄρα ἀγέννητος.

D Ἡ θεία γὰρ γραφὴ τῶν πράξεων καὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων, ὧν ποιοῦσιν οἱ ἄνθρωποι, λέγει αὐτοὺς εἶναι υἱοὺς καὶ γεννήματα. τοὺς γοῦν ὀργίλους καὶ τὴν ἄλλην ἁμαρτίαν ἔχοντας, ὡς διὰ τοῦτο ὑποκεῖσθαι τῇ κατὰ κόλασιν ὀργῇ, τέκνα ὀργῆς ὀνομάζει, ᾗ φησιν ὁ Παῦλος, καὶ ἦμεν φύσει τέκνα ὀργῆς, ὡς καὶ οἱ λοιποί. οὗτοι μεταβάλλειν δυνατὸν, ὡς μηκέτι εἶναι τέκνα φύσει ὀργῆς. Παῦλος γοῦν περὶ ἑαυτοῦ, καὶ τῶν παραπλησίως ἁγίων γεγενημένων, λέγει, Ὅτι ἦμεν φύσει τέκνα ὀργῆς, ὡς καὶ οἱ λοιποὶ ἄνθρωποι· οἱ εἰσέτι δεῦρο ἐν τῷ ἁμαρτάνειν ὄντες. προσκείμενον δὲ τὸ φύσει, οὐ τὸ κατὰ φύσιν σημαίνει, ἀλλὰ τὸ ἀληθείᾳ· τὸ γὰρ Ἦμεν φύσει τέκνα ὀργῆς λέγει, δηλῶν, ὅτι ἀληθείᾳ ὑπεύθυνοι ὀργῇ τυγχάνουσιν οἱ ἁμαρτάνοντες· ὥσπερ δὲ κατὰ φύσιν τέκνον ὀργῆς γίνεται E τῷ συνεῖναι αὐτῷ κακίαν· οὕτω μεταβαλὼν ἀληθείας γίνεται τέκνον καὶ ἀρετῆς. εἴρηται γοῦν περί τινων ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος τοιαῦτα, Ἐδικαιώθη ἡ Σοφία ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῆς· τέκνα σοφίας τοὺς σοφοὺς λέγων· ἐπεὶ γὰρ οἱ τέκνα τινὸς ὄντες, ἐκ τοῦ τεκόντος ἔχουσιν τὸ εἶναι· ἔχουσι δὲ καὶ οἱ ποιοὶ τὸ εἶναι ἐκ τῆς ποιότητος τῆς προσγενομένης αὐτοῖς, εἰκότως οἱ ποιοὶ τέκνα καὶ υἱοὶ τῆς ποιότητος ὀνομάζονται. ὡς γὰρ εἴρηται ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος τοιαῦτα, Οὗτοι δέ εἰσιν οἱ σοφοὶ σοφίας τέκνα, οὕτω καὶ ἀλ-

Nihil quod corruptibile sit, est ingenitum: malum autem est corruptibile; non ergo malum est ingenitum.

Nihil est malum secundum substantiam, propterea quia malum qualitas est: nulla autem qualitas substantia est; non ergo malum substantia est.

Omnia contraria se vicissim interimunt. Quæ autem sunt ingenita, nulli obnoxia sunt interitioni; non ergo contraria: quæ enim contraria sunt, a corruptione haud immunia sunt.

Nihil ingenitum est mutationi obnoxium: mutatur autem bonum, quod a malo superetur; non ergo bonum ingenitum est.

Ingenito nullius corruptionis innata appetitio inest, nullaque vis corrumpendi ac interimendi: inest autem malo ea appetitio; non igitur malum ingenitum est.

Divinæ scripturæ [a], non solum homines ἀνθρώπους qui mali sint, tradendos supplicio dicunt, sed & ipsum diabolum. Omne autem quod supplicio traditur, mutationi obnoxium est: nihil vero mutationi obnoxium, est ingenitum; nihil ergo in iis quæ mala sunt, ingenitum est.

Eorum quæ ex integro contraria sunt, nihil commune est. Quare omnino, quod uni inest, alteri non inesse necesse est. Inest autem bono esse ingenitum; malo igitur neutrum horum inest. Malum itaque nihil est.

Quicumque rem aliquam rite expetit, dum ita expetat, nihil ipsum vetat expetito potiri. Expetit autem Deus malitiam interitioni dare: igitur malitia eorum est, quæ interitioni obnoxia sunt. Quæ autem ex eorum genere sit quæ intereant, delebitur; quæ autem deleatur, haud ingenita sit.

Si malum ingenitum est, illi ex natura est esse malum. Nemo autem peccat, dum id præstat & operatur, quod est ex natura. Malum igitur non peccat. Quod autem non peccat, in culpa non est. Est vero satanas in culpa ac reus est; non ergo ingenitus est.

III. Divina scriptura, operationum studiorumque quibus se homines impendunt, ipsos filios esse dicit ac proles. Proinde iracundos, ullique alii vitio mancipatos (quippe qui ea ratione supplicii iræ obnoxii exsistant) filios iræ vocat; quemadmodum ait Paullus: [b] *Et eramus natura filii iræ, sicut & ceteri*. Hos mutari nihil vetat, ut non sint amplius natura filii iræ. Paullus denique, de se ipse, deque illis qui pari ratione sancti evaserunt, ait; *Eramus natura filii iræ, sicut & ceteri* homines, qui huc usque sunt in peccato. Illud autem quod adjunctum est, *natura*, non hoc significat quod ex natura est, sed quod vere. Hoc enim dicit, *Eramus natura filii iræ*; ut declaret, vere iræ obnoxios esse, qui peccant. Quemadmodum autem natura filius iræ efficitur, ea ratione quod in peccato versatur; sic mutatione, veritatis filius atque virtutis evadit. Denique dictum est de quibusdam a Salvatore: [c] *Justificata est sapientia a filiis suis*; Sapientiæ filios vocante eos, qui sint sapientes. Quia etenim qui alicujus filii sunt, a parente esse habent, quod exsistunt; quique adeo imbuti qualitate sunt, ex ea quæ illis accessit qualitate, nanciscuntur ut sint; merito sic imbuti qualitate, qualitatis filii nuncupantur ac nati. Sicut enim a Servatore istiusmodi dictum est, Hi sapientes sunt

a Matth. xxv. 41. b Ephes. II. 3. c Matth. xi. 19.

1. Ἀνθρώπους] Testatur Combefisius, codicem præferre ανους, legitque ἀνθρώπους. Recte. Ipse tamen in textu reposuit ἄλλους. Quod non placet. Ejusdem vocis compendium legerit quoque in suo exemplari Turrianus: sed eam in versione præteriit, propterea forte quod ejus vim assequi haud valuit.

λους υἱοὺς εἰρήνης προσηγόρευσεν, φάσκων τοῖς μαθηταῖς, Ἐὰν εἰσέλθητε εἰς πόλιν ἢ εἰς οἰκίαν, καὶ ᾖ ἐκεῖ υἱὸς εἰρήνης, ἡ εἰρήνη ὑμῶν ἡ διδομένη τῇ πόλει ἢ τῇ οἰκίᾳ, ἐπαναπαύσεται ἐπὶ τὸν ὄντα ἐν αὐτῇ υἱὸν εἰρήνης.

A ſapientiæ filii; ita etiam alios filios pacis appellavit, dum ait diſcipulis: [a] *Cum intraveritis in civitatem aut domum, & ſi ibi fuerit filius pacis, pax veſtra* (ipſa quæ datur civitati aut domui) *requieſcet ſuper illum*, qui in ea eſt, filius pacis.

Πάλιν ὁ αὐτὸς Σωτήρ φησιν, Φρονιμώτεροί εἰσιν οἱ υἱοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου ὑπὲρ τοὺς υἱοὺς τοῦ φωτὸς, ἐν τῇ γενεᾷ τῇ ἑαυτῶν· υἱοὺς φωτὸς λέγων, τοὺς πεφωτισμένους τῇ γνώσει τῆς ἀληθείας, καὶ τοῖς ἔργοις τῆς ἀρετῆς. πρὸς οὓς καὶ φῶς γεγενημένους, διὰ τὸ τυγχάνειν φωτὸς υἱοὺς, λέγει, Ὑμεῖς ἐστε τὸ φῶς τοῦ κόσμου· τοὺς δὲ ἀγαπήσαντας τὸ παρὸν ζῆν, καὶ πρὸς αὐτὸ πάντα ἃ ποιοῦσιν ἀναφέροντας, Υἱοὺς αἰῶνος τούτου ὠνόμασεν. ἀλλ' εἰ καὶ εἶπεν τούτους φρονιμωτέρους ὑπὲρ τοὺς υἱοὺς τοῦ φωτὸς, οὐ καθ' ἅπαξ αὐτοὺς εἶπεν φρονιμωτέρους, ἀλλ' ἐν τῇ ἑαυτῶν γενεᾷ, τουτέστιν ἐν τοῖς πράγμασιν τοῖς οἰκειωθεῖσιν τούτῳ τῷ αἰῶνι, φρονιμώτεροι τῶν τοῦ φωτὸς υἱῶν τυγχάνουσιν. σοφοὶ γάρ εἰσι τοῦ κακοποιῆσαι· τὸ δὲ καλῶς ποιῆσαι, οὐ συνῆκαν. καὶ περὶ τοῦ Ἰούδα δὲ γέγραπται, ὡς εἴη υἱὸς ἀπωλείας. ὁ γὰρ Κύριος περὶ αὐτοῦ εἶπεν, Ὅτι οὐδεὶς ἀπώλετο ἐκ τῶν μαθητῶν μου, εἰ μὴ ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας. ἀπωλείας δὲ υἱὸν αὐτὸν εἶπεν, τῷ τὰ τῆς ἀπωλείας πεπραχέναι. οὐ γὰρ ὅτε εἷς ἦν τῶν Ἀποστόλων, καὶ διηκόνει ἅμα ἐκείνοις τῷ Σωτῆρι, ἦν τοιοῦτος· ἀλλ' ὅτε προδότης γέγονε τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ Διδασκάλου, ἀγαπήσας τὰ τῆς ἀπωλείας ἀργύρια. Καὶ ὅτι οὐ κατὰ φύσιν ἦν κακὸς, ἅμα πᾶσι τοῖς μαθηταῖς ὢν ἤκουσεν, Ἰδοὺ ἀποστέλλω ὑμᾶς ὡς πρόβατα ἐν μέσῳ λύκων. εἰ δὲ λύκους τοὺς ἁμαρτάνοντας λέγει, πρόβατα δὲ τοὺς πρακτικοὺς τῆς ἀρετῆς, εἴπερ ὁ Ἰούδας φύσει κακὸς ἦν, οὐκ ἦν πρόβατον Χριστοῦ. ἐπεὶ μὴ πρακτικὸς τῆς ἀρετῆς ὁ κατὰ φύσιν κακός. ἀλλ' οὐδ' αὐτὸς ὁ διάβολος κατὰ φύσιν κακὸς, ἀλλ' ἐκ τροπῆς τοῦ ἰδίου αὐτεξουσίου.

IV. Rurſus idem Salvator ait: [b] *Prudentiores ſunt filii hujus ſæculi filiis lucis in generatione ſua.* Nempe lucis filios vocans, qui ſcientia veritatis ac virtutis operibus ſint illuminati. Ad quos, qui & lux facti eſſent quippe filios lucis, ait: [c] *Vos eſtis lux mundi.* Eos autem qui præſentis vitæ amore tenentur, & ad eam referunt quæcumque operantur, *ſæculi hujus filios* nominavit. Quamquam B vero etiam prudentiores dixit filiis lucis; non ſimpliciter dixit eſſe prudentiores; ſed *in generatione ſua*; id eſt, in rebus ad hoc ſæculum accommodatis, prudentiores ſunt filiis lucis. [d] *Sapientes enim ſunt ut faciant mala: bene autem facere neſcierunt.* Quin & de Juda ſcriptum eſt, eſſe eum *filium perditionis.* Sic enim Dominus de illo dixit: [e] *Ex diſcipulis meis nemo periit, niſi filius perditionis.* Filium autem perditionis vocavit, quod ea fecerit quæ ſunt perditionis, merguntque in interitum. Non enim talis erat, cum unus eſſet ex Apoſtolis, ac cum eis Salvatori pariter miniſtraret; ſed cum Filii Dei atque Magiſtri proditor effectus eſt. Quodque ex natura haud malus eſſet, ſimul C cum diſcipulis omnibus audivit: [f] *Ecce mitto vos ſicut oves in medio luporum.* Si lupos dicit eos qui peccant, oves vero eos qui virtuti navant operam: ſiquidem Judas natura malus erat, ovis Chriſti non erat: nam neque virtutem poteſt operari, qui per naturam malus eſt. Sed neque ipſe diabolus per naturam malus eſt, ſed ex mutatione liberæ voluntatis.

Ὥσπερ οὖν οὐ τῶν φαύλων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν σπουδαίων ἐπιτηδευμάτων καὶ πραττομένων υἱοὶ καλοῦνται καὶ τέκνα, οἱ ἐπιτελοῦντες τῷ προειρημένῳ τρόπῳ· καθ' ὃν ἐλέγετο γεννήματα ποιοτήτων εἶναι τοὺς λαμβάνοντας ἀπ' αὐτῶν τὸ εἶναι, ὅπερ ἔχουσιν ἐκ τῆς ποιότητος· εἰκότως σὰρξ ἁμαρτίας, καὶ σῶμα ἁμαρτίας οὐ καθ' ἅπαξ λέγεταί τις, ἀλλὰ τῷ ὑπηρετεῖν τῇ ἁμαρτίᾳ. ὁ γὰρ ἄνθρωπος τῷ σώματι καὶ τῇ σαρκὶ εἰς λαγνείαν καὶ τὰς ἄλλας τοιαύτας ἐνεργείας καταχρώμενος, ποιεῖ τὸ σῶμα αὐτοῦ, ἁμαρτίας σῶμα· καὶ τὴν σάρκα, σάρκα ἁμαρτίας· ὥσπερ ὁ σπουδαῖος διὰ σωφροσύνης καὶ τῆς ἑπομένης ἀρετῆς, τὸ σῶμα ἑαυτοῦ καὶ τὴν ψυχὴν ἁγιάζει. ἡ Παρθένος γοῦν ἁγία γίνεται σώματι καὶ πνεύματι, ὅ ἐστι ψυχὴ, ὡς γράφει Παῦλος, λέγων, Ὅτι τὴν Παρθένον δεῖ ἀπερίσπαστον εἶναι τῶν βιωτικῶν πραγμάτων, ἵνα ᾖ ἁγία σώματι καὶ πνεύματι. ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ Ἐπιστολῇ τῇ Κορινθίων γράφει. Δοξάσατε τὸν Θεὸν ἐν τῷ σώματι ὑμῶν. εἰ δὲ δοξάζεται ὁ Θεὸς ἐν τῷ σώματι τῶν ἀνθρώπων, οὐ δοξάζεται δὲ Θεὸς ἐν κακῷ, οὐ κακὸν τὸ σῶμα τῇ φύσει, κἂν κακὸν αὐτὸ ποιεῖ ὁ ἁμαρτωλὸς, ἁμαρτητικῶς αὐτῷ χρώμενος. καὶ μετ' ὀλίγον πάλιν, τοῖς αὐτοῖς προσφωνεῖ· Ἢ οὐκ οἴδατε, ὅτι τὰ σώματα ὑμῶν ναὸς τοῦ ἐν ὑμῖν ἁγίου Πνεύματός ἐστιν· οὗ ἔχετε ἀπὸ Θεοῦ; εἴ τις τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ φθείρει, φθερεῖ τοῦτον ὁ Θεός· ὁ γὰρ ναὸς τοῦ Θεοῦ ἅγιός ἐστιν, οἵτινές ἐστε ὑμεῖς.

V. Sicut igitur non ſolum malarum actionum ac ſtudiorum, verum etiam honeſtarum filii vocantur ac nati, qui ea exercent eo quo dictum eſt modo; ex cujus ratione, qualitatum fetus proleſque dicebantur, qui ex illis eſſe acciperent quod a quaD litate ejuſque munere habent; merito [g] *caro peccati*, & [h] *corpus peccati*, quiſpiam, non ſimpliciter dicitur, ſed idcirco quia ſervit peccato. Homo enim corpore ac carne ad libidinem aliaque ejuſmodi vitia abutens, corpus ſuum *corpus peccati* facit, & carnem ſuam *carnem peccati*; haud ſecus ac ſtudioſus, caſtitatis ſtudio, ac quæ ei virtus reliqua comes, corpus ſuum animumque ſanctificat. Virgo igitur ſancta efficitur corpore & ſpiritu (hoc eſt anima) quemadmodum ſcribit Paullus, dicens, debere virginem terrenis rebus curiſque non diſtrahi, [i] *ut ſit ſancta corpore & ſpiritu.* Sed & in Epiſtola ad Corinthios ſcribit: [k] *Glorificate Deum in corpore veſtro.* Si autem glorificatur Deus in corE pore hominum, nec Deus in malo glorificatur; haud ſane corpus natura malum eſt; quamquam ipſum peccator malum reddit, ex peccati rationibus illo utens. Ac rurſus paucis interjectis in hæc verba ſuos alloquitur; [l] *An neſcitis, quia corpora veſtra templum ſunt Spiritus ſancti, qui in vobis eſt; quem habetis a Deo?* [m] *Si quis templum Dei violaverit, diſperdet illum Deus: templum enim Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos.*

Ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ πρὸς Θεσσαλονικέας ὁ αὐτὸς Ἀπόστολος γράφει· ὁ Θεὸς τῆς εἰρήνης ἁγιάσαι ὑμᾶς ὁλοτελεῖς, καὶ ὁλόκληρον ὑμῶν τὸ πνεῦμα καὶ

VI. Sed & in Epiſtola ad Theſſalonicenſes, idem Apoſtolus ſcribit: [n] *Deus pacis ſanctificet vos totos: & integer veſter ſpiritus & anima & cor-*

a Luc. x. 5. 8. b Luc. xvi. 8. c Matth. V. 14. d Jer. iv. 22. e Joan. xvii. 2. f Matth. x. 16. g Rom. viii. 3. h Ibid. vi. 6. i II. Cor. vii. 34. k I. Cor. vi. 20. l Ibid. v. 19. m I. Cor. III. 17. n I. Theſſ. V. 23.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 369.

ἡ ψυχὴ, καὶ τὸ σῶμα ἀμέμπτως ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ διατηρηθείη. πῶς γὰρ ὁλοτελῶς ἁγιασθῆναι, καὶ ὁλόκληρον ἔχειν τις τὸ σῶμα ἑαυτοῦ δύναται, εἰ τὸ σῶμα μὴ πέφυκεν, κακὸν ὄν, ἁγιάζεσθαι; εἰ γὰρ κακὸν τῇ φύσει τοῦτο, οὐ δεκτικὸν ἁγιασμοῦ· εἰ δὲ δέχεται τὸ ἀγαθὸν, δῆλον ὅτι οὐ φύσει κακὸν, δεκτικὸν ὂν ἀγαθοῦ. τὸ γὰρ τῇ φύσει κακὸν, ἀνεπίδεκτον ἀγαθοῦ· ὥσπερ τὸ φύσει ἀγαθὸν, ἀνεπίδεκτον κακοῦ.

Γράφει ἐν ἑτέρᾳ ἐπιστολῇ ὁ αὐτὸς Ἀπόστολος πρός τινας· Καθαρίσωμεν ἑαυτοὺς ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος, ἐπιτελοῦντες ἁγιωσύνην ἐν φόβῳ Θεοῦ. δεικνὺς καὶ διὰ ταύτης τῆς λέξεως, ὡς πέφυκεν καὶ ἡ σὰρξ καθαίρεσθαι τῶν προσαπτομένων αὐτῇ ἐξ ἁμαρτίας μολυσμῶν. ἀλλὰ καὶ τὸ πνεῦμα καὶ ἡ ψυχή· εἰ δὲ ἡ σὰρξ κατ' οὐσίαν ἦν κακὸν, καὶ τὸ πνεῦμα κατ' οὐσίαν ἀγαθὸν, οὐδ' ἂν τὸ πνεῦμα μολυσμὸν εἶχεν, οὔτε μὴν ἡ σὰρξ ἀπὸ μολυσμοῦ ἐκαθαίρετο. προστάττει δὲ ἑκάτερα καθᾶραι ἀπὸ μολυσμοῦ, λέγων καὶ τὸν τρόπον τῆς καθάρσεως. Ἐπιτελοῦντες γάρ φησιν, ἁγιωσύνην ἐν φόβῳ Θεοῦ. εὖ δὲ καὶ τὸ εἰπεῖν· Ἐν φόβῳ Θεοῦ· δεικνὺς τὸ ὑπήκοον ἔχειν ἐξ αὐτῶν, καὶ οὐκ ἐξ ἀνάγκης. εἰ δὲ ἐπιτελοῦντες ἁγιωσύνην ἐν φόβῳ Θεοῦ καθαίρομεν τὴν ἑαυτῶν σάρκα ἀπὸ μολυσμοῦ καὶ τὸ πνεῦμα, δῆλον ὅτι ἐγγινομένης ἐν ἡμῖν τῆς ἁγιωσύνης τοῦτο γίνεται· ὥσπερ γὰρ καθαίρεται ἀγνοίας ψυχὴ καὶ ἀδικημάτων παρουσίᾳ ἐπιστήμης καὶ δικαιοσύνης. ἡ γὰρ ἀποφυγὴ τῆς κακίας, ἀρετῆς εἴσοδον ἐργάζεται ἐκ τοῦ ἐναντίου. οὕτως παρουσίᾳ ἁγιασμοῦ καθαίρεται ἡ σὰρξ μολυσμοῦ καὶ τὸ πνεῦμα. πνεῦμα δὲ ἐν τούτοις τὴν ψυχὴν λέγει, ὥσπερ καὶ ἐν ταῖς Πράξεσιν τῶν Ἀποστόλων Στέφανος ὁ Ἀπόστολος καταλιθούμενος, καὶ μέλλων ἀποθνήσκειν εἶπεν εὐχόμενος, Κύριε Ἰησοῦ δέξαι τὸ πνεῦμά μου. οὐδὲ γὰρ ἄλλό τι ἐν τούτοις ἔλεγε τὸ πνεῦμα ἑαυτοῦ, ἢ τὴν ψυχήν.

Εἰ οὖν διὰ πλειόνων ἡ σὰρξ καὶ τὸ σῶμα ὁτὲ μὲν ἁμαρτίας, ὁτὲ δὲ ἁγιασμοῦ· καὶ πρὸς τὸ δοξάζειν τὸν Θεὸν ἔχοντα λέγεται, οὐδὲν τούτων φύσει κακὸν ἢ ἀγαθόν ἐστιν· ἀλλ' αὐτεξουσίως ἑκατέρων δεκτικόν· ἢ παρὰ τὴν χρῆσιν τοῦ ἔχοντος ἀνὰ μέρος δέχεται, ὁτὲ μὲν ἁμαρτίας εἶναι, ὁτὲ δὲ ἁγιασμοῦ; εἰ δὲ καὶ τὸ ῥητὸν ἀγνοοῦντες, ἀφ' οὗ προφέρουσιν ἁμαρτίας εἶναι τὴν σάρκα, τοῦτο νομίζουσιν, ἀλλ' ἡμεῖς ὅλον αὐτὸ θέμενοι, τὴν διάνοιαν φανερὰν ποιήσομεν. ἔχει δὲ οὕτως.

Ὁ Θεὸς τὸν Υἱὸν ἑαυτοῦ πέμψας ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, περὶ ἁμαρτίας κατέκρινεν τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκί. ὃ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν. ἡ πάντων ἀνθρώπων σὰρξ, ἐκ συνδυασμοῦ ἔχει τὸ εἶναι, δίχα τοῦ Πρωτοπλάστου, καὶ οὗ ἀνέλαβεν ὁ Σωτήρ. οὐκ ἂν γὰρ ἄλλως σῶμα ἀνθρώπου γένοιτο, μὴ ἐπιπλακέντος τῷ θήλει τοῦ ἄρρενος. ἐπεὶ οὖν ὁ Σωτὴρ ἐκ μόνης τῆς παρθένου ἔλαβε σῶμα, τὴν ἀρχὴν οὐκ ἔχον ἐκ συνουσίας, ὁμοίωμα τὴν σάρκα τὴν Κυριακὴν εἶπε τῆς σαρκὸς τῆς ἐκ συνουσίας. οὐ γὰρ καθ' ἅπαξ εἶπεν, Ὁμοίωμα σαρκὸς αὐτὸν ἔχειν, ἀλλ' ὁμοίωμα σαρκὸς ἁμαρτίας. τὸ δὲ ὁμοίωμα τῆς σαρκὸς ἁμαρτίας, σάρξ ἐστιν, μόνῳ τούτῳ λειπομένη τῶν ἄλλων σαρκῶν, τὸ ἄνευ ἀνδρὸς ἐσχηκέναι τὴν ὕπαρξιν. ἔδει γὰρ τὸν ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ἀνθρώπων ἐρχόμενον, μὴ ἐκ συνδυασμοῦ σῶμα λαβεῖν. μηδ' αὖ ἔξωθεν τῆς τῶν ἀνθρώπων διαδοχῆς, ὥσπερ ὁ πρῶτος ἄνθρωπος,

pus, nulla criminis labe in adventu Domini nostri Jesu Christi servetur. Quomodo enim ex toto sanctificari potest aliquis, & integrum habere corpus suum; si quidem corpori, cum malum sit, a natura comparatum est, ut sanctificari non possit? Nam si corpus natura malum est, non capit ut sanctificetur. Si vero recipit bonum, liquet non esse natura malum, cum boni capax sit. Nam quod est natura malum, fieri non potest ut bonum recipiat: sicut rursus ut bonum natura, malum recipiat.

Scribit in alia Epistola idem Apostolus ad quosdam: [a] *Mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei*. Qua ipsa voce ac loquendi forma ostendit, carni quoque comparatum esse, ut emundetur ab inquinamentis quæ ex peccato illi inolescunt. Similiter in spiritu & anima. Quod si caro secundum substantiam esset mala, & spiritus secundum substantiam esset bonus; neque spiritus inquinamentum haberet, neque vero caro emundaretur ab inquinatione. Præcipit autem utrumque emundare ab inquinamento; modum etiam dicens quo sit futura mundatio. Ait namque: *Perficientes sanctificationem in timore Dei*. Illud vero etiam recte, quod ait, *In timore Dei*: ut ostendat, habere ex se ut obediant, & non ex necessitate. Quod si perficientes sanctificationem in timore Dei, emundamus carnem nostram & spiritum ab inquinatione; palam est accedente nobis sanctitate istud præstari. Sicut enim animus ab ignorantia ac injustitiis repurgatur ea ratione, quod scientia & justitia illi adveniant (fuga enim vitii, a contrario virtuti aditum facit) sic sanctificationis adventu, caro & spiritus ab inquinamento mundatur. Heic autem spiritum, animam significat, sicut etiam in Actibus Apostolorum Stephanus Apostolus dum lapidaretur, & prope esset moriturus, precibus ad Deum dixit: [b] *Domine Jesu suscipe spiritum meum*. Non enim illis verbis aliud quidpiam spiritum suum dicebat, quam animam.

Cum igitur pluribus locis caro & spiritus, quandoque peccati dicantur, quandoque sanctificationis, & comparata ad Deum glorificandum; neutrum ipsorum natura malum sit aut bonum; sed ejusmodi, ut libera voluntate utrumque recipere possint: nonne ex ejus qui habeat usu, sigillatim est, ut modo peccati, modo sanctificationis dicantur? Quod si ipsam quoque auctoritatem nescientes, unde proferunt esse carnem peccati, ita existimant; nos enimvero integram eam ponentes, perspicuam reddemus sententiam. Sic autem habet.

VII. [c] *Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, de peccato damnavit peccatum in carne*. Quod dicit, ejusmodi est. Omnium hominum caro ex conjunctione viri & feminæ exsistit, excepta carne primi parentis & ea quam Christus assumsit. Non enim alia ratione hominis corpus exstiterit, nisi masculus & femina misceantur. Igitur quia Salvator ex sola virgine corpus assumsit, quod ex non coitu principium duxit; idcirco carnem Domini, ejus carnis quæ ex coitu est, similitudinem vocavit. Non enim simpliciter habere eam carnis similitudinem dixit, sed *similitudinem carnis peccati*. Similitudo autem carnis peccati, caro est; uno dumtaxat ex aliis carnibus illi desiderato, quod nulla viri opera nacta exsistentiam est. Decebat enim, ut qui ad salutem hominum veniebat, ex conjunctione viri corpus non acciperet; neque rursus extra hominum successionem,

a II. Cor. VII. 1. b Act. VII. 58. c Rom. VIII. 3.

ἵνα μὴ ἑτερογενὲς αὐτοῦ νομισθῇ τὸ σῶμα. εἰ γὰρ καὶ αὐτὸς ἐκ τῆς γῆς ἐπέπλαστο, ὡς ἀρχηγὸς τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων, ὑπόνοιαν ἐλάμβανον οἱ διὰ φαντασίας τὴν δόκησιν εἰσάγοντες, μήτι ἄρα οὐ κατὰ ἀλήθειαν ἔφερεν ἀνθρώπου σῶμα.

Πάλιν, εἰ ἐκ συνδυασμοῦ ἀνειλήφει σῶμα, οὐκ ἔχων τὸ παρηλλαγμένον, ἐνομίσθη ἂν καὶ αὐτὸς ὑπεύθυνος εἶναι ἐκείνῃ τῇ ἁμαρτίᾳ, ἧπερ καὶ οἱ ἐκ τοῦ Ἀδὰμ πάντες κατὰ διαδοχὴν ὑπῆρχον. εἰ δὲ λέγοιεν· Εἰ σὰρξ ἁμαρτίας ἐστὶν, ἡ ἐκ συνουσίας ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς τεχθεῖσα, κακὸς ὁ γάμος· ἀκουέτωσαν, Ὅτι πρὸ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἐπιδημίας, τοῦ ἄραντος τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, ἅπαντες οἱ ἄνθρωποι ὥσπερ τὰ ἄλλα μετὰ κακίας ἔπραττον, οὕτω καὶ τὸν γάμον ἁμαρτητικῶς εἶχον. δι' ὃ τὰ ἐκ τοῦ γάμου γεννώμενα σώματα νοητέον. καὶ οὕτως, ἐπεὶ μετὰ τὴν ἁμαρτίαν ἡ σύνοδος γέγονεν τοῦ Ἀδὰμ καὶ τῆς Εὔας, διὰ τοῦτο σὰρξ ἁμαρτίας εἴρηται. ἄφθαρτος γὰρ ὢν πρὸ τῆς παραβάσεως, φθαρτὸς γεγένηται παραβάς· καὶ οὕτως ἡ διαδοχὴ τὸ φθαρτὸν ἔχει. ὁμοίωμα οὖν τῆς σαρκὸς ταύτης εἶχεν ὁ Σωτὴρ, εἰ καὶ μὴ εἶδεν ἡ σὰρξ αὐτοῦ διαφθοράν. ἀλλ' ἐπιδημήσαντος τοῦ Σωτῆρος, ὡς ἀπὸ τῶν ἄλλων πραγμάτων ἀφαίρεσις ἁμαρτίας γέγονεν, οὕτω καὶ ἀπὸ τοῦ γάμου. νῦν γοῦν οἱ κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον βιοῦντες ἔχειν δύνανται τίμιον γάμον καὶ κοίτην ἀμίαντον, ὡς γράφει Παῦλος τοῖς πιστοῖς, Τίμιος ὁ γάμος καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος· πόρνους δὲ καὶ μοιχοὺς κρινεῖ ὁ Θεός. διαστέλλων γὰρ τὸν τίμιον γάμον καὶ τοὺς χρωμένους αὐτῷ, ἀπὸ πόρνων καὶ μοιχῶν, οὐ πορνείαν, οὐδὲ μοιχείαν τοῦτον βούλεται εἶναι· ὅθεν οὐδὲ ἁμαρτία ὁ γάμος.

Καὶ ἑτέρως δὲ φυσικώτερον λεχθήσεται. Ἡ παρθενία θεῖόν τι χρῆμα τυγχάνει, καὶ ὡς ἐν ἀρεταῖς ὑπάρχει· εἴ τις οὖν συγκρίνων ταύτῃ τὸν γάμον, λέγοι αὐτὸν ἁμαρτίαν εἶναι, οὐκ ἀπολελυμένως ἁμαρτία ἐστίν. τὸ γὰρ κακὸν οὐ συγκρίσει τοῦ ἀγαθοῦ κακόν ἐστι, καθ' ἑαυτὸ ὂν τοιοῦτο. εἴ ποτε γ' οὖν ὡς πρὸς ἀγαθὸν λέγοιτό τι κακὸν, καὶ αὐτὸ ἀγαθὸν εἴη, ὑποδεέστερον τοῦ προκρινομένου αὐτοῦ ἀγαθοῦ. οἱ τοίνυν τῷ Εὐαγγελίῳ προσερχόμενοι, προηγουμένως προσέρχονται αὐτῷ ἐπὶ τῷ θεοσεβεῖν, καὶ κατὰ Θεὸν γενέσθαι σοφοί. οὗτοι ἑπομένως ἔχουσι τὸ πολεμεῖσθαι ὑπό τινων, καὶ γὰρ δεῖ τούτους βεβαίως ἀναλαβεῖν τὸν Χριστιανισμόν· προσγίνεται δὲ ἡ βεβαιότης ἐκ τῆς κατὰ τοὺς πειρασμοὺς γυμνασίας. ὅθεν ἀνάγκη ἀγῶνας αὐτοὺς ὑπομένειν. καὶ ὥσπερ οἱ ἀγωνοθετοῦντες, εἰ τοῦ εὐλόγου φροντίζοιεν, οὐχ ὡς ἔτυχεν τόνδε μετὰ τοῦδε συμβάλλουσιν ἀθλητὴν, ἀλλὰ σὺν ἀκριβείᾳ πολλῇ εἰς τὴν ἀναλογίαν τῆς ἑκάστου δυνάμεως σκοποῦντες· οὕτως καὶ ὁ ἡμέτερος ἀθλοθέτης Χριστὸς, οὐ πάντας τοῖς αὐτοῖς ἀνταγωνισταῖς συζεύγνυσιν, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἡλικίαν καὶ τὴν δύναμιν ἑκάστου τὸν ἀντίπαλον δίδωσιν. Κορινθίοις γ' οὖν νηπίοις οὖσιν ἔτι, τῶν παθημάτων τῆς σαρκὸς περιέχεσθαι Παῦλος γράφει· Πειρασμὸς ὑμᾶς οὐκ εἴληφεν, εἰ μὴ ἀνθρώπινος. οἱ γὰρ πειρασμοὶ τούτων καὶ οἱ ἀγῶνες πρὸς τὰ ἀνθρώπινα πράγματα τὴν ἀναφορὰν ἔχουσι. περὶ ἑαυτοῦ δὲ καὶ τῶν παραπλησίων, ἰσορρόπων τε καὶ ἰσοσθενῶν, γράφων φησὶν, Οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τὰς Ἀρχὰς καὶ τὰς Ἐξουσίας, καὶ τοὺς Κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου. μονονουχὶ τοῦτο λέγων, Ἡμῖν τοῖς ὑπερ-

A velut primus homo, ne ejus corpus diverſi generis eſſe putaretur. Nam ſi ipſe quoque ex terra formatus eſſet, ſicut fuit princeps humani generis; ſuſpicandi anſam habuiſſent, qui nudo mentis commento ſpecie tenus incarnationem docent, non forte humanum corpus re ac veritate geſtaſſe.

VIII. Præterea, ſi corpus ex viri conjunctione ſumſiſſet, cum in nullo differret; ipſe quoque utique, peccato quod ex Adamo ejus omnes poſteri per ſucceſſionem contrahunt, obnoxius habitus eſſet. Si vero dixerint: Si caro peccati eſt quæ ex conjunctione viri & feminæ nata eſt, malæ ſunt nuptiæ. Audiant iſti: Ante adventum Salvatoris B qui abſtulit peccatum mundi, omnes homines ſicut alia cum peccato agebant, ſic etiam nuptias cum peccato habebant. Unde ſimiliter de corporibus ex connubio natis intelligendum eſt: quodque adeo poſt peccatum facta eſt Adæ cum Eva conjunctio; idcirco caro peccati dicta eſt. Qui enim ante peccatum immortalis erat, per peccatum mortalis factus eſt; atque ita ſucceſſio mortalitatem habet. Similitudinem igitur hujus carnis habebat Chriſtus, tametſi [a] caro ejus non vidit corruptionem. Verum per adventum ejus, ſicut ab aliis rebus, ſic a nuptiis ablatum eſt peccatum. Itaque, nunc, qui ſecundum Evangelium vivunt, habere poſſunt honorabiles nuptias & torum immaculatum, ſicut Paul- C lus ſcribit fidelibus: [b] *Honorabiles nuptiæ, & torus immaculatus: Fornicatores autem & adulteros judicabit Deus.* Diſtinguens enim nuptias honoratas, & eos qui eis utuntur, a ſcortatoribus & adulteris; eſſe illas ſcortationem aut adulterium abnuit. Quamobrem neque peccatum ſunt nuptiæ.

IX. Aliter etiam dici poteſt magis phyſice. Divina quædam res eſt virginitas, atque in virtutum cenſu ſplendida. Si quis igitur nuptias cum virginitate conferens, ipſas dicat peccatum; non abſolute ſunt peccatum. Malum enim non in comparatione boni malum eſt, ſed ipſum per ſe tale eſt. D Si quando igitur aliquid malum dicitur, ea ratione quod cum bono confertur; ipſum etiam bonum fuerit, inferius bono quod ipſi antefertur. Qui igitur Evangelio accedunt, ad ipſum in primis accedunt, ut colant pietatem, & ſecundum Deum ſapientes fiant. His comes eſt, ut a nonnullis oppugnentur; ſiquidem neceſſe eſt eos firmiter animique conſtantia Chriſto nomen dare. Firmitas autem ac conſtantia, tentationum exercitatione præſtatur. Quamobrem neceſſe eſt, ut & illi certamina ſubeant. Quemadmodum autem qui certantibus conſtituunt præmia, ſi, quod e ratione congruumque videatur, ſpectandum ſibi putaverint; haud temere hunc illumque pugilem commiſerint, ſed multa E diligentia omnique ſedulitate, cujuſque virium ſpectata ratione; ſic nimirum noſtri quoque certaminis arbiter Chriſtus, non omnes iiſdem adverſariis jungit, ſed pro cujuſque ætatis viriumque ratione, quocum lucta conſerenda, opponit. Corinthiis itaque, cum adhuc parvuli eſſent, Paullus ſcribit [c], teneri eos carnis paſſionibus: [d] *Tentatio*, inquit, *vos non apprehendit, niſi humana.* Ipſorum namque tentationes ac certamina, ad ea ſpectabant quæ eſſent humana. De ſe autem ſuique ſimilibus, pari ſcilicet pectoris robore ac animoſitate, ſcribit dicens: [e] *Non eſt nobis colluctatio adverſus ſanguinem & carnem, ſed adverſus principatus &*

[a] Pſalm. xv. 10. [b] Heb. xiii. 4. [c] I. Cor. III. 2. [d] 1. Cor. x. 13. [e] Epheſ. vi. 12.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 369.

ἀναβεβηκόσιν, οὐκέτι πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, τοῦτ' A ἔστιν ἀνθρώπινα, ἡ πάλη, ἀλλὰ πρὸς τὰ ὑπεραναβεβηκότα τάγματα τῶν ἀντιπάλων· εἰσὶν δὲ ταῦτα εἴδη λογικῶν, πονηρῶν γενομένων προαιρετικῶς.

potestates, mundique dominos, rectores tenebrarum sæculi hujus. Ac si diceret, Nobis qui celsiore gradu conscendimus, non est lucta adversus sanguinem & carnem (id est, adversus humana) sed adversus superiorum ordinum adversarios. Sunt vero hi, animorum species, qui voluntatis arbitrio pravi evaserunt.

Μηδ' εἷς δὲ ὑπολάβῃ, ὅτι εἴδη λογικῶν πονηρῶν εἰρηκότες, οὐσίαν πονηρὰν λέγομεν. ἔστιν γὰρ εἴδη καὶ γένη καὶ τῶν προαιρετικῶν ὑπαρχόντων· λέγομεν γοῦν εἴδη σπουδαίου εἶναι· δίκαιον, σώφρονα, φρόνιμον. ἐπεὶ γὰρ ἡ ἀρετὴ γένος, εἰς εἴδη μεριζομένη, εἰς δικαιοσύνην, σωφροσύνην καὶ τὰ λοιπά, ἀνάγκη τὸν τοῦ γένους μετέχοντα, σπουδαῖον ὄντα, ὡσανεὶ γένος εἶναι τῶν μετεχόντων τῶν B κατ' εἶδος ἀρετῶν· ὡσαύτως καὶ τῆς ἐπιστήμης γένους οὔσης, γραμματικῆς, μουσικῆς καὶ τῶν λοιπῶν, τὸν παρονομαζόμενον ἀπὸ τοῦ γένους ἐπιστήμονα, γένος εἶναι τῶν παρονομαζομένων ἀπὸ τῶν τῆς ἐπιστήμης εἰδῶν φαμεν. κἂν τοίνυν πονηρῶν λογικῶν εἴδη λέγομεν, προαιρετικῶς πάντας τοὺς ὑπὸ τὰ εἴδη ταῦτα λέγομεν εἶναι τοιούτους. ἀμέλει γ' οὖν τὰ ὀνόματα τὰ προειρημένα πονηρά, οὐκ οὐσιῶν, ἀλλὰ προαιρετικῶν ἐστιν ἐμφανιστικά.

X. Nemo vero existimet, cum pravorum animorum species diximus, pravam nos essentiam dicere ac substantiam. Sunt enim etiam species & genera, eorum quæ liberæ voluntatis sunt. Dicimus honesti species esse, justum, temperantem, prudentem, fortem. Quia namque virtus genus est quæ in species distribuatur, in justitiam, temperantiam ac reliquas; necesse est, eum qui genus participat; qui videlicet studiosus exsistat ac virtute fulgeat, velut genus esse eorum qui species virtutum participant. Similiter, cum scientia genus sit, grammaticæ, musicæ & aliarum; eum qui ducto a scientia nomine, sciens dicitur, genus esse dicimus eorum, qui a tali talique scientia (scientiæ scilicet speciebus) nuncupantur. Quamquam igitur pravorum animorum species dicimus, omnes subter has species positos, voluntate pravos esse dicimus. Quæ itaque dicta sunt prava nomina, non essentias significant, sed qui libera præditi voluntate exsistant.

Τὸ γὰρ διάβολος ὄνομα, οὐκ οὐσίαν, ἀλλὰ προαί- C ρεσιν δηλοῖ. αὐτίκα γ' οὖν καὶ τὸν Ἰούδαν ἄνθρωπον ὄντα διάβολον ὁ Κύριος, οὐ διὰ τὴν οὐσίαν, ἀλλὰ διὰ τὴν προαίρεσιν ὠνόμασεν, λέγων πρὸς πάντας ἅμα τοὺς μαθητάς, συναριθμῶν καὶ τὸν Ἰούδαν ἐν αὐτοῖς· Οὐχὶ τοὺς δώδεκα ὑμᾶς ἐξελεξάμην, καὶ εἷς ἐξ ὑμῶν διάβολός ἐστιν; ᾧ ἐπιφέρει συγγραφεύς. Τοῦτο δὲ εἶπεν περὶ Ἰούδα, τοῦ μέλλοντος προδιδόναι αὐτόν. εἰ γὰρ διὰ τὴν μέλλουσαν προδοσίαν διάβολος εἴρηται, οὐ τότε διάβολος ἦν, ὅτε ἅμα πᾶσιν ἐκλογῆς ἔτυχεν. ἐκλεκτὸς μὲν γὰρ ἅμα πᾶσιν γέγονεν, διὰ τὴν προσοῦσαν αὐτῷ τότε ἀρετήν· διάβολος δὲ τότε ἐχρημάτισεν, ὅτε τὰ τῆς προδοσίας εἰργάσατο. εἰ τοίνυν ἐπὶ τοῦ Ἰούδα τὸ διάβολος ὄνομα πράξεως προαιρετικῆς δηλωτικόν ἐστιν, οὕ- D τως κἂν ἐπ' ἄλλου τινὸς ἡ φωνὴ λέγοιτο, προαιρετικόν τι σημαίνει. οἶδεν δὲ καὶ ἡ συνήθεια τὴν χρῆσιν τοῦ ὀνόματος τούτου. διαβόλους γ' οὖν καλοῦμεν τοὺς κατηγοροῦντας τούσδε τοῖσδε, κἀκείνους τούτοις. ἐπεὶ οὖν καὶ ὁ διάβολος Θεὸν ἀνθρώποις διαβάλλει, καὶ ἀνθρώπους Θεῷ, καὶ αὐτοὺς τοὺς ἀνθρώπους ἀλλήλοις, ταύτης ἔτυχεν τῆς ὀνομασίας. εἰ δὲ καὶ τὸ σατανᾶς ὄνομα κατηγοροῖτο αὐτοῦ τοῦ διαβόλου, ἴστωσαν ὅτι καὶ αὐτὸ τοῦτο προαιρετικοῦ τινός ἐστι δηλωτικόν. Ἑβραϊκὴ γὰρ οὖσα ἡ φωνή, οὐχ ἕτερόν τι σημαίνει καθ' Ἑλλάδα φωνήν, ἢ τὸ ἀντικείμενον· τὸ δὲ ἀντικείμενον ἐπ' ἀνθρώπου λαμβανόμενον, ἴσον ἐστὶ τῷ ἐχθρός, βλαβερός. ὡς οὖν ὁ ἐχθρὸς προαιρέσει ἐστὶ τοιοῦτος, οὕτως καὶ ὁ ἀντικείμενος· ὥσπερ E καὶ τὰ τούτων ἐναντία· τὸ γὰρ φίλος καὶ εὐνοῶν καὶ ὁμονοῶν καὶ ὁμοφρονῶν, ὀνόματα προαιρέσεών ἐστι δηλωτικά. λέγεται γὰρ αὐτὸς οὗτος φίλος καὶ εὐνοῶν, ὥσπερ διάβολος καὶ σατανᾶς καὶ πονηρός. ὡς ἐν Εὐαγγελίῳ ὁ Σωτὴρ πρὸς ἑτέροις καὶ τοῦτο λέγειν διδάσκει ἐν τῇ εὐχῇ τοὺς μαθητάς, Καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμόν, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. καὶ γὰρ καὶ τὸ τοῦ πονηροῦ ὄνομα προαιρέσεώς ἐστι δηλωτικόν.

XI. Quod enim diabolus dicitur, non essentiam declarat, sed voluntatem. Statim enim etiam Judam, homo cum esset, diabolum Dominus nominavit, non propter substantiam, sed propter voluntatem, cum ad omnes simul discipulos ait, in eis quoque Judam connumerans: [a] *Nonne duodecim elegi vos, & unus ex vobis diabolus est?* Subjungitque Evangelista: [b] *Hoc autem dixit de Juda, qui eum erat traditurus*. Etsi enim propter futuram proditionem diabolus vocatus est; non jam tunc diabolus erat, cum pariter cum omnibus electus est, ob eam qua tunc præstabat virtutem. Tunc autem diabolus appellatus est, cum ea molitus est ac fecit, quæ proditionis erant. Si ergo in Juda nomen diaboli, actionem ex liberæ nutu voluntatis indicat; similiter etiam de quovis alio dicatur, aliquid ad liberam voluntatem spectans significat. At nec consuetudinis ejus vocis usus ignotus est. Diabolos certe Græca voce vocamus qui apud alios aliis detrahunt, accusantque & calumniantur. Unde etiam quia diabolus Deum accusat apud homines, & homines apud Deum, ipsosque alios apud alios homines, hoc nomen sortitus est. Quod si etiam satanæ nomen de diabolo dicitur; sciant hoc ipsum nomen significare quod est liberæ voluntatis. Nam cum satanas vox Hebraica sit, nihil aliud significat quam *adversarium*, si ipsam Latine interpreteris. Adversarius vero cum de homine dicitur, idem est quod inimicus nocens. Sicut igitur inimicus voluntate est inimicus, sic & adversarius. Uti etiam horum contraria. Amicus enim & benevolus & concors & idem sentiens, nomina sunt, quod est liberæ voluntatis significantia. Dicitur enim hic idem amicus & benevolus, sicut dicitur diabolus & satanas & malus. Quemadmodum Salvator in Evangelio præter cetera hoc quoque discipulos in Oratione docet: [c] *Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a Malo*. Nam & Mali nomen, liberam denotat voluntatem.

Εἰ τοίνυν διὰ πάντων ὧν σημαίνει, ὁ ἀρχέκακος καὶ πρῶτος ἀποστάτης τῆς ἀρετῆς προαιρετικῶς

XII. Si igitur, quibus omnibus nominibus insignitur mali auctor primusque virtutis desertor, vo-

a Joan. VI. 71. b Ibid. ℣. 72. c Matth. VI. 13. Luc. XI. 4.

ἔστι τοιοῦτος, οὐ δύναται καθ' οὐσίαν εἶναι κακός. εἰ δὲ λέγοιεν τοῦτο, ὅτι τῇ οὐσίᾳ κακὸς ἂν ἔτυχεν καὶ τὰ προαιρετικὰ, δι' ἃ οὕτως ὠνόμασται. ἴστωσαν, ὅτι ἐν τοῖς οὐσιώδεσιν, οὐ παραλαμβάνεται προαίρεσις. οὐδεὶς γὰρ λέγει προαιρετικῶς ζῶον εἶναι ἢ λίθον. ταῦτα γὰρ οὐσιώδη. ὅθεν οὐδὲ προαιρετικόν τι. ἐν ἐκείνοις γὰρ τὰ προαιρετικὰ, ἐν οἷς καὶ ἡ προαίρεσις.

A luntatis arbitrio talis est; per essentiam malus esse non potest. Quod si dixerint, Cum esset substantia malus atque natura, accessisse & quæ erant voluntatis, ob quæ sic nominatus est: Sciant isti, In iis quæ ad essentiam spectant ac substantiæ sunt, non assumi ea quæ sunt liberæ voluntatis. Nullus enim dicit, libera voluntate animal esse aut lapidem. Hæc enim substantialia sunt: hincque est, ut nihil heic liberæ sit voluntatis. In his enim sunt quæ ad liberam voluntatem spectant, in quibus libera ipsa voluntas est.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 369.



Ἀλλ' ἴσως ἐροῦσιν· Διὰ τί τὸν οὕτω μέλλοντα ἔσεσθαι βλαβερὸν ἢ λυμεῶνα, εἰς τὸ εἶναι ἤγαγεν ὁ ἀγαθὸς Θεός; ἴστωσαν δὲ τοῦτο λέγοντες, ὅτι οὐχ ἡμῖν μόνοις, ἀλλὰ καὶ πᾶσιν τοῖς τιθεμένοις πρόνοιαν ἀντιπίπτουσιν. πολλοὶ γὰρ καὶ ἄλλοι τιθέμενοι πρόνοιαν, ἐκ Θεοῦ λέγουσιν εἶναι πάντα τὰ λογικὰ ζῶα, ἐν οἷς φύεται καὶ ἡ κακία. εἰ οὖν περὶ τοῦ διαβόλου ταῦτα λέγουσιν, καὶ περὶ πάντων τῶν λογικῶν ἀναγκάζονται εἰπεῖν τοῦτο. ὅμως δὲ ἡμεῖς οὐκ ἐκείνους μιμούμενοι, φαμὲν, Οὐ κακίας αἴτιος ὁ ποιήσας τὸ δυνάμενον ἐξ ἰδίας ῥοπῆς εἰς κακίαν ἐλθεῖν. λογικὸν γὰρ κατεσκεύασεν ζῶον, ὃ ἐβούλετο εἶναι ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ προαιρέσεως ἀγαθὸν, ἔχον εἰς ἑκάτερα ῥέπειν τὸ αὐτεξούσιον. [1] ἀγαθὸν γὰρ αὐτὸν ἐβούλετο εἶναι, ἑκουσίως αἱρούμενον τὸ ἀγαθόν. οὐδ' εἷς γὰρ γενητῶν ἄκων ἀγαθὸς εἶναι δύναται· ἀλλὰ πάντες οἱ ὄντες ἀγαθοὶ, ἑκουσίως εἰσὶν τοιοῦτοι. ἔδει τοίνυν τὸν προαιρέσει τῇ ἑαυτοῦ ἀγαθὸν ἐσόμενον, δύναμιν ἔχειν τὴν αὐτὴν τῇ ἐπιτηδειότητι πρὸς ἀνάληψιν τοῦ ἀγαθοῦ. εἵπετο δὲ τὸ δεκτικὸν τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ κακοῦ δεκτικὸν εἶναι· οὕτω κατεσκευασμένῳ τῷ λογικῷ, πρὸς ἀρετὴν καὶ κακίαν δύναμιν ἔχειν, ἐντολὴ δέδοται ὅπως τὴν μὲν ἀρετὴν κατ' ἐνέργειαν, τὴν δὲ κακίαν κατ' ἐπιτηδειότητα μόνην ἔχει. ὁ γὰρ τοῦ δημιουργήσαντος νόμος προτρέπει, καὶ ἀλείφει καὶ συνεργεῖ πρὸς ἀρετὴν, ἀποτρέπων τὴν φύσιν τῆς κακίας. κἂν τοίνυν ἐνυπάρχῃ δύναμις κακίας ἐν τῷ λογικῷ, οὐ διὰ τὴν δύναμιν φαῦλον τοῦτο. ἀμφοτέρων γὰρ, ἀρετῆς καὶ κακίας λέγω, αἱ δυνάμεις καὶ προαιρέσεις. αἱρούμεθα γὰρ ἀρετῆς ἔχειν δύναμιν, ἵνα καὶ ἀναλαβεῖν κατ' ἐνέργειαν δυνώμεθα· αἱρούμεθα καὶ κακίας ἔχειν δύναμιν. τότε γὰρ αὐτὴν ἔχομεν, ὅταν ἐν ἐνεργείᾳ τὴν ἀρετὴν ἔχωμεν. καὶ οὐχ ἡμῶν μόνων ἡ δόξα αὕτη, ἀλλὰ καὶ πάντων ὀρθῶς περὶ τῶν λογικῶν ζώων φιλοσοφησάντων.

Sed fortasse dicent, Ut quid vero eum qui damnosus futurus erat & pestis ac labes, bonus Deus in rerum naturam produxit? Atqui sciant qui hoc B dicunt, Non solum nobis adversari, sed & omnibus qui providentiam ponunt. Multi enim etiam alii, cum providentiam ponant, animantia omnia ratione utentia ex Deo esse dicunt, in quibus etiam malitia ac vitium oritur. Si igitur hæc de diabolo dicunt, necesse est, ut & de omnibus dicant ratione præditis atque animis. Nos enimvero qui illos minime sequamur, dicimus, Non esse mali auctorem qui eum produxit ac fecit, qui sua ipse proclivi voluntate nutuque in malum vergere potest, eique obnoxius esse. Dum enim animal condidit rationis particeps, voluit sua ipsum voluntate ac arbitrio bonum fore, ea facultate præditum, qua liceret ad utrumlibet vergere. Volebat C enim ipsum bonum esse, eligendo sponte quod bonum est. Nullus enim in iis quæ condita sunt, invitus bonus esse potest; sed omnes qui boni sunt, sponte tales sunt. Quare oportebat, ut qui voluntate sua futurus esset bonus, potestatem haberet, qua idoneus & aptus esset ad bonum capessendum ac quod honestum esset. Sequebatur autem, ut quod bonum capere posset, posset & malum. Sic fabricata rationali substantia, ut ad virtutem vitiumque facultatem haberet, datum ei mandatum est, ut virtutem in actu, vitium vero solum aptitudine haberet. Creatoris namque lex hortatur, facitque animos atque adjuvat ad virtutem, avocans naturam a vitio. Quamvis igitur insit vitii facultas in D utente ratione; non propter facultatem malus est qui ea præditus est: ad utrum libet namque virtutem scilicet atque vitium, se habent facultates atque liberæ voluntates. Libere enim habere virtutis facultatem volumus, ut & in actu ejus compotes effici valeamus: vitii quoque facultatem habere libere volumus. Tunc enim eam habemus, cum virtutem in actu ipsamque exercitam habuerimus. Neque hæc nostra dumtaxat opinio est, sed & omnium qui de animis atque ratione præditis recte sunt philosophati.

Κἂν τοίνυν τὴν οὐσίαν τὴν καλουμένην διάβολον ὁ Θεὸς ἐποίησεν, οὐχὶ διάβολον αὐτὴν ἐδημιούργησεν, ἀλλὰ δεκτικὴν ἀρετῆς, ἵνα ταύτην ἔχῃ· καὶ δεκτικὴν κακίας, ἵνα ταύτης ἀπέχηται. ἐπεὶ γὰρ [2] ἀσυνάρπακτος ἡ ἀρετὴ τῇ κακίᾳ, φίλη δὲ τῷ Θεῷ ἡ ἀρετὴ, ἀμφοτέρων τὰς δυνάμεις ἐνιεὶς τῷ λογικῷ, διὰ τοῦτο ἐνῆκεν αὐτὰς, ἵνα τὴν μὲν εἰς ἐνέργειαν μεταλάβωμεν, τῆς δὲ ἑτέρας δυνάμεως τοῦ τέλους, ὅπερ ἐστὶν ἡ ἐνέργεια, ἀπεχώμεθα. ὥστε γέγονεν πᾶν λογικὸν ἐπὶ τῷ σπουδαῖον εἶναι, καὶ μὴ φαῦλον. εἴ τινα οὖν τῶν λογικῶν τὴν ἐναντίαν δεδράμηκεν τῷ πεποιηκότι καὶ προνοουμένῳ, οὐ τοῦ ποιήσαντος καὶ νομοθετήσαντος ἡ αἰτία, ἀλλὰ τῶν ἀντιτεινάντων πρὸς τοὺς δοθέντας καὶ πρὸς τοὺς προνοουμένους νόμους.

XIII. Licet igitur Deus substantiam condidit quæ diabolus nuncupatur, non tamen ipsam diabolum condidit; sed virtutis capacem, ut illam nancisceretur; & vitii capacem, ut ab ipso se se abstine- E ret. Quia enim virtus cum vitio simul exsistere non potest; est autem amica Deo virtus; utriusque facultate indita utenti ratione, propterea indidit, ut altera quidem ad actum capessendum præditi essemus, ab alterius autem fine facultatis, qui est operatio actusque, abstineremus. Itaque omnes animi creati sunt ut essent probi, non mali. Si qui igitur in eis, contraria auctori suo ac providentia regenti via cucurrerunt, non hæc conditoris culpa ac legislatoris, sed eorum, qui contra leges datas provideque dispositas obnixe obstiterunt.

Ὁρῶμεν γ' οὖν καὶ εἰς ἡμᾶς αὐτοὺς, ἀεὶ ταῦτα γι-

Videmus in nobis ipsis hæc sæpe accidere; qui

1. Ἀγαθὸν γὰρ αὐτὸν ἐβούλετο εἶναι] Turrianus: *Volebat enim ut homo esset bonus*. Non bene: quum præcipue sermo sit de diabolo. Combefis.

2. Ἀσυνάρπακτος] Leg. ἀσυνύπαρκτος, Id.

νόμενα, ἃ παιδεύομεν τὰ τέκνα κατ' ἐπιστήμην αὐτὰ ἀνάγειν βουλόμενοι, ἵνα καὶ ταύτην ἐνεργῶσιν· οὐ πάντως δὲ οὕτως ἐνεργοῦσιν, ὡς ἐδιδάχθησαν· ἀλλ' ἔστιν ὅτε ἐναντίως πολλοὶ υἱοὶ παρὰ πατέρων ἰατροὶ ἀνατραφέντες, οὐ δεόντως χρῶνται τῇ ἰατρικῇ, τὰ νοσοποιὰ ἀντὶ τῶν ὑγιεινῶν τοῖς κακουμένοις προσάγοντες· καὶ οὐ δήπου ἡ ἰατρικὴ, ἢ ὁ ταύτην παιδεύσας, αἴτιος, οὐ γὰρ οὕτως ἐδίδαξεν, ἵν' οὕτως ποιῇ. πράττει γὰρ οὐχ ὡς ἔμαθεν ποιεῖν. πάλιν νόμους παιδεύομέν τινας, ἵνα συνιστῶνται τῷ δικαίῳ, καὶ τὴν ἀδικίαν παραιτῶνται. ἀλλὰ κακοήθως ἔνιοι αὐτῶν τοῖς νόμοις προσιόντων, τὸ ἀνάπαλιν ποιοῦσιν. καὶ οὔτε τὸν νόμον, οὔτε τὸν νομοθέτην αἰτιώμεθα. εἰ γὰρ αὐτοὶ τῆς ἀδικίας αἴτιοι ἦσαν, οὐκ ἂν ἐκόλαζον τοὺς ἀδίκους. καὶ γὰρ καὶ τοῦτο τοῦ βουλήματος αὐτῶν ὑπάρχει, τὸ κολαστέον τὸν ἄδικον εἶναι· καὶ ὁ Θεὸς κολάζει τὸν σατανᾶν, καὶ τοὺς παραβάντας τοὺς ἀπὸ Θεοῦ τεθέντας νόμους· τισὶν γὰρ φαύλοις λέγει, Ὑπάγετε εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ.

A liberos erudiamus eo animo, ut ad scientiam illos provehamus; quo ipsi perinde disciplina utantur; cum tamen omnino ut edocti sunt, ipsa non utantur: immo contingit aliquando, ut multi filii a parentibus in arte medica eruditi, non ut oportet ea arte utantur; sed potius pro salubribus, ea ægrotis adhibeant, quæ ipsa morbida qualitate iis exitiosa exsistant: nec tunc accusanda medicina, aut vocandus in crimen qui docuit. Non enim sic eos docuit, ut sic iste faceret: facit enim, non ut facere doctus est. Rursus leges quosdam docemus, ut justitiam defendant & injustitiam repellant: nonnulli tamen animi pravitate leges adeuntes, contra faciunt ac didicerunt. Neque tamen continuo le-
B gem aut legislatorem criminamur. Si enim hi injustitiæ rei essent, haud injustos punirent. Nam id quoque eorum arbitratus est ac sententiæ, *Justa castigandum animadversione, quod injustum est.* Deus item satanam punit, & eos qui divinitus constitutas leges transgrediuntur. Quibusdam enim pravis ait: [a] *Ite in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis ejus.*

Ἴστωσαν τοίνυν οἱ τούτοις ἀντιλέγοντες, μαχόμενα ἑαυτοῖς λέγοντες. εἰ γὰρ κατ' οὐσίαν κακὸς ἦν ὁ διάβολος καὶ ἀλλότριος τοῦ ἀγαθοῦ Θεοῦ, δυνάμενος αὐτῷ ἰσοσθενὴς εἶναι, οὐδὲ κόλασιν ἡτοίμαζεν αὐτῷ, οὐδὲ βάλλειν αὐτὸν εἰς τὴν κόλασιν ἠδύνατο· λέγει δὲ ἡτοιμάσθαι πῦρ τῷ διαβόλῳ· καὶ τοῦτο δὲ ῥητέον, Εἰ ἄτρεπτος ὁ ἀγαθὸς Θεός ἐστιν, ὥσπερ οὖν καὶ ἔστιν, καὶ ἀεὶ τὴν αὐτὴν ἔχει δύναμιν, ὡς μὴ ἄλλοτε ἄλλως ἰσχύειν, καὶ ἄλλοτε ἄλλως· ἔμελλε δὲ μετὰ πολλὴν βλάβην καὶ ἀπώλειαν πολλὴν πυρὶ αἰωνίῳ παραδιδόναι τὸν σατανᾶν, διὰ τί μὴ ἐξ ἀρχῆς τοῦτο ἐποίει, ὅτε ἐπανῆλθεν αὐτῷ, καὶ μέρος ἔλαβεν αὐτοῦ; δικαιότερον γὰρ τότε μᾶλλον τιμωρίαν ὥριζεν κατ' αὐτοῦ, ὡς κατὰ μείζονος πλημμεληθέντος· νῦν μὲν γὰρ ἀνθρώπους βλάπτει, τότε, κατ' αὐτοὺς, αὐτὴν ἔβλαψεν τὴν θεότητα, ὥσπερ καὶ φρονοῦσιν. νόμος δὲ καὶ ἀγανάκτησις δικαία ἐστὶ μᾶλλον ἢ κατὰ τῶν κατὰ βασιλέως τολμώντων, ἤ τινων τῶν ὑπηκόων· εἰ γὰρ ταῦτα οὕτως φρονητέα, ἢ ἄγνοιαν προσάψουσι τῷ Θεῷ τότε, τοῦ πῶς τιμωρήσεται καὶ ἐμποδίσῃ τὸ κακὸν, ἢ ἀδυναμίαν. ἀλλ' οὐδέτερον τούτων περὶ τὸν ἀγαθὸν Θεόν· οὐκ ἄρα ἀγεννήτως ἐχθρὸς ἂν Θεοῦ ἐπανέβη κατ' αὐτοῦ, ἀλλὰ γενόμενος ἐπὶ τῷ εἶναι ἀγαθὸς, τὴν μὲν δύναμιν τῆς ἀρετῆς ἀτελῆ ἐφύλαξεν. τὴν δὲ τῆς κακίας ἐπιτηδειότητα εἰς ἐνέργειαν ἤγαγεν, δι' ὃ καὶ κολαστέος, καὶ εἰκότως μετὰ πολὺ τιμωρίᾳ ὑπεβλήθη.

XIV. Sciant igitur qui his contradicunt, sibi ipsis pugnantia dicere. Si enim diabolus secundum substantiam malus erat & a bono Deo alienus, ac qui pari illi robore certare posset, nec illi supplicium parare, nec in ipsum eum mittere potuisset.
C Dicit tamen, esse ignem diabolo paratum. Quin hoc dicendum, Si Deus bonus immutabilis est, ut quidem est, & iisdem semper fretus viribus, neque alias aliter, alias aliter valet; cum futurum esset ut post multam noxam acceptaque ab eo damna, æterno eum igni traderet; quidni hoc a principio fecit, cum se ille in ipsum extulit, & partem ipsius occupavit? Justius enim tunc in eum pœnas decrevisset, ut qui in majorem deliquisset. Nam nunc quidem hominibus nocet; tunc autem, illorum sententia & ut existimant, ipsi noxam intulit deitati. Legis vero districtio ac indignatio justior est, si quis in regem, quam si in subditos, injuria procax exsistat. Si enim sic illi de his sen-
D tiant aut dicturi sunt, nescivisse tunc Deum, quomodo ulturus esset & malum impediturus, aut non potuisse. At neutrum horum bono Deo tribuendum est; non igitur nulla origine Dei inimicus, in eum se extulit; sed qui factus esset ut bonus esset, facultate capessendæ virtutis imperfecta ac manca retenta, quod in vitium pronum erat illique idoneum, ad actum perduxit. Quamobrem dignus supplicio est, ac merito diu post illi est mancipatus.

Εἰ δὲ κἀκεῖνο προφέροιντο, τὸ λεχθὲν ὑπὸ τοῦ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου τοῖς μεθ' ὑποκρίσεως εἰς τὸ βάπτισμα ἐλθοῦσιν, οὕτως ἔχον· Ὄφεις, γεννήματα ἐχιδνῶν, τίς ὑπέδειξεν ὑμῖν φυγεῖν ἀπὸ τῆς μελλούσης ὀργῆς; ποιήσατε οὖν καρπὸν ἄξιον τῆς μετανοίας, καὶ μὴ δόξητε λέγειν ἐν ἑαυτοῖς, ὅτι πατέρα ἔχομεν τὸν Ἀβραάμ. δύναται γὰρ ὁ Θεὸς ἐκ τῶν λίθων τούτων ἐγεῖραι τέκνα τῷ Ἀβραάμ. ἤδη δὲ ἡ ἀξίνη πρὸς τὴν ῥίζαν τῶν δένδρων κεῖται. πᾶν οὖν δένδρον μὴ ποιοῦν καρπὸν καλὸν ἐκκόπτεται καὶ εἰς πῦρ βάλλεται. ἀκουέτωσαν, ὅτι οὐ δύνανται προφέρειν, ἀφ' ὧν μὴ παραδέχονται. οὐ γὰρ δέχονται τὸν Βαπτιστὴν Ἰωάννην, τυγχάνοντα ἕνα τῆς παλαιᾶς γραφῆς. ὅμως δὲ καὶ οὕτως ῥητέον πρὸς αὐτούς. Διὰ πάσης τῆς συμφράσεως ἀναιρεῖ τὸ φύσει ἀγαθοὺς καὶ φύσει εἶναι κακούς. λέγει γὰρ πρὸς αὐτοὺς, Ποιήσατε οὖν καρπὸν ἄξιον τῆς μετανοίας. μετάνοια δὲ καὶ καρπὸς αὐτῆς οὐ πί-

XV. Si vero illud objecerint, quod dictum est a Joanne Baptista, his qui ficte veniebant ad baptismum, in hæc verba: [b] *Serpentes, progenies*
E *viperarum, quis ostendit vobis fugere a ventura ira? Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ; & ne velitis dicere intra vos, Patrem habemus Abraham. Potens est enim Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Jam porro securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor quæ non facit fructum bonum, exciditur & in ignem mittitur.* Audiant isti, Non posse eos objicere quæ non recipiunt. Non enim recipiunt Joannem Baptistam, qui unus sit e veteri Testamento. Sic tamen illis respondendum est. Toto Joannes contextu destruit, esse natura bonos, & malos natura. Ait enim ad illos, *Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ.* Atqui pœnitentia ejusque fructus non ca-

a Matth. xxv. 41. b Matth. III. 7-10. Luc. III. 7-9.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 369.



τητει, ὔτε πρὸς τὸν κατ' οὐσίαν κακὸν, οὔτε πρὸς τὸν φύσει ἀγαθὸν ὄντα· πῶς γὰρ ὁ αἰεὶ ἀγαθὸς χρήζει μετανοίας; ἢ πῶς ὁ φύσει κακὸς χρήσηται τῷ ἀγαθῷ τῆς μετανοίας; ὁ γὰρ κατ' οὐσίαν ὢν κακὸς, ἐκτραπῆναι τῆς ἁμαρτίας οὐ δύναται. ἀλλ' οὐδὲ ἐπ' ὠφελείᾳ μετάνοια γίνεται τοῦ ἀγαθοῦ. ἔτι μὴν καὶ ἐκ τῶν λίθων τῶν δεικνυμένων ὑπ' αὐτοῦ λέγει τέκνα ἐγερθήσεσθαι τῷ Αβραάμ. λίθους δὲ λέγων, τοὺς ἠλιθίους καὶ ἔτι ἐμμένοντας τῇ κακίᾳ ἀνθρώπους. εἰ γὰρ μετανοήσαιεν οὗτοι καὶ πιστεύσαιεν τῷ Θεῷ, τέκνα τοῦ Αβραὰμ ἔσονται, ὃς διὰ τοῦτο [1] ἄνθρωπος Θεοῦ ἐχρημάτισεν, ὅτι ἐπίστευσεν εἰς αὐτὸν τὸν Θεὸν, ὡς τὴν πίστιν αὐτοῦ εἰς δικαιοσύνην λογισθῆναι.

A dunt, neque in eum qui per essentiam malus sit, nec qui natura bonus. Quomodo enim eget pœnitentia, qui est semper probus? aut quomodo is qui natura malus est, bono pœnitentiæ utetur? Nam qui per essentiam malus est, a peccato mutari non potest: sed nec ulla utilitas est pœnitere de bono. Præterea, ex ostensis ab ipso lapidibus suscitandos ait filios Abrahæ; nempe lapides vocans stolidos & vecordes, ac qui adhuc in malitia permanerent. Hos enim si pœnituerit ac Deo crediderint, filii Abrahæ erunt; qui propterea *homo Dei* audivit, quod in Deum crediderit; adeo ut [a] *fides reputata sit ei ad justitiam.*

Επεὶ δὲ κἀκεῖνο ἠκούσαμεν λεγόμενον ὑπ' αὐτῶν πρὸς τοὺς ἐκ τοῦ Αβραὰμ καὶ τῶν ἄλλων ἁγίων ἀνδρῶν γεγεννημένους, τὸ, Οφεις, γεννήματα ἐχιδνῶν λεγόμενον, ἐχίδνας τοὺς ἀμφὶ τὸν Αβραὰμ δηλοῖ, ἴστωσαν μαχόμενα τῇ ἀκολουθίᾳ τοῦ κεφαλαίου λέγοντες. ἐλέγχει γὰρ αὐτοὺς, ὡς μὴ τοῦ Αβραὰμ ὄντας, ἀλλ' ἐχιδνῶν γεννήματα, προσποιουμένους καὶ μάτην αὐχοῦντας εἶναι τοῦ Αβραάμ. λέγει γὰρ ἐν ἑτέρῳ κεφαλαίῳ ὁ Σωτὴρ [2] πρὸς αὐτούς· τοῦτο Αβραὰμ οὐκ ἐποίησεν, ὃν λέγετε πατέρα ὑμῶν εἶναι ψευδόμενοι· εἰ γὰρ τέκνα ἦτε τοῦ Αβραὰμ, ἐποιεῖτε ἂν τοῦ Αβραὰμ τὰ ἔργα. ἀλλ' ὑμεῖς ἐκ τοῦ πατρὸς ὑμῶν ἐστε τοῦ διαβόλου, καὶ τὰς ἐπιθυμίας τοῦ Πατρὸς ὑμῶν θέλετε ποιεῖν. ἐκεῖνος γὰρ ἀνθρωποκτόνος ἐστὶν ἀπ' ἀρχῆς, καὶ ἐν τῇ ἀληθείᾳ οὐκ ἕστηκεν. Καλῶς δὲ καὶ τὸ εἰπεῖν, οὐκ ἕστηκεν, δεικνὺς αὐτὸν πρότερον ἱστάμενον ἐν τῇ ἀληθείᾳ. πατέρα δὲ αὐτῶν λέγει τὸν διάβολον, διὰ τὴν ὁμοίωσιν τῆς τροπῆς καὶ τῆς ποιότητος. ὥστε οὐ τὸν Αβραὰμ καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ ἁγίους ἐχίδνας εἶπεν. ἐκ μεταβολῆς γὰρ ἔσχον τοῦτο, τὸ, υἱοὶ ἐχιδνῶν εἶναι, διὰ τὸ αὐτοὺς πονηροῖς κεχρῆσθαι διδασκάλοις, ὡς εἴρηται, κατὰ ἰδίαν προαίρεσιν. λέγει τοίνυν ὁ Ιωάννης αὐτοῖς, Επεὶ κατὰ μεταβολὴν τὴν ἐξ ἀρετῆς ὄφεις ἠθελήσατε γενέσθαι. οὐδὲ γὰρ κατ' οὐσίαν ἦσαν τοιοῦτοι, παύσασθε τοῦ εἶναι ἐχιδνῶν γεννήματα, ὧν ἐθελήσατε τὴν ποιότητα ἔχειν. πονηροὶ γὰρ ἐκ πονηρῶν, καὶ ἄδικοι ἐξ ἀδίκων ἐσπουδάσατε εἶναι. ἀλλ' ἐπεὶ διὰ τὸ ἐπὶ τὸ βάπτισμα ἔρχεσθαι μετανοίας λέγετε σημεῖον φέρειν, προσποιητῶς δὲ τοῦτο ποιεῖτε, λέγω ὑμῖν· Τίς ὑπέδειξεν ὑμῖν φυγεῖν ἀπὸ τῆς μελλούσης ὀργῆς; ὁ γὰρ μετανοῶν διὰ τοῦτο μετανοεῖ, ἵνα μηκέτι ἁμαρτάνων φύγῃ τὴν ἐσομένην κατὰ τῶν ἁμαρτανόντων ὀργήν. πυνθάνεται δὲ τὸ, Τίς ὑμῖν ὑπέδειξεν, ἵνα εἴπῃ ὁ γνησίως ὑποδεικνὺς κακίας ἀναχωρεῖν, οὐ προσποιήσει τοῦτο γίνεσθαι. Υμεῖς δὲ τοῦτο ποιεῖτε μεθ' ὑποκρίσεως, ἐπὶ τὸ βαπτίζεσθαι ἐρχόμενοι. οὐκ ἄρα καθαρθήσεσθε· ὁ γὰρ ἀληθῶς καθαρθῆναι βουλόμενος, ἀφίσταται ἁμαρτημάτων, καὶ τῆς τοιαύτης μετανοίας καρπὸν φέρει, τὰ τῆς ἐναντίας τῇ ἁμαρτίᾳ ἕξεως ἔργα ποιῶν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ὑμεῖς οὐ πεποιήκατε, ἑαυτοὺς κατακρίναντες, φάσκοντες πατέρα τὸν Αβραὰμ ἔχειν. ἀλλ' οὐ τοῦθ' ὑμᾶς ὠφελήσει, τὸ οἴεσθαι τέκνα τοῦ Αβραὰμ εἶναι, ἀλλὰ τὸ εἶναι αὐτοῦ τέκνα, καὶ τῇ πίστει καὶ τῇ ἀπὸ εἰδώλων φυγῇ. κἂν τοίνυν ποτὲ τέκνα τοῦ Αβραὰμ γεγόνατε, οὐ τοῦτο ὑμᾶς σώσει. καὶ γὰρ τοὺς νῦν μὴ ὄντας αὐτοῦ τέκνα, δύναται ὁ Θεὸς τέκνα αὐτοῦ ποιῆσαι. ὥστε σώζεται ὁ ὢν τοῦ Αβραὰμ τέκνον κατὰ τὴν ἀρετὴν, οὐχ ὁ γενόμενος αὐτοῦ τέκνον κατὰ σάρκα μόνον· κἂν δὲ γένηται, μὴ μέγα φρονείτω· μετάπτωτον γὰρ τὸ τοιοῦτο. ἀμέλει γ' οὖν καὶ οἱ μὴ ἔχοντες αὐτὸ, κτήσασθαι αὐτὸ δυνήσονται. καὶ γὰρ ὁ

B XVI. Quia vero illud etiam ab istis dictum audivimus, in eos qui ex Abraham & aliis sanctis viris generati sunt; quasi nimirum dicendo, *Serpentes, progenies viperarum*, Abrahamum nepotesque significet; discant isti pugnantia se loqui consequentiæ capitis. Arguit enim & vituperat, quod non essent filii Abrahæ, sed qui progenies viperarum, frustra semen Abrahæ præferrent, eoque gloriarentur ac sibi placerent. Ait enim ad eos Salvator in alio capitulo: [b] *Hoc Abraham non fecit*, quem vos falso patrem vestrum esse dicitis. *Si enim filii Abrahæ essetis, opera Abrahæ faceretis. Sed vos ex patre vestro diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere. Ille enim homicida erat* C *ab initio, & in veritate non stetit.* Hoc quoque præclare dictum, *In veritate non stetit*, quo prius in veritate stetisse significat. Patrem autem eorum vocavit diabolum, quod pari cum illo ratione mutati sunt ac qualitate imbuti. Quamobrem non Abraham sanctosque illi asseclas, viperas appellavit. Ut enim filii viperarum essent, ex mutatione habuerunt, idcirco quia sua sponte, malis magistris, sicut dictum est, usi sunt. Ait igitur illis Joannes, Quandoquidem aversi a virtute, serpentes fieri voluistis, (non enim per essentiam tales erant) desinite esse proles viperarum, quarum qualitatem voluistis habere. Mali enim ex malis, exque iniquis iniqui esse studuistis. Sed quia dicitis D vos pœnitentiæ signum ferre, quod ad baptismum venitis; hoc autem simulate facitis; dico vobis, *Quis ostendit vobis fugere a ventura ira?* Quem enim pœnitet, ideo pœnitet, ut, dum non amplius peccat, iram quæ futura est adversus peccatores, effugiat. Rogat autem, *Quis vobis ostendit?* ut dicat, qui docet vere a malo recedere, non rem simulate præstare; vos autem cum simulatione facitis, dum ad baptismum acceditis. Non igitur mundabimini. Qui enim vult vere mundari, a peccatis desistit, & hujusmodi fructum pœnitentiæ affert, faciens opera habitui peccati contraria. Vos enimvero hoc non fecistis, qui ipsi vos ipsos condemnastis, dum habere vos Abraham patrem dici- E tis. Non enim hoc vos juvabit, quod Abrahæ filii æstimemini, sed quod ejus filii sitis ea ratione, quod ipsius fidem & ab idolis fugam æmulemini. Quamobrem, tametsi aliquando filii Abrahæ fuistis, non hoc vos salvos faciet. Nam & eos qui non sunt nunc ejus filii, potest Deus ipsius filios facere. Quare salutem consequitur qui virtutis rationibus Abrahæ filius est, non qui ejus secundum carnem solum exstitit filius. Quod si exstitit, ne glorietur sibique placeat: est enim res ejusmodi quæ sit alia alio decidua ac proclive mutetur. Denique

a Rom. IV. 3. b Joan. VIII. 40. 39. 44.

1. Ανθρωπος Θεοῦ] In nostro exemplari, *amicus Dei* legitur. Turrianus. — *Jac.* II. 23. καὶ φίλος Θεοῦ ἐκλήθη. Sic & II. *Paral.* XX. 7. nec non *Isa.* XLI. 8.

2. Πρὸς αὐτούς· τοῦτο Αβρ.] Ex textu *Joan.* VIII. 40. hunc locum sic distinximus, ejusque versionem reformavimus. Perperam uterque interpres, Turrianus & Combefisius: πρὸς αὐτοὺς τοῦτο. Αβρ. — in alio capitulo: *Abraham non fecit.*

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 369.

Παῦλ☉, οὓς τῇ σαρκὶ οὐ γεγέννηκεν, λέγει, Εν γὰρ Χριστῷ διὰ τοῦ Εὐαγγελίου ἐγὼ ὑμᾶς ἐγέννησα.

A quibus etiam id non obtigit, poterunt comparare. Nam & Paullus his quos carne non genuerat, dicit: [a] *In Christo per Evangelium ego vos genui.*

Αλλὰ ταῦτ' ἀκούοντες μὴ καταφρονεῖτε, ὡς βραδυνούσης τῆς κατὰ τῶν ἁμαρτανόντων ὀργῆς. ἤδη γὰρ δι' αὐτοῦ τοῦ ἁμαρτάνειν ὁ φαῦλ☉ παροῦσαν ἔχει τὴν κόλασιν, κολαστέ☉ ὑπάρχων. δι' ὃ ἴστε τὴν ἀξίνην ἤδη ταῖς ῥίζαις ἐγγίζουσαν τῶν δένδρων. δένδρα δὲ οὐκ αἰσθητὰ λέγει, ἀλλ' ἀνθρώπους κατὰ κακίαν πεποιημένους. ῥίζα δὲ τῶν δένδρων τούτων ἡ χειρίστη ἕξις, ἀφ' ἧς καρπὸς οὐκ ἐδώδιμ☉, ἀλλὰ δηλητήρι☉ γίνεται, αὐτὸν οὖν οὐ καλὸν καρπὸν εἶπεν, κἂν τοίνυν ἡ ἀξίνη τὴν κόλασιν σημαίνει, τὸ δὲ κακὸν δένδρον τὸν ἁμαρτάνοντα ἄνθρωπον, οὐ μαχόμεναι φύσεις αὗται· ἀπειλεῖται γὰρ ἡ κόλασις ἐπὶ τῷ μεταβαλεῖν τὰ δένδρα. ὁ γὰρ ἀπειλῶν τοῖς ἁμαρτάνουσιν, δι' αὐτῆς τῆς ἀπειλῆς μεταποιῆσαι βούλεται. εἰ τοίνυν διὰ τῆς ἀπειλῆς τῆς ἀξίνης τῆς μελλούσης ἐκκόπτειν τὰ σαπρὰ δένδρα, πείθει αὐτοὺς παύσασθαι τοῦ μὴ κακὸν καρπὸν φέρειν, ἀλλὰ καλὸν, οὐ φύσει κακὸν τὸ δένδρον, οὐδὲ φύσει κακὴ ἡ κόλασις.

XVII. Verum cum hæc auditis, ne contemnatis, quasi ira in peccatores retardetur. Jam enim malus, in eo ipso quod peccat, præsens supplicium habet, qui ejus reus exsistat ac pœnæ obnoxius. Quamobrem scitote jam securim radices arborum prope attingere. Arbores autem vocat, non quas sensu percipimus, sed homines vitio depravatos. Harum autem arborum radix, pessima dispositio est, ex qua non edulis fructus, sed venenatus oritur. Hunc igitur vocavit fructum non bonum. Itaque quamvis securis supplicium denotat, ac mala arbor hominem peccatorem; non sunt duæ hæ naturæ pugnantes. Intentantur enim minæ, ut arbores mutentur. Nam qui minas peccatoribus intentat, ipsa minarum intentatione satagit ad meliorem frugem transferre. Quare, si intentata per securim effetas arbores ac elanguidas excisuram, comminatione, ipsis auctor est, inducitque, ut non malum, sed fructum bonum ferant; nec arbor mala natura est, nec natura malum supplicium.

Αλλ' ἴσως ἐροῦσιν, Εἰ μεταποιεῖ φαύλους ἡ κόλασις, ἀγαθὸν αὐτὴν εἶναι· εἰ δὲ ἡ κόλασις ἀγαθὸν, ἐναντία δὲ ταύτῃ ἡ ἐπαγγελία, τὰ δὲ ἐναντία οὐ δύνανται ἅμα ἀγαθὰ εἶναι, ἡ ἄρα ἐπαγγελία κακόν. μὴ κακοῦ δὲ τῆς ἐπαγγελίας, ἀλλ' ἀγαθοῦ οὔσης, ἡ κόλασίς ἐστι κακόν. εἰ δὲ κακὸν ἡ κόλασις, οὐχ ὁ Θεὸς, ἀλλ' ὁ σατανᾶς αὐτὴν ἐπιφέρει. ἐπιφέρει δὲ ὁ σατανᾶς τὴν κόλασιν οὐ τοῖς ἑαυτοῦ· εἰσὶν γὰρ ὡς αὐτὸς πονηροὶ, καὶ ἀνάγκη καὶ αὐτὸν ὑποπίπτειν τῇ κολάσει· τῷ ἄρα ἀγαθῷ ἐποίσει αὐτήν. ἀλλ' ἀδύνατον τοῦτο· οὐκ ἄρα ὁ πονηρὸς αὐτὴν ἐπιφέρει, ἀλλὰ Θεός. πᾶν δὲ τὸ ὑπὸ Θεοῦ ἐπιφερόμενον, χρησίμως ἐπιφέρεται, τυγχάνον ἢ ἀγαθοῦ ποιητικὸν ἢ κωλυτικὸν κακοῦ. ὁ ἄρα Θεὸς κωλύειν τὸ κακὸν βουλόμεν☉, ἐπιφέρει τοῦτο· οὐκ ἂν δ' ἐπεχείρει κωλύειν τὸ κακὸν, εἰ μὴ δυνατὸν ἦν κωλύεσθαι τὸ κακόν. κολυόμενον δὲ τοῦτο, οὐ δύναται εἶναι φύσει καὶ ἀγένητον. ἐσφάλησαν δὲ καὶ ἐν τούτῳ οἱ ἀμαθεῖς, νομίσαντες ἐναντίον εἶναι τὴν κόλασιν τῇ ἐπαγγελίᾳ· ἑκατέρα γὰρ ἀνταποδοτίς ἐστιν· ἡ μὲν, τοῖς ἀγαθοῖς μισθὸν φέρουσα, ἡ δὲ τιμωρίαν κατὰ τῶν ἑκουσίως παραβεβηκότων τοὺς θείους νόμους.

XVIII. Sed fortasse dicent, Si pœna mutat malos, bonum est pœnam esse. Si autem castigatio bona est, huicque contraria promissio est, nec contraria simul bona esse possunt; ergo mala est promissio. Sin autem non mali est promissio, sed boni, mala erit ultio, ac pœna. Si autem mala ultio, non eam Deus sed satanas infert. Infert autem satanas pœnam, non suis: sunt enim sicut ipse, mali; ac necesse est ipsum quoque pœnæ subjici. Præstat igitur ut bono pœnam inferat. Sed hoc est impossibile. Non ergo Malus pœnam infligit, sed Deus. Quidquid autem a Deo infligitur, utiliter infligitur, cum sit bonum, aut boni parens, aut arcens malum. Deus igitur, cum velit malum impedire, supplicium constituit. Non autem tentaret malum impedire, nisi illud posset impediri: hoc autem quod impeditur, esse natura non potest, ac ingenitum. In hoc vero præterea imperiti homines errore lapsi sunt, existimantes contrariam esse animadversionem promissioni. Utraque enim remuneratio est; altera quidem, quæ bonis mercedem afferat; altera vero, quæ pœnam dignamque ultionem in eos qui divinas leges voluntarie transgressi sunt, rependat.

[a] 1. Cor. IV. 15.

INDEX CAPITUM
LIBRI
DIDYMI ALEXANDRINI
CONTRA MANICHÆOS.

SANCTI
DAMASI PAPÆ
EPISTOLÆ
ET
CARMINA.

SANCTI DAMASI PAPÆ EPISTOLÆ.

EPISTOLA I.

Exemplum synodi habitæ Romæ episcoporum XCIII. *ex rescripto imperiali.*

Apud LUC. HOLSTENIUM, Rom. collect. bipart. *pag.* 265.

DAMASUS, VALERIANUS, VITALIANUS, AUFIDIUS, PACIANUS, VICTOR, PRISCUS, INNOCENTIUS, ABUNDIUS, THEUDULUS, & ceteri qui ad audiendam caussam Auxentii, exponendamque fidem, in urbe Roma convenerunt, episcopis catholicis per Orientem constitutis in Domino salutem.

I. Confidimus quidem, sanctitatem vestram Apostolorum instructione fundatam, eam tenere fidem, eamque plebibus intimare, quæ a majorum institutis nulla ratione dissentiat. Neque [1] enim aliter Dei sentire convenit sacerdotes, quorum pars est ceteros erudire. Sed Gallorum atque Venetensium fratrum relatione comperimus, nonnullos non B hæresis studio, neque enim hoc tantum mali cadere in Dei antistites potest; sed inscitia vel ex simplicitate quadam scævis interpretationibus æstuantes, non satis dispicere quæ magis patrum nostrorum sit tenenda sententia, cum diversa consilia eorum auribus ingerantur. Denique Auxentium Mediolanensem hac præcipue caussa damnatum esse perscribunt. Par est igitur, universos magistros legis per orbem Romanum paria de lege sentire, nec diversis magisteriis fidem [2] dominicam violare. Nam cum dudum hæreticorum virus, ut nunc iterum cœpit obrepere, ac præcipue Arianorum blasphemia pullulare cœpisset; majores nostri CCCXVIII. episcopi, atque ex Urbe sanctissimi episcopi urbis Romæ directi, apud C Nicæam confecto concilio, hunc murum adversus arma diabolica statuerunt, atque hoc antidoto mortalia pocula propulsarunt, ut Patrem, Filium, Spiritumque sanctum unius deitatis, unius virtutis, unius figuræ, unius credere oporteret substantiæ; A contra sentientem, alienum a nostro consortio judicantes. Quam definitionem salutarem postea aliis tractatibus quidam pervertere & violare tentaverunt. Sed & in ipso exordio ab iisdem ipsis, qui hoc apud Ariminum retractare cogebantur, emendatum hactenus est, ut subreptum sibi alia disputatione faterentur, idcirco quod non intellexissent patrum [3] sententiam apud Nicæam formatam esse contrarium. Neque enim præjudicium aliquod nasci potuit ex numero eorum qui apud Ariminum convenerunt: cum constet, neque Romanum episcopum, cujus ante omnes fuit expetenda sententia, neque [4] Vincentium, qui tot annos sacerdotium illibate servavit, neque alios hujusmodi statutis consensum B aliquem commodasse: cum præsertim, ut diximus, iidem ipsi qui per impressionem succubuisse videbantur, iidem consilio meliore displicere sibi fuerint protestati.

II. Unde advertit sinceritas vestra hanc solam fidem, quæ apud Nicæam Apostolorum auctoritate fundata est, perpetua firmitate esse retinendam; hac nobiscum Orientales, qui se catholicos recognoscunt, Occidentalesque gloriari. Non longe autem fieri posse credimus, ut qui secus sentiunt, licet hoc ipso conatu a nostra communione exui possint, plebesque eorum erroribus liberatæ respirent. Quemadmodum enim poterunt corrigere errata populorum, si ipsos error obsederit? Concinat ergo cum omnibus Dei C sacerdotibus & vestræ sententia caritatis: in qua vos fixos atque firmatos ut bene credimus, ita etiam nos vobiscum recte sentire debemus [5] reciprocis sanctitatis vestræ litteris approbare.

Ego Sabinus diaconus Mediolanensis legatus de authentioo dedi.

1. Pro his, *Neque enim aliter Dei sentire convenit sacerdotes*, apud Theodoretum exstat dumtaxat, Θεοῦ ἱερεῖς, id est, *o Dei sacerdotes*: immo etiam duo illa verba ab Epiphanio scholastico, ac deinde ab Isidoro prorsus prætermissa sunt. Sed totidem verbis apud Sozomenum legere est, οὐδὲ γὰρ ἄλλως ἁρμόζει διανοεῖσθαι τοὺς τοῦ Θεοῦ ἱερεῖς. Quibus cum subjiciat Sozomenus, ὑφ' ὧν δίκαιόν ἐστι σοφοὺς παιδεύεσθαι, eum ex Theodoreto emendandum esse, ac loco σοφοὺς, substituendum esse λοιποὺς, etiam ex hoc Holstenii exemplo liquet. COUTANT.

2. Neque apud Theodoretum ejusque interpretes, neque apud Sozomen. legere est *Dominicam*. ID.

3. Leg. *Sententiæ apud Nicæam formatæ*. ID. — At codex Vallicellanus apud Merendam, *patrum sententiam apud Nicæam formatam esse contrariam*.

4. Ita e suo exemplari, græcæ vocis ad instar, expressit Holstenius: quamvis *Vincentium* in autographo latino scriptum fuisse nemo, puto, in dubium vocarit. COUTANT.

5. Leg. *debetis*, Valesio auctore. MEREND.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 370.

EJUSDEM EPISTOLÆ I.

Aliud exemplar.

Apud Theodoritum Hist. eccl. *lib.* II. *cap.* xxii. *al.* xvii.

Interprete Epiphanio Scholastico Hist. tripart. *lib.* V. *cap.* xxix.

Damasi papæ & episcoporum xc. qui cum eo ex Italia & Gallia convenerant, ad episcopos Illyrici.

I. *Ariminensis synodi nullam esse auctoritatem.* II. *Nicænæ fidei unice adhærendum, ab eaque dissentientes episcopos brevi a communione segregandos, atque ipso privandos esse episcopi nomine.*

Οἱ ἐπίσκοποι οἱ ἐπὶ τῆς Ῥωμαίων εἰς τὸ ἱερὸν συνελθόντες συνέδριον, Δάμασος, καὶ Οὐαλεριανὸς, καὶ οἱ λοιποὶ, τοῖς ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς τοῖς ἐν Ἰλλυρικῷ καθεστῶσιν ἐπισκόποις, ἐν Θεῷ χαίρειν.

Πιστεύομεν τὴν ἁγίαν πίστιν ὑμῶν ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τῶν ἀποστόλων θεμελιωθεῖσαν, ταύτην κατέχειν, καὶ ταύτην τῷ λαῷ ὑφηγεῖσθαι, ἥτις ἀπὸ τῶν ὁρισθέντων παρὰ τῶν πατέρων οὐδενὶ λόγῳ διαφωνεῖ, Θεοῦ ἱερεῖς, ὑφ' ὧν δίκαιόν ἐστι τοὺς λοιποὺς παιδεύεσθαι. ἀλλὰ δι' ἀναφορᾶς τῶν ἐν Γαλλίᾳ καὶ Βενετίᾳ ἀδελφῶν ἔγνωμέν τινας [a] εἰς αἵρεσιν σπουδάζειν. ὅπερ κακὸν οὐ μόνον παραφυλάττεσθαι ὀφείλουσιν οἱ ἐπίσκοποι, ἀλλὰ καὶ ὅσα ἀπειρίᾳ τινῶν ἢ ἁπλότητι τῶν σκαιῶς κεχρημένων ἑρμηνείαις γέγονεν, ἀνθίστασθαι. ἀπὸ οὖν τῶν διαφόρους διδασκαλίας διανοουμένων μὴ [b] παρολισθαίνειν, ἀλλὰ μᾶλλον τῶν πατέρων ἡμῶν κατέχειν τὴν γνώμην, ὁσάκις ἂν διάφοροι βουλαὶ ταῖς ἀκοαῖς αὐτῶν ἐπεισφέρωνται. τοιγαροῦν Αὐξέντιον τὸν Μεδιολάνου ἐξαιρέτως ἐν τούτῳ τῷ πράγματι κατακεκρίσθαι προσγέγραπται. δίκαιον οὖν ἐστι πάντας τοὺς ἐν τῷ Ῥωμαίων κόσμῳ διδασκάλους τοῦ νόμου, τὰ περὶ τοῦ νόμου φρονεῖν, καὶ μὴ διαφόροις διδασκαλίαις τὴν πίστιν μιαίνειν. καὶ γὰρ ἡνίκα πρῶτον ἡ κακία τῶν αἱρετικῶν ἀκμάζειν ἤρξατο, ὡς καὶ νῦν μάλιστα ὑφέρπει τῶν Ἀρειανῶν ἡ βλασφημία, οἱ πατέρες ἡμῶν τριακόσιοι δέκα καὶ ὀκτὼ ἐπίσκοποι, καὶ οἱ ἐκ τῆς Ῥωμαίων ἁγιώτατοι ἐπίλεκτοι, εἰς Νίκαιαν γενομένου τοῦ σκέμματος, τοῦτο τὸ τεῖχος ὑπεναντίον τῶν ὅπλων τοῦ διαβόλου ἔθεντο, καὶ ταύτῃ τῇ

Damasus [1], & ceteri episcopi Romæ congregati, dilectissimis fratribus in Illyrico constitutis episcopis, in Domino salutem.

I. Credimus sanctam fidem vestram in Apostolorum eruditione fundatam, hanc [2] tenere, & hanc populis universis exponere, quæ videlicet a constitutis patrum nulla ratione dissentit, [3] o Dei sacerdotes, per quos justum est ceteros erudiri. Sed relatione Gallicanorum & Venetorum fratrum, quosdam [4] hæresibus favere cognovimus. Quod malum non solum cavere debent episcopi, sed etiam reluctari contra ea, quæ gesta sunt imperitia aut simplicitate quorumdam pravis interpretationibus [5] deceptorum. Variis [6] ergo doctrinis non decet labefactari, sed magis patrum nostrorum roborare sententiam, quoties diversæ opiniones eorum auribus ingerentur. Auxentium ergo Mediolanensem præcipue in hac caussa damnatum esse [7] ante scriptum est. Unde justum est, omnes in universo Romanorum orbe doctores legis ea quæ legis sunt sapere, & non fidem doctrinis variis maculare. Itaque dum primum hæreticorum cœpisset nequitia pullulare [8], sicut etiam nunc blasphemia nefandorum serpit Arianorum, tunc patres nostri trecenti decem & octo [9] episcopi, habito tractatu in urbe Nicæna, hunc murum firmissimum contra arma diabolica statuerunt, & hoc remedio venena mortifera sunt depulsa, ut Pater & Filius unius divinitatis, unius vir-

a Particula εἰς deest apud Sirm. & Sozom. *b* Supple, ὀφείλουσι.

1. Ad litteram græcam, *Episcopi Romæ, in sacrosancta synodo congregati Damasus, Valerianus & reliqui dilectis fratribus in Illyrico constitutis episcopis in Deo salutem.* Sozomenus tamen, ἐν Κυρίῳ. Coutant.

2. Apud Sirm. græce ὑμᾶς, & latine *vos* heic additur, quod Epiph. & Vales. non legerunt. Sozom. & Theodoret. antea præferunt πίστιν ἡμῶν, *fidem nostram*, non *vestram*. Secundum Holstenii exemplar græce legendum esset, τὴν ἁγιότητα ὑμῶν ἐν.... ταύτην πίστιν κατέχειν. Id.

3. E græco textu supplemus, *o Dei sacerdotes*, quo subsequens oratio sibi cohæreat. Apud Sozomenum legere est, οὐδὲ γὰρ ἄλλως ἁρμόζει διανοεῖσθαι τοὺς τοῦ Θεοῦ ἱερέας: cui lectioni quæ magis placet, concinit illud Holsten. *Neque enim aliter Dei sentire convenit sacerdotes.* Id.

4. Græcus textus, αἵρεσιν, singularem quamdam hæresim notat. Cum autem mox memoretur Auxentius præcipue in hac caussa damnatus, cumque ex Hilario lib. contra eumdem n. 8. 13. & 15. constet, illum Ariminensi perfidiæ pertinaci studio favisse; vix ambigere licet quin ii, qui Ariminensi synodo faverent, hic arguantur. Quod & subnexa confirmant. Id

5. Hinc corrigendus videtur græcus Theodoreti textus, & loco verbi κεχρημένων, substituendum παρακεκρουμένων. Apud Sozomenum autem, ut & in Holsten. exemplo depravatus est hic locus. Id.

6. Græcus Theodereti textus, ἀνθίστασθαι ἀπὸ τοῦ νῦν διαφόροις διδασκαλίαις, διανοουμένους μὴ πάλιν (Sirm. πάνυ) ὀλισθαίνειν: emendatur ex Sozomeno, cui Epiphanius & Isidorus favent. Totum hunc locum sic latine liceret reddere; *Ab iis ergo, qui varias doctrinas comminiscuntur, non debent abduci, sed potius patrum nostrorum retinere sententiam.* Pro duobus postremis verbis in edit. Rom. exstat, *corroborari sententiis*, in mss. Isid. *laborare sententiam.* Tum apud Epiphan. & Isid. desideratur, *quoties diversæ opiniones eorum auribus ingerentur.* Quod ex Theodoreto & Sozomeno revocamus. Id.

7. Ita Epiphan. secundum litteram græcam. At Isid. *esse liquet.* Id.

8. In edit. Rom. *pullulare patet*. At in mss. ut apud Epiphan. & Isid. tantum exstat *patet*; quod ex Græco mutandum duximus. Id.

9. Ita Isidorus. At apud Epiphanium, *trecenti decem & octo electi*, consentiente Sozomeno, apud quem legitur, τριακόσιοι δέκα καὶ ὀκτὼ ἐπίλεκτοι εἰς Νίκαιαν. Isidoro autem favent Theodoreti veteres libri ac priscæ editiones, in quibus tantum exstat, τριακόσιοι δέκα καὶ ὀκτὼ ἐπίσκοποι. His addidit Sirmondus, καὶ οἱ ἐκ τῆς Ῥωμαίων ἁγιώτατοι ἐπίσκοποι quod additamentum retinens Valesius, pro voce ἐπίσκοποι, ex conjectura substituit ἐπίλεκτοι. Et Vito quidem atque Vincentius, qui Silvestri vices Nicææ gesserunt, presbyteri erant, non episcopi. Quovis autem modo legatur textus græcus, eum vel mutilum, vel mendosum esse persuadet Holstenianus codex, in quo latine habemus, cccxviii. *episcopi atque ex urbe sanctissimi* (Silvestri) *episcoi urbis Romæ directi*, seu legati. Id.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

ἀντιδότῳ τὰ θανάσιμα φάρμακα ἀπεώσαντο· ὥστε τὸν A πατέρα καὶ τὸν υἱὸν μιᾶς οὐσίας, μιᾶς θεότητος, μιᾶς ἀρετῆς, μιᾶς δυνάμεως, καὶ ἑνὸς χαρακτῆρος πιστεύεσθαι [a] χρὴ, καὶ τῆς αὐτῆς ὑποστάσεως καὶ οὐσίας καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· τὸν δὲ ἄλλως φρονοῦντα, ἀλλότριον εἶναι ἡμετέρας κοινωνίας ἔκριναν. ὅνπερ σωτηριώδη ὅρον καὶ τὴν προσκυνητὴν σκέψιν διαφθεῖραι μετὰ ταῦτα ἄλλαις σκέψεσί τινες καὶ μιάναι ἠθέλησαν. ἀλλὰ ἐν αὐτῇ τῇ ἀρχῇ ἀπ' αὐτῶν τούτων, οἵ τινες ἐν Ἀριμίνῳ ἀνανεῶσαι ἢ ψηλαφῆσαι ἠναγκάζοντο, μέχρι τούτου διωρθώθη, ὡς ὁμολογεῖν αὐτοὺς ἑτέρᾳ διαλέξει ὑφηρπάσθαι, ἢ ὅτι οὐκ ἐνενόησαν τῇ τῶν πατέρων γνώμῃ τῇ ἐν Νικαίᾳ ἀρεστάσῃ ἐναντίον εἶναι. οὐδὲ γὰρ πρόκριμά τι ἠδυνήθη γενέσθαι ὑπὸ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν ἐν Ἀριμίνῳ συναχθέντων, ὁπότε συνέστηκε, B μήτε τῶν Ῥωμαίων ἐπισκόπου, οὗ πρὸ πάντων ἔδει τὴν γνώμην ἐκδέξασθαι, οὔτε Οὐϊκεντίου, ὃς ἐπὶ τοσούτοις ἔτεσι τὴν ἐπισκοπὴν ἀσπίλως ἐφύλαξεν, οὔτε τῶν ἄλλων τοῖς τοιούτοις συγκαταθεμένων, καὶ μάλιστα, καθὰ προειρήκαμεν, αὐτοὶ οὗτοι οἵ τινες κατὰ συσκευὴν ὑποκλίνεσθαι ἔδοξαν, οἱ αὐτοὶ καλλίονι γνώμῃ χρησάμενοι, ἀπαρέσκειν αὐτοῖς ταῦτα ἐμαρτύραντο.

A tutis, unius [1] magnitudinis debeat credi, uniusque essentiæ sive substantiæ, simul & Spiritus sanctus: aliter vero sapientes, alienos esse a nostra communione judicaverunt. Quem [2] terminum salutarem, adorabilemque deliberationem, corrumpere quidam aliis cogitationibus atque temerare voluerunt. Sed in ipso principio ab his ipsis, qui in Arimino renovare aut retractare compellebantur, usque ad hoc caussa correcta est, ut confiterentur alia sibi [3] circumventione subreptum, aut certe quia non intellexerunt patrum sententiæ in Nicæa constitutæ hoc esse contrarium. Neque enim præjudicium aliquod fieri potuit per numerum Arimino congregatum; quando constat, neque Romanum episcopum, cujus B ante omnia decebat eos exspectare [4] decretum, neque Vincentium, qui tantis annis episcopatum inviolabiliter custodivit, neque alios talibus præbuisse consensum; maxime dum, sicuti prædiximus, isti ipsi, qui per circumventionem declinasse videbantur, ipsi denuo utentes meliori consilio, hæc sibi displicere testati sunt.

Συνορᾷ οὖν ἡ ὑμετέρα καθαρότης, ταύτην μόνην τὴν πίστιν, ἥτις ἐν Νικαίᾳ κατὰ τὴν αὐθεντίαν τῶν ἀποστόλων ἐθεμελιώθη, διηνεκεῖ βεβαιότητι καθεκτέον εἶναι. καὶ μεθ' ἡμῶν τοὺς ἀνατολικοὺς, οἵ τινες ἑαυτοὺς τῆς καθολικῆς ἐπιγινώσκουσι, τούς τε δυτικοὺς καυχᾶσθαι. πιστεύομεν δὲ οὐκ εἰς μακρὰν τοὺς ἄλλα [b] νοσοῦντας, αὐτῇ τῇ ἐπιχειρήσει ἀπὸ τῆς ἡμετέρας κοι- C νωνίας χωρισθήσεσθαι, καὶ περιαιρεθήσεσθαι ἀπ' αὐτῶν τὸ τοῦ ἐπισκόπου ὄνομα, ὥστε τοὺς λαοὺς τῆς πλάνης αὐτῶν ἐλευθερωθέντας ἀναπνεῦσαι. οὐδενὶ γὰρ τρόπῳ διορθοῦσθαι δυνήσονται τὴν πλάνην τῶν ὄχλων, ὁπότε αὐτοὶ ὑπὸ τῆς πλάνης κατέχονται. συμφωνείτω τοίνυν μετὰ πάντων τῶν τοῦ Θεοῦ ἱερέων καὶ τῆς ὑμετέρας τιμιότητος ἡ γνώμη, ἐν ᾗ ὑμᾶς παγίους καὶ βεβαίους εἶναι πιστεύομεν. οὕτω καὶ ἡμεῖς μεθ' ὑμῶν ὀρθῶς πιστεύειν ὀφείλομεν. τοῖς ἀμοιβαίοις τῆς ὑμετέρας ἀγάπης εὐφράνατε ἡμᾶς. ἔῤῥωσθε ἀδελφοὶ τιμιώτατοι.

II. Perspicit itaque vestra salubritas, hanc solam fidem, quæ Nicææ Apostolorum auctoritate fundata est, esse perpetua firmitate servandam, [5] & simul Orientales hoc facere nobiscum, qui se catholicos esse cognoscunt, Occidentales etiam gloriari. Cre- C dimus autem [6] languentes in isto conamine non tarde a nostra separandos esse communione, & ab eis episcopatus nomen auferri, quatenus populi eorum, liberati errore, respirent. Nullo enim modo a deceptione poterunt corrigere populum, qui deceptionis laqueo detinentur. Concordet igitur cum omnibus Dei Sacerdotibus etiam caritatis vestræ sententia, in qua vos [7] stabiles ac firmos exsistere judicamus. Sic ergo etiam nos vobiscum recte credere debemus. Vestræ nos caritatis litteris lætificate reciprocis. Valete fratres carissimi.

a Sirm. χρῆναι. *b* Sozom. νοοῦντας.

1. Seu ad litteram græcam, *unius figuræ*. Et vero Filius Hebr. 1. 3. dicitur *figura substantiæ* Dei. Tum eadem littera græca postulat, *debeat credi, & ejusdem substantiæ atque essentiæ*. COUTANT.
2. Seu, *quam salutarem definitionem adorandumque tractatum nonnulli postea tractatibus aliis corrumpere atque temerare voluerunt*. ID,
3. Ita Epiphan. & Isidor. Alii vero interpretes, *disputatione*. Vocabulum διάλεξις hic potius fidei expositionem sonat. Deinde post *subreptum*, redundare videtur *aut certe*, ut & in græco particula ἢ, quæ re ipsa abest apud Sozomenum, nec ab Holsteniani exempli editore lecta est. Hoc autem sibi vult totus hic locus: *ab iis ipsis, qui Arimini renovare aut retractare* Nicænam fidem *compellebantur, eatenus emendatum est* quod admiserant, *ut confiterentur alia sibi fidei expositione subreptum, quia hanc non intellexerunt patrum sententiæ in Nicæa constitutæ esse contrariam*. ID.
4. Eadem vox γνώμη supra *sententia*, hic *decretum*, in- E fra *consilium* ab Isidoro post Epiphanium latine converti- D tur. ID.
5. Clarius: *eaque nobiscum tum Orientales, qui se catholicos esse agnoscunt, tum Occidentales gloriari*. Quibus ex verbis conficitur, ut recte observavit Valesius, hanc epistolam Orientalibus scriptam non fuisse, sed Illyricanis episcopis. ID.
6. Hæc Epiphanii & Isidori interpretatio evincit non recens esse quod etiamnum græce apud Theodoretum obtinet, ἄλλα νοσοῦντας. Sed & ex Holsteniani exempli lectione nihilo minus probatur, quod apud Sozomenum exstat, ἄλλα νοοῦντας. Totus autem hic locus sic reddendus atque intelligendus videtur: *Credimus brevi futurum, ut qui secus sentiunt, (vel, non interponendam moram, quin qui alia opinione sunt irretiti) eo ipso conatu, quo tentant*, ut supra habetur, salutarem Nicæni concilii definitionem tractatibus aliis corrumpere ac temerare, *a nostra communione segregentur, & destituantur episcopi nomine, ut populi*, &c. ID.
7. Ita Epiphan. At Isid. *vos fixos ac firmos exsistere judicavimus*. ID.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.



EPISTOLÆ II.

Seu Expositionis fidei in synodo Romana sub DAMASO papa editæ & transmissæ in orientem,

FRAGMENTA.

ITEM EX PARTE DECRETI.

I. EA gratia, fratres, Jericho illa [a] quæ figura est sæcularium voluptatum, conclamata concidit, nec resurgit; quia omnes uno ore unius virtutis, unius majestatis, unius divinitatis, unius usiæ dicimus [1] divinitatem: ita ut inseparabilem potestatem, tres tamen afferamus esse personas; nec redire in se aut minui, ut plerique blasphemant, sed semper manere; nec potentiæ gradus quosdam ortusque tempora disparata; nec prolativum, ut generationem ei demas; nec imperfectum, ut ad personam aut Patris natura, aut divinitatis ei plenitudo defuerit; nec dissimilem opere Filium, nec dissimilem potestate, aut per universa dissimilem: nec subsistere aliunde, sed de Deo natum; nec [2] falsum de Deo vero, sed Deum verum de Deo vero esse generatum, lumen verum de vero lumine: nec minutum aut diversum putetur: quod unigenitus habet splendorem lucis æternæ, quia naturæ ordine neque sine splendore lumen, neque splendor potest esse sine lumine: imaginem quoque Patris; ut [b] eum qui viderit, viderit & Patrem. Eumdem redemtionis nostræ gratia processisse de virgine; ut perfectus homo pro perfecto, qui peccaverat, homine nasceretur. Ergo, fratres, asseramus Dei filium & perfectum hominem suscepisse. Spiritum quoque sanctum increatum, atque unius majestatis, unius usiæ, unius virtutis cum Deo patre & Domino nostro Jesu Christo fateamur. Neque enim creaturæ dignus injuria est, qui emissus est ut crearet, sicut Propheta sanctus adstruxit dicens: [c] *Emitte Spiritum tuum, & creabuntur:* deinde alius item posuit: [d] *Spiritus divinus qui fecit me:* qui in operatione ac peccatorum remissione connectitur. Hæc est, fratres dilectissimi, fides nostra; quam quisque sequitur, noster est particeps. Discolor corpus membra deformat. His nos communionem damus, [3] quoniam in omnibus sententiam probant. Absit ut fides pura variis coloribus adsuatur.

II. Illud præterea cavendum monemus, ne canonicus ordo in sacerdotum vel clericorum ordinationibus negligatur, aut prævaricatoribus ejus impartiatur facile communio, [4] ut de reliquis peccando incentiva tribuatur. Hæc igitur de nostro fuerant intimanda judicio. Ceterum quod ad removendas vestræ dilectionis spectat injurias, nec frater noster Dorotheus presbyter explicare omnia vivaciter prætermittit, nec [5] nixus nostri, ut ipse testis est, defuerunt.

ITEM EX PARTE DECRETI.

III. Illud sane miramur, quod quidam inter nostros dicantur, qui licet de Trinitate piam intelligentiam habere videantur, de sacramento tamen sa- A lutis nostræ, ignorantes virtutes Scripturasque, & recta non sentiant. [6] Afferunt enim dicere, Dominum ac Salvatorem nostrum ex Maria virgine imperfectum; id est, sine sensu hominem suscepisse. Heu quanta erit Arianorum in tali sensu vicinitas! Illi imperfectam divinitatem in Dei filio dicunt: isti imperfectam humanitatem in hominis filio mentiuntur. Quod si utique imperfectus homo susceptus est, imperfectum Dei munus est, imperfecta nostra salus; quia non est totus homo salvatus. Et ubi erit illud dictum Domini; [e] *Venit filius hominis salvare quod perierat totum?* id est, in anima & in corpore, in sensu atque in tota substantia suæ naturæ. Si ergo totus homo perierat, necesse fuit ut id quod B perierat, salvaretur. Si autem sine sensu salvatus est, jam contra Evangelii fidem invenietur non totum quod perierat esse salvatum: cum alio loco ipse Salvator dicat; [f] *Irascimini mihi, quia totum hominem salvum feci.* Quid quod ipsius principalis delicti & totius perditionis summa in hominis sensu consistit? Primum enim sensus hominis eligendi boni malique si non perisset, non moreretur. Quomodo ergo præsumeretur in finem salvari minime debuisse, quod ante omnes peccasse cognoscitur? Nos autem, qui integros ac perfectos salvatos nos scimus, secundum catholicæ Ecclesiæ professionem, perfectum Deum perfectum suscepisse hominem profitemur. Quapropter date operam, ut intelligentia C sanæ doctrinæ etiam eorum sensus salventur, qui adhuc sensum salvatum esse non credunt.

ITEM EX PARTE DECRETI.

IV. Non nobis quidquam suppetere facultatis, quatenus [7] vobis nostra opera vel parvum refrigerium possint afferre: licet magnum ex hoc, beatissimi, solatium capiatis, si integritatem fidei nostræ noscentes, in unum sensum [8] vos congruere gloriemini; & satis atque abunde, ut convenit, præsumatis pro membris nos esse solicitos. Ut enim Nicæni concilii fidem inviolabilem per omnia retinentes, sine simulatione verborum aut sensu corrupto, D nullo modo Spiritum sanctum separamus; sed perfectum in omnibus virtute, honore, majestate, deitate, cum Patre conveneramur & Filio; itaque etiam plenitudinem Dei Verbi, non prolativi, sed nati, neque in Patre remanentis, ut non sit, sed ex æterno in æternum subsistentem, perfectum, id est integrum hominem assumsisse & salvasse confidimus.

V. Explicit hæc epistola, vel expositio synodi Romanæ habitæ sub Damaso papa, & transmissa ad Orientem, in qua omnis Orientalis Ecclesia, facta synodo apud Antiochiam, consona fide credentes, & omnes ita consentientes eidem superexpositæ fidei, singuli sua subscriptione confirmant.

Meletius episcopus Antiochenus consentio omni-

a Jos. VI. 20. *b* Joan. XIV. 9. *c* Psalm. CIII. 30. *d* Job XXX. 4. *e* Matth. XVIII. 11. *f* Joan. VII. 23.

1. Forte, *Trinitatem*. COUTANT.
2. Supple *Deum*. ID.
3. Forte, *qui nostram*, aut *qui istam*. ID.
4. Mallemus, *& inde reliquis ad peccandum incentiva tribuantur*. ID.
5. Forte, *nisus*. ID.
6. Forte, *Ausi sunt*. ID.
7. Editio quidem Holstenii præ se fert *nobis*: sed orationis series evidenter postulat *vobis*. ID.
8. Holstenius, *nos*: forte *vos nobis*: ID.



bus supra scriptis, ita credens & sentiens: & si quis A præter hæc sentit, anathema sit.

Eusebius episcopus Samosatenus consentio omnibus supra scriptis, ita credens & sentiens: & si quis præter hæc sentit, anathema sit.

Pelagius episcopus Laudicenus consentio omnibus supra scriptis, ita sentiens & credens; si quis præter hæc sentit, anathema sit.

Zenon episcopus Tyri ut supra credo & subscripsi.

Eulogius episcopus Edessenus similiter credo & subscripsi.

Bematius de Mallo civitate similiter credo & subscripsi.

Diodorus episcopus de Tarso ut supra & subscripsi.

Similiter & alii CXLVI. Orientales episcopi subscripserunt, quorum subscriptio in authenticum hodie in archivis Romanæ ecclesiæ tenetur.

Explicit synodus Romana & Antiochensis.

EPISTOLA III.

[1] DAMASI PAPÆ URBIS ROMÆ

ad Paullinum episcopum Antiochenæ civitatis.

De capitulis fidei contra Macedonium & Eunomium & Apollinarem hæreticos.

Dilectissimo fratri PAULLINO DAMASUS.

PER filium meum Vitalem ad te scripta direxeram, tuæ voluntati & judicio omnia derelinquens: & per [2] Petronium presbyterum breviter indicaveram, me in articulo jam profectionis ejus aliqua ex parte commotum. Unde ne aut tibi scrupulus resideret, & volentes forsitan Ecclesiæ copulari, tua [3] cautio probanda differret, fidem [4] misimus, non tam tibi, qui [5] ejusdem fidei communione socieris, quam his, qui in ea subscribentes, tibi, id est, nobis per te voluerint sociari, dilectissime frater. [6]

Quapropter si supradictus filius meus Vitalis, & ii qui cum eo sunt, tibi voluerint aggregari, primum debent in ea expositione fidei subscribere, quæ apud Nicæam pia patrum voluntate firmata est. Deinde, quoniam nemo potest futuris vulneribus adhibere medicinam, ea hæresis eradicanda est, quæ postea in Oriente dicitur [7] pullulasse, id est, confitendus ipse sapientia, sermo, filius Dei humanum suscepisse corpus, animam, sensum, idest, in- B tegrum Adam, &, ut expressius dicam, totum veterem nostrum sine peccato hominem. Sicuti enim confitentes eum humanum corpus suscepisse, non statim ei & humanas vitiorum adjungimus [8] passiones: ita & dicentes eum suscepisse & hominis animam & sensum, non statim dicimus & cogitationum eum humanarum subjacuisse peccato [9]. Si quis autem dixerit, Verbum pro humano [10] sensu in Domini carne versatum, hunc catholica Ecclesia anathematizat: necnon & eos qui duos in Salvatore filios confitentur, id est, alium ante incarnationem, & alium post assumtionem carnis ex virgine, & [11] non eumdem Dei filium & ante & postea confi- C tentur. Quicumque huic epistolæ subscribere voluerit, ita tamen, ut [12] in Ecclesiasticis canonibus, quos optime nosti, & in Nicæna fide ante subscripserit, hunc [13] debebis absque aliqua ambiguitate suscipere. Non quod hæc ipsa, quæ nos scribimus, non potueris [14] convertentium susceptioni proponere; sed quod tibi consensus noster liberum in suscipiendo tribuat exemplum.

1. Hic titulus, qui in subjectam confessionem proprie convenit, ex mss. Reg. uno Bellovac. & altero Corb. expressus est. Ejus loco præ se fert vetustior Corb. *Epistola Damasi ad Paullinum data de anathematizandis hæresibus*. In exemplaribus autem Codicis canonum a Quesnello vulgati legere est: *Damasi papæ ad Paullinum episcopum, formula fidei subrogata cui deberent hi qui ab hæresi revertuntur subscribere*. Quæ postrema verba ad aliam quamdam fidei formulam, cui subscribere ab Eutychiana hæresi revertentes deberent, in prædictis exemplaribus sub eodem capite 55. epistolæ & confessioni fidei Damasi subnexam, pertinent. Quamquam & hunc titulum ipsi Damasi formulæ satis apte congruere fatendum est. COUTANT.

2. Isidorus Merc. & ex eo Merlinus & Crabbius, *per Petrum*: refragantibus sincerioribus mss. ID.

3. Isid. *captio præblanda*. Vocabulum *præblanda* Merl. & Crab. retinuerunt. Pro verbo *probanda*, quo Damasus Paullini cautionem approbatione dignam significat, substituit Quesn. *probando*, renitentibus mss. ID.

4. In edit. Rom. & concil. post Crab. heic additur *nostram*: quod abest ab aliis libris. ID.

5. Apud Lab. ut in edit. Rom. & Holsten. heic adjicitur *nobis*. Quod removemus auctoritate mss. Tum octo mss. subjiciunt *ejus fidei*. At Merl. & Crab. cum Isid. *fidei communionique*. Retinuit Quesn. cum ms. Colb. *communioni*. ID.

6. In vetustiore ms. Corb. & uno Colb. ut apud Holsten. heic subjicitur, *Post Nicænum concilium*, ac reliqua fidei confessio paullo inferius exhibenda. ID.

7. Bellov. ms. cum Corb. *pullulare*. Deinde Merl. & Crab. *ipse sapientiæ*. Edit. Rom. & posteriores concil. cum Holsten. *ipsa sapientia*. Præferendum cum mss. *ipse* (subaudito *qui est*,) *sapientia*. ID.

8. Hoc est, humanas perturbationes & rebelles concupiscentiæ motus, seu legem carnis legi mentis repugnantem: quæ quidem ad humanæ naturæ veritatem nequaquam necessario attinent. ID.

9. Codd. Vallicell. & monasterii sanctæ Crucis, post vocem *peccato*, hæc habent quæ desunt in vulgatis: *Si quid illud est, quod de homine Salvator noster suscipere ti-* D *muit, non salvabit; aut si ita insuperabile malum fuit, quod ipse suscipere formidavit: quid ponit in hominem quem ipse condidit, & suscipere in suscepto homine vitavit? Itaque Dominicus homo rationabilis & intelligibilis, quod Græci (νοερὸς) dicunt, confitendum*. MEREND.

10. Id est, loco humani sensus, seu vice humanæ mentis. COUTANT.

11. Bellovac. ms. cum Corb. *& eumdem*, omissa particula negante: male. Nec multo melius Merl. Crab. & quinque mss. Coll. Isid. *Sed eumdem . . . confiteantur*. Totum hunc locum Cælestinus papa apud Arnobium ita refert: *Anathematizamus eos, qui duos in Salvatore filios confitentur, alium ante incarnationem, & alium post assumtionem carnis ex virgine, & non eumdem Dei filium & ante & postea ipsum esse Christum Dominum Dei filium, qui natus est ex virgine, confitentur*. Ubi citra sententiæ Damasi mutationem, quædam ab eo verba aut brevitatis aut ma- E joris perspicuitatis gratia mutari vel adjici planum est. IDEM.

12. Merl. cum mss. Isid. *ut si*, Crab. *ut qui*; ac deinde cum ceteris edit. concil. necnon Rom. & Holsten. *in ecclesiasticos canones*: invitis mss. quorum tamen plures cum iisdem edit. subdunt, *& in Nicænam fidem*. ID.

13. Ita duo mss. cum Quesn. At veteres edit. concil. cum ceteris mss. *debeas*. Edit. Rom. Holsten. & Lab. *habebis*. ID.

14. Holsten. & Lab. post edit. Rom. *conversorum*. ID.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.



[1] CONFESSIO FIDEI CATHOLICÆ, quam papa DAMASUS misit ad Paullinum Antiochenum episcopum.

Post concilium Nicænum, [2] quod in urbe Roma concilium congregatum est a catholicis episcopis, addiderunt de Spiritu sancto. Et quia postea is error inolevit, ut quidam ore sacrilego auderent dicere, Spiritum sanctum factum esse per Filium:

I. Anathematizamus eos, qui non tota libertate proclamant, eum cum Patre & Filio unius potestatis esse atque substantiæ.

II. Anathematizamus quoque eos, qui Sabellii sequuntur errorem, eumdem dicentes Patrem esse quem [3] Filium.

III. Anathematizamus Arium atque Eunomium, qui pari impietate, licet sermone dissimili, Filium & Spiritum Sanctum asserunt esse creaturas.

IV. Anathematizamus Macedonianos, qui de Arii stirpe venientes, non perfidiam mutavere, sed nomen.

V. Anathematizamus Photinum, qui Hebionis hæ- A resim instaurans, Dominum Jesum Christum tantum ex Maria confitetur.

VI. Anathematizamus [4] eos, qui duos filios asserunt, unum ante sæcula, & alterum post assumtionem carnis ex virgine.

VII. Anathematizamus eos, qui [5] pro hominis anima rationabili & intelligibili dicunt Dei Verbum in humana carne versatum, cum ipse Filius sit Verbum Dei, & non pro anima rationabili & intelligibili in suo corpore fuerit, sed nostram, id est rationabilem & intelligibilem sine peccato animam susceperit, atque salvaverit.

VIII. Anathematizamus eos qui [6] Verbum filium Dei extensione aut collectione & a Patre separatum insubstantivum & finem habiturum esse contendunt.

B IX. Eos [7] quoque, qui de ecclesiis ad ecclesias migraverunt, tam diu a communione nostra habemus alienos, quam diu ad eas redierint civitates, in quibus primum sunt constituti. Quod si alius alio transmigrante in loco viventis est ordinatus, tam diu vacet sacerdotii dignitate qui suam deseruit civitatem, quam diu successor ejus [8] quiescat in Domino.

1. Hanc inscriptionem exhibent plures e nostris mss. In Oxoniensi, qui Codicem complectitur a Quesn. vulgatum, exstat: *Item regula fidei sub eodem capitulo*, cui scilicet præmissa epistola subjicitur, hoc est, & epistola Damasi ad Paullinum, & hæc fidei confessio ad idem capitulum referuntur, quamvis alias in eo Codice ad mutationem cujusque scripti mutari soleant capitula. Mitto titulos, quibus Isidorus Merc. hanc Damasi scriptionem in plures distrahens, singulas donavit. Tantum moneo, e titulis illis unum esse, quem Steph. Baluzius nov. coll. concil. pag. 180. not. d. in codicibus Lugdun. & S. Galli deprehendisse se observat. In ms. Colb. 1868. tituli nostri loco habetur: *Incipit fides apud Nicæam conscripta ab episcopis* CCCXVIII. *Credimus in unum Deum*, &c. ut in Nicæno symbolo, quo toto descripto, proxime subjicitur, *Et quia postea hic error inolevit, ut quidam ore sacrilego auderent dicere Spiritum sanctum factum esse* &c. ut in exemplaribus aliis. In codice 1863. ejusdem bibliothecæ legimus: *Incipit pars fidei de ea quæ apud Nicæam scripta est, ab eo loco* (leg. *ad eum locum*) *ubi dicit*, *Hos anathematizat catholica & apostolica Ecclesia*, (id est, ad extrema Nicænæ fidei verba,) *quæ fides cum synodo Nicæno in hoc libro* (Damasi) *scripta est*. Tum sequitur, *Et postea quia hic error inolevit, ut quidam ore sacrilego* &c. Tertius item Colbertinus 7084. præ se fert, *Incipit de synodo Nicæno scribta papæ Damasi ad Paulinum Antiochenæ urbis episcopum. Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem*, ac reliqua Symboli Nicæni verba, quibus descriptis, proxime adjungitur: *Post hoc concilium Nicænum, quod in urbe Roma concilium congregatum est* &c. Hic silendum non est, quod Baluzius nov. coll. concil. pag. 1583. annotavit, scilicet in codice Vaticano actionis 5. concilii Calchedonensis gesta ita exhiberi, ut primo ponatur symbolum Nicænum, deinde sequatur: *Post hoc concilium Nicænum, quod in urbe Roma concilium congregatum est* &c. (adeo ut loco symboli Constantinopolitani, quod in aliis concilii Calchedonensis codicibus Nicænum excipit, istud exemplar Vaticanum missam a Damaso ad Paullinum fidei definitionem habeat,) & postea propria ipsius Calchedonensi concilii definitio subjicitur, scilicet, *Sufficeret quidem* &c. Porro ex variis illis codicibus, ut ex ipsis Damasi verbis, conficitur eum confessioni, quam ad Paullinum misit, Nicænam fidem præfixisse. COUTANT.

2. Apud Merlin. & Crab. *aliud in urbe Romana postea congregatum est, in quo catholici episcopi addiderunt de Spiritu sancto: quia postea is error* &c. satis perspicua lectio: sed nullum deprehendimus veterem codicem, qui ei suffragetur. In duobus mss. *quod in urbe Romana postea congregatum est, catholici episcopi addiderunt*. Vetera exemplaria Codicis a Quesn. vulgati, *quod in urbe Roma postea congregatum est a catholicis episcopis, addiderunt* &c. Apud unum Quesn. *Post Nicænum concilium, in urbe Roma postea congregati catholici episcopi addiderunt de Spiritu sancto: quia postea error Arianis inoleverat, ut quidam ore sacrilego auderent dicere Spiritum sanctum factum esse per Filium. Anathematizamus eos, inquiunt, qui non tota* &c. quod operam subolet adulterinæ manus, exordium hoc nonnihil intricatum extricare & commodius construere nitentis. Et vero ceteris in libris magno consensu generalis exstat sententia, *Hic error inolevit*, neque hic error in ullo *Arianis* nominatim tribuitur. Si cui autem is tribuendus esset, maxime Eunomio, qui una cum Macedonio & Apollinario confutandus in fronte ipsius epistolæ notatur. Eunomius quippe apud Baluzium nov. coll. conc. pag. 91. fidem exponit, in qua Spiritus sanctus *factus ab unigenito & illi semel subjectus* prædicatur, ita ut *primum sit ac præstantissimum & pulcherrimum & maximum opus unigeniti*. ID.

3. Ita duo mss. Corb. cum Bellov. At ceteris in libris, *quem & Filium*], personarum confusio a Sabellio inducta minus apte enuntiatur, cum particula *&* quamdam distinctionem sonet. ID.

C 4. In vetere mss. Corb. hic anathematismus contra duorum filiorum assertores desideratur; librarii oscitantia, ut liquet non modo ceterorum mss. auctoritate, sed & duorum summorum pontificum, Cælestini scilicet apud Arnobium lib. II. *de conflictu cum Serapione*, & Vigilii in priore Constituto seu epist. XXIII. n. 26. & 41. ID.

5. Unus e mss. Colb. *sine hominis anima*. ID.

6. In nonnullis inferioris notæ mss. *verum filium*, mendose. ID.

7. Decretum istud ab aliquo male feriato huc adscitum & a reliquo formulæ hujus contextu alienum prima fronte existimetur. Nec alia videtur caussa, cur Pasch. Quesnellus illud removerit & in marginem inferiorem amandarit. Haud scio an ab exempiari Oxoniensi quo usus est, abfuerit. Exstat certe in aliis, quæ Codicem ab ipso vulgatum continent. Exstat præterea apud Theodoretum, & veteres ejus interpretes Epiphanium scholasticum & Isidorum Mercatorem. Corbeiensis codex sæculo VI. exaratus, D nec non singularis ille quem Holstenius Romæ nactus est, alter Corbeiensis & Bellovacensis sæculo nono scripti, alius item singularis Vaticanus, a Baluzio nov. coll. concil. pag. 1584. laudatus, qui hanc Damasi constitutionem concilii Calchedonensis definitioni insertam habet, omnes denique alicujus fidei mss. idem decretum eodem in loco repræsentant. Mercator quidem hanc fidei expositionem solidam semel exscripsisse non contentus, eam insuper in tres partes, distraxit, & e prima submovit hoc decretum: sed illud postremæ proprio donatum titulo, quasi hinc animos magis percellere voluisset, servavit. Prioris hujus partis exemplum Merlinus, ac veteres conciliorum editores eum secuti, solum in lucem emiserunt. Hinc decreti nostri auctoritati nil officit, quod apud Merlinum absit. Neque vero ullum offendimus ms. in quo penitus omissum sit, præter unum Colb. in quo & prævia Damasi epistola deest.

Nec inconsulto heic a Damaso ejusque synodo antecedentibus adversus Eunomium, Macedonium, Marcellum E & Apollinarem decretis videtur adjectum. Eo quippe tacite ordinationem improbant Meletii, qui cum Sebastenis ordinatus fuisset, ut Hieronymus, Rufinus, Theodoretus, Socrates, Sozomenus ac Philostorgius tradunt, Sebastia Antiochiam migrasse censebatur; eoque pacto controversiam quæ tum maxime movebatur de legitimo Antiochenæ ecclesiæ præsule, in gratiam Paulli decidunt. Præterea quantum Damaso cordi fuerit, ut majorum statuta, quæ translationes hujusmodi prohibent, servarentur, testis erit ipsius epistola IV. n. 4. Vide quid ea de re decreverint concilium Nicænum can. 15. Antiochenum can. 21. Sardicense can. 1. & 2. Carthaginiense III. c. 38. relatum in Codice canonum eccl. Afric. c. 48. ubi & plenariæ synodi Capuensis ea de re statutum memoratur, Carthaginense IV. can. 27. Calchedonense can. 5. Francofordiense ann. 794. can. 41. Tricassinum I. epist. ad Nicolaum papam Lab. to. 8. pag. 873. e, ubi hoc ipsum Damasi decretum laudatur. ID.

8. Vetustior codex Corb. *vivit in Domino*. ID.



X. Si quis non dixerit semper Patrem, semper Filium, & semper Spiritum sanctum [1] esse, anathema sit.

XI. Si quis non dixerit Filium natum de Patre, id est de divina substantia ipsius, anathema sit.

XII. Si quis non dixerit Verbum Domini filium Dei Deum, sicut Deum patrem ejus, & omnia posse, & omnia nosse, & Patri æqualem, anathema sit.

XIII. Si quis dixerit, quod in carne constitutus Filius Dei, cum esset in terra, in cælis cum Patre non erat, anathema sit.

XIV. Si quis dixerit quod in passione crucis dolorem sustinebat Filius Dei Deus, & non caro cum anima, [2] quia induerat formam servi quam sibi acceperat, sicut ait Scriptura [a], anathema sit.

XV. Si quis non dixerit, quod in carne, quam assumsit, sedet ad dexteram Patris, in qua venturus est judicare vivos & mortuos, anathema sit.

XVI. Si quis non dixerit, Spiritum sanctum de Patre esse vere ac proprie, sicut Filius, de divina substantia, & Deum verum, anathema sit.

XVII. Si quis non dixerit, omnia posse Spiritum sanctum, omnia nosse, & ubique esse, sicut Filium & Patrem, anathema sit.

XVIII. Si quis dixerit Spiritum sanctum facturam aut [3] per Filium factum, anathema sit.

XIX Si quis non dixerit, omnia per Filium & Spiritum sanctum Patrem fecisse, id est visibilia & invisibilia, anathema sit.

XX. Si quis non dixerit Patris & Filii & Spiritus sancti unam divinitatem [4], potestatem, majestatem, potentiam, unam gloriam, dominationem, unum regnum atque unam voluntatem ac veritatem, anathema sit.

XXI. Si quis tres personas non dixerit veras Patris & Filii & Spiritus sancti, æquales, semper viventes, omnia continentes visibilia & invisibilia, omnia potentes, omnia judicantes, omnia vivificantes, omnia facientes, [5] omnia quæ sunt salvanda salvantes, anathema sit.

XXII. Si quis non dixerit adorandum Spiritum A sanctum ab omni creatura, sicut Filium & Patrem, anathema sit.

XXIII. Si quis de Patre & Filio bene senserit, de Spiritu autem sancto non recte habuerit, hæreticus est. Quod [6] omnes hæretici de Filio Dei & Spiritu sancto male sentientes in perfidia Judæorum & Gentilium inveniuntur.

XXIV. Quod si quis [7] patiatur, Deum Patrem dicens & Deum Filium ejus & Deum Spiritum sanctum, Deos dici, & non Deum propter unam divinitatem [8] & potentiam, quam credimus esse & scimus Patris & Filii & Spiritus sancti; [9] Deum subtrahens autem Filium aut Spiritum sanctum, ita solum existimet [10] esse Deum Patrem, dici aut cre-
B di unum Deum, anathema [11] sit. Nomen namque deorum & Angelis & sanctis omnibus a Deo est impositum & donatum: de Patre autem & Filio & Spiritu sancto, propter unam æqualem divinitatem, non nomen deorum, sed Dei, nobis ostenditur atque indicatur: ut credamus quia in Patre & Filio & Spiritu sancto solum baptizamur, & non in Archangelorum nominibus aut Angelorum, quomodo hæretici aut Judæi aut etiam gentiles dementes faciunt. Hæc ergo est salus Christianorum, ut credentes Trinitati, id est Patri & Filio & Spiritui sancto, [12] in ea veram solamque unam divinitatem, & potentiam ac majestatem & substantiam [13] eamdem sine dubio credamus, ut æternam attingere me-
C reamur ad vitam.

SPECIMEN EJUSDEM EPISTOLÆ,

Qualis exstat apud HOLSTENIUM *collect. Rom. pag. 180. & in exemplari Corbejensi* VIGILII *papæ temporibus exarato.*

Dilectissimo fratri Paullino (*Corb. ms.* Paullo) Damasus.

PER ipsum filium meum Vitalem ad te scripta direxeram *&c. scil. ut supra usque ad finem num.*

a Philipp. II. 7.

1. Ita mss. Colb. Corb. & Bellov. cum Theodoreto & Serm. 233. in appendice Augustini. At apud Merlin. & Crab. desideratur *esse*: cujus loco habetur apud Quesn. *exstitisse*. Apud Holsten. ut in vetustiore ms. Corb. *& Spiritum sanctum fuisse & esse*: quam lectionem Valesius in interpretatione latina Theodoreti prætulit, licet græcus textus ei non congruat. COUTANT.

2. Sic vetustior codex Corb. At alter cum Bellov. & tribus Colb. *quam induerat formam*. Alius Colb. *quæ induerat formam*. Edit. concil. *quam induerat in forma*. (Sic & codex Vallicell. apud Merendam) Holsten. *quam induerat forma*. Quesn. ut in appendice Augustini, *quam induerat & formam*. Legit Theodoretus, *quam assumserat in forma servi*. Decretum simile huic sanxerat concilium Sirmiense ann. 351. can. 12. ID.

3. Merlin. *aut a Filio*. Duo mss. Colb. *aut Filium*: quod Crab. rejectis ad marg. *a Filio* & *per Filium*, male prætulit. Sententiam, quæ heic refutatur, Eunomii esse jam supra observavimus. In vetusto ms. Corb. extat, *aut per Filium Spiritum sanctum Patrem fecisse, id est visibilia*: librariis familiari lapsu, quo, ubi eadem vox non longo intervallo repetitur, eam quæ postremo loco obvia est, omissis intermediis arripere solent. ID.

4. Hæc duo verba, *potestatem*, *majestatem*, Merlin. prætermisit. Mox loco vocis *veritatem*, vetus codex Corb. exhibet *venerationem*. ID.

5. Verba, *quæ sunt salvanda*, cum Holstenio, auctore Sermonis 233. append. August. nec non vetustiore ms. Corb. ac duobus Colb. retinemus. Desiderantur autem in aliis libris. ID.

6. Alii codices, *quia*: quod magis placet. MEREND. — Hæc fidei confessio apud Merlinum & Crabbium heic definit. COUTANT.

7. Holsten. *partiatur divinitatem*, *singillatim Deum patrem*. Prætulit etiam Quesn. *partiatur*; quod & habet vetus codex Corb. ac legit Theodoretus: sed hoc verbum
D cum subnexis non cohæret. Quocirca cum altero ms. Corb. Bellov. & uno Col. nec non vulgato Augustini Sermone magis placet *patiatur*. ID.

8. In uno e mss. Colb. *divinitatem Patris & Filii & Spiritus sancti*: non male, si integritati hujus loci nihil detractum est. Non displiceret quod apud Augustinum, *divinitatem & potentiam quam credimus esse & scimus Patris & Filii & Spiritus sancti, anathema sit. Si quis subtrahens aut Filium*. Sed refragantur nostri mss. ID.

9. Abundare videtur vox *Deum*, eamque expunxit Quesn. cui, ut in proxima nota vidimus, unus ms. Colb. ac vulgatus Augustini Sermo favent. Legit Holsten. *Deum verum*, Theodoretus vero, *Deum unum in tribus personis*. ID.

10. Verbum *esse* Quesn. post Holsten. suppressit, renitentibus mss. & vulgato Augustini Sermone. Legerat & Theodoretus; *solum existimet Deum patrem dici aut* (Valesius heic addit *non*) *credi unum Deum*. ID.

11. Heic definit in appendice Augustini Sermo 233. sicut
E & Quesnello teste in ms. Oxon. Post. verbum *sit*, corrupte subdunt aliquot mss. *omnibus, immo Judæis, quod nomen deorum in Angelis & sanctis est positum*. ID.

12. Exhibent quidem mss. ut & excusi, *in eam*, sed litteram *m*, quæ veteribus in libris sæpe abundat, submovendam duximus. Holstenius, Theodoreto suffragante, præfert *& baptizati in eam*. ID.

13. Vetus codex Corb. *hæc sine dubio*. Alter Corb. cum Bellov. *ejusdem hæc sine dubio*. Holsten. retinet *ejusdem*, sed sine vocula *hæc*. Apud Quesn. neutrum exstat. Lab. *ejus sine dubio*. Ex uno ms. Colb. restituimus, *eamdem sine dubio credamus*: sequentia autem verba uni debemus antiquiori ms. Corb. Horum loco in exemplaribus Codicis a Quesnello editi, sub eodem, ut dixi, capitulo 55. generalis subjicitur formula, iis subscribenda qui ab Eutychiana hæresi ad Ecclesiam catholicam reverterentur: sed hæc ad Damasi epistolam nihil attinet, neque ei nisi propter affinitatem materiæ, videtur adjuncta. ID.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

1. *Tum post verba*, nobis per te voluerint sociari, dilectissime frater, *continuo subjicitur nullo præmisso titulo:* Post concilium itaque Nicænum, & quod in urbe Roma concilium congregatum est a catholicis episcopis, addiderunt de Spiritu sancto. *Pro his in ms. Corb. tantum habetur*, Post concilium congregatum est a catholicis episcopis addiderunt de Spiritu sancto: *sed per oscitantiam librarii, qui cum vocem* concilium *bis offendisset, intermedia prætermisit. Ab hinc usque ad extrema verba superioris epistolæ num. 5. exemplaris Corbeiensis & Holsteniani cum ceteris exemplaribus est consensio. Et in Corbeiensi quidem tota epistola clauditur his verbis*, ut credentes Tri- A nitati, id est Patri & Filio & Spiritui sancto, in eam veram solamque unam divinitatem & potentiam ac majestatem, hæc sine dubio credamus, ut æternam adtingere mereamur ad vitam. *In Holsteniano autem post hæc verba*, ut credentes Trinitati, id est Patri & Filio & Spiritui sancto, & in eam baptizati, veram solamque divinitatem, potentiam, majestatem & substantiam ejusdem sine dubio credamus, *statim subsequitur*, Quapropter si supradictus filius meus Vitalis *&c. usque*, Sed quo tibi consensus noster liberum in suspiciendo tribuat exemplum, *hoc est totus epistolæ proximæ numerus 2. huc transfertur*.

EPISTOLÆ EJUSDEM PARS POSTREMA

Græce ex THEODORETO *lib.* V. *cap.* XI. *latine ex* EPIPHANIO SCHOLASTICO *lib.* IX. histor. tripart. *cap.* XVI. *&* *Isidoro Mercatore descripta.*

Ὁμολογία τῆς καθολικῆς πίστεως, ἣν ὁ πάπας Δάμασος ἀπέστειλεν πρὸς ἐπίσκοπον Παυλῖνον ἐν τῇ Μακεδονίᾳ, ὃς ἐγένετο ἐν Θεσσαλονίκῃ.

Ἐπειδὴ μετὰ τὴν ἐν Νικαίᾳ σύνοδον αὕτη ἡ πλάνη ἀνέκυψεν, ὥστε τολμᾶν τινας βεβήλῳ στόματι εἰπεῖν, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον γεγενῆσθαι διὰ τοῦ υἱοῦ, ἀναθεματίζομεν τοὺς μὴ μετὰ πάσης ἐλευθερίας κηρύττοντας σὺν τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ τῆς μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας τε καὶ ἐξουσίας ὑπάρχειν τὸ ἅγιον πνεῦμα. Ὁμοίως δὲ ἀναθεματίζομεν καὶ τοὺς τῇ Σαβελλίου ἀκολουθοῦντας πλάνῃ, τὸν αὐτὸν λέγοντας καὶ πατέρα εἶναι καὶ υἱόν. ἀναθεματίζομεν Ἄρειον καὶ Εὐνόμιον, οἳ τῇ ἴσῃ δυσσεβείᾳ, εἰ καὶ τοῖς ῥήμασι διαφέρονται, τὸν υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα κτίσμα εἶναι διϊσχυρίζονται. ἀναθεματίζομεν τοὺς Μακεδονιανούς, οἵτινες ἐκ τῆς Ἀρείου ῥίζης καταγόμενοι, οὐχὶ τὴν ἀσέβειαν, ἀλλὰ τὴν προσηγορίαν ἐνήλλαξαν. ἀναθεματίζομεν Φωτεινόν, ὃς τὴν τοῦ Ἐβίωνος αἵρεσιν ἀνακαινίζων, τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν μόνον ἐκ τῆς Μαρίας ὡμολογεῖ. ἀναθεματίζομεν καὶ τοὺς δύο εἶναι υἱοὺς διϊσχυριζομένους, ἕνα πρὸ τῶν αἰώνων, καὶ ἄλλον μετὰ τὴν τῆς σαρκὸς ἐκ τῆς Μαρίας ἀνάληψιν. ἀναθεματίζομεν κἀκείνους, οἵτινες ἀντὶ λογικῆς ψυχῆς διϊσχυρίζονται, ὅτι ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος ἐστράφη ἐν τῇ ἀνθρωπίνῃ σαρκί. αὐτὸς γὰρ οὗτος ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος οὐχὶ ἀντὶ τῆς λογικῆς καὶ νοερᾶς ψυχῆς ἐν τῷ ἑαυτοῦ σώματι γέγονεν, ἀλλὰ τὴν ἡμετέραν, τουτέστι λογικὴν καὶ νοερὰν, ἄνευ τῆς ἁμαρτίας ψυχὴν ἀνέλαβε καὶ ἔσωσεν. ἀναθεματίζομεν καὶ τοὺς λέγοντας τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ τῇ ἐκτάσει καὶ τῇ συστολῇ ἀπὸ τοῦ πατρὸς κεχωρίσθαι, καὶ ἀνυπόστατον αὐτὸν εἶναι, ἢ μέλλειν τελευτᾶν βλασφημοῦντας. τοὺς δὲ ἀπὸ ἐκκλησιῶν εἰς ἑτέρας ἐκκλησίας μετελθόντας, ἄχρι τοσούτου ἀπὸ τῆς ἡμετέρας κοινωνίας ἀλλοτρίους ἔχομεν, ἄχρις οὗ πρὸς αὐτὰς ἐπανέλθωσι τὰς πόλεις, ἐν αἷς πρῶτον ἐχειροτονήθησαν. ἐὰν δέ τις, ἄλλου ἀπὸ τόπου εἰς τόπον μετελθόντος, ἐν τόπῳ τοῦ ζῶντος ἐχειροτονήθη, ἄχρι τοσούτου σχολάσῃ ἀπὸ τοῦ ἱερατικοῦ ἀξιώματος ὁ τὴν ἰδίαν πόλιν καταλείψας, ἄχρις οὗ ὁ διαδεξάμενος αὐτὸν ἀναπαύσηται ἐν κυρίῳ.

B PROFESSIO CATHOLICÆ FIDEI, quam papa Damasus destinavit ad Paullinum [1] episcopum in Macedonia, qui fuit in Thessalonica.

I. QUoniam post Nicænum concilium talis error exortus est, ut quidam dicere profano ore præsumant, sanctum Spiritum per Filium fuisse factum, [2] anathematizamus eos, qui non cum omni prædicant libertate, cum Patre & Filio Spiritum sanctum unius ejusdemque substantiæ atque potestatis exsistere. Similiter autem anathematizamus & eos, qui errorem Sabellii sunt secuti, eumdem dicentes Patrem esse quem Filium. Anathematizamus Arium & Eunomium, qui simili impietate, C licet verbis discrepent, Filium tamen & Spiritum sanctum creaturam esse confirmant. Anathematizamus Macedonianos, qui ex Ariana radice derivati, non impietatem, sed vocabulum mutaverunt. Anathematizamus Photinum, qui Hebionis hæresim renovans, Dominum nostrum Jesum Christum solum ex Maria confitetur. Anathematizamus etiam eos, qui duos filios esse profitentur, unum ante sæcula, & alium post carnis assumtionem ex virgine. Anathematizamus & eos, qui pro rationali anima confirmant quia Verbum Dei [3] in humanam carnem conversum est. Ipse namque Filius Verbum Dei non pro rationali anima & intelligibili in suo corpore [4] factus est, sed nostram, hoc est rationalem & in- D telligibilem animam sine peccato assumsit atque salvavit. Anathematizamus & eos, qui dicunt Verbum Dei productione [5] & correptione a Patre separatum, & sine substantia, eum autem terminandum esse blasphemant. Eos autem, qui ab ecclesiis ad alias migrant ecclesias, tam diu a nostra communione alienos habemus, donec ad eas redeant civitates, in quibus primitus ordinati sunt. Si quis autem, alio de loco ad locum migrante, in loco viventis ordinatus est, tam diu vacet [6] sacerdotii dignitate, qui propriam deseruit civitatem, donec successor ejus requiescat in Domino.

1. Titulum hunc, quem Epiphanius litteræ hærens ita transtulerat (atque Isidorus in hunc modum contraxit, *quam papa Damasus destinavit ad Paullinum Antiochenum episcopum*,) Sirmondus sic reddidit, *quam papa Damasus in Macedoniam misit ad Paullinum, cum esset Thessalonicæ*. Hanc interpretationem cui Valesius concinit, ac libellus synodicus, ut observavimus, suffragatur, cum legisset Baronius, postmodum correxit quod pridem de Theodoreto male senserat. COUTANT.

2. Isid. heic addit *ideo*. ID.

3. Rectius editio superior, *in humana carne versatum*. Sirmiensis quidem synodus contra Photinum can. 11. apud E Hilarium lib. de Synod. n. 47. sanxit: *Si quis Verbum caro factum est audiens, Verbum in carnem translatum putet:* sed alio spectat hæc Damasi sententia, nempe adversus Apollinarium, qui non more Arianorum quorumdam Verbum in carnem degenerasse, sed in carne vices animæ supplevisse prædicabat. ID.

4. Leg. *fuit*. ID.

5. Isidori mss. ut histor. tripart. *corruptione*. Vertendum fuerat *contractione*. Mox nova editio histor. tripart. *& sine subsistentia*. ID.

6. Isid. *sacerdotio qui*. ID.

A Εἴ τις μὴ εἴπῃ τὸν πατέρα ἀεὶ, καὶ ἀεὶ τὸν υἱὸν, καὶ ἀεὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον εἶναι, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις μὴ εἴπῃ τὸν υἱὸν γεννηθέντα ἐκ τοῦ πατρὸς, τοῦτ' ἔστιν ἐκ τῆς οὐσίας τῆς θείας αὐτοῦ, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις μὴ εἴπῃ ἀληθινὸν θεὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, ὡς ἀληθινὸν θεὸν τὸν πατέρα αὐτοῦ, καὶ πάντα δύνασθαι, καὶ πάντα εἰδέναι, καὶ τῷ πατρὶ ἴσον, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις εἴπῃ, ὅτι ἐν σαρκὶ διάγων ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, ὅτε ἦν ἐν τῇ γῇ, ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ σὺν τῷ πατρὶ οὐκ ἦν, ἀνάθεμα ἔστω· εἴ τις εἴπῃ, ὅτι ἐν τῷ πάθει τοῦ σταυροῦ τὴν ὀδύνην ὑπέμεινεν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ θεότητι, καὶ οὐχὶ σαρκὶ καὶ ψυχῇ λογικῇ, ἥνπερ ἀνέλαβεν ἐν τῇ δούλου μορφῇ, ὡς εἴρηκεν ἡ ἁγία γραφὴ, ἀνάθεμα ἔστω. [εἴ τις μὴ εἴπῃ τὸν τοῦ θεοῦ λόγον παθόντα σαρκὶ, καὶ ἐσταυρωμένον σαρκὶ, καὶ θανάτου γευσάμενον B σαρκὶ, γεγονότα τε πρωτότοκον ἐκ τῶν νεκρῶν, καθὸ ζωή ἐστι καὶ ζωοποιὸς ὡς θεὸς, ἀνάθεμα ἔστω.] εἴ τις μὴ εἴπῃ, ὅτι ἐν σαρκὶ, ἥνπερ ἀνέλαβε, καθέζεται ἐν τῇ δεξιᾷ τοῦ πατρὸς, ἐν ᾗ καὶ ἐλεύσεται κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις μὴ εἴπῃ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ πατρὸς εἶναι ἀληθῶς καὶ κυρίως, ὡς καὶ τὸν υἱὸν ἐκ τῆς θείας οὐσίας καὶ θεὸν θεοῦ λόγον, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις μὴ εἴπῃ, πάντα δύνασθαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ πάντα εἰδέναι, καὶ πανταχοῦ παρεῖναι, ὡς καὶ τὸν υἱὸν καὶ τὸν πατέρα, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις εἴπῃ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ποίημα, ἢ διὰ τοῦ υἱοῦ γεγενῆσθαι, ἀνάθεμα ἔστω.

II. Si quis non dixerit semper Patrem & Filium, & semper Spiritum sanctum esse, anathema sit. Si quis non dixerit Filium natum ex Patre, hoc est ex ejus divina substantia, anathema sit. Si quis non dixerit verum Deum Filium Dei, sicut verum Patrem ejus, & omnia posse, & omnia nosse, & Patri æqualem esse, anathema sit. Si quis dixerit quod in carne degens Filius Dei, cum esset in terra, in cælis & cum Patre non fuit, anathema sit. Si quis dixerit in passione crucis dolorem passus est Filius Dei [1] Deus, & non caro cum anima, qua induta est forma servi quam sibimet assumsit, sicut Scriptura dixit [a], anathema sit [2]. Si quis non dixerit, quia in carne quam assumsit, sedet ad dexteram Patris, in qua etiam venturus est judicare vivos & mortuos, anathema sit. Si quis non dixerit Spiritum sanctum ex Patre esse vere & proprie, sicut & Filium ex divina substantia & Deum Dei Verbum, anathema sit. Si quis non dixerit omnia posse Spiritum sanctum, & omnia nosse, & ubique adesse, sicut & Filium & Patrem, anathema sit. Si quis dixerit Spiritum sanctum facturam, aut per Filium factum, anathema sit.

Εἴ τις μὴ εἴπῃ, πάντα διὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ σαρκωθέντος καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος τὸν πατέρα πεποιηκέ- C ναι, τοῦτ' ἔστι τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, ἀνάθεμα ἔστω· εἴ τις μὴ εἴπῃ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος μίαν θεότητα, ἐξουσίαν, δυναστείαν, μίαν δόξαν, κυριότητα, μίαν βασιλείαν, μίαν θέλησιν καὶ ἀλήθειαν, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις τρία πρόσωπα μὴ εἴπῃ ἀληθινὰ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἴσα, ἀεὶ ζῶντα, τὰ πάντα κατέχοντα τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, πάντα δυνάμενα, πάντα κρίνοντα, πάντα ζωοποιοῦντα, πάντα δημιουργοῦντα, πάντα σώζοντα, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις μὴ εἴπῃ προσκυνητὸν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον παρὰ πάσης τῆς κτίσεως, ὡς καὶ τὸν υἱὸν καὶ τὸν πατέρα, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις περὶ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καλῶς φρονήσει, περὶ δὲ τοῦ ἁγίου πνεύματος οὐκ ὀρθῶς ἔχει, αἱ- D ρετικός ἐστιν, ὅτι πάντες οἱ αἱρετικοὶ περὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ καὶ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος κακῶς φρονοῦντες, ἐν τῇ τῶν Ἰουδαίων καὶ τῶν ἐθνικῶν ἀπιστίᾳ τυγχάνειν ἐλέγχονται. εἴ τις δὲ μερίσει θεότητα, θεὸν τὸν πατέρα λέγων ἀνὰ μέρος, καὶ θεὸν τὸν υἱὸν, καὶ θεὸν τὸ ἅγιον πνεῦμα, καὶ διϊσχυρίσαιτο θεοὺς λέγεσθαι, καὶ οὐ θεὸν διὰ τὴν μίαν θεότητα καὶ δυναστείαν, ἥνπερ εἶναι πιστεύομεν καὶ οἴδαμεν τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, θεὸν ἕνα ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν· ἢ πάλιν ὑπεξελόμενος τὸν υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς μόνον ὑπονοῆσαι τὸν πατέρα θεὸν λέ-

III. Si quis non dixerit omnia per ipsum Filium [3] & Spiritum sanctum fecisse Patrem, hoc est visibilia & invisibilia, anathema sit. Si quis non dixerit Patris & Filii & Spiritus sancti unam deitatem, potestatem, [4] divinitatem, virtutem, unam gloriam, dominationem, imperium, unam voluntatem & veritatem, anathema sit. Si quis tres personas non dixerit veras Patris & Filii & Spiritus sancti, [5] æquales, semper viventes, omnia continentes visibilia & invisibilia, omnipotentes, omnia judicantes, omnia vivificantes, omnia creantes, omniaque salvantes, anathema sit. Si quis non dixerit adorandum Spiritum sanctum ab universa creatura, sicut & Filium atque Patrem, anathema sit. Si quis de Patre & Filio bene sapuerit, de sancto autem Spiritu non recte crediderit, hæreticus est: quia omnes hæretici de Filio Dei & de Spiritu sancto male sapientes, in Judæorum atque Gentilium incredulitate consistere convincuntur. Si quis autem diviserit [6] Deum Patrem dicens, & Deum Filium, & Deum Spiritum sanctum, affirmans Deos dici, & non Deum propter unam deitatem ac potestatem, quam esse credimus & novimus Patris & Filii & Spiritus sancti Deum unum [7]: subtrahens vero Filium & Spiritum sanctum, tamquam solum opinatus Patrem [8] Deum, anathema sit. Nomen enim deorum & Angelis & omnibus sanctis a Deo positum est

a Philipp. II. 7.

1. Græcus textus postulat, *Filius Dei deitate, & non carne & anima rationali, quam assumsit in forma servi*. In Isid. mss. exstat, *cum anima quam induta est formam servi*. COUTANT.

2. Post hæc verba legitur apud Theodoretum Anathematismus uncis inclusus, [*Si quis non dixerit Dei Verbum passum carne, & crucifixum carne, & mortem gustasse carne, fuisseque primogenitum ex mortuis, quatenus vita est ac vivificans, quippe qui Deus est, anathema sit*] qui in nullo veteri exemplo latine exstat. ID.

3. Theodoretus *διὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ σαρκωθέντος*. Sed verbum istud addititium videtur, nec illud legerunt Epiphanius & Isidorus. ID.

4. Hinc colligere est Epiphanium & Isid. etiam heic legisse, ut infra habetur ad calcem, *θεότητα, καὶ δυναστείαν καὶ θειότητα*: quod *deitatem, potestatem, majestatem* concinnius convertissent. ID.

5. Ex hac Epiphanii & Isidori interpretatione liquet olim apud Theodoretum exstitisse, *ἴσα, ἀεὶ*, non ut mo- E do obtinet *εἰς ἀεί*. ID.

6. Græci textus prima verba plenius exprimit Holstenii exemplum, in quo legimus, *Quod si quis partiatur divinitatem, singillatim Deum Patrem dicens*, sed nihil in eo est quod subnexis, *καὶ διϊσχυρίσαιτο*, respondeat. Si autem fidelis est Epiphanii & Isidori interpretatio, ipsi post verbum *μερίσει*, nec *θεότητα* nec *ἀνὰ μέρος* legerunt. Verborum *patiatur* & *partiatur* affinitas in caussa fuit, cur unum pro altero in codices latinos facile irreperet. Theodoretum autem in unum, qui jam *partiatur* præ se ferret, incidisse perspicuum est. Hinc etiam colligere est, hanc fidei expositionem primum latine scriptam, & e latino sermone in græcum fuisse conversam. ID.

7. Verba, *ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν*, hoc est *in tribus personis*, quæ modo apud Theodoretum exstant, Epiphanius & Isidorus ignorarunt, adeoque glossema illis recentius sapiunt: maxime cum nulla exemplaria latina illis suffragentur. ID.

8. Græcus textus postulat, *dici aut credi unum Deum*. Ceterum apud Valesium leg. *ὡς μόνον πιστ*. ID.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 370.

γεσθαι, ἢ πιστεύεσθαι ἕνα θεὸν, ἀνάθεμα ἔστω. τὸ γὰρ ὄνομα τῶν θεῶν καὶ τοῖς ἀγγέλοις καὶ πᾶσιν τοῖς ἁγίοις παρὰ θεοῦ ἐχαρίσθη· περὶ δὲ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος διὰ τὴν μίαν καὶ ἴσην θεότητα οὐχὶ τῶν θεῶν ὀνόματα, ἀλλὰ τοῦ θεοῦ ἡμῶν ἐνδείκνυται καὶ σημαίνεται· ἵνα πιστεύωμεν ὅτι εἰς πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα βαπτιζόμεθα, καὶ οὐχὶ εἰς τὰ τῶν ἀρχαγγέλων ἢ ἀγγέλων ὀνόματα, ὡς οἱ αἱρετικοὶ, ἢ ὡς Ἰουδαῖοι, ἢ ἐθνικοὶ παραφρονοῦντες. αὕτη τοίνυν ἡ τῶν χριστιανῶν σωτηρία ἐστὶν, ὥστε πιστεύοντες τῇ τριάδι, τοῦτ᾽ ἔστι τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, καὶ βαπτιζόμενοι εἰς τὴν αὐτὴν, μίαν θεότητα καὶ δυναστείαν καὶ θειότητα καὶ οὐσίαν, εἰς αὐτὸν πιστεύωμεν. ταῦτα μὲν οὖν Γρατιανοῦ περιόντος ἐγένετο.

atque donatum: de Patre vero & Filio & Spiritu sancto propter unam æqualemque divinitatem non deorum nomina, sed Dei [1] nostri traditur atque significatur: ut credamus quia in Patre & Filio & Spiritu sancto solummodo baptizamur: & non in Archangelorum & Angelorum nominibus, sicut hæretici aut sicut Judæi gentilesque vesaniunt. Hæc igitur Christianorum salus est, ut credentes Trinitati, hoc est, Patri & Filio & sancto Spiritui, & in ea baptizati, unam deitatem & potestatem & divinitatem & substantiam in eo esse credamus. [2] Hæc itaque Gratiano vivente sunt facta.

1. Ita Epiphan. At Isid. loco *nostri*, substituit *nomen*: reluctante græco, in quo ἡμῶν, non ὄνομα legimus. Quamquam & græce ὑμῖν, & latine *nobis* restituendum esse, alia exempla latina nos docent. Coutant.

2. Postrema hæc verba, quæ ad confessionem Damasi nequaquam pertinent, ex Theodoreti capite XII. sunt descripta. Id.

EPISTOLA IV.

DAMASI PAPÆ AD ACHOLIUM

& alios Macedoniæ episcopos.

Maximi Cynici ordinatione damnata, Damasus Macedonas hortatur, ut in synodo proxime Constantinopoli celebranda dignus huic civitati præficiatur episcopus; ac majorum adversus episcoporum translationes statuta serventur.

Dilectissimis fratribus [1] Acholio, Eurydico, Severo, Uranio, Philippo, & Joanni Damasus.

I. Decursis litteris dilectionis vestræ, fratres carissimi, satis sum contristatus, eo tempore, quo Deo præstante hæretici iverant abjecti, nescio quos ex Ægypto venientes [2] in postulatione contra regulam ecclesiasticæ disciplinæ alienum a nostra professione in Constantinopolitana civitate Cynicum ad sacerdotium vocare voluisse. Qui igitur is fuerit ardor animi, quam fœda præsumtio, scire non possumus. Hinc apparet, inquietos homines, cum multa præsumunt, quid agere debeant ignorare. Non legerant Apostolum scribenrem: [a] *Vir autem si comam nutriat, ignominia est illi.* Nesciebant philosophorum habitum non convenire incessui Christiano. Non audierant monentem Apostolum [b], ne per philosophiam & inanem seductionem, quam diu crediderant, spoliarentur sanæ fidei indumento. Quanta igitur hæc festinatio fuerit nescio, ut cum Christianis hic habitus displiceret, tam insolenter totum quod non decuerat ageretur? Sed quid aliud facere debuit improbitas hominum levissimorum, quam ut expulsi ecclesia intra parietes alienos ambientem, quantum intelligi datur, inquietum hominem ordinarent? Sed hæc inimici intelliguntur esse commenta, qui hæreticis subministrat materiam detrahendi. Impletum est quod evangelicus sermo dixerat: [c] *Omnis*, inquit, *plantatio, quam non plantaverit pater meus cælestis, eradicabitur.* Hoc est quod sæpe dilectionem vestram commonui, ne fieret aliquid inconsiderate. Nescit sinceritas vestra, quod in sæcularibus bellis ibi major cura militum excubat, ubi hostis insistit? Si ergo nobis episcopalibus armis semper est resistendum, debemus solicite agere, ne, quod Deus prohibeat, gregem Christi lupis rapacibus relinquamus. Philosophia sapientiæ sæcularis amica, est inimica fidei, venenum quoddam spei, bellum gravissimum caritatis. [d] *Qui ergo consensus templo Dei & idolis? Quæ participatio Christo & Belial?*

II. Sed fortasse dicturi sunt aliqui, Christianus erat. Huic homini, qui in habitu idoli incedit, numquam adscribendum nomen est Christiani: quia fieri non potest, ut qui hinc placere gentibus desiderat, ullum nobiscum consortium integræ fidei possit habere. Non immerito autem qui ex Ægypto venerant, notati ab omnibus discesserunt, errorem suum condemnantes: ut amputatis ejus postea capillis, qui non recte fuerat ordinatus, & jacturam capitis sustineret, & quod ambierat esse non possit. Recte

a I. Cor. XI. 14. *b* Coloss. II. 8. *c* Matth. XV. 13. *d* II. Cor. VI. 14. 15.

1. Seu, ut Græcis placet!, Ascholio, Thessalonicensi videlicet episcopo. Eum & genere & ortu Cappadocem exstitisse Basilius epist. 239. docet. Ejusdem merita idem Doctor tum in citata epistola, tum in 337. & 338. ad ipsum scriptis eloquitur. Ipsius quoque elogium prosequitur Ambrosius epistolis 15. & 16. ad Thessalonicenses & Anysium scriptis. Coutant.

2. Baluzii append. ad lib. 5. de concord. sacerd. & imp. c. 21. n. 2. conjectura est, hic legendum esse *Constantinopolim.* Quod si ita esset, mox non *in Constantinopolitana civitate*, sed *in ea civitate* probabiliter sequeretur. Si latinum esset *impostulati*, pro *non postulati*, illud præferendum dicerem: sed nihil vetat quominus legamus, *sine postulatione*, cleri scilicet ac plebis. Ita olim Julius epist. I. n. 14. de Gregorii in Athanasii locum intrusi ordinatione expostulans scribebat: *Gregorius mittitur, externus homo, qui non illic est baptizatus, qui compluribus ignotus est, nec a presbyteris vel ab episcopis vel a plebe postulatus... Non decuit sic præter jus fasque, & contra ecclesiasticum canonem ordinare quempiam.* Ad hunc locum respicientes Eutherius Thyanensis & Helladius Tarsensis episcopi sic epist. 4. ad Xystum III. papam num. 2. scribunt: *Olim siquidem sæpius jam ex Alexandria hujusmodi hæreticis zizaniis insurgentibus, suffecit vestra apostolica sedes per universum tempus illud ad mendacium convincendum, impietatemque reprimendam & corrigenda quæ necessarium fuerit, muniendumque orbem terrarum ad gloriam Christi, tam sub illo ter beato & inter Sanctos habendo episcopo* Damaso, *quam sub pluribus aliis generosis atque admirabilibus.* Id.

igitur factum est, ut id quod male cœptum erat, A auctoritate publica destrueretur.

III. De cetero commoneo sanctitatem vestram, ut quia cognovi dispositum esse, Constantinopoli concilium fieri debere, sinceritas vestra det operam, quemadmodum prædictæ civitatis episcopus eligatur, qui nullam habeat reprehensionem: ut Deo propitio cum integra pax catholicorum sacerdotum fuerit confirmata, nullæ deinceps dissensiones in Ecclesia oriantur: ut præstante Deo quod jam dudum optavimus, cum catholicis sacerdotibus possit pax perpetua perdurare.

IV. Illud præterea commoneo dilectionem vestram, ne patiamini aliquem contra statuta majorum nostrorum de civitate alia ad aliam transduci, & deserere plebem sibi commissam, & ad alium populum per ambitionem transire. Tunc enim contentiones oriuntur, tunc schismata graviora occipiunt; cum & illi qui amiserint sacerdotem, sine dolore animi esse non possunt, & illi qui alterius civitatis acceperint episcopum, etiamsi gaudeant, invidiosum sibi intelligunt fore, sub alieno se agere sacerdote.

EPISTOLA V.[1]

DAMASI PAPÆ AD ACHOLIUM

Thessalonicensem episcopum.

Rusticius Gratiani Silentiarius commendatur, & confirmatur quod de Maximi ordinatione deque altero eligendo superiori epistola mandatum.

Dilectissimo fratri Acholio Damasus.

I. AD meritum filii mei Rusticii addi aliquid amplius non potest, domine frater honorabilis. Hic enim cum habeat prærogativam officii sui, quod Silentiarius sit filii nostri Gratiani augusti, huc accedit, quod gratiam [2] Dei Romæ consecutus est, ita ut vellet munitus ad illas partes missus venire. Hinc ergo in omnibus honorificentiæ tuæ [3] commodo quasi proprium pignus suscipere digneris: ut Deo propitio in peregrinatione constitu- B tus, intelligat se a consacerdotibus Dei & diligi & honorari.

II. Ad litteras sanctitatis tuæ plene [4] rescripsi, non mihi placuisse quod nescio quem Maximum ex Ægypto venientes comatum, vel maxime cujus habitus, juxta Apostolum [a], ignominiosus esset, Constantinopoli episcopum ordinare voluissent. Rectius igitur fecerit sanctitas tua, si dederit operam ut de cetero catholicus constituatur, cum quo nobis Deo propitio possit pax perpetua perdurare.

a 1. Cor. xi. 14.

1. Ex eodem fonte, quo superior, hoc est ex concilio Romano sub Bonifacio II. Holstenii opera ad nos pervenit una cum illa, veluti privata cum communi, aut certe proxime post illam missa est. Coutant.

2. Hoc est baptismum, & ab ipso quidem Damaso collatum. Quamobrem illum mox ut *proprium pignus*, seu filium proprium commendat. Id.

3. Forte, *commendo*. Id.

4. Scilicet epist. iv.

EPISTOLA VI.[1]

HIERONYMI AD DAMASUM PAPAM.

An tres hypostases in Deo dicendæ sint, vel tacendæ: & cum quo apud Antiochiam communicare debeat, significari sibi enixe rogat.

I. QUoniam vetusto Oriens inter se populorum C furore collisus indiscissam Domini [a] tunicam desuper textam minutatim per frusta discerpit, & Christi vineam [b] exterminant vulpes, ut inter [c] lacus contritos qui aquam non habent, difficile ubi [d] fons signatus & hortus conclusus sit possit intelligi: ideo mihi cathedram Petri & fidem apostolico ore laudatam [e] censui consulendam; inde nunc meæ animæ postulans cibum, unde olim Christi vestimenta [2] suscepi. Neque vero tanta vastitas elementi liquentis, & interjacens longitudo terrarum, me a pretiosæ margaritæ potuit inquisitione prohibere. [f] *Ubicumque fuerit corpus, illuc congregabuntur aquilæ*. Profligato a sobole mala patrimonio, apud vos solos incorrupta patrum servatur he- D reditas. Ibi cespite terra fecundo dominici seminis puritatem centeno fructu refert: heic obruta sulcis frumenta in lolium avenasque degenerant. Nunc in Occidente sol justitiæ oritur: in Oriente autem lucifer ille qui ceciderat, supra sidera posuit thronum suum. [g] Vos estis lux mundi, [h] vos sal terræ, vos vasa aurea & argentea: heic testacea vasa vel lignea virgam ferream & æternum opperiuntur incendium.

II. Quamquam igitur tui me terreat magnitudo, tamen invitat humanitas. A sacerdote [3] victima salutem, a pastore præsidium ovis flagito. Facessat invidia Romani culminis, recedat ambitio: cum successore piscatoris & discipulo crucis loquor. Ego nullum primum nisi Christum sequens, beatitudini tuæ, id est cathedræ Petri, communione consocior. Super illam petram ædificatam Ecclesiam scio. Quicumque extra hanc domum agnum comederit, profanus est. Si quis in Noe arca non fuerit, peribit regnante diluvio. Et quia ego pro facinoribus

a Joan. xix 24. b Cant. II. 15. c Jer. II. 13. d Cant. iv. 12. e Rom. I. 8. f Matth. xxiv. 28. Luc. xvii. 37. g Matth. V. 14. h Ibid. v. 13.

1. Epist. xv. al. lvii.

2. Nempe in baptismo, in quo Christum induimus. Coutant.

3. Codex vetustiss. Ambros. cum aliis nonnullis, *victimam salutem*. Alii editi, *victimam salutis*. Vallars.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.



meis ad eam solitudinem [1] commigravi, quæ Syriam juncto barbariæ fine determinat, nec possum sanctum [2] Domini tot interjacentibus spatiis a sanctimonia tua expetere; ideo heic collegas tuos Ægyptios confessores sequor, & sub onerariis navibus parva navicula delitesco. Non novi Vitalem, Meletium respuo, ignoro Paullinum. Quicumque tecum non colligit, spargit: hoc est, qui Christi non est, antichristi est.

III. Nunc igitur, pro dolor! post Nicænam fidem, post Alexandrinum juncto pariter Occidente decretum; trium hypostaseon ab Arianorum [3] præsule & Campensibus novellum a me homine Romano nomen exigitur. Qui ista, quæso, Apostoli prodidere? Quis novus magister gentium Paullus hæc docuit? Interrogamus quid tres hypostases arbitrentur posse intelligi: tres personas subsistentes ajunt. Respondemus nos ita credere: non sufficit sensus, ipsum nomen efflagitant; quia nescio quid veneni in syllabis latet. Clamamus, Si quis tres hypostases, aut tria enhypostata, hoc est, tres subsistentes personas non confitetur, anathema sit: & quia vocabula non [4] edicimus, hæretici judicamur. Si quis autem hypostasim usiam intelligens, non in tribus personis unam hypostasim dicit, alienus a Christo est: & sub hac confessione vobiscum pariter cauterio [5] unionis inurimur.

IV. Decernite, obsecro, si placet: & non timebo tres hypostases dicere. Si jubetis, condatur nova post Nicænam fides; & similibus verbis cum Arianis confiteamur orthodoxi. Tota sæcularium litterarum schola nihil aliud hypostasim nisi usiam novit: & quisquam rogo ore sacrilego tres substantias prædicabit? Una est Dei sola natura quæ vere est. Id enim quod subsistit non habet aliunde, sed suum est. Cetera quæ creata sunt, [6] etiamsi videntur esse, non sunt: quia aliquando non fuerunt; & potest rursus non esse quod non fuit. Deus solus qui æternus est, hoc est qui exordium non habet, essentiæ nomen vere tenet: idcirco & ad Moysen de rubo loquitur: [a] *Ego sum qui sum*; & rursum, A [b] *Qui est, misit me*. Erant utique tunc Angeli, cælum, terra, maria: & quomodo commune nomen essentiæ proprie sibi vindicat Deus? [7] Sed quia illa sola natura est perfecta, & in tribus personis deitas una persistit, quæ est vere, & una natura est: quisquis tria esse, hoc est tres esse hypostases, id est usias, dicit, sub nomine pietatis tres naturas conatur asserere. [8] Et si ita est, cur ab Ario parietibus separamur, perfidia copulati? Jungatur cum beatitudine tua Ursinus cum Ambrosio societur Auxentius. Absit hoc a Romana fide: sacrilegium tantum religiosa populorum corda non hauriant. Sufficiat nobis dicere unam substantiam, tres personas subsistentes, perfectas, æquales, coæternas. Taceantur B tres hypostases, si placet, & una teneatur. Non bonæ suspicionis est, cum in eodem sensu verba dissentiunt. Sufficiat nobis memorata credulitas. Aut si rectum putatis tres hypostases cum interpretationibus suis debere nos dicere, non negamus: sed mihi credite, venenum sub melle latet. [c] Transfiguravit se angelus satanæ in angelum lucis. Bene interpretantur hypostasim: & cum id quod ipsi exponunt habere me dicam, hæreticus judicor. Quid tam anxie unum verbum tenent? quid sub ambiguo sermone latitant? Si sic credunt ut interpretantur, non damno quod retinent: si sic credo ut ipsi sentire se simulant, permittant & mihi meis verbis suum sensum loqui.

C IV. Quamobrem obtestor beatitudinem tuam [9] per Crucifixum mundi salutem, per homousian Trinitatem, ut mihi epistolis tuis sive tacendarum, sive dicendarum hypostaseon detur auctoritas. Et ne forte obscuritas loci, in quo dego, fallat bajulos litterarum, ad EVAGRIUM presbyterum, quem optime nosti, dignare scripta transmittere. Simul etiam cui apud Antiochiam debeam communicare significes: quia Campenses, qui cum Tarsensibus hæreticis copulantur, nihil aliud ambiunt, quam ut auctoritate communionis vestræ fulti, tres hypostases cum antiquo sensu prædicent.

a Exod. III. 14. *b* Ibid. *c* II. Cor. xi. 14.

1. Chalcidis dictam. Mox al. *disterminat*. COUTANT.

D 2. Hoc nomine intelligitur vulgo sacra Eucharistia, quæ a pastoribus ut communis fidei tessera & symbolum percipiebatur. ID.

3. In nova Hieronymi editione observatum est, pluribus in mss. hic circumferri, *prole Arianorum*. Campenses, qui Meletium sequebantur ut patrem, eo intellectu dici potuerunt *proles Arianorum*, quo ille dictus *præsul Arianorum*. ID. — Huic tamen lectioni novissimus Hieronymianorum editor alteram prætulit *ab Arianorum prole, Campensibus*: quæ est Ambrosiani aliorumque codicum mss. lectio. Non enim Campenses, sive Meletiani, ab eorum præsule Meletio diversi erant. Ideo vero *Campenses* dicti, quod conventus in campis agere cogerentur. Quo sensu idem Hieronymus Donatistas in Dialogo adversus Luciferianos *Campates* appellat.

4. Vallarsius; *edicimus*; altera lectione *edicimus* expuncta.

5. Hoc est, ut idipsum Hieronymus apertius epist. 77. ad Marcum de se uno loquens effert, *Sabellianæ impietatis arguor*. Quippe Sabelliana hæresis simpliciter ab Hilario lib. de Synod. n. 26. *hæresis unionis*, & Sabelliani a Prudentio in Apoth. ante versum 178. *Unionitæ* nuncupantur. De vi vocis *Unio* in Vindiciis veterum codicum pag. 274. Dissertationem satis amplam edidimus. COUTANT.

6. Quidam codd. mss. apud Vallarsium, *sed suum est, quod est*.

7. Ambrosianum exemplar apud Vallarsium: *Sed quia illa sola est, & infecta natura, & in tribus personis subsistit, quæ vere una natura est*.

8. Idem codex Ambros. *Et si ita est, quid ab Arii partibus separamur perfidia? Jungatur* cet. Paullo ante desunt in eodem cod. *id est usias*. VALLARS.

9. Vetustiora exemplaria magno numero & concinnius habent, *per crucifixam mundi salutem*. Atque hanc lectionem prætulit antea vulgatæ Vallarsius.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 370.



EPISTOLA VII.

[1] HIERONYMI AD DAMASUM PAPAM.

Apud quem ex tribus, qui Antiochenam ecclesiam scindunt, debeat communicare, ut sibi significet iterum obtestatur.

I. IMportuna in Evangelio mulier [a] tandem meruit audiri: & clauso cum servis ostio [b], media licet nocte, ab amico panes amicus accepit. Deus ipse qui nullis contra se superari viribus potest, publicani precibus [c] vincitur. Ninive civitas [d] quæ peccato periit, fletibus stetit. Quorsum ista tam longo repetita principio? Videlicet ut parvum magnus adspicias, ut dives pastor morbidam non contemnas ovem. Christus in paradisum de cruce latronem intulit [e]: & ne quis aliquando seram conversionem putaret, fecit [2] homicidii pœna martyrium. Christus, inquam, prodigum filium revertentem lætus amplectitur [f]: & nonaginta novem pecudibus derelictis [g], una ovicula quæ remanserat, humeris boni pastoris advehitur. Paullus ex persecutore fit prædicator [h]: oculis carnalibus excæcatur, ut mente plus videat: & qui vinctos Christi famulos ducebat ad concilium Judæorum, ipse postea etiam de Christi vinculis gloriatur.

II. Ego igitur, ut ante jam [3] scripsi, Christi vestem in Romana urbe suscipiens, nunc barbaro Syriæ limite teneor: & ne putes alterius hanc de me A fuisse sententiam, quid mererer ipse constitui. Verum, ut ait gentilis [4] poeta, Cælum non animum mutat, qui trans mare currit, ita me incessabilis inimicus post tergum persecutus est, ut majora in solitudine bella nunc patiar. Hinc enim præsidiis fulta mundi Ariana rabies fremit. Hinc in tres partes scissa ecclesia ad se rapere me festinat. Monachorum circa [5] manentium antiqua in me surgit auctoritas. Ego interim clamito: Si quis cathedræ Petri jungitur, meus est. Meletius, Vitalis atque Paullinus tibi hærere se dicunt. Possem credere, si hoc unus assereret: nunc vero aut duo mentiuntur, aut omnes. Idcirco obtestor beatitudinem tuam per crucem Domini, per necessarium fidei nostræ decus B [6] passionem Christi, ut qui Apostolos honore sequeris, sequaris & merito: ita in solio cum duodecim judicaturus sedeas; ita [i] te alius senem cum Petro cingat; ita municipatum cæli cum Paullo consequaris, ut mihi litteris tuis, apud quem in Syria debeam communicare, significes. Noli despicere animam, pro qua Christus mortuus est.

a Matth. xv. 28. *b* Luc. xi. 8. *c* Luc. xviii. 13. *d* Jonæ III. 10. *e* Luc. xxiii. 43. *f* Luc. xv. 20. *g* Ibid. vv. 4-6. *h* Act. ix. *i* Joan. xxi. 18.

1. Inter Hieronymianas edit. Vallars. n. xvi. al. lviii.
2. In aliquot mss. *homicidii pœnam esse martyrium*. Et Victorius quidem *pœnam* maluit pro pœna. Vallars.
3. In epist. superiore n. 1. Coutant.
4. Horatius lib. 1. epist. xi. Id.
5. Navar. ms. cum Coislin. *circa commanentium*. De monachis illis mentem suam in epistola 77. num. 15. ad Marcum Chalcidensem presbyterum Hieronymus pluribus explicat. Id.
6. Duo mss. *& passionem, ita qui Apostolos*; & mox, *judicaturis*. Id.

EPISTOLA VIII.

SYNODICA.

Συνοδικὸν παρὰ τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει συνόδου.

Constantinopolitani concilii ad papam Damasum & Occidentales episcopos.

Apud Theodoritum Hist. eccl. *lib.* V. *cap.* ix.

Interprete Henrico Valesio.

Statuta ecclesiarum suarum non sinere, ut longius ab iis absint, eamque ob caussam, necnon ob præstituti temporis angustiam se ad synodum Romanam non venisse. Ut ordinationes præsulum a se factas vel admissas, etiam Occidentales calculo suo comprobent.

Κυρίοις τιμιωτάτοις καὶ εὐλαβεστάτοις ἀδελφοῖς καὶ συλλειτουργοῖς Δαμάσῳ, Ἀμβροσίῳ, Βρίττωνι, Οὐαλεριανῷ, Ἀσχολίῳ, Ἀνεμίῳ, Βασιλείῳ, καὶ τοῖς λοιποῖς ἁγίοις ἐπισκόποις τοῖς συνεληλυθόσιν ἐν τῇ μεγάλῃ πόλει Ῥώμῃ, ἡ ἁγία σύνοδος τῶν ὀρθοδόξων ἐπισκόπων τῶν συνεληλυθότων ἐν τῇ [2] μεγάλῃ πόλει Κωνσταντινουπόλει, ἐν κυρίῳ χαίρειν.

C Dominis carissimis ac religiosissimis fratribus & comministris, Damaso, Ambrosio, Brittoni, Valeriano, Ascholio, Anemio, [1] Basilio, & reliquis sanctis episcopis, qui in magna urbe Roma collecti sunt, sancta synodus orthodoxorum episcoporum qui in magna urbe Constantinopoli convenerunt, in Domino salutem.

ΤΟ μὲν ὡς ἀγνοοῦσαν τὴν ὑμετέραν εὐλάβειαν διδάσκειν, καὶ διηγεῖσθαι τῶν παθῶν τὸ πλῆθος, τῶν ἐπαχθέντων ἡμῖν παρὰ τῆς τῶν Ἀρειομανῶν

I. SUperfluum fortasse fuerit enarrare reverentiæ vestræ, ac velut ignorantibus referre multitudinem malorum, quæ nobis [3] ab Ariomanitarum

1. Forte, *Bassiano*, eo scilicet qui Audensis episcopus in Aquileiensis concilii subscriptionibus appellatur. Ceterorum prænominatorum, Brittone excepto, sedes notæ sunt. Nempe Damasus Romæ, Ambrosius Mediolani, Valerianus Aquileiæ, Ascholius Thessalonicæ, & Anemius Sirmii episcopi erant. Coutant.
2. Vales. heic & mox, μεγαλοπόλει. Id.
3. Epiphan. *ab Ariana potentia*. Sirm. *ab Arianorum*

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

δυναστείας, περιττὸν ἴσως. οὔτε γὰρ οὕτω πάρεργον τὰ καθ' ἡμᾶς κρίνειν τὴν ὑμετέραν ἡγούμεθα θεοσέβειαν, ὡς δεῖσθαι τοῦ μαθεῖν ταῦτα, οἷς ἐχρῆν συναλγεῖν. οὔτε τοιοῦτοί τινες οἱ περισχόντες ἡμᾶς χειμῶνες, ὡς λανθάνειν ὑπὸ σμικρότητος. ὅτε χρόνος τῶν διωγμῶν νεαρὸς ἔναυλον ἔτι φυλάττων τὴν μνήμην οὐ τοῖς πεπονθόσι μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς δι' ἀγάπην τὰ τῶν πεπονθότων οἰκειουμένοις. χθὲς γάρ, ὡς εἰπεῖν, ἔτι καὶ πρώην οἱ μὲν τῶν τῆς ἐξορίας λυθέντες δεσμῶν, εἰς τὰς ἑαυτῶν ἐκκλησίας, διὰ μυρίων ἐπανήκασι θλίψεων. τῶν δὲ καὶ τελειωθέντων ἐν ταῖς ἐξορίαις, ἐπανεκομίσθη τὰ λείψανα. τινὲς δὲ καὶ μετὰ τὴν τῆς ἐξορίας ἐπάνοδον, ἔτι βράσσοντι τῷ τῶν αἱρετικῶν περιπεσόντες θυμῷ, πικρότερα τῶν ἐπὶ τῆς ἀλλοτρίας, ἐπὶ τῆς οἰκείας ὑπέμειναν, λίθοις παρ' αὐτῶν τελειωθέντες κατὰ τὸν μακάριον Στέφανον. ἄλλοι διαφόροις καταξανθέντες αἰκίαις, ἔτι τὰ στίγματα τοῦ Χριστοῦ καὶ τοὺς μώλωπας ἐν τῷ σώματι περιφέρουσι. χρημάτων δὲ ζημίας καὶ προτιμήσεις πόλεων, καὶ τὰς τῶν καθ' ἕνα [1] δημοσιεύσεις καὶ συσκευὰς καὶ ὕβρεις καὶ δεσμωτήρια, τίς ἂν ἐξαριθμήσασθαι δύναιτο; πᾶσαι γὰρ ὄντως ἐφ' ἡμᾶς αἱ θλίψεις ἐπληθύνθησαν ὑπὲρ ἀριθμόν, ἴσως μὲν ἐπειδὴ δίκας ἁμαρτημάτων [3] ἐτίνομεν, ἴσως δὲ καὶ τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ διὰ τοῦ πλήθους τῶν παθημάτων ἡμᾶς γυμνάζοντος. τούτων μὲν τῷ Θεῷ χάρις, ὃς καὶ διὰ τοσούτων θλίψεων τοὺς ἑαυτοῦ δούλους ἐξεπαίδευσε, καὶ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρμῶν αὐτοῦ πάλιν ἐξήγαγεν ἡμᾶς εἰς ἀναψυχήν.

Ἡμῖν δὲ μακρᾶς μὲν ἔδει σχολῆς, καὶ πολλοῦ χρόνου καὶ πόνου πρὸς τὴν τῶν ἐκκλησιῶν ἐπανόρθωσιν, ἵν' ὥσπερ ἐκ μακρᾶς ἀῤῥωστίας, ταῖς κατὰ μικρὸν ἐπιμελείαις τὸ σῶμα τῆς ἐκκλησίας ἐκνοσηλεύοντες, πρὸς τὴν ἀρχαίαν τῆς εὐσεβείας ὑγίειαν ἐπαναγάγωμεν. καὶ γὰρ εἰ τὰ μάλιστα δοκοῦμεν τῆς τῶν διωγμῶν ἀπηλλάχθαι σφοδρότητος, καὶ τὰς ἐκκλησίας χρονίως παρὰ τῶν αἱρετικῶν κατασχεθείσας ἀρτίως ἀνακομίζεσθαι, πλὴν ἀλλὰ βαρεῖς ἡμῖν λύκοι, καὶ μετὰ τὸ τῆς μάνδρας ἐξωθῆναι, κατὰ τὰς νάπας τὰ ποίμνια διαρπάζοντες, ἀντισυνάξεις τολμῶντες, δήμων κινοῦντες ἐπαναστάσεις, ὀκνοῦντες οὐδὲν εἰς τὴν τῶν ἐκκλησιῶν βλάβην. ἦν μὲν οὖν, ὅπερ εἰρήκαμεν, ἀναγκαῖον πλείονα ἡμᾶς προσασχοληθῆναι χρόνον.

Ἐπειδὴ μέντοι τὴν ἀδελφικὴν περὶ ἡμᾶς ἀγάπην ἐπιδεικνύμενοι, σύνοδον ἐπὶ τῆς Ῥώμης Θεοῦ βουλήσει συγκροτοῦντες, καὶ ἡμᾶς ὡς οἰκεῖα μέλη προσεκαλέσασθε διὰ τῶν τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως γραμμάτων, ἵν' ἐπειδὴ τότε τὰς θλίψεις μόνοι κατεδικάσθημεν, νῦν ἐν τῇ τῶν αὐτοκρατόρων περὶ τὴν εὐσέβειαν συμφωνίᾳ, μὴ χωρὶς ἡμῶν βασιλεύσητε, ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς ὑμῖν κατὰ τὴν ἀποστολικὴν φωνὴν συμβασιλεύσωμεν· εὐχὴ μὲν ἦν ἡμῖν, εἰ δυνατόν, ἅπασιν ἀθρόως καταλιποῦσι τὰς ἐκκλησίας, τῷ πόθῳ ἢ τῇ χρείᾳ χαρίσασθαι. τίς γὰρ ἡμῖν δώσει πτέρυγας ὡσεὶ περιστερᾶς; καὶ πετασθησόμεθα, καὶ πρὸς ὑμᾶς καταπαύσομεν. [4] ἐπειδὴ δὲ τοῦτο παντελῶς ἐγύμνου τὰς ἐκκλησίας, ἄρτι τῆς ἀνανεώσεως ἀρχομένας, καὶ τὸ πρᾶγμα παντάπασιν ἦν τοῖς πολλοῖς ἀδύνατον· (συνδεδραμήκειμεν γὰρ εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν ἐκ τῶν πέρυσι γραμμάτων, τῶν παρὰ τῆς ὑμετέρας τιμιότητος μετὰ τὴν ἐν Ἀκυληΐᾳ σύνοδον, πρὸς τὸν θεο-

A potentia illata sunt. Neque enim putamus pietatem vestram tam parvi facere res nostras, ut opus habeatis ea discere, quibus condolere vos oportuit. Nec tempestates, quibus vexati sumus, ejusmodi fuere, ut latere ob tenuitatem possent. Sed & recens persecutionum tempus vigentem adhuc servat memoriam non solum apud eos qui passi sunt, verum etiam apud illos, qui calamitates aliorum per caritatem suas esse ducunt. Heri enim, ut ita dicamus, ac nudiustertius alii exsilii vinculis liberati, non sine innumerabilibus ærumnis, ad suas ecclesias redierunt. Aliorum, qui in exsiliis vitam finierunt, reportatæ sunt reliquiæ. Nonnulli etiam post reditum ab exsilio, cum hæreticorum furorem adhuc B ferventem ostendissent, acerbiora domi sustinuerunt, quam quæ apud exteros passi fuerant, lapidum jactu, beati Stephani [a] ad instar, ab illis obruti. Alii variis cruciatibus lacerati, stigmata Christi ac vibices in corporibus suis adhuc circumferunt. Jam vero pecuniarum damna, & [2] multas civitatibus inflictas, & singulorum proscriptiones, insidias, contumelias & carceres quis possit enumerare? Re enim vera omnes ærumnæ adversus nos multiplicatæ sunt super numerum; seu quod peccatorum nostrorum pœnas persolvimus, seu quod benignus Deus per hanc malorum multitudinem exercere nos voluit. Pro his ergo gratias agimus Deo, qui tot ac tantis calamitatibus famulos suos erudivit, & pro magnitudine mi- C serationum suarum rursus eduxit nos in refrigerium.

II. Nobis vero ad reparationem ecclesiarum diuturno otio ac multo tempore & labore opus esset, ut corpus Ecclesiæ, tamquam ex diuturno morbo, solicita curatione paulatim recreantes, ad pristinam pietatis sanitatem revocaremus. Etsi enim persecutionum violentia penitus liberati videmur, & ecclesias diu ab hæreticis possessas perfecte recuperasse; tamen molesti nobis sunt lupi, qui postquam ab ovilibus sunt depulsi, ovium greges in saltibus diripiunt, contrarios conventus agere non trepidant, populorum concitant seditiones, & ad ecclesiarum perniciem moliri nihil detrectant. Proinde, sicut diximus, diuturno nobis opus esset tempore, quo pos- D semus huic negotio vacare.

III. Sed quoniam fraternam erga nos caritatem ostendentes, ad synodum quam Dei voluntate Romæ congregatis, nos quoque velut propria membra piissimi Imperatoris litteris evocastis; ut quia tunc soli ad perferendas ærumnas damnati sumus, nunc cum Imperatores in caussa pietatis concordant, vos non sine nobis regnetis, sed & secundum apostolicam vocem [b], nos vobiscum regnemus: nobis quidem in votis erat, ut si fieri posset, universi simul, relictis ecclesiis, desiderio seu potius necessitati obsequeremur. [c] Quis enim det nobis pennas sicut columbæ; & volabimus & requiescemus apud vos? Sed quoniam ea res prorsus E nudaret ecclesias, quæ nunc primum incipiunt renovari, & plerique id facere nullo modo possent; (conveneramus enim Constantinopolim secundum litteras a reverentia vestra anno superiore, post Aquilejense concilium, ad piissimum imperatorem

a Act. VII. 57. *b* II. Cor. IV. 8. *c* Psalm. LIV. 7.

potentia. Valef. *ab Arianorum furore & potentia*. Licere nobis putavimus Hilarium & Phœbadium Agennensem imitari, qui Arianos Græcorum instar *Ariomanitas* latine appellant. Qua de voce novam videsis Hilarii editionem pag. 919 not. d. In ea autem, quæ deinceps sequuntur, cadit hæc Theodoreti lib. 5. c. 8. censura, ubi notat Orientales ad Occidentales scripsisse litteras, *quibus & tempestatem quæ adversus ecclesias excitata fuerat significabant, & illorum præteritam negligentiam subobscure innuebant*. COUTANT.

1. Sirmond. δημεύσεις. ID.

2. Ita demum Valesius hunc locum latine convertendum, & græce προτιμήσεις restituendum esse censuit, quamvis interpretationem Sirmondi, scilicet *mulctas civitatum*, primo non probasset, maluissetque tum *mutationes civitatum*: quia nimirum qui persecutionem patitur, vertere solum & exteras regiones patriæ præponere cogitur. Verterat Chrystophorsonus, *amissiones civitatum quas incolebant*, Epiphanius vero *honoris ademtiones*. ID.

3. Sirm. ἐπάσαμεν. ID. 4. Sirm. ἐπεὶ δὲ τοῦτο. ID.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

φιλέστατον βασιλέα Θεοδόσιον ἐπισταλθέντων, πρὸς μόνην ταύτην τὴν ἀποδημίαν τὴν μέχρι Κωνσταντινουπόλεως παρεσκευασμένοι, καὶ περὶ ταύτης μόνης τῆς συνόδου τὴν ἐν ταῖς ἐπαρχίαις μεινάντων ἐπισκόπων συγκατάθεσιν ἐπαγόμενοι, μείζονος δὲ ἀποδημίας μήτε προσδοκήσαντες χρείαν, μήτε προακούσαντες ὅλως, πρὶν ἐν Κωνσταντινουπόλει συνελθεῖν, πρὸς δὲ τούτοις καὶ τῆς προθεσμίας διὰ στενότητα, μήτε πρὸς παρασκευὴν μακροτέρας ἀποδημίας ἐνδιδούσης καιρὸν, μήτε πάντας τοὺς ἐν ταῖς ἐπαρχίαις κοινωνικοὺς ἐπισκόπους ὑπομνησθῆναι, καὶ τὰς παρ᾽ αὐτῶν συγκαταθέσεις λαβεῖν·) ἐπειδὴ ταῦτα καὶ πολλὰ πρὸς τούτοις ἕτερα τὴν τῶν πλειόνων ἄφιξιν διεκώλυσεν· ὃ δεύτερον ἦν, εἴς τε τῶν πραγμάτων ἐπανόρθωσιν, καὶ τὴν τῆς ὑμετέρας περὶ ἡμᾶς ἀγάπης ἀπόδειξιν, τοῦτο πεποιήκαμεν· τοὺς αἰδεσιμωτάτους καὶ τιμιωτάτους ἀδελφοὺς καὶ συλλειτουργοὺς ἡμῶν ἐπισκόπους, Κυριακὸν, Εὐσέβιον, καὶ Πρισκιανὸν προθύμως καμεῖν ἄχρις ὑμῶν δυσωπήσαντες· δι᾽ ὧν καὶ τὴν ἡμετέραν προαίρεσιν εἰρηνικὴν οὖσαν, καὶ σκοπὸν ἑνώσεως ἔχουσαν ἐπιδείκνυμεν, καὶ τὸν ζῆλον ἡμῶν τὸν ὑπὲρ τῆς ὑγιοῦς πίστεως, φανερὸν ποιοῦμεν.

Theodosium missas; ad hanc solam profectionem Constantinopolim usque instructi, & de hac una synodo consensum episcoporum, qui in provinciis erant, afferentes; cum de longiori itinere suscipiendo nec suspicati essemus, nec omnino audiissemus quidquam prius, quam Constantinopoli convenissemus; ac præterea præstituti temporis angustia nec ad longioris itineris apparatum, nec ad omnes communionis nostræ episcopos qui in diversis provinciis sunt commonendos, & consensus ab iisdem accipiendos sufficeret;) quoniam hæc ac multa insuper alia plures venire prohibebant: id quod secundum fuit, tum ad res restituendas tum ad nostram erga vos caritatem declarandam, fecimus: reverendissimos & carissimos fratres & comministros nostros Cyriacum, Eusebium & Priscianum deprecati, ut proficiscendi ad vos laborem libenter susciperent. Per quos & voluntatem nostram pacificam esse, atque ad unitatem spectare ostendimus, & nostrum pro sana fide zelum manifestum facimus.

Ἡμεῖς γὰρ εἴτε διωγμοὺς, εἴτε θλίψεις, εἴτε βασιλικὰς ἀπειλὰς, εἴτε τὰς τῶν ἀρχόντων ὠμότητας, εἴτε τινὰ πειρασμὸν ἕτερον παρὰ τῶν αἱρετικῶν ὑπεμείναμεν, ὑπὲρ τῆς εὐαγγελικῆς πίστεως τῆς ἐν Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας παρὰ τῶν τριακοσίων δεκαοκτὼ πατέρων κυρωθείσης, ὑπέστημεν. ταύτην γὰρ καὶ ὑμῖν καὶ ἡμῖν καὶ πᾶσι τοῖς μὴ διαστρέφουσι τὸν λόγον τῆς ἀληθοῦς πίστεως, συναρέσκειν δεῖ· ἣν μόλις ποτὲ πρεσβυτάτην τε οὖσαν, καὶ ἀκόλουθον τῷ βαπτίσματι, καὶ διδάσκουσαν ἡμᾶς πιστεύειν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. δηλαδὴ θεότητός τε καὶ δυνάμεως, καὶ οὐσίας μιᾶς τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος πιστευομένης, ὁμοτίμου τε τῆς ἀξίας, καὶ συναϊδίου τῆς βασιλείας ἐν τρισὶ τελείαις ὑποστάσεσιν, ἤγουν τρισὶ τελείοις προσώποις· ὡς μήτε τὴν Σαβελλίου νόσον χώραν λαβεῖν, συγχεομένων τῶν ὑποστάσεων, εἴγουν τῶν ἰδιοτήτων ἀναιρουμένων· μήτε μὴν τὴν τῶν Εὐνομιανῶν, καὶ Ἀρειανῶν, καὶ Πνευματομάχων βλασφημίαν ἰσχύειν, τῆς οὐσίας ἢ τῆς φύσεως ἢ τῆς θεότητος τεμνομένης, καὶ τῇ ἀκτίστῳ καὶ ὁμοουσίῳ καὶ συναϊδίῳ τριάδι μεταγενεστέρας τινὸς, ἢ κτιστῆς, ἢ ἑτερουσίου φύσεως ἐπαγομένης. καὶ τὸν τῆς ἐνανθρωπήσεως δὲ τοῦ κυρίου λόγον ἀδιάστροφον σώζομεν, οὔτε ἄψυχον, οὔτε ἄνουν, ἢ ἀτελῆ τὴν τῆς σαρκὸς οἰκονομίαν παραδεχόμενοι· ὅλον δὲ εἰδότες, τέλειον μὲν ὄντα πρὸ αἰώνων Θεοῦ λόγον, τέλειον δὲ ἄνθρωπον ἐπ᾽ ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν γενόμενον. τὰ μὲν οὖν κατὰ τὴν πίστιν, τὴν παρ᾽ ἡμῶν ἀνυποστόλως κηρυττομένην, ὡς ἐν κεφαλαίῳ τοιαῦτα. περὶ ὧν καὶ ἐπὶ πλεῖον ψυχαγωγηθῆναι δυνήσεσθε, τῷ τε ἐν Ἀντιοχείᾳ τόμῳ παρὰ τῆς ἐκεῖ συνελθούσης συνόδου γεγενημένῳ καταξιώσαν-

IV. Nos enim, sive persecutiones, sive imperiales minas, sive crudelitatem præsidum, sive aliam quamcumque tentationem ab hæreticis pertulimus, pro evangelica fide, quæ Nicææ in Bithynia a trecentis & octodecim patribus [1] confirmata est, sustinuimus. Hanc enim & vobis, & nobis, & omnibus qui veræ fidei sermonem non pervertunt, probari decet: ([2] quam nos vix tandem retinemus ac servamus,) quippe quæ antiquissima sit & baptismo consentanea, docens nos credere in nomen Patris & Filii & Spiritus sancti: unam scilicet deitatem, potentiam & substantiam Patris & Filii & Spiritus sancti credentes; æqualem item dignitatem & coæternum regnum in tribus perfectis hypostasibus seu in tribus perfectis personis. Ita ut nec locum habeat Sabellii lues, qua hypostases confundantur, tollanturque proprietates; nec Eunomianorum & Arianorum & Pneumatomachorum obtineat blasphemia, quæ substantiam seu naturam ac divinitatem discindit, & increatæ sive consubstantiali & coæternæ Trinitati posteriorem quamdam creatam seu diversæ substantiæ naturam superinducit. Incarnationis quoque Domini doctrinam incorruptam servamus, neque animæ, neque mentis expertem aut imperfectam carnis dispensationem admittentes; sed totum scientes, ante sæcula quidem perfectum Dei Verbum, in novissimis autem diebus perfectum hominem propter nostram salutem factum esse. Et fidei quidem, quæ constanter a nobis prædicatur, hæc est veluti summa. Qua de re si quid amplius desideratis, satis vobis fiet, si tomum [3] Antiochiæ a synodo quæ illic celebrata

1. Valesius hic addit in græco, *ἁγίων θεοφόρων*, sed non item in latina interpretatione *sanctis deiferis* adjecit. Verum istud additamentum neque apud Nicephorum exstare fassus, tantum notat *sollemne esse epithetum, quo recentiores Graci designare solent episcopos Nicæni concilii*. Quæ sane ratio idonea non est, cur idem epithetum quarti sæculi monimento adjiciatur. Illud certe & olim Epiphanius scholasticus, & nostra ætate Sirmondus ignorarunt. COUTANT.

2. Verba uncinis inclusa removit Sirmondus, neque græce expressit. Sed Valesius reclamat ea in omnibus exemplaribus suis, ut & in editione Basileensi, nec non apud Nicephorum & Epiphanium haberi. Nicephori tamen interpres Sirmondo concinit: nec concordare Epiphanius deprehenditur cum Valesio. Apud illum habetur, *quam scimus antiquissimam*. Ex quo colligere est eum græce legisse, *ἣν οἴδαμεν πρεσβυτάτην*. Cujusmodi lectio cum concilii scopo longe magis cohæret, quam Valesiana. Nam istud *vix tandem* haud obscure adversatur proxime dictis, quibus Orientales Nicænæ fidei numquam non tenaces fuisse se professi sunt. Deinde his Valesii verbis, *tenemus ac servamus*, nullum in græco textu respondet. ID.

3. Valesius vocem græcam *τόμον* latina *libellum* minus apte videtur reddidisse. Quid tamen sonet, apprime est assecutus. Observat quippe in canone 5. concilii Constantinop. *τόμου* nomine synodicam Damasi epistolam, quam superior epistola II. ex parte exhibet, indicari. Neque vero insolens est, epistolas synodicas *tomi* titulo insigniri. Apud Athanasium Alexandrinæ synodi ann. 362. epistola *tomus ad Antiochenses* inscribitur: & epistola Leonis ad Flavianum, quia fidei summam complectitur, *tomus Leonis* in antiquis monimentis vulgo nuncupatur. Quocirca *tomi* nomen cum Epiphanio & Sirmondo retinentes, tomum anno 379. in ea celebri synodo Antiochena, cujus supra ad calcem epistolæ II. mentio fit, conditum heic memorari cum Valesio intelligimus. Eidem quoque assentimur, id quod in canone 5. Concilii CP. *tomus Occidentalium* appellatur, nihil aliud esse existimanti, quam scriptum Romanæ synodi, cujus fragmenta supra epist. II. hoc titulo donantur: *Epistola vel expositio synodi Romanæ habitæ sub Damaso papa, & transmissa in Orientem*. Quare non placet sententia Zonaræ & Balsamonis, qui *tomum Occidentalium* canonem fidei in Sardicensi concilio pro-

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.



τῆς ἐντυχεῖν, καὶ τοῖ πέρυσιν ἐν Κωνσταντινουπόλει παρὰ τῆς οἰκουμενικῆς ἐκτεθέντι συνόδου· ἐν οἷς πλατύτερον τὴν πίστιν ὡμολογήσαμεν, καὶ τῶν ἔναγχος καινοτομηθεισῶν αἱρέσεων ἀναθεματισμὸν ἔγγραφον πεποιήκαμεν.

Περὶ δὲ τῶν οἰκονομιῶν τῶν κατὰ μέρος ἐν ταῖς ἐκκλησίαις παλαιός τε, ὡς ἴστε, θεσμὸς κεκράτηκε, καὶ τῶν ἁγίων ἐν Νικαίᾳ πατέρων ὅρος, καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν τοὺς τῆς ἐπαρχίας, καὶ εἴπερ ἐκεῖνοι βούλοιντο, σὺν αὐτοῖς τοὺς ὁμόρους πρὸς τὸ συμφέρον ποιεῖσθαι τὰς χειροτονίας· οἷς ἀκολούθως τάς τε λοιπὰς ἐκκλησίας παρ' ἡμῖν οἰκονομεῖσθαι γινώσκετε, καὶ τῶν ἐπισημοτάτων ἐκκλησιῶν ἀναδεδεῖχθαι τοὺς ἱερεῖς. ὅθεν τῆς μὲν ἐν Κωνσταντινουπόλει νεοπαγοῦς, ὡς ἂν εἴποι τις, ἐκκλησίας, ἣν ὥσπερ ἐκ στόματος λέοντος τῆς τῶν αἱρετικῶν βλασφημίας ὑπόγυον ἐξηρπάσαμεν διὰ τῶν οἰκτιρμῶν τοῦ Θεοῦ, τὸν αἰδεσιμώτατον καὶ θεοφιλέστατον Νεκτάριον ἐπίσκοπον κεχειροτονήκαμεν ἐπὶ τῆς οἰκουμενικῆς συνόδου μετὰ κοινῆς ὁμονοίας, ὑπ' ὄψεσι καὶ τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως Θεοδοσίου, παντός τε τοῦ κλήρου καὶ πάσης ἐπιψηφιζομένης τῆς πόλεως. τῆς δὲ πρεσβυτάτης καὶ ὄντως ἀποστολικῆς ἐκκλησίας τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας, ἐν ᾗ πρώτῃ τὸ τίμιον τῶν Χριστιανῶν ἐχρημάτισεν ὄνομα, τὸν αἰδεσιμώτατον καὶ θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον Φλαβιανὸν, οἵ τε τῆς ἐπαρχίας καὶ τῆς ἀνατολικῆς διοικήσεως συνδραμόντες κανονικῶς ἐχειροτόνησαν, πάσης συμψήφου τῆς ἐκκλησίας ὥσπερ διὰ μιᾶς φωνῆς τὸν ἄνδρα τιμησάσης. ἥνπερ ἔνθεσμον χειροτονίαν ἐδέξατο καὶ τὸ τῆς συνόδου κοινόν. τῆς δέ γε μητρὸς ἁπασῶν τῶν ἐκκλησιῶν τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις, τὸν αἰδεσιμώτατον καὶ θεοφιλέστατον Κύριλλον ἐπίσκοπον εἶναι γνωρίζομεν, κανονικῶς τε παρὰ τῶν τῆς ἐπαρχίας χειροτονηθέντα πάλαι, καὶ πλεῖστα πρὸς τοὺς Ἀρειανοὺς ἐν διαφόροις τόποις ἀθλήσαντα.

Οἷς ὡς ἐνθέσμως καὶ κανονικῶς παρ' ἡμῖν κεκρατηκόσι, καὶ τὴν ἡμετέραν συγχαίρειν παρακαλοῦμεν εὐλάβειαν, τῆς πνευματικῆς μεσιτευούσης ἀγάπης, καὶ τοῦ κυριακοῦ φόβου, πᾶσαν μὲν καταστέλλοντος ἀνθρωπίνην προσπάθειαν, τὴν δὲ τῶν ἐκκλησιῶν οἰκοδομὴν προτιμοτέραν ποιοῦντος τῆς πρὸς τὸν καθ' ἕνα [1] συμπαθείας ἢ χάριτος. οὕτω γὰρ τοῦ τε τῆς πίστεως συμφωνηθέντος λόγου, καὶ τῆς Χριστιανικῆς κυρωθείσης ἐν ἡμῖν ἀγάπης, παυσόμεθα λέγοντες τὸ παρὰ τῶν ἀποστόλων κατεγνωσμένον· ἐγὼ μέν εἰμι Παύλου, ἐγὼ δὲ Ἀπολλῶ, ἐγὼ δὲ Κηφᾶ. πάντες δὲ Χριστοῦ φανέντες, ὃς ἐν ἡμῖν οὐ μεμέρισται, Θεοῦ καταξιοῦντος, ἄσχιστον τὸ σῶμα τῆς ἐκκλησίας τηρήσομεν, καὶ τῷ βήματι τοῦ κυρίου μετὰ παῤῥησίας παραστησόμεθα.

A eſt conditum, necnon eum qui ſuperiore anno Conſtantinopoli ab œcumenica ſynodo editus eſt, legere dignemini, quibus in tomis fidem noſtram uberius expoſuimus, & in hæreſes recens exortas anathematis ſententiam protulimus.

V. De particulari autem eccleſiarum adminiſtratione, antiqua, ut probe noſtis, obtinuit ſanctio & ſanctorum patrum Nicææ congregatorum regula, ut in ſingulis provinciis Epiſcopi illius provinciæ, & ſi illis placuerit, una cum ipſis finitimi, ordinationes prout utile fuerit faciant. Ex quarum legum præſcripto tum reliquas eccleſias a nobis adminiſtrari ſcitote, tum nobiliſſimarum eccleſiarum creatos eſſe ſacerdotes. Unde etiam Conſtantinopo- B litanæ eccleſiæ recens, ut ita dicamus, fundatæ, quam ex hæreticorum blaſphemia, tamquam ex leonis faucibus, per miſericordiam Dei nuper eripuimus, reverendiſſimum ac religioſiſſimum Nectarium ordinavimus epiſcopum, in univerſali concilio, communi omnium conſenſu, coram religioſiſſimo imperatore Theodoſio, adſtipulante omni clero & univerſa civitate. Antiquiſſimæ vero vereque apoſtolicæ Antiochenæ in Syria eccleſiæ, in qua venerandum Chriſtianorum nomen primum auditum eſt [a], reverendiſſimum & religioſiſſimum epiſcopum Flavianum tum illius provinciæ tum Orientalis diœceſis epiſcopi in unum congregati canonice ordinarunt, tota eccleſia conſentiente & quaſi uno ore C virum collaudante. Quam quidem legitimam ordinationem etiam ſynodus univerſa ſuſcepit. Hieroſolymitanæ autem eccleſiæ, quæ mater eſt omnium eccleſiarum, reverendiſſimum ac religioſiſſimum Cyrillum epiſcopum indicamus, qui & canonice ab epiſcopis provinciæ olim fuit ordinatus, & plurima variis in locis contra Arianos certamina ſubiit.

VI. Quibus tamquam legitime & canonice conſtitutis veſtram quoque reverentiam gratulari hortamur, intercedente ſpiritali caritate; & Domini timore omnem quidem humanum affectum comprimente, eccleſiarum autem ædificationem privatæ erga ſingulos benevolentiæ vel gratiæ præponente. Hac enim ratione ubi verbum fidei communi con- D ſenſu ſtabilitum, & Chriſtiana caritas inter nos confirmata fuerit, deſinemus id dicere quod ab Apoſtolis condemnatum eſt: [b] *Ego quidem ſum Paulli, ego vero Apollo, ego autem Cephæ.* Sed dum omnes videbimur eſſe Chriſti, qui non eſt ſciſſus in nobis, integrum ſine ulla ſciſſione, Deo juvante, ſervabimus corpus Eccleſiæ, & ad tribunal Domini cum fiducia ſtabimus.

[a] Act. xi. 26. [b] I. Cor. I. 12.

vulgatum interpretantur; non Petiti, qui var. lect. lib. 3. c. 2. vocem *Antiochenorum*, loco *Occidentalium*, ſubſtitui vult; non Baronii, qui ad ann. 381. Damaſi epiſtolam ad Paullinum ibi laudatam cenſet; non Petri Marcæ lib. 1. de concord. c. 4. n. 5. hunc *tomum Occidentalium* intelligentis neſcio quam *epiſtolam Occidentalium*, *qua docent ſe communionem Antiochenorum amplecti*, *quia rectam fidem profitentur*, *etſi Meletii & Paullini ſchiſmate laborant*. COUTANT.

1. Sirm. συμπαθείας. ID.



EPISTOLA IX.

Apud THEODORITUM Hiſt. eccl. *lib.* V. *cap.* x.

Interprete HENRICO VALESIO.

Συνοδικὸν Δαμάσου ἐπισκόπου Ῥώμης κατὰ Ἀπολιναρίου καὶ Τιμοθέου γραφέν.

Synodica DAMASI epiſcopi Romæ contra Apollinarium & Timotheum ſcripta.

Timothei damnationem petentibus Orientalibus, reſpondet eum cum impio dogmate ſuo jam a ſe damnatum, atque una cum magiſtro ſuo Apollinario ſedis apoſtolicæ judicio fuiſſe damnatum.

ΟΤι ἀποστολικῇ καθέδρᾳ τὴν ὀφειλομένην αἰδῶ ἡ ἀγάπη ὑμῶν ἀπονέμει, ἑαυτοῖς τὸ πλεῖστον παρέχετε, υἱοὶ τιμιώτατοι. καὶ γὰρ εἰ τὰ μάλιστα ἐν τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ, ἐν ᾗ ὁ ἅγιος ἀπόστολος καθεζόμενος ἐδίδαξε, πῶς προσήκει ἡμᾶς τοὺς οἴακας ἰθύνειν οὓς ἀνεδεξάμεθα, ὅμως ὁμολογοῦμεν ἑαυτοῖς ἐλάττονας εἶναι τῆς τιμῆς· ἀλλὰ διὰ τοῦτο οἱῳδήποτε τρόπῳ σπουδάζομεν, εἴ πως δυνηθείημεν πρὸς τὴν δόξαν τῆς μακαριότητος αὐτοῦ παραγενέσθαι.

Γινώσκετε τοίνυν, ὅτι τὸν πάλαι Τιμόθεον τὸν βέβηλον, τὸν μαθητὴν Ἀπολιναρίου τοῦ αἱρετικοῦ, μετὰ τοῦ ἀσεβοῦς αὐτοῦ δόγματος καθείλομεν, καὶ οὐδαμῶς πιστεύομεν αὐτοῦ τὰ λείψανα λόγῳ τινὶ τοῦ λοιποῦ ἰσχύειν· εἰ δ᾽ ἔτι ἐκεῖνος ὁ ὄφις ὁ παλαιὸς, ἅπαξ καὶ δεύτερον καταδηχθεὶς, πρὸς ἰδίαν τιμωρίαν ἀναζῇ, ὅστις ἐκτὸς τῆς ἐκκλησίας ὑπάρχει, ὃς σφῆλαι τοῖς ἑαυτοῦ θανατηφόροις φαρμάκοις τινὰς ἀπίστους διαπειράζων οὐ παύεται, ταύτην ὥσπερ φθοράν τινα ἐκκλίνατε· ὅμως μεμνημένοι τῆς ἀποστολικῆς πίστεως, ταύτης μάλιστα, ἥτις ἐν Νικαίᾳ παρὰ τῶν πατέρων ἐγγράφως ἐξετέθη, βεβαίῳ βαθμῷ ἰσχυρῶς τῇ πίστει ἀμετακίνητοι διαμείνατε, καὶ μὴ ματαιολογίας καὶ ἠφανισμένας ζητήσεις μετὰ τοῦτο ὑπομείνατε ἀκούειν τοὺς κληρικοὺς ἢ τοὺς λαϊκοὺς ὑμῶν. ἤδη γὰρ ἅπαξ τύπον ἐδώκαμεν, ἵνα ὁ γινώσκων ἑαυτὸν Χριστιανὸν, ἐκεῖνο φυλάττοι, ὅπερ παρὰ τῶν ἀποστόλων παρεδόθη, λέγοντος τοῦ ἁγίου Παύλου, εἴ τις ὑμᾶς εὐαγγελίζεται παρ᾽ ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω. ὁ γὰρ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ ὁ κύριος ἡμῶν τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων διὰ τοῦ ἰδίου πάθους πληρεστάτην ἀπέδωκε τὴν σωτηρίαν. ἵνα ὅλον τὸν ἄνθρωπον ταῖς ἁμαρτίαις ἐνεχόμενον, πάσης ἁμαρτίας ἐλευθερώσῃ. τοῦτον εἴ τις ἤτοι ἀνθρωπότητος ἢ θεότητος ἔλαττον ἐσχηκέναι εἴποι, πνεύματος διαβόλου πεπληρωμένος, τῆς γεέννης υἱὸν ἑαυτὸν ἀποδείκνυσι.

Τί τοίνυν πάλιν παρ᾽ ἐμοῦ ζητεῖτε τὴν καθαίρεσιν Τιμοθέου, ὃς καὶ ἐνταῦθα κρίσει τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας, παρόντος καὶ Πέτρου τοῦ ἐπισκόπου τῆς Ἀλεξανδρέων πόλεως, καθῃρέθη ἅμα τῷ διδασκάλῳ αὐτοῦ Ἀπολιναρίῳ; καὶ ἐν ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως τὰς ὀφειλομένας τιμωρίας καὶ βασάνους ὑπομενεῖ. εἰ δέ τινας κουφοτέρους πείθει ἐκεῖνος, ὥς τινα ἐλπίδα ἔχων, ὅστις τὴν ἀληθῆ ἐλπίδα τὴν εἰς Χριστὸν τῇ ὁμολογίᾳ μετέβαλε, μετὰ τούτου ὁμοίως ἀπολεῖται, ὅστις δήποτε βούλεται τῷ κανόνι τῆς ἐκκλησίας ἀντιπαλαίστας. ὁ Θεὸς ὑμᾶς ὑγιαίνοντας διαφυλάττοι, υἱοὶ τιμιώτατοι.

A I. QUod debitam apoſtolicæ ſedi reverentiam exhibet caritas veſtra, in eo vobis ipſis plurimum præſtatis, filii cariſſimi. Etſi enim maxime in ſancta eccleſia, in qua ſanctus Apoſtolus ſedens [1] docuit, decet nos quodam modo clavum tenere quem regendum ſuſcepimus; tamen hoc honore inferiores nos eſſe profitemur: atque idcirco omnibus modis laboramus, ut, ſi fieri poteſt, ad beatitudinis illius gloriam perveniamus.

II. Scitote igitur quod profanum olim Timotheum, Apollinarii hæretici diſcipulum, cum impio ejus dogmate damnavimus: nec reliquias ejus deinceps ulla ratione valituras eſſe confidimus. Quod ſi antiquus ille ſerpens, ſemel atque iterum percuſ- B ſus, adhuc in ſuum ſupplicium reviviſcit; quicumque ab Eccleſia extraneus eſt, qui letalibus ſuis venenis quoſdam infidelium aſſidue conatur inficere, [2] hunc vos tamquam peſtem quamdam declinate: & memores apoſtolicæ fidei, ejus maxime quæ Nicææ a patribus ſcripto eſt expoſita, firmo gradu ſtabiles in fide atque immobiles permanete, nec vaniloquia exſoletaſque quæſtiones a clericis aut laicis veſtris in poſterum audiri patiamini. Jam enim ſemel formam [3] dedimus, ut qui ſe Chriſtianum profitetur, id quod ab Apoſtolis traditum eſt cuſtodiat: cum ſanctus Paullus dicat: [a] *Si quis vobis evangelizaverit præter id quod accepiſtis, anathema ſit*. Chriſtus enim filius Dei Dominus noſter generi C humano pleniſſimam ſalutem paſſione ſua contulit: ut totum hominem peccatorum nexibus implicatum, ab omni peccato liberaret. Hunc ſi quis humanitatem aut divinitatem imperfectam habuiſſe dixerit; is ſpiritu diaboli plenus, ſe filium gehennæ oſtendit.

III. Quid igitur depoſitionem Timothei a me denuo poſtulatis, qui & heic judicio ſedis apoſtolicæ [4], præſente etiam Petro Alexandrinæ urbis epiſcopo, depoſitus eſt una cum magiſtro ſuo Apollinario, & in die judicii debita ſupplicia ac tormenta patietur? Quod ſi leviores quoſdam homines in ſuam ſententiam perducit, quaſi ſpem aliquam habens, qui veram ſpem in Chriſtum ſua confeſſione D mutavit; cum illo pariter peribit, quiſquis Eccleſiæ regulæ vult repugnare. Deus vos incolumes ſervet, filii cariſſimi.

a Gal. I. 8.

1. Locum hunc Epiphanius ita latine reddidit: *Nam licet Eccleſiæ, in qua ſanctus Apoſtolus reſidens docuit, quodam modo nos gubernacula, quæ ſuſcepimus, teneamus.* Chriſtophorſonus vero, *Nam tametſi in ſancta eccleſia, in qua ſanctus Apoſtolus ſedens nos docuit quo pacto illius gubernacula, quæ ſuſcepimus, tractanda ſint.* Demum Sirmondus: *Etenim ut maxime in ſancta eccleſia, in qua ſedens ſanctus Apoſtolus docuit quomodo nobis tractanda ſint gubernacula quæ ſuſcepimus.* COUTANT.

2. Epiphanius aliique interpretes, Valeſio excepto, græcæ litteræ inſtar, *hanc*. Sed in textu legendum forte, τοῦτον. ID.

3. Hujuſmodi formam dedit Damaſus in confeſſione fidei, quæ epiſtolæ III. ad Paullinum ſubnexa eſt. ID.

4. In ſynodo ſcilicet Romana, cujus fragmenta exhibet ſuperior epiſtola II. ID.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.



EPISTOLA X.

DAMASI PAPÆ AD HIERONYMUM [1]

Quid apud Hebræos sonet Hosanna, *perspicue sibi explicari rogat.*

Dilectissimo filio HIERONYMO [2] DAMASUS episcopus in Domino salutem.

COmmentaria cum legerem græco latinoque sermone in Evangeliorum interpretatione a nostris, id est orthodoxis viris, olim ac nuper scripta de eo quod legitur, [a] *Hosanna filio David*; non solum diversa, sed etiam contraria sibimet proferunt. [3] Dilectionis tuæ est, ut ardenti illo strenuitatis ingenio, abscisis opinionibus, ambiguitatibusque supplosis, quid se habeat apud Hebræos, [4] vivo sensu scribas: ut & de hoc, sicut & de multis, tibi curæ nostræ in Christo Jesu gratias referant.

a Matth. XXI. 9.

1. Inter Hieronymianas edit. Vallars. n. XIX. al. CXXIV.
2. In ms. Navar. tantum secundis curis heic adjicitur *presbytero*. COUTANT.
3. Navar. ms. *Ideo dilectionis tuæ affectum rogamus, ut*. ID. — Mox, codex antiquiss. Vat. 355. *ardenti illo studium ætatis ingenio*. Forte leg. uno verbo *studiositatis*: quod vocabulum etsi longe barbarum heic loci magis quam *strenuitatis* placet. VALLARS.
4. Idem codex, *vivi sensus*, COUTANT.

EPISTOLA XI.

seu rescriptum Hieronymi [1] ad DAMASUM papam.

DE HOSANNA.

Quid hæc vox secundum Hebræum fontem sibi velit.

I. MUlti super hoc sermone diversa finxerunt: e quibus noster Hilarius in commentariis Matthæi [2] ita posuit: *Hosanna* hebraico sermone significatur, *Redemtio domus David*. Primum *redemtio* lingua hebræa PHEDUTH interpretatur, deinde *domus* BETH. David vero in hoc loco non esse nomen insertum omnibus patet. Alii opinati sunt *hosanna* gloriam dici; porro *gloria* CHABOD appellatur: nonnulli gratiam, cum *gratia* THODA sive ANNA nuncupetur.

II. Restat ergo, ut omissis opinionum rivulis, ad ipsum fontem, unde ab Evangelistis sumtum est, recurramus. Nam quomodo illud neque in græcis, neque in latinis codicibus possumus invenire, [a] *Ut compleretur id quod dictum est per Prophetas, Quoniam Nazareus vocabitur*; & illud, [b] *Ex Ægypto vocavi filium meum*: ita & nunc ex hebræis codicibus veritas exprimenda est, unde in hanc vocem vulgus & maxime consona inter se parvulorum turba proruperit, dicente Matthæo: [c] *Turbæ autem quæ præcedebant, & quæ sequebantur, clamabant dicentes, Hosanna filio David, Benedictus qui venit in nomine Domini, hosanna in excelsis*. Marcus vero ita posuit: [d] *Clamabant dicentes, Hosanna, benedictus qui venit in nomine Domini, benedictum quod venit in nomine Domini regnum patris nostri David, hosanna in excelsis*. Joannes quoque pari voce consentit; [e] *Et clamabant, Hosanna, benedictus qui venit in nomine Domini rex Israel*. Solus Lucas verbum *hosanna* non posuit, in reliqua interpretationis parte consentiens: [f] *Benedictus qui venit rex in nomine Domini, pax in cælo, & gloria in excelsis*. Igitur, ut diximus, ipsa verba hebræa ponenda sunt, & omnium interpretum opinio digerenda: quo facilius quid super hoc sentiendum sit, [3] ex retractatione cunctorum ipse sibi lector inveniat.

III. In CXVII. psalmo, ubi nos legimus, [g] *O Domine salvum me fac, o Domine bene prosperare; benedictus qui venit in nomine Domini*, in hebræo legitur, ANNA ADONAI, OSIANNA; ANNA ADONAI, ASLIANNA: BARUCH ABBA BASEM ADONAI. Quod Aquila, Symmachus, Theodotio & Quinta editio, ne quid in latino mutare videamur, ita exprimunt; *ὦ δὴ κύριε [4] σῶσον δὴ, ὦ δὴ κύριε εὐόδωσον δὴ, εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι τοῦ κυρίου*. Sola Sexta editio cum interpretibus Septuaginta ita congruit, ut ubi ceteri posuerunt ὦ δὴ, illi scripserint ὦ. Et quia OSIANNA, quod nos corrupte, propter ignorantiam dicimus OSANNA, *salvifica* sive *salvum fac* exprimatur, omnium interpretatione signatum est: nunc illud in cura est, quid sine adjectione *salvandi* solus ANNA sermo significet. Sciendumque quia in hoc loco ter dicatur ANNA, & primum quidem ac secundum iisdem litteris scribitur ALEPH, NUN, HE, tertium vero HE, NUN, HE. Symmachus igitur, qui in CXVII. psalmo cum omnium interpretatione consenserat, ut nobis manifestiorem tribueret intellectum, in CXIV. psalmo, ubi dicitur, [h] *O Domine libera animam meam*, ita interpretatus est: *Obsecro Domine, libera animam meam*. Ubi autem Septuaginta ὦ, & ille *obsecro*, transtulerunt, Aquila & ceteris editionibus ὦ δὴ interpretantibus, in hebræo scribitur ANNA, verum ita ut in principio ALEPH habeat, non HE. Ex quo animadvertimus, si ex ALEPH scribatur ANNA, significari *obsecro*: sin autem ex HE, esse conjunctionem sive interjectionem, quæ apud Græcos ponitur δὴ, & est in σῶσον δὴ cujus interpretationem latinus sermo non exprimit.

IV. Sed quoniam hæ minutiæ & istiusmodi di-

a Matth. II. 23. *b* Ibid. ℣. 15. Osee XI. 2. *c* Matth. XXI. 2. *d* Marc. XI. 9. *e* Joan. XII. 14. *f* Luc. XIX. 38. *g* Psalm. CXVII. 25. *h* Psalm. CXIV. 5.

1. In edit. Vallars. n. XX. al. CXLV.
2. Cap. XXI. n. 3.
3. Cisterc. ms. *ex tractatione*. Mox plerique editi, *lector quid sequatur. inveniat*. VALLARS.
4. Nav. ms. *σῶσόν με*, COUTANT.

ſputationis arcanum, propter barbariem linguæ pariter ac litterarum, legenti moleſtiam tribuunt, ad explanandi compendium venio, ut dicam de CXVII. pſalmo, qui manifeſte de Chriſto prophetat, & in ſynagogis Judæorum [1] celeberrime legebatur, unde & populis notior erat, hos verſus eſſe aſſumtos, quod ille qui repromittebatur de genere David, venerit ſalvaturus Iſrael, dicente David: [a] *Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli: a Domino* [2] *factum eſt. Hic eſt mirabilis in oculis noſtris. Hæc eſt dies quam fecit Dominus, exſultemus & lætemur in ea. O Domine ſalvum me fac, o Domine bene proſperare: benedictus qui venit in nomine Domini. Benediximus vobis de domo Domini: Deus Dominus & illuxit nobis.* Unde & Evangeliſtarum ſcriptura commemorat [b], Phariſæos & Scribas [3] hac indignatione commotos, quod viderent populum pſalmi prophetiam ſuper Chriſto intelligere completam, & clamantes parvulos *Oſanna filio David*, dixiſſe ei: *Audis quid iſti loquuntur?* & Jeſum reſpondiſſe eis: *Numquam legiſtis, quia* [c] *ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem?* centeſimum decimum-ſeptimum pſalmum octavi pſalmi aſſertione firmantem. Et de eo quidem, quod facile exprimi poterat, *Benedictus qui venit in nomine Domini*, omnium Evangeliſtarum ſcriptura conſentit: de verbo autem OSIANNA, quia in græcum non poterant transferre ſermonem, ſicut in Alleluia & in Amen, & in pleriſque factum videmus, ipſum hebræum poſuerunt, dicentes OSIANNA. Lucas igitur, qui inter omnes Evangeliſtas græci ſermonis eruditiſſimus fuit, quippe ut medicus, & qui [4] Græcis Evangelium ſcripſerit, quia ſe vidit proprietatem ſermonis transferre non poſſe, melius arbitratus eſt tacere, quam id ponere quod legenti faceret quæſtionem.

V. Ad ſummam, ſicuti nos in lingua latina habemus interjectiones quaſdam, ut inſultando dicamus *vah*, & in admirando *papæ*, & in dolendo A *heu*, & quando ſilentium volumus [5] imponere, ſtrictis dentibus ſpiritum coartamus, & agimus tantum ſibilum inſonando *ſtb*: ita Hebræi inter reliquas proprietates linguæ ſuæ habent interjectionem, ut quando volunt Dominum deprecari, [6] ponant verbum petentis affectu, & dicant ANNA DOMINE, quod Septuaginta dixerunt *O Domine*. OSI ergo *ſalvifica* interpretatur: ANNA interjectio deprecantis eſt. Si ex duobus his velis compoſitum verbum facere, dices, OSIANNA, ſive ut nos loquimur OSANNA media vocali littera eliſa. Sic facere ſolemus [7] in verſibus Virgilii, quando pro *me ne incœpto deſiſtere victam*, ſcandimus, *men incœpto*. ALEPH namque littera prima verbi ſequen- B tis extremam prioris verbi AIN veniens excluſit. Quapropter ut ad quæſtionis originem revertamur, ubi nos legimus in latino, *O Domine ſalvum me fac, o Domine bene* [8] *complace, benedictus qui venit in nomine Domini*, juxta hebræum ſenſum legere poſſumus, *Obſecro Domine ſalvum fac, obſecro Domine proſperare, obſecro benedictus qui venit in nomine Domini. Salvum* autem *fac* dicitur, ut ſubaudiamus populum tuum Iſrael, ſive generaliter mundum. Denique Matthæus, qui Evangelium hebræo ſermone conſcripſit, ita poſuit, OSANNA BARRAMA, id eſt, *oſanna in excelſis*: quod Salvatore naſcente ſalus in cælum uſque, id eſt etiam ad excelſa pervenerit, pace facta non ſolum in terra, ſed C & in cælo; ut jam dici aliquando ceſſaret, [d] *Inebriatus eſt gladius meus in cælo*.

VI. Hæc interim juxta mediocritatem ſenſus mei breviter ſtrictimque dictavi: Ceterum ſciat beatitudo tua, in iſtiuſmodi diſputationibus moleſtiam in legendo non debere ſubrepere: quia facile & nos potuimus aliquid ementiri, quod ex una voce ſolveret quæſtionem, ſicut & ceteros feciſſe monſtravimus: ſed magis condecet ob veritatem laborare paulliſper, & peregrino aurem accommodare ſermoni, quam de aliena lingua fictam [9] referre ſententiam.

a Pſalm. CXVII. 22-27. *b* Matth. XXI. 15. 16. Luc. XIX. 39. 40. *c* Pſalm. VIII. 3. *d* Iſa. XXXIV. 5.

1. Vallarſiana editio, *crebrerrime*. Et ſtatim ibid. pro *legebatur* mſs. duo *legitur*.

2. In mſ. Navar. 2ª. manu ut in mſ. pſalterio S. Germani & apud Cyprianum lib. 2. Teſtimon. *factus eſt*. COUTANT. — Victorius, factus eſt hic; & eſt mirabilis.

3. Idem mſ. *ſuper hæc indignatos, quod*. COUTANT.

4. Codex Nav. *in Græcis*. ID.

5. In eodem mſ. ac German. *impetrare, ſtrictis dentibus ſpiritum coarctamus, & cogimus inſonandum: ita*. ID.

6. Mſs. duo probæ notæ, *ponant verbum exprimens petentis affectum*. Et paullo poſt, *Ergo quod eſt* OSI, *ſalvifica interpretatur*, VALLARS.

D 7. Iidem mſs. cum Ciſterc. *in verſibus, ut eſt illud Virgilii*. ID.

8. Sic editi ac mſs. uno conſenſu legunt heic loci, quum tamen ſuperius *bene proſperare* conſtanter prætulerint. ID.

9. In noviſs. edit. Hieron *fictam ferre ſententiam*, & in notis obſervatur pluribus in mſs. circumferri, *fictam*, alibi *falſam referre ſententiam*; hincque factum, ut duplici illa lectione ſimul juncta, in aliquot editis & ſcriptis libris obtineat *fictam falſamve referre ſententiam*. Quia vero heic de eo potius qui docetur quique aurem ſimul accommodat, quam de eo qui docet ac loquitur, ſermo eſt, magis placet *referre*, quam *ferre*. COUTANT.

EPISTOLA XII.

DAMASI PAPÆ AD HIERONYMUM [1]

Quanta aviditate Hieronymi ſcripta lectitet. Cur non pari ſtudio legat Lactantii libros. Ut ſubjectas quæſtiones ſibi Hieronymus paucis ſolvat.

Dilectiſſimo filio HIERONYMO DAMASUS.

I. DOrmientem te, & longo jam tempore legentem potius, quam ſcribentem, quæſtiunculis ad te miſſis excitare [2] diſpoſui: non quo & E legere non debeas; hoc enim veluti quotidiano cibo alitur & pingueſcit oratio: ſed quod lectionis fructus ſit iſte, ſi ſcribas. Itaque quoniam & [3] heri tabellario ad me remiſſo, nullas te jam epiſtolas habere dixiſti, exceptis his quas aliquando in ere-

1. Edit. Vallars. n. XXXV. al. CXXIV.

2. Duo mſs. *debui*: quod & habet Navar. 2. manu. COUTANT.

3. Baronius ad ann. 378. cum in animum ſuum induxiſſet, epiſtolam hanc ab Hieronymo Jeroſolymis acceptam fuiſſe, hic legendum exiſtimavit *quoniam Etberio tabellario*: quod & Marianus arripuit. Verum lectionem veterum codicum conſenſu acceptam non mutandam eſſe, ipſa Hieronymi in epiſtolæ ſequentis exordio verba confirmant. ID.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.



mo dictaveras, quasque tota aviditate legi atque descripsi; [1] & ultro pollicitus es te furtivis noctium operis aliquas, si vellem, posse dictare; libenter accipio ab offerente, quod [2] rogare volueram etiam si negasses. Neque vero ullam puto digniorem disputationis nostræ confabulationem fore, quam si de Scripturis sermocinemur inter nos; id est, ut ego interrogem, tu respondeas. Qua vita nihil puto in hac luce jucundius; quo animæ pabulo omnia mella superantur. [a] *Quam dulcia*, inquit Propheta, [3] *gutturi meo eloquia tua, super mel ori meo.* Nam cum idcirco, ut ait præcipuus orator, homines a bestiis differamus, quod loqui possumus: qua laude dignus est, qui in ea re ceteros superat, in qua homines bestias antecellunt?

II. Accingere igitur, & mihi quæ subjecta sunt differe, servans [4] utrobique moderamen, ut nec proposita solutionem desiderent, nec epistola brevitatem. Fateor quippe tibi, eos quos mihi jam pridem Lactantii dederas libros, ideo non libenter lego: quia & plurimæ epistolæ [5] hujus usque ad mille spatia versuum tenduntur, & raro de nostro dogmate disputant: quo fit, ut & legenti fastidium generet longitudo; & si qua brevia sunt, scholasticis A magis sint apta, quam nobis, de metris & regionum situ & philosophis [6] disputantia.

I. Quid sibi vult quod in Genesi scriptum est: [b] *Omnis qui occiderit Cain, septem vindictas exsolvet?*

II. Si omnia Deus fecit bona valde, quare Noe de mundis & immundis animalibus præcepit, cum immundum nihil bonum esse possit? & in novo Testamento, post visionem quæ Petro fuerat ostensa dicenti: [c] *Absit Domine a me, quoniam commune & immundum numquam introivit in os meum*, vox de cælo responderit, *Quod Deus mundavit, tu commune ne dixeris?*

B III. Cur Deus loquitur ad Abraham, quod [d] quarta progenie filii Israel essent de Ægypto reversuri, & postea Moyses scribit: [e] *Quinta autem progenie exierunt filii Israel de terra Ægypti?* quod utique nisi exponatur, videtur esse contrarium.

IV. Cur Abraham fidei suæ signum in circumcisione suscepit?

V. Cur Isaac, vir justus & Deo carus, non illi cui voluit, sed cui noluit, deceptus errore benedixit?

a Psalm. CXVIII. 103. *b* Gen. IV. 15. *c* Act. X. 14. 15. *d* Gen. XV. 16. *e* Exod. XIII. 18. sec. LXX.

1. Vat. cod. *& quia pollicitus es*: idemque mox, *furtivi noctium operis*. At alii plures; *furtivis noctium horis*, vel *operibus*. VALLARS.

2. Navar. ms. *rogitare volueram*. Tum Marian. cum pluribus mss. omittit *etiam*. COUTANT.

3. In ms. Navar. *inquit Propheta, super mel* (extra lineam ab eadem manu additur *& favum*) *ori meo eloquia tua Domine. Nam.* ID.

4. Idem codex, *utrumque*, & mox *epistolæ*. ID.

5. Veteres editi, *in eis*: renitentibus mss. ID.

6. In nonnullis edit. *disputantibus*: quod referri potest ad verbum *scholasticis*. Pessime autem in aliquot mss. C *disputandis*. Præferendum cum ceteris, *disputantia*, hoc est, *quæ raro de nostro dogmate, sed de metris & regionum situ & philosophis disputant*. Nomine *scholasticorum* heic intelliguntur ii, quos *grammaticos* vocamus: & de quibus idem Hieronymus supra epist. VI. n. IV. ait, *Tota sæcularium litterarum* SCHOLA *nibil aliud hypostasim nisi usiam novit*. ID.

EPISTOLA XIII.

HIERONYMI AD DAMASUM [1].

Quæstionibus a Damaso propositis respondet, omissis duabus, de quibus Novatianus Tertullianus & Origenes disseruerunt.

Beatissimo papæ DAMASO HIERONYMUS.

I. POstquam epistolam tuæ sanctitatis accepi, confestim accito notario, ut exciperet imperavi: quo ad officium præparato, quod eram voce promturus, ante mihi cogitatione pingebam. Interim jam & ego linguam & ille articulum movebamus, cum subito Hebræus intervenit, deferens non pauca volumina, quæ de synagoga quasi lecturus acceperat. Et illico habes, inquit, quod postulaveras: meque dubium, & quid facerem nescientem, ita festinus exterruit, ut omnibus prætermissis ad scribendum transvolarem: quod quidem usque ad præsens facio. Verum quia [2] heri diacono ad me misso, ut tu putas epistolam, ut ego sentio, commentarium te exspectare dixisti, brevem responsionem ad ea desiderans, quæ singula magnorum voluminum prolixitate indigent; [3] ταῦτά σοι ἐσχεδίασα, duabus tantum quæstiunculis prætermissis: non quo non potuerim & ad illas aliquid respondere; sed quod ab eloquentissimis viris, Tertulliano [4] nostro scilicet & Novatiano, latino sermone sint editæ; & si nova voluerimus afferre, sit latius disputandum. D Certe exspecto quid placeat: utrumne epistolari brevitate sententias tibi velis digeri, aut singulorum libros confici. Nam & Origenes in quarto Paulli ad Romanos [5] ἐξηγήσεων tomo de circumcisione magnifice disputavit, & de mundis atque immundis animalibus in Levitico plura disseruit: ut si ipse invenire nihil possem, de ejus tamen fontibus mutuarer. Et ut verius loquar, Didymi de Spiritu sancto librum in manibus habeo, quem translatum tibi cupio dedicare: ne me existimes tantummodo dormitare, qui lectionem sine stilo somnum putas. Antelatis itaque problematibus, quæ epistolæ tuæ subjeceras, quid mihi videretur annexui, veniam postulans, & festinationis pariter & morarum: festinationis, quia ad unam lucubratiunculam E dictare voluerim multorum opus dierum; tarditatis, quia alio opere detentus, non statim ad interrogata rescripsi.

1. Edit. Vallars. n. XXXVI. al. CXXV.

2. Heic Marianus ex præconcepta opinione substituit, *Etherio diacono*. renitentibus veteribus libris editis ac scriptis, & historica veritate. COUTANT.

3. Hoc est, *hæc tibi ex tempore elaboravi*. ID.

4. In ms. Morbac. ut & 1. manu in Navar. desideratur *nostro*; quo nomine latinum auctorem Hieronymus designat. Sic & infra n. 16. Victorinus, quomodo in superiori epistola XI. n. 1. Hilarius, *noster*, ab eo appellatur. ID.

5. Unus e mss. Colb. ἐξηγητικῶν. Vox ἐξηγήσεων *enarrationes* seu *commentarios* sonat. ID.

Quid sibi vult quod in Genesi scriptum est: Omnis qui occiderit Cain, septem vindictas exsolvet.

II. Antequam de quæstione dicamus, rectum videtur ut editiones interpretum singulorum cum ipso hebraico [1] conferentes sermone, digeramus, quo facilius Scripturæ sensus possit intelligi. VAJOMER LO ADONAI: LOCHEN CHOL OREG CAIN SOBATHAIM JOCCAMO. Aquila, [a] *Et dixit ei Dominus: Propterea omnis qui occiderit Cain, septempliciter ulciscetur.* Symmachus, *Et dixit ei Dominus: Non sic, sed omnis qui occiderit Cain,* [2] *hebdomas, sive septimus vindicabitur.* Septuaginta & Theodotio, *Et dixit* B *ei Dominus: Non sic, sed omnis qui occiderit Cain, septem vindictas exsolvet.* Postquam Cain occiderat fratrem, interrogatus a Domino, [b] *Ubi est Abel frater tuus?* contumeliose respondit: *Nescio: numquid custos fratris mei sum?* Quamobrem maledictione damnatus, ut gemens & tremens viveret super terram, noluit veniam deprecari: sed peccatis peccata congeminans, tantum putavit nefas, cui a Domino non posset ignosci. Denique respondit Domino: [c] *Major caussa mea est, quam ut dimittar,* id est, plus peccavi quam ut merear absolvi. *Ecce ejicis me hodie a facie terræ, & a facie tua abscondar, & ero gemens & tremens super terram: & erit, omnis qui invenerit me, occidet me.* Ejicior, C inquit, a conspectu tuo: & conscientia sceleris [3] lucem ipsam ferre non sustinens, abscondar ut latitem. *Eritque, omnis qui invenerit me, occidet me:* dum ex tremore corporis, [4] & furiatæ mentis agitatu, eum esse intelligit, qui mereatur interfici. Verum Deus nolens eum compendio mortis finire cruciatus, nec tradens pœnæ qua se ipse damnaverat, ait: *Non sic,* id est, non ut æstimas morieris, & mortem pro remedio accipies: verum vives usque ad septimam generationem, & conscientiæ tuæ igne torqueberis; ita ut quicumque te occiderit, secundum duplicem intelligentiam, aut in septima generatione, aut septimo te, liberet cruciatu. Non quod ipse, qui occiderit Cain, septem ultionibus D subjiciendus sit; sed quod septem vindictas, quæ in Cain tanto tempore cucurrerunt, solvat interfector, occidens eum qui vitæ fuerat derelictus ad pœnam.

III. Ut autem quod dicimus manifestius fiat, quotidianæ consuetudinis ponamus exemplum. Loquatur inter verbera servus ad dominum: Quia incendi domum tuam, & universam substantiam tuam dissipavi, interfice me. dominusque respondeat: Non ut vis morieris, & finies morte supplicia: verum longo tempore custodieris ad vitam, & tam infeliciter in hac luce versaberis, ut quicumque te occiderit, beneficium præstet occiso, dum te de tam multis liberet cruciatibus. Et secundum Septuaginta E A quidem editionem hic nobis sensus videtur.

IV. De eo autem quod Aquila posuit, *septempliciter;* & Symmachus, [5] *hebdomas sive septimus ulciscetur:* majorum nostrorum ista sententia est, quod putant in septima generatione a Lamech interfectum Cain. Adam quippe genuit Cain, Cain genuit Enoch, [d] Enoch [6] genuit Irad, Irad genuit Maviael, Maviael genuit Mathusala, Mathusala genuit Lamech, qui septimus ab Adam, non sponte, ut in quodam hebræo volumine scribitur, interfecit Cain: ut ipse postea confitetur, [e] *quia virum occidi in vulnere meo, & juvenem in livore meo: quoniam septies vindicabitur de Cain, de Lamech autem septuagies septies.* Hoc quidem de Cain, quod in septima generatione a Lamech interfectus sit, & juxta aliam editionem pœnam [7] sui sceleris dederit, quod tot generationibus gemens & tremens viveret super terram, nihil obscuri arbitror remansisse.

V. Nunc illud quod non interrogaveras, dum aliud agimus, irrepsit: Quæ sint septuaginta septem vindictæ, quæ in Lamech exsolvendæ sint. Ajunt, ab Adam usque ad Christum generationes septuaginta septem. Lege Lucam evangelistam [f], & invenies ita esse ut dicimus. Sicut ergo septima generatione Cain peccatum est dissolutum; non enim vindicabit Deus bis in idipsum, & qui semel recepit mala in vita sua, non eosdem cruciatus patietur in morte, quos est passus in vita: ita & Lamech peccatum, id est, totius mundi, atque sanguinis qui effusus est, Christi [8] solvetur adventu: qui tulit mundi peccata, qui [g] lavit amictum suum in sanguine uvæ, & [h] torcular calcavit solus: qui de Edom ad cælum rubicundus adscendens, clamantibus Angelis miraculum præbuit: [i] *Elevate portas principes vestras, & introibit rex gloriæ,* & cetera. Referebat mihi quidam Hebræus in apocryphorum libris septuaginta septem animas ex Lamech progenie reperiri: quæ diluvio deletæ sint: & in hoc numero de Lamech factam esse vindictam, quod genus ipsius usque ad cataclysmum perseveraverit.

VI. Alii de septem vindictis Cain varia suspicantur. Primum ejus afferunt fuisse peccatum, quod non recte diviserit. Secundum, quod inviderit fratri suo. Tertium, quod dolose egerit, dicens: [k] *Transeamus in campum.* Quartum, quod interfecerit. Quintum, quod procaciter negaverit, dicens: [l] *Nescio, numquid custos fratris mei sum?* Sextum, quod se ipsum damnaverit, dicens: [m] *Major culpa mea est, quam ut dimittar.* Septimum, quia nec damnatus egerit pœnitentiam, secundum Ninivitas [n] & Ezechiam regem Juda [o], qui imminentem mortem lacrymis distulerunt, ut qui damnati fuerant, non perirent, sed agentes pœnitentiam, impetrarent misericordiam Dei. Nam tradunt illum a clementissimo Deo ideo usque ad septem generationes fuisse dilatum, ut saltem malis ipsis & [9] longævitate

a Gen. IV. 15. *b* Ibid. ℣. 9. *c* Ibid. ℣℣. 13. 14. *d* Gen. IV. 18. *e* Ibid. ℣. 23. *f* Luc. III. *g* Gen. XLIX. 11. *h* Isa. LXIII. 3. *i* Psalm. XXIII. 7. *k* Gen. IV. 8. *l* Ibid. ℣. 9. *m* Ibid. ℣. 10. *n* Jon. III. 4. *o* Reg. 20.

1. In septem mss. desideratur *conferentes sermone*. COUTANT.

2. Apud Erasm. *hebdomada*. In pluribus aliis libris, *hebdomadas*. In ms. Navar. legere est, *hebdomadas septem seu septies vindicabitur*. Aliquis forsitan mallet *hebdomos*, quod nomen græcum latine vertitur *septimus*. Subnexa Hieronymi interpretatio suadet eum legisse *hebdomas*, quod est *septenarius numerus*. ID.

3. In vulgatis heic additur *tremebundus*: quod abest a pluribus mss. Neque etiam hanc vocem postulat ea textus pars, quam Hieronymus explicat. ID.

4. Plurimi ms. *& furiato mentis agitatu eum esse intelligeret*; vel, *& furiata* (Colb. German. ac Navar. *& furiatæ*) *mentis agitatum eum esse intelligit*; aut, *agitatum se esse intelligit*. ID.

5. Nav. ms. rursum heic ut supra, *hebdomadas septem sive septies ulciscetur*. Colb. *hebdomadas sive septies ulciscetur*. German. *hebdomadas sive septimus* &c. ID.

6. Codex Nav. cum German. *genuit Cainan, Cainan genuit Malaleel, Malaleel genuit Matusalam, Matusalam genuit*. Colb. cum Morbac. *genuit Gaidad, Gaidad genuit Maleleel genuit Matusalam* &c. ID.

7. Quinque mss. *suis sceleribus dederit*. Tum ms. Navar. cum Colb. & German. proxime subjicit, *nihil obscuri*, omissis intermediis. ID.

8. Hac vulgata lectione rejecta, rescripsit *solveretur* Vallarsius.

9. Plures mss. *longæ vitæ mærore*. Mox editi, *ut mereretur*. COUTANT.

mæroris compulsus, pœnitentiam ageret, & mereretur absolvi.

VII. Nonnulli septenarium numerum plenum & perfectum interpretantur, de multis Scripturarum locis testimonia contrahentes: & hunc esse sensum quem supra perstrinximus, quod qui [1] interfecerit Cain, ab ingenti eum afflictione, & omnia supplicia transeunte liberet pœna.

VIII. Sunt autem qui & de Evangelio interrogationem Petri replicent: [a] *Domine, quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei: usque septies? Dicit ei Jesus, Non dico tibi usque septies, sed usque septuagies septies.* Et putant mortem atque peccatum in septima progenie sabbatizasse, quando Enoch raptus est, [b] *& non inveniebatur, quia transtulit illum Deus.* De septuaginta autem septem, illam expositionem sequuntur, in adventu Christi, mortis atque peccati aculeum esse confractum.

IX. Ponam & aliam opinionem, ne quid videar prætergressus. Quidam septimum annum remissionis, & quinquagesimum jubilei, & quadringentesimum nonagesimum, quod volunt intelligi septuagies septies, multis modis interpretantur: afferentes ob hanc caussam quinquagesimi & quingentesimi numeri [2] sacrati in Evangelio [c] positum debitorem: & quinquagesimum psalmum pœnitentiæ, qui septem conficitur septimanis, & in principium ogdoadis erumpit. Verum ne longius sermo procedat, huc usque super hoc locutum esse sufficiat; quia ex his, quæ respersimus, ingentem tibi disputationis silvam poteris ipse conficere: sciens Origenem, duodecimum & tertiumdecimum in Genesim librum de hac tantum quæstione dictasse.

Cur Deus loquitur ad Abraham, quod quarta progenie filii Israel essent de Ægypto reversuri: & postea Moyses scribit, Quinta autem progenie adscenderunt filii Israel de terra Ægypti? Quod utique nisi exponatur, videtur esse contrarium.

X. Hoc vero problema cum legissem, cœpi mecum tacitus æstuare, & e vestigio Genesim Exodumque percurrens, reperi loca, in quibus scripta sunt quæ videntur facere quæstionem. Ac primo æstimabam, spiritalibus spiritalia comparans, indissolubilia esse, sicut & multa sunt alia. Nam & Mathusalam quatuordecim annos post diluvium vixisse scribitur, nec tamen ingressus est arcam cum Noe. Et cum ipse Deus locutus sit ad Abraham, [d] *Sciendo scies, quia peregrinum erit semen tuum in terra non sua, & in servitutem redigent eos, & affligent & humiliabunt eos annis quadringentis:* postea Moyses scribit in Exodo, [e] *Et factum est post quadringentos & triginta annos, exivit omnis* [3] *potentia Domini de terra Ægypti.* Agar quoque Ismaelem quasi lactentem & tenerum portat in humeris, cum [4] decem & octo ferme & amplius reperiatur annorum: & ridiculum sit tam grandem juvenem matris sedisse cervicibus. Roboam vero filius Salomonis quadragesimo primo ætatis suæ anno regni sumsit exordium, & regnavit in Jerusalem annis sedecim: cum utique pater ejus duodecimo anno regnare incipiens, annis quadraginta regnaverit, & undecimo filium generare non quiverit.

XI. Dum hæc & multa hujusmodi mecum solicitus volverem, aperuit mihi ostium qui habet clavem David, & introduxit me in cubiculum suum, posuitque in foramine petræ: ut post spiritum sævientem, post terræ meæ motum, post incendium ignorantiæ quo urebar, vox ad me auræ lenioris accederet, diceremque, [f] *Inveni quem quæsivit anima mea: tenebo eum, & non dimittam.* ETENIM CUM videatur Scriptura inter se esse contraria, utrumque verum est, cum diversum sit. Egressi sunt quarta generatione filii Israel de terra Ægypti. Replica genealogiam Levi. [g] Levi genuit Caath, Caath genuit Amram, Amram genuit Aaron, Aaron genuit Eleazar, Eleazar genuit Phinees. Caath cum patre suo Levi ingressus est Ægyptum. Rursum Eleazar cum patre suo Aaron egressus est de Ægypto. A Caath usque ad Eleazar computantur, generationes quatuor: licet quidam velint ab Amram [5] incipere & ad Phinees, ut nos in Eleazarum fecimus, pervenire. Si vero volueris disparem numerum ostendere, quomodo secundum Exodum quinta generatione egressi sint filii Israel de terra Ægypti, tribus tibi Judæ & ordo numeretur. Juda genuit Phares, Phares Esrom, Esrom genuit Aram, Aram genuit Aminadab, Aminadab genuit Naason, Naason genuit Salmon. Phares cum patre suo Juda ingressus est Ægyptum: Naason princeps tribus Juda in deserto describitur, cujus filius Salmon terram repromissionis intravit. Computa a Phares usque ad Naason, & invenies generationes quinque: tametsi nonnulli, ut in tribu Levi ostendimus, in Esrom initium faciant, & ad Salmon usque perveniant.

XII. Puto problema dissolutum: quod si displicet, ad compendium veniam, & dicam in Hebræo non esse diversum. Aquila namque, qui non contentiosius, ut quidam putant, sed studiosius verbum interpretatur ad verbum, in eo loco ubi Septuaginta posuerunt, [h] *Quinta autem generatione adscenderunt filii Israel de terra Ægypti*, ita transtulit: Καὶ [6] ἐνοπλισάμενοι ἀνέβησαν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ ἀπὸ τῆς γῆς Αἰγύπτου, id est, *Et armati adscenderunt filii Israel de terra Ægypti.* Licet pro eo quod nos *armati* diximus, secundum Græci sermonis ambiguitatem *instructi*, sive *muniti*, propter suppellectilem qua Ægyptios spoliaverunt, possit intelligi.

XIII. Æstimanti curiositatem esse finitam, major quærendi ardor exoritur: & ad similitudinem Jeremiæ [i] dissolvor undique, & ferre non possum: quare Septuaginta *quintam generationem*, & Aquila transtulerit *armatos*. Volumen hebræum replico, quod [k] Paullus [7] φελόνην juxta quosdam vocat, & ipsos characteres solicitus attendens, scriptum reperio: VAMUSIM ALU BNE ISRAEL MEAREZ MESRAIM. In reliqua parte interpretationes non discordant: omnis

a Matth. XVIII. 21. 22. *b* Gen. V. 24. *c* Luc. VII. 41. *d* Gen. XV. 13. *e* Exod. XII. 41. *f* Cant. III. 4. *g* 1. Paral. VI. *h* Exod. XIII. 18. *i* Jer. XX. *k* II. Tim. IV. 13.

1. Nav. ms. *interficeret . . . liberaret*. COUTANT.
2. Septem mss. *sacrate in*. ID.
3. Edit. Bened. *omnis populus Domini*. Græcus autem cui etiam Hebræus consentit, *πᾶσα ἡ δύναμις*, *omnis potentia*, quod ex quindecim Hieronymianis mss. nos etiam expressimus. VALLARS. — Sic & apud Coutantium mss. Colb. German. & Navar.
4. Quam plurimi mss. *cum XVI. ferme*. COUTANT.
5. In vulgatis, *ab Amram usque ad Phinees*. Sex mss. *ab Amram & ad Finees*. Præferimus cum Germ. & Navar. *ab Amram incipere & ad Phinees*. ID.
6. Vat. *ἐνωπλισμένοι*, quod rectius legi puto quam *ἐνοπλισάμενοι*: nam etiam Diodorus in Catenis hunc recitans Aquilæ locum, *ἐνωπλισμένοι* legit. VALLARS. — Utramque tamen lectionem adscribit Aquilæ Montfauconius in *Hexaplis Origen.* Et utraque quidem Aquilæ afferenda videtur, ex duplici nimirum versione quam vetus ille interpres adornavit.
7. Er. *φαιλόνην*, Marian. *φελόνην*: refragantibus mss. in quibus legere est *phenolen*, aut *pœnolen*, seu *penolen*: & in uno Cygiran. *penulam*. COUTANT.

pugna de verbo est AMUSIM, quod his litteris scribitur, HETH, MEM, SIN, JOD, MEM, utrumnam *quinque*, an *manitos* sonet. Et quidem *quinque* hoc sermone dici, negare non possumus: verum *quinque* plurali numero, non *quinta*, ut illi interpretati sunt, singulari. Sed nec *generatio* invenitur adjuncta, quæ lingua hebræa DOR dicitur: ut si esset *quinta generatio*, sermone legeretur illorum AMESA DOR. Nunc autem AMUSIM, id est *quinque*, immo *quinta*, tantum scriptum est: ut sit quasi sensus, *Quinta autem adscenderunt filii Israel de terra Ægypti*: quod quia minus videbatur intelligi, adjuncta *generatio* est. Aquilam vero, ut in ceteris, & in hoc maxime loco proprie transtulisse omnis Judæa conclamat. Et synagogarum consonant universa subsellia, quod videlicet idem sermo, & eisdem litteris scriptus, diversas apud eos & voces & intelligentias habeat: ex quibus exempli caussa unum ponimus, ut quod dicimus perspicuum fiat. Pastores & amatores eisdem litteris scribuntur RES, AIM, JOD, MEM: sed pastores ROIM, amatores leguntur REIM. Unde evenit, ut ubi Jerusalem in Prophetis cum amatoribus suis fornicationis scelere arguitur; ibi in nostris codicibus, pro amatoribus, pastorum nomen sit immutatum.

XIV. Scio hæc molesta esse lectori: sed de hebraicis litteris disputantem, non decet Aristotelis argumenta conquirere; nec ex flumine Tulliano eloquentiæ ducendus est rivulus; nec aures Quintiliani flosculis & scholari declamatione mulcendæ. Pedestris & quotidianæ similis & nullam lucubrationem redolens oratio necessaria est, quæ rem explicet, sensum edisserat, obscura manifestet; non quæ verborum compositione frondescat. Sint alii diserti, laudentur, ut volunt, & inflatis buccis spumantia verba trutinent: mihi sufficit sic loqui, ut intelligar, ut de Scripturis disputans, Scripturarum imiter simplicitatem.

Cur Isaac vir justus & Deo carus non illi cui voluit, sed cui noluit, deceptus errore benedixit?

XV. Differo paullisper typos, & ea quæ a majoribus nostris super hoc loco sunt interpretata prætereo; non quod opinioni eorum non acquiescam, sed quod tu hoc tantum quæras, quare vir justus aliquid ignoraverit, & contra suam fecerit voluntatem. Ad quod districta responsio est; NULLUM HOMINEM, excepto eo qui ob nostram salutem carnem est dignatus induere, plenam habuisse scientiam & certissimam veritatem. Denique Paullus [a] ex parte cognoscit & ex parte prophetat: & [b] nunc per speculum videt in ænigmate, & secundum [c] quod oportet orare, nescire nos dicit: quia [d] cum venerit quod perfectum est, tunc quod ex parte est destruetur. Samuel propheta, connumeratus Moysi in [1] sacerdotio Dei, ad ungendum regem missus; cum maximum filiorum Jesse vidisset Eliab, ait,

A [e] *Ecce coram Domino Christus ejus?* Et dixit Dominus ad Samuel, [f] *Noli respicere faciem ejus, neque staturam, quoniam reprobavi eum: quia non quomodo videt Deus, videt homo. Homo videt in facie, Deus autem inspicit cor.* Et per singulos [2] semper ignorans, usque ad David nescisse describitur. Eliseus quoque, qui [g] duplici glorificatus est spiritu, cujus [h] ossa vitam exanimi cadaveri reddiderunt, cum Sunamitis ad eum venisset in montem, & ad pedes ejus flebiliter corruisset, Giezi prohibente ne faceret, ait: [i] *Dimitte eam: quia anima ejus in amaritudine est, & Dominus abscondit a me, & non nuntiavit mihi.* Plura sunt, quam ut exemplis debeamus docere, sanctos viros & Deo

B caros ea tantummodo scisse, quæ eis a Domino revelata sunt; ignorasse vero, quæ eis revelata non fuerint: & ad singulas visiones Zachariam atque Danielem interrogare Angelum, & suppliciter deprecari, ut exponat sibi quæ sint illa quæ videant. Unde non mirum est, & Isaac in suam maxime utilitatem nescisse quid faceret; cum magis eo tempore erraret, quo filium sanguinariæ deditum voluptati, & eum qui postea fratrem [3] posset occidere, prætermisso illo qui innocenter habitabat domi, vellet efferre; & suam magis, quam Dei, facere voluntatem. Ego puto divinæ dispensationis fuisse, ut oculis cæcaretur, & cum ipse diceret, [4] *Vox* [k] *quidem vox Jacob est, manus autem ma-*

C *nus Esau*, tamen non intelligeret minorem esse filium, qui ad benedictionem fratris præreptor adstiterat.

XVI. Quoniam autem polliciti sumus & de eo, quid significaret in figura, adjungere; Hippolyti martyris verba ponamus, a quo & Victorinus noster non plurimum discrepat: non quod omnia plenius exsecutus sit, sed quod possit occasionem præbere lectori ad intelligentiam latiorem. „ [5] Isaac „ portat imaginem Dei Patris, Rebecca Spiritus- „ sancti, Esau populi prioris & diaboli, Jacob „ Ecclesiæ sive Christi. Senuisse Isaac, consumma- „ tionem orbis ostendit: oculis caligasse, fidem „ periisse de mundo, & religionis lumen ante eum

D „ neglectum esse significat. Quod filius major vo- „ catur, acceptio legis est Judæorum. Quod escas „ ejus atque capturam diligit pater, homines sunt „ ab errore salvati, quos per doctrinam justus quis- „ que venatur. Sermo Dei, benedictionis est repro- „ missio, & spes regni futuri, in quo cum Chri- „ sto sancti sunt regnaturi, & verum sabbatum „ celebraturi. Rebecca plena Spiritu-sancto, sciens „ quid audisset antequam pareret, [l] *quia major* „ *serviet minori*; magis autem forma Spiritus- „ sancti, quæ futura noverat in Christo, in Jacob „ ante [6] meditatur: loquitur ad filium minorem, „ [m] *Vade ad gregem, & accipe mihi inde duos* „ *hœdos*; præfigurans carneum Salvatoris adven-

E „ tum in quo eos vel maxime liberaret, qui pec- „ catis tenebantur obnoxii: siquidem in omnibus „ Scripturis hœdi pro peccatoribus accipiuntur.

a 1. Cor. XIII. 9. *b* Ibid. ℣. 12. *c* Rom. VIII. 26. *d* 1. Cor. XIII. 10. *e* 1. Reg. XVI. 6. *f* Ibid. ℣. 7. *g* IV. Reg. II. 9. 15. *h* IV. Reg. XIII. 21. *i* IV. Reg. IV. 27. *k* Gen. XXVII. 22. *l* Gen. XXV. 23. *m* Gen. XXVII. 9.

1. In omnibus prope mss. pro *sacerdotio Dei*, exstat *psalterio*: qua lectione alluditur ad illud Psal. 98. 6. *Moyses & Aaron in sacerdotibus ejus, & Samuel inter eos qui invocant nomen ejus*. Præterea Jerem. 15. 1. cum Moyse Samuel connumeratur. COUTANT. —Et Vallarsius quidem, vulgata lectione *in sacerdotio Dei* rejecta, restituit *in psalterio*, ex fide mss. supra triginta.

2. Pro *semper* plerique editi *septem*. Et statim mss. magno numero *nescit* brevius, pro *nescisse describitur*.

3. Erasmus, qui substituerat, *si posset occideret*, novissima editione ex veterum librorum auctoritate correctus fuit. Id vero sibi vult Hieronymus, Isaac, efferendo Esau, hoc ei collaturum fuisse, ut fratrem posset occidere. COUTANT.

4. In aliquot mss. *Vox hæc vox*. In aliis, *Vox vox*. ID.

5. Ex sancti Hippolyti libro εἰς τὰ μετὰ τὴν ἑξαήμερον, ut Eusebius vocat, ut Hieronymo autem videtur, *commentario in Genesim*, qui tamen liber intercidit, pauca isthæc servata sunt, & latine conversa. VALLARS.

6. Nav. ms. *meditatur, & loquitur*. COUTANT.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.



„ Quod autem duos jubetur afferre, duorum populorum significatur assumtio; quod teneros & bonos, dociles & innocentes animæ [1]. Stola Esau, fides & Scripturæ sunt Hebræorum, quibus gentilium indutus est populus. Pelles quæ ejus brachiis circumdatæ sunt, peccata utriusque sunt plebis, quæ Christus in extensione manuum cruci secum pariter affixit. Quod Isaac quærit ab Jacob, cur tam cito venerit, [2] admirabatur celerem credentium fidem. Quod cibi delectabiles offeruntur, hostia placens Deo, salus est peccatorum. Post esum sequitur benedictio, & ejus odore perfruitur: virtutem resurrectionis & regni aperta voce pronuntians; quomodo etiam adorent eum fratres sui, & serviant ei credentes ex Israel. Quia igitur iniquitas est inimica justitiæ, Esau in discordiam concitatur, & necem fraudulentus excogitat, dicens in corde suo: [a] *Appropinquent dies passionis patris mei & occidam Jacob fratrem meum*. Diabolus fratricidas Judæos in Cain ante præmeditans, in Esau manifestissime confitetur. Tempus quoque interfectionis ostendens, *Appropinquent*, inquit, *dies passionis patris mei, ut interficiam fratrem meum*. Quapropter Rebecca, id est, patientia, nuntiavit viro fratris insidias: qui vocato Jacob [b], præcepit ei ut in Mesopotamiam pergeret, & inde acciperet uxorem de genere Laban Syri fratris matris suæ. Quomodo itaque fratris dolos fugiens, Mesopotamiam tendit Jacob: ita & Christus Judæorum incredulitate compulsus, proficiscitur in Galilæam, inde sibi ex gentibus sponsam sumturus Ecclesiam. „ Hæc supradictus vir.

XVII. Nos autem dicimus non venisse Dominum, nisi ad oves perditas domus Israel, nec voluisse panem filiorum accipere & dare eum canibus, & benedictionem primam Judæorum populo detulisse, quibus [c] sunt credita eloquia Dei, & [d] repromissio & legislatio & confectio testamenti, verum quia illi credere noluerunt, ad Jacob minorem populum benedictionem esse translatam: neque tamen majorem filium penitus fuisse despectum, quia [e] cum subintraverit plenitudo gentium, tunc omnis Israel salvus erit.

Alia præterea sunt HIERONYMI *ad* DAMASUM *scripta, quæ prolixitatis vitandæ gratia hic indicare satis habemus.*

I. De Seraphim & calculo, *cujus initium*, Septuaginta.

II. De eadem visione latius disputatum, *cum hoc principio*, Et factum est in anno quo mortuus est.

III. *Epistola*, De filio prodigo, *quæ incipit*, Beatitudinis tuæ interrogatio, disputatio fuit; & sic quæsisse, quærendo viam est dedisse quæsitis.

IV. *Epistola seu præfatio* in homilias Origenis super Cantica canticorum, *cujus prima verba*, Origenes cum in ceteris libris.

V. Præfatio in quatuor Evangelia *cum hoc exordio*, Novum opus.

a Gen. XXVII. 41. *b* Gen. XXVIII. *c* Rom. III. 2. *d* Rom. IX. 4. *e* Rom. XI. 25. 26.

1. Supple, *significantur*. Tum veteres edit. cum ms. Nav. *Stola vel vestimentum Esau fides Hebræorum & scripturæ sunt, quibus*. COUTANT.

2. Ex duobus mss. Vallarsius edidit *admiratur*.

S. DAMASI PAPÆ CARMINA.

CARMEN I.

IN LAUDEM DAVIDIS.

NUnc Damasi monitis aures præbete benignas : A
Sordibus depositis purgant penetralia cordis,
Curia cum renovant Christo servire parati.
Prophetam Christi sanctum cognoscere debes.
Pastorem puerum multis e fratribus unum
Angelus ex ovibus rapuit, regemque dicavit,
Organa qui sciret manibus componere solus,
Psallere per citharam populo cælestia regna.
Ingentem, clypeoque gravi, frustraque minantem,
Impium, maledicum, phaleras ac tela gerentem,
Surdorum demens coleret qui templa deorum,
Mactavit saxo tereti, truncumque reliquit:
Judicioque Dei ingenti mox cæde peracta,
Monstravit populis, tulerat quæ ex hoste tropæa. B
Nam Damasus scit, Sancte tuos Deus, ipse triumphos.

CARMEN II.

DE CHRISTO.

CHriste potens rerum, redeuntis conditor ævi,
Vox summi sensusque Dei, quem fundit ab alta
Mente Pater, tantique dedit consortia regni:
Impia tu nostræ domuisti crimina vitæ,
Passus corporea mundum vestire figura, C
Affarique palam populos, hominemque fateri:
Quemque utero inclusum Mariæ, mox numine viso
Virginei tumuere sinus, innuptaque mater
Arcano obstupuit compleri viscera partu,
Auctorem paritura suum. Mortalia corda
Artificem texere poli: mundique repertor
Pars fuit humani generis; latuitque sub imo
Pectore, qui totum late complectitur orbem:
Et qui non spatiis terræ, non æquoris undis,
Nec capitur cælo, parvos confluxit in artus.
Quin & supplicii nomen nexusque subisti,
Ut nos surriperes leto, mortemque fugares
Morte tua. Mox ætherias evectus in auras,
Purgata repetis lætum tellure Parentem.
Augustum foveas, festis ut sæpe diebus
Annua sinceri celebret jejunia sacri.

CARMEN III.

DE ASCENSIONE CHRISTI.

AD sedem propriam Deus exsule morte resurgit,
Ut vitam doceat credentibus esse futuram.
Angelus hoc verbum cecinit, quod uterque reportans
Sic venturus erit, sic Christum credere fas est.

CARMEN IV.

DE NOMINE JESU.

IN rebus tantis Trina conjunctio mundI
Erigit humanum sensum laudare venustE.
Sola salus nobis, & mundi summa PotestaS
Venit peccati nodum dissolvere fructU.
Summa salus cunctis nituit per sæcula terriS.

Ad CARMEN I.

V. 4 *Propheram* cet.] Hinc suspicor sumendum esse initium hujus Carminis ; ac priores tres versiculos non huc pertinere, sed potius ad eos qui in variis codd mss. missi leguntur ab Hieronymo ad Damasum cum suis in Psalterium lucubrationibus. Nam primo citra aliquod incommodum separari a ceteris possunt qui *in laudem Davidis* scripti sunt : quin potius nitor orationis id postulare videtur. Deinde in Vat. cod. 4226 post primum illum versiculum, *Nunc Damasi monitis* cet. sequuntur uno statim contextu, qui ex iisdem Hieronymi versibus sumti sunt:

Quisque sitit, veniat cupiens haurire fluenta:
Inveniet latices, servant qui dulcia mella;
Sordibus expositis purgant penetralia cordis;
Cor quoque cum renovant Christo servire parati.

Quamobrem unum omnes antea eundemque locum occupantes, confusi deinde ac separati sunt. MERENDA.

V. 8. *Per cith. populo*] Idem cod. *per citharam populi*. ID.

V. 10. *Impium*] Ibid. *impia*. Scribendum *impiu'*. ID.

V. 15. *Scit* cet.] Idem cod.

— *Scit Sancte tuos monstrare triumphos*. ID.

Ad CARMEN II.

V. 7 *Quemque utero*] Hunc versum ita restituimus ex Claudiani edit. Paris. 1677. pag. 695. ubi abs re poetæ illi ethnico adscribitur, ut jam dudum viri docti censuerunt. Editi Sarazani, Merendæ & noviss. *Coll-ct. Poem Pisaur.* aliique : *Quem Verbo*, perperam ut videtur. At eadem Paris. editio minus recte [illegible]

V. 11. *Mundique repertor* — *sub imo*] Præcedentes editi :

—— *mundique, sub imo*
Pectore, quo cet.

Hiatum supplevimus mendumque sustulimus ex laudata Paris. edit. nec non ex biblioth. PP. Paris tom. VIII. pag. 845. *Mundique repertor*. Eadem phrasi antea usus fuerat Juvencus *Hist. evang.* lib. I. ỷ. 34. D

— *Dominus, cæli terræque repertor*.

Et lib. IV. ỷ. 480.

— *Vitæ lucisque repertor*.

Sic postea Prudentius *Cathemer.* Hymn. IV. ỷ. 7. 9.

Hic est, quem sabaoth Deum vocamus,
— — — — —
Rerum conditor & repertor orbis.

Neque aliter Virgilius *Æneid.* lib. XII. ỷ. 829.

— *hominum rerumque repertor*.

V. 19. *Purgata repetit lætum tellure*] Editi huc usque corruptissime :

Purgata reparans lætum te luce, Parentem
Augustum foveas —

Versum reformavimus ex citata Claudiani edit.

Ad CARMEN III.

V. 3. *Angelus hoc verbum* ecc.] Sequimur editionem biblioth. PP. Paris. l. c. Reliqui vero editi, repugnante metro : E

Angelus hæc verba cecinit.

Ad CARMEN IV.

V. 1. *In rebus* cet.] In hoc & sequenti Carmine acrostichidem & telestichidem unus Sarazanius omnium primus advertit adnotavitque.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.



CARMEN V.

DE EODEM.

JUre pari regnat communis conditor ævI,
Et cum Patre pia regnat sublimis in arcE:
Sidereo sanctis insidit numine regniS:
Unde mare & terras solo videat omnia nutU,
Suggerit humanis & donat munera rebuS.

CARMEN VI.

DE COGNOMENTIS SALVATORIS.

SPes, VIA, Vita, Salus, Ratio, Sapientia, Lumen,
Judex, Porta, Gigas, Rex, Gemma, Propheta, Sacerdos,
Messias, Sabaoth, Rabbi, Sponsus, Mediator,
Virga, Columna, Manus, Petra, Filius, Emmanuelque,
Vinea, Pastor, Ovis, Pax, Radix, Vitis, Oliva,
Fons, Paries, Agnus, Vitulus, Leo, Propitiator,
Verbum, Homo, Rete, Lapis, Domus: omnia CHRISTUS JESUS.

CARMEN VII.

DE S. PAULLO APOSTOLO.

JAM dudum Saulus, procerum præcepta sequutus,
Cum Domino patrias vellet præponere leges,
Abnueret sanctos Christum laudare prophetas,
Cædibus assiduis cuperet discerpere plebem,
Cum lacerat sanctæ matris pia fœdera cæcus:
Post tenebras verum meruit cognoscere lumen.
Tentatus sensit, posset quid gloria Christi.
Auribus ut Domini vocem lucemque recepit,
Composuit mores, Christi præcepta sequutus.
Mutato placuit postquam de nomine Paullus,
Mira fides rerum! subito trans æthera cæli
Noscere promeruit, possent quid præmia vitæ.
Conscendit raptus martyr penetralia Christi:
Tertia lux cæli tenuit paradisus euntem:
Conloquiis Domini fruitur, secreta reservat.
Gentibus ac populis jussus prædicere vera,
A Profundum penetrare maris, noctemque diemque
Visere, cui magnum satis est vixisse latentem
Verbera, vincla, famem, lapides, rabiemque ferarum,
Carceris inluviem, virgas, tormenta, catenas,
Naufragium, lacrymas, serpentis dira venena,
Stigmata non timuit portare in corpore Christi.
Credentes docuit possent quo vincere mortem.
Dignus amore Dei vivit per sæcla magister.
Versibus his breviter fateor, sanctissime doctor
Paulle, tuos Damasus volui monstrare triumphos.

CARMEN VIII.

B
DE S. ANDREA APOSTOLO.

DEcus sacrati nominis,
Vitamque nomine exprimens,
Hoc te decorum prædicat
Crucis beatæ gloria.
Andrea Christi Apostole,
Hoc ipso jam vocabulo
Signaris isto nomine,
Decorus idem mystice.
Quem crux ad alta provehit,
Crux quem beata diligit,
Cui crux amara præparat
Lucis futuræ gaudia.
C In te crucis mysterium
Cluit gemello stigmate,
Dum probra vincis per crucem,
Crucisque pandis sanguinem.
Jam nos foveto languidos,
Curamque nostri suscipe,
Qui per crucis victoriam
Cæli petamus patriam.

CARMEN IX.

IN SS. APOSTOLORUM CATACUMBAS.

D HEic habitasse prius sanctos cognoscere debes,
Nomina quisque Petri pariter Paullique requiris.
Discipulos Oriens misit, quod sponte fatemur.
Sanguinis ob meritum Christumque per astra sequuti,

Ad CARMEN VI.

V. 1. *Spes*, VIA, *Vita*] Editi passim *Spes*, *Vita* cet. At versum integro pyrrichio decurtatum optime restituisse videtur, prout edidimus, Bayerius V. C. in suo *Damaso Hispanis asserto* pag. 59. Exciditque fortasse vocula *Via* librario vel exscriptori, ob sequentem *Vita*. Ceterum eumdem versum claudicantem agnovit etiam editor *biblioth. PP. Paris.* adeoque legit, *Spes* ET *Vita*, *Salus* cet. Sic & auctor noviss. *Collect. Poem. Pisaur.*

Ad CARMEN VII.

V. 3. *Laudare*] Vat. cod. 1598. *laudasse*. MEREND.

V. 11. *Mira fides rerum*] Sic iterum infra Carm. XX. *de S. Saturnino* ℣. 4. & Carm. XXV. *de SS. Nereo & Achilleo* ℣. 4. ID.

— *Trans æthera cæli*] Biblioth. PP. Paris. l. c. pag. 844. *trans æthera vectus*. Quæ lectio retinenda videtur, suffragante potissimum cod. Vat. 1598. quem laudat Romanus editor.

V. 15. *Secreta reservat*] Eadem biblioth. PP. Paris. *secretaque servat*: quod magis placet.

V. 18. *Cui magnum*] Codex Vat. 5104. *cum magnum*. Sed hæc lectio, altera obscurior. MEREND.

— *Satis est* cet.] Ita etiam apud V. Thomas. opp. tom. II. pag. 382. Forte Damasus adludit ad verba ejusdem Apostoli II. *Cor.* XI. & XII. ID.

V. 20. *Carceris inluviem*] Sic & Carm. XVII. ℣. 4.

V. 22. *Portare* cet.] Iterum Carm. XXV. *de SS. Nereo & Achilleo* ℣. 7. & Carm. XVII. *de S. Eutychio* ℣. 3. MEREND.

Ad CARMEN VIII.

DE S. ANDREA AP.] V. card. Thomasius non habet. Sed legitur in Mozarabo edito per cl. Blanchinum ex archivo Veron. eccles. opp. Thomas. tom. I. pag. CXLI. Additur doxologia. ID.

V. 2. *Vitamque* cet.] Ex Blanchino, *Nomenque vitam*
E *exprimens*: sed corrigit, *Vitam nomenque*. ID.

V. 3. *Hoc te*] Apud eumdem, *Hinc te*: sed corrigit, *Hoc te*. ID.

V. 6. *Hoc ipso jam*] Ibid. *Hoc ipse*: sed corrigit, ut in vulgat. ID.

V. 13. *In te crucis myst.*] Sic editores biblioth. PP. Paris. & Lugd. Recte. At Sarazanius quem secuti sunt Merenda & editor *Collect. Poem. Pisaur.* perperam, *In te* CREVIT *mysterium*.

Ad CARMEN IX.

V. 2. *Quisque*] Pro *quisquis*, more ejus ætatis, inquit cl. Mazochius in *Comment. ad marmor. Neapol. Kalendar.* vol. III. pag 895.

V. 4. *Christumque per astra*] Idem Mazochius legit, *Christum super astra sequuti*. Integro sane versu spectato, importuna videtur illa subjunctivi ordinis conjunctio. Baronius tamen, ut advertit Merenda, ad ann. 384. §. XXIII. legit *Christum per astra*.

Ætherios petiere sinus & regna piorum. A
Roma suos potius meruit defendere cives.
Hæc Damasus vestras referat, nova sidera, laudes.

CARMEN X.

DE S. STEPHANO P. & M.

TEmpore quo gladius secuit pia viscera matris,
Heic positus rector cælestia jussa docebam.
Sed veniunt subito, rapiunt qui forte docentem:
Militibus missis populi tunc colla dedere.
Mox ubi cognovit Senior, qui tollere vellet
Palmam, seque suumque caput prior obtulit ipse, B
Impatiens feritas posset ne lædere quemquam.
Ostendit Christus reddit qui præmia vitæ,
Pastoris meritum: numerum gregis ipse tuetur.

CARMEN XI.

DE S. MARCELLO MARTYRE.

VEridicus rector, lapsus quia crimina flere
Prædixit miseris, fuit omnibus hostis amarus.
Hinc furor, hinc odium sequitur, discordia, lites,
Seditio, cædes, solvuntur fœdera pacis:
Crimen ob alterius Christum qui in pace negavit,
Finibus expulsus patriæ est feritate tyranni. C
Hæc breviter Damasus voluit comperta referre,
Marcelli ut populus meritum cognoscere posset.

CARMEN XII.

DE S. EUSEBIO PAPA.

HEraclius vetuit lapsos peccata dolere:
Eusebius miseros docuit sua crimina flere.
Scinditur in partes populus gliscente furore.
Seditio, cædes, bellum, discordia, lites.
Exemplo pariter pulsi feritate tyranni.
Integra cum rector servaret fœdera pacis,
Pertulit exsilium omnino sub judice lætus:
Littore Trinacrio mundum vitamque reliquit.

CARMEN XIII.

DE S. MARCO PAPA.

VIta fuit Marci, quam novimus omnes
Ore Dei posset qui temnere mundum
Oravit populus quod disceret omnis,
Grandis honor vitæ contemtus habendi
Virtus tenuit penetralia cordis
Te custos Christi perfectus amicus.
Et Damasus tumulum cum reddit honorem,
Hic Marcus, Marci vita, fide, nomine consors,
Et meritis.

CARMEN XIV.

DE S. LAURENTIO.

VErbera, carnifices, flammas, tormenta, catenas
Vincere Laurenti sola fides potuit.
Hæc Damasus cumulat supplex altaria donis,
Martyris egregium suspiciens meritum.

CARMEN XV.

DE S. FELICE.

COrpore, mente, animo, pariter de nomine Felix,
Sanctorum in numero Christi sacrate triumphis,

V. 5. *Ætherios* cet.] Infra in *Append.* n. II. ỽ. 5.
Ætheriam petiere domum, regnumque piorum.
MEREND.

V. 7. *Hæc Dam.*] Mazochius ibidem legendum conjicit *Has*: & *nova sidera* distinguit, vocandi casu. D

Ad CARMEN X.

DE S. STEPHANO P. & M.] Deest Carmen istud apud Sarazanium. Illud vero protulit eruditus Merenda ex Palatino Gruteriano codice, ac S. Stephano P. & M. aptari posse existimavit, ut ipsemet testatur in *Addendis* pag. 7.

1. *Tempore* cet.] Hunc Damasi versiculum legis iterum infra in Carm. xx. *de S. Saturnino* ỽ. 1. & in *Append.* n. II. ỽ. 1. MEREND.

2. *Rector*] Vide sis infra notam ad Carm. xii. ỽ. 6.

Ad CARMEN XI.

V. 1. *Lapsus*] Sic *lapsus* gignendi casu edidit vir doctus Coutantius in *Epist. Rom. Pontif.* pag. 311. Vulgo *lapsos*.

V. 5. *Alterius*] *Heraclii* legendum censet idem V. C. Confer subsequentis Carminis ỽ. 1.

V. 6. *Finibus expulsus patria*]. Marcellum intellige. Mox, *feritate tyranni*, Maxentii scilicet.

Ad CARMEN XII.

DE S. EUSEBIO PAPA]. Si Carmen istud conferatur cum præcedenti xi. compertum fit, recte conjicere Tillemontium & Coutantium l. c. pag. 319. quibus accedit etiam ipse Merenda, dum Damasum illius auctorem agnoscunt. E

V. 1. *Heraclius*] Heic nomen exprimi videtur apostatæ illius, quem in pace Christum negasse superius *de S. Marcello* Carmen memorat. COUTANT.

V. 3. *Populus*] Ita Coutantius cum Baronio ad ann. 357. n. LVII. At *vulgus*, Merendæ rescribere placuit.

V. 4. *Seditio, cædes*]. Ita post Baronium laudatus Coutantius, ubi antiqua inscriptio ferebat,
Sedes loca ede ——

V. 5. *Exemplo pariter*]. Heic memoratur exemplum Marcelli, qui pariter a Maxentio tyranno in exsilium pulsus fuerat. COUTANT. --- Carm. super. ỽ. 6.
Finibus expulsus patriæ est feritate tyranni.

V. 6. *Rector*] Damaso *rectoris* nomine Romanum pontificem indicare quam familiare fuerit, Milesius Sarazanius in illud superioris epigrammatis, *Veridicus rector*, pluribus exemplis demonstrat. COUTANT.

V. 8. *Littore Trinacrio*] Videlicet in Siciliam relegatum, ibique vita functum Eusebium ad cælos migrasse, nostri epigrammatis conditor docet. ID.

Ad CARMEN XIII.

DE S. MARCO PAPA] In *Addendis* apud Merendam pag. 7. Dn. abbas Terribilinus V. C. hujusmodi Carmen mutilum mendosumque ita supplet ac restituit:

Insons *Vita fuit Marci*, quod *novimus omnes*,
Blandus amOre *Dei posset qui temnere mundum*:
Exemplo *Oravit, populus quod disceret omnis*.
Parvus *Honor vitæ, grandis contemtus habendi*,
Et sollers *Virtus tenuit penetralia cordis*:
Justiti Æ *custos, Christi perfectus amicus*.
Ornav It. *Damasus tumulum, cum reddit honorem* cet.

Ad CARMEN XIV.

DE S. LAURENTIO] Sarazanius aliud dedit de eodem S. Laurentio, Carmen scilicet xix. de quo valde dubitari potest, an Damasi sit. Illud tamen, ne lector eo careat, heic reddo:

Non mirum est, fallax nimium quod flamma minatur,
Martyris & corpus nil nocitura cremat.
Namque docet fidei magnam sine vindice pœnam
Ad cælum mediis ignibus esse viam.
Hunc etenim fruitur martyr Laurentius ignem,
Et meritis summis ne moriatur agit.

Huic præterea tertium addidit, incerti tamen auctoris, in quo laudatur Attica Felicis Magni uxor, ob restauratam ejusdem martyris basilicam. Videtur autem utrumque, ni fallor, ab eadem manu profectum: veroque simile est pro more ejus sæculi, parietibus restauratæ basilicæ tunc ea inscripta fuisse, atque inde excepta: si non ex alia basilica in agro Verano. MEREND.

Ad CARMEN XV.

DE S. FELICE] In latino Vat. cod. 5087. hæc inscriptio legitur: *Versus Damasi papæ de falsi criminis purgatione, & de salute sibi restituta, in basilica ejusdem Felicis musivo opere descripti*. ID.

V. 1. *Pariter de nomine*] Idem cod. *pariterque e nomine*. ID.

V. 2. *Sacrate*] Ibid. *sociate*. ID.

Sæcul. IV.
circa
Ann. Chr.
370.



Qui ad te ſolicite venientibus omnia præſtas, A
Nec quemquam pateris triſtem repedare viantem,
Te duce ſervatus mortis quod vincula rupi,
Verſibus his Damaſus ſupplex tibi vota rependo.

CARMEN XVI.

VOTUM S. DAMASI.

SAnctorum, quicumque legis, venerare ſepulcrum.
Nomina nec numerum potuit retinere vetuſtas.
Ornavit Damaſus tumulum, cognoſcite, rector.
Pro reditu cleri, Chriſto præſtante, triumphans,
Martyribus ſanctis reddit ſua vota ſacerdos. B

CARMEN XVII.

DE S. EUTYCHIO.

EUtychius martyr crudelia juſſa tyranni
Carnificumque vias paritet tunc mille nocendi
Vincere quod potuit, monſtravit gloria Chriſti.
Carceris inluviem ſequitur nova pœna: per artus
Teſtarum fragmenta parant, ne ſomnus adiret.
Biſſeni tranſiere dies, alimenta negantur.
Mittitur in barathrum: ſanctus lavat omnia ſanguis
Vulnera quæ intulerat mortis metuenda poteſtas.
Nocte ſoporifera turbant inſomnia mentem. C
Oſtendit latebra inſontis quæ membra teneret:
Quæritur: inventus colitur, fovet, omnia præſtat.
Expreſſit Damaſus meritum. Venerare ſepulcrum.

CARMEM XVIII.

DE S. TARSICIO.

PAR meritum, quicumque legis, cognoſce duorum,
Quis Damaſus rector Titulos poſt præmia reddit.
Judaicus populus Stephanum meliora monentem
Perculerat ſaxis, tulerat qui ex hoſte tropæum.
Martyrium primus rapuit levita fidelis. D
Tarſicium ſanctum Chriſti ſacramenta gerentem,
Cum male ſana manus peteret vulgare profanis,
Ipſe animam potius voluit dimittere cæſus,
Prodere quam canibus rabidis cæleſtia membra.

CARMEN XIX.

DE S. GORGONIO.

MArtyris hic tumulus magno ſub vertice montis
Gorgonium retinet, ſervat qui altaria Chriſti.
Heic, quicumque venit, ſanctorum limina quærat:
Inveniet vicina in ſede habitare beatos,
Ad cælum pariter pietas quos vexit euntes.

CARMEN XX.

DE S. SATURNINO MARTYRE.

TEmpore quo gladius ſecuit pia viſcera matris,
Sanguine mutavit patriam, vitamque genuſque
Romanum, civem ſanctorum fecit origo.
Mira fides rerum, docuit poſt exitus ingens.
Cum lacerat pia membra, fremit Gratianus ut hoſtis:
Poſtea quam fellis vomuit concepta venena,
Cogere non potuit Chriſtum te ſancte negare:
Ipſe tuis precibus meruit confeſſus abire.
Supplicis hæc Damaſi vox eſt: venerare ſepulcrum:
Solvere vota licet, caſtaſque effundere preces;
Sancti Saturnini tumulus quia martyris hic eſt.

CARMEN XXI.

DE S. MAURO.

MArtyris hic Mauri tumulus pia membra retentat,
Quem Damaſus rector longo poſt tempore plebis
Ornavit ſupplex, cultu meliore decorans
Inſontem puerum cui pœna nulla dejecti.

CARMEN XXII.

DE INCERTO MARTYRE GRÆCO.

JAmdudum quod fama refert, te Græcia miſit.
Sanguine mutaſti patriam, civemque fratremque
Fecit amor legis, ſancto pro nomine paſſus.

Ad Carmen XVII.

De S. Eutychio] Carmen iſtud ad exemplar exegimus, quod cl. Bayerius ex archetypo deſcribendum curavit, exhibuitque Tab. I. ad pag. 54. ſui *Damaſi Hiſpanis aſſerti*.

V. 3. *Vincere quod potuit* cet.] Sic in Carm. vii. *de S. Paullo Ap* ℣. 7.

— *ſentit, poſſet quid gloria Chriſti*.

Et Carm. xxv. *de SS. Nereo & Achilleo* ℣. 8.

— — *poſſit quid gloria Chriſti*.

Item Carm. xiv. *de S. Laurentio* ℣. 2.

Vincere Laurenti ſola fides potuit.

Merend.

V. 4. *Carceris inluviem*] Eadem locutio Carm. vii. *de S. Paullo Ap.* ℣. 20.

Ad Carmen XVIII.

V. 2. *Quis*] Ita Sarazanius: id eſt, *Queis*. Peſſime in edito Merendæ, *Quiſquis*.

V. 4. *Tulerat qui ex hoſte tropæum*] Sic Carm. I. *in laudem Davidis* ℣. 14.

- - - - *Tulerat quæ ex hoſte tropæa*.

Et Carm. xxxiii. *de Sepulcro ſuo* ℣. 4.

- - - - *Portant qui ex hoſte tropæa*.

Nec non in *Append.* n. iv. ℣. 7.

- - - - *Sumſit qui ex hoſte tropæa*.

Merend.

Ad Carmen XIX.

V. 2. *Servat qui altaria Chriſti*] Ita rurſus Carm. xxii. *de incerto Græco martyre* ℣. 4. Item Carm. xxxiii. *de Sepulcro ſuo* ℣. 5. atque alibi Damaſus. Id.

V. 5. *Euntes*] Monachus Einſildenſis, *ovantes*. Id.

Ad Carmen XX.

De S. Saturnino martyre] Tillemontius jure queritur exſcriptorum vitio factum, ut hoc Carmen atque alia etiam ſæpe vix nunc intelligamus: fruſtraque fuerunt induſtriæ meæ, ut illud integritati ſuæ reſtituerem. Id.

V. 1. *Tempore* cet.] Verſiculum hunc habes iterum repetitum in Carm. x. *de S. Stephano* ℣. 1. & infra in *Append.* n. II. ℣. 1. Id.

V. 2. *Patriam* cet.] Romæ ſcilicet: Saturninum ſiquidem *origo Romanum civem; mira* autem *fides ſanctorum civem* fecit. Senſus tamen ſubobſcurior. Id. E

V. 4. *Mira fides rerum*] Sic ſupra Carm. vii. *de S. Paullo Apoſtolo* ℣. 11. & infra Carm. xxv. *de SS. Nereo & Achilleo* ℣. 4.

Ad Carmen XXI.

V. 4. *Dejecti*] Legendum forte *delicti* ex Grutero pag. 1171. ut monet Merenda.

Ad Carmen XXII.

De incerto martyre Græco] Apud Merendam in *Addendis* pag. 8. exiſtimat eruditus Terribilinus, Carmen iſtud pertinere ad *S. Hermetem*; quum conſtet, inquit, ipſum depoſitum fuiſſe in cœmeterio Baſſillæ, *Hermetis* etiam dicto, atque ut videtur, eodem fere loco, quo Protus & Hyacinthus. Sic enim Anonymus Mabillonianus: *In via Pincia, Pamphilus, Baſſilla, Protus, Hyacinthus, Hermes*: ac Gelaſianum Sacramentarium ad V. Kal. Septembris.

V. 2. *Sanguine mutaſti patriam*] Ita Carm. xx. *de ſancto Saturnino* ℣. 2.

Sanguine mutavit patriam. — Merenda.

Incola nunc Domini, servas qui altaria Christi, A
Ut Damasi precibus faveas, precor, inclyte martyr.

CARMEN XXIII.

DE SS. MARCELLINO ET PETRO.

Marcelline tuos, pariter Petre, nosse triumphos:
Percussor retulit Damaso mihi, cum puer essem,
Hæc tibi carnificem rabidum mandata dedisse,
Sentibus in mediis vestra ut tunc colla secaret,
Nec tumulum vestrum quisquam cognoscere posset:
Vos alacres vestris manibus mundasse sepulcra.
Candidulo occulte postquam jacuistis in antro, B
Postea commonitam vestra pietate Lucillam,
Heic placuisse magis sanctissima condere membra.

CARMEN XXIV.

DE SS. MARTYRIBUS FELICE ET ADAUCTO.

O Semel atque iterum vero de nomine Felix,
Qui intemerata fide, contemto principe mundi,
Confessus Christum cælestia regna petisti!
O vere pretiosa fides! cognoscite fratres;
Qui ad cælum victor pariter properavit Adauctus. C
Presbyter his Verus, Damaso rectore jubente,
Composuit tumulum, sanctorum limina adorans.

CARMEN XXV.

DE SS. MARTYRIBUS NEREO ET ACHILLEO.

Militiæ nomen dederant, almumque gerebant
Officium pariter, spectantes jussa tyranni,
Præceptis pulsante metu servire parati.
Mira fides rerum! subito posuere furorem,
Conversi fugiunt, ducis impia castra relinquunt:
Projiciunt clypeos, phaleras & tela cruenta: D
Confessi gaudent Christi portare triumphos.
Credite per Damasum, possit quid gloria Christi.

CARMEN XXVI.

DE SS. MARTYRIBUS PROTO ET HYACINTHO.

Extremo tumulus latuit sub aggere montis:
Hunc Damasus monstrat, servat qui membra piorum.
Te Protum retinet melior sibi regia cæli.
Sanguine purpureo sequeris Hyacinthe probatus.
Germani fratres animis ingentibus ambo:
Hic victor meruit palmam; prior ille coronam.

CARMEN XXVII.

DE IISDEM.

Aspice descensum: cernes mirabile factum:
Sanctorum monumenta vides patefacta sepulcris.
Martyris heic Proti tumulus jacet atque Hyacinthi:
Quem cum jam dudum tegeret mons, terra, caligo;
Hoc Theodorus opus construxit presbyter, instans
Ut Domini plebem opera majora tenerent.

CARMEN XXVIII.

DE SS. MARTYRIBUS CHRYSANTHO ET DARIA.

Hic votis paribus tumulum duo nomina servant
Chrysanthi, Dariæ, nunc venerandus honor.
Effera quem rabies, neglecto jure sepulcri,
Sanctorum tumulos præda furentis erat.
Pauperis ex censu melius nunc ista resurgent,
Divite sed voto plus placitura Deo.
Plange tuum gens sæva nefas: periere furores:
Crevit in his templis per tua damna decus.

CARMEN XXIX.

DE S. AGNETE MARTYRE.

Fama refert sanctos dudum retulisse parentes

V. 4. *Servas qui altaria Christi*] Eadem phrasi utitur Carm. XIX. *de S. Gorgonio* ✠. 2. & Carm. XXXIII. *de Sepulcro suo* ✠. 5.

Ad CARMEN XXIII.

V. 1. *Nosse*] Sarazanius *nosce*, perperam. Græcismus est: hoc est, *se nosse*, judice cl. Mazochio in *comment. ad ver. marmor. Neapol. Kalendar.* vol. II. pag. 495.

V. 3. *Hæc tibi*] Idem Mazochius *Hæc sibi* esse legendum existimat.

Ad CARMEN XXIV.

V. 7. *Adorans*] Einsildensis monachus videtur legisse *adornans*; quod non displicet. Ceterum alia etiam lectio nihil habet quod offendat, si sane intelligatur. Paullinus *poem.* XIX. ✠. 305. edit. Veron.

Et magni solium Confessoris adorat.

MEREND.

Ad CARMEN XXV.

DE SS. MARTYR. NEREO & ACHILLEO] *De incertis martyribus* inscribitur Carmen hujusmodi apud Sarazanium. Sed illud, ut observat Merenda, horum martyrum sepulcro inscriptum fuisse testatur Einsildensis monachus: cui præter Ciampinum subscribit V. card. Thomasius opp. tom. V. pag. 463.

V. 1. *Almumque*] Mabillonius *Vet. Anal.* pag. 363. *sævumque*. MEREND.

Ad CARMEN XXVI.

DE SS. MARTYR. PROTO & HYACINTHO] Cl. Bayerius l.c. exhibet in Tab. II. num. IV. hoc Epigramma. Et ejus quidem priorem partem ex archetypo repræsentat: in posteriore vero quæ recens suppleta est, notat ✠. 1. in metricas leges peccatum in hocce hemistichio

— *latuit* SUB *aggere montis*.

V. 2. *Servat qui membra piorum*] Sic legimus ex Tabula laudati Bayerii. Apud Merendam vero sic: *monstrat servat, quod membra piorum*.

Ad CARMEN XXVII.

V. 5. *Hoc Theodorus* cet.] Hoc etiam carmen Damasi esse stilus probat. Alterum itaque eorumdem sanctorum martyrum tumulo; alterum vero eorum cœmeterio Theodori presbyteri cura ampliato inscriptum fuisse puto. E Cœmeterii locum descripsit Boldettus lib. II. cap. XVIII. MEREND.

Ad CARMEN XXVIII.

V. 1. *Hic votis* cet] Sic post Sarazanium Merenda. In Append. ad *Gregorii Turon.* opp. pag. 1315. perperam His *votis*.

V. 3. *Effera quem rabies*] Ita nunc legitur, lapidarii aut exscriptoris vitio: quum forte scribi debuisset, *Effera quæ rabies*! MEREND.

V. 4. *Tumulos*] Leg. *tumulus*. In lapidibus enim O pro U haud raro. Sic *Oxori* pro *Uxori*, *Avonclo* pro *Avunculo*, *Secos* pro *Secus*. ID.

V. 5. *Pauperis ex censu*] Damasi scilicet pecunia: siquidem ille *Mauri* tumulum ornavisse legimus, eodem quo Chrysanthus & Daria, loco positum Vide Blanchinum ad *Anastas.* opusc. XIV. & V. card. Thomas. opp. tom. II. pag. 518. ID.

Ad CARMEN XXIX.

V. 1. *Dudum*] Cl. Mazochius in *comment. ad marmor. Neapol. Kalend.* vol. III. pag. 910. not. 6. observat, *d*[illegible]

Agnen, cum lugubres cantus tuba concrepuisset, A
Nutricis gremium subito liquisse puellam:
Sponte trucis calcasse minas rabiemque tyranni:
Urere cum flammis voluisset nobile corpus,
Viribus immensum parvis superasse timorem,
Nudaque profusum crinem per membra dedisse,
Ne Domini templum facies peritura videret.
O veneranda mihi, sanctum decus, Alma, pudoris,
Ut Damasi precibus faveas, precor, inclyta Martyr.

CARMEN XXX.

DE S. AGATHA MARTYRE.

Martyris ecce dies Agathæ
Virginis emicat eximiæ,
Christus eam sibi qua sociat,
Et diadema duplex decorat.
Stirpe decens, elegans specie,
Sed magis actibus atque fide,
Terrea prospera nil reputans,
Jussa Dei sibi corde ligans.
Fortior hæc trucibusque viris
Exposuit sua membra flagris:
Pectore quam fuerit valido
Torta mamilla docet patulo.
Deliciæ cui carcer erat,
Pastor ovem Petrus hanc recreat.
Lætior inde magisque flagrans
Cuncta flagella cucurrit ovans.
Ethnica turba rogum fugiens,
Hujus & ipsa meretur opem:
Quos fidei titulus decorat,
His venerem magis ipsa premat.
Jam renidens quasi sponsa polo,
Pro misero rogita Damaso.
Sic tua festa coli faciat,
Se celebrantibus ut faveat.

CARMEN XXXI.

EPITAPHIUM IRENES SORORIS.

Hoc tumulo sacrata Deo nunc membra quiescunt.
Heic soror est Damasi: nomen si quæris, Irene.
Voverat hæc se se Christo, cum vita maneret;
Virginis ut meritum sanctus pudor ipse probaret.
Bis denas hiemes nec dum compleverat ætas:
Egregios mores vitæ præcesserat ætas:
Propositum mentis pietas veneranda puellæ,
Magnificos fructus dederat melioribus annis.
B Te germana soror, nostri nunc testis amoris,
Cum fugeret mundum dederat mihi pignus honestum:
Quam sibi cum raperet melior tunc regia cæli,
Non timui mortem, cælos quod libera adiret;
Sed dolui, fateor, consortia perdere vitæ.
Nunc veniente Deo nostri reminiscere virgo,
Ut tua per Dominum præstet mihi facula lumen.

CARMEN XXXII.

EPITAPHIUM PROJECTÆ.

Quid loquar aut sileam, prohibet dolor ipse fateri.
C Hic tumulus lacrymas retinet, cognosce, parentum
Projectæ, fuerat primo quæ juncta marito,
Pulcra decore suo, solo contenta pudore.
Heu dilecta satis miseræ genitricis amore,
Accipe quid multis thalami post fœdera prima
Erepta ex oculis Flori genitoris abiit,
Ætheriam cupiens cæli conscendere lucem.
Hæc Damasus præstat cunctis solatia fletus.
VIXIT. ANN. XVI. M. X. DIES. XXV. DEP. III. KAL. JAN.
FL. MEROBAUDE. ET. FL. SATURNIN. CONSS.

ævo meliore modo ad vicinius, modo ad remotius tempus fuisse relatum. Immo, inquit, si vocis origo spectetur, D magis est ut remotius notet: fit enim ex DIU DUM. Hinc concludit, heic apud Damasum posteriore sensu *dudum* esse accipiendum. Consulendus l. c. vir doctus, qui fuse simul atque erudite illustrat hoc S. Damasi epigramma marmori incisum, & anno 1728. in S. Agnetis effossum. Nos interim ad textum quod attinet, illud in primis exegimus ad exemplar ex archetypo accurate descriptum, quod æri incisum repræsentandum curavit Bayerius V. C. in suo *Damaso Hispanis asserto* pag. 54. Tab. I. num. II.

V. 2. *Agnen*] Sic ex inscriptione marmorea Bayerius. Neque aliter Mazochius l. c. pag. 911. qui de hoc nomine plura. Sed Merendæ placuit *Agnem*.

V. 3. *Gremium*] *Gremium* heic, non ad *nutricis* blandimenta, sed ad educationem pertinere, pluribus demonstrat laudatus Mazochius l. c. pag. 912.

V. 4. *Timorem*] Videtur τὸ *timorem* ad ℣. 8. referri debere. A nuditate enim maxime timebat, *Ne scilicet Domini templum*, hoc est corpus suum veste nudatum, *facies* E *peritura videret*. MAZOCH. l. c. pag. 914.

V. 7. *Profusum crinem per membra*] Sic Bayerius ex inspecto marmore, atque Victorius in Append. ad Acta S. Victorini, *de autographo inscriptionis S. Damasi* pag. 138. nec non Mazochius l. c. pag. 914. At Merenda contra fidem archetypi, PERFUSOS CRINES ET *membra*.

V. 9. *Alma*] Hebraica origine *Virgo*, ut docuit Hieronymus Damaso æqualis ad illud Isaiæ, *Ecce Virgo concipiet*. Hanc itaque *Almæ* notionem tunc satis tritam Damasus non ignorans, quum ultimo versu Agnetem *Martyris* elogio decorasset, non putavit eamdem præconio *Virginis* esse fraudandam: ideoque posuit, *Sanctum decus*, ALMA, *pudoris*. MAZOCH. l. c. pag. 915.

V. 10. *Martyr*] Merenda, invito archetypo, *Virgo*. Virorum eruditorum quorum modo meminimus, ductu genuinam lectionem restituimus.

Ad CARMEN XXX.

DE S. AGATHA MARTYRE] V. card. Thomas. opp. tom. II. pag. 384. ex veterum monumentis: *In natale S. Agathæ virginis & martyris, S. Damasi papæ*. MEREND.

V. 5. *Specie*] Sic Sarazanius. Al. *facie*.

V. 16. *Cuncta flagella cucurrit ovans*] Ad hunc locum illustrandum adire juverit Holstenium in notis ad *Acta SS. Perpet. & Felicit.* tom. II. nostræ biblioth. PP pag. 194. Neque prætereas velim Mazochium l. c. pag. 985. ubi & hæc Damasiani carminis verba profert.

V. 24. *Se celebr.*] An *Te?*

Ad CARMEN XXXI.

EPITHAPHIUM IRENES SORORIS] De hoc Damasi carmine edisserit erudite pro more suo Bayerius l. c. pagg. 48-52. quem consulere præstat.

V. 8. *Melioribus annis*] Id est, in juvenili ætate, ut interpretatur idem Bayerius.

V. 9. *Te germ.*] Scriptor laudatus HÆC *germ.* legendum censet. Et hanc quidem restitutionem contextus postulare videtur.

V. 11. *Cum raperet melior tunc regia cæli*] Eadem phrasi utitur auctor, ut advertit Merenda, Carm. XXVI. *de SS. Proto & Hyacintho* ℣. 3. Carm. XXXIII. *de Sepulcro suo* ℣. 3. nec non in *Append.* n. IV. ℣. 2.

V. 12. *Timui*] Ita Sarazanius. Neque solicitandam esse lectionem indicat verbum *dolui* ℣. seq.

V. 15. *Ut tua*] Rejecta vulgata Sarazanii lectione *Ut*, rescribit Bayerius *Et*. Nihil equidem mutaverim.

Ad CARMEN XXXII.

V. 2. *Parentum*] Ita ex archetypo Bayerius l. c. pag. 54. Tab. II. n. V. Neque aliter Sarazanius. Apud Merendam mendo typographico *parentam*: unde *Collectionis poematum Pisaurensis* editor *parentem* expressit.

V. 7. *Abiit*] Sic lapis. At Sarazanius *abivit*, quem sequi Merendæ placuit.

V. 10. ANN.] Bayerianum exemplar sequimur. Sarazanius & Merenda AN. Hujusmodi autem notam chronologicam omisit Collector Pisaurensis.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.



CARMEN XXXIII. A

DE SEPULCRO SUO.

HEic congesta jacet, quæris si, turba piorum:
Corpora sanctorum retinent veneranda sepulcra:
Sublimes animas rapuit sibi regia cœli.
Heic comites Xysti portant qui ex hoste tropæa:
Heic numerus procerum servat qui altaria Christi:
Heic positus longa vixit qui in pace sacerdos:
Heic confessores sancti quos Græcia misit:
Heic juvenes puerique, senes castique nepotes,
Quis mage virgineum placuit retinere pudorem.
Heic fateor Damasus volui mea condere membra: B
Sed cineres timui sanctos vexare piorum.

CARMEN XXXIV.

EPITAPHIUM PAPÆ DAMASI QUOD SIBI EDIDIT IPSE.

QUi gradiens pelagi fluctus compressit amaros,
Vivere qui præstet morientia semina terræ,
Solvere qui potuit Lazaro sua vincula, mortis
Post tenebras, fratrem post tertia lumina solis
Ad superos iterum Mariæ donare sorori:
Post cineres Damasum faciet quia surgere credo.

C

CARMEN XXXV.

DE TEMPLO S. LAURENTII A S. DAMASO INSTAURATO.

HInc pater, exceptor, lector, levita, sacerdos
Creverat hinc meritis, quoniam melioribus actis.
Hinc mihi provecto Christus cui summa potestas,
Sedis apostolicæ voluit concedere honorem.
Archibis fateor volui nova condere tecta,
Addere præterea dextra lævaque columnas,
Quæ Damasi teneant proprium per sæcula nomen.

CARMEN XXXVI.

DE FONTIBUS VATICANIS.

CIngebant latices montem, teneroque meatu
Corpora multorum cineres atque ossa rigabant.
Non tulit hoc Damasus, communi lege sepultos
Post requiem tristes iterum persolvere pœnas.
Protinus adgressus magnum superare laborem,
Aggeris immensi dejecit culmina montis.
Intima sollicite scrutatus viscera terræ,
Siccavit totum quidquid madefecerat humor:
Invenit Fontem, præbet qui dona salutis.
Hæc curavit Mercurius levita fidelis.

CARMEN XXXVII.

AD FONTES.

NOn hæc humanis opibus, non arte magistra,
Sed præstante Petro cui tradita janua cæli est,
Antistes Christi composuit Damasus.
Una Petri sedes, unum verumque lavacrum:
Vincula tenent: Acbathius votum solvit.

Ad CARMEN XXXIII.

V. 9. *Quis*] Ita Sarazanius pro *Queis*, ut superius observatum. Pisaurensis collector maluit *Quis*.

Ad CARMEN. XXXIV.

V. 3. *Solvere* cet.] Cod. Vat. 1578.
Solvere qui potuit legalia vincula —
MEREND.

V. 5. *Mariæ*] Cod. Vat. *Marthæ*: ut etiam apud Sirmondum, opp. tom. II. pag. 786. ID.

Ad CARMEN XXXV.

V. 1. *Hinc pat.*] Sic Sarazanius. At Merenda cum collectore Pisaurensi *Hac*: mendose, ut equidem puto.

Ad CARMEN XXXVI.

D DE FONTIBUS VATICANIS] Hujusmodi Carmen contulimus cum exemplari Bayeriano l. c. Tab. II. n. III.

APPENDIX
EX GRUTERO ET PALATIN. CODIC.

I.

OMnia, quæque vides, proprio quæsita labore,
Cum mihi gentilis jam dudum vita maneret,
Institui, cultum cupiens cognoscere mundi.
Judicio post multa Dei meliora sequutus,
Contemtis opibus, malui cognoscere XPM.
Hæc mihi cura fuit, nudos vestire petentes,
Fundere pauperibus, quidquid concesserat annus: E
Psallere & in populis volui modulante propheta:
Sic merui plebem XPI *retinere sacerdos.*

II.

Tempore quo gladius secuit pia viscera matris,
Sexaginta duo capti feritate tyranni,
Extemplo ducibus missis sua colla dedere
Confessi XPM, *superato principe mundi*,
Ætheriam petiere domum, regnumque piorum.

III.

Discite, quid meriti præstet pro rege feriri.
Femina non timuit gladium, cum natus obivit:
Confessa XPM *meruit per sæcula nomen.*

IV.

Stringe dolor lacrymas: quæris plebs sancta redemtum
Levitam: subito rapuit sibi regia cæli.
Dulcia nectareo promebat mella canore,
Prophetam celebrans sacro modulamine senem.
Hæc fuit insontis vitæ laudata juventus:
Invidia infelix tandem compressa quiescit:
Nunc paradisus habet, sumsit qui ex hoste tropæa.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.



V.

Theodora, quæ vixit annos XXI.
Menses VII. dies XXIV. in pace.

Ex SPON. Itiner. *tom.* I. *pag.* 317.

Amplificam sequitur vitam dum casta Afrodite
Fecit ad astra viam, $\overline{X\Gamma}$ modo gaudet in aula.
Restitit hæc mundo semper, cælestia quærens:
Optima servatrix legis, fideique magistra,
Dedit [1] *egregiam sanctis per secula mentem.*
Inter [2] *eximios paradisi regnat odores,*
Tempore continuo vernant ubi gramina quævis:
B *Exspectatque Deum, superas quo surgat ad auras.*
A *Hoc posuit corpus tumulo, mortalia liquens,*
Fundavitque locum conjux Eva . . . A. N. S.

DEP. DIE . . . .
ANTONIO ET SYAGRIO CONS.

VI.

EPITAPHIUM SISINNII PRESBYTERI.

Apud GRUTER. *pag.* MCLXXII. *n.* 9.

Presbyter heic voluit Sisinnus ponere membra,
Omnibus acceptus populis, dignusque sacerdos;
Qui sciret sanctæ servare fœdera matris:
Blandus amore Dei semper qui vivere nosset,
Contentusque suo nesciret principis aulam.

Ad CARMEN VI.

EPITAPH. cet.] Domnus abbas Terribilinus apud Merendam in *Addendis* pag. 8. Carmen istud a Damaso conscriptum haud immerito censere videtur.

V. 1. *Heic* — *ponere membra*] Sic in Carm. XXIII. de SS. Marcellino & Petro ℣. 9. MEREND.

V. 3. *Servare fœdera matris*] Carm. XII. *de S. Eusebio papa* ℣. 6.
— *Servaret fœdera pacis.*
Vixerat igitur ille Marcelli, Eusebii & Marci ætate, sub quibus pontificibus Romanis controversiæ de lapsis agitabantur ID.

V. 4. *Blandus amore Dei*] Vide sis Carmen XIII. *de S. Marco papa*, in not. ad ℣. 2.

1. Gruter. pag. 1177. *Edidit*.

2. Gruter. *Inde per*.

INDEX
EPISTOLARUM ET CARMINUM
S. DAMASI PAPÆ.

EPISTOLÆ.

CARMINA.

S A N C T I

GREGORII NAZIANZENI

C A R M I N A

E T

E P I S T O L Æ,

QUÆ IN OPERUM EJUSDEM S. PATRIS EDITIONIBUS DESIDERANTUR.

Omnia nunc primum collecta & recensita,

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΤΟΥ ΘΕΟΛΟΓΟΥ ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ.

GREGORII THEOLOGI EPIGRAMMATA.

Εἰς Προαιρέσιον Σοφιστήν.

A

In Proheresium Sophistam.

CARMEN I.

Μηκέτι Κεκροπίη μεγάλ' εὔχεο· οὐ θέμις ἐστὶν
Ἠελίῳ τυτθήν ἄντα φέρειν δαΐδα·
Οὐδὲ Προαιρεσίου ῥήτρῃ βροτὸν ἄλλον ἐρίζειν,
Ὅς ποτε ἀρτιτόκοις κόσμον ἔσεισε λόγοις.
Βροντὴν Ἀτθὶς ἔνεικε νεόκτυπον· ἀλλὰ Σοφιστῶν
Πᾶν γένος ὑψιλόγων εἶκε Προαιρεσίῳ.
Εἶξε μέν· ἀλλά μιν ἔχε μόρῳ φθόνος. οὐκέτ' Ἀθῆναι
Κύδιμοι· ὦ νεότης, φεύγετε Κεκροπίην.

NE posthac Cecropia magnum gloriare. Nefas est
Soli tantillam opponere facem:
Aut cum Prohæresii eloquentia mortalem alium contendere,
Qui nuperis Mundum concutiebat Orationibus.
Tonitru Attica recens-streperum tulit: Sophistarum vero
Universum genus magniloquorum cedebat Prohæresio.
Cessit quidem. Sed illum vicit invidum fatum.
B
Non amplius Athenæ
Illustres erunt. O juventus, fugite Cecropiam.

NOTÆ V. C. LUDOVICI ANTONII MURATORII.

Quis quantusque vir Prohæresius fuerit, quem heic Nazianzenus fatis functum laudat, quantaque eloquentia præditus, Eunapius Sardianus illorum temporum æqualis luculente scriptum reliquit in Libro de Vitis Philosophorum & Sophistarum, ubi ejus vitam, & res gestas memoriæ mandavit. Inter cætera illius encomia fortasse id altius eminet, quod illi Populus Romanus constituit. Πολλά, sunt Eunapii verba, ἐπὶ πολλοῖς ἀγασθέντες, καὶ τυχόντες ἐπαίνων, ἀνδριάντα κατασκευασάμενοι χαλκὸν ἰσομέτρητον ἀνέθηκαν, ἐπιγράφοντες· ἡ βασιλεύουσα Ῥώμη τὸν βασιλεύοντα λόγων. *Quum valde, atque ob plurima* (Romani per Prohæresium) *admirationi fuissent, & encomiis ab eo ornati, statuam illi ex ære pari magnitudine erexere cum hac inscriptione: REGINA ROMA REGI ELOQUENTIÆ.* Solemne fuit olim Sophistarum argumentum, Urbium præclarissimarum laus. Encomium Romæ Prohæresius fecerat, quemadmodum & Aristides fecit, cujus exstat hoc titulo nobilissima Oratio. Hinc Prohæresio statua publice decreta, atque erecta, cum insigni Inscriptione. Sub Juliano Augusto Prohæresium floruisse, & quinque post ejus mortem annis vivere desiisse, auctor est idem Eunapius, qui hæc etiam de illo refert: τοσοῦτος, καὶ τοιοῦτος γενόμενος, καὶ διαπλήσας τῶν ἑαυτοῦ λόγων τε, καὶ ὁμιλητῶν τὴν οἰκουμένην. *Tantus, ac talis vir, qui totum terrarum orbem orationum suarum, & auditorum copia implevit.* Quare circiter Annum Christi 368. hoc Epigramma Nazianzenus elucubrasse videtur. Christianorum autem albo Prohæresium inscriptum fuisse, e Hieronymo facile intelligas in Chronico ad annum primum Juliani, ubi hæc habet: *Prohæresius Sophista Atheniensis lege data, ne Christiani liberalium Artium doctores essent, quum sibi specialiter Julianus concederet, ut Christianos doceret, scholam sponte deseruit.* Hæc ille de Prohæresio, quem etiam *magnum Sophistam* in voce Ἰουλιανὸς Suidas appellat. Cur tam anxie illius obitum Gregorius deploraret, in caussa fuit, quod eo præceptore usus olim fuerat; ejusque rei testem habemus Sozomenum lib. 6. c. 16. de SS. Basilio, & Gregorio nostro ita scribentem. *Quum adhuc adolescentes essent, Himerio, & Prohæresio Sophistis id temporis præstantissimis se in disciplinam tradidere Athenis.*

Σοφιστήν. *Sophistam.* Quamquam antiquis temporibus Sophistarum nomen in deteriorem partem accipi soleret, & potissimum dum Socrates in vivis ageret, uti Cicero testis est Acad. Quæst. lib. 2. & Plato Sophistarum sui temporis μάστιξ appellatus fuerit; attamen, Romano Imperio in senium vergente, honorificum esse cœpit. Rhetores fere omnes, qui publicis in Scholis eloquentiæ præceptis juvenes imbuebant, ita compellari amabant, quum laudis, non dedecoris, jam argumentum id esset. Sæculum a Christo nato quartum plura hac in re exempla suppeditat. Primas autem eo tempore inter Sophistas tulerunt Libanius, & Prohæresius. Qui de Sophistis uberiora cupit, adeat Eunapium, & Philostratum in eorum Vitis, & Petrum Fabrum in Comment. ad leg. 1. de Just. & Jure.

Κεκροπίη. *Cecropia.* Sunt verba Plinii lib. 7. cap. 56.
C
Oppidum Athenas Cecrops a se appellavit Cecropiam. Pluribus autem narrat Eunapius, quomodo Athenas accitus fuerit Prohæresius, ut ibi Eloquentiam profiteretur; non enim erat ille Atheniensis, sed ex Armenia.

Μεγάλ' εὔχεο. *Magnum gloriare.* In MS. Cod. Ambrosiano legitur εὔχεσο, quod retineri potest; sed melior mihi visa est lectio, quam suppeditavit Cl. Salvinius e Cod. Med. Fortassis etiam legendum μεγάλ' αὔχεο.

Ερίζειν. Cod. Med. ὀρίζειν.

Βροντήν. *Tonitru.* Quatuor sequentes versus forsitan a superioribus sejungendi, ut alterum Epigramma constituant. Julianus Augustus ὁ παραβάτης Epistolam ad Prohæresium istum scribit. Illum autem appellat ἄνδρα ἐφιέντα τοῖς λόγοις, ὥσπερ οἱ ποταμοὶ τοῖς πεδίοις ἐπαφιᾶσι τὰ ῥεύματα, καὶ ζηλοῦντα τὸν Περικλέα κατὰ τοὺς λόγους. *Hominem in dicendo copiosum, velut flumina, quum in patentes campos influunt; hominem Pericli omnino parem eloquentia.* Periclis æmulum, imo alterum Periclem, eumdem Prohæresium
D
simili sententia heic facit Nazianzenus. Nam ut Periclem *tonasse*, & *fulgurasse* Eupolis vetus Poeta dixit, ita & Prohæresium Gregorius *Tonitru novum* appellat.

Ἄντα φέρειν. In Ambr. Cod. videtur scriptum ἄντω φέρειν. Sed facile α in ω conversum. In Mediceo habetur πάντα, quod non abludit ab ἄντα. Hoc autem verbum Poeticum est, & Homericum; atque Homericus in primis Nazianzenus.

Ω νεότης. In Ambr. Cod. legitur ὁ νεότητος. Metrum, & sensus emendationem exigebant.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

Εἰς Θεσπέσιον Γραμματικόν.

In Thespesium Grammaticum.

CARMEN II.

ΑΙ αἶ καὶ σὺ θάνες, φθονερὴ δέ σε μοῖρ' ἐκάλυψεν,
Θεσπέσιε· φθιμένῳ δ' ἄφθιτόν ἐστι κλέος.
Ἀρτιτόκοις ἐπέεσσι τόσος βρύες, ἡ δ' ἐβόησε
Ἀτθίς· τίς ποτ' ἐμῆς δόξαν ἔχει σοφίης;

HEU heu & tu mortuus es, nividum vero fatum te tumulavit,
Thespesi: tibi autem mortuo perenne est decus.
Nuper verbis tantus manabas: exclamavit autem
Attica: Quisnam meæ decus possidet sapientiæ?

Et hic Thespesius inter clarissimos sui temporis Rhetores effulsit. Ei operam Cæsareæ in urbe Palæstinæ Theologus dedit. Audi Hieronymum in Lib. de Script. Eccles. hæc de Euzojo scribentem: *Euzojus apud Thespesium Rhetorem cum Gregorio Nazianzeno Episcopo adolescens Cæsareæ eruditus est*. Cur tamen Grammaticus tantum a Gregorio, non Rhetor, aut Sophista appelletur, quemadmodum Prohæresius, divinare nescio; nisi ea forsitan sit caussa, quod Grammatici antiquis temporibus appellabantur, qui absolute docti, variarumque artium professores erant.

Ἐκάλυψεν. Cod. Med. habet *ἐδάμασσε*.

Εἰς Μαρτινιανόν.

In Martinianum.

CARMEN III.

ΕΙ τις Τάνταλός ἐστιν ἐν ὕδασιν αὖος ἀπίστοις,
Εἴ τις ὑπὲρ κεφαλῆς πέτρος ἀεὶ φοβέων·
Δαπτόμενόν τ' ὄρνισιν ἀγήραον ἧπαρ ἀλιτροῦ,
Καὶ πυρόεις ποταμός, καὶ ζόφος ἀθάνατος·
Ταρτάρεοί τε μυχοί, καὶ δαίμονες ἀγελόθυμοι,
Ἄλλαι τετρυμένων τίσιες εἰν ἀΐδῃ·
Ὅστις Μαρτινιανὸν ἀγακλέα δηλήσαιτο
Τύμβον ἀνοχλίζων, δείματα πάντα φέροις.

SI quis Tantalus est inter infidas aquas siccis labiis,
Si quis super caput lapis semper terrens;
Seu laceratum ab avibus æternum jecur impii,
Et igneum flumen, & nox perpetua;
Tartareique recessus, & Dæmones crudelissimi,
Aliæque vexatorum pœnæ in Inferis:
Quicumque Martiniano glorioso nocere voluerit,
Sepulcrum submovens, hos timores universos subeat.

Martinianos clarissimam Sæculo Christi quarto gentem fuisse, plura monimenta, ex eisdem petita temporibus, nunc etiam testantur. Sub Constantino Magno Martinianus quidam Præf. Urbi, & Præses Provinciæ Norici Mediterranei floruit, cujus memoria in Inscriptione Gruteriana exstat pag. CCLXXXIII. num. 5. ubi sic legitur:

D. N. FL. CONSTANTINO
CLEMENTISSIMO. ATQ. VICT. AUG.
MARTINIANUS. V. P. PRÆSES
PROVINC. NORICI MEDITERR.
D. N. M. EJUS.

Ante hunc Martinianum alter longe clarior vixerat, quem *ἡγεμόνα τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων ὄντα* (*Μάγιστρον τῶν ὀφφικίων καλοῦσι Ῥωμαῖοι*). *quum Ordinum Palatinorum Dux esset* (*Magistrum Officiorum Romani vocant*) Cæsarem Licinius creaverat, Zosimo teste lib. 2. Hist. At istum, Licinio profligato, Constantinus M. satellitibus suis occidendum tradidit. Præterea sub Valente, ac Valentiniano in Africa Martinianum alium, quem aliquo illustri munere ibi functum arbitror, Theodosius Augustorum nomine interimendum jussit. Sunt verba Ammiani Marcellini lib. 29. Hist. *Per Cæsariensis Mauritaniæ oppida reversus Theodosius Sitifim, Castorem, & Martinianum rapinarum, flagitiorumque Romani participes ad interitum tortos incendit*. Exstant denique in Codice Theodosiano tria Constantii Augusti rescripta ad Martinianum Africæ Vicarium A. C. 358. missa l. 44. 45. & 46. C. de Decurion. Ad hunc Martinianum, dum alter sit a nuper memorato, referenda esse Nazianzeni Carmina, conjicere possumus, quippe de illo infra canit Poeta;

Δουρὶ δὲ Σικανίην κτήσαο, καὶ Λιβύην.
Armis vero Siciliam tenuisti, atque Africam.

Et quum extremam attigerit senectam, ad Gregorii nostri clariora tempora procul dubio vixit. Quod igitur Nazianzenus nos docet, en paucis. Martinianus Cappadociam patriam habuit, aut saltem rexit; illum enim vocat Poeta *Καππαδόκων μέγ' ἄεισμα*, *Cappadocum magnum decus*, & infra *Cappadocem* aperte appellare videtur, Siciliam, atque Africam, ut supra significavi, summa cum virtute, & æquitatis, ac armorum gloria moderatus est. Tamdem felicem ad senectutem perducto vitæ curriculo, in Imperatoris aula diem supremum sine morbo objit. Reliquas ejus virtutes, ac laudes singillatim descriptas heic habeas.

Πέτρος ἀεὶ φοβέων. *Lapis semper terrens*. Præter alia tormenta, quæ cœca, & fabulosa Ethnicorum gens Tantalo ad Inferos damnato affinxit, scilicet, ut Ovidius ait, quod

Quærat aquas in aquis, & poma fugacia captet,

alterum veteres somniarunt, nempe quod ejus capiti ingens immineret saxum, semper terribile, quia semper casurum. Cicero lib. 4. Tuscul. Quæst. hæc de illo habet: *Poetæ impendere apud Inferos saxum Tantalo faciunt ob scelera, animique impotentiam, & superbiloquentiam*. Eamdem rem his quoque carminibus describebat Lucretius:

Nec miser impendens magnum timet aere saxum
Tantalus (ut perhibent) cassa formidine torpens.

Et Euripides fabulæ hujus memoriam in Oreste reliquit, ita canens:

Διὸς πεφυκὼς (ὥς λέγουσι) Τάνταλος
Κορυφῆς ὑπερτέλλοντα δειμαίνων πέτρον.
Natus, ut ferunt, Jove Tantalus
Saxum timens, quod imminet capiti.

Vide & apud Pindarum Ode VIII. lapidis hujus mentionem.

Τετρυμένων. *Vexatorum*. In Cod. Ambr. legitur *τεθειμένων*, corrupte procul dubio. Quare substitui meliorem vocem, quæ bis occurrit in ejusdem Nazianzeni Carmine de Vita sua.

Ἄλλο.

ALIUD IV.

ΟΥρεά σοι, καὶ πόντος, ἀτάσθαλε· καὶ πεδίοισι
Τέρπῃ πυροφόροις, τετραπόδων τ' ἀγέλαις.
Καὶ χρυσοῖο τάλαντα, καὶ ἄργυρος, εὐγενέες τε
Λᾶες, καὶ Σηρῶν νήματα λεπταλέα,
Πάντα βίος ζώοισι· λίθοι δ' ὀλίγοι τε φίλοι τε
Τοῖς φθιμένοις· σὺ δέ μοι κἀνθάδε χεῖρα φέρεις.
Οὐδέ σου αἰδόμενος, τλῆμον, τάφον ὅστις ὀλέσσει

MOntes tibi sunt, & pontus, improbe; & campis
Frueris frugiferis, quadrupedumque gregibus.
Et auri talenta, ac argentum, nobilesque
Lapides, & Serum tenuia fila,
Omnia viventibus vita suppeditat. Lapides vero pauci, & cari
Sunt mortuis tantum. At tu mihi & heic manum infers.
Tuum quoque sepulcrum, o miser, non veritus aliquis perdat

Ἄλλος, σοῖσι νόμοις, χερσὶ δικαιοτέραις. A

Alius, legibus quidem tuis, sed manibus justioribus.

Cur geminis hisce Epigrammatis Nazianzenus utatur, ut a Martiniani tumulo inimicas manus avertat, temporum illorum notitia prodit. Eo enim improborum impietas venerat, ut nulla sepulcrorum haberetur religio. Quin tumuli evertebantur, eorumque e spoliis, ac marmoribus asportatis lucrum sibi nonnulli quærebant. Hinc Imperator Constans contra sepulcrorum violatores, quos Græci τυμβωρύχους appellabant, leges promulgavit A. C. 340. & 349. Constantius quoque Augustus, eumque imitatus Julianus legibus latis perditæ gentis audaciam compescuere. Has leges videre est in Codicibus Theodos. & Justiniam. Tit. de Sepulcr. viol. Is autem honor apud veteres sepulcris erat, qualis apud nos Christianos, qui non animabus tantum ad immortalitatem translatis, verum etiam ossibus, ac cineribus hujusmodi tumulorum confractoribus pœnas, terrores, minasque inflictas legimus. Unicam e schedis meis MSS. producam, quæ Athenis ante annos 150. habebatur, descriptaque reperitur in egregio Codice Ambrosianæ Bibliothecæ.

ΠΑΡΑΔΙΔΩΜΙ ΤΟΙΣ ΚΑΤΑΧΘΟΝΙΟΙΣ ΘΕΟΙΣ
ΤΟΥΤΟ ΤΟ ΗΡΩΟΝ ΦΥΛΑΣΣΕΙΝ
ΠΛΟΥΤΩΝΙ ΚΑΙ ΔΗΜΗΤΡΙ ΚΑΙ ΠΕΡΣΕΦΟΝΗΙ
ΚΑΙ ΕΡΥΝΥΣΙ ΚΑΙ ΠΑΣΙ ΤΟΙΣ ΚΑΤΑΧΘΟΝΙΟΙΣ ΘΕΟΙΣ
ΕΙ ΤΙΣ ΑΠΟΚΟΣΜΗΣΕΙ ΤΟΥΤΟ ΤΟ ΗΡΩΟΝ
Η ΑΝΑΣΤΟΜΩΣΕΙ ΗΤΙ ΚΑΙ ΕΤΕΡΟΝ
ΜΕΤΑΚΙΝΗΣΕΙ Η ΑΥΤΟΣ Η ΔΙ ΑΛΛΟΥ
ΜΗ ΓΗΙ ΒΑΤΗΙ ΜΗ ΘΑΛΑΣΣΗΙ ΠΛΩΗΙ
ΑΛΛΑ ΕΚΡΙΖΩΘΗΣΕΤΑΙ ΠΑΝΓΕΝΕΙ
ΠΑΣΙ ΤΟΙΣ ΚΑΚΟΙΣ ΠΕΙΡΑΝ ΔΩΣΕΙ ΚΑΙ ΦΡΙΚΗΙ
ΚΑΙ ΠΥΡΕΤΩΙ ΚΑΙ ΤΕΤΑΡΤΑΙΩΙ ΚΑΙ ΕΛΕΦΑΝΤΙ
ΚΑΙ ΟΣΑ ΚΑΚΑ ΑΝΘΡΩΠΟΙΣ ΓΙΓΝΕΤΑΙ
ΤΑΥΤΑ ΓΕΝΕΣΤΩ ΤΩΙ ΤΟΛΜΗΣΑΝΤΙ
ΕΚ ΤΟΥΤΟΥ ΤΟΥ ΗΡΩΟΥ ΜΕΤΑΚΙΝΕΙΣΘΑΙ ΤΙ

Quæ ita Latine reddidi. *Trado Inferis Diis hoc sepulcrum custodiendum, Plutoni, Cereri, Proserpinæ, & Furiis, & omnibus Inferis Diis. Si quis spoliaverit hoc sepulcrum, vel aperiet, vel etiam aliquid aliud dimovebit, vel ipse, vel per alium: neque terra incedat, neque mari naviget* (Græca verba heic esse corrupta suspicor. Ego scripsi πλέῃ pro B πλωσῃ, quod erat in Cod. MS. ut aliquis esset sensus) *sed eradicabitur funditus, omnibus malis occupabitur, & horrore, & febri, & quartana, & elephantiasi. Et quæcumque mala hominibus accidunt, ea eveniant illi, qui ausus fuerit aliquid ex hoc sepulcro amovere.* Horum similia apud Gruterum invenias, apud Jo. Kirchmannum de funer. Roman. lib. 3. cap. 26. Gothofredum in Comment. ad Cod. Theod. Spondanum lib. 1. par 1. cap. 9. de Cœmet. sacris, ut alios omittam.

Οὐδέ σου. *Neque tuum* &c. Ut sensum verba haberent, ita hæc vertenda duxi. In Codice Mediceo pro ὅστις ὀλέσσει habetur ὃν τις ὀλέσσει. In Ambrosiano erat ὀλέσει. Sensus autem foret, confractori sepulcrorum ne proprium quidem sepulcrum curæ esse; nam & alius aliquis exemplo usus in istud quoque irruet, sed æquius.

Ἄλλο.

ALIUD. V.

C

Ἡνίκα Μαρτινιανὸς ἔδυ χθόνα μητέρα πάντων,
Πᾶσα μὲν Αὐσονίων ἐστονάχησε πόλις.
Πᾶσα δὲ Σικανίη τε, καὶ εὐρέα πείρατα γαίης
Κείρατ', ἀπ' ἀνθρώπων οἰχομένης Θέμιδος.
Ἡμεῖς δ' ἀντίνυ σεῖο τάφον μέγαν ἀμφιέποντες
Αἰὲν ἐπερχομένοις δείξομεν ὥς τι σέβας.

Quando Martinianus terram subiit omnium parentem,
Omnis quidem Italorum ingemuit Civitas.
Universa vero Sicilia, & spatiosi fines terræ
Detonsi sunt, ab hominibus discedente Themide.
Nos autem, loco tui, sepulcrum magnum complectentes,
Semper advenientibus ut quid sacrum ostendemus.

Κείρατο. *Detonsi sunt*. Poetica elegantia Siciliam universam, terræque fines Detonsos Theologus dicit, ut Siculos, cæterosque homines significet detonsos ob Martiniani mortem, quocum Justitia, seu Themis e mundo discessisse fingitur. Tonderi autem in luctu mos veteribus fuit, quo ritu internus animi mæror ostendebatur. De hoc D ritu loquitur Herodotus lib. 2. Hist. ita scribens: Τοῖσι ἄλλοισι ἀνθρώποισι νόμος ἅμα κήδεϊ κεκάρθαι τὰς κεφαλὰς τῶν μάλιστα ἱκνέεται. *Apud ceteros homines more receptum est, ut in luctu statim capita radantur, eorumque potissimum, ad quos luctus jure pertinebat.* Nunciata quoque Germanici morte, *Regulos quosdam barbam posuisse ad indicium maximi luctus*, auctor est Suetonius in Caligula. Hinc Ægyptii hujus moris observantissimi, ut luctum suum propter Osiridis mortem testarentur, quotannis statuto die radebant capita, uti Julius Firmicus narrat. Mentionem quoque de crinium tonsura in mæstitiæ signum fecere Xenophon lib. 1. Ἑλληνικῶν, Theocritus in Epitaphio Adonidis, Athenæus lib. 15. Ælianus lib. 7. cap. 8. Seneca lib. 5. de Benef. cap. 6. Astrampsychus in senariis onirocriticis, Isocrates, & alii.

Ἀμφιέποντες. *Complectentes*. Ita scripsi, quum in Ambr. Cod. legeretur ἀμφιέποντα.

Δείξομεν. *Ostendemus*. In eodem Codice scriptum est δώσομεν, quod nullum præbet commodum sensum. Quare aliud verbum substituendum censui.

Ἄλλο.

ALIUD. VI.

Οἱ Χριστὸν φορέοντες ἀκούσατε, οἵ τε θέμιστας
Εἰδότες ἡμερίων καὶ φθιμένων ὁσίην
Πάντα λίπον, βασίλεια, πάτρην, γένος, εὖχος, ὑπάρχων
Αἲ αἲ πᾶσιν, ὅμως νῦν κόνις εἰμ' ὀλίγη, E
Μαρτινιανὸς πᾶσι τετιμένος, ἀλλ' ἐπὶ τύμβῳ
Βάλλειν ἡμετέρῳ δάκρυα, μὴ παλάμας.

Qui Christum fertis, audite, quique jura
Novistis vivorum, & mortuis debitam reverentiam:
Omnia reliqui, Palatia, patriam, genus, gloriam, imperans
Heu heu omnibus, nihilominus nunc sum cinis exiguus,
Martinianus cunctis honoratus. Sed tumulo
Nostro lacrymas, non manus, injicite.

Οἱ Χριστὸν φορέοντες. *Qui Christum fertis*. Quum interdum Nazianzenus hoc nomine Sacerdotes significet, sæpius tamen Christianos omnes intelligit, idque heic voluisse mihi videtur.

Ὑπάρχων. *Imperans*. Commode etiam cum εὖχος conjungi poterat hoc verbum, ut esset sensus *gloriam Præfectorum*. Certe infra Martinianus appellatur κάρτος ὑπάρχων, *robur Præfectorum*.

Βάλλειν. *Injicite*. Pro. βάλλετε usurpatum reor, quod interdum Poetæ faciunt. Sensus autem hic est. Lacrymis quidem sepulcrum nostrum spargite: hoc decet. Ne vero manus inferte, nam hoc impium. Epigramma eo tendit, ut misericordiam, timoremque mortis, tumulorum effractoribus incutiat.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.



A

Αλλο.

ΜΟυσοπόλον, ῥητῆρα, δικασπόλον, ἄκρον ἅπαντα,
Τύμβος ὅδ' ἀγενέτην Μαρτινιανὸν ἔχω,
Ναύμαχον ἐν πελάγεσσιν, ἀρήιον ἐν πεδίοισιν.
Αλλ' ἀποτῆλε τάφου, πρίν τι κακὸν παθέειν.

ALIUD. VII.

POetam, Rhetorem, Judicem, ſummum in omnibus,
Tumulus, quem videtis, Martinianum teneo,
Navali prælio aptum in mari, bellicoſum in terris.
Quare procul eſte a tumulo, ne quid mali patiamini.

Αλλο.

ΜΗ πόλεμον φθιμένοισι (ἅλις ζώοντες ἀλιτροὶ)
Μὴ πόλεμον φθιμένοις. Μαρτινιανὸς ἐγώ.

B

Πᾶσι τάδε ζωοῖς ἐπιτέλλομαι· οὐ θέμις ἐστὶ
Τῶν ὀλίγων φθονέειν τοῖς φθιμένοισι λίθων.

ALIUD. VIII.

NE bellum mortuis infer (ſat impiorum vivit) *quibus ſcilicet inferas bellum.*
Ne, inquam, bellum infer mortuis. Martinianus ego.
Hæc iis, qui ſuperſunt, mando: nefas eſt
Exiguos lapides mortuis invidere.

Μὴ πόλεμον. *Non bellum*. Subaudio πεποίηκα, nempe; *non bellum mortuis intuli, movi*. Quæ ait, ut violatores a ſepulcris arceat, exemplo ſui. Pro ἐγὼ legi poſſet ἔχω. Poſſet etiam ſubintelligi ποιεῖτε, hoc eſt, *ne inferte bellum. Ego ſum Martinianus*. Pro πᾶσι τάδε Cod. Med. habet ταῦτα πᾶσι.

Αλλο.

Ω Θέμι, τῇ πολίων πότ' ἐγὼ νώμησα τάλαντα,
Ω φοβεραὶ ψυχῶν μάστιγες οὐχ ὁσίων·
Οὗτος ἐμοῖσι λίθοισι φέρει στονόεντα σίδηρον,
Οὗτος ἐμοί· φεῦ φεῦ· ποῦ δὲ λίθος Σισύφου;

ALIUD. IX.

O Themis, qua duce olim ego urbium agitavi lances!
O terribilia impiarum animarum flagella!

C

Iſte in meos lapides fert lacrymabile ferrum;
Iſte in me. Heu, heu! Ubi nunc lapis Siſyphi?

Venuſtiſſimam heic habes Proſopopœjam contra ſepulcrorum violatores. Poſtquam omnia Inferorum, Themidiſque flagella invocavit, *en*, inquit, *hic tumulo meo bellum ferro armatus infert. Hic, inquam, perditus homo in me graſſatur, heu heu, Ubinam Siſyphi lapis nunc eſt? Cur in hunc impium non ruit?* Pro πολίων in Cod. Med. legitur πολλῶν *multorum*, quod minus audax videri poteſt. Tria vero ſuperiora Epigrammata unum tantummodo conſtituebant in Ambr. Cod. Dividere placuit; ſenſus enim in ſingulis completus.

Αλλο.

ΟΛβιος, ἀγήρως, ἄνοσος θάνον, ἐν Βασιλῆος
Πρῶτα φέρων, ἱερῆς ἄκρον ἔχων σοφίης.
Εἴ τινα Μαρτινιανὸν ἀκούετε, ἀλλ' ἀπὸ τύμβου·
Μηδὲ φέρειν ἐπ' ἐμοὶ δυσμενέας παλάμας.

ALIUD. X.

BEatus, in ſenectute felici, ſine morbo deſii vivere, in Aula
Primas ferens, ſacræ culmen habens Sapientiæ.
Si forte quemdam audiſtis Martinianum, ſed a ſepulcro,

D

Ne contra me inferte hoſtiles manus.

Ἐν βασιλῆος. Ideſt αὐλῇ Βασιλῆος, *in Aula Imperatoris*. Hoc elegantius in Cod. Med. quam in Ambroſiano, legitur ἐν Βασιλείοις.
Ακούετε. *Audiſtis*. Et heic ſequutus ſum Codicem Mediceum. Hoc autem pro ἠκούσατε poſitum eſt. In Ambr. Cod. ſcriptum eſt ἀκούσατε, quæ vox etiam occurrit alibi. In utraque tamen voce eſt aliqua licentia contra leges Proſodiæ.

Αλλο.

ΧΑζεο, χάζεο τῆλε· κακὸν τὸν ἄεθλον ἐγείρεις,
Λᾶας ἀνοχλίζων, καὶ τάφον ἡμέτερον.
Χάζεο. Μαρτινιανὸς ἐγὼ καὶ ζῶσιν ὄνειαρ,
Καὶ νέκυς οὐκ ὀλίγον ἐνθάδε κάρτος ἔχω.

ALIUD. XI.

DIſcede, diſcede procul hinc: malum certamen excitas,
Lapides ſubmovens, noſtrumque tumulum.
Diſcede: Martinianus ego & vivis utilitatem tuli,
Et mortuus non exiguas heic vires habeo.

E

Αλλο.

ΚΑππαδόκων μέγ' ἄεισμα φαάντατε Μαρτινιανὲ,
Σεῖο, βροτῶν γενεὴ, καὶ τάφον αἰδόμεθα.
Ος ποτ' ἔης Βασιλῆος ἐν ἕρκεσι κάρτος ὑπάρχων,
Δουρὶ δὲ Σικανίην κτήσαο, καὶ Λιβύην.

ALIUD. XII.

CAppadocum magnum decus, ſplendidiſſime Martiniane,
Tuum quoque tumulum nos mortalium genus veneramur.
Qui quondam Imperatoris in arcibus robur Præfectorum eras,
Armis vero Siciliam tenuiſti, atque Africam.

Hoc Epigramma a ſuperiori ſejungendum eſſe monuit MS. Codex, appoſita de more linea. Ceterum nihil aliud eſſe videtur, quam reſponſio ad ſuperiores verſus per dialogiſmum. Ibi Martinianus loquens inducitur, ut ſepulcrorum violatores abſterreat. Heic ii reſpondent. Sed commodiſſime ſtat, ac ſonat unum ſine altero. Ex his autem diſcimus, Martinianum Africæ, & Siciliæ Vicarium fuiſſe. κάρτος ὑπάρχων poſſis etiam interpretari *robur Legatorum*, ſeu *vices Imperatoris in exercitu gerentium*.

A

Αλλο.

ΟΜνυμεν ἀθανάτοιο Θεοῦ κράτος ὑψιμέδοντος,
Καὶ ψυχὰς νεκύων, κύδιμε, σήν τε κόνιν·
Μή ποτε, Μαρτινιανὲ, τεοῖς ἐπὶ χεῖρας ἐνεγκεῖν
Στήλῃ καὶ τύμβῳ, οὐδὲ γὰρ οὐδ᾽ ἱεροῖς.

ALIUD. XIII.

JUramus per immortalis Dei potentiam alte regnantis,
Mortuorumque animas, tuumque cinerem, o gloriose;
Numquam nos, Martiniane, tuis manus illaturos
Columnæ, ac tumulo: neque enim sacris.

Στήλῃ. *Columnæ*. Hoc nomine etiam arbitror significari cippos. Columnis tamen exornari quoque solebant mortuorum monumenta, non ævo solum Nazianzeni, sed etiam Plinii senioris, & Ciceronis, ut is lib. 6. cap. 28. Hist. Nat. hic vero lib. 5. Tuscul. & lib. 2. de Legib. scripsere. Imo & de istis sepulcralibus Columnis mentionem Theocritus facit in Dioscuris prope finem. Hinc Servius in XI. Æneid. ait: *Apud majores nobiles aut sub montibus altis, aut in ipsis montibus sepeliebantur, unde natum est, ut super cadavera pyramides fierent, aut ingentes collocarentur Columnæ*. Cassiodorus quoque lib. 6. Variar. Epist. 8. in formula Comit. rer. privat. hæc habet: *Ne quis vestita marmoribus sepulcra nudaret, ne quis Columnarum decorem irreligiosa temeritate dimovere præsumeret*. Videndus & C. V. Joannes Vignolius in Differt de Columna Antonini Pii cap. 4. Patet igitur, cur non semel harum Columnarum Poeta noster mentionem injiciat. Leges etiam B nonnullæ Codicis Theodosiani, & Paullus in 1. Sent. tit. de sepulcris aliique hujus rei fidem faciunt. Tu horum sepulcrorum aliquot ἔκτυπα videas apud Aringhum lib. 2. cap. 10. Romæ subterr.

Οὐδὲ γὰρ οὐδ᾽ ἱεροῖς. *Neque enim sacris*. Subintellige *manus inferendæ sunt*, aut *inferimus*, aut *umquam intulimus*. Perinde enim, ajunt, est tuo tumulo manus inferre, ac rebus sacris. Manes enim tuos, tuumque sepulcrum rem sacram arbitramur.

Αλλο.

ΡΩμη, καὶ Βασιλῆες ἐμοὶ, καὶ πείρατα γαίης
Στῆλαι Μαρτινιανῷ, τὰς χρόνος οὐ δαμάσει.
Ἀλλ᾽ ἔμπης ὀλίγῳ περιδείδια, μή τι πάτησο,
Τῷδε τάφῳ: πολλῶν οὐχ ὁσίαι παλάμαι.

ALIUD. XIV.

ROma, & mei Reges, & fines terræ
Monumenta sunt Martiniano, quæ tempus non tollet.
Sed tamen exiguo huic valde timeo, ne quid patiatur,
C Sepulcro. Multorum non sanctæ manus.

Βασιλῆες. *Reges*. Nomine Regum quinam Imperatores heic designentur, incertum. Valentinianos tamen, & Valentem Augustos significari, temporum habita ratione, conjicio.

Στῆλαι. *Monumenta*, seu *columnæ*. MS. Ambr. habet στήλη. Ego στῆλαι scripsi, quum sequatur τὰς plurali numero. Similem autem loquendi formam usurpat Nazianzenus in Oratione X. de funere Cæsarii fratris, ubi ait: *Omnis Orientalis, & Occidentalis ora, & denique omnes eæ regiones, quas postea peragravit, insignes ipsius doctrinæ Columnæ sunt, ac monumenta*. ἐπίσημοι στῆλαι τῆς ἐκείνου παιδεύσεως. Cæterum in secundo versu pes videtur superfluere. Fortasse scribendum: στῆλαι Μαρτινιανῷ ἃς χρόν☉ &c. πάτησο. Ita MS. Codex Ambros. MS. Mediceus παθήσῃ. Sphalma est utrobique, & forte legendum, μή τι πάθῃσι, vel πάθοιτο, aut πάθοιγε.

Πολλῶν. *Multorum non sanctæ manus*. Hoc est, multi sunt impii; quare timeo sepulcro huic. Mihi fixit crucem Codex Ambr. ubi scriptum est πόλλῳ Mediceus emendationem me docuit.

Αλλο.

ΜΑρτινιανοῦ σῆμα μεγακλέος, εἴ τιν᾽ ἀκούεις,
Καππαδόκων Ῥώμης πρόθρονον εὐγενέων,
Παντοίαις ἀρετῇσι κεκασμένον· ἀλλὰ κόνιν περ
Αζόμενοι, στήλην καὶ τάφον ἀμφιέπειν.

ALIUD. XV.

D MArtiniani monumentum inclyti, si forte quem audis
Cappadocum Romæ nobilium Præsidem,
Omnigenis ornatum virtutibus. Attamen, cinerem licet,
Venerantes, ejus cippum, ac tumulum complectamini.

Πρόθρονον. *Præsidem*. Ex his verbis Martinianus Magistratum quempiam Romæ gessisse videtur, aut solum significatur prælatus Romanis nobilibus.

Αζόμενοι. *Venerantes*. MS. Ambr. habet ἐζόμενοι. Aptiorem vocem ego ex conjectura substitui, ut melior verbis esset sensus.

Ἀμφιέπειν. *Complectamini*. Heic est infinitivus pro imperativo. Sive subintelligitur ὀφείλετε, aut κελεύω, vel quid simile. Exempla apud ipsum Nazianzenum passim obvia.

Αλλο.

ΟΥ ποτ᾽ ἐγὼ φθιμένοισιν ἐπέχραον, οὐδ᾽ ἀπὸ τύμβων
Ἐργον ἔγειρα· δίκην ὄμνυμι, καὶ φθιμένους.
Τοὔνεκα μηδ᾽ ἐπ᾽ ἐμοῖσι φέρειν λάεσσι σίδηρον·
Εἰ δὲ φέροις, τὴν σὴν ἐς κεφαλὴν πεσέτω.
Μαρτινιανὸς ἐγὼ τάδε λίσσομαι. εἴ τις ἐμεῖο
Κύδεός ἐστι χάρις, τύμβος ἀεὶ μενέτω.

ALIUD. XVI.

E NUmquam ego cum mortuis luctatus sum, neque de tumulis
Lucrum feci: Justitiam juro, & mortuos.
Propterea ne ferrum in meos lapides infer;
Sin autem inferas, tuum in caput cadat.
Martinianus ego hæc rogo. Si qua meæ
Gloriæ est gratia, sepulcrum semper maneat.

Ἐργον ἔγειρα. *Lucrum feci*. Quod supra significavimus, sepulcra unius lucri caussa consuevere violari; marmorum enim, ac ornamentorum pondus magno nonnumquam constabat. Quare Constantius Augustus A. C. 357. huc respexit l. 3. C. Theodos. de sepulcr. violatis. *Quosdam*, ait, *lucri nimirum cupidos sepulcra subvertere, & substantiam fabricandi caussa ad proprias ædes transferre. Hi detecto scelere animadversionem priscis legibus definitam subire debebunt*. Item in sequenti Lege idem Augustus hæc habet: *Si quis de sepulcro abstulerit saxa, vel marmora, vel columnas, aliamve quamcumque materiam fabricæ gratia, sive in fecerit venditurus, decem pondo auri cogatur inferre Fisco &c.*

A

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.



Εἰς Λιβίαν.

Εἷς δόμος, ἀλλ' ὑπένερθε τάφος, καθύπερθε δὲ σηκὸς,
Τύμβος δειμαμένοις, σηκὸς ἀεθλοφόροις.

Καί ῥ' οἱ μὲν γλυκερὴν ἤδη κόνιν [1] ἀμφιβάλοντο.
Ὡς σὺ μάκαιρα δάμαρ Ἀμφιλόχου Λιβίη,
Κάλλιμέ θ' υἱῶν Εὐφήμιε. τοὺς δ' ὑπόδεχθε,
Μάρτυρες ἀτρεκίης, τοὺς ἔτι λειπομένους.

In Liviam. XVII.

UNA domus, sed inferiori parte sepulcrum, superiori Templum:
Tumulus iis, qui ædificarunt, Templum Martyribus.
Et illi quidem dulci jam pulvere contecti,
Uti & tu beata Amphilochii uxor Livia,
Et tu filiorum pulcherrime Euphemi. Suscipite autem,
O veritatis Testes, eos, qui adhuc supersunt.

Amphilochii uxor Livia fuit, eique filios aliquot e thalamo suo procreavit. Ex his Euphemius unus, Amphilochius alter appellati. Illum quoque fatis functum Gregorius carmine laudavit, uti infra videbis. Sed quis Amphilochius maritus fuit? Ne celebrem Iconii Episcopum suspicere; sed illum, quem funebri Carmine infra Nazianzenus exornat. Ibi de hoc viro nobis erit sermo. Cæterum Liviæ singularem formam, virtutesque eleganter commendatas infra habebis. Non *Libiam*, quod est in Græco, sed *Liviam* nomen fuisse mulieri arbitror. Græcis enim in more fuit V. consonans Latinum reddere per B. ut Βαλέριος, Βηρὸς, *Valerius*, *Verus*, &c.

Καθύπερθε δὲ σηκὸς. *Superiori vero Templum*. Particulam δὲ interposui, ut claudicantem versum sibi restituerem, aberat enim a Codice MS. Quidnam vero heic significare Gregorius voluerit, non omnes confestim intelligant. Germanum sensum ego hunc esse arbitror. Ut Differt. XVII. ad S. Paullini Poemata Tom. I. Anecdot. animadverti, antiquis etiam Christianis familiare fuit, mortuorum cadavera sacris inferre Templis, ibique prope Martyrum tumulos eorum ossa componere. Quam rem fusius pertractatam iterum invenies nova disquisitione in hoc eodem libro legenda. Non igitur male me opinari credam, si Liviæ corpus in aliqua Martyrum Basilica tumulo mandatum pronunciem. Templo superior ædificii pars inserviebat, inferior sepulcro. In illo ἀεθλοφόροι, idest *victores*, sive *palmam*, *& præmium reportantes* (quo nomine SS. Martyres donabantur) quiescebant; in hoc δειμαμένοι, hoc est *ii*, *qui Templum ædificarunt*, sive *ædificandum curarunt*. Infra in Carmine de Nicomede Gregorius eodem sensu vocabulum istud usurpat. Sacrificium autem incruentum quotannis saltem solebat offerri pro defunctis eo in loco, ubi ipsorum ossa condebantur. Quapropter idem Nazianzenus in Orat. X. postquam Cæsario fratri supremis honoribus parentasset, hæc addidit: Καὶ
B τὰ μὲν ἀποδεδώκαμεν, τὰ δὲ δώσομεν, τὰς δὲ ἐτησίους προσφέροντες τιμάς τε, καὶ μνήμας, οἵγε τῷ βίῳ περιλειπόμενοι. *Et hæc quidem persolvimus, alia vero dabimus, anniversarios honores, & commemorationes offerentes, ii quidem certe, qui superstites erunt*. Atque huc pertinere arbitror S. Ambrosii verba lib. 7. Expos. in Lucæ cap. 9. Ait ille: *Est & illa Prophetica oblatio, ut supra sepulcra majorum quædam ponamus, quæ Lector agnoscit, Infidelis intelligere non debet; non cibus imperetur, aut potus, sed sacræ oblationis veneranda communio reveletur*. Quibus verbis sacrosanctum Missæ Sacrificium designari, quod super Christianorum sepulcra peragebatur, facile intelligas. Adeo tremendum Mysterium Lectoribus tantum, scilicet Christianis, non Infidelibus, cognitum, atque intellectum, ex disciplina arcani ajebat S. Ambrosius.

Καί ῥ' οἱ μὲν. *Et illi quidem*. Accipio καὶ pro καὶ, & ῥα conjunctione expletiva. Designantur autem ii, qui ædificarunt Templum, atque ibidem sepulcrum invenerant
C apud SS. Martyres una cum Livia, & ejus filio Euphemio. Ἀμφιβάλοντο habet Cod. Med.

Εὐφήμιε. *Euphemi*. Hic ille idem est adolescens, quem e vivis sublatum sequentibus Carminibus Gregorius laudavit. Matri superstitem non fuisse, ex his conjicere licet.

Τοὺς δ' ὑπόδεχθε. *Hos autem suscipite*. Ita scripsi fidem sequutus Codicis Medicei, quum in Ambrosiano habeatur ὑποδέχθη. Rogat autem Sanctos Martyres, ut eos etiam, qui supersunt, sinu suo excipiant. Quod si in altero versu legere placeret, τοὺς δ' ἔτι λειπομένους, Poeta Martyres, sive *Testes veritatis* rogaret, ut non solum mortuos apud se contumulatos, sed etiam superstites aliquando susciperent.

Ἄλλο.

Ὤφελες, ὦ Λιβία, ζώειν τεκέεσσι φίλοισιν,
Ὤφελες ἄχρι [2] πύλαις γήραος ἐμπελάσαι.
Νῦν δέ σε μοῖρ' ἐδάμασσεν ἄωρον εἰσέτι καλὴν,
Εἰσέτι κουρίδιοις ἄνθεσι λαμπομένην.
Αἲ αἴ· Ἀμφίλοχος δὲ τεὸς πόσις ἀντὶ δάμαρτος
Ἐσθλῆς καὶ πινυτῆς, τλήμονα τύμβον ἔχει.

ALIUD. XVIII.

D Utinam viveres, o Livia, dilectis cum natis,
Utinam usque ad portas senectæ pervenisses.
Nunc vero te mors rapuit immaturam, adhuc formosam,
Adhuc juvenili flore coruscam.
Heu, heu! Amphilochius vero tuus conjux pro uxore
Egregia, prudentique infelicem urnam habet.

Αἲ αἴ Ἀμφίλοχος. *Heu, heu! Amphilochius* &c. Venustissimus sane sensus, cui similem apud Lucanum invenio lib. 9. ubi Cornelia Pompeji conjugis sui mortem deplorans

Perfruitur lacrymis, & amat pro conjuge luctum.

Sanctus Augustinus lib. 4. cap. 5. & sequ. Confess. minime diversa de morte cujusdam amici sui scripsit.

Ἄλλο.

Αἲ αἴ καὶ Λιβίαν κατέχει κόνις. Οὔποτ' ἔγωγε
Ὠϊσάμην θνητὴν ἔμμεναι, εἰσορόων
Εἶδος, μειλιχίην τε, σαοφροσύνην τε γυναικὸς,
Τοῖς φῦλον πασέων κέκριτο θηλυτέρων.
Τοὔνεκα καὶ τοίῳ σε τάφῳ κύδηνε θανοῦσαν
Σῶν τε τριὰς τεκέων, καὶ πόσις Ἀμφίλοχος.

ALIUD. XIX.

E HEU, heu! Et Liviam detinet pulvis. Numquam ego
Putavi mortalem esse, quum inspicerem
Formam, & mansuetudinem, & pudicitiam mulieris,
Queis omnium fœminarum genus superavit.
Propterea te quoque tali tumulo extinctam illustravit
Tuorum filiorum trias, & maritus Amphilochius.

Εἰς Εὐφήμιον.

Ἦν δυὰς, ἦν ἱερὴ, ψυχὴ μία, σώματα δισσά,

In Euphemium XX.

ERat binarius, erat sacer, anima una, corpora gemina,

1. Valckenaer in *Animadv.* ad *Ammonium* pag. 156. legit ἀμφεβάλοντο. Statim vero ℣. 4. Ὣν σύ. Et ℣. 6. τοὺς τ' ἔτι.

2. Inter Anecdota Græca Bandiniana nuper Florentiæ vulgata exstant tom. II. pagg. 114. seqq. nonnullæ observationes Salvinii V. C. in hæc Nazianzeni carmina ad textum in primis emaculandum. Heic itaque conjicit vir eruditus legendum πυλῶν.

Πάντα κασιγνήτω, αἷμα, κλέος, σοφίην,
Υἱέες Ἀμφιλόχου Εὐφήμιος, Ἀμφίλοχός τε,
Πᾶσιν Καππαδόκεσσιν ἀστέρες ἐκφανέες.
Δεινὸν δ' ἀμφοτέρους φθόνος ἔδρακε, τὸν μὲν ἄμερσε
Ζωῆς, τὸν δ' ἔλιπεν ἥμισυν Ἀμφιλόχου.

In omnibus fratres, sanguine, gloria, sapientia,
Filii Amphilochii Euphemius, & Amphilochius,
Omnibus Cappadocibus astra splendentia.
Utrumque autem torve aspexit fatum invidum. Et hunc quidem
Sustulit, illum reliquit dimidium Amphilochii.

Liviæ de qua egimus, & Amphilochii de quo nobis infra sermo erit, filius; Amphilochii vero alterius frater fuit Euphemius, cujus mortem elegantibus hisce Carminibus Poeta noster illustrat. Rhetorices, Musicesque studiis imbutus, Græcis, Latinisque literis eruditus, dum se ad nuptias parat, viginti tantum annos natus vivere desinit. Ejus mentionem habes in Epist. 114. Nazianzeni ipsius ad Theodorum, cujus filiam Euphemio uxorem tradendam Gregorius significat. Illum autem appellat γλυκύτατον υἱὸν ἡμῶν Εὐφήμιον, *dulcissimum filium nostrum Euphemium*. Idem repetit in Epist. 149. ad Alypium; diversos enim illos esse Euphemios minime reor. Quod superest, multa Carminibus istis elegantia inest, atque venustas.

Ἦν δυάς. *Erat binarius*. Ut amorem, qui inter Euphemium, & Amphilochium juniorem intercedebat, Poeta noster explicet, animam unam in duobus vixisse corporibus ingeniose fingit.

Φθόνος ἔδρακε. *Fatum invidum aspexit*. Cod. Med. habet ἔβρασε hoc est *graviter utrosque affecit*. De vocabulo φθόνος, quo sæpe usus est in hisce Carminibus Gregorius, infra agetur.

Ἥμισυν. *Dimidium*. Mortuo Euphemio, quem unice Amphilochius frater amabat, dimidium Amphilochii supervixisse Gregorius ait, quippe una in utrisque erat anima. Hoc est, non integer, sed dimidiatus, ut ita dicam, sublato Euphemio, superfuit Amphilochius. Hæc autem loquendi ratio ab antiquoribus usurpata.

Ἄλλο.

ALIUD. XXI.

Ῥήτωρ ἐν ῥητῆρσιν, ἀοιδοπόλος τ' ἐν ἀοιδοῖς,
Κῦδος ἑῆς πάτρης, κῦδος ἑῶν τοκέων.
Ἄρτι γενειάσκων Εὐφήμιος, ἄρτι δ' ἔρωτας
Ἐς θαλάμους καλέων, ὤλετο· φεῦ παθέων.
Ἀντὶ δὲ παρθενικῆς τύμβον λάχεν· ἢ δ' ὑμεναίων
Ἤματα νυμφιδίων ἦμαρ ἐπῆλθε γόων.

Rhetor inter Rhetores, Cantorque inter Cantores,
Suæ decus patriæ, suorum gloria parentum,
Nuper pubescens Euphemius, nuperque Amores
Ad thalamos invitans, periit: Pro dolor!
Pro virgine vero tumulum invenit; & Hymenæorum
Diebus sponsalium, dies supervenit luctus.

In priori versu fidem sequutus Codicis Medicei addidi conjunctionem τε, quæ deerat in Ambrosiano. In quinto etiam, & sexto longe potior mihi visa est Medicei lectio, quum in nostro habeatur: ἢ ἐς δ' ὑμεναίων ῥήματα.

Ἄλλο.

ALIUD. XXII.

Εἰκοσετὴς πᾶσαν Εὐφήμιος, ὡς μίαν οὔτις,
Ἑλλάδα, κ' Αὐσονίην Μοῦσαν ἐφιπτάμενος,
Στράπτων ἀγλαΐῃ τε, καὶ ἤθεσιν, ἦλθ' ὑπὸ γαῖαν.
Αἲ αἴ· τῶν ἀγαθῶν ὡς φθόνος ὠκύτερος.

Viginti annos natus Euphemius universam, quod nemo alius fecit,
Græcam, Latinamque Musam pervolans,
Splendens & gratia, & moribus, humo traditus est.
Heu, heu! Quam subita est bonorum Invidia!

Priorum versuum hujusmodi est sensus. Admiratione dignus fuit Euphemius, qui annos natus viginti elegantia Carmina tum Græce, tum Latine pangeret, quo tempore vix alii tantum possunt in una Lingua. In tertio versu pro γαῖαν Cod. Med. legit γαίαν.

Φθόνος. *Invidia*. Inquit Poeta: oh quam cito Invidia, sive fatum invidum rapit homines bonos, ac justos! In Ambrosiano Codice legebatur μόνος. At restituendum φθόνος monebat sensus, & consuetudo Nazianzeni, qui sæpe alibi, & in hisce etiam Carminibus, ea utitur voce, ut *Invidiam*, sive *fatum invidum* significet.

Ἄλλο.

ALIUD. XXIII.

Χρυσείης γενεῆς Εὐφήμιος ἦν ἔτι τυτθὸν
Λείψανον, εὐγενέτης ἤθεα, καὶ πραπίδας,
Μείλιχος, ἡδυεπής, εἶδος Χαρίτεσσιν ὁμοῖος.
Τοὔνεκα καὶ θνητοῖς οὐκ ἐπὶ δὴν ἐμίγη.

Aureæ Ætatis Euphemius erat adhuc exiguæ
Reliquiæ, generosus moribus, atque consiliis,
Mansuetus, suaviloquus, formaque Gratiis similis.
Idcirco neque cum mortalibus diutius versatus est.

Pro ἔτι τυτθὸν Cod. Med. habet ἐπὶ τυτθόν, hoc est *ad exiguum tempus*, quæ lectio nihil vitiat elegantiam sensus, & repetitur in sequenti Carmine.

Ἄλλο.

ALIUD. XXIV.

Στράψε μέγ' ἀνθρώποις Εὐφήμιος, ἀλλ' ἐπὶ τυτθόν.
Καὶ γὰρ ἀστεροπῆς οὐ μακρόν ἐστι σέλας.
Στράψεν ὁμοῦ σοφίῃ τε, καὶ εἴδεϊ, καὶ πραπίδεσσι.
Τὰ πρὶν Καππαδόκεσσιν ἦν κλέα, νῦν δὲ γόος.

Valde inter homines micuit Euphemius, sed exiguo tempore;
Etenim fulguris non diu durat lumen.
Fulsit sapientia simul, forma, & consiliis.
Quæ prius Cappadocibus laudis, nunc luctus caussa.

Fulguris comparatione Euphemii gloriam Poeta describit. Ego addidi καὶ ante πραπίδεσσι, versu poscente, quum a Cod. MS. abesset.

Ἄλλο.

ALIUD. XXV.

Τίς; τίνος; Ἀμφιλόχου Εὐφήμιος ἐνθάδε κεῖται,
Οὗτος ὁ Καππαδόκεσσι πᾶσι διὰ στόματος.
Οὗτος, ὃν αἱ Χάριτες Μούσαις δόσαν. οἱ δ' Ὑμέναιοι
Ἀμφὶ θύρας. ἦλθεν δ' ὁ φθόνος ὠκύτερος.

Quis? cujus? Amphilochi Euphemius heic jacet,
Ille, qui Cappadocibus omnibus per ora.
Is ipse, quem Gratiæ Musis dedere. Hymenæi vero
Præ foribus. Venit autem Invidia celerior.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 370.

A

Αλλο.

ΕΡγος ἀμώμητον, Μουσῶν τέκος, εἶαρ ἑταίρων,
Καὶ χρύσεον Χαρίτων [1] πλεῖγμα ἰοστεφάνων,
Ωχετο ἐκ μερόπων Εὐφήμιος, οὐδέτ' ἀνέσχεν
Αἳ αἲ τοῖς θαλάμοις πυρσὸν, ὃν ἧψεν Ερως.

ALIUD. XXVI.

GErmen irreprehenſibile, Muſarum proles, ſodalium ver,
Et aureus Gratiarum violis coronatarum nexus,
Abiit e vivis Euphemius, neque extulit
Heu heu thalamis facem, quam Amor accenderat.

Πλεῖγμα ἰοστεφάνων. Ita Ambr. Cod. In Mediceo πλέγμα ἰοστεφέων. Hoc autem videtur ποιητικώτερον; & illud ἰοστεφάνων locum τοῦ ἰοστεφέων, tamquam ipſius declaratio, uſurpaſſe videtur.
Ανέσχεν. *Extulit*. Quod in MS. habebatur, retinui. Sed ut retinerem, neceſſe fuit pro σοῖς θαλάμοις πυρσὸς, quod item erat in MS, legere accuſandi caſu, τοῖς θαλάμοις πυρσὸν, & illud σοῖς emendare. Codex Mediceus lectionem poſtea ſuppeditavit potiorem, nempe οὐδέτ' ἀνέσχεν Αἳ αἲ τοῖς θαλάμοις πυρσός. *Neque exorta eſt eheu thalamis fax*. Alludit autem ad faces, ſive tædas, quas in nuptiis adhibere Ethnicis mos fuit.

B

Αλλο.

ΑΙ Χάριτες Μούσῃσι· τί ῥέξομεν; οὐκέτ' ἄγαλμα
Χειρῶν ἡμετέρων Εὐφήμιος ἐν μερόπεσσι.
Χ' αἱ Μοῦσαι Χαρίτεσσιν· ἐπεὶ φθόνος ἐστὶν ἀλιτρὸς,
Τόσσον ἔχοι. ἡμῖν δὲ τόδ' ὅρκιον ἔμπεδον ἔστω,
Μηκέτ' ἀναστῆσαι τοῖον μερόπεσσιν ἄγαλμα.

ALIUD. XXVII.

GRatiæ Muſis: quid faciemus? Non amplius ſimulacrum
Manuum noſtrarum Euphemius inter homines.
Et Muſæ Gratiis: Quoniam Fatum eſt impium,
Hoc tantum habeat. Nobis vero firmum hoc ſit jusjurandum,
Numquam excitandam apud homines ſimilem imaginem.

Eſt hoc elegantiſſimum Poetæ noſtri Epigramma, veterumque Græcorum ingenio plane digniſſimum, in quo Gratiarum, Muſarumque Dialogus propter Euphemii mortem exhibetur Legant eruditi, & fruantur. Non abſimili forma Epigramma Platoni adſcriptum habetur apud Diogenem Laertium in ejus vita. Pro Μούσῃσι, quod eſt in MS. ſcripſi Μούσῃσι Jonice, ac Poetice.

C

Αλλο.

ΚΡῆναι, καὶ ποταμοὶ, καὶ ἄλσεα, καὶ παλαγεῦντες
Ορνιθες λιγυροὶ καλὸν ἐπ' ἀκρεμόνων,
Αὖραί τε μαλακὸν συρίγμασι κῶμα φέρουσαι,
Καὶ κῆποι Χαρίτων εἰς ἓν [2] ἀγειρομένων,
Κλαύσατε· ὦ χαρίεσσ' Εὐφημιὰς, ὥς σε θανών περ
Εὐφήμιος κλεινὴν θῆκατ' ἐπωνυμίην.
Κάλλιμος ἠϊθέων [3] Εὐφήμιος, εἴποτ' ἔην γε·
Κάλλιμος ἐν χώροις χῶρος ὅδ' ἠλύσιος.
Τοὔνεκεν εἰς ἓν ἄγερθεν, ἐπεὶ ζωὴν μὲν ἔλειψεν,

D

[4] Οὔνομα δ' αὖ χώρῳ κάλλιπεν ἠγαθέῳ.

ALIUD. XXVIII.

FOntes, & fluvii, & nemora, & ſonoræ
Volucres, ſuaviter in ramis canentes,
Et auræ placidum ſuſurris ſoporem ferentes,
Et horti Gratiarum una congregatarum,
Lugete. O venuſta Euphemias; nam te moriens
Euphemius inclytam reddidit cognomine.
Pulcher inter adoleſcentes Euphemius, ſi quis umquam:
Pulcher inter agros ager hic Elyſius.
Quamobrem una congregatæ (Gratiæ). Poſtquam vitam reliquit,
Nomen loco reliquit divino.

Floridum Epigramma, ſed non ſine aliqua ambage. Priores verſus expediti, ſimileſque dicendi formas habemus in aliis Nazianzeni Carminibus, & potiſſimum in Carm. de Vita humana. In ſecundo verſu pro ἐπ' ἀκρεμόνων Cod. Med. habet ἀπ' ἀκρεμόνων. In quarto pro κῆποι χαρίτων legitur ibidem κῆπον χαρίτων, quaſi *auræ* ſuperius memoratæ hortum ferrent. Sed libenter huic prætuli Codicis Ambr. lectionem. In quinto pro κλαύσατε Ambr. Cod. habet κλαίσατε.
Ω χαρίεσσ' Εὐφημιὰς. *O venuſta Euphemias*. Crucem mihi fixit Ambr. Cod. in quo Εὐφήμιος pro Εὐφημιάς. Nam qui tum ſenſus? Mediceus opem tulit. Nimirum agros, & flumina, & hortos illos, quos ſupra audivimus, ait Gregorius *terram Euphemiada* cognominari a mortuo Euphemio, inclytamque, ac celebrem ab ipſo redditam regionem illam.
Τοὔνεκεν εἰς ἓν ἄγερθεν. *Quamobrem una congregatæ*, ſupple, *fuerunt Gratiæ in iſtum locum*. Ita interpretari neceſſarium puto, ut ad quartum verſum ſuperiorem alludatur, quamquam non ita facile appareat, quomodo iſta cum ſuperioribus, & ſubſequentibus apte colligentur.

Εἰς Αμφιλόχιον.

E

ΗΛυθε κ' Αμφιλόχοιο φίλον δέμας ἐς μέγα σῆμα,
Ψυχὴ δ' ἐς μακάρων ᾤχετ' ἀποπταμένη.
Πηοῖς πάντα πέπαστο, μακάρτατε. βίβλον ἔφξας
Πᾶσαν ὅση θνητῶν, κ' εἴ τις ἐπουρανίη.
Γηραλέ[ος] φιλίην ὑπέδυς χθόνα, τέκνα λέλοιπας
Κρείσσονα καὶ τοκέων τὸ πλέον οὐ μερόπων.

In Amphilochium. XXIX.

VEnit & Amphilochii carum corpus in magnum ſepulcrum,
Anima vero in Beatorum ſedes evolans abiit.
Neceſſariis omnia comparaſti, beatiſſime. Librum explicuiſti
Omnem, quicumque de mortalibus, ac cæleſtibus agit.
Senex amicam ſubiiſti humum. Filios reliquiſti
Præſtantiores quoque parentibus, quod ut plurimum mortalibus non contingit.

Liviæ maritus, Euphemii, & Amphilochii pater, Amphilochius fuit, cujus tumulo Carmina hæc Nazianzenus inſcripſit. Ab Amphilochio Iconienſi Epiſcopo plane diverſus hic fuit; etenim ille Concilio Conſtantinopolitano,

1. Leg. πλέγμα. SALVIN.
2. Leg. ἀγειρόμενον. ID.
3. Heic forte Εὔφημ[ος], ut ſupra carm. xx. Αμφίλοχ[ος] pro Αμφιλόχι[ος]. ID.
4. Sic verſus heic reddendus. *Quoniam nomen contra loco reliquit divino*. ID.

quod contra Agapium, & Bagadium A. C. 394. celebratum est, interfuit, ut patet ex illius Synodi Actis Tom. 2. Collect. Labbæanæ. S. vero Hieronymus in lib. de Scrip. Eccles., quem Anno 392. vel 393. lucubravit, hæc de eodem habet: *Amphilochius Iconii Episcopus nuper mihi librum legit de Spiritu Sancto*. Quare certissimum est, Gregorio Nazianzeno, qui A. C. 389. vel 391. ut contendit in Critica Baroniana Pagius, e vivis abiit, superstitem fuisse Amphilochium Iconiensem, neque propterea Carminibus ejus laudari potuisse. Ad hæc nusquam legimus, Amphilochio Episcopo uxorem, liberosque fuisse, quales revera Amphilochius iste habuit. Fuit autem is, ut hinc patet, nostri Poetæ præceptor, magnaque vir eloquentia præditus, unde singularem sibi gloriam quæsivit.

Πηοῖς, *Necessariis* &c. Obscurus sensus, Ita vero explicandum reor. Profanas, sacrasque literas volumina mortalium, ac supercælestia appellat, & inquit: Tu libros de humanis, cælestibusque rebus agentes explicuisti amicis, & affinibus tuis, eisque bona omnia doctrinis tuis comparasti. His autem verbis sacram quoque Scripturam ab Amphilochio explicari solitam innuit Gregorius. Pro καὶ ἔ τις, quod erat in MS, legi κ' ἔ τις, ut sibi constaret versus sequens.

Κρέσσονα καὶ τοκέων. *Præstantiores quoque parentibus*. In MS. Cod. scriptum est τεκέων. pro quo conjeci legendum τοκέων. Sequentium autem verborum sensus hic esse potest. *Tu filios reliquisti parentibus præstantiores: quod plerumque non est mortalium*, h. e. quod plerumque mortalibus non contingit.

Ἄλλο.

B

Ἀσμενος [1] ἦτε δάμαρτι, καὶ υἱέσι πάρθετο σῶμα
Ἀμφίλοχος, λυπαροῦ γήραος ἀντιάσας.
Ὄλβιος, εὐγενέτης, μύθων κράτος, ἄλκαρ ἁπάντων,
Πηῶν, εὐσεβέων, εὐγενέων, λογίων.
Καὶ μύθοιο δοτὴρ περιώσιος [2] ἦν. ἴδ' ἑταίρων
Σῶν ἑνὸς, ὦ φιλότης, γράμμ' ἐπιτυμβίδιον.

Ὦ μάκαρ, ὦ ξυνὸν πενίης ἄκος, ὦ πτερόεντες
Μῦθοι, καὶ πηγὴ πᾶσιν ἀρυομένη.
Ἄσθματι πάντα λίπες πυμάτῳ, τὸ δ' ἅμ' ἕσπετο μοῦνον,
Ἔνθεν ἀειρομένῳ κῦδος ἀεὶ θαλερόν.
Γρηγόριος τάδ' ἔγραψα λόγῳ λόγον, ὃν παρὰ σεῖο
Ἀμφίλοχ' ἐξεδάην, ἀντιχαριζόμενος.

C

ALIUD. XXX.

Lubenter sane uxori, liberisque commendavit corpus
Amphilochius, beatam senectutem adeptus.
Beatus, nobilis, sermone potens, tutela omnium,
Necessariorum, piorum, nobilium, literatorum.
Et divini verbi præco sanctissimus fuit. Vide ab uno
Ex amicis tuis, o amicissime, elogium super tumulum.
O beate, o commune paupertatis remedium, o alata
Verba, & fons omnibus haustus.
Spiritu omnia reliquisti extremo. Te vero hoc unum sequutum est,
Quod tibi hinc sublato est gloria semper virens.
Gregorius hæc scripsi, orationem oratione, quam a te,
O Ampiloche, edidici, mutuam rependens gloriam.

Ἀσμενος ἦτε. *Lubenter sane*. In Ambr. Cod. ἦν τε, in Med. ἦτε legitur. Et primum quidem respondere potest quinto versui, in quo iterum ἦν occurrit. Sed parum elegans initium Epigrammatis mihi videtur, quum vertendum foret: *Facilis quoque erga uxorem fuit*. Quamobrem scripsi ἦτε, ut sit sensus: Lubenti sane animo e vita Amphilochium decessisse, quum jam attigisset beatissimam senectutem.

Πάρθετο σῶμα. *Commendavit corpus*. Hoc sensu non raro verbum παρατίθημι usurpatum invenio apud sacros Scriptores, ut illud Lucæ in Act. Apost. cap. 29. παρατίθημι ὑμᾶς τῷ θεῷ. *Commendo vos Deo*.

Ἄσθματι πυμάτῳ. *Spiritu extremo*. In Ambr. Cod. erat ἀσθματι. Cod. Med. meliorem suppeditavit lectionem.

Εἰς Ἀμφιλόχιον ἄλλον.

Ἀμφίλοχος τέθνηκεν, ἀπώλετο εἴ τι λέλειπτο
Καλὸν ἐν ἀνθρώποις ῥητορικῆς τέμενος.
Καὶ Χάριτες Μούσαισι μεμιγμέναι, ἔξοχα δ' αὖ σε
Ἡ Διοκαισαρέων μύρατο πάτρα φίλη.

D

In Amphilochium alium. XXXI.

Amphilochius objit: ereptum est si quod supererat
Pulchrum inter homines Rhetoricæ delubrum.
Et Gratiæ cum Musis permixtæ, præcipue vero te
Diocæsariensium luxit patria cara.

Alter Amphilochius, ab Iconiensi certe Episcopo, nescio & an a supra laudato alius, nobis occurrit. Gregorius noster in Epist. 106. & 110. Amphilochium quemdam τιμιώτατον υἱὸν ἡμῶν, *carissimum filium nostrum* Cæsario, & Sophronio commendat. Quum se ibi Gregorius senem, ac Sacerdotem, h. e. Episcopum appellet, nequaquam ejus dicta ad Iconiensem Amphilochium, Episcopum, scilicet, ac ætate non inferiorem, pertinere posse credendum. Num ad Amphilochium, quo de nunc agitur, spectant ea verba? Quod si quis hæc eadem Carmina ad Amphilochium unum aliis versibus supra laudatum referenda suspicetur, titulumque legat hujus Epigrammatis: εἰς Ἀμφιλόχιον. Ἄλλο. quod a Grammaticis præstari solet ante Carmina ejusdem argumenti: male fortasse non conjiciat, eritque titulus: *In Amphilochium. Aliud Epigramma*. Certe eadem eloquentiæ laus in omnibus hisce Carminibus tribuitur Amphilochio.

Καὶ Χάριτες. *Et Gratiæ* &c. Referenda hæc sunt ad sequens μύρατο, ut dicat, Gratias, ac Musas in Amphilochii morte flevisse. Liberum tamen sit, referre etiam ad ἀπώλετο, ut una cum Amphilochio Gratiæ, & Musæ periisse dicantur, quæ formæ dicendi χαριεντισμοὶ apud Poetas sunt familiares.

Ἔξοχα δ' αὖ σε. *Præcipue vero te*. Ita Cod. Med. & rectius, quam in Ambr. ubi δ' ἄν τε ego legebam.

Ἡ Διοκαισαρέων πάτρα. *Diocæsariensium patria*. Amphilochii patriam habemus, nempe Diocæsaream, parvam quidem urbem Nazianzeni ætate, sed olim illustrem, & a Scriptoribus minime neglectam.

E

Ἄλλο.

Τυτθὸν μὲν πτολίεθρον· ἀτὰρ πολὺν ἀνέρα δῶκα
Βήμασιν ἰθυδίκης ἡ Διοκαισαρέων
Ἀμφίλοχον. φθιμένῳ δὲ συνέφθιτο καὶ πυρόεσσα

Ῥήτρη, καὶ πάτρης εὖχος ἀριστοτόκου.

ALIUD. XXXII.

Parvum quidem sum Oppidum, at magnum virum dedi
Tribunalibus Juris Diocæsarea
Amphilochium. Simul vero mortuo commortua & ignea
Dicendi vis, patriæque decus, quæ optimum pepererat.

Diocæsaream Amphilochii patriam loquentem inducit, nisi cum Cod. Med. legere malimus δῶκε, quod & rectum facit sensum, ut sit tertia persona: *Parvum quidem Oppidum est, sed magnum virum dedit*. Urbem hanc non ego prius dimittam, quam singularem de ea observationem a Cl. Annalium parente Baronio factam retulerim. Hic in

1. Leg. ἦ τε, *sueque*. Ita codex Medic. SALVIN.

2. Leg. περιώσιος, ἦν. ἴδ' ἑταίρων, id est, *ecce*. ID.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.



Vita Nazianzeni a Cl. P. Papebrochio in Actis Sanctor. die 9. Maii impressa animadvertit, Diocæsaream non aliam urbem, quam Nazianzum, fuisse. Inditum quippe huic nomen duplex; sive, ut melius dicam, antiqua, & clara urbe Diocæsarea ad exiguum oppidum redacta fuerat, cui Nazianzum nomen. Certe Gregorius, ut idem Baronius animadvertit, in Carm. V. ubi de suis calamitatibus con- A queritur, ait de se ipso:

Γρηγορίου μνήσαιτο, τὸν ἔτρεφε Καππαδόκεσσιν
Η Διοκαισαρέων ὀλίγη πόλις —

Gregorii meminerit, quem nutriit Cappadocibus Diocæsariensium urbs parva. Si Diocæsaream suam nutricem appellat, ergo & matrem; nam antiquitus eædem nutrices, & matres. An sit isti conjecturæ sat ponderis, judicent eruditi.

Αλλο.

ΤΟν ῥήτρην πυρόεσσαν ἐπ' ἀντιπάλοισι φέροντα
Τὸν μέλιτος γλυκίω ἤθεα, καὶ πραπίδας,
Αμφίλοχον κατέχω τυτθὴ κόνις ἔκτοθι πάτρης,
Υἱέα Φιλτατίου, Γοργονίας τε μέγαν.

ALIUD XXXIII.

EUM, qui igneam dicendi vim contra adversarios ferebat,
Et qui melle dulcior erat moribus, & cogitationibus,
Amphilochium teneo exiguus cinis extra patriam,
B Filium Philtatii, & Gorgoniæ magnum.

Sepulcrum loquitur, atque Amphilochii virtutem, & parentes breviter recenset. Pro γλυκίω Cod. Med. habet γλυκέω, sed retinenda lectio Codicis Ambr. ita enim Attice pro γλυκίονα. Pro τυτθὴ κόνις alicui fortasse legere placeat τυτθὴν κόνιν, *exiguum cinerem*; non enim concinne Amphilochium tenere *cinis* videatur. Sed, veteri lectione retenta, major verbis vis inest. Significant autem: *Ego parvus cinis teneo, comprimo, coarcto Amphilochium illum præstantem virum.*

Αλλο.

ΡΗτῆρες φθέγγοισθε. Μεμυκότα χείλεα σιγῇ
Αμφιλόχου μεγάλου τύμβος ὅδ' ἀμφὶς ἔχω.

ALIUD. XXXIV.

ORatores loquimini. Conniventia labra silentio
Amphilochii magni ego tumulus contineo.

Tumulus ad loquendum Oratores invitat, quasi, dum Amphilochius in vivis esset, tacere alii propter nimiam ejus eloquentiam cogerentur.

Αλλο.

C

ALIUD. XXXV.

ΗΡίον Αμφιλόχοιο μελίφρονος, ὅς ποτε ῥήτρῃ
Πάντας Καππαδόκας κέκαστο, καὶ πραπίσιν.

SEpulcrum Amphilochii melliti, qui olim eloquentia,
Et consilio omnes Cappadocas superavit.

Εἰς Νικομήδην.

ΟΙχεαι, ὦ Νικόμηδες, ἐμὸν κλέος· ἡ δὲ συνωρὶς
Σῶν καθαρὴ τεκέων πῶς βίον ἐξανύσει;
Τίς δὲ τέλος νηῷ περικαλλέϊ χεὶρ ἐπιθήσει;
Τίς δὲ Θεῷ πέμψει φρὴν τελέην θυσίην;
Σεῖο, μάκαρ, μιχθέντος ἐπουρανίοισι τάχιστα,
Ω γενεὴ τλῆμον οἷα πάθες μερόπων.

In Nicomedem XXXVI.

DEcessisti, o Nicomedes, decus meum: pura autem biga
Tuorum filiorum quei vitam ad exitum ducet?
Quæ vero finem spendidissimo Templo manus imponet?
Quæve mens Deo perfectam offeret hostiam?
D Te, beate, cælicolis citissime immixto,
O misera stirps mortalium, qualia mala passa es!

Presbyterum saltem fuisse Nicomedem, quem heic vivis ereptum Gregorius laudat, vox ἱερεὺς, hoc est *Sacerdos*, qua voce in sequenti Epigrammate illum indigitat, satis significare videtur. *Sacerdotis* autem titulo quum & Episcopi eo tempore donarentur, sacris quoque infulis ipsum fuisse decoratum, merito quispiam arbitretur. Cui conjecturæ confert, quod de Poetæ nostri sententia Nicomedes e Cælo populum suum adhuc regere dicatur. Pauca de hoc præclaro viro possent referri, nisi ejus mentionem alibi Gregorius reliquisset. In Carmine ad Hellenium ita inquit:

Φείδεο καὶ μεγάλου Νικομήδεος, εἴ τιν' ἀκούεις.
Ος ζωὴν βροτέην δῶκεν ἐπουρανίῃ.
Καὶ θυσίην μεγάλοιο πατρὸς ἐζήλωσε παλαιὴν
Αβραάμ, ἁγνίσσας τῶν τεκέων δυάδα.

Parce etiam magno Nicomedi, si quem forte audis,
Qui vitam mortalem cælesti dedit.
Et sacrificium vetus magni patris Abraham
Æmulatus est, santificans duos filios.

Pergit autem Nazianzenus commemorare, atque extollere pium Nicomedis consilium, qui Deo filios suos dicaverat, quamquam ex ephebis ii nondum excessissent. Postremo Nicomedem sibi, aut, ut melius dicam, patri suo conjunctum sanguine fuisse prodit. Quæ cum his Carminibus consonant.

Αλλο.

E

ALIUD. XXXVIII.

ΔΕρκεο καὶ τύμβον Νικομήδεος εἴ τιν' ἀκούεις,
Ος νηὸν Χριστῷ δειμάμενος μεγάλῳ,
Αὐτὸν μὲν πρώτιστον, ἔπειτα δὲ τὴν περίβωτον
Δῶκεν ἁγνὴν θυσίην παρθενίην τεκέων.
Φέρτερον οὐδὲν ἔχων ἱερεὺς, γενέτης τε φέριστος,
Τοὔνεκα καὶ μεγάλῃ ὦκα μίγη τριάδι.

NIcomedis quoque tumulum cerne, si quem audis,
Qui quum Templum Christo magno exstruxisset,
Ipsam quidem ædem primo, postea vero solemnem illam
Dedit, puramque hostiam, filiorum virginitatem.
Nihil præstantius habens, Sacerdos, genitorque optimus,
Idcirco & magnæ cito mixtus est Triadi.

Αὐτόν. *Ipsam ædem.* Ita sum interpretatus, commodiore sensu prælato. Si quis legere malit *se ipsum*, non obstabo. Tum enim intelligas, Nicomedem post ædificatum Templum sese Deo dicasse, Sacerdotio suscepto, ad quod filios deinde instruxit.

Παρθενίην. *Virginitatem.* Præter Templum Deo dicatum, filiorum quoque duorum virginitatem Nicomedes Christo voverat. Hoc autem Nazianzenus celebriorem hostiam,

quam Templi dedicationem appellat, περίβωτον θυσίαν pro περιβόητον usurpans. De hac pia Christianorum consuetudine ego aliqua ad versum 262. Nat. XIII. S. Paulini Tom. I. Anecdot.

A Φέρτερον. *Præstantius*. Ideſt: quum poſt ædem, ſe liberoſque ſuos Deo ſacratos, nihil præſtantius haberet, quod offerret, mortem exoptavit, ſeque Maximo rerum omnium parenti, non exſpectata ſenectute, conjunxit.

Αλλο.

Υστατον ἐς βίον ἦλθες ἀοίδιμον· ἀλλὰ τάχιστα
    Ενθεν ἀνηέρθης, τίς τάδ' ἔνευσε δίκη;
Χριστὸς ἄναξ, Νικόμηδες, ὅπως σέο λαὸν ἄνωθεν
    Ιθύνῃς τεκέων σὺν ἱερῇ δυάδι.

ALIUD. XXXVIII.

TAndem ad vitam evolaſti æternam: ſed nimirum cito
    Hinc ſublatus es. Quæ vero juſtitia hoc permiſit?
Chriſtus Rex, o Nicomedes, ut populum tuum e Cælo
    Regas una cum ſacris duobus filiis tuis.

Ανηέρθης. *Sublatus es*. Quod erat in MS. retinui. Sequentium verborum ita ſe habet ſenſus. Quæ vero juſtitia permiſit, ut tam cito a nobis avolares? Hoc permiſit Chriſtus omnium Rex, ut ſimul tu in Cælo, tui autem filii in terris populum hunc regeretis. Pro δυάδι Cod. Med. habet τριάδι, ſed ad marginem eadem manu notatum eſt δυάδι.

Εἰς Καρτέριον.

B

ΠΗ με λιπὼν πολύμοχθον ἐπὶ χθονί, φίλτατ' ἑταίρων,
    Ηλυθες ἁρπαλέως, κύδιμε Καρτέριε;
Πῆ ποτ' ἔβης, νεότητος ἐμῆς οἴηια νωμῶν,
    Ημος ἐπ' ἀλλοδαπῆς μῦθον ἐμετρεόμην;
Ος βιότῳ μ' ἐνέδησας ἀσάρκῳ· ἦ ῥ' ἐπόν σοι
    Χριστὸς ἄναξ πάντων φίλτερος, ὃν νῦν ἔχεις,
Αστεροπὴ Χριστοῖο [1] μεγακλέος, ἕρκος ἄριστον
    Ηϊθέων, ζωῆς ἡνίοχ' ἡμετέρης,
Μνώεο Γρηγορίοιο, τὸν ἔπλασας ἤθεσι κεδνοῖς
    Ην ὅτ' ἔην, ἀρέτης κοίρανε, Καρτέριε.

In Carterium. XXXIX.

QUO, me relinquens laboribus oppreſſum humi, o amicorum
    Amiciſſime, raptim abiiſti, illuſtris Carteri?
Quonam abiiſti, qui adoleſcentiæ meæ gubernacula regebas,
    Quando in aliena regione verba admetiebar?
Qui vitæ me incorporeæ alligaſti. Certe tibi
    Chriſtus Rex, omnium cariſſimus, quem nunc habes.
O fulgur Chriſti glorioſiſſimi, optima tutela
    Adoleſcentum, vitæque moderator meæ,
Memento Gregorii, quem probis formaſti moribus
    Jampridem, virtutis rector ac princeps, Carteri.

C

Gregorio noſtro magna familiaritate, ac forſan etiam ſanguine Carterius conjunctus fuit, vir probus, Sacerdos & ipſe quantum quidem ego conjicio, quippe ejus manus puriſſimis hoſtiis Chriſtum placare ſolebant, uti Poeta fidem facit. An Epiſcoporum quoque albo fuerit inſcriptus, divinare neſcias. Quod certum eſt, Nazianzenum moribus optimis inſtituerat, eique adoleſcenti adhuc, & a patria abſenti, veluti curator, vitæque, atque eloquentiæ Magiſter, adſtiterat. Neque heic ſolum Carterii mentionem Poeta noſter fecit, ſed in Carmine etiam ad Hellenium pro Monachis, quod conſulere potes.

M' ἐνέδησας. *Me alligaſti*. Hunc eſſe arbitror ſenſum. Qui me *ſpirituali*, ſeu *Eccleſiaſticæ vitæ alligaſti*, ſcilicet ad ſacrum miniſterium inſtituiſti, aut perduxiſti. Forſitan Eccleſiaſticæ vitæ amplectendæ Carterius Nazianzeno fuerat auctor, ipſumque etiam ſacris fortaſſe initiaverat.

Αστεροπή. *Fulgur*. Quatuor iſti poſtremi verſus a ſuperioribus forſitan ſejungendi erant, & ex iis alterum Epigramma efformandum. In MS. legebatur μέγα κλέος ſejunctum. Ego conjunctum legere malui ne *Fulgur* nudum remaneret, ſi *magnum Chriſti decus* convertere oportuiſſet.

Ην ὅτ' ἔην. *Jampridem*. Debeo iſtius formæ ſenſum Cl. Salvinio, qui & monuit in Gregorii Carm. εἰς Επισκόπους haberi duo illius exempla.

Αλλο.

ἁγνοτάταις. Ita ms. codex. Forte ἁγνοτάτοις.

D

Ω Πηγαὶ δακρύων, ὦ γούνατα, ὦ θυέεσσι
    Αγνοτάταις παλάμαι Χριστὸν ἀρεσσάμεναι
Καρτερίου, πῶς λῆξαθ', ὁμῶς πάντεσσι βροτοῖσι;
    Ηθελεν ὑμνοπόλον κεῖθι χοροστασίη.

ALIUD. XL.

O Fontes lacrymarum, o genua, o palmæ,
    Puriſſimis Deum quæ placabatis hoſtiis,
Carterii, quomodo ceſſaſtis, non ſecus ac reliqui homines?
    Sacrum Cantorem voluit cæleſtis chorus.

Ω πηγαί, *O fontes*. Piam vitæ inſtitutionem, qua Carterius Cælo placebat, heic Poeta ſignificat; ſolebat enim quotidie lacrymas ante Deum profundere, ſe proſternere, atque incruento ſacrificio Numinis iram placare. Hæc omnia cum ejus morte ceſſarant.

Θυέεσσι, *Hoſtiis*. Sub *hoſtiarum* nomine, quibus Carterii manus Chriſtum placabant, nil æquius intelligendum videtur, quam ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium, in quo incruentam hoſtiam quotidie ſummo Numini offerimus. Apud veteres Patres ita appellari magnum illud Myſterium conſtat e Chryſoſtomi verbis in Hom. 17. in Epiſt. ad Heb. & e Cyrillo Alexandrino in explicat. Anathematiſmi XI. atque ex Oecumenio in cap. X. ad Heb. & aliis. Porro Nazianzenus alibi eodem vocabulo eſt uſus: etenim Carmen XI. ad Epiſcopos ita exorditur.

E

Ω θυσίας πέμποντες ἀναιμάκτους ἱερῆες.
O Sacerdotes, qui hoſtias incruentas offertis.

Similiter etiam in Orat. 1. & 2. contra Julianum *incruentum Sacrificium* τὴν ἀναίμακτον θυσίαν appellat.

Ομῶς πάντεσσι βροτοῖσι. *Non ſecus ac omnes homines*. In Ambr. Cod. ὅμως legitur, h. e. *verumtamen*, quod cum ſequentibus obſcurum plane ſenſum reddere mihi videbatur. Quare ὁμῶς legere placuit, ut ſit ſenſus: Quomodo, reliquorum hominum more, vivere deſiit Carterius, vir tanta pietate ſpectabilis? Tum rationem Poeta reddit; illum enim Angeli Cantorem in cæleſtibus choris voluere. Par dicendi forma infra occurret in Cæſarium.

Αλλο.

ΗΡπασας, ὦ Νικόμηδες, ἐμὸν κέαρ, ἥρπασας ὦκα
    Καρτέριον τῆς σῆς σύζυγον εὐσεβίης.

ALIUD. XLI.

RApuiſti, o Nicomedes, meum cor, rapuiſti celerrime
    Carterium tuæ pietatis ſocium.

1. Ms. μέγα κλέος. SALVIN.

A

Αλλο.

Ω Ξωλῶν ζαθέων ἱερὸν πέδον, οἷον ἔρεισμα,
Σταυροφόρον καλέσας Καρτέριον, κατέχεις!

ALIUD. XLII.

O Xolorum ſacrorum patria ſancta, quale firmamentum,
Crucem ferente vocato ad te Carterio, tenes!

Ξωλῶν. *Xolorum*. Ita in Codicibus Ambr. & Med. Voce autem *Xolorum*, ſive *Xolarum*, aut locum aliquem, aut populos ita appellatos puto, in quorum agro ſepultus fuerat Carterius. Infra in Epigr. εἰς Εὐσέβιον hæc eadem vox repetita occurrit. Beatum igitur, & ſacrum vocat locum illum, in quo Carterii oſſa quieſcebant. Pro Ξωλῶν autem fortaſſe legendum Ζηλῶν. Zela Urbs Cappadociæ olim apud Neocæſaream.

Εἰς Βάσσον.

Βάσσε, φίλος Χριστῷ μεμελημένος ἔξοχον ἄλλων,
Τῆλε τῆς πάτρης λῃστορι χειρὶ δαμάσθης, B
Οὐδέ σε τύμβος ἔχει πατρώϊος· ἀλλὰ καὶ ἔμπης
Πᾶσιν Καππαδόκεσσι μέγ' ὄνομα σεῖο λέλειπται,
Καὶ στῆλαι παγίων μέγ' ἀμείνονες, αἷς [1] ἔνι γράφθης.
Γρηγορίου τόδε σοι μνημήϊον, ὃν φιλέεσκες.

In Baſſum. XLIII.

B Aſſe, amice Chriſto gratiſſime ſupra alios,
Procul a patria tua prædonum manu morti traditus es,
Neque te tumulus habet patrius. Sed tamen
Cunctis Cappadocibus magnum tui nomen relictum eſt,
Et cippus infixis longe præſtantior, cui inſcriptus es.
Hoc tibi a Gregorio monumentum eſt, quem amabas.

Baſſum, quem prædones in longinquis regionibus interfecerant, Nazianzenus laudat. Carterii ſupra memorati patrem *ſpiritalem* infra appellat, Cappadocemque natione fuiſſe prodit.

Μέγ' ὄνομα. *Magnum nomen*. In Ambr. erat καὶ οὔνομα.

Καὶ στῆλαι ἀμείνονες. *Et cippus præſtantior*, ſive *columnæ præſtantiores*. MS. Codicem ſupplevi, in quo vitioſe legi- C tur ἀμεῖνον. Inquit autem Gregorius: Quamquam, Baſſe, te mors extra patriam invenerit, & a paterno ſepulcro excluſerit, tuum tamen decus, & nomen apud Cappadoces æternum manebit, & præſtantius tibi monumentum erunt corda civium, in quibus vivis. Aut, ſi malumus ita legere, cippus tibi nobilior erunt hæc mea Carmina, quam cippi marmorei in agris fixi, quibus tuum nomen inſcriptum fuit.

Αλλο.

Ως Ἀβραὰμ κόλποισι τεοῖς ὑποδέκνυσο, Βάσσε,
Σὸν τέκος ἀτρεκέως πνεύματι Καρτέριον.
Αὐτὰρ ἐγώ, εἰ καί με τάφος σὺν πατρὶ καλύπτοι,
Οὔποτ' ἀφ' ὑμετέρης στήσομ' ὁμοζυγίης.

ALIUD. XLIV.

T Amquam Abraham tuo ſinu ſuſcepiſti, o Baſſe,
Tuum vere filium ſpiritu Carterium.
Atqui ego, etſi me unum cum patre ſepulcrum claudat,
Numquam a veſtro abſiſtam ſodalitio.

Εἰς Φιλτάτιον.

Ηΐθεον μεγάλοιο μέγαν κοσμήτορα λαοῦ
Χθὼν ἱερὴ κεύθω Φιλτατίοιο δέμας.

In Philtatium. XLV.

A Doleſcentem magnum magni moderatorem populi
Tellus ſacra tego Philtatii corpus.

Quid de hoc Philatio dicam, non occurrit, niſi veri D ſimillimum videri, neceſſarios Nazianzeni fuiſſe Philtatios; quippe Nonna, hujus parens, Philtatii cujuſdam filia fuit, uti infra videbimus, Amphilochium in ſuperioribus Carminibus Poeta noſter appellavit

Υἱέα Φιλτατίου Γοργονίας τε μέγαν.
Filium Philtatii, & Gorgoniæ magnum.

Sed quum Philtatius iſte dicatur ἠΐθεος *adoleſcens*, nihil ipſum commune habere cum altero Amphilochii patre ſuſpicor.

Εἰς Εὐσέβιον, καὶ Βασίλισσαν.

Ευσέβιος, Βασίλισσα, μεγακλέες ἐνθάδε κεῖνται,
Ξωλῶν ἠγαθέων θρέμματα Χριστοφόρα,
Καὶ Νόννης ζαθέης ἱερὸν δέμας. ὅστις ἀμείβεις
Τούσδε τάφους, ψυχῶν μνώεο τῶν μεγάλων.

In Euſebium, & Baſiliſſam. XLVI.

E Uſebius, & Baſiliſſa illuſtres heic ſiti ſunt,
Xolorum divinorum alumni, Chriſtiferi,
Et Nonnæ eximiæ ſacrum corpus. Quicumque præterveheris
Hæc ſepulcra, animarum memento magnarum.

Una cum Nonna, ut arbitror, Poetæ noſtri parente, ſepulti fuerant Euſebius, & Baſiliſſa. Horum nulla alia ſe mihi offert mentio. Infra dumtaxat Georgius Sacerdos E funebri Carmine per Nazianzenum commendatus, Baſiliſſæ frater appellatur, & cum illa tumulatus dicitur. Et hos idcirco ſanguine conjunctos Gregorio opinor. De nomime *Xolorum* ſupra egi in poſtremo Carmine εἰς Ἀμφιλόχιον.

Εἰς Ἑλλάδιον.

Αἰεί σοι νόος ἦεν ἐς οὐρανόν, οὐδ' ἐπὶ γαίης
Ηρειδες χθαμαλῆς ἴχνιον οὐδ' ὀλίγον.
Τοὔνεκεν ὡς τάχος ἦλθες ἀπὸ χθονός. Εὐλάλιος δὲ
Σὴν κόνιν ἀμφιέπει σὸς κάσις, Ἑλλάδιε.

In Helladium. XLVII.

T UA ſemper mens verſabatur in Cælo, neque vel paullulum
In terra humili firmabas veſtigia.
Quamobrem celerrime a tellure abiiſti. Eulalius vero
Frater tuus cinerem tuum, Helladi, curat.

De *Helladio*, & *Eulalio* fratribus mentionem Poeta noſter alibi fecit, hoc eſt in Carmine *ad Hellenium pro Monachis*; ibique etiam ſignificat, Eulalium Helladio ſuperſtitem fuiſſe. Neque heic Helladius ille eſſe videtur Baſilii Magni in Epiſcopatu ſucceſſor, ad quem leguntur adhuc Nazianzenii literæ quædam, ſcilicet 53. 54. & 216. cum duabus ſequentibus, quique in Vitis Patrum, & apud S. Joannem Damaſcenum in Orat. 1. de Imagin. memora-

1. Forte ἐνεγράφθης. SALVIN.

tur. Billius, cui Carmina ignota erant, quæ nunc evulgamus, in notis ad Nazianzeni Opera, tam primum, quam alterum Helladium unum hominem facit. Verum quum Helladius noster, memoratus etiam in Carm. *ad Hellenium* vivere desiisse νεαρὸς *juvenis* dicatur, nullumque Episcopalis muneris indicium Carmina ista illi tribuant, diversos homines fuisse opinari juvat. Quod est ad *Eulalium*, is Monasticæ vitæ institutum sectatus est. Supersunt etiam nunc Nazianzeni ad eumdem Epistolæ quinque, videlicet 99. & tres sequentes, itemque 232. in quibus solitudini, jejunioque operam dare is dicitur. Neque vero male conjiciemus, si hunc ipsum Eulalium Ecclesiæ Nazianzenæ Episcopum postea creatum censebimus. Ete-

A nim quum certum sit, opera potissimum Gregorii nostri Eulalium quemdam ibi constitutum fuisse Episcopum: quid probabilius; quam Eulalium, de quo heic sermo, familiarem, imo consanguineum suum, a Gregorio ad sacrum munus fuisse delectum? Et quidem quod nostro Poetæ sanguine conjunctus hic fuerit, patet ex Epistola 182. ad Lollianum, ubi Gregorius memorat τὰς κυρίους μου τὰς ἀνεψιὰς Ελλάδιον, καὶ Εὐλάλιον, *dominos consobrinos meos Helladium, ac Eulalium*. Memoratur a Rufino Presbytero lib. 3. de Vitis Patrum cap. 29. quidam *Eulalius Monachus*; at eum a nostro alium puto; nam etsi iisdem temporibus ambo vixerint, provinciæ tamen eorum diversæ fuere.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
370.



Αλλο.

ΤΟν νεαρὸν, Χριστῷ δὲ μέγαν, πολιόν τε νόημα, B
Χῶρος ὅδ' ἀθλοφόρων Ελλάδιον κατέχω.
Οὐ Νέμεσις, κείνοις γὰρ ὁμοίιον ἄλγος ἀνέτλη,
Σβεννὺς ἀντιπάλου τοῦ φθονεροῖο μόθον.

ALIUD. XLVIII.

ADolescentem, Christo magnum, consilioque senem,
Martyrum locus, quem videtis, Helladium complector.
Nec mirum. Illis enim similem dolorem sustinuit,
Extinguens invidi adversarii pugnam.

Αθλοφόρων. *Martyrum*. In Carm. superiori *in Liviam* vocem ἀεθλοφόροις pro *Martyribus* sumsi, apud quorum tumulos Christiani non in Occidente solum, sed etiam in Oriente sepulcri quietem quærere solebant. Idem nunc repeto, χῶρον ἀθλοφόρων, *Martyrum locum* interpretatus. In Carm. εἰς Γοργόνιον Martyres ἀθλοφόροι aperte appellantur, uti videbitur. Alium sane senium hæc verba non patiuntur, diciturque Helladius, non secus ac Martyres, pugnam, ac tormenta a Diabolo sustinuisse. Verum vide, quæ etiam adnotavi ad Carmen πρὸς τοὺς ἐν Μαρτυρίοις τρυφῶντας, *ad eos, qui in Martyrum Basilicis deliciantur*, ubi vocabulo hoc expresse designantur Martyres.

Οὐ Νέμεσις. *Nec mirum*, sive *nec indignandum*. Dictum est ex figura, qua Homerus de Helena in Iliade Lib. 3.

Ανέτλη. *Sustinuit*. Cod. Ambr. habet ἀνέτλης *sustinuisti*. Hanc emendationem sensus poscere videbatur.

C

Αλλο.

ΜΙκρὸν μὲν πνείεσκες ἐπὶ χθονὶ σαρκὸς ἀνάγκῃ,
Πλείονα δὲ ζωῆς ὑψόθι μοῖραν ἔχεις,
Ελλάδιε, Χριστοῖο μέγα κλέος· εἰ δὲ τάχιστα
Δεσμῶν ἐξελύθης, τοῦτο γέρας καμάτων.

ALIUD. XLIX.

PArum quidem super terram carnis necessitate spirasti,
Majorem vero vitæ sortem in Cælis nunc habes,
Helladi, Christi magnum decus. Quod vero celerrime
Vinculis solutus es, præmium hoc laborum fuit.

Εἰς Γεώργιον.

ΚΑὶ σὺ Γεωργίοιο φίλον δέμας ἐνθάδε κεῖσαι,
Ος πολλὰς Χριστῷ πέμψας ἁγνὰς θυσίας.
Σὺν δὲ κασιγνήτη σῶμα φρένας ἡ Βασίλισσα
Ξυνὸν ἔχει μεγάλη καὶ τάφον, ὡς βίοτον.

In Georgium. L.

TU quoque Georgii amatum corpus heic jaces,
Qui multas Christo obtulisti puras hostias.
Una vero tecum tua & corpore, & animo germana Basilissa
D
Magna commune sepulcrum habet, ut vitam.

Inter Presbyteros Georgium hunc repono, siquidem, ut Gregorius ait,

Sæpe per illum
Immenso oblata est hostia pura Deo.

Erat autem Basilissæ frater, illius ipsius mulieris, ut arbitror, quam supra Nazianzeni Carmine una cum Eusebio laudatam vidimus. Ad hunc eumdem Georgium fortasse conscripta fuit Poetæ nostri Epistola 182.

Πέμψας. *Obtulisti*. Ita scriptum in Cod. Mediceo. Ambrosianus vero habet πέμψεν *obtulit*. Recte utrumque. *Georgii corpus* heic idem est, ac *Georgius*, cui propterea ὃς sequens convenit.

Ως βίοτον. *Ut vitam*. Basilissam ait commune cum Georgio sepulcrum habere, & communem in Cælis vitam; seu mavis, ita post mortem fratri suo conjunctam in tumulo esse, uti vivens illi mente conjuncta fuerat.

Εἰς Εὐπράξιον.

ΧΩρης τῆσδ' ἱερῆς Εὐπράξιον ἀρχιερῆα
Ηδ' Αριανζαίη χθὼν μεγάλη κατέχω,
Γρηγορίοιο φίλον, καὶ ἥλικα, καὶ συνοδίτην·
Τοὔνεκα καὶ τύμβου γείτονος ἐπίκυρσε.

In Eupraxium. LI.

HUjus sacræ Provinciæ Eupraxium Pontificem
E
Magna tellus Arianzæa complector,
Gregorii amicum, ætate parem, ac Synoditam:
Propterea tumulum etiam vicinum consequutus est.

Gregorio nostro, nisi malis Gregorio patri, intima familiaritate conjunctus fuerat Eupraxius in quadam Cappadociæ Civitate Episcopus. Ætas eadem, & commune Monasticæ disciplinæ studium amborum animos tam arcta necessitudine devinxerat. Quare quum Eupraxius ruri cum Nazianzeno ageret, morbo correptus e vivis abiit. Mortuum amicum Gregorius Arianzi in pago, ubi tum degebat, sepulcro donavit, ejusque tumulum his versibus exornavit.

Αριανζαίη *Arianzæa*. Græcus Nazianzeni Scholiastes Nicetas hæc in Argum. Orat. XV. ex versione Billii habet; *Tiberinæ regionis, in qua natalitius ipsius* (Gregorii Theologi) *Arianzi pagus situs erat, fruges jam maturæ grandine percussæ fuerant*. Quum vero ex pluribus vetustis Auctoribus, uti ex ipsius quoque Gregorii scriptis, manifestum sit, Poetam nostrum Nazianzenæ Urbis civem fuisse, eamque ab ipso patriam suam appellari: *Arianzum* cum doctissimis viris Hermantio in Gregorii nostri Vita, & Daniele Papebrochio in Adnot. ad ejus Vitam die 9. Maii, arbitror, pagum Nazianzo subjectum, ac pæne suburbanum fuisse. Ibi forsitan Gregorius, & Nonna ejus parentes rusticabantur, quum Poeta noster natus est, atque idcirco *Arianzum* a quibusdam Nazianzeni patria nuncupatur. Certe ibidem prædium possidebat Gregorius, illudque in Testamento suo vocat *prædium Arianzenum, quod ex Rhegini bonis ad se pervenit*. Male in Græco hoc Testamento Brissonius lib. 7. de Formul. legit χωρία ἐν Ναζιανζ. *prædium Nazianzenum*, quum scribendum sit ex si-

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

de Codicum ἐν Ἀριανζῷ. Hæc autem omnia mire illustrantur ex iis, quæ referuntur in Synodo Oecum. V. seu Constantinopolitana II. Collat. V. ubi ex Epistola ad Theodorum Mopsuestenum a Gregorio nostro, ut nonnullorum opinio ferebat, hæc scripta leguntur. *Debes Sanctis Martyribus annualem honorem, quem in tuis Arianzis solemniter celebramus.* Quæ verba ita ibi explicantur. *Adhortatur ad Martyrum festivitatem pervenire, quæ in Arianzis, prædio ejusdem S. Gregorii, celebratur, &c. Arianzus vero prædium est sub Nazianzo.* Infra hæc adduntur ab Euphrata Episcopo Tyanensi: *Arianzus quidem prædium est, unde ortus fuit idem sanctæ memoriæ Gregorius sub Nazianzo constitutus.* Ac tandem in hæc verba loquitur Theodosius Justinianopoleos Episcopus: *Sub mea gubernatione modo est Dobara, & Nazianzus, sub qua Nazianzo, & Arianzos prædium constitutum est.* Non alium autem locum, quam Arianzum, selegit Nazianzenus, postquam Constantipolitano Episcopatu se abdicavit, ut reliquum vitæ solitudini, rerumque cælestium contemplationi sacraret. Illic tumulo quum traditus fuisset Eupraxius, hinc *magnam* Poeta, seu *illustrem* appellat Arianzæam tellurem.

Συνοδίτην. *Synoditam.* Qui fuerint Gregorii Theologi ævo Synoditæ, satis prodit Lex 57. lib. 11. Cod. Theodos. Tit de Appellat. ab Imperatoribus Theodosio, Arcadio, ac Honorio promulgata Anno 398. Ea sic se habet: *Addictos supplicio, & pro criminum immanitate damnatos, nulli Clericorum, vel Monachorum (eorum etiam, quos Synoditas vocant) per vim, atque usurpationem vindicare liceat, ac*

A *tenere.* Pro hac voce in eodem Codice Theodosiano Leg. 16. lib. 9. Tit. de Pœnis, ubi Lex eadem repetitur, *Cœnobitas* usurpari animadvertas. Horum etiam mentio habetur in Collect. Constit. Ecclesiast. ex lib. 1. Codicis Justinianæi in Paratitlis ad Tit. 3. pag. 1266. & pag. 1270. Item Tit. 5. pag. 1273. quæ tamen omnia memoratæ Legis Theodosianæ sunt explicationes. Certum itaque est, Synoditas non alios fuisse, quam Monachos; ac propterea Gennadius in lib. de Script. Eccles. in Evagrio hæc scribit; *Composuit Cœnobitis, & Synoditis doctrinam aptam vitæ communi.* Socrates vero lib. 4. cap. 23. Hist. Eccles. memorat τοὺς ἐν κοινοβίοις, ἢ συνοδίοις Μοναχούς. *Monachos Cœnobitas, aut Synoditas.* Igitur Cœnobitarum ac Synoditarum nomina, nisi unum, certe parum diversum Monasticæ vitæ genus designabant. Postremo autem nomine, ut arbitror, ii donabantur, qui vitæ communis institutum amplexi in una, eademque domo, aut eremo, simul degebant. Reliqui vero proprie appellabantur *Monachi*, qui
B nulli forsitan Archimandritæ suberant. Accursius, & Pancirolus, aliique Leguleji, vocabulo hujus sensum minime sunt assequuti. Quibus ex rebus discimus, Eupraxium Episcopatus splendorem Monachismi gloria amplificasse.

Τύμβου γείτονα. *Sepulcrum vicinum.* Cur vicinum Eupraxii tumulum Gregorius vocet, eam fuisse caussam arbitror, quod nempe sibi quoque eodem in loco sepulcrum paraverat, aut destinaverat. Id etiam significare velit, quod sibi tunc in Arianzæo pago agenti, vicinus semper Eupraxii tumulus erat.

Εἰς Καισάριον.

Σχέτλιός ἐστιν ὁ τύμβος· ἔγωγε μὲν οὔποτ' ἐώλπειν,
Ὥς ῥα κατακρύψῃ τοὺς πυμάτους προτέρους.
Αὐτὰρ ὁ Καισάριον ἐρικυδέα ἧκα τοκήων
Τῶν προτέρων πρότερον δέξατο· ποία δίκη;
Οὐκ ἔσθ' ὁ τύμβος αἴτιος· μὴ λοιδόρει·
Φθόνου τόδ' ἐστιν ἔργον. Πῶς δ' ὑπέσχετο ἂν
Νέον γερόντων εἰσορᾶν σοφώτερον;

In Cæsarium. LII.

INjustus est hic tumulus. Equidem numquam timui,
Ut natu posteriores heic a prioribus conderentur.
C Sed iste Cæsarium valde illustrem filium parentibus
Prioribus prius excepit. Qualis hæc justitia?
Non est tumulus in caussa. Ne conviciis onera.
Sed Invidiæ facinus est. Quomodo vero ea sustinuisset
Juvenem senibus cernere sapientiorem?

Cæsarium fratrem, celeberrimum in terris virum, at quod præstabilius est, Cælitum albo inscriptum, Carmine isto, atque sequentibus commendat Gregorius, rebusque humanis defunctum luget. Publica Oratione, quæ inter ejus Opera est decima, dilectissimum fratrem laudasse non contentus Theologus, versibus etiam tumulum sepulti exornat. Multus in his dolor, multa Cæsarii laus, multæque medio in luctu Charites. Nos singillatim universa expendemus.

Σχέτλιος. *Injustus.* In hoc primo Epigrammate Dialogus exhibetur inter Gregorium Episcopum, Cæsarii nempe, ac Theologi patrem, & Sepulcrum, ubi ejusdem Cæsarii ossa condita fuerant. Poetica venustate conqueritur

Gregorius, quod *Cæsarium inclytum filium*, naturæ turbato ordine, sibi præmortuum tumulus injuste abscondat. Hic vero Jambicis versibus Gregorio respondet, seque excusat. Hoc enim, inquit, non meum, sed *Invidiæ*, seu *invidi Fati* facinus est, a quo ferri diutius non poterat adolescens ipsis senibus præstantior.

Οὐκ ἔσθ' ὁ τύμβος αἴτιος. *Non est tumulus in caussa.* Metrum diversum indicare videtur Epigramma diversum. Sed quia imperfectum hoc foret, omnia conjungere placuit. Hæc autem verba si quisquam contendat, non a tu-
D mulo, sed ab alio quopiam pronunciata, me contradicentem non habebit.

Ἄλλο.

Γρηγόριε, θνητῶν μὲν ὑπείροχον ἔλλαχες υἷα
Κάλλει, καὶ σοφίῃ, καὶ Βασιλῆϊ φίλον.
Κρείσσονα δ' οὐκ ἔτι πάμπαν ἀπηλεγέος θανάτοιο
Ἦ μὴν ὠϊόμην. Ἀλλὰ τί φησι τάφος;
Τέτλαθι· Καισάριος μὲν ἀπέφθιτο, ἀλλὰ μέγιστον
Υἱέος εὖχος ἔχεις, υἱέος ἀντὶ φίλου.

ALIUD. LIII.

O Gregori, mortalium quidem sortitus es filium
præstantissimum
Forma, & sapientia, & Imperatori carum.
Fortiorem vero crudeli morte profecto
Nequaquam arbitrabar. Sed quid ait Sepulcrum?
Sustine. Cæsarius quidem interiit; sed maximam
Filii gloriam habes pro dilecto filio.

Patrem alloquitur Poeta, aut quisquam alius. Tum Cæsarii tumulum loquentem inducit.

Ἦ μὴν. *Profecto.* Particula jurandi, eadem ac ἀμήν. Amen & ipsa jurandi particula est, & idem ac μὰ τὴν ἀλήθειαν. Et in Codicibus quidem Ambr. & Med. ἢ μὴν

legitur; at in Regio Parisensi οὐ μὴν. Quæ lectio si magis
E placeat, referendum erit ad Gregorium patrem illud οὐ μὴν ὠϊόμην, ut dicat: *certe filium non arbitrabar Morte validiorem.* Tum respondet Sepulcrum, patrem solando, quod pro filio sublato ingentem ejus gloriam superstitem habeat.

Ἄλλο.

Ὤριοι ἐς τάφον ἦμεν, ὅτ' ἐνθάδε τοῦτον ἔθηκαν
Λᾶαν ἐφ' ἡμετέρῳ γήραϊ λαοτόμοι.
Ἀλλ' ἡμῖν μὲν ἔθηκαν. ἔχει δέ μιν οὐ κατὰ κόσμον
Καισάριος, παίδων ἡμετέρων πύματος.
Ἐτλημεν παναποτμα, τέκος, τέκος· ἀλλὰ τάχιστα
Δέξαι ἐς ἡμέτερον τύμβον ἐπειγομένους.

ALIUD. LIV.

MAturi sepulcro eramus, quum heic posuere istum
Lapidem senectuti nostræ lapicidæ.
Illum nobis quidem posuere; sed ipsum, non ut decebat,
Habet Cæsarius filiorum nostrorum novissimus.
Miserrima toleravimus, fili, fili. Verum celerrime
Excipe in tumulum nostrum nos properantes.

Sermonem, gemitumque prosequuntur Gregorius, & Nonna, Cæsarii parentes grandævi. Sibi adhuc viventibus tumulum paraverant. Verum præmortuus Cæsarius in illo

compositus fuerat.

Πύματος. *Novissimus.* Tres filios ante Episcopatum e conjuge Nonna susceperat Gregorius Nazianzi Episcopus,



quos omnes sanctitas mira commendavit, Gregorium videlicet nostrum cognomento *Theologum*, Cæsarium de quo heic sermo, & Gorgonium sive Gorgoniam. Nemini dubium est, quin fratre Cæsario senior Theologus fuerit, siquidem illum Cæsarius veluti parentem colebat. Dubitatum porro est, Gorgonia sorore senioresne, an juniores Gregorius, & Cæsarius fuerint. Et quidem Baronius in Theologi Vita Gorgoniam fratribus ætate priorem opinari videtur. Papebrochius vero in Notis ad caput primum

A ejusdem Vitæ *vel minimam natu fuisse, vel inter Gregorium, & Cæsarium mediam* scribit. Nunc saltem discimus, ultimum natorum, hoc est reliquis juniorem, Cæsarium fuisse. Id etiam e Gregorii Oratione X. in fine probari potest.

Ετλημεν. *Toleravimus*. In Ambr. Cod. scriptum est ἔτλη μεν. Potior visa est Regii Codicis lectio, quæ utramque vocem conjungit. In illo tamen vox τέκος semel tantum legitur, versu inde claudicante. At in nostro concinne repetitur, atque emphatice.

Αλλο.

ΤΟνδε λίθον τοκέες μὲν ἑὸν τάφον ἐστήσαντο,
Ελπόμενοι ζωῆς μοῖραν ἔχειν ὀλίγην.
Καισαρίῳ δ' υἱῆϊ πικρὴν χάριν οὐκ ἐθέλοντες
Δῶκαν, ἐπεὶ πρόπρος τοῦδ' ἐλύθη βιότου.

ALIUD. LV.

LApidem hunc parentes quidem sibi in sepulcrum constituerant,
Sperantes, se vitæ sortem habituros brevem.
Verum Cæsario filio acerbam gratiam, nolentes,
B Præstitere; nam is prior ab hac vita solutus est.

Ingemunt adhuc Cæsarii parentes, suamque sortem dolent; quod nempe nolentes, atque inscii filio tumulum pararint, in quo se brevi condendos esse sperabant.

Ελύθη. *Solutus est*. Corrupte in Cod. Ambr. legebatur ἐλίθη, nisi fortasse υ cum θ connexum parum attente legerim. Codicem idcirco Parisiensem sequutus sum. Codex Med. habet τοῦδε λύθη.

Αλλο.

ΓΗρας ἐμὸν δήθυνεν ἐπὶ χθονί· ἀντὶ δὲ πατρὸς
Λᾶαν ἔχεις, τεκέων φίλτατε Καισάριε.
Τίς νόμος; οἵα δίκη; θνητῶν ἄνα, πῶς τόδ' ἔνευσας;
Ω μακροῦ βιότου, ὦ ταχέος θανάτου.

ALIUD. LVI.

SEnectus mea diu mansit super terram. Pro patre vero
Sepulcrum habes, filiorum carissime Cæsari.
Quæ lex? qualis justitia? o hominum Rex, quei hoc permisisti?
O longam vitam! o celerem mortem!

Gregorius Cæsarii pater præreptum sibi filium dolens inducitur. Poetica elegantia ad supremam rerum caussam gemitus, & querimonias convertit. Inde Epigramma ingeniosa ista exclamatione concludit: O longam vitam

(scilicet meam) o celerem mortem (scilicet filii.)

C Εχεις. *Habes*. In Cod. Med. est ἔχειν. Quod si placeat, sententia continuanda cum sequenti versu.

Αλλο.

ΟΥκ ἄγαμ', οὐκ ἄγαμαι. δῶρον τόδε τύμβον ἐδέξω
Μοῦνον ἀφ' ἡμετέρων, Καισάριε, κτεάνων.
Γηραλέων τοκέων πικρὸν λίθον. ὁ φθόνος οὕτως
Ηθελεν. ὦ ζωῆς πήμασι μακροτέρης.

ALIUD. LVII.

NON laudo, non probo. Donum hoc tumulum accepisti
Unum e nostris, Cæsari, possessionibus.
O senum parentum tristem lapidem! Invidia ita
Voluit. O vitam propter calamitates diuturnam!

Οὐκ ἄγαμαι. *Non laudo*. Horum versuum sensus talis mihi videtur. O Cæsari, inquit Gregorius pater, tumulum hunc tibi dono dedi, quam unam rem post mortem

D possidere debebam. Non probo, non laudo munus. Nobis eripuisti, quod spe nunc possidebamus, quod ossibus nostris brevi ante te possessuri eramus.

Αλλο.

ΠΑσαν, ὅση σοφίη λεπτῆς φρενὸς ἐν μερόπεσσι
Αμφὶ γεωμετρίην, καὶ θέσιν οὐρανίων,
Καὶ λογικῆς τέχνης τὰ παλαίσματα, γραμματικήν τε,
Ηδ' ἰητορίην, ῥητορικῆς τε μένος,
Καισάριος πτερόεντι νόῳ μοῦνος καταμάρψας,
Αἲ αἲ πᾶσιν ὅμως νῦν κόνις ἐστ' ὀλίγη.

ALIUD. LVIII.

OMnem, quæcumque est, sapientiam inter homines subtilis mentis,
Omnem circa Geometriam, Cælorumque posituram,
Et omnes Logicæ colluctationes, Grammaticamque,
Aut Medicinam, Rhetoricæque vim,
Cæsarius mente velocissima quum solus comprehendisset,
Eheu æqua cum omnibus sorte nunc cinis est exiguus.

Artes varias, & disciplinas, quibus operam Cæsarius dederat, heic habes. Et quod est ad Geometriam, ac Astronomiam, audi Gregorium ipsum in Orat. X. de funere Cæsarii in hæc verba loquentem: Γεωμετρίας μέντοι, καὶ Αστρονομίας, καὶ τῆς ἐπικινδύνου τοῖς ἄλλοις παιδεύσεως, ὅσον χρήσιμον ἐκλεξάμενος &c. *Atque ex Geometria quidem, & Astronomia, & doctrina aliis periculosa quum quidquid utile*

E *erat collegisset* &c. Prosequitur vero in eadem Oratione Theologus, atque Arithmeticam, Medicinamque Artes Cæsario ita perspectas fuisse affirmat, ut nemo ita ineptus, ac pervicax foret, qui secundas illi daret, ac non bene secum agi duceret, si proximum Cæsario numerùm obtineret, primasque inter secundos ferret.

Αλλο.

ΠΑντα κασιγνήτοισι τεοῖς λίπες, ἀντὶ δὲ πάντων
Τύμβον ἔχεις ὀλίγον, κύδιμε Καισάριε.
Η δὲ Γεωμετρίη, καὶ ἀστέρες, ὧν θέσιν ἔγνως,
Η τ' ἰητορίη, οὐδὲν ἄκος θανάτου.

ALIUD. LIX.

OMnia fratribus tuis dereliquisti, & pro omnibus
Tumulum habes exiguum, illustris Cæsari.
Geometria vero, & Astra, quorum posituram novisti,
Et Medicina, remedium nullum mortis attulere.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.



Τοῖς, *Tuis*. In Cod. Ambr. legebatur νέοις, h. e. *juvenibus*. Diu vox ista me torserat, quippe Cæsario senior A erat Gregorius noster, & grandem jam attigerat ætatem. Opem tulit Codex Regius, in quo τοῖς habetur.

Ἄλλο.

Κάλλιμον ἐκ πάτρης σε, μεγακλέα, τηλεφανῆ τε,
Ἄκρα φέροντα πάσης, Καισάριε, σοφίης,
Πέμψαντες βασιλῆϊ τὸν ἔξοχον ἰητήρων,

Φεῦ κόνιν ἐκ Βιθυνῶν δεξάμεθ' αὖ σε πέδυ.

ALIUD. LX.

Pulcrum e patria te, inclytum, conspicuumque,
Omnis sapientiæ primas, Cæsari, ferentem,
Quum misissemus ad Imperatorem, Medicorum præstantissimum,
Heu cinerem e Bithyniæ solo te rursum suscepimus.

Τηλεφανῆ. *Conspicum*. Ita in Parisiensi Codice. In Ambr. habetur τῆλε θανόντα, h. e. *procul a patria mortuum*. Cur priorem lectionem lubentius retinuerim, in caussa fuit magis concinnus sensuum ordo. Non enim secessum e patria, tum obitum, deinde gloriam, inde Medici munus a Cæsario gestum, ac iterum ejus mortem commemorari satis eleganter arbitror. Cod. Med. habet πλεθέοντα, pro quo suspicatur Salvinius legendum πλέθ' ἔοντα.

Φέροντα πάσης. Quum circumflexum accentum amet dictio πᾶσα, notavit Boivinius, metrum sibi non constare, ac legendum fortasse ἄκρα φέρων πάσης, &c. ut sit constructio: ὦ Καισάριε φέρων ἄκρα πάσης σοφίης, *o Cæsari, qui culmen totius sapientiæ attigeras*. Attamen quum in omnibus Codicibus mss. φέροντα legatur, mutare non ausim, & præcipue quum superioribus accusandi casibus medius cohærere videatur. Græcorum autem Poetarum quæ sit libertas in corripiendis vocalibus natura longis, sexcenta ostendunt exempla, & præcipue apud Gregorium, qui heic etiam corripit secundam in Βιθυνῶν ab aliis productam. Gregorius quidem Hellenismi auctor conspicuus; sed quid vetat originis vitio nonnumquam ad aliquem Cappadocismum trahi? Insignis hanc in rem est locus Philostrati lib. 2. de Vit. Sophist. Inquit enim de Pausania Sophista Cæsareæ Cappadociæ, ipsum Extemporanee loquentem *producenda breviasse, brevianda produxisse, ita ut coquus a multis appellaretur*.

Ἔξοχον ἰητήρων. *Medicorum præstantissimum*. Constantius Imperator, ubi singulares ingenii dotes, quibus Cæsarius reliquis præstabat, animadvertit, illum in Aulam accersitum Medicis Palatinis accensuit, suorumque amicorum in numero habuit. Hæc in Orat. X. narrat. Gregorius: Τάττεται μὲν γὰρ τὴν πρώτην ἐν ἰατροῖς τάξιν, τοῖς φίλοις B τῷ βασιλέως εὐθὺς ἀριθμούμενος τὰς μεγίστας καρποῦται τιμάς. *Primum statim inter Medicos dignitatis locum obtinuit, atque in amicorum numero apud Imperatorem habitus, amplissimis honoribus affectus est*.

Ἐκ Βιθυνῶν. *E Bithyniæ solo*. Castigatius in MS. Ambr. habetur hic versus, quam in Regio, ubi legitur: ἐκ Βιθυνῶν δεξάμεθά σε πέδυ. Quæstoris munere, sive Thesaurorum Præfectura ornatus ab Imperatoribus Constantinopolitanis fuerat S. Cæsarius, atque ideo Bithyniam incolebat. Illic igitur degentem acerba mors rapuit. Inde vero asportati Nazianzum cineres. Quapropter a sententia Baronii discedendum videtur, qui in Annal. ad A. C. 368. ait: *Obiit vero Cæsarius in patria* &c. *Mortuus est, inquam, apud Sanctos parentes Gregorium Episcopum, atque Nonnam, eorumdemque pio funere sepultus*. Bollandus vero in S. Cæsarii Vita die 25. Febr. hæc scribit: *Ubi porro mortuus sit Cæsarius noster, nusquam exprimitur*. Carminum horum beneficio constare nunc potest, ubi e vivis Cæsarius C excesserit, nempe dum in Bithynia ageret. Certe extra patriam id illi accidisse Gregorius ipsemet in Carm. de Vita sua significare videtur, quum ait de Cæsario: ἐν ἀρχῇ μέσῃ θνήσκει. *in medio munere moritur*. Quibus perspectis, Codicis Ambrosiani lectio superius neglecta, potior nunc censeri possit, ubi fratrem τῆλε θανόντα, *procul a patria extinctum*, verbis disertis refert.

Ἄλλο.

Σεισμῶν μὲν κρυερῶν ἔφυγες στονόεσσαν ἀπειλὴν,
Ἡνίκα Νικαίης ἄστυ μίγη δαπέδῳ.
Νούσῳ δ' ἀργαλέῃ ζωὴν λίπες· ὦ νεότητος
Σώφρονος, ὦ σοφίης, κάλλιμε Καισάριε.

ALIUD. LXI.

Horridorum terræ motuum effugisti funestas minas,
Quum Nicæna Civitas solo æquata fuit:
Morbo vero crudeli vitam deseruisti (o juventutem
Temperatam! o sapientiam!) optime Cæsari.

Νικαίης ἄστυ. *Civitas Nicæna*. Auctor est idem Gregorius in Orat. X. Cæsarium feliciter evasisse ruinas, quibus Nicæam, præcipuam Bithyniæ urbem, ingens terræ motus impleverat. Eadem nunc repetit. Quo autem Anno urbis illius calamitas contigerit, a S. Hieronymo discimus, qui in Chronico ad Annum quintum Valentiniani, ac Valentis hæc narrat: *Nicæa, quæ sæpe ante corruerat, terræ motu est funditus eversa*. In eamdem sententiam loquitur D Socrates lib. 2. cap. 10. Hist. Eccles. *Valentiniano*, inquit, *ac Valente II. Coss. V. Id. Octobris terræ motus in Bithynia factus Nicæam urbem deturbavit*. Erat hic vulgaris Epochæ Annus 368. Quum vero addat Gregorius, Cæsarium ope divina tantæ cladi ereptum, vim postea ingruentis morbi sustinere non potuisse, veri videtur simile, ejus mortem A. C. 369. contigisse, ut Baronius, Bollandus, aliique præclarissimi Scriptores opinantur.

Ἄλλο.

Γρηγορίου, Νόννης τε θεουδέος υἷα φέριστον
Τύμβος ὅδ' ἀγέρωχον Καισάριον κατέχω,
Ἔξοχον ἐν λογίοισιν, ὑπείροχον ἐν βασιλῆος,
Ἀστεροπὴν γαίης πείρασι λαμπομένην.

ALIUD. LXII.

Gregorii, Nonnæque piæ præstantissimum filium
Tumulus, quem videtis, nobilem Cæsarium complector,
Eximium in oratione, eminentem in Imperatoris Aula,
E Et fulgur ad terræ fines usque splendens.

Pro κατέχω Med. Codex habet κατέχων. Pro ἐν λογίοισιν Parisiensis legit ἐν λογίοις, καὶ ὑπέροχον.

Ἐν βασιλῆος. *In Imperatoris*. In hanc lectionem MSS. omnes consentiunt. Quamobrem subintelligo ἐν αὐλῇ, *In Aula*.

Ἄλλο.

Καισαρίου φθιμένοιο, κατήφησαν βασιλῆος
Αὐλαί. Καππαδόκαι δ' ἤμυσαν ἐξαπίνης.
Καὶ καλὸν εἴ τι λέλειπτο μετ' ἀνθρώποισιν, ὄλωλεν·
Οἱ δὲ λόγοι σιγῆς ἀμφεβάλοντο νέφος.

ALIUD. LXIII.

Cæsario extincto, dolore correpta est Imperatoris
Aula. Cappadoces vero statim cecidere animis.
Et pulcrum si quid superfuerat inter homines, periit;
Sermones vero silentii nube involuti sunt.

Dolorem nimium in fratris morte conceptum lugubribus hisce imaginibus exprimit Gregorius; dolentibus enim, omnia secum dolere videntur. Quum autem ait, *sermones silentii nube involutos*, Eloquentiam, sive Rhetoricam intellige, quæ una cum Cæsario viro eloquentissimo periisse videbatur.

A

Αλλο.

Εἴ τινα δένδρον ἔθηκε γόος, καὶ εἴ τινα πέτρον·
Εἴ τις καὶ πηγὴ ῥεῦσεν ὀδυρομένη·
Πέτραι, καὶ ποταμοὶ, καὶ δένδρεα λυπρὰ πέλοισθε,
Πάντες Καισαρίῳ γείτονες, ἠδὲ φίλοι.
Καισάριος πάντεσσι τετιμένος, εὖχος ἀνάκτων,
Αἶ αἶ τῶν ἀχέων, ἤλυθεν εἰς ἀΐδην·

ALIUD. LXIV.

Si quem in arborem, si quem in lapidem dolor commutavit,
Et si quis fons lugens fluxit,
Lapides, & fluvii, & arbores mœstæ facti essetis,
Omnes quicumque Cæsario propinqui, & amici estis.
Cæsarius, ab omnibus honoratus, Augustorumque votum,
Heu, heu, proh dolor, ivit ad Inferos.

Εἴ τινα. *Si quem*. Ad fabulas Poetarum alludit, inquiens: Si quem hominem luctus effecit arborem. Si quis in lapides, si quis in fontes conversus est præ nimio B dolore: Cæsarium lugeat. Pro πέτρον Cod. Med. habet πέτρην. Pro πηγὴ, πηγῇ. Quod ultimum ita verti posset: *Si qua in fontem fluxit tristata*.

Αλλο.

Χεὶρ τάδε Γρηγορίοιο· κάσιν ποθέων τὸν ἄριστον,
Κηρύσσω θνητοῖς τόνδε βίον στυγέειν.
Καισαρίῳ τίς κάλλος ὁμοίϊος; ἢ τίς ἁπάντων
Τόσσος ἐὼν τόσσης εἷλε κλέος σοφίης;
Οὔτις ἐπιχθονίων. ἀλλ' ἔπτατο ἐκ βιότοιο,
Ως ῥόδον ἐξ ἀκανθῶν, ὡς δρόσος ἐκ πετάλων.

ALIUD. LXV.

Manus hæc Gregorii: Fratrem optimum desiderans,
Denuntio mortalibus, ut hanc vitam odio habeant.
Cæsario quis forma par? quisve e cunctis hominibus,
Ea ætate, tantæ gloriam sapientiæ obtinuit?
Nemo terrestrium. Nihilominus iste avolavit e vita,
Tamquam e spinis rosa, ceu ros ex arborum foliis.

Χεὶρ τάδε Γρηγορίου. *Manus hæc Gregorii*, supple, *scripsit*. Ita & Theognis nomen suum versibus suis inseruit. Fecit iterum Gregorius ipse in Carm. *ad Sacerdotes Constantinopolis*, & alibi. Heic autem exemplo Cæsarii singulis mortalibus suadet, ut vitæ, hujus caducæ amorem ponant, quando corporis venustas, animique sapientia prohibere non potuerunt, quominus cito a morte Cæsarius surriperetur. Ποθέων. *Desiderans*. Ita legitur in Codicibus Ambr. & Med. Parisiensis habet ποθέοντος ἄριστον: quæ etiam lectio sustineri potest. Subsequitur κηρύσσω in eodem Cod. Parif. melius profecto, quam in Ambr. ubi κηρύσσων.

C Ἐξ ἀκανθῶν. *E spinis*. In Codicibus Ambr. & Regio legitur ἐξ ἀνθέων, *e floribus*: quod parum elegantiæ habet; nam reliqui ferme flores, non secus ac rosa, cito pereunt. Placuit igitur lectio Codicis Medicei, ubi ἐξ ἀκανθῶν, *e spinis*. Durum fortasse videatur, quod syllaba secunda hujus vocabuli brevietur; sed Græci plures quam Latini liquidas habent, & hujus licentiæ exempla non pauca occurrunt. Quod si legere malis ἐξ ἀνθέων: Dic, Gregorium hoc loco significare tantum velle pulcritudinem Cæsarii comparatione Rosæ *inter flores*, simulque brevitatem ejus vitæ.

Αλλο.

Γείτονες εὐμενέοι τε, καὶ ἐν κόλποισι δέχοισθε
Μάρτυρες ὑμετέροις αἷμα τὸ Γρηγορίου,
Γρηγορίου, Νόννης τε μεγακλέος, εὐσεβίῃ τε,
Καὶ τύμβοις ἱεροῖς εἰς ἓν ἀγειρομένους.

ALIUD. LXVI.

Propinqui Martyres sitis propitii, & sinu excipite,
Martyres, vestro, prolem Gregorii,
D Gregorii, & Nonnæ inclytæ, tum pietate,
Tum sacris tumulis in unum collectos.

Sanctos Martyres Gregorius alloquitur, eosque rogat, ut Cæsarium benigne excipiant, ac foveant; ut enim alibi animadvertimus, Christianorum cineres apud SS. Martyrum sepulcra perquam religiose componi solebant.
Υμετέροις. *Vestris*. Vitiatus heic aliquantulum est Ambr. Codex; nam pro ὑμετέροις habet ὑμετέρης; pro τυμβοις vero habet τύμβος. Opem tulit Parisiensis Codex.
Αγειρομένους. *Collectos*. In Ambr. & Regio Codicibus ita legitur. Quæ lectio si germana est, τὸ ἀγειρομένους referendum erit ad αἷμα Γρηγορίου, Νόννης τε, *sanguinem*, sive *prolem Gregorii, & Nonnæ*, ut sit plurale participium cum nomine collectivo copulatum. Sed mihi parum arridet hæc dicendi formula, atque illius exempla desiderarem. Deinde cur plurali numero Poeta utatur? Num alios affines una cum Cæsario in eadem urna sepultos significat? At heic de Cæsario tantum est sermo, qui vere *Gregorii, & Nonnæ proles* erat. Quamobrem mihi placeret legere ἀγειρόμενοι, *collecti*: quæ vox pertineret ad Martyres, & ad Cæsarium in unum collectos, sive conjunctos, tum propter pietatem, tum propter sacratos tumulos. Nicolao Comnino videtur legendum ἀγειρομένοις, ut referatur ad τύμβοις, & Gregorius ac Nonna inclyti sint etiam ob collectos in unum tumulos sacros.

Αλλο.

E

Κλῦθι, Αλεξάνδρεια· Φιλάγριος ὤλεσε μορφὴν
Τῆς λογικῆς ψυχῆς οὔ τι χερειοτέρην.
Καισάριον δὲ νέον φθόνος ἥρπασεν· οὔποτε τοῖα
Πέμψεις εὐίπποις ἄνθεα Καππαδόκαις.

ALIUD. LXVII.

Audi, Alexandria: Philagrius perdidit formam corporis
Anima ratione prædita minime deteriorem.
Cæsarium vero juvenem Invidia rapuit. Numquam hujusmodi
Ad equestres Cappadocas flores mittes.

Desiderantur in Cod. Regio hi quatuor versus, quos in Ambrosiano infra repetitos aspicies, ubi ad Carmina *in Philagrium* veniemus. Inter intimos S. Gregorii amicos numerabatur iste Philagrius, cujus calamitates, aut mortem, una cum Cæsarii fato noster nunc jungit, ac deplorat. Cur vero Alexandriam alloquatur, illud in caussa est, quod Alexandriæ meliorum disciplinarum studio operam Cæsarius dederat, uti in Orat. X. auctor est Gregorius ipse. Ibi etiam literis institutum fuisse amicum Philagrium, verisimile est. Eapropter inquit Poeta; O Alexandria, postquam Philagrius, & Cæsarius Cappadoces periere, numquam similes, adeoque præstantes viros Cappadociæ restituere poteris.
Οὔ τι χερειοτέρην. *Minime deteriorem*. Egregias corporis dotes, quibus ornatus erat Philagrius, iis haudquaquam inferiores appellat, quibus ejus animus fulgebat.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 370.



Εὐίπποις. *Equestres*, h. e. *equis præstantes*. Cappadoces A ab equorum præstantia celebres non Gregorius tantum, verum etiam alii Scriptores nominarunt. Dionysius Perieg. v. 973.

Τῆς δ' ἤτοι μέσσης μὲν ἐπ' ἠπείροιο βαθείης
Καππαδόκαι ναίουσι, δαήμονες ἱπποσυνάων.
Atque ejus media penitus regione repositi
Cappadoces funduntur, equos tractare periti.

Julius Solinus Polyhist. cap. 45. *Cappadocia*, inquit, *ante alias terras altrix equorum, & proventui equino accommodatissima est*. Idcirco in Circensibus ab ea regione interdum nomina equis indebantur, *Cappadocesque* vocabantur. Habet etiam de Cappadociæ equis mentionem Oppianus lib. v. Cyneg. Idem Nazianzenus in Orat. XX. patriam suam *τὸ μηδὲν ἧττον κουροτρόφον, ἢ ἀνίππον*, appellat, h. e. *non minus juvenum, quam equorum bonam nutricem*. Scripsi Καππαδόκαι, quum in Cod. Ambr. corrupte legeretur Καππαδόκες.

Εἰς Γοργόνιον.

Γρηγορίου Νόννης τε φίλον τέκος ἐνθάδε κεῖται
Γοργόνιον, ζωῆς μύστις ἐπουρανίης.

In Gorgonium. LXVIII.

Gregorii, Nonnæque dilecta filia heic jacet
Gorgonium, cælestis vitæ Sacerdos.

In eximia Gregorii senioris Nazianzeni Episcopi familia non ultimum locum Gorgonia occupavit, Sanctorum B Gregorii Theologi, ac Cæsarii, (quorum germana fuit) gloriam vitæ sanctitate æmulata. Atque eam quidem vivis ereptam eleganti Oratione Gregorius frater laudavit, quæ undecima numero est inter ejus Opera. Neque illa contentus, Carminibus etiam funus, tumulumque sanctissimæ sororis prosequi voluit. Gorgoniam Græci subinde, ac Latini Cælitum Fastis addidere, ejusque memoriam die 9. Decembris colunt.

Γοργόνιον. *Gorgonium*. Ita Græce, quod & Latine retinere placuit, quum hæc Lingua Græcarum mulierum nomina desinentia in Ium immutare non soleat. Occurrunt igitur & apud Latinos *Phronesium*, *Glycerium*, *Sophronium*, *Eustochium*, *Philotium*, aliaque hujusmodi, uti ex Donato, & Prisciano docui Tom. I. Anecdot. Disquis. IV. Idcirco pro *Melania* sæpe *Melanium* S. Paullinus scripsit. Sic *Palladium* Lucretio; *Cæsia Palladium*. *Phronesium* vero, *Glycerium* sunt diminutiva a *Phronesis*, & *Glycera*. *Gorgonium* vero diminutivum est *ἀπὸ τοῦ Γόργονος*, *a Gorgone*. In priori versu pro κεῖται Cod. Med. habet κεῖμαι, *jaceo*.

Αλλο.

Οὐδὲν Γοργόνιον· γαίῃ λίπεν ὀστέα μοῦνα
Πάντα δ' ἔθηκεν ἄνω Μάρτυρες ἀθλοφόροι.

ALIUD. LXIX.

Gorgonium nihil est: Terræ sola ossa reliquit.
Omnia vero in Cælum tulere Martyres victores.

Ita hos versus interpunctos habemus in Ambr. & Med. C Codicibus. Sed eorum sensus est subobscurus. Quare Clarissimo Boivinio Græcus textus emendari posse videbatur, legendo: *Οὐδὲ σὺ Γοργόνιον γαίῃ λίπες ὀστέα μοῦνα.*
Πάντα δ' ἔθηκας ἄνω. Μάρτυρες ἀθλοφόροι.

Verum & hujusmodi emendatio suas habet difficultates. Nihil igitur mutando, ita primam lectionem interpretor: *Gorgonium mortua est. Sola ossa reliquit humi. Reliqua*, h. e. ejus animam, *in Cælum tulere Martyres*: Posset retineri λίπεν, & tunc legendum, ἔθηκαν ἄνω Μάρτυρες ἀθλοφόροι.

Αλλο.

Κτῆσιν ἐὴν, σάρκας τε, καὶ ὀστέα, πάντ' ἀναθεῖσα
Γοργόνιον Χριστῷ. μοῦνον ἀφῆκε πόσιν,
Οὐ μὴν οὐδὲ πόσιν δηρὸν χρόνον. ἀλλ' ἄρα καὶ τὸν
Ηρπασεν ἐξαπίνης κύδιμον Αλύπιον.
Ολβιε ὀλβίστης ἀλόχου πόσι, τοῖς ῥα λοετροῖς
Λύματ' ἀπωσάμενοι, ζῆτε παλιγγενέες.

ALIUD. LXX.

Censum suum, carnes, & ossa, omnia quum sacrasset
Gorgonium Christo, solum reliquerat sponsum,
Verumtamen non diu sponsum. Sed profecto & ipsum
Illustrem Alypium ex improviso rapuit.
Beatissimæ conjugis marite beate, in lavacro
D Sordibus abjectis, vivite renati.

Quum Gorgonia opes, carnemque suam vivens, ossa vero post mortem Christo sacrasset, unum terris reliquerat Alypium, suum olim conjugem. At hunc etiam brevi ad Superos evocavit. Talem istorum carminum esse arbitror sensum.

Τοῖς ῥα λοετροῖς. *In lavacro*. Cod. Med. ita monuit corrigendum Ambrosianum, in quo σοί ῥα. Sed quid hoc *lavacrum* sit, non nisi per conjecturam intelligas. Arbitror igitur Baptismum heic designari, quo Gorgonia, atque Alypius, de more illorum temporum, dum supremo correpti morbo vicinam mortem opperirentur, se purgandos curarunt. Certe Gorgonia salutare illud lavacrum sero acceperat, ut scribit in ejus funere Nazianzenus Orat. XI.

Εἰς τὸν Πατέρα.

Ενθ' ἑκατονταέτης ζωῆς βροτέης καθύπερθεν
Πνεύματι, καὶ θώκῳ τεσσαρακονταέτης,
Μείλιχος, ἡδυεπὴς, λαμπρὸς Τριάδος ὑποφήτης,
Νήδυμον ὕπνον ἔχω Γρηγορίοιο δέμας.
Ψυχὴ δὲ πτερόεσσα Θεὸν λάχεν. Αλλ' ἱερῆες
Εχόμενοι κείνου καὶ τάφον ἀμφέπετε.

In Patrem. LXXI.

Heic super humanæ vitæ cursum centum annos habens,
Et quadraginta in Cathedra, & spiritu exactos,
E Dulcis, suaviloquus, clarus sacræ Triadis interpres,
Corpore dulcem somnum carpo Gregorius.
Anima vero evolans Deum invenit. At Sacerdotes
Habentes illius sepulcrum colite.

Postquam Cæsario fratri, & Gorgoniæ sorori Poeta noster parentavit, aliosque tum necessitudine, tum sanguine sibi conjunctos laudavit, Patri quoque e vivis sublato extrema persolvit officia. Erat hic, ut alibi significavimus, Gregorius, vir Ethnicis olim superstitionibus devotus, inde Christi sectator, Nazianzique Episcopus, & ob vitæ sanctitatem in Ecclesiasticos Fastos relatus. Desiit autem vivere anno 372. ut Baronius censet, vel 373. ut Hermantus. Illum etiam, præsente Basilio Magno, laudaverat Gregorius filius singulari Oratione, quæ inter ejus Opera est XIX. Quare, ut Gregorii res gestæ, ejusque præcipue virtutes percipiantur, illuc se conferant eruditi. Nunc Græcis Gregorii hujus memoria colitur die prima Januarii, uti Menæa testantur. Ceterum Gregorius ipse pater heic loquens inducitur. Pro ἔχω tamen legere mallem ἔχει, *carpit*.

Εκατονταέτης. *Centum annos habens*. Ultra communem vitæ cursum centum annorum ætatem Gregorius attigerat, quum ad Superos morte beatissima sublatus fuit. Idem iterum a Gregorio filio discas in Orat. XIX. ubi hæc habentur: *ζήσας δὲ σχεδόν τι περὶ τὰ ἑκατὸν ἔτη, πέρα τῶν Δαυϊδικῶν ὅρων περὶ τοῦ καθ' ἡμᾶς χρόνου, καὶ τούτων αὐτῶν ἐν τῇ ἱερωσύνῃ πέντε καὶ τεσσαράκοντα. Quum autem centum ferme annos vixisset, hoc est ultra Davidicos de temporis nostri spatio terminos, ex iisque in Sacerdotio quinque, & quadraginta.* Centum itaque annos vixit Gregorius pater, atque ex

iis quinque, & quadraginta Ecclesiasticæ vitæ mancipatus. Cur vero quadraginta solum in Carmine hoc memorentur, nulla alia ratione id factum est, nisi ut absolutus numerus poneretur. Ita divinorum Librorum Interpretes LXX. appellamus, tametsi omnium consensu LXXII. fuerint. Quod & aliis exemplis probari facile potest.

Δέμας. *Corpore*. Vertendum erat: *Dulcem somnum carpo Gregorii corpus*. Sed ut Latinis auribus satisfacerem, quibus male sonarent tot Nomina adjectiva masculini generis conjuncta cum δέμας substantivo generis neutrius, verti *corpore*. Ceterum in syntaxi Græca neutrum genus interdum cum masculino componitur, respiciendo non ipsum nomen, sed id, quod per illud nomen signatur, quasi illud neutrum substantiam masculinam signando vim possideat masculini. Sic alibi est κόριον καλλίστη, *Nympha pulcherrima*, τέκνον φίλε, *care fili*, & similia. Heic autem *Gregorii corpus* pro ipso *Gregorio mortuo* ponitur.

Ἐξόμενοι. *Habentes*. Ita Cod. Ambr. Ego libenter legissem ἁζόμενοι, *venerantes*.

Ἀμφέπετε. *Colite*. In Cod. Med. legitur ἀμφιέπετε. Sed versus sibi non constat. Cl. Salvinius legendum putaret ἀμφιέπειν infinitivum pro imperativo; nam ἀμφέπετε pro ἀμφιέπετε duriusculum sibi videtur.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.



Ἄλλο.

Ἔκ μὲ πικρῆς ἐκάλεσσε Θεὸς μέγας ἀγριελαίης·
    Ποίμνης ἡγεμόνα θῆκε τὸν οὐδ᾽ οἴων
Ἔσχατον. Ἐκ πλευρῆς δὲ θεόφρονος ὄλβον ἔνειμε.
    Γῆρας ἐς λιπαρὸν ἱκόμεθ᾽ ἀμφότεροι.
Ἱρὸς ἐμῶν τεκέων ἀγανώτατος. Εἰ δὲ τελευτὴν
    Ἔτλην Γρηγόριος, οὐ μέγα· θνητὸς ἔην.

ALIUD. LXXII.

ME ex amaro oleastro Deus magnus vocavit:
    Gregis ductorem fecit, qui neque ovium
Eram novissima. E costa vero pia felicitatem tribuit.
    In senectam beatam ambo devenimus.
Deo sacer fuit e filiis meis mitissimus. Quod si mortem
    Obii ego Gregorius, nil mirum: mortalis eram.

Ἐκ μὲ πικρῆς. *Me ex amaro* &c. Verborum inversionem, Poetis concessam, pro μὲ ἐκ πικρῆς, hanc esse arbitror. Quid vero sit *amarum illud oleastrum*, nobis idem Nazianzenus explicet. Auctor ille est in Oratione supra laudata, Patrem Gentilium superstitioni addictum olim fuisse: ῥίζης ἐγένετο, inquit de patre filius, βλάστημα οὐκ ἐπαινετῆς, οὐδὲ εὐφυοῦς εἰς εὐσέβειαν. *E radice ortus est minime laudabili, nec ad pietatem recte comparata* &c. Prosequitur Gregorius, suumque parentem ostendit erroribus Sectæ cujusdam fuisse devinctum, quæ ex duabus rebus maxime contrariis, hoc est ex Gentilium errore, & Hebræorum Ritibus conflata erat. Sub *oleastri* nomine Secta hujusmodi significatur, a qua Deus arborem sibi carissimam, fructusque optimos eduxerat, cujusmodi Gregorius pater, ejusque filii fuere. Hinc in Orat. XIX. patrem itidem ἐκ τῆς ἀγριελαίου, *ex oleastro* in olivam insertum Nazianzenus ait. Elias vero Cretensis in Comment. ad Orat. X. *Per agrestem*, inquit, *olivam Hypsistariorum hæresin significavit*. Hæc apertius ab ipso Gregorio filio illustrantur in Carm. de rebus suis, ubi de Patre ait:

Αὐτὰρ ὅγ᾽ ἀγριέλαιος ὑπ᾽ εἰδώλοις πάρος ἦεν
Ζώων· ἀλλ᾽ ἐπάγη καλῆς ὑπὸ πυθμένι ἐλαίης.
At vero ille antea Oleaster erat sub Idolis
Vivens: sed insitus est pulchræ sub radice Olivæ.

Hanc autem Allegoriam, qua & alii Patres usi sunt ad significandum transitum e Gentilitate ad Christi Fidem, hausit ille ex Apostolo ad Rom. cap. II. Cod. Med. habet ἀγριελαίου pro ἀγριελαίης: quæ lectio respondet Paullino verbo, & reliquis supra allatis.

Ἐκ πλευρῆς. *E costa*. Sub *costæ* vocabulo piam conjugem intelligit Gregorius pater, ad Hevam respiciens. Ejus autem uxor, ut alibi diximus, Nonna erat, mulier sanctitate clarissima, e cujus contubernio mirum in modum ille profecerat, quippe ejus monitis ex Ethnicismo in Christi gremium translatus, filiis ditatus, atque ideo summam consequutus felicitatem. Uxorem *costæ* nomine Poeta noster significavit in Carm. ad Hellenium, ita canens:

Πλευρὰς οὐ χατέοντες ἑὸν δέμας ἀμφαγαπώσης·
Οὐδὲ γένη παλάμῃ παισὶν ἐρειδόμενοι.

Nempe, ut Billius vertit:

Qui costam haud quærunt, suam quam caro diligat ardens:
Nec sobolem, cujus sustineantur ope.

Ceterum videamus, quid Scholiastes Ambrosianus ms. in hos versus habeat. Sic ille interpretatur: Ἐκ τῆς θεοφιλοῦς δέ μου συζύγου πλοῦτόν μοι παρέσχε παίδων πολύτιμον, ὧν τὸ κεφάλαιον ὁ ἱερώτατος, καὶ θαυμαστότατος παῖς Γρηγόριος. Ἀμφότεροι δὲ, ἐγὼ, καὶ σύζυγος εἰς γῆρας λιπαρὸν κατηντήσαμεν. Εἰ δὲ θάνατον ὑπέστην ἐγὼ ὁ Γρηγόριος, οὐδὲν θαυμαστὸν, θνητὸς γὰρ ἄνθρωπος ἦν. Idest: *Ex mea vero sanctissima conjuge thesaurum mihi præbuit* (Deus) *filiorum, summo honore dignum, quorum caput sacratissimus est, & maxime admirandus filius Gregorius. Ambo vero, ego, & uxor ad gravem senectutem devenimus. Quod si ultimum ego Gregorius diem clausi, nil mirum: mortalis enim homo eram*. Ita hic Scriptor, nondum evulgatus, cui debeo explicationem verborum illorum τὸν οὐδ᾽ οἴων ἔσχατον, *ovium non ultimam*, conjuncto Pentametro cum sequenti Hexametro.

Ἄλλο εἰς τὸν αὐτόν.

Εἴ τις ὄρευς καθύπερθεν ἁγνῆς ὀπὸς ἔπλετο μύστης
    Μωσῆς καὶ μεγάλου Γρηγορίοιο νόος,
Ὅν ποτε τηλόθ᾽ ἐόντα χάρις μέγαν Ἀρχιερῆα
    Θήκατο, νῦν δ᾽ ἱερῆς ἐγγὺς ἔχει Τριάδος.

Aliud in eumdem. LXXIII.

SI quis super monte puræ vocis arcanæ auditor fuit
    Moses, magni quoque Gregorii mens,
Quem olim, procul quum esset, Episcopum gratia
    Fecit, nunc vero apud sacram Triadem tenet.

Εἴ τις. *Si quis*. Ambrosianum Scholiasten sequutus sum, ita hæc explicantem: εἴ τις ἐπὶ τοῦ ὄρους Μωσῆς τῆς καθαρᾶς τοῦ Θεοῦ φωνῆς ἤκουσεν. Hoc est: *Si quis in monte Moses puram Dei vocem audivit*. At in his quoque obscuritas. Conjiciendo itaque interpretor: si quis, uti Moses, Dei vocem audivit, audivit quoque Gregorius; id est, si quem Deus ad se vocavit, sacris initiavit, ducemque, & caput populi constituit, hoc quoque Gregorio contigit, qui e medio Ethnicismo ad Deum vocatus est, sacris initiatus, summusque Sacerdos, & ductor populi constitutus.

Τηλόθ᾽ ἐόντα. *Quum procul esset*. Id est a Veritate, ac Fide Christi remotum, & alienum.

Ἄλλο εἰς τὸν αὐτόν.

Αὐτὸς νηὸν ἔρεψα Θεῷ, καὶ δῶχ᾽ ἱερῆα
    Γρηγόριον καθαρῇ λαμπόμενον Τριάδι,
Ἄγγελον ἀτρεκίης, ἐριηχέα ποιμένα λαῷ,
    Ἠΐθεον σοφίης ἀμφοτέρης πρύτανιν.
Τέκνον ἐμὸν, τὰ μὲν ἄλλα πατρὸς καὶ φέρτερος εἴης,
    Τὴν δ᾽ ἀγανοφροσύνην ἄξιος. οὐ τι πλέον
Εὔξασθαι θέμις ἐστί. καὶ ἐς βαθὺ γῆρας ἵκοιο
    Τοῖν κηδεμόνος, ὦ μάκαρ, ἀντιάσαις.

Aliud in eumdem. LXXIV.

IPse Templum Deo ornavi, & Sacerdotem dedi
    Gregorium illustrem puræ Triadi,
Nuncium veritatis, magnisonum Pastorem populo,
    Adolescentem Sapientiæ utriusque consiliarium.
Fili mi, in aliis patre quoque sis præstantior,
    Mansuetudine par. Nec quidquam amplius
Precari fas est; & ad maturam senectutem,
    Hac duce, felix pervenias.

Gregorius pater loquens inducitur, & laudes filii recensens. Hujus Carminis si auctor est Gregorius Theologus, mirum videri potest, quei semet ipsum is laudet. Verum justam laudem ne vir quidem humilis sibi

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.



neget, & potissimum in alieno ore positam.

Ἔρεψα. *Ornavi*. Sequutus sum Scholiasten ms. qui hanc vocem ita reddit κατεσκεύασα, h. e. *ornavi*, *instruxi*, *construxi*. Templum autem Deo O. M. excitatum a Patre, testis est Nazianzenus in Orat. XIX. Hinc ejus laudem arcessit.

Ποιμένα λαῶ. *Pastorem populo*. Ita in Cod. Med. Ego, quum in Ambrosiano tantum ποιμένα legeretur, addendum putabam λαῶν, Homerum præ oculis habens sæpe hac phrasi usum. Inquit autem pater, se Gregorium Theologum procreasse, qui ad Sasimensem Episcopatum ante evectus fuerat.

A Σοφίης ἀμφοτέρης. *Utriusque Sapientiæ*, divinæ scilicet, & profanæ, vel novi, & veteris Testamenti.

Ἀγανοφροσύνην. *Mansuetudine*. In sæpe laudata Orat. XIX. pluribus ostendit Nazianzenus, quanta in Gregorio patre mansuetudo fuerit. Scholiastes Ambr. Pentametrum cum Hexametro sequente conjungens, hæc scribit: Τὰ μὲν ἄλλα καὶ τοῦ πατρὸς γένοιο βελτίων, καὶ ὑψηλότερος, τὴν δὲ πρᾳότητα πλέον ἐκείνου γενέσθαι οὐκ ἄξιον εὔξασθαι. Hoc est: *In aliis quidem utinam patre & melior, & sublimior sis; at quod est ad mansuetudinem, ut illum superes, optare nefas est.*

Ἄλλο εἰς τὸν αὐτόν.

Οὐκ ὄϊς, εἶτ' ὀΐων προφερέστατος, αὐτὰρ ἔπειτα
Ποιμὴν, εἶτα πατὴρ, καὶ νομεὺς νομέων,
Θνητοὺς, ἀθάνατόν τε Θεὸν μέγαν εἰς ἓν ἀγείρων,

Κεῖμαι Γρηγόριος Γρηγορίου γενέτης.

Aliud in eumdem. LXXV.

NON ovis, deinde inter oves prima, postea vero
Pastor, deinde Pater, & Pastor Pastorum,
B Mortales, Deumque magnum immortalem in unum
colligens,
Jaceo Gregorius, Gregorii genitor.

Οὐκ ὄϊς. *Non ovis*. Uti dictum est, studiis Ethnicismi olim addictus Gregorius senior ab ovili Christi aberat, ideoque *ovis* nomine indignus. Duos hosce versus iisdem repetitos verbis invenias in Carm. de calamitat. suis.

Καὶ νομεὺς νομέων. *Et Pastor Pastorum*. Ita egomet scripsi, quum in Ambr. Cod. legeretur καὶ νομέως νομέων. Scholiastes vertit: καὶ ποιμὴν ποιμένων. Codex autem Med. habet καὶ νομέων νομέας.

Εἰς ἓν ἀγείρων. *In unum colligens*. Hoc est: Mortales ad amicitiam, cultumque Dei veri adducens διὰ τῶν τελουμένων μοι θυμάτων, *per hostias, quas offerebam*, ut explicat laudatus Scholiastes. In Carm. de Vita sua hic idem versus repetitus occurrit: quod sæpe facere Nazianzenus solet, ut legentibus ejus Carmina constat.

Ἄλλο.

Ὄλβιος, εὔγηρως, εὔπαις, θάνον Ἀρχιερῆος
Ἀρχιερεύς τε πατὴρ Γρηγόριος. τί πλέον;
Οὔτι μὲν ἐς πολύκαρπον ἀλωὴν ὄρθριος ἦλθον,
Ἔμπα δὲ τῶν προτέρων πλείονα μισθὸν ἔχω.

ALIUD. LXXVI.

C BEatus, senectute bona, bonis Filiis donatus,
mortuus sum Pontificis
Pater, Pontifex & ego Gregorius. Quid ultra?
Non quidem frugiferam in vineam matutinus veni,
Attamen mercedem prioribus majorem nunc
habeo.

Ὄλβιος. *Beatus*. Hunc ipsum versum in Poematio de calamitatibus suis repetit Poeta noster.

Ἀλωήν. *Vineam*. Ad sacri Evangelii Parabolam alludit Matthæi 20.

Ἄλλο.

Γρηγόριος, ποιμήν τε καλὸς, καὶ πλείονα ποίμνην
Χριστῷ ἀναθρέψας ἤθεσι μειλιχίοις,
Οὐχ ὁσίης ῥίζης μὲν ἐγὼ θάλος, εὐαγέος δὲ
Συζυγίης κεφαλὴ, καὶ τεκέων τριάδος,
Ποίμνης ἡγεμονεύσας ὁμόφρονος, ἔνθεν ἀπῆλθον
Πλήρης καὶ χθονίων, κ' οὐρανίων ἐτέων.

ALIUD. LXXVII.

GRegorius, Pastor egregius, qui potiorem gregis partem
Christo quum educassem moribus dulcibus,
D Non ego quidem sanctæ radicis germen, sed sanctissimi
Conjugii, triumque liberorum caput,
Gregem quum unanimem gubernassem, hinc abii
Plenus & terrestrium, & cælestium annorum.

Ἀναθρέψας. *Quum educassem*. Legebatur in Ambr. Cod. ἀναθρύψας. Ut commodior sensus evaderet, emendavi.

Οὐχ ὁσίης ῥίζης. *Non sanctæ radicis*. Hoc est: non de Christianis parentibus natus, quum paternos errores sequutus olim in Ethnicorum castris militarim.

Ἡγεμονεύσας. *Quum gubernassem*. Ita malui scribere. Erat in ms. ἡγεμόνευσα.

Ἐτέων. *Annorum*. Hoc est, diu vixi mundo, & diu cælo, Ecclesiasticam, sanctamque vitam ducens.

Ἄλλο.

Γρηγόριος (τὸ δὲ θαῦμα) χάριν, καὶ πνεύματος αἴγλην
Ἐνθένδ' αἰρόμενος ῥίψ' ἐπὶ παιδὶ φίλῳ.

ALIUD. LXXVIII.

GRegorius (mirabile!) gratiam, & splendorem
spiritus,
Hinc sublatus effudit in carum Filium.
E

Distichon istud minime Gregorio Theologo adscribendum, erunt qui suspicentur; suas enim laudes efferre videtur. Suspicor & ego, & præcipue quum a Scholiaste sæpius memorato prætermissum animadverterim.

Πνεύματος αἴγλην. *Splendorem spiritus*. Heliæ more, qui in discipulum Helisæum gratiam, spiritumque suum effudit,

Ἄλλο.

Τυτθὴ μάργαρός ἐστιν, ἀτὰρ λιθάκεσσιν ἀνάσσει·
Τυτθὴ καὶ Βεθλέεμ, ἔμπα δὲ Χριστοφόρος.
Ὣς δ' ὀλίγην μὲν ἐγὼ ποίμνην λάχον, ἀλλὰ φερίστην,
Γρηγόριος. Τὴν σὺ, παῖ φίλε, λίσσομ' ἄγοις.

ALIUD. LXXIX.

PUsilla quidem est margarita, sed omnibus gemmis præit:
Pusilla quoque Bethleem, attamen fert Christum.
Ita ego parvum quidem sortitus sum gregem, sed
optimum,
Gregorius. Hunc tu, dilecte fili, precor regas.

Ὀλίγην ποίμνην. *Parvum gregem*. Urbs quidem in Cappadociæ provincia Nazianzum fuit, sed nullius pene nominis. Quare ejus mentionem frustra apud veteres Geographos, aliosque Scriptores requiras. Gregorii, pater,

ac filius gloriam loco quæsivere, quem populi paucitas ad ea usque tempora ignobilem fecerat, nisi idem sit Nazianzum, ac Diocæsarea, de qua supra egimus. In Orat. autem XIX. Nazianzenam Ecclesiam iterum Civitati Bethleem comparat Nazianzenus, ἣν, inquiens, *οὐδὲν ἐκώλυσεν καὶ μικρὰν εἶναι πόλιν, καὶ τῆς οἰκουμένης μητρόπολιν, ὡς Χριστοῦ καὶ τροφὸν, καὶ μητέρα. Quam urbem* (Bethleem) *nulla res prohibuit, quo minus simul & parva civitas esset, & totius terræ metropolis, utpote Christi nutricem, atque parentem*. Idem in Carm. ad Hellenium repetit, de sua Nazianzo loquens. Pro Βηθλέεμ Cod. Med. heic habet Βηθλεΐμ.

Τὴν σύ. Hunc tu. Sequutus sum eumdem Codicem Mediceum, quum in Ambr. legeretur *τήν σοι*.

Ἄλλο.

Ποιμενίην σύριγγα τεαῖς ἐνὶ χερσὶν ἔθηκα,
Γρηγόριος· σὺ δέ μοι τέκνον ἐπισταμένως
Σημαίνειν· ζωῆς δὲ θύρας πετάσειας ἅπασιν·
Ἐς δὲ τάφον πατρὸς ὥριος ἀντιάσαις.

ALIUD. LXXX.

Pastoritium lituum tuis in manibus deposui,
Gregorius. Tu vero, fili mi, scite
Impera, vitæque portas omnibus aperi;
In paternum autem sepulcrum mature veni.

Quod fortasse, antequam supremum diem clauderet, sibi ingeminabat Gregorius pater, heic repetit Poeta noster. Nempe Nazianzenam Ecclesiam filio commendabat, eumque rogabat, ut ab hoc infelici mortalium exilio se se expediret.

Ποιμενίην σύριγγα. Pastoritium lituum, sive melius dixerim, *fistulam pastoritiam*, ποιμενικὴν habet Cod. Med. Ex his erunt, qui conjiciant, Patris successorem in Ecclesia Nazianzena fuisse Theologum. Certe non desunt vel inter vetustissimos Scriptores, qui ipsum ejusdem Ecclesiæ Episcopum fuisse arbitrentur. Ipsemet S. Hieronymus, eo præceptore olim in liberalibus studiis usus, hæc de illo habet in Catal. Script. Ecclesiast. *Gregorius primum Sasimorum, deinde Nazianzenus Episcopus, vir eloquentissimus, præceptor meus* &c. Cui consentiunt Rufinus in Præf. ad Orat. 49. Gregorii, quam de Græco transtulit, Socrates lib. 7. cap. 35. Hist. Eccles. & Sozomenus lib. 6. cap. 17. Hist Eccl. Idem e superiori etiam Epigrammate probari posse videtur. Extra omnem tamen dubitationis aleam positum nunc est, numquam Gregorium nostrum revera Nazianzenæ Ecclesiæ constitutum fuisse Episcopum. Hoc ille tum in Carm. de Vita sua, tum alibi affirmat. Patri quidem, viventi adhuc, sed gravi ætate jam fesso, opem laturus, Episcopalis ministerii pondus non recusarat; sed tamquam collega, patrisque vices gerens, Ecclesiæ curam cum illo partitus est. Patre humanis rebus defuncto, numquam adigi filius potuit, ut patriæ Episcopum se constitui fineret. Vide quæ infra adnotavi in Epigramma CXXVI.

Ἄλλο.

Σ Τράψεν, ἐν οἷς τοπάροιθεν ἐν οὔρεϊ Χριστὸς ἀμείφθη·
Στράψε δὲ Γρηγορίου τοῦ καθαροῖο νόῳ,
Τῆμος ὅτ' εἰδώλων ἔφυγε ζόφον· ὡς δὲ καθάρθη
Ἦν θυηπολίαις, λαὸν ὃν εἰσέτ' ἄγει.

ALIUD. LXXXI.

Resulsit eis, inter quos Christus in monte transfiguratus est:
Refulsit puri etiam Gregorii intellectui,
Tunc quum Idolorum fugit noctem. Ex quo vero purificatus est
Suis sacrificiis, populum suum nunc quoque regit.

Εἰς τὴν μητέρα ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου προσληφθεῖσαν.

In Matrem ex Altari assumtam. LXXXII.

Πάντος σοι μύθοιο, καὶ ἔργματος ἦεν ἔρεισμα
Ἦμαρ Κυριακόν· πένθει πένθος ἅπαν,
Μῆτερ ἐμὴ, τίουσα, μόναις ὑπόεικες ἑορταῖς.
Εὐφροσύνης, ἀχέων ἴστορα νηὸν ἔχες.
Χῶρος ἅπας δάκρυσι τεοῖς σφραγίζετο, μῆτερ·
Μούνῳ δὲ σταυρῷ πήγνυτο καὶ δάκρυα.
Οὔποτε σεῖο τράπεζα θυηδόχος ἔδρακε νῶτα,
Οὐ δὲ διὰ στομάτων ἦλθε βέβηλον ἔπος.
Οὐ δὲ γέλως μαλακῇσιν ἐφίζανε, μύστι, παρειαῖς,
Σιγήσω κρυφίους σεῖο, μάκαιρα, πόνους.
Καὶ τὰ μὲν ἔνδοθι· τοῖα δ' ἔκτοθι πᾶσι πέφανται.
Τοὔνεκα καὶ θείῳ σῶμ' ἀπέλειπες ἕδει.

Omnis tibi verbi, & operis firmamentum erat
Dies Dominicus. Luctu luctum omnem,
Mater mea, honorans, solis cedebas diebus Festis.
Lætitiæ, & dolorum testem habebas Templum.
Omnis locus lacrymis tuis signatus est, mater:
Sola vero Cruce configebantur & lacrymæ.
Numquam tua vidit terga mensa Sacrificii,
Neque per ora venit profanus sermo.
Neque risus mollibus, o sacris initiata, insedit genis.
Occultos tuos, o beata, silebo labores.
Et hæc quidem intus. Quæ vero foris, omnibus perspicua sunt.
Quare & divino corpus reliquisti Templo.

Gregorii senioris Nazianzeni Episcopi uxor, Theologi mater Nonna fuit, femina tot virtutibus ornata, quot in ejus sanctissimis liberis, ac in ejus marito Græcia tota miratur. Ipsi, veluti sanctitatis fonti, summa reliquæ familiæ pietas attribuenda videtur; quippe & Gregorium conjugem ab Ethnicismi tenebris, & ab Hypsistariorum erroribus ad germanam Christi Fidem revocavit; filios vero optimis formatos moribus exemplo suo sanctitatem sequi non tam docuit, quam (si licet dicere) coegit. Tantæ mulieris memoriam Cælitum albo inscriptam Græci æque, & Latini recolunt die V. Augusti. Qui laudes illius fuse enarratas colligere velit, Orationes adeat, quas in funere Patris, Cæsarii, & Gorgoniæ elucubravit Poeta noster; itemque consulat Carmina *de Vita sua*, aliaque Gregorii Poemata, queis Nonnæ virtutes referuntur. In his autem Carminibus luculenter quoque descriptas habeat. Anno fortasse, ut Hermantus arbitratur, 373. vel 374. a Christo nato ultimum illa diem clausit, jam ætate, sanctisque operibus plena. Certe fuisse illam Cæsarii, & Gorgoniæ filiorum, & Gregorii viri sui funeribus superstitem, nemo dubitat. Erudite vero de more animadvertit Baronius in Notis ad Martyrol. Rom. die V. Augusti, olim Sanctimoniales *Nonnas* consuevisse appellari, uti etiam notaverat ante Cœlius Rhodiginus Lect. antiqu. lib. 5. cap. 13. Huc respexit procul dubio S. Hieronymus in Epist. 22. ad Eustochium, ubi hæc habet: *Illæ interim, quæ Sacerdotes suos viderint indigere præsidio, eriguntur in superbiam; & quia maritorum expertæ dominatum, viduitatis præferunt libertatem, Castæ vocantur, & Nonnæ* &c. Vide Rosweidum in Onomast. ad Vitas Patrum, & Du Fresne in Glossario med. & infim. Latin.

Ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου. Ex Altari. Dum in Templo oraret Nonna, improvisa morte correpta fuit. Hoc infra sæpe repetitum videbis. Matrem idcirco *assumtam*, seu *elatam ex Altari* Gregorius pronunciat. Ceterum Carmina, quæ ex Ambrosiano Codice damus, Scholiastes ms. omittit; quare ejus ope tum solummodo uti incipiemus, quum ad versus e Codice Parisiensi descriptos ventum erit. Heic autem nonnulla occurrunt, quæ Delio natatore mihi videntur indigere.

Πένθει. Luctu. In Cod. Med. hæc ita interpunguntur, & distinguuntur, ut posui. Quum plerumque in Cod. Ambr. desiderentur commata, & puncta, nihil inde opis mihi venit. Fortasse *τὸ ἀφροσύνης* conjungendum cum *ἑορταῖς*. Utcumque se res habeat, conjicio hæc ita posse intelligi. O mater mea, luctum omnem, hoc est, dies minime Festos, sive dies jejunii, luctu honorans, solis cedebas Festis, id est, remittebas de luctu. Deinde gaudendi, & flendi tempora e Templo sumebas, sive omni-

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

bus diebus in Templo orabas, tum inquam diebus pœnitentiæ, tum etiam lætitiæ.

Τπόειξας. *Cessisti*. Ut secunda persona hoc etiam in loço servaretur, addidi Sigma, quum in Cod. Ambr. legatur ὑπόειξε.

Μύστι. *O sacris initiata*. Cur matrem suam Gregorius μύστιδα, hoc est, *sacris initiatam* appellet, summa consideratione dignum est. A vero fortasse non aberret, qui Nonnam in Viduarum numero coaptatam fuisse arbitretur, quarum erat munus Altari sacro inservire. *Diaconissæ* illæ nuncupabantur, nomen, ac munus antiquis Patribus, Ecclesiisque notissimum. Quod igitur Bellarminus, aliique eruditissimi viri, atque ego tom. 1. Anecdot. pag. 93. animadverti, ubi quis ad Episcopatum evectus fuerat, carnis commercia ejurare cogebatur, quamquam legitima uxor nondum fuisset e vivis sublata. Hinc S. Hieronymus in Epist. ad Pammachium: *Episcopi*, inquit, *Presbyteri*, *Diaconi*, *aut virgines eliguntur*, *aut vidui*, *aut certe post Sacerdotium in æternum pudici*. Idcirco Presbyterorum, aut Episcoporum uxores, non *conjugis* amplius appellationem retinere solebant, sed *sororis*. Therasiam S. Paullini Episcopi Nolani *de conjuge sororem factam* scribebat Idacius in Chronico ad annum Honorii XXX. Gregorius autem noster in Epist. 95. S. Gregorium Nyssenum consolatur in morte Theosebiæ sororis, quam appellat τὴν ὄντως ἱερὰν, καὶ ἱερέως σύζυγον, καὶ ὁμότιμον, καὶ τῶν μεγάλων μυστηρίων ἀξίαν, id est, *vere sacram*, *& Sacerdotis conjugem*, *& honore parem*, *& magnis Mysteriis dignam*. De sancta hac muliere nobis infra sermo erit. Nunc vides, aliter hæc verba explicari non posse, nisi affirmando, Diaconissarum munus a Theosebia gestum fuisse, quæ propterea ἱερὰ, *sacra*, & *honore par* Gregorio marito, & *magnis* Diaconatus *mysteriis* digna pronuntiatur. Gorgoniam quoque sororem suam A μύστιδα, hoc est, *sacris initiatam* Poeta noster Carm. LXVIII. supra appellavit. Quæ vox ab alio ejusdem loco in Orat. XI. lucem accipiet, ubi hæc de Gorgonia refert: Ἀλλ' ὀλίγα λειτουργήσασα κόσμῳ, καὶ φύσει, καὶ ὅσον ὁ τῆς σαρκὸς ἐβούλετο νόμος, μᾶλλον δὲ ὁ τῇ σαρκὶ ταῦτα νομοθετήσας, Θεῷ τὸ πᾶν ἑαυτὴν καθιέρωσεν. *Sed quum mundo*, *& naturæ aliquantum ministrasset*, *& quantum carnis lex volebat*, *seu potius qui istam carni legem indixit*, *totam se se Deo consecravit*. En ut Gorgonia & ipsa, vivente marito, carnis commercia scidit, ac matrimonio functa se Deo consecravit, Diaconissarum, ut reor, numero addita. Nonna igitur, ubi ejus vir Gregorius Sacerdotium, & Episcopatum Nazianzenum consequutus est, castitatem Deo voverat, sacræque Diaconissarum militiæ nomen dederat. Illæ vero unius viri uxores deligebantur, ut his verbis Constit. Apostolic. lib. 6. c. 17. probatur. Διακόνισσα δὲ γενέσθω παρθένος ἁγνή· εἰ δὲ μήγε, κἂν χήρα μονόγαμος. Id est, *Diaconissa vero eliga-* B *tur virgo pudica: sin minus*, *saltem vidua*, *uni viro nupta*. Infra eamdem suam parentem alloquens Gregorius, σὺ δὲ, inquit, ἔδωκας ἁγνὸν βίον. *Tu vero castam Deo vovisti vitam*. Altari quoque illam ministrasse, non semel scribit Gregorius, ut infra patebit, quemadmodum Diaconissæ solebant. Quum vero per manuum impositionem hæ mulieres sacrarentur, hinc *sacris initiatæ*, ac μύστιδες appellabantur.

Οὔ ποτε. *Numquam* &c. A sacro Altari numquam dimoveri Nonna poterat; non enim ejus pietas ferebat, ut alio in loco, quam in Templo, cujus ministerio se addixerat, moraretur. Similia de eadem parente sua habet Gregorius in Orat. XIX. Πῶς, inquit, οὐχὶ καὶ παρ' ἐκείνης μέγα, τὸ μή ποτε νῶτα δοῦναι τῇ σεβασμίῳ τραπέζῃ; *Cur non illi quoque ad laudem magnam sit*, *quod venerandæ mensæ numquam terga obverterit?*

Ἄλλο.

Πῶς ἐλύθη Νόννης καλὰ γούνατα; πῶς δὲ μέμυκε
Χείλεα; πῶς ὄσσων οὐ προχέει λιβάδας;
Ἄλλοι δ' αὖ βοόωσι παρ' ἠρίον· ἥδε τράπεζα
Οὐκέτ' ἔχει καρποὺς τῆς μεγάλης παλάμης.
Χῶρος δ' ἐστὶν ἔρημος ἁγνοῦ ποδός· οἱ δ' ἱερῆες
Οὐκέτ' ἐπὶ τρομερῇ κρατὶ βαλοῦσι χέρα.
Χῆραι δ' ὀρφανικοί τε τί ῥέξετε; παρθενίηδε,
Καὶ γάμος εὐζυγέων κέρσατ' ἄπο πλοκάμους.
Τοῖσιν ἀγαλλομένη, κάρτος φέρε πάντα χαμᾶζε,
Τῆμος ὅτ' ἐν νηῷ ῥικνὸν ἀφῆκε δέμας.

C ALIUD. LXXXIII.

Quei soluta sunt Nonnæ bona genua? Quei occlusa
Ejus labia? Quei ab oculis non fundit lacrymas?
Alii vero clamant circa tumulum: Mensa ista
Non habet amplius dexteræ magnæ fructus.
Locus ille puro pede caret. Hi vero Sacerdotes
Non amplius ad ejus caput tremulam admovent manum.
Viduæ autem, & orphani, quid facietis? Virginitas quoque,
Et proborum conjugum nuptiæ sibi comas totonderunt.
D His illa ornata erat, sed omnia in terram tulit,
Tunc quum in Templo rugosum corpus reliquit.

Πῶς ἐλύθη. *Quei soluta sunt*. Phrasis ex Homero petita, apud quem in usu; λύτο γούνατα καὶ φίλον ἦτορ. Horatius contra: *Dumque virent genua*. Sed proprio quodam modo Nonnæ genua soluta sunt; nam genibus flexis obiit in Templo.

Προχέει. *Fundit*. Ita scripsi, quum in Ambr. ms. esset προχέι, & in Med. προχέεις.

Ἥδε τράπεζα. *Mensa ista*. Venustioris sensus gratia placuit conjungere ἡ δὲ. *Mensa* autem per Antonomasiam est Altare sacrum, quod Nonnæ ministerio, & oblationibus, non amplius fruebatur.

Οἱ δ' ἱερῆες. *Hi vero Sacerdotes*. Sæpe, ut arbitror, Sacerdotes huic sanctæ mulieri benedicere solebant. Hinc ait Gregorius, non amplius eos tremulam Nonnæ capiti manum admoturos. *Tremulam* autem vocat Sacerdotum manum, vel ob eorum ætatem, vel quia in benedicendo mulieri adeo piæ, illorum dextra præ reverentia tremeret.

Κέρσατ' ἄπο. *Totonderunt*. Anastrophe Poetis Græcis non raro usurpata pro ἀπεκέρσαντο. Poetica item elegantia dictum est, Virginitatem, ac Nuptias in funere Nonnæ sibi comas totondisse, ut significetur luctus, in quo cum Virgines, tum nuptæ mulieres versabantur, quum ab hac luce sublata est Nonna. Crinem vero in luctu ab antiquis deponi solitum, supra ostendimus ad Carmina *in Martinianum*.

Τοῖσιν ἀγαλλομένη. *His ornata erat*. In Cod. Ambr. hæc ita distinguuntur, ut posui. Τὸ κάρτος, quod in versu subsequitur, habetur in Mediceo, pro quo Ambr. Codex habet κράτος. Sed qui sit hoc in loco hujus verbi usus, intelligere nescio; nam aut est *capitis*, aut *vis*, *potentia*, *imperium*, & hujusmodi, quorum nullum red- E dere potest commodum sensum, nisi intelligatur *potentia* Mortis. Neque conjungere ausim κράτος cum πάντα.

Ἄλλο.

Σάρρα σοφὴ τίεσκε φίλον πόσιν· ἀλλὰ σὺ μῆτερ
Πρῶτα Χριστιανὸν, εἶθ' ἱερῆα μέγαν
Σὸν πόσιν ἐσθλὸν ἔθηκας ἀπόπροθι φωτὸς ἐόντα.
Ἄννα σὺ δ' υἷα φίλον καὶ τέκες εὐξαμένη,
Καὶ νηῷ μιν ἔδωκας ἁγνὸν θεράποντα Σαμουήλ.
Ἡ δ' ἑτέρη κόλποις Χριστὸν ἔδεκτο μέγαν.
Νόννα δ' ἀμφοτέρων ἔλαχε κλέος· ὑστάτιον δὲ
Νηῷ λισσομένη πάρθετο σῶμα φίλον.

ALIUD. LXXXIV.

Sara sapiens dilectum coluit maritum. Sed tu, mater,
Primo Christianum, deinde Sacerdotem magnum
Tuum sponsum bonum effecisti, quum procul esset a lumine.
Anna tu per preces filium carum peperisti,
Eumque Templo dedisti purum famulum, Samuelem.
Altera vero Christum magnum sinu complexa est.
At Nonna utriusque sortita est decus. Postremo autem,
Dum oraret, Templo dilectum corpus commendavit,

Inter matrem suam, Saram Abrahami conjugem, duasque celebres in sacris litteris Annas, comparationem Gregorius instituit. Et Saræ quidem Nonnam præferre videtur; illa enim ex amore tantum, quo maritum prosequebatur, famam consequuta est; hæc autem Gregorium conjugem suum e Gentilium tenebris ad Christi Religionem transtulit.

Πόσιν. *Sponsum*. Habebatur in ms. Ambr. πόσι, vitiose, ut arbitror.

Αννα. *Anna*. Samuelis matrem Annam significat, quæ filium precibus a Deo impetratum sacro destinavit Al- A tari, ut habetur 1. Reg. cap. 1.

Σαμουήλ. Pro hoc nomine, quod in Cod. Med. legitur, habet Ambrosianus γαμῦσα, hoc est *nupta*.

Η δ᾽ ἑτέρη. *Altera vero*. Scilicet altera Anna, Prophetissa, Phanuelis filia, quæ Christum Dominum infantem in Templo suis complexa est ulnis. Vide Evang. Lucæ cap. 3.

Νόννα. *Nonna*. Quum prole careret Nonna, a Deo enixe petiit, vovitque, se Templo masculum, si impetrasset, dicaturam. Nato Gregorio nostro, votum complevit. Hæc Poeta noster in Carm. de Vita sua memorat.

Αλλο.

Εμπεδόκλεες σὲ μὲν αὐτίκ᾽ ἐτώσια φυσιόωντα
Καὶ βροτὸν Αἰτναίοιο πυρὸς κρατῆρες ἔδειξαν.
B Νόννα δ᾽ ὐ κρατῆρας ἐσήλατο· καὶ δὲ τραπέζῃ
Τῇδέ ποτ᾽ εὐχομένη, καθαρὸν θύος, ἔνθεν ἀέρθη.
Καὶ νῦν θηλυτέρῃσι μεταπρέπει εὐσεβέεσσι
Σουσάννῃ, Μαριάμ τε, καὶ Ανναις, ἕρμα γυναικῶν.

ALIUD. LXXXV.

Empedocles, te quidem improviso frustra superbientem
Ætnæi ignis crateres mortalem ostenderunt.
Nonna vero crateres non insiluit. Sed Altari
Huic olim supplicans, pura hostia, hinc sublata est.
Et nunc inter mulieres pias excellit,
Susannam, Mariamque, & Annas, columen mulierum.

Εμπεδόκλεες. *Empedocles*. Priores hos duos versus iterum legas in Poemate LXI. ad Nemesium inter Gregorii Opera edita, ac iisdem plane verbis, nisi quod in ms. Ambr. legebatur, Αἰτναίω, pro quo posui, ut in editis, Αἰτναίοιο. Empedoclis autem hoc in loco memorati mors notissima est, qui, ut pro Deo haberetur, in Ætnæ caminum se præcipitem dedit, ne quod corporis vestigium superesset. Verum ferreæ illius crepidæ, per flammam rejectæ, dementis Philosophi fraudem prodidere. Hinc Horatius ad Pisones.

——— Deus immortalis haberi
Dum putat Empedocles, ardentem frigidus Ætnam
Insiluit. ———

Nonna igitur, non Empedoclem imitata est, ut inanem, & fictam apud homines divinitatis famam sibi compararet, neque per hujusmodi illusionem hominibus imposuit; sed in cælum, vere & ipsa cælestis, ex Altari assumta est.

Κρατῆρας. *Crateres*. Hoc præcipuo nomine donabatur caminus, sive montis Ætnæ foramina, per quæ ignis, ac cinis evomi solent. Plinius lib. 3. cap. 8. *Mons*, inquit, *Ætna nocturnis mirus incendiis. Crater ejus patet ambitu stadiorum viginti*. Hæc Latinus Scriptor, cui consonat & Græcus, nempe Strabo lib. 6. Υπέρκειται δὲ μάλιστα τῆς Κατάνης ἡ Αἴτνη, καὶ τῶν περὶ τὰς κρατῆρας παθῶν πλεῖστον κοινωνεῖ. *Maxime Catanæ superne imminet mons Ætna, & urbs ea maximam partem eorum motuum sentit, qui circa crateras Ætnæ efficiuntur*. In Orat. III. quæ est prima in Julianum, Empedoclem Gregorius memorat, qui τοῖς Σικελικοῖς κρατῆρσιν, *Siculis crateribus*, ut divinitatem consequeretur, se tradidit. Ceterum laudatus Strabo eodem in libro ad fabulas hanc de Empedocle narrationem amandat. Vide, si lubet.

Μαριάμ τε. Ita Hebræorum ad instar. In Cod. Med. Μαρίη τε.

Αλλο.

Ηρακλες, Εμπεδότιμε, Τροφώνιε, λήξατε μύθους,
D Καὶ σύγ᾽ Αριστᾶιε κενεαυχέος ὀφρὺς ἄπιστε.
Υμεῖς μὲν θνητοὶ, καὶ ὐ μάκαρες παθέεσσιν.

Θυμῷ δ᾽ ἄρρενι Νόννα βίε τμήξασα κέλευθον,
Χριστοφόρος, σταυροῖο λάτρις, κόσμοιο περίφρων,
Ηλατ᾽ ἐπουρανίην εἰς ἄντυγα, ὡς ποθέεσκεν,

Τρὶς μάκαρ ἐν νηῷ σῶμ᾽ ἀποδυσσαμένη.

ALIUD. LXXXVI.

Hercules, Empedotime, ac Trophoni, fabulis temperate,
Tuque Aristæi vana jactantis supercilium infidum:
Vos quidem mortales, & nequaquam beati ob animi morbos.

Masculo autem animo Nonna vitæ secans viam,
Christifera, Crucis cultrix, mundi contemtrix,
Insiluit cælestem in currum, quemadmodum optabat,

Ter beata, in Templo corpore exuta.

Fraudulentam nonnullorum Gentilium dementiam, qui se cælo redditos credulo popello venditarunt, cum vera Nonnæ parentis suæ felicitate comparat Gregorius. Illos mortales, immo infelicissimos mortalium appellat; hanc vero beatissimam revera deprædicat. Qui fuerint hi Ethnici, inspiciamus.

Ηρακλες. *Hercules*. Versus hic una cum duobus sequentibus in supra laudato Poemate ad Nemesium rursus legitur. Herculem porro in monte Oeta, veste veneno illita coopertum, miserrime interisse, nemo est in antiquitate adeo hospes, qui nesciat. Creditus tamen vulgo ille Heros in cælum raptus, Superisque immixtus. Fabellam hanc ridet Gregorius.

Εμπεδότιμε. *Empedotime*. In Cod. Ambr. legebatur Εμπεδόσιμε. De Empedocle, Trophonio, Aristæo, ac Empedotimo alibi mentionem fecit Theologus, nempe in Orat. III. quæ est prima in Julianum, ubi gloriæ cupiditatem, stultitiamque Ethnicis exprobrat, inquiens: Ταῦτα μὲν παιζέτωσαν παρ᾽ ἐκείνοις Εμπεδοκλεῖς, καὶ Αριστᾶιοι, καὶ Εμπεδότιμοί τινες, καὶ Τροφώνιοι, καὶ τοιούτων δυστυχῶν ὁρμαθός. *Hæc sane apud illos* (Ethnicos) *veluti lusus caussa faciant Empedocles, & Aristæi, & Empedotimi quidam, ac Trophonii, atque hujusmodi miserorum hominum chorus*. Tum notata Empedoclis dementia, reliquos ait in abditissimos quosdam specus se recepisse, ut cælum petiisse crederentur, sed fraude postea deprehensa non plus honoris ex hujusmodi furtivo secessu retulisse, quam contumeliæ ob compertam fraudem. Rem clarius prodit Elias Cretensis in Comment. ad eamdem Nazianzeni Orationem. Hos perditissimos homines *patria Thebanos, arte vates* fuisse primo affirmat. Deinde ait: *Quum igitur hi quoque divinitatis famam apud mortales quærerent, atque in eam opinionem venire, ut in cælum rapti esse existimarentur, in subterraneos quosdam specus se se* E *injecerunt, & illic fame oppressi, atque extincti sunt*. Nonnas itidem Græcus Gregorii Scholiastes Trophonium, Aristæum, ac Empedotimum *Lebadia Bœotiæ urbe* ortos esse, artemque vaticinandi exercuisse tradit. Nescio an idem cum hoc Empedotimo fuerit ille, quem Suidas veluti Physicæ cultorem refert, uti & alter ejusdem nominis vir, quem Clemens Alexandrinus in Adhort. ad Gentes vatibus accenset, patriaque Syracusium fuisse testatur. Sed cur hoc hominum genus parentis suæ Epitaphio Gregorius immiscet? Quia illis temporibus nebulones isti apud Ethnicos magno in pretio erant, & Heroibus Christianis fortasse præferebantur. Audi Julianum Apostatam in fragmento Orationis, Epistolæve cujusdam: Αρ᾽ οὐκ ἀνθρώπους χρηστοὺς ἀπέκτειναν πολλοὺς, καθάπερ Σωκράτη, καὶ Δίωνα, καὶ τὸν μέγαν Εμπεδότιμον; Hoc est: *An non multi viros bonos interfecerunt, velut Socratem, & Dionem, & magnum illum Empedotimum?* En quæ Juliani de Empedotimi virtute ac morte foret opinio. Suidas autem in voce [illegible] hanc de Empedotimo ejusdem Juliani sententiam refert: περὶ τῶ Εμπεδοτίμε [illegible] ἐν τοῖς ἐπιγραφομένοις [illegible] καὶ Πυθαγόρα [illegible]. *De Empedotimo in Saturnalibus*

ſic ſcribit Apoſtata: Nos Empedotimo, & Pythagoræ fidem adhibentes &c. A

Τροφώνιε. *Trophoni*. Quis hic impoſtor fuerit, jam adnotavimus. Celebre adagium eſt *e ſpecu Trophonii redire*, uti etiam *εἰς Τροφωνίου μεμάντευται, in Trophonii antro vaticinatus eſt*. Ariſtophanes in Nubibus, Herodotus l. 1. Cic. lib. 3. de Nat. Deorum, Euripides in Jone, Lucianus in Dialogis mortuorum, aliique Trophonium commemorant. Ejus tamen hiſtoria, ſeu fabula, diverſimode a Scriptoribus refertur. Vide Eraſmum in Adagiis, & Nonnum in Scholiis ad Nazianzeni Orat. III.

Λήξατε μύθοις. *Fabulis temperate*. Cl. Salvinius legendum cenſet μύθων; nam λήγω ſemper cum genitivo. [1]

Αρισταίου. *Ariſtæi*. Corrupte in ms. Ambr. Αἰδισταίου ſcriptum eſt. Quinam hic Ariſtæus fuerit, in ſuperioribus notis diximus. *Ariſtæum* quemdam *Cyrenæum* cum falſis Ethnicorum vatibus connumerat Clemens Alexandr. in Adhort. ad Gentes. Eumdem cum hoc impoſtore illum fuiſſe, credere par eſt.

Κέλευθον. *Viam*. Ita ſcribere malui, quam κέλυθον, uti habet Ambr. Codex.

Χριστοφόρος. *Chriſtifera*. Quandoquidem ſæpe hujuſmodi voce utitur Gregorius, exploremus quid per illam ſignificetur. Pro *Chriſtiano*, ſeu *Chriſti ſectatore* veteres uſurparunt, & præſertim Poetæ, vocabulum nempe commodius carmini. Solebant autem Chriſtiani non Χριστοφόροι tantum, ſive *Chriſtiferi*, ſed etiam Θεοφόροι, ſive *Deiferi*, ac πνευματοφόροι, ſive *Spiritophori* interdum nuncupari. Quum, ut Apoſtolus ajebat, Chriſti ſectatores *Templum Dei* ſint, hinc *Deum portare*, ac Θεοφόροι dicebantur. Pari quoque ratione, quod *Chriſtum ferrent*, Χριστοφόροι poterant appellari. A S. Ignatio Martyre Epheſii vocantur Χριστοφόροι. Phileas vetuſtiſſimus Scriptor, apud Euſebium lib. 10. cap. 8. in Epiſt. ad Thmuitas: Διό, inquit, *ζηλώσαντες τὰ μείζονα χαρίσματα οἱ Χριστοφόροι Μάρτυρες. Proinde Chriſtiani Martyres meliora chariſmata ſectantes*. Pro voce Χριστοφόροι Gregorius in Carm. VI. εἰς Μαρτινιανὸν uſurpavit οἱ Χριστὸν φορέοντες; *qui Chriſtum fertis*. Vide & Cyrillum Hieroſolymitanum Catech. Myſtag. 4. docentem, quo ſenſu Chriſtiani appellentur *Chriſtiferi*, nempe quod Corpus, & Sanguinem Chriſti B guſtent.

Σῶμ' ἀποδυσσαμένη. *Corpus exuta*. Ita Cod. Ambr. in quo tamen per unicum Sigma ſcriptum eſt ἀποδυσαμένη. Codex Mediceus habet πάντ' ἀποδυσαμένη, *omnibus rebus expedita*.

Ἄλλο.

Γρηγόριον βοόωσα παρ' ἀνθοκόμοισιν ἀλωαῖς
Ἤντεο μῆτερ ἐμὴ ξείνης ἄπο νισσομένοισιν,
Χεῖρας ἀμπετάσασα φίλας τεκέεσσι φίλοισι
Γρηγόριον βοόωσα. τὸ δ' ἔρρεεν αἷμα τεκούσης
Ἀμφοτέροις ἐπὶ παισὶ, μάλιστα δὲ θρέμματι θηλῆς.
Τοὔνεκα καί σε τόσοις ἐπιγράμμασι μῆτερ ἔπισα. C

ALIUD. LXXXVII.

GRegorium inclamans per vineas floribus ornatas
Occurrebas, mater mea, peregre redeuntibus,
Et manus extendens dilectas ad dilectos filios,
Gregorium clamore vocans. Fluxit vero maternus ſanguis
Super utrumque filium, & potiſſimum ſuper quem lactaſti.
Idcirco te his quoque carminibus, mater honoravi.

Somnium fortaſſe Gregorius narrat, quo ſibi viſus eſt matrem intueri, filios ad cælum invitantem. Aut illam potius exhibet adhuc vivam, eoſdemque filios, Gregorium præſertim majorem natu, ab hujus mundi ærumnis ſecum advocantem ad cælos. Forſitan etiam heic latet aliquod mendum. In Ambr. Cod. non ſatis apparebat, num [2] ἤλτεο, an ἤντεο μῆτερ, ſcriptum foret. Ego legendum potius cenſui ἤντεο. In eodem Codice, ac eodem verſu legitur ξείνισσα πονησομένοισιν. Sequutus ſum Codicem Mediceum, ubi ξείνης ἄπο νισσομένοισιν.

Ἔρρεεν. *Fluxit*. In mſs. tam Ambr. quam Medic. erat ἔξεεν: quæ vox quid heic ſignificet, non video, nam ἁπλῶς ſignificat *raſit*, *expolivit*. Aliud itaque vocabulum vicinum per conjecturam adhibui, ut quis ſenſus eſſet verbis. Attamen quei hæc cum ſuperioribus apte conſentiant, difficile apparet. Ἐπὶ γράμμασι ſcriptum erat in ms. Ambr. Rectius Codex Mediceus conjunxit.

Ἄλλο.

ΤΕκνον ἐμῆς θηλῆς, ἱερὸν θάλος, ὥς σε ποθοῦσα
Οἴχομαι εἰς ζωὴν, Γρηγόριε οὐρανίην.
Καὶ γὰρ πολλ' ἐμόγησας ἐμὸν κομέων πατέρος τε
Γῆρας, ἃ καὶ Χριστοῦ βίβλος ἔχει μεγάλη.
Ἀλλὰ φίλος τοκέεσσιν ἐφέσπεο, καί σε τάχιστα
Δεξόμεθ' ἡμετέροις φάεσι προφρονέως.

ALIUD. LXXXVIII.

D FIli mei uberis, ſacrum germen, quantum te deſiderans
Abeo in vitam, Gregori, cæleſtem.
Etenim multa toleraſti, meam curans, patriſque
Senectutem: quæ omnia Chriſti magnus liber habet.
Verum, dilecte, parentes ſequere, teque ſtatim
Excipiemus in lucem noſtram libentiſſime.

Τέκνον ἐμῆς θηλῆς. *Fili mei uberis*. Hoc eſt, quem ego lactavi. Unum fortaſſe Gregorium lacte ſuo paverat Nonna; Gorgoniam vero, ac Cæſarium nutricibus lactandos dederat. Quare illum etiam ſupra ceteros diligebat. Idem quoque in ſuperiori Epigrammate innui videtur.

Ἄλλο.

ΑΛλη μὲν κλεινή τις ἐν οἰκιδίοισι πόνοισιν,
Ἄλλη δ' ἐκ χαρίτων ἣ δὲ σαοφροσύνης.
Ἄλλη δ' εὐσεβίης ἔργοις καὶ σαρκὸς ἀνίαις
Δάκρυσιν, εὐχωλαῖς, χερσὶ πενητοκόμοις.
Νόννα δ' ἐν πάντεσσιν ἀοίδιμος. Εἰ δὲ τελευτὴν
Τοῦτο θέμις καλέειν, κάτθανεν εὐχομένη.

ALIUD LXXXIX.

E ILla domum pulchro veneranda labore gubernat;
Hæc dulci Charitum flore pudica nitet.
Carnis tormentis, lacrymis, prece nobilis illa eſt,
Et qua larga inopes curat amica manu.
Una hiſce in cunctis Nonna immortalis: & orans,
Si fas mortem iſtud dicere, mortem habuit.

Carmen iſtud, & reliqua *in Matrem*, deſiderantur in Ambroſiano Codice, pagellis aliquot inde abſtractis. Deſiderabatur & poſtremus præcedentis Carminis verſus. Sed Cl. V. Antonius Maria Salvinius, cujus humanitati, ac eruditioni me plurimum debere fateor, cum illum verſiculum, tum alia Carmina in S. Nonnam uſque ad numerum CVII. e Codicibus Mediceæ Bibliothecæ deſcripta ſuppeditavit. Duo autem præ ceteris Nazianzeni Codicibus mſs. in inſigni illa Bibliotheca habentur. Horum unus e conjectura Cl. V. P. Bernardi Montfauconii Sæculo Chriſti XII. conſcriptus fuit, alter XI. Carminibus primi Codicis, quem olim pertinuiſſe ad Manuelem Chryſoloram ejus nomen præfixum teſtatur, Græca Paraphraſis adnectitur. In fronte Libri legitur hic Jambicus: Ἔπη τὰ θεῖα τοῦ σοφοῦ Θεολόγου. *Carmina divina ſapientis Theologi*. Ejuſdem Salvinii eſt metrica hujus Epigrammatis verſio, uti & aliæ, quæ interdum occurrent.

1. Niſi ſit a λαγχάνω, *fabulas ſortiti eſtis*. Vel ſi ſit a λήγω, λήξατε μύθων. SALVIN.

2. Forte ἤλθες. ἤλτεο vox nihili. ID.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
370.



A

Ἄλλο.

ΝΟνναν ἐπουρανίοισιν ἀγαλλομένην φαέεσσιν,
Καὶ ῥίζης ἱερῆς πτόρθον ἀειθαλέα,
Γρηγορίου ἱερῆος ὁμόζυγα καὶ πραπίδεσσιν,
Εὐαγέων τεκέων μητέρα τύμβος ἔχω.

ALIUD. XC.

NOnnam exſultantem cæleſtis luminis imbre,
Sacræ & radicis germen inocciduum,
Gregorii & menti conſortem Antiſtitis, atque
Sacratæ prolis matrem, habeo Tumulus.

Ἄλλο.

ΕΥχαί τε στοναχαί τε φίλαι, καὶ νύκτες ἄϋπνοι,
Καὶ νηοῖο πέδον δάκρυσι δευόμενον,
Σοὶ, Νόννα ζαθέη, τοίην βιότοιο τελευτὴν
Ὤπασαν ἐν νηῷ ψῆφον ἑλεῖν θανάτου.

ALIUD. XCI.

PErvigiles noctes, cari gemituſque preceſque,
Atque ſolum Templi, fletibus irriguum;
Nonna, tibi talem vitæ, divina, tulere
Finem; atque in Templo ſors tibi mortis iit.

B

Ἄλλο.

ΨΥχὴ μὲν πτερόεσσα πρὸς οὐρανὸν ἤλυθε Νόννης,
Σῶμα δ' ἄρ' ἐκ νηοῦ Μάρτυσι παρθέμεθα.
Μάρτυρες ἀλλ' ὑπόδεχθε θύος μέγα, τὴν πολύμοχθον
Σάρκα, καὶ ὑμετέροις αἵμασιν ἑσπομένην.
Αἵμασιν ὑμετέροισιν, ἐπεὶ ψυχῶν ὀλετῆρος
Δηναιοῖσι πόνοις κάρτος ἔπαυσε μέγα.
Οὐ μόσχων θυσίην σκιοειδέα, οὐδὲ χιμάῤῥων,
Οὐδὲ πρωτοτόκων Νόνν' ἀνέθηκε Θεῷ.
Ταῦτα νόμοις προτέροισιν, ὅτ' εἰκόνες. ἡδ' ἄρ' ἑαυτὴν
Δῶκεν ὅλῳ βιότῳ, μάνθανε, καὶ θανάτῳ.

ALIUD. XCII.

NOnnæ ſpiritus evolans in Cælum aſcendit,
Ejus vero corpus e Templo Martyribus apponimus.
Igitur, Martyres, magnam hoſtiam ſuſcipite, & fatigatum
Corpus veſtro ſanguini ſociatum.
Veſtro, inquam, ſanguini; nam animarum perditoris
Vires ingentes illa perpetuis laboribus repreſſit.
Non umbratilem vitulorum victimam, neque hircorum,
Neque primogenitorum Nonna obtulit Deo.
C Hæc prima ſub lege fiebant, tamquam figuræ. Sed ſe ipſam
Nonna dedit (diſcito) in tota vita, & morte.

Ἄλλο.

ΑΛλος[r] μὲν Νόννης τις ἁγνῶν ἐσθλοῖσιν ἐρίζοι,
Εὐχωλῆς δὲ μέτροισι ἐριζέμεν' οὐ θέμις ἐστίν.
Τέκμαρ καὶ βιότοιο τέλος λιτῇσι λυθέντος.
Ὦ στοναχῶν δακρύων τε καὶ ἐννυχίων μελεδώνων·
Ὦ Νόννης ζαθέης τετρυμμένα γυῖα πόνοισι.
Ποῦ ποτ' ἔην, νηὸς μόχθων λῦσε γῆρας ἄκαμπτον.

ALIUD. XCIII.

NOnnæ quidem virtutes aliquis probus æmuletur,
Sed ejus precum æmulari menſuram nequeat,
Quum metam, exitumque vitæ inter precandum attigerit.
O ſuſpiria, & lacrymæ, curæque nocturnæ!
O admirandæ Nonnæ attrita laboribus membra!
Templum, ubi tunc erat, ſolvit ſenectutem laborum patientiſſimam.

[r] Pro ἄλλος fortaſſ. legendum ἄλλοις [1], ut ſit ſenſus: Alias quidem Nonnæ virtutes æmulari aliquis poterit, at non D ejus in oratione fervorem, atque conſtantiam.

Ἄλλο.

ΕΥχομένη βοόωσα παρ' ἁγνοτάτῃσι τραπέζαις
Νόννα λύθη, φωνὴ δ' ἐδέθη, καὶ χείλεα καλὰ
Γηραλέης. Τί τὸ θαῦμα; Θεὸς θέλεν ὑμνητείραν
Γλῶσσαν ἐπ' εὐφήμοισι λόγοις κληῖδα βαλέσθαι.
Καὶ νῦν οὐρανόθεν μέγ' ἐπεύχεται ἡμετέροισιν
Εὐχωλαῖς, καὶ πόντον ἐκοίμισε Νόννα θεουδὴς
Οἷς τεκέεσσι φίλοις, καὶ ἐκ περάτων συνάγειρεν
Ἀντολίης δύσιός τε μεγακλέας, οὐ δοκέοντας
Μητρὸς ἔρως, νοῦσόν τε πικρὴν ἀποέργαθεν ἀνδρός.
[2] Λισσομένης, τὸ δὲ θαῦμα, λίπεν βίον ἔνδοθι νηοῦ.

ALIUD. XCIV.

ORans, exclamans apud menſam ſacram
Nonna diſſoluta eſt. Vox vero in anus honeſtis labiis
Devincta eſt. Quid mirum? Voluit Deus hymnis deditam
Linguam poſt ſanctos ſermones obſignare.
Et nunc in Cælo multum illa pro noſtris orat.
Et precibus pontum ſedavit Nonna pia
Suis caris liberis. Eos e finibus Orientis, atque Occidentis
E
Fama claros, & nil tale exſpectantes congregavit
Matris amor; & a conjuge ſuo difficilem avertit morbum.
Orans vero (mirum) in Templo vitam reliquit.

Πόντον ἐκοίμισε. *Pontum ſedavit*. Se, dum adoleſcens Athenas peteret, graviſſima tempeſtate maris agitatum, atque ex illa evaſiſſe, non uno in loco Nazianzenus commemorat, & præſertim in Carm. de Vita ſua. Hoc autem precibus Nonnæ matris impetratum, heic ipſe affirmat, & fuſius in ea Oratione, quam habuit in funere Patris ſui. Id etiam in ipſius Gregorii Vita enarrat Gregorius Presbyter. Quum enim filium in vitæ diſcrimen adductum per ſomnium Nonna intellexiſſet, orationibus, & lacrymis ejus ſalutem a Deo poſcere ſibi videbatur.

Οἷς τεκέεσσι. In MS. legitur ὡς τεκέεσσι. Viſum eſt ſcribere Ex ut ſenſus conſtet.

1. Forte ἄλλως. Sed nihil mutandum. ἄλλος τις, *alius quis*. SALVIN.

2. Leg. *Λισσομένης τόδε θαῦμα*. ID.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.



Ἐκ περάτων. *E finibus*. Peracto Athenis studiorum curriculo, se Constantinopolim navi contulit Nazianzenus, eodemque tempore illuc ab Alexandria insperato per minorem Asiam venit Cæsarius illius frater. Ambo exinde patriam repetentes parentibus suis duplicatum attulere gaudium. Contigisse id non fortuito Nazianzenus ipse opinatur Orat. in funere Cæsarii fratris.

Νοῦσόν τε. *Et morbum*. De hoc patris morbo prodigiose A sublato mentionem facit ipsemet Gregorius in Oratione habita in illius funere. Ibi populi, heic vero S. Nonnæ precibus miraculum adscribitur. Et quidem par est credere, a piissimæ potissimum parentis orationibus impetratam fuisse laborantis viri salutem.

Λισσομένης. Videtur legendum vel λισσομένη λίπεν βίοντ vel λισσομένης λίπεν βίος.

Ἄλλο.

Πῶς θάνεν, ἢ περίβωτον ἐμῆς τέλος ἔπλετο μητρός;
Εὐχομένης ψυχὴ πρὸς Θεὸν ἥλατ' ἄνω.

ALIUD. XCV.

Quomodo objit? vel expletus est clarus meæ parentis exitus?
Orantis anima ad Deum avolavit.

Ἄλλο. B

Ἔνθα ποτ' εὐχομένης ψυχὴ δέμας ἔλλιπε Νόννης.
Ἔνθεν ἀνηέρθη Νόννα λιποῦσα δέμας.

ALIUD. XCVI.

Heic olim orantis Nonnæ spiritus corpus deseruit;
Hinc, deserens corpus, Nonna sublata est.

Ἄλλο.

Πολλάκις ἔκ με νόσων τε καὶ ἀργαλέων ὀρυμαγδῶν
Σεισμῶν τε κρυερῶν καὶ ἄγρια κυμαίνοντος

Οἴδματος ἐξεσάωσας, ἐπεὶ Θεὸν ἵλαον εἶχες.
Ἀλλὰ σάω καὶ νῦν με, πάτερ, μεγάλῃσι λιτῇσι,
Καὶ σὺ, τεκοῦσα μάκαιρα, ἐν εὐχωλῇσι θανοῦσα.

ALIUD. XCVII.

Me sæpe e morbis, gravibusque turbis,
Et horribilibus terræ motibus, & immane undantibus
Procellis liberasti, quoniam placasti Deum.
Igitur & nunc me salva, pater, potenti prece,
Tuque, mater beata, inter precandum mortua.

Ἄλλο. C

Νόννα, σοὶ φωνὴ περιλείπετο, Νόννα φαεινή,
Πάνθ' ἄμυδις ληνοῖς ἐνθεμένη μεγάλοις,
Ἐκ καθαρῆς κραδίης ἁγνὸν θύος. ἀλλ' ἄρα καὶ τὴν
Ὑστατίην νηῷ λεῖπες ἀειρομένη.

ALIUD. XCVIII.

Nonna, tibi vox superfuerat, Nonna illustris,
Omnia promiscue lacubus imponens magnis,
E puro corde puram hostiam, Sed tandem hanc etiam
Ultimam Templo reliquisti, inde sublata.

Ληνοῖς μεγάλοις. *Lacubus magnis*. [1] Ληνὸν est lacus torcularii preli, ubi mustum exprimitur. Ita allegorice in sacris Literis vocari Ἐκκλησίαν, auctor est Suidas. Vox Nazianzeno familiaris ad significandam plerumque cælestem beatitudinem. Ληνῶν οὐρανίων, *Lacuum*, seu *torcularium cælestium* meminit ille in Carm. ad Hellenium, & in Carm. de diversis vitarum Beatitudinibus. Eodem sensu vocabulum usurpatum heic videtur, quasi dicat, Nonnam obtulisse, & sacrasse Deo omnia, & ut ita dicam, in cælestes lacus intulisse. Potest & intelligi sacrum Templum. D

Præsens Epigramma a superiore dividendum sum arbitratus. Cl. Salvinius pro Νόννα prima illius voce legendum suspiciatur Μοῦνα. In isto pro ἔθανεν dubitat an legendum ἔθανες, & consequenter pro πόθεεν πόθεες, Utrumque autem Epigramma conjunctum ita ille reddidit Latinis versibus.

Sermo tibi tantum superaverat, inclyta Nonna,
Imponens magno cuncta premenda lacu,
Puro e corde sacrum. Liquisti sedula tandem
Sermonem, in templo rapta; nec ipsa tamen
Mortua, Nonna, extra templi pia limina adori.
Orantis Christus sed Dominus rapuit
Verba prius; namque optabas finire precando
Hanc vitam, cunctis quæ mage sancta sacris.

Ἄλλο.

Οὐδ' ἔθανεν νηοῖο θυώδεος ἔκτοθι Νόννα,
Φωνὴν δὲ προτέρην ἥρπασε Χριστὸς ἄναξ
Λισσομένης· πόθεεν γὰρ ἐν εὐχωλῇσι τελέσσαι
Τόνδε βίον πάσης ἁγνότερον θυσίης.

ALIUD. XCIX.

Extra odorosum templum non obiit Nonna,
Vocem vero prius rapuit Rex Christus
Orantis: optavit enim illa, ut inter preces deficeret
Vita sibi, omni purior sacrificio.

Ἄλλο.

Νοννὴ ἱερὴ, σὺ δὲ πάντα Θεῷ βίον ἀντείνασα

Ὕστατον ψυχὴν δῶκας ἁγνὴν θυσίην.
Τῆδε γὰρ εὐχομένη ζωὴν λίπες· ἡ δὲ τράπεζα,
Μῆτερ ἐμὴ τῷ σῷ δῶκε κλέος θανάτῳ.

Τῆσδε πατὴρ μὲν ἐμὸς λάτρις μέγας ἦε τραπέζης,
Μήτηρ δ' εὐχομένη παρ πόσι λῆξε βίου.

ALIUD. C.

Nonna religiosa, tu quum totam Deo vitam obtulisses,
E Spiritum tandem ei dedisti puram hostiam.
Heic autem orans vivendi finem fecisti; mensa vero sacra
Tuæ, mater mea, gloriam dedit morti.
Hujus sacræ mensæ magnus cultor fuit meus parens,
Mater vero apud conjugem orans vivere desiit.

Postremi duo versus a superioribus sejungendi videntur.

Pro πόσι, quod erat in Cod. MS. scripsi πόσι, i. e. πόσει.

Ἄλλο.

Γρηγόριος Νόννα τε μεγακλέες. Εὔχομ' ἄνακτι,
Τοίην μοι ζωὴν καὶ τέλος ἀντιάσαι.

ALIUD. CI.

Gregorius, & Nonna celebres. Deum rogo,
Ut mihi talis vita, & mors contingant.

[1] Leg. Ληνὸς est lacus. SALVIN.

A

Ἄλλο.

Πολλὰ τράπεζα φίλη Νόννης καὶ δάκρυ' ἐδέξω.
Δέχνυσο καὶ ψυχὴν τὴν πυμάτην θυσίην.

Εἶπε, καὶ ἐκ μελέων κέαρ ἔπτατο, ἓν δ' ἄρα μοῦνον
Παῖδ' ἐπόθει τεκέων τὸν ἔτι λειπόμενον.

ALIUD. CII.

Plurimas tu Nonnæ & lacrymas, pia menſa, tuliſti;
Nunc animam, extremum tu cape, menſa, ſacrum.
Dixit, & e membris aufugit ſpiritus: unum
In voto, gnatus nempe ſuperſtes erat.

Priores verſus Nonnam loquentem inducunt. In ſequentibus inquit Poeta, matrem e vita diſcedentem hoc unum exoptaſſe, ut ſecum traheret ſuperſtitem filium, Gregorium videlicet ipſum, qui unus e reliquis Nonnæ filiis ſuperſtes erat.

Ἄλλο.

B

Ἔνθα ποτ' εὐχομένης τόσσον νόος ἔπτατο Νόννης
Μέσφ' ὅτε καὶ ψυχὴ ἔσπετ' ἀειρομένῳ.
Εὐχομένη δὲ νέκυς ἱερῇ παρέκειτο τραπέζῃ.
Γράψατ' ἐπερχομένοις θαῦμα τόδ' εὐσεβέες.

ALIUD. CIII.

Heic olim orantis Nonnæ mens tantum volavit,
Ut mentem vita quoque ſequuta fuerit.
Orans autem mortua ante ſacram jacet menſam.
Ad poſteros ſcribite monſtrum hoc, homines pii.

Ἄλλο.

Τίς θάνεν, ὡς θάνε Νόννα, παρ' εὐαγέεσσι τραπέζαις
Τῶν ἱερῶν σανίδων χερσὶν ἐφαπτομένη;
Τίς λύσεν εὐχομένης Νόννης τύπον; ὡς ἐπιδηρὸν
Ἤθελεν ἔνθα μένειν καὶ νέκυς εὐσεβέων.

ALIUD. CIV.

Quis mortuus eſt, ut Nonna, apud piam menſam
Sacras manibus contingens tabulas?
Quis orantis Nonnæ formam diſſolvit? perinde ac diu
Voluerit heic manere, & mortua pietati vacare.

Ἄλλο.

C

Ἔνθα ποτ' εὐχομένη Νόννῃ Θεὸς εἶπεν ἄνωθεν,
Ἔρχεο. ἡ δ' ἐλύθη σώματος ἀσπασίως.
Χειρῶν ἀμφοτέρων τῇ μὲν κατέχουσα τράπεζαν,
Τῇ δ' ἐπιλισσομένη. ἵλαθι Χριστὲ ἄναξ.

ALIUD. CV.

Heic olim oranti Nonnæ Deus infit ab axe:
Sponſa veni; & membris illa ſoluta libens.
Ambarum manuum menſam tenet altera ſacram;
A Chriſto Rege aſt altera poſcit opem.

Ἄλλο.

Σάρρα φίλη πῶς τὸν σὸν Ἰσαὰκ λίπες, ἡ ποθέουσα
Τῶν Ἀβραὰμ κόλπων, ὡς τάχος, ἀντιάσαι,
Νόννα Γρηγορίοιο θεόφρονος; ἦ μέγα θαῦμα
Μηδὲ θανεῖν νηοῦ ἔκτοθι καὶ θυέων.
Μάρτυρες ἱλήκοιτε, μόγις μὲν, οὔτι χερείων

D

Νόννα φίλη, κρυπτῷ κἀμφαδίῳ πολέμῳ.

Τοὔνεκα καὶ τοίης κύρσεν βιότοιο [1] πλάτην,
Εὐχῆς καὶ ζωῆς ἓν τέλος εὑρομένη.

ALIUD. CVI.

Dilecta Sara, quomodo tuum liquiſti Iſaac, cupiens
Quam celerrime in Abrahæ ſinum deferri,
Nonna Gregorii Sacerdotis? ingens certe prodigium,
Ne extra quidem templum, & ſacra mori.
Parcite, Martyres: ægre quidem dicam: non vobis inferior
Dilecta Nonna, propter occulta, & patentia bella.
Idcirco talem etiam vivendi finem ſortita eſt,
Unum precis, & vitæ exitum inveniens.

Non male forſitan Epigramma hoc in duo diſtinxiſſem, alteri priores quatuor verſus, alteri ſubſequentes tribuens.

Λίπες. *Liquiſti*. Ita ſcripſi, quum in MS. eſſet λίπε. Si quis concludere malit ſenſum priore diſticho, neque in ſequentem differre, ego non contendam. Ita quoque bene erit.

Μόγις μὲν. *Ægre quidem*. Obſcura mihi iſtius verſus verba. Ego ſupplevi *dicam*, & *vobis*. Pro his fortaſſe legendum *μογέουσα*, aut quid ſimile, ſuſpicatur Cl. Salvinius.

Κρυπτῷ. *Propter occulta* &c. Hoc eſt, quia tum patentes, tum occultas victorias retulit de Chriſtiani hominis hoſtibus, ideoque virtute, ac merito non concedit vobis, o Martyres.

Τοίης κύρσεν βιότοιο, videtur legendum *τοῖο*, ut reſpondeat *βιότοιο*.

E

Ἄλλο.

Ῥίζης εὐσεβέος γενόμην, καὶ σὰρξ ἱερῆος,
Καὶ μήτηρ. Χριστῷ σῶμα, βίον, δάκρυα,
Πάντ' ἐκένωσα φέρουσα. τὸ δ' ἔσχατον ἔνθεν ἀέρθην,
Νηῷ γηραλέον, Νόννα λιποῦσα δέμας.

ALIUD. CVII.

E Radice pia ſum orta, & caro Sacerdotis fui,
Ac mater. Chriſto corpus, vitam, lacrymas,
Omnia offerens, exhauſi. Poſtremo hinc ſublata ſum,
Templo annoſum, Nonna relinquens corpus.

Carmen hoc, & quæ ſequuntur ad numerum uſque CXXXIX. impetravi a Cl. V. Joanne Boivinio. Deprompſit ille e MSS. Codicibus Regiæ Pariſienſis Bibliothecæ, cui præeſt. Ut ſuperioribus attexerem, fecit idem argumentum. Eſt idem titulus in Regio Codice 2891. ac in Ambroſiano, ſcilicet *εἰς τὴν μητέρα ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου προσληφθεῖσαν*: i. e. *in matrem ex altari aſſumtam*. Neque vero humaniſſimo Boivinio ſat fuit hos mecum verſus communicaſſe; ſed & Latinam ille nonnullorum interpretationem a ſe elaboratam addidit una cum brevibus Scholiis e MSS. Codicum margine deſcriptis. Reperta ſunt poſtea ab accuratiſſimo Salvinio eadem Carmina in Codice Mediceo, cujus variantes lectiones ſubinde attexam.

Ῥίζης εὐσεβέος. *E radice pia*. Hoc eſt, e Chriſtianis pa-

1. Forte τελευτήν. Salvin.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 370.

rentibus, quod & in Carm. de Vita sua Gregorius noster repetit, matrem appellans ἐξ ἀσεβῶν τοπρόσθεν ἀσεβεστέραν, prognatam sanctis sanctiorem parentibus. Codex Med. habet ῥίζης ἀγνεῖος.

Καὶ σάρξ. Et caro. I. e. uxor Gregorii senioris, uti etiam interpretatur, Boivinio teste, Parisiensis Scholiastes MS. scribens: καὶ σύζυγος ἱερέως, & uxor Sacerdotis.

Αἴρθην. Sublata sum. In Cod. Med. legitur ἀέρθη, sed

A parum congrue cum superioribus.

Νηῷ. Templo. Regius Codex νηὸν præfert, quod explicare posses: templum annosum, i. e. corpus. quum revera Templum Dei sint Christi fideles. At longe nimis petita solutio: propter eaque legendum νηῷ. Lectionem hujusmodi firmat MS. Scholium ita se habens: ἐν ἁγίῳ τῷδε ναῷ: in hoc sancto Templo.

Αλλο.

Πίστις Ἐνὼχ μετέθηκε, καὶ Ἠλίαν· ἐν δὲ γυναιξὶ
Μητέρ᾽ ἐμὴν πρώτην. οἶδε τράπεζα τόδε,
Ἔνθεν ἀναιμάκτησιν ὁμοῦ θυέεσσιν ἀέρθη
Εἰσέτι λυσσομένη σώματι, Νόννα φίλη.

Fort. ἀναιμάκτοισι.

ALIUD. CVIII.

Fides Enochum transtulit, & Eliam: inter mulieres autem
Matrem meam primam. Novit hoc Mensa,
B Unde incruentis cum victimis sublata est
Adhuc orans corpore, Nonna dilecta.

Πίστις. Fides &c. Quomodo prima inter mulieres, Enochum, & Eliam imitata, ab humanis Nonna translata abierit, non facile intelligas; illi siquidem una cum corpore viventium oculis erepti sunt, quod S. Nonnæ profecto non contigit. Hanc tamen Sanctissimis illis Prophetis ea fortasse ratione comparat Gregorius, quod cum hæc, tum illi sine morbo, & orantes, inter vivos apparere desierunt.

Αέρθη. Sublata est. In Regio Codice scriptum erat [1] ἀέρθην. Ut contextus, ac tertia persona servetur, ἀέρθη legendum censui. Non aliter Scholiastes ipse legit, sic interpretans: ἐντεῦθεν γὰρ τελουμένων τῶν ἱερῶν θυσιῶν ἀνέπτη πρὸς οὐρανόν. Hinc enim sacris completis in cælum avolavit. Pro ἀναιμάκτησιν Salvinio [2] legendum videtur ἀναιμάκτοισιν.

Αλλο.

Οὐ νόσος, οὐδέ σε γῆρας ὁμοίϊον, οὐ σέ γ᾽ ἀνίη
Καίπερ γηραλέην, μῆτερ ἐμὴ, δάμασεν.
Ἀλλ᾽ ἄτρωτος, ἄκαμπτος, ἁγνῆς ὑπὸ ποσσὶ τραπέζης
Εὐχομένη, Χριστῷ, Νόνν᾽, ἀπέδωκας ὄπα.

ALIUD. CIX.

Non morbus, non te senectus alter morbus, non te mæror
Quamquam longævam, o mater mea, domuit.
Sed illæsa, neque curvata, sanctæ sub pedibus Mensæ
C Orans, Christo, Nonna, reddidisti vocem.

Ὁμοΐϊον. Alter morbus. Scholiastes hanc vocem interpretatur ἀνθρώπινον, hoc est humanum, respiciendo ad τὸ γῆρας generis neutrius. Mihi videtur Poeta senectutem appellare similem morbo, atque adeo morbum alterum. Senectus ipsa est morbus.

Τραπέζης. Mensæ. Ubicumque hoc nomen, vel sine adjuncto sacræ, apud Nazianzenum occurrit, Altare sacrum significari scito, ut alias notavimus. Quod non ab hoc tantum Scriptore, sed ab aliis non paucis Patribus usurpatum invenias.

Αλλο.

Δῶκε Θεῷ θυσίην Ἀβραὰμ παῖν, ὡς δὲ θύγατρα
Κλεινὸς Ἰεφθάε, ἀμφότεροι μεγάλην.
Μῆτερ ἐμὴ, σὺ δ᾽ ἔδωκας ἁγνὸν βίον, ὕστατον δὲ
Ψυχὴν εὐχωλῆς, Νόννα, φίλον σφάγιον.

ALIUD. CX.

Obtulit Deo Abrahamus filium: ita & filiam
Inclytus Jephtes; ambo magnum sacrificium.
Tu vero, mater mea, obtulisti castam vitam, & novissime
Animam precis, Nonna, gratam hostiam.

Ἰεφθάε. Jephtes. Ita quoque legitur in MS. Med. Forsitan scriptum olim fuit Ἰεφθάν, vel Ἰεφθαῖος. Immutare tamen non sum ausus.

Εὐχωλῆς. Precis. Habebatur in Cod. Regio εὐχώλαις. Conjectura locum emendavit doctissimus Boivinius, monens legendum fortasse εὐχωλῆς φίλον σφάγιον, i. e. pre-

D cum suarum victima, nempe victima, quæ semet ipsam per proprias preces Deo obtulit. Sic infra legitur φίλης εὐχῆς ἱερήϊον, suæ precis victima. Certe apud Poetas φίλος idem non raro significat atque ἴδιος, suus, proprius. In Cod. Medic. reipsa scriptum εὐχωλῆς, postea deprehendi.

Αλλο.

Ἡ Τριὰς, ἣν ποθέεσκες, ὁμὸν σέλας, ἕν τε σέβασμα,
Ἐκ νηοῦ μεγάλου σε πρὸς οὐρανὸν ἥρπασε, Νόννα,
Εὐχομένην, ζωῆς δὲ τέλος καθαρώτερον εὗρες.

ALIUD. CXI.

Trinitas illa, quam desiderabas, unum jubar, & una majestas,
E Templo sublime ad Cælum te rapuit, Nonna,
Orantem; vitæ autem exitum priorem nacta es.

Ὁμὸν σέλας. Unum jubar. Scholiastes Ambrosianus MS. ita hæc verba interpretatur: τὸ ὁμοούσιον φῶς, τὸ ἕν, καὶ ὁμότιμον σέβασμα, i. e. consubstantiale lumen, unitas, & ejusdem honoris majestas. Similem dicendi formam habemus in tribus iis versibus (Carm. xx.) quos Tollius a Gregorio nostro animam efflante pronunciatos opinatur. Juvat ipsos rursus referre, quippe non satis recte ab eodem Tollio Latine redditos.

Ἄγγελοι αἰγλήεντες ἀπειρέσιον κατὰ κύκλον
Τρισσοφαοῦς θεότητος, ὁμὸν σέλας, ἀμφιέποντες,

E Γρηγόριον δέξασθε ἀνάξιον, ἀλλ᾽ ἱερῆα.

Ita vertit ille.

Angeli fulgentes in immenso Cæli gyro,
Trilucidæ Trinitatis, quod meum jubar est, ministri,
Recipite Gregorium, indignum quidem, attamen Sacerdotem.

Ubi vides, male Tollium partiri in duo verbum unum, nempe ὁμὸν in ὃ μόν. Vertendum igitur: Triluminis Deitatis unum jubar. In priore etiam versu pro in immenso Cæli gyro libentius verterem immensum in gyrum, vel immenso in orbe.

1. In fine Αέρθην sustineri potest, id est Nonna. Salvin.

2. Et Salvinio & omnibus. Id.

Ἀλλο.

ΟΥποτε χείλεα [1] μίξας ἀνάγνοις χείλεσιν ἁγνά,
Οὐδ᾽ ἀθέῳ παλάμῃ καθαρὴν χέρα μέχρις ἐδωδῆς,
Μῆτερ ἐμή, μισθὸς δὲ λιπεῖν βίον ἐν θυέεσσι.

ALIUD. CXII.

NUmquam labra miscuisti incestis labiis casta,
Neque impiæ manui puram manum usque ad cibum,
O mater mea: merces autem liquisse vitam inter Sacra.

Auctor est Gregorius ipse in Orat. XIX. quam in Patris funere habuit, adeo S. Nonnam ab Ethnicorum consuetudine, & communione abhorruisse, ut nullius umquam Gentilis feminæ, tametsi honestissimæ, & sanguine propinquissimæ, manibus manum junxerit, aut labra labris miscuerit. Eadem in Carmine hoc repetit. Præmium vero tam eximii zeli Nonnam retulisse ait, quod in Templo, Sacris peractis, finem vivendi fecerit.

Ἀθέῳ. *Impia*, sive *Infideli*, & ἀπίστῳ, uti Scholiastes interpretatur. In supra laudata Oratione S. Gregorius affirmat, numquam cum impura, ac profana Ethnicorum mensa Nonnam communicare voluisse, ita ut ne illorum quidem domos ingredi, aut conspicere sustineret.

Λιπεῖν. *Liquisse*. Cod. Medic. habet λίπεν, pro quo fortasse scribendum λίπες. Ibidem etiam in priore versu pro μίξας ἀνάγνοις, scriptum est μίξασ᾽ ἀνάγνοις. Quæ lectio si magis placeat, Epigramma hoc a superiori sejungendum [2] forsitan non videatur.

Ἀλλο.

ΑΓγελος αἰγλήεις σε φαάντατος ἥρπασε, Νόννα,
Ἔνθα ποτ᾽ εὐχομένην καθαρὸν μελέεσσι νόῳ τε,
Καὶ τὸ μὲν ἥρπασε σεῖο· τὸ δ᾽ ἐνθάδε κάλλιπε νηῷ.

ALIUD. CXIII.

ANgelus radians lucidissimus te rapuit, o Nonna,
Heic quondam orantem pure membris, ac mente:
Et hoc quidem Tui rapuit, illud autem reliquit Templo.

Καθαρὸν. *Pure*. Verti per adverbium. Fortasse legendum καθαράν. i. e. *puram*.

Καὶ τὸ μέν. *Et hoc quidem*. Ad νόῳ præcedens refertur hæc particula, hoc est ad *mentem*, quod nomen pro ψυχῇ, seu *anima* heic usurpatum est. Τὸ δὲ vero ad μελέεσσι, qua voce *corpus* heic significatur. Anima ab Angelo ad Cælum rapta; Corpus vero relictum in Templo. Quod & in sequenti Carmine repetitur.

Ἀλλο.

ΝΗὸς ὅδ᾽, οὐ γὰρ ὅλην Νόνναν θέμις ἦεν ἐρύξαι,
Ψυχῆς οἰχομένης, μοῦνον ἐπέσχε δέμας.
Ὡς πάλιν ἐγρομένη καθαρώτερον ἔνθεν ἀερθῇ,
Σώματι τῷ μογερῷ δόξαν ἐφεσσομένη.

ALIUD. CXIV.

TEmplum hoc, non enim totam Nonnam fas erat retinere,
Anima egressa, solum retinuit corpus.
Ut rursus excitata purius inde attollatur,
Corpus laborum consorte gloriam indutura.

Nonnæ corpus in Templo, ubi animæ supremum vale dixerat, fuisse relictum, atque humatum, ex his versibus erui potest, ni mea me fallit opinio. Quare, ut in Disquisitione infra ponenda probabo, hinc etiam discimus, Christianorum cadavera intra ædes sacras consuevisse componi.

Οἰχομένης. *Egressa*. Cod. Medic. habet Ψυχῆς δ᾽ εὐχομένης, & pro ἐφεσσομένη legitur ibi ἑρεσσαμένη.

Ἐγρομένη. *Excitata*. Ita cum doctissimo Boivinio scribendum; non autem ἐρχομένην [3], ut Paris. Codex præferebat. Est Syncope pro ἐγειρομένη.

Ἀλλο.

ΝΟννη Φιλτατίου. Καὶ ποῦ θάνε; τῷδ᾽ ἐνὶ νηῷ.
Καὶ πῶς; εὐχομένη. πηνίκα; γηραλέη.
Ὦ καλοῦ βιότοιο, καὶ εὐαγέος θανάτοιο.

ALIUD. CXV.

NOnna Philtatii. Et ubinam obiit? Hoc in Templo.
Quomodo? Orans. Quando? anus.
O pulchram vitam, & piam mortem!

Neque breviori, neque elegantiori Epitaphio parentare matri suæ Gregorius poterat.

Νόννη Φιλτατίου. *Nonna Philtatii*: Νόννα legitur in Cod. Mediceo. Supple, *filia heic jacet*. Supra edidimus quoddam Gregorii Carmen *in Philtatium*. At is adolescens erat, neque propterea Nonnæ parens. Alterum Philtatium in Carm. XXXIII. Nazianzenus memorat, eumque Amphilochii patrem, & Gorgoniæ cujusdam (non enim Gregorii nostri sororem illam affirmare ausim) virum appellat. Sed ne is quidem cum Philtatio Nonnæ parente confundendus, nisi aliqua gravis conjectura succurrat. Cæterum cur Philtatios alibi Gregorius laudarit, ex hoc versu intelligere possumus; ejus enim necessarii erant, quippe suæ matri sanguinis communione proximi.

Ἀλλα.

ΑΡματι μὲν πυρόεντι πρὸς οὐρανὸν Ἠλίας ἦλθεν·
Νόνναν δ᾽ εὐχομένην πνεῦμ᾽ ὑπέδεκτο μέγα.

Ἐνθάδε Νόννα φίλη κοιμήσατο τὸν βαθὺν ὕπνον,
Ἵλαος ἑσπομένη ᾧ πόσι Γρηγορίῳ.

Τάρβος ὁμοῦ, καὶ χάρμα· πρὸς οὐρανὸν ἔνθεν ἀέρθη
Εὐχῆς ἐν μεσάτης Νόννα λιποῦσα βίον.

Εὐχῆς καὶ βιότου Νόννῃ τέλος· ἥδε τράπεζα
Μάρτυς, ἀφ᾽ ἧς ἤρθη ἄπνοος ἐξαπίνης.

ALIA. CXVI.

1. CUrru quidem igneo in Cælum Elias abiit:
Nonnam vero orantem Spiritus suscepit magnus.

2. Heic Nonna cara obdormivit profundum somnum,
Libens sequuta virum suum Gregorium.

3. Terror simul, & gaudium: in Cælum hinc sublata est
Prece e media Nonna, vitam deserens.

4. Precis una & vitæ finis fuit Nonnæ: sacra hæc Mensa
Testis, unde sublata est repente exanimis.

Pro εὐχῆς Cod. Paris. habet εὐχῇ: quod & sustineri potest. Sed præferre placuit lectionem Codicis Medicei.

1. Lego ex codice Mediceo μίξασ᾽. Et v. 3. ex eodem codice, μισθὸς δὲ· λίπεν βίον ἐν θυέεσσι. SALVIN.

2. Sejungendum omnino. ID.

3. Immo ἐγρομένην. ID.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.



A Νόννης ἠρίον εἰμὶ σαόφρονος, ἣ ῥα πύλῃσιν
Εχρίμψ' ὐρανίαις, πρὶν βιότοιο λυθῇ.

5. Nonnæ tumulus pudicæ, quæ ad fores
Appulit cæleſtes, antequam vita ſoluta eſſet.

Δακρύετε θνητὺς θνητῶν γένος· εἰ δέ τις ὕτως
Ως Νόνν' εὐχομένη κάτθανεν, ὐ δακρύω.

6. Reliquos mortales deflete, mortalium genus: ego vero, ſi quis,
Ut Nonna, orans objit, non defleo.

Aliquid ſimile huic habet Ennianum Epitaphium.
Nemo me lacrymis decoret, nec funera fletu
Faxit. Cur? volito vivu' per ora virum.

Νόννης ἀζόμενος ἁγνὸν βίον, ἄζεο μᾶλλον
Καὶ τέλ☉. Εν νηῷ κάτθανεν εὐχομένη.

7. Nonnæ venerans caſtam vitam, venerare magis
Et obitum. In Templo mortua eſt orans.

Ενθα ποτ' εὐχομένη πρίωνὴς θάνε Νόννα φαεινή.
Νῦν δ' ἄρ ἐν εὐσεβέων λίσσεται ἱσαμένη.

8. Heic quondam orans prona occubuit Nonna illuſtris:
B Nunc autem inter pios ſtans precatur.

Στήλη σοι θανάτυ μελιηδέ☉ ἥδε τράπεζα,
Νόννα, παρ' ᾗ ἐλύθης εὐχομένη πύματα.

9. Cippus tibi mellitæ mortis hæc Menſa,
O Nonna, juxta quam exſoluta es poſtremum orans.

Παρ' ᾗ ἐλύθης. In Regio Cod. legebatur παρ' ἧς λύθης εὐχομένης. Germanam lectionem reſtituit Boivinius, ſenſu verborum poſcente. Pro πύματα habet Cod. Medic. πυμάτων.

ΜΙκρὸν ἔτι ψυχῆς ἦν τὸ πνέον· ἀλλ' ἄρα καὶ τὸ
Νόνν' ἀπέδωκε Θεῷ ἔνθα ποτ' εὐχομένη.

10. EXiguus reſtabat animæ ſpiritus; ſed & illum
Nonna Deo reddidit, heic olim orans.

Πέμψατε ἐκ νηῦ θεοειδέα Νόνναν ἅπαντες,
Πέρσβειραν μεγάλην πέμψατ' ἀειρομένην.

11. Proſequimi e Templo divinam Nonnam omnes,
C Patronam magnam proſequimini ſurſum ſublatam.

Εκ με Θεὸς καθαροῖο πρὸς ὐρανὸν ἥρπασε νηῦ
Νόνναν ἐπειγομένην ὐρανίοις πελάσαι.

12. Me Deus e puro ad Cælum rapuit Templo
Nonnam properantem ad cæleſtes accedere.

Νόνν' ἀπανισαμένη νηῦ μεγάλυ τόδ' ἔειπεν·
Τῶν πολλῶν καμάτων μείζονα μισθὸν ἔχω.

13. Nonna ſurſum ſublata e Templo magno, hoc dixit:
Multis laboribus majorem mercedem habeo.

Νόννα φίλης εὐχῆς ἱερήϊον ἐνθάδε κεῖται.
Νόννα ποτ' εὐχομένη τῦδ' ἐλύθη βιότυ.

14. Nonna, ſuæ precis victima, heic jacet.
Nonna quondam orans ex hac vita evaſit.

Videlicet Nonna, quæ ſemetipſam per continuatas preces victimam Deo obtulit, hoc in tumulo ſita eſt. Vide Carmen CX. Pro τῦδ' ἐλύθη Cod. Medic. legit τῦδε λύθη, quod ποιητικώτερον.

ΕΚ νηῦ μεγάλοιο θύος μέγα Νόνν' ἀπανέστη.
Νηῷ Νόνν' ἐλύθη. χαίρετε εὐσεβέες.

D 15. E Templo magno, victima magna, Nonna ſurſum ſublata eſt.
In Templo Nonna ſoluta eſt. Gaudete pii.

Ηδε τράπεζα Θεῷ θεοειδέα Νόνναν ἔπεμψεν.

16. Hæc ſacra Menſa divinam Nonnam ad Deum tranſmiſit.

Parentum mortuorum Proſopopœia. CXVII.

ΕΙη σοι βίος ἐσθλὸς ἐπ' εὐλογίαισιν ἁπάσαις.
Οσσάπαι τοκέων υἱέσι γηροκόμοις.
Καὶ κύφης βιότοιο τυχεῖν, ὁσίης τε τελευτῆς,
Οἵην ἡμετέρῳ γήραϊ δῶκεν ἄναξ.
Ηϊθέων, λογίων τε μέγα κράτος, ἠδ' ἱερήων,
Καὶ πολιῆς σκήπτων, Γρηγόρι', ἡμετέρης,

SIT tibi vita proſpera per omnes benedictiones,
Quæcumque a parentibus ſunt filiis ſenectutem colentibus.
Et commodum ſortiaris, & ſanctum vitæ finem,
Qualem ſenectuti noſtræ dedit Rex.
E Juvenum, & eruditorum ingens præſidium, & Sacerdotum,
Et canitiei noſtræ columen, o Gregori.

Gregorium filium, Poetam nempe noſtrum, alloquuntur Gregorius, ac Nonna, illius parentes, aut ſaltem S. Nonna. Hoc autem Epigramma una cum ſequenti an ſit Nazianzeno tribuendum, dubitat Cl. Boivinius. Neque immerito; ſiquidem veriſimile nequaquam videtur, virum pium, in quo cum reliquis virtutibus modeſtia certabat, ſe ipſum appellaſſe ἠϊθέων, λογίων τε μέγα κράτος, *juvenum, ac eruditorum ingens præſidium*. Animadvertendum tamen eſt, id Gregorio noſtro in more fuiſſe, ut neque ſuis parceret laudibus, modo alios loquentes induceret. In Carm. ad Vitalianum ita filii patrem alloquentes de Nazianzeno ajunt.

Γρηγορίῳ πρώτιστον ὁμωνυμίῃ τε, βίῳ τε
Συζυγέα σομάτεσσιν ἐρευγομένῳ θεότητα.

Hoc eſt:

Gregorio primum vitaque, & nomine talem,
Qui Triadem ſancto eructat firmiſſimus ore.

Supra vero in Carm. εἰς τὸν πατέρα, *in Patrem*, inquit Gregorius, parentem ſuum in ſe gratiam, ſplendoremque ſpiritus ſui transfudiſſe. Immo ita eum loquentem facit.

—————— καὶ δῶκ' ἱερῆα
Γρηγόριον καθαρῇ λαμπόμενον Τριάδι.

I. e. *Et dedi Sacerdotem Gregorium illuſtrem puræ Triadi.* Quare mirum fortaſſe heic non videbitur, ſi ſe juſtis efferat laudibus Nazianzenus, alieno uſus ore. Niſi igitur alia accedant argumenta, non deerunt qui arbitrentur, abjudicanda ipſi non eſſe gemina hæc Epigrammata.

Οσσάπαι. *Quæcumque* &c. Scholiaſtes Ambroſ. ita hæc vertit· ὅσαι γίνονται παρὰ τῶν γονέων, i. e. *quæ a parentibus præſtantur* &c.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
370.

Κύφης. *Commodum*. Mihi legere placeret κύφυ. Tunc sensus foret: ut commodam vitam sortiaris, & sanctam mortem [1].

Αναξ. *Rex*. Videlicet *Deus*, vel *Christus*. Alibi vocem hanc pro *Christo* Nazianzenus usurpat, quemadmodum & veteres pro *Jove*. Apud alios antiquos Patres per eamdem

A σωτῆρα *Salvatorem* significari videas.

Καὶ πολιῆς σκῆπτον. *Et canitiei columen*. Nos Itali communiter vernaculo sermone dicimus *Bastone della mia vecchiaja*. Similem dicendi formam habemus in Carm. de Vita sua.

Αλλο.

Ασπάσιοι χθόνα τήνδε φίλαις ὑπὸ χείρεσι παιδὸς
Εσσάμεθ' εὐσεβέες Γρηγορίου τοκέες,
Ος καὶ γῆρας ἔθηκεν ἑοῖς μόχθοισιν ἐλαφρὸν
Ημέτερον, καὶ νῦν ἀμφιέπει θυσίαις.
Αμνεε γηροκόμων καμάτων, μέγα φέρτατε παίδων,
Γρηγόρι', εὐαγέας Μάρτυσι παρθέμενος
Σοὺς τοκέας· μισθὸς δὲ μέγαν πατέρ' ἵλαον εἶναι,
Πνευματικῶν τε τυχεῖν εὐσεβέων τεκέων.

ALIUD. CXVIII.

Alacres terram hanc caris sub manibus filii
Induimus, nos pii parentes Gregorii,
Qui & senectutem reddidit suis laboribus levem
Nostram, & nunc prosequitur nos sacrificiis.
Respira a laboribus senectutem sustentantibus, filiorum præstantissime
B Gregori, pios Martyribus apponens
Parentes tuos. Merces autem, magnum Patrem propitium tibi esse,
Spiritalesque tibi obtingere pios liberos.

Gregorius, & Nonna filium Theologum alloqui pergunt. Labores ab eodem devoratos, ut parentum senectuti opem ferret, commemorant, eique Deum propitium, & gregem pium precantur. Codex Mediceus titulum hujus Carminis præfert παρὰ τῶν γονέων, h. e. *ex persona parentum*. Ibi etiam in secundo versu pro εὐσεβέες legitur εὐσεβέως.

Εσσάμεθ'. *Induimus*. Simile apud Homerum λάϊνον ἕσσο χιτῶνα, ubi *lapideam induere tunicam* idem ac lapidibus contegi, & lapidari, sicuti heic *terram induere* significat humari, terra tegi.

Θυσίαις. *Sacrificiis*. Non obscurus, ni fallor, locus, quo Christianorum preces, ac Sacrificia pro iis, *qui decesserunt in signo Fidei, & dormiunt in somno pacis*, apud veteres viguisse, probari possit. Scilicet inquiunt Gregorius, & Nonna: Filius noster ita amborum senectuti præsto semper fuit, ut eam levem nobis effecerit; nunc vero nos rebus humanis defunctos incruentis hostiis prosequitur, ac juvare pergit: καὶ νῦν ἀμφιέπει θυσίαις. Verbum ἀμφιέπειν etiam quid melius in Græco sonat, quippe *servare*, , ac *tueri* significat. Itaque, ut supra itidem animadvertimus, dum Carmen εἰς Λιβίαν, *in Liviam* commentaremur, non tantum preces, verum etiam incruentum Sacrificium pro mortuorum animabus offerebatur. Ετος τιμάς τε, καὶ μνήμας appellat Gregorius Orat. X. in funere Cæsarii *anniversarios honores, atque commemorationes*. Hæc igitur pia Christianorum in Oriente consuetudo fuit, pro mortuis tremendum offerre Sacrificium, quam tamen nostrorum temporum Novatores ab Ecclesia Dei eliminare contendunt. Quid Ecclesia Mediolanensis, & Occidentalis hac in re præstaret, sæpe S. Ambrosius monuit, sed potissimum in Epist. 39. ad Faustinum, ubi ait. *Itaque* C *non tam deplorandam, quam prosequendam orationibus* (quæ vox respondet τῷ ἀμφιέπειν Poetæ nostri) *nec mæstificandam lacrymis tuis, sed magis OBLATIONIBUS animam ejus Domino commendandam arbitror*. At de his non plura, quum de iis jam plures.

Εὐαγέας. *Pios* &c. Juxta sacros Martyrum tumulos composita fuere Gregorii, & Nonnæ ossa. Morem hunc pluribus illustrare exemplis & ego sum conatus Tom. I. Anecdot. Dissert. XVII. Alia addidi in Disquis. III. quam ad calcem Carminum Nazianzeni habebis.

Εἰς τὸν πάντων αὐτῶν τάφον.

Λᾶας ὁ μὲν γενέτην τε, καὶ υἱέα κυδήεντας
Κεύθω Γρηγορίους εἷς λίθος, ἶσα φάη,
Αμφοτέρους ἱερῆας. Ο δ' ἀπατέρειαν ἐδέγμην
Νόνναν σὺν μεγάλῳ υἱέϊ Καισαρίῳ.
Τὼς ἐδάσαντο τάφους τε, καὶ υἱέας. Η δὲ πορεία,
Πάντες ἄνω. Ζωῆς εἷς πόθος οὐρανίης.

In ipsorum omnium sepulcrum. CXIX.

Lapis unus patrem, & natum inclytos
Tego Gregorios; unus, inquam, lapis, æqualia lumina,
D Ambos Sacerdotes. Alter nobilem excepi
Nonnam cum magno filio Cæsario.
Sic partiti sunt tumulos, & liberos. Quod est ad profectionem,
Omnes sursum. Unus iis amor vitæ cælestis.

Positum est hoc Epitaphium utrique Gregorio, item Nonnæ, atque Cæsario. Si quis contendere velit, Nazianzenum & hujusce fetus auctorem fuisse, inquiat, a vero non abhorrere, Sanctum Poetam, viventem adhuc, hujusmodi versus lucubrare potuisse, usui post suam mortem futuros. Jam quippe constitutum ipsi fuerat, ut in paternum tumulum corpus suum inferretur. Sed aliis non facile persuadebit; parum enim sanctum virum decuisset in postremo versu edicere, se in cælestem patriam receptum propter pietatem suam. Duo autem tumuli heic memorantur. In altero ambo Gregorii, in altero Nonna, & Cæsarius claudebantur. Cur soror Gorgonia omittatur, ea esse videtur ratio, quod illa cum Alypio viro suo sepulta fuerit.

Κυδήεντας. *Inclytos*. Ita legere placet, potius quam κυδήεντα singulari numero, ut Codex Paris. præferebat; quippe non Theologo solum, sed & ejus patri laus illa communis erat, & consentit Scholiastes MS. dictionem illam sic interpretatus περιβοήτους, h. e. *celeberrimos*.

Ιερῆας. *Sacerdotes*. Sæpe apud antiquos ἱερεὺς Episcopum significat. Plura Nazianzenus exempla suppeditat. Neque id peculiare Græcis; nam & a veteribus Latinis *Sacerdotis* nomen solis tribuebatur Episcopis. Cujus rei do- E cumenta non pauca supersunt apud Augustinum, Paulinum, Cyprianum, Ambrosium, & alios. Vide, quæ notavi ad Nat. XIII. S. Paullini v. 568. Tom. I. Anecdot.

Τίς πρῶτος, καὶ τίς μετέπειτα ἀπῆρε.

Πρῶτος Καισάριος, ξυνὸν ἄχος. αὐτὰρ ἔπειτα
Γοργόνιον. μετέπειτα πάτηρ φίλε. καὶ μετὰ δηρὸν
Μήτηρ. ὢ λυπρὴ παλάμη, καὶ γράμματα πικρὰ
Γρηγορίου. γράψω καὶ ἐμὸν μόρον ὕστατος περ.

Quis primus, & quis postea e vivis abierit. CXX.

Primus Cæsarius, communis dolor. Ast deinde
Gorgonium. Tum postea, Pater care. Et longe post
Mater. O tristem manum, & scripturam acerbam
Gregorii! Scribam & meam mortem, ultimi licet.

Ordinem, quo parentes, frater, ac soror sublati sunt e vivis, describit Poeta. Nempe Cæsarius primus, tum Gorgonia, deinde Gregorius pater, ac tandem Nonna mater vivendi finem fecere. Posthæc ipse unus e familia sua superfuit. Salvin.

1. Jam dixerat de vita in priore disticho: nunc de obitu. Salvin.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

perstes Epitaphium sibi conscribit. Hoc autem Epigramma, cujus Nazianzenus certissimus Auctor videtur, argumento esse potest, ut eidem superius quoque Carmen tribuatur.

Ξυνὸν ἄχ☉. *Communis dolor*. Idest, quum ante alios Cæsarium Libitina rapuerit, ejus mortem communi dolore, ac luctu prosequuta est universa Gregorii familia.

Πάτερ φίλε. *Pater care*. Codex Medic. habet in nominandi casu πατὴρ φίλ☉: quæ lectio mihi magis arridet. Pro καὶ μετὰ δηρὸν habet idem Codex ἐ μετὰ δηρὸν, h. e. pro *& longe post*, sententia contraria habet *nec longe post*. Cum Mediceo consentit alter Codex Regius 2945. Si quid heic opinari fas est, præferenda est postrema hæc lectio; A non enim diu post Gregorii viri sui mortem, quæ anno, ut alibi diximus, 373. vel 374. contigit. Nonna supervixisse videtur.

Πικρά. *Acerbam*. In laudato Codice Paris. 2945. & in Mediceo pro hac voce habetur λυπρά, quæ pulchra repetitio est, vim addens sententiæ. Placet heic subjicere metricam hujus Carminis versionem eleganter a Salvinio factam.

Primus Cæsarius, communis luctus; & inde
Gorgonium; dein care pater; nec tempore longo
Post, mater. Manus o tristisque, & litera tristis!
Gregorii tandem mox fata novissima scribam,

Εἰς ἑαυτόν.

Πρῶτα μὲν δεξαμένη με Θεὸς πόρε μητρὶ φαεινῇ.
Δεύτερον ἐκ μητρὸς δῶρον ἔδεκτο φίλον.
Τὸ τρίτον αὖ θνήσκοντά με ἁγνὴ ἐσάωσε τράπεζα.
Τέτρατον ἀμφήκη μῦθον ἔδωκε λόγος.
Πέμπτον παρθενίη με φίλοις προσπτύξατ᾽ ὀνείροις.
Ἕκτον Βασιλείῳ σύμπνοα ἱρὰ φέρον.
Ἕβδομον ἐκ βυθίων με φερέσβι☉ ἥρπασε κόλπων.
Ὄγδοον αὖ νούσοις ἐξεκάθηρε χέρας.
Εἴνατον ὁπλοτέρῃ Τριάδ᾽ ἤγαγον, ὦ ἄνα, Ῥώμῃ.
Βέβλημαι δέκατον λάεσιν ἠδὲ φίλοις,

In se ipsum. CXXI.

B Primo quidem me Deus oranti concessit matri inclytæ.
Secundo a matre donum accepit gratum.
Tertio deinde morientem me sacra servavit Mensa.
Quarto ancipitem sermonem dedit Eloquentia.
Quinto Virginitas me amicis complexa est somniis.
Sexto cum Basilio concorditer sacra tuli.
Septimo e profundis me Vitæ Dator eripuit gurgitibus.
Octavo deinde morbis purificavit meas manus.
Nono Trinitatem advexi, o Rex, juniori Romæ.
Percussus sum denique lapidibus & amicis.

Εἰς ἑαυτὸν. *In se ipsum*. Ita se habet hujus Epigrammatis titulus in Regio Codice 2945. At in altero alius exhibetur, i. e. ὅσα ἐποίησέ μοι ὁ δυνατός: *quæcumque mihi fecit, qui potens est*. Quæ verba hausta videntur e Cantico *Magnificat*. Præclariora igitur vitæ suæ facinora isto in Carmine Gregorius recenset. Alterum quoque Epigramma, in quo rerum suarum Epitomen dedit, vide inter ejus Opera edita Carm. XXX. Ibi vero multa his, quæ nunc producimus, similia reperias. Quod reliquum est, quædam heic sunt præpostere dicta, quæ persuadere cuiquam possint, Nazianzenum Carminis nequaquam Auctorem fuisse. Nihilominus quum munera sibi a Deo collata versu claudere Gregorius vellet, fortasse temporum, rerumque ordinem servare noluit, singula enumerasse contentus.

Πρῶτα. *Primo*. Non semel scriptum reliquit Poeta noster, se Nonnæ parentis precibus a Deo impetratum. Vide Carmen *de Vita sua*, & in hoc Libro Carmen LXXXIV.

Δεύτερον. *Secundo*. Idem a Gregorio alibi memoratum habes, nempe in laudato Carm. *de Vita sua*, itemque in Carm. *de rebus suis*. Eo igitur tempore pius apud Christianos fervebat usus, ut infantes a parentibus Christo sacrarentur, quemadmodum & in Notis ad S. Paulini Natalem XIII. v. 262. Tom. I. Anecdot. antea notaveram. Ibi de Asterio ita loquitur Latinus Poeta:

Quem simul unanimes vera pietate parentes
Infantem Christo constituere sacrum.

Reliqua illinc pete.

Τὸ τρίτον. *Tertio*. Quod heic narrat Gregorius, vix alibi scriptum invenias. In Carm. quidem *de rebus suis*, se olim faucium morbo laborasse tradit, ita ut pene suffocatus fuisset, ni præsto sibi advenisset petita e Cælo medicina. Febri etiam ardentissima correptum, atque ope divina liberatum se, eodem in Carm. refert. Verum quomodo moriens a sacra Mensa, videlicet ab incruenta Altaris hostia, servatus fuerit, nusquam scriptum reperio.

Μὲ ἁγνὴ ἐσάωσε. Ita Codices Regius, & Mediceus. In altero Codice Regio non satis recte ad versus rationem legitur [1] μ᾽ ἁγνὰ σάωσε.

Τέτρατον. *Quarto*. Literarum studiis, ac disciplinis melioribus operam se dedisse Gregorius heic narrat. Contigit hoc Athenis.

Ἀμφήκη. *Ancipiti*. Scholiastes MS. ita hanc vocem interpretatur ἑκατέρωθεν ἠκονημένον, h. e. *utrinque acutum*. Doctissimus vero Boivinius *ancipitem* explicat, i. e. instar ancipitis gladii secantem quæstiones difficiles. Vel ἀμφήκη μῦθον appellat eloquentiam sacram, & profanam, quibus Poeta noster imbutus erat. λόγ☉ vero, qui in eodem versu occurrit, non *Eloquentiam* tantum, sed etiam *Verbum*, videlicet *Christum*, significare potest.

Πέμπτον. *Quinto*. Auctor est idem Gregorius in Carm. *de animæ suæ calamitatibus*, sibi dormienti cæleste somnium obtigisse. Nempe ejus oculis duæ Virgines objectæ sunt, quarum una Castitas, altera Temperantia appellabantur. Utraque Gregorii animum ad virtutum studia, ac Pudicitiæ potissimum, incendit; mox in auras evanuit. Huc respicere nostrum Poetam arbitror.

Ἕκτον Βασιλείῳ. *Sexto cum Basilio* &c. Cod. Medic. habet C Βασιλέῳ. Quanta inter Nazianzenum, & Basilium Magnum intercederet necessitudo, atque intimi amoris communio Athenis nata, ubi simul disciplinis liberalibus vacaverant, pauci nesciunt. Hac, ut arbitror, de caussa Basilium *Nazianzeni fratrem* interdum appellavit Erasmus, alioqui peccaturus; non enim Nazianzenus, sed Nyssenus Basilii frater fuit. Significatur heic, eodem tempore Gregorium nostrum, ac Basilium in Presbyterorum ordinem adscriptos fuisse: quod ex aliis Nazianzeni scriptis manifestius discas.

Σύμπνοα. *Concorditer*. Scholiastes Ambrosianus ita hæc verba explicat: σύμπνους ἐγενόμην, καὶ τὴν αὐτὴν ἐπλούτησα γνώμην Βασιλείῳ τῷ ἱερῷ. Pro τῷ ἱερῷ legendum fortasse τὰ ἱερὰ, id est κατὰ τὰ ἱερά. Hæc autem Latine ita sonant. *Concors factus sum, eamdemque cum Basilio sacro vitæ institutionem suscepi.*

Ἕβδομον. *Septimo*. Non uno in loco narravit Gregorius, D quam sæva tempestate in mari vexatus fuerit, dum Athenas studiorum caussa peteret. Periculo præsenti divinum præsidium præsto fuit, quare is Rhodum appellens totum se Deo arctius sacravit.

Ὄγδοον. *Octavo*. Pro ἐξεκάθηρε Codex Medic. habet ἐξεκάθηρα. Inquit autem Poeta, manus suas per morbum a Deo immissum purificatas fuisse [2]; sive, se ipsum purificasse manus suas. Quid innuere velit, me ignorare liberaliter fateor; non enim quid simile in reliquis illius scriptis animadverti.

Εἴνατον. *Nono*. Constantinopolim, quam *Romam juniorem* appellat, ingressus Gregorius, ita illam ab Hæreticis occupatam reperiit, ut nullum Orthodoxis Templum præter S. Anastasiæ pateret. Hinc Ariani, illinc Macedoniani, aliæque teterrimæ pestes veram ab Urbe Regia Fidem pene exsulare coegerant. Quum vero Gregorii nostri prædicatione factum fuerit, ut Catholica Religio ibi restitueretur, merito nunc ait, se Trinitatem, scilicet germanam de E Trinitate sententiam, in Constantinopolim intulisse.

Ἤγαγον. *Advexi*. Ita legitur in Paris. Cod. 2995. jure potiori, quam ἤγαγεν, quod habetur in altero Codice. Heic enim retinenda prima persona. Scholiastes MS. τὴν Τριάδα φέρων παρέδωκα τῇ νεωτέρᾳ Ῥώμῃ. *Trinitatem ferens Romæ juniori exposui.*

Βέβλημαι. *Percussus sum*. Ab eodem Scholiaste hæc ita explicantur. δέκατον βέβλημαι λίθοις, βέβλημαι δὲ καὶ φίλοις. *Decimo percussus sum lapidibus, percussus sum vero & ab amicis*. In Carm. *de Vita sua* post quam Gregorius se Constantinopolim advenisse narravit, quanta invidia, quantoque Hæreticorum odio fuerit exceptus, describit. Tum addit:

Λίθους παρήσω τὴν ἐμὴν πανδαισίαν.
Imbres taceo saxeos, epulas meas.

Hæc eadem repetit in Orat. ad 150. Episcopos, & in alia concione Arianos alloquens.

1. Forte, μ᾽ ἁγνὰ ἐσάωσε. SALVIN.

2. Pœna, purgatio: forte chiragram intelligit. ID.

A

Ἑλλὰς ἐμὴ, νεότης τε φίλη, καὶ ὅσσα πεπάσμην,
Καὶ δέμας, ὡς Χριστῷ εἴξατε προφρονέως.
Εἰ δ' ἱερῆα φίλον με Θεῷ θέτο μητέρος εὐχὴ,
Καὶ πατρὸς παλάμη· τίς φθόνος; ἀλλὰ μάκαρ
Σοῖς με Χριστὲ χοροῖσι δέχου, καὶ κῦδος ὀπάζοις
Υἱέϊ Γρηγορίου σῷ λάτρει Γρηγορίῳ.

De se ipso. CXXII.

GRæcia mea, & juventus cara, & quæcumque possedi,
Et corpus, ut Christo cessistis alacriter!
Quod si Sacerdotem carum me Deo statuit matris supplicatio,
Et patris manus: ecqua invidia? At o beate
Tuis me Christe Choris accipe, & gloriam præsta
Filio Gregorii servo tuo Gregorio.

Invidos suos alloqui Gregorius videtur, qui se de Cathedra Constantinopolitana deturbaverant. Tum ad Christum Regem Regum se convertit, atque ut mortem sibi mature largiatur, gloriamque cælestem donet, precatur.

B

Ἄλλο.

Γρηγορίου Νόννης τε φίλον τέκος ἐνθάδε κεῖται,
Τῆς ἱερῆς Τριάδος Γρηγόριος θεράπων,
Καὶ σοφίῃ σοφίης δεδραγμένος, ἠΐθεός τε
Οἶον πλοῦτον ἔχων ἐλπίδ' ἐπουρανίην.

ALIUD. CXXIII.

GRegorii, Nonnæque carus filius heic jacet,
Sacræ Triadis Gregorius famulus,
Et qui sapientia sapientiam apprehendit, & adolescens
Solas divitias habens spem cælestem

Non esse Gregorio nostro Epigramma hoc adscribendum, & ego valde suspicor, immo pæne certum habeo; non enim mihi videtur simile esse veri, Nazianzenum has sibi tribuisse laudes, quamquam a vero non abhorreat, ipsum sibimet parasse Epitaphium suum. Me confirmat in ista sententia Epigramma sequens, quod alium certe a Nazianzeno Auctorem habet. Si pro ἐνθάδε κεῖται scribere placeret ἐνθάδ' ἔθηκε, ita versus foret vertendus: *Gregorium, & Nonnam carus filius composuit heic* &c. & haberemus Epitaphium parentibus suis a Gregorio factum. Sed præterquam quod emendatio temeritatem saperet, credibile non est, Nazianzenum, dimissis laudibus parentum, unice postea in sua excurisse.

Ἠΐθεος. *Adolescens*. Ita quidem verti; sed ut commodus sensus fluat, præstat vertere *innuptus*, *virgo*, seu ut melius dicam, *cælebs*: quæ omnia hoc vocabulo significari possunt.

Οἶον. *Solas* &c. Idest, qui omnem suam felicitatem collocavit in spe Regni cælestis. Poterat & scribi per accentum asperum, ut admirantis specie innueret Poeta, qualis, quantaque beatitas Gregorio contigerit in Cælis.

C

Ἄλλο.

Τυτθὸν ἔτι ζώεσκες ἐπὶ χθονί· πάντα δὲ Χριστῷ
Δῶκας ἑκών, σὺν τοῖς καὶ πτερόεντα λόγον.
Νῦν δ' ἱερῆα μέγαν σε, καὶ οὐρανίοιο χορείης
Οὐρανὸς ἐντὸς ἔχει, κύδιμε Γρηγόριε.

ALIUD. CXXIV.

PAulisper vixisti in terra. Omnia autem Christo
Obtulisti, & cum his volucre eloquium.
Nunc autem Sacerdotem magnum te, & intra cælestem
Choream Cælum habet, inclyte Gregori.

Est Epitaphium Nazianzeni, simile superiori, atque ab alio, ut veri videtur simillimum, quam ab ipso Nazianzeno compositum.

Μέγαν σε. Ita in Regio Codice 2945. In altero pronomen σὲ desideratur.

Πτερόεντα λόγον. *Volucre eloquium*. Idest, rapidum, torrens, aut quid simile. Significat, Nazianzenum divinis rebus enarrandis consecrasse eloquentiam suam.

D

Ἄλλο.

Ἐκ με βρέφους ἐκάλεσσε Θεὸς νυχίοισιν ὀνείροις.
Ἤλυθον ἐς σοφίης πείρατα. σάρκα λόγῳ
Ἥγνισα, καὶ κραδίην. κόσμου φλόγα γυμνὸς ἄλυξα
Ἔστην συνααρὼν Γρηγορίῳ γενέτῃ.

ALIUD. CXXV.

A Puero me vocavit Deus nocturnis somniis.
Perveni ad sapientiæ metas. Carnem verbo
Purificavi, & cor. Mundi flammam nudus effugi.
Steti Coadjutor cum Gregorio genitore.

De hoc etiam Carmine dictum velim, quod de duobus superioribus, quamquam heic repetantur, quæ in aliis certe suis versibus non semel de se ipso Nazianzenus cecinit.

Ἔστην συνααρών. *Steti Coadjutor*. Sejunctis vocibus legitur in Regio Codice σὺν Ἀαρών, Codex Medic. habet ἔστην σὺν Ἀαρών. Placuit autem *Coadjutoris* vocabulo uti ad explicandum illud *Co-Aaron*, quod est in Græco. Vocem *Aaron* pro Pontifice sæpe usurpavit noster. Quum ejus pater Gregorius, jam grandævus muneri Episcopali satis non posset facere, filio Theologo, quem Presbyterum constituerat, Ecclesiæ Nazianzenæ curam commendavit. Præ animi demissione onus iste refugiebat, vincique tandem vix potuit, ut parenti morem gereret. Hinc, ut ita dicam, *Coadjutor*, seu *Co-Aaron*, & *Vicarius parentis est factus. Vide ejus Vitam a Gregorio Presbytero conscriptam, & ipsum Nazianzenum multis in locis.

E

Ἄλλο.

Πατρὸς ἐγὼ ζαθέοιο καὶ οὔνομα, καὶ θρόνον ἔσχον,
Καὶ τάφον. ἀλλὰ φίλος μνώεο Γρηγορίου,
Γρηγορίου, τὸν μητρὶ θεόσδοτον ὤπασε Χριστός.
Φάσμασιν ἐννυχίοις δῶκεν ἔρον σοφίης.

ALIUD. CXXVI.

PAtris ego inclyti & nomen, & thronum habui,
Et tumulum. Tu, amice, memento Gregorii,
Gregorii, quem Matri divino munere concessit Christus.
Nocturnis visis tradidit amorem sapientiæ.

Codex Regius 2945. hoc Epigramma cum superiore conjungit, Scholiastes vero Ambrosianus disjungit. Heic nihil habetur, quod Nazianzenum dedeceat, si ipsum Carminis Auctorem velimus. Imo quum nulla fiat mentio Throni Constantinopolitani, Gregorium ipsum suspicari quis potest Auctorem.

Θρόνον. *Thronum*. Hoc est: eamdem Nazianzenam Ecclesiam rexi. His autem verbis significari videtur, Gregorium nostrum ejusdem Ecclesiæ Episcopum olim fuisse. Hoc idem arbitrati sunt S. Hieronymus, Rufinus, Socrates, Sozomenus, atque alii non pauci, ut supra adnotavimus ad Carmen LXXX. *in Patrem*. Verum Emin. Ba-

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

ronius in Vita ejusdem Theologi, edita Tomo II. Maji a Cl. P. Papebrochio, cap. 9. luculente ostendit, numquam Gregorium nostrum Ecclesiæ Nazianzenæ revera ut Episcopum præfuisse, sed ut *Coadjutorem*, seu *Vicarium*: quod & in Epigrammate superiori vidimus. Certe omnem hac de re dubitandi caussam tollit illud, quod ipse ad Gregorium Nyssenum Epist. 42. scribit. Audiamus. Πᾶσι, inquit, δῆλον, ὅτι μὴ Ναζιανζῦ, Σασίμων δὲ προεβλήθημεν, εἰ καὶ πρὸς ὀλίγον αἰδοῖ τῦ πατρὸς, καὶ τῶν ἱκετευσάντων, ὡς ξένοι τὴν προστασίαν κατεδεξάμεθα. H. e. *Inter omnes constat, me non Nazianzi, sed Sasimorum Antistitem creatum fuisse, tametsi in patris reverentiam, & eorum, qui supplices hoc a me contenderunt, ac per breve tempus, præfecturam quasi hospites suscepimus*. Alia sunt hujus veritatis argumenta,

A quibus pateat, non Ecclesiæ Nazianzenæ Antistitem, sed patris sui Episcopi vices tantummodo Gregorium gessisse. Itaque mitius vox illa θρόνον *thronum*, accipienda est, ut id significet, quod reipsa Gregorius egit, nempe Ecclesiam illam ab ipso quidem, non Episcopo constituto, sed Vicario administratam fuisse.

Ωπασε &c. Ut posui, ita legitur in Regio Codice 2945. & in Mediceo. Aliter interpungitur in altero Codice Regio, videlicet:

— — — — ὤπασε Χριςός.
Φάσμασιν ἐννυχίοις· δῶκε δ' ἔρον σοφίης.

Certe aliqua particula conjunctiva in priori lectione desiderari videtur.

Εἰς Ναυκράτιον τὸν ἀδελφὸν τῦ μεγάλυ Βασιλείυ.

ΙΧθυβόλον ποτ' ἔλυε λίνον βυθίης ἀπὸ πέτρης
  Ναυκράτιος, δίναις ἐν ποταμῦ βρύχιος,
Καὶ τὸ μὲν ὐκ ἀνέλυσεν, ὁ δ' ἔχετο. πῶς ἁλιῆα
  Εἴρυσεν ἀνθ' ἁλίης δίκτυον, εἰπὲ λόγε.
Ναυκράτιον, καθαροῖο βίυ νόμον, ὥσπερ ἐΐσκω,
  Καὶ χάριν ἑλκέμεναι καὶ μόρον ἐξ ὑδάτων.

In Naucratium Magni Basilii fratrem. CXXVII.

B PIscatorium rete dum profundo e scopulo solvere
  Naucratius vellet, in aquarum vorticibus mersus
Et rete non expediit, & ipse est captus. Quomodo
  Pro piscatione piscatorem rete traxit, dic sermo.
Naucratius, puræ vitæ norma, uti conjicio,
  Tum beneficium, tum mortem ab aquis traxit.

Adhuc do Carmina e Regiæ Parisiensis Bibliothecæ Codicibus depromta. Hæc autem habentur in Cod. 2945. Priores quatuor versus specie interrogantis efferuntur; reliqui duo respondentis. Illos ita Latine reddidit V. Cl. Boivinius.

Retia Naucratius scopulis hærentia dum vult
  Solvere, flumineis dum caput abdit aquis,
Nec fila expedit, neque se. Deus optime, quei fit,
  Ut dominum illæso retia pisce trahant?

Ad argumentum Epigrammatis veniamus. Vitæ sanctitas, C quæ totam Nazianzeni familiam non tantum posteris commendavit, sed illustrem, beatamque Cælis reddidit, Basilii quoque Magni domum ingressa, fecit, ut virtutes una cum sanguine propagari posse viderentur. Et sane dixisses, Virtutem duas hasce familias elegisse, ut Cappadociam sanctissimis animabus, Orientem vero optimis Episcopis impleret. Basilius Magnus Cæsareæ, Gregorius Nyssæ, & Petrus Sebastes, Episcopi omnes, fratresque germani fuere, eosque Cælitum Fastis Ecclesia Christi addidit. Horum parentes Basilius, ac Emmelia in Martyrologio Romano die 30 Maii coluntur. Paterna quoque Basilii Magni avia, Macrina nomine, mulier sanctissima, eidem Martyrologio inscripta, die 14. Januarii honoratur. Accessere ejusdem Basilii magni sorores duæ, prima quarum Macrina, eximiis laudibus a S. Gregorio Nysseno fratre commendata, die 19. Julii in Ecclesia Catholica quotannis colitur. Ut autem & de Naucratio loquar, fuit is quoque Magni Basilii frater, ad eamdem fortasse nominis, ac sanctitatis gloriam perventurus, nisi immature, hoc est in ætatis flore vivis ereptus fuisset. Quum enim retia piscibus posuisset, eaque latentibus implicita scopulis liberare vellet, in altum gurgitem delapsus, ac mersus, vivere desiit. Nunc audiamus, quid de illo ferat Gregorius Nyssenus frater in Vita S. Macrinæ Virginis, quæ apud Surium die 19. Julii legitur. *Ex quatuor*, inquit, *fratribus, qui secundum Basilium natu maximus, vocabatur Naucratius, juvenis eximius, tum ingenii, tum corporis dotibus præditus*. Inde narrare pergit, illum vix duos, & viginti annos natum, mundi curis valedixisse, atque ad solitariam, inopemque vitam juxta fluvium Irim in Pontica Provincia

se contulisse, ut ibi Deo, sibique vacaret. Quibus enarratis, hæc addit: *Quum in ea solitudine quintum annum exegisset, repente adolescens vitæ eripitur, non morbo aliquo, aut solita ulla ratione, immatura morte sublatus. Sed quum ad venationem profectus esset, qua industria senio confectis illis* (nempe Monachis, quibuscum solitariam vitam agebat) *victui suppeditabat necessaria, mortuus domum reportatur*. Nemo erit, qui in ipsa venatione, aut a fera aliqua bellua interfectum, aut ex aliqua rupe delapsum, his auditis non arbitretur Naucratium. Verum nunc Nazianzenus nos docet, quo mortis genere, quove infortunio ereptus fuerit pius ille adolescens. Quin ego in suspicionem adducor, non bene a Francisco Zino, qui S. Macrinæ Vitam in Latinum sermonem convertit, Græca verba reddita fuisse. Fortasse verbum ἀγρεύειν usurpavit Nyssenus, quo non *venari* tantum, sed etiam *piscari* significant Græci. Interpres vero priorem sine culpa significationem retinuit, veriore relicta. Reliqua de Naucratio pete e laudato Nysseni Opusculo.

Πότ' ἔλυε. Codex Medic. habet πότ' ἔλυσε, rectius fortasse, nam sequitur ἀνέλυσεν.

Καθαροῖο βίυ. *Vitæ puræ* &c. Cum iis, quæ de Naucratio Nyssenus tradit in S. Macrinæ Vita, ista plane consentiunt. Ut enim is auctor est, *Duplici studio recte vitam instituerat, ut & labore fervorem ætatis extingueret, & obsequendo matri via ad Deum per divina mandata contenderet*. En puram Naucratii vitam brevibus designa- D tam. Apertius tamen verbo unico illam pingit Philostorgius, Arianus alioqui Sæculi a Christo nato quinti Historiarum scriptor, apud Suidam verbo Βασίλειος, ubi hæc ait: Ὁ μέγας Βασίλειος ἀδελφὰς ἔσχε δ'. τούτε Γρηγόριον τὸν Νύσσης Ἐπίσκοπον, καὶ Πέτρον καὶ αὐτὸν Ἐπίσκοπον, καὶ ἑτέρυς δύο μονάσαντας. H. e. *Basilius Magnus quatuor sortitus est fratres, Gregorium nempe Nyssenum Episcopum, & Petrum itidem Episcopum, & alios duos Monasticam vitam professos*. Naucratium Monachum fuisse, Nicephorus etiam lib. 11. cap. 19. affirmavit.

Ἑλκέμεναι. *Trahere*. Ita legendum putat Cl. Boivinius, quum in Cod. MS. habeatur ἐλθέμεναι. Hanc tamen postremam lectionem exhibet etiam Codex Mediceus.

Ἄλλο.

ΝΑυκράτιος ςροφάλιγγι θάνε φθονερῦ ποταμοῖο, E
  Δεσμοῖσιν βυθίης ἄρκυος ἐνσχόμενος.
Ὡς κε μάθῃς, σὺ θνητὰ τὰ παίγνια τῦδε βίοιο,
  Ἔνθεν ἀνήρπασθη πῶλος ὅδ' ἄκρα θέων.

ALIUD. CXXVIII.

NAucratius objit vortice invidi fluvii implicitus,
  Et vinculis demersi retis captus.
Ut tu discas, caducas esse delicias hujus vitæ,
  Ex qua sublatus est pullus hic velox.

Ἄλλο.

ΝΑυκράτιος πλεκτοῖο λίνυ δεσμοῖσιν ἐλυσθεὶς,
  Δεσμῶν τῦδε βίυ ἐξ ἁλίης ἐλύθη.

ALIUD. CXXIX.

NAucratius torti lini vinculis involutus
  Dum piscium prædæ inhiat, e vinclis hujus
    vitæ abiit.

Idem ex versione Boivinii.

IMplicitum sub aquas quem linea vincla trahebant,
  Corporis abrupit vincula Naucratius.

A

Εἰς Ἐμμελίαν τὴν μητέρα τοῦ μεγάλου Βασιλείου.

Ἐμμέλιον τέθνηκε. τίς ἔφρασεν; ἥ γε τοσούτων
Καὶ τοίων τεκέων δῶκε φάος βιότῳ,
Υἱέας, ἠδὲ θύγατρας ὁμόζυγας ἀζυγέας τε,
Εὔπαις καὶ πολύπαις ἥδε μόνη μερόπων.
Τρεῖς μὲν τῆσδ' ἱερῆες ἀγακλέες. ἡ δ' ἱερῆος
Σύζυγος. Οἱ δὲ πέλας ὡς στρατὸς οὐρανίων.
Θάμβος ἔχει μ' ὁρόωντα τόσον γόνον Ἐμμελίοιο,
Καὶ τοῖον, μεγάλης νηδύος ὄλβον ὅλον.
Ὡς δ' αὐτὴν φρασάμην Χριστῦ κτέαρ, εὐσεβὲς αἷμα
B Ἐμμέλιον, τοδ' ἔφην οὐ μέγα· ῥίζα τόση.
Τοῦτό σοι εὐσεβίης ἱερὸν γέρας, ὦ παναρίστη,
Τιμὴ σῶν τεκέων, οἷς πόθον εἶχες ἕνα.

In Emmeliam matrem Magni Basilii. CXXX.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

Obiit Emmelium (Quis dixisset?) illa, quæ tot
Ac talium natorum dedit orbi jubar,
Filios & filias nuptas, innuptasque,
Sola hæc mortalium fecunda simul, & felix.
Tres quidem huic Sacerdotes celebres. Atque ipsa Sacerdotis
Uxor. Affines vero velut cælestium exercitus.
Me stupor habet, ubi tantam Emmelii sobolem cerno,
Ac talem, gloriosi uteri integram opulentiam.
Ut vero ipsam appellavi Christi possessionem, pium sanguinem
Emmelium, hoc dixi haud magnum: tanta est radix.
Hoc tibi sit pietatis præmium, o quam optima,
Filiorum honor, quibuscum unum desiderium habuisti.

Sanctæ hujus mulieris mentionem supra fecimus, ejusque memoriam in Martyrologio Romano die 30. Maii recoli animadvertimus. In Orat. XX. quæ est *in S. Basilium*, illam Nazianzenus encomiis multis, pluribus vero Gregorius Nyssenus ejus filius in Vita S. Macrinæ exornant. Cl. Papebrochio, ut in reliquis, ita & heic multum debemus, quippe Tomo VII. Maii præclarissimæ hujus feminæ res gestas consueta eruditione, ac diligentia literis mandavit. Nos singula persequemur, quæ heic animadversione digna videbuntur.

Ἐμμέλιον. *Emmelium*. Ita Emmeliæ nomen in versu posuit Nazianzenus, nempe suæ gentis ac Latinorum exempla sequutus, quibus *Glycerium* [1], *Melanium*, *Sophronium*, ac hujusmodi nomina feminini generis usurpantur terminatione neutra. Infra etiam nobis occurret Θεοσέβιον, *Theosebium*, pro *Theosebia*. Vide quæ adnotavi ad Carmen *in Gorgonium*, quam alii *Gorgoniam* appellant. Titulus autem hujus Carminis præfert Ἐμμελίαν, *Emmeliam*. An satis ad mentem Poetæ, nescio, quum in reliquis locis non Ἐμμελία, sed Ἐμμέλιον dicatur. Certe in Cod. Medic. titulus ita se habet: εἰς Ἐμμέλιον μητέρα Βασιλείου, *in Emmelium Basilii matrem*.

Τεκέων. *Natorum*. In MS. Codice τοκέων, *parentum*, vitio apertissimo scriptum est. Quare emendavi.

Θύγατρας. *Filias*. Liberos decem luci dedit S. Emmelia. Ex iis masculos quinque novimus, nempe S. Basilium Magnum, Naucratium, S. Gregorium Nyssenum, & S. Petrum Sebastenum Episcopum, hoc ordine natos. Quinti nomen a Philostorgio, ut supra vidimus, memorati, & Monasticam vitam professi, nobis latet. Una dumtaxat soror istorum comperta nobis est, videlicet S. Macrina. Reliquarum nomen nulla monimenta, quod sciam, nos docent. Non duas autem, ut Possevinus in Apparatu sacro censuit, sed plures illas fuisse, certissimum arbitror. Quippe *filias* Emmeliæ *nuptas*, *innuptasque* non heic solum, sed etiam in Oratione XX. de laudibus S. Basilii, Nazianzenus memorat, sanctamque Basilii senioris, ac Emmeliæ familiam veluti omnium felicissimam extollens, hæc ait: δηλοῖ δὲ ὁ μακάριστος τῶν ἱερέων, καὶ τῶν παρθένων ἀριθμὸς, καὶ τῶν ἐν γάμῳ. *Quod quidem liquido demonstrat ille felicitatis nomine prædicandus Sacerdotum, & Virginum numerus, atque earum, quæ matrimonio se addixerunt*. Ut igitur etiam opinatur doctissimus Papebrochius, quamquam unius Macrinæ nomen nobis sit cognitum, alias tamen Emmeliæ filias exstitisse constat, quarum quædam virginitatem amplexæ Christo se dicarint, aliæ nuptiis sese obligarint. Non affirmarem tamen, tres nuptui datas, tres vero virginitatem servasse, quod existimare videtur Papebrochius. Si enim decem tantum liberos Emmelia genuit, ut certissimum ponitur, sique masculi quinque fuere, ut supra Philostorgius nos docuit, superest, ut totidem etiam fuerint Basilii M. sorores. Vide quæ infra notavi ad Carmen *in Theosebiam*.

Εὔπαις. In laudata Orat. XX. Nazianzenus Basilii Magni parentes πολύπαιδας, καὶ καλλίπαιδας appellat, h. e. *qui simul & multos, & probos, seu honestos filios habebant*. Idem heic repetit.

Ἱερῆες. *Sacerdotes*. Nempe, ut supra commemoravimus, Basilius Magnus Cæsareæ, Gregorius Nyssæ, ac Petrus Sebastes Episcopi. At non deerunt, qui vocem Ἱερῆες hoc in loco non pro *Episcopis*, ut ego, sed pro *Presbyteris* accipiant; verisimile quippe est, tempore illo, quo Emmelia vitam cum morte mutavit, nondum Episcopatus insignia Petro fuisse collata. Ut ad diem 30. Maii arbitratur Papebrochius, S. Emmelia Anno 372. ex humanis abiit. At Petrus Cathedram Sebastenam ne anno quidem 381. fortasse obtinuerat, quemadmodum in ejus Vita Bollandus, & Henschenius Tom. I. Januar. ad diem 9. suspicantur, levibus quidem argumentis nixi, sed non improbabili conjectura. Longe igitur post Emmeliæ parentis obitum, si vera hæc forent, S. Petro Episcopalis dignitas obtigisset. Verum, perspectis omnibus, nihil obstare video, quin anno etiam 372. Petrus Episcoporum numero adscriptus foret. Quæstionem altius explorare nunc non juvat. Nunc dicere satis est, Sacerdotio saltem donatum fuisse Petrum, antequam mater e vivis discederet; nam anno eodem, quo S. Basilius Episcopatum obtinuit, videlicet A. C. 370. Petrum quoque suum fratrem inter
C Presbyteros cooptavit. Hoc e S. Macrinæ Vita discimus. Quod si Græcum ejusdem Vitæ exemplar nobis esset, fortasse non *Presbyteratu* solum, sed *Episcopatu* etiam a Basilio fratre donatum fuisse Petrum intelligeremus. Ibi fortasse legitur ἱερᾶσθαι, aut ἱερατεία, aut ἱερατεῖον, quibus vocibus non *Presbyteratus* tantummodo, ut dicebamus, sed etiam *Episcopatus* significatur. Fortasse vero ex hoc Epigrammate discas, longe antequam opinentur doctissimi illi Scriptores, Episcopatum Petri cœpisse, nisi dicatur multis post Emmeliæ mortem annis idem Epigramma a Nazianzeno elucubratum.

Ἡ δ' ἱερῆος. *Atque ipsa Sacerdotis* &c. Basilium Basilii Magni patrem, ac Emmeliæ virum, postquam plures annos in carnis communione cum uxore egisset, Episcopali munere auctum fuisse, tradiderant quidem Possevinus in Apparatu sacro v. *Basilius*, Labbeus de Scriptor. Eccles. in Addend. ad Tom. I. aliique eruditi; nullo tamen hu-
D cusque firmo documento sententiam hujusmodi tutabantur. Quamobrem Guilielmus Cave in Hist. Literat. de Scriptor. Eccles. illis subscribere omnino recusavit. At nunc certa veritati hujus fundamenta tenes, appellante Nazianzeno Emmeliam τοῦ ἱερῆος σύζυγον, *Sacerdotis uxorem*, Basilio nempe seniori, qui postea *Sacerdos*, seu *Episcopus* fuit, olim matrimonio conjunctam. Quod si per vocem ἱερῆος minime *Episcopatum* heic, sed *Presbyteratum* significari contendas, id tibi licet. Attamen quum alibi Episcopos, & in hoc eodem Carmine Basilium Magnum, Gregorum Nyssenum, (& fortasse etiam Petrum) ἱερῆας Nazianzenus nuncuparit, qui procul dubio *Episcopi* tunc erant, probabile nimis videtur, Basilium quoque eorum parentem per idem vocabulum Antistitem designari.

Οὐρανίων. *Cælestium*. Codex Medic. habet ἁγίων.

Οἱ πέλας. *Affines*, seu ut melius dicam, *propinqui sanguine*. Qui fuerint Emmeliæ sanguine juncti, vix discas aliunde. Significari tamen heic arbitror susceptos e filia-
E bus nepotes; quasdam enim Emmeliæ filias matrimonio se se addixisse, animadvertimus supra. Ex his fortasse nepotibus Gregorius ille fuit, cujus infra sermo erit. Neptes vero memorantur a S. Gaudentio Episcopo Brixiensi in Serm. de Dedicat. Basilicæ XL. Martyrum, ubi hæc leguntur: *In ipsa maxima Civitate Cappadociæ, quæ appellatur Cæsarea, reperimus quasdam Dei famulas, Monasterii Sanctarum Virginum dignissimas matres, prorsus Mariæ, & Marthæ consimiles, quas merito diligat Jesus, natura, fide, & studio, & castitatis integritate germanas, quibus ab avunculo suo Confessore, & Sacerdote Basilio* (en *Sacerdotem*; h. e. *Episcopum*, appellat) *olim traditæ fuerunt horum Martyrum venerandæ Reliquiæ*. Hæc ille eorum temporum Scriptor.

Φρασάμην. *Appellavi*. Pro φασάμην, quod in MS. legebatur, ita scribendum Boivinius notavit.

Οἷς πόθον εἶχες ἕνα. *Quibuscum unum desiderium habuisti*. Ita verto, subintelligens *vitæ cælestis*. Supra in Carm. CXIX. memoratur ζωῆς εἷς πόθος οὐρανίης. i. e. *Vitæ cælestis unus amor, seu unicum desiderium*.

1. Υποκοριστικὰ ἀπὸ τοῦ Γλυκέρα, Σωφρόνη. SALVIN.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

A

Εἰς Μακρίναν τὴν ἀδελφὴν τοῦ ἁγίου Βασιλείου.

Παρθένον αἰγλήεσσαν ἔχω κόνις, εἴ τιν' ἀκούεις
Μακρίναν Ἐμμελίου πρωτότοκον μεγάλης.
Ἣ πάντων ἀνδρῶν λάθεν ὄμματα, νῦν δ' ἐνὶ πάντων
Γλώσσῃ, καὶ πάντων φέρτερον εὖχος ἔχει.

In Macrinam S. Baſilii ſororem. CXXXI.

Virginem nobilem tumulus contineo, ſi quam audis
Macrinam Emmelii magnæ primogenitam.
Quæ omnium virorum oculis latuit, nunc vero in omnium
Ore fertur, & omnium optimam gloriam habet.

Sanctæ hujus Virginis laudes, quæ die 19. Julii quotannis in Martyrologio recurrunt, omittere in præſentia, quam vel breviter delineare præſtat; quippe luculenter eaſdem proſequutus eſt S. Gregorius Nyſſenus ejus frater in Epiſtola, ut titulus præfert, ad Olympium Monachum, quæ apud Surium legitur ad diem 19. Julii. Satis igitur ad operis propoſitum fuerit, ſi curſim moneamus, illam SS. Baſilii, & Emmeliæ filiam, Baſilii Magni, Gregoriique Nyſſeni ſororem fuiſſe. Inter Emmeliæ liberos prima lucem vidit: quod & aliunde noveramus. Illi a parentibus impoſitum nomen eſt Macrinæ, quum ejus avia paterna, mulier præſtantiſſima, quæ ſub Tyrannorum Regno pro Chriſti confeſſione pugnaverat, Macrina appellaretur. Anno vulgaris Epochæ 380. S. Virginis animam ad immortalem patriam e terris abiiſſe conſtat. Ejus quo-
B que mentionem fecit Nicephorus Calliſti lib. 11. cap. 19. Fecerunt & alii, quos compendii gratia prætermitto.

Εἰς Θεοσέβιον ἀδελφὴν τοῦ μεγάλου Βασιλείου.

Καὶ σύγε Θεοσέβιον κλεινῆς τέκος Ἐμμελίοιο,
Γρηγορίου μεγάλου σύζυγε ἀτρεκέως,
Ἐνθάδε τὴν ἱερὴν ὑπέδυς χθόνα, ἕρμα γυναικῶν
Εὐσεβέων, βιότου δ' ὥριος ἐξελύθης.

In Theoſebium Magni Baſilii ſororem. CXXXII.

Tu quoque, Theoſebium, inclytæ Emmelii filia,
Gregorii magni vere conjux,
Heic ſacram ſubiiſti humum, columen feminarum
Piarum; e vita vero mature exceſſiſti.

Creditum huc uſque, Theoſebiam, ſeu Theoſebium, Gregorio Magni Baſilii fratri, ac poſtea Epiſcopo Nyſſeno, fuiſſe matrimonio conjunctam; eaque in ſententia fuere Baronius in Annalibus, Henſchenius, & Papebrochius in Vita ejuſdem Nyſſeni die 9. Martii, imo reliqui Scriptores, quos ego viderim de Theoſebia ſcribentes. Singulos in hanc opinionem pertraxit una Gregorii Nazianzeni Epiſtola XCV. ubi dolorem a Nyſſeno in Theoſebiæ morte conceptum amoliri contendit. At nunc, ſi fidem habere volumus hujus Epigrammatis Auctori (qui vetuſtus quidem eſſe poteſt, alius tamen eſt a Nazianzeno) aliter ſentiendum erit. Heic enim Theoſebia Emmeliæ filia, Baſiliique ſoror dicitur, atque ideo non uxor, ſed ſoror Gregorii Nyſſeni fuerit. Præterea quum dicatur *Gregorii magni conjux*, nulluſque tum eſſet Gregorius, cui *Magni* titulus conveniret, præter Nazianzenum, atque Nyſſenum; Nyſſeni autem, ut poſuimus, Theoſebia ſoror ſit: ſupereſt ut eam Gregorio noſtro nupſiſſe dicamus. Verum cuinam facile perſuadebitur, Nazianzenum conjugio operam dediſſe, quum nullum hujuſce facti veſtigium habeatur apud Hiſtoricos tum antiquos, tum recentes, qui ejus Vitam literis mandarunt? Quin imo pluri-
D bus in locis teſtatur ipſemet vir ſanctus, impenſum ſibi ab adoleſcentia fuiſſe Virginitatis ſtudium. Quare mirabar olim quam maxime confidentiam Guilielmi Beveregii, viri alioquin eruditiſſimi, qui in Notis ad Can. V. Apoſtol. in hæc verba ſcripſit: *Et quidem poſt Nicænum Concilium Spiridionem, Gregorium Nyſſenum, ut & Nazianzenum tam patrem, quam filium Theologum, matrimonio copulatos fuiſſe, nemo in antiquitate verſatus neſcit.* Immo, ajebam tum ego, nemo in antiqitate verſatus, præter unum Beveregium, quod ſciam, adhuc affirmavit, Nazianzenum filium umquam ſe ſe matrimonio obſtrinxiſſe. Nihilominus amamus verum, & quandoquidem nobis oblatum eſt hoc Epigramma, ſuſpicari ſaltem in poſterum cogemur, Beveregii ſententia cum veritate conſentire, ac Theoſebiam Gregorii Nyſſeni ſororem, Theologi vero conjugem fuiſſe. Hujus autem Carminis fidem ſuſtinere videtur eadem illa Epiſtola XCV. Nazianzeni, quam Baronius,
E ceterique eruditi hucuſque pro contrariæ opinionis fundamento poſuere. Scilicet inquit ibi Gregorius noſter, ad Nyſſenum ſcribens: *Te admiror ob eam tolerantiam, ac philoſophiam, quam in diſceſſu beatæ, ſanctæque SORORIS veſtræ* (ſive tuæ) *adhibes*, τῆς ἁγίας ἀδελφῆς ὑμῶν, καὶ μακαρίας. Quæ verba interpretans Baronius, Theoſebiam ideo *Sororem* Nyſſeni appellatam conjicit, quod illa caſtitatem Deo voverit, ac inter Diaconiſſas egerit, viro quoque Sacerdotium, & caſtitatem amplexo. At nunc non ſpiritalem, ſed germanam *Sororem* Nyſſeni piam hanc feminam fuiſſe, ex hac etiam Epiſtola intelligeremus. Infra addit Nazianzenus: *Sed quid faciemus adverſus Dei legem ab antiquis temporibus dominantem, quæ Theoſebiam meam habet (meam enim eam voco, quæ ſecundum Deum vixit; quandoquidem ſpiritalis cognatio corpoream antecellit) Theoſebiam Eccleſiæ decus, ætatis noſtræ utilitatem* (aut potius *familiæ, ac proſapiæ noſtræ*, ſiqui-
C dem Græce ſcriptum eſt τῆς καθ' ἡμᾶς γενεᾶς) *feminarum fiduciam; Theoſebiam in tanta fratrum pulcritudine formoſiſſimam, & clariſſimam; Theoſebiam vere ſacram, & Sacerdotis conjugem, & honore parem, & magnis Myſteriis dignam.* Deinde ſingulari dolore ob ejus mortem ſe affectum Nazianzenus teſtatur, adjiciens ſibi illius memoriam numquam eſſe deponendam. Ex his igitur, nuptam quoque eidem Gregorio Theologo Theoſebiam aliquando fuiſſe, apparet. Eam autem *ſuam* Gregorius appellat, tum quod ſibi corporea cognatione adſtricta fuerit, tum multo magis quod ſecundum Deum vixerit, τὴν κατὰ Θεὸν ζήσασαν. Hoc eſt, ut explicare poſſumus, quod illa cum viro Nazianzeno caſtitatem potius, quam tori conjunctionem ſervare voluerit. Quæ ſi vera ſunt, hinc diſcimus, non diu conſtitiſſe carnis communionem inter Nazianzenum ac Theoſebiam, ſed utrumque caſtitatem jampridem elegiſſe, ut Sacerdotium ille iniret, ut inter Diaconiſſas iſta cooptaretur. Ad hæc Theoſe-
D bia dicitur *in tanta fratrum pulcritudine formoſiſſima*: quæ recte illi conveniunt, ſi Emmeliæ filiam ſtatuimus, cui quinque filii maſculi contigerant. Theoſebia vero paternam domum repetiiſſe, ſoluto matrimonio, ibique reliquum vitæ videtur egiſſe, a Nazianzeno corpore ſejuncta, animo vero ac ſpiritu conjunctior, quam ante. Poſſet etiam recenti huic opinioni ſuffragari verſus ille Theologi ita ſcribentis in Carm. IV. *de Animæ ſuæ Calamit.*

Αὐτὰρ ἔπειτα γάμοιο βαρὺν ζυγὸν ἐκτὸς ἔθηκα.
Deinde vero grave jugum matrimonii a me ſepoſui.

Nihilominus hæc ita ſe habere, affirmare pro certo non auſim. Cur enim Gregorius, qui tam ſæpe, ac tot verbis vel minuta vitæ ſuæ monimenta verſibus clauſit, hoc unum non levis momenti aut præteriſſet, aut tam jejunus commemoraſſet? Documenta quoque produci poſ-
E ſunt, quibus probetur, numquam Nazianzenum fuiſſe conjugatum, ac præcipue quod legitur in editis Carm. I.

Οὔ με γάμος δ' ἐπέδησε, βίου ῥόος &c.
Non me conjugium ligavit, vitæ fluxus.

Quum tamen & hoc, & omnia, quæ proferre liceret, æquivoca videri, & utrique ſententiæ conformari poſſint, placet in re dubia reliquis poteſtatem facere judicandi. Mihi ſit ſatis, pro certo affirmare non eſſe Gregorio noſtro hujuſmodi Epigramma tribuendum. Aut enim Theoſebia Nyſſeni conjux, non ſoror, fuit: & error palmaris in eo continetur. Aut Nazianzeno nupſit (quod ſimillimum vero arbitror;) ſeque Nazianzenus *Gregorium Magnum* numquam appellaſſet.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.



A

Εἰς Γρηγόριον.

ΓΡηγόριον μήτρως, ἱερεὺς μέγας, ἐνθάδ' ἔθηκεν,
Γρηγόριος, καθαροῖς Μάρτυσι παρθέμενος,
Ἠΐθεον, θαλέθοντα, νεόχνοον. αἱ δὲ πάροιθεν
Τῆς γηροτροφίης ἐλπίδες εἰσὶ κόνις.

In Gregorium, CXXXIII.

GRegorium avunculus, Sacerdos magnus, heic compofuit
Gregorius, juxta puros Martyres collocans
Adolefcentem, florentem, impubem. Antea vero
Conceptæ fenum alendorum fpes funt cinis.

Si Nazianzenum poftrema hæc Epigrammata Auctorem haberent, quis ifte Gregorius fuerit, nullo negotio dignofceretur. Maternus enim avunculus heic nominatus alius non effet, quam Gregorius Nyffenus, Bafilii Magni frater, qui μέγας ἱερεὺς, i. e. *magnus Sacerdos*, feu *Epifcopus* dicitur. Supra enim animadvertimus, quafdam ex hujus Sororibus legibus conjugii fe fe adftrinxiffe; ideoque ex harum una prodiiffet Gregorius ifte adolefcentulus, quem in ætatis flore fato fupremo correptum Nyffenus avunculus tumulo mandaffet, fepultum Nazianzenus elogio exornaffet. At quoniam fuperius Epigramma fecit, ut de iftius etiam Auctore dubitare debeamus, incertum eft mihi, an Nazianzeni potius, quam Nyffeni, Gregorius hic adolefcens fuerit nepos. Scilicet Gorgoniæ filius is effe potuit, atque Alypii. In Cod. Medic. hunc titulum præfert Epigramma: εἰς Γρηγόριον τῆς μητρὸς cum linea fuppofita ἀδελφόν, h. e. *in Gregorium matris fratrem*.

Παρθέμενος. *Collocans*. Juvenis Gregorii offa ab avunculo Gregorio juxta SS. Martyrum tumulos condita fuiffe, intelligimus. De hujufmodi confuetudine fuperius nonnulla adnotavi in Carmen XVII. plura vero in Differt. XVII. ad S. Paulinum Tom. I. Anecdot. Vide in B hoc eodem Libro Difquifitionem III.

Γηροτροφίης. *Senum alendorum*. H. e. in cinerem redacta eft fpes; quam Gregorii adolefcentis parentes, ac majores conceperant, fuam ab ifto nepote fenectutem aliquando alendam, aut ut melius dicam, effe fuftentandam.

In priori verfu pro ἐνθάδ' ἔθηκεν, quod legitur in Cod. Medic. habet Parifienfis ἐνθάδε ἔθηκε. In poftremo pro εἰσὶ κόνις, Cod. Medic. habet ὁ δέ. Fortaffe ἤδε.

Εἰς Μαξέντιον.

In Maxentium. CXXXIV.

Boivinio vertente.

ΑΙματος ἀγενέος γενόμην. Βασιλῆος ἐν αὐλαῖς
Ἔστην. Ὀφρὺν ἄειρα κενόφρονα. πάντα σκέδασσε
Χριστὸς ἐπεί μ' ἐκάλεσσε. βίου πολλοῖσιν ἀτραποῖς
Ἴχνος ἔρεισα πόθοιο πνεύμασιν. ἄχρις ἀνεῦρον
Τὴν σταθερήν. Χριστῷ τῆξα δέμας ἄλγεσι πολλοῖς.
Καὶ νῦν κοῦφος ἄνω Μαξέντιος ἔνθεν ἀνέπτην.

C

CLara ftirpe fatus, regalem admittor in aulam.
Grande fupercilium attollo; mox omnia Chriftus
Diffipat, errantem revocans. Veftigia flecto
Per varias incerta vias, jactantibus auris
Votorum donec Vitæ via certa reperta eft.
Ærumnis corpus variis tibi Chrifte fubegi.
Nunc levis alta fuper redeo Maxentius aftra.

Illuftri fanguine natus Maxentius ad aulam Conftantinopolitanam fe contulit, ubi fummo in honore apud Auguftos fuit. Verum fortunæ favor, & publici alicujus muneris amplitudo, ut ufu venit, fuperbum effecerant. Impotentiam hominis diu non tulit cælum. Quare ab alto dejectus, fibi vivere, meliorifque vitæ inftitutum amplecti coactus fuit. Inde Chrifto fe dicans, felicem ad mortem venit, qui antea inter felicitatis fructus computare potuerat, quod Nazianzenum amicum haberet. Hæc ab hifce verfibus difcas; nihil enim aliud in veterum monimentis de hoc non infimi fubfellii viro offendi.

Pro σκέδασσε, Cod. Medic. habet κέδασσεν. In quarto verfu ἀνεῦρον potius legendum effe cenfuerat Boivinius, quam ἂν εὗρον, uti Regius Codex præferebat. Ejus conjecturæ confentit Codex Mediceus. In utrifque vero Codicibus fcriptum eft ἀνέπτην, pro quo ἀνέπτην fcribere placuit, fenfu pofcente.

D

Ἄλλο εἰς τὸν αὐτόν.

Aliud in eumdem. CXXXV.

ΠΑλλετ' ἐμοὶ κραδίη, Μαξέντιε, σεῖο γράφουσα
Οὔνομα, ὃς στυφελὴν ἦλθες ὁδὸν βιότου
Ἄμβροτον, αἰπήεσσαν, ἀτερπέα. Σεῖο φέριστε
Ἄτρομος οὐδὲ τάφῳ Χριστιανὸς πελάσει.

PAlpitat mihi cor, Maxenti, tuum fcribens
Nomen, qui duram vitæ viam confecifti
Mortalibus inviam, excelfam, injucundam. Ad tuum, optime,
Sepulcrum Chriftianus fine tremore non accedet.

Ἄμβροτον. *Mortalibus inviam*. Vitæ genus, quod Maxentius elegerat, & heic Nazianzenus defcribit, monafticum fuiffe videtur.

Ἄτρομος. *Sine tremore*. Aut fignificat Poeta, non fine reverentia ac timore, accedere Chriftianos debere ad fepulcrum viri tam pii; aut potius timorem iis incutit, quibus religio non erat aliena expilare, aut frangere fepulcra. Nazianzeni ævo impius ifte mos præcipue obtinebat, ut alibi vidimus, & infra uberius patebit.

E

Πρὸς τὴν ψυχήν.

Ad animam fuam. CXXXVI.

Ex verfione Boivinii.

ΑΛλοι μὲν χρυσόν, οἱ δ' ἄργυρον, οἱ δὲ τράπεζαν
Τιμῶσι λιπαρήν, παίγνια τοῦδε βίου.
Ἄλλοι δ' αὖ Σηρῶν καλὰ νήματα, καὶ γύας ἄλλοι
Πυροφόρους, ἄλλοι τετραπόδων ἀγέλας.
Αὐτὰρ ἐμοὶ Χριστὸς πλοῦτος μέγας, ὅν ποτ' ἴδοιμι
Νῷ γυμνῷ καθαρῶς· τ' ἄλλα δὲ κόσμος ἔχοι.

ARgentum hic, ille argento pretiofius aurum,
Hic lautas inhiat, gaudia vana, dapes.
Eft quem fila juvat depectere Serica: fulcos
Laudat frugiferos hic magis, ille greges.
Divitiæ tu, Chrifte, meæ, quem cernere pura
Mente utinam liceat: cetera Mundus amet.

Huic Epigrammati fimilia habes in reliquis Nazianzeni Carminibus, & potiffimum in Carm. *de Vita fua*. Aldus hoc idem evulgaverat. Billius prætermiferat. Iterum igitur damus e Regio Codice 1891. defcriptum.

Καθαρῶς. *Pure*. H. e. fine nube utinam aliquando Chriftum confpiciam; non enim id homini corporeis vinculis adftricto licet.

Ἔχοι. *Habeat*. Ita Boivinius fcripfit, quum corrupte in ms. Codice legeretur ἐχέτω, quod gloffema τῷ ἔχοι irrepferat, ut puto, in textum.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.



Εἰς τὰς ἀνορύττοντας τάφας προφάσει Μαρτύρων.

ΤΡισθανέες, πρῶτον μὲν ἐμίξατε σώματ' ἀνάγνων
Ἀθλοφόροις. τύμβοι δὲ θυηπόλον ἀμφὶς ἔχουσιν.
Δεύτερον αὖ τε τάφας τὰς μὲν διεπέρσατ' ἀθέσμως,
Αὐτοὶ σήματ' ἔχοντες ὁμοίϊα. τοὺς δ' ἀπέδοσθε,
Πολλάκι, καὶ δὶς ἕκαστον. ὁ δὲ τρίτον. ἱεροσυλεῖς
Μάρτυρας, ὃς φιλέεις. Σοδομίτιδες εἴξατε πηγαί.

A In effodientes fepulcra prætextu Martyrum. CXXXVII.

TER morte digni, primum mifcuiftis corpora profanorum
Martyribus, & fepulcra Sacerdotem utrinque habent.
Deinde autem tumulos, alios quidem evertiftis nefarie,
Ipfi fepulcra habentes fimilia; alios autem vendidiftis
Sæpe, & bis unumquemque; aliquis & ter. Sacrilegio lædis
Martyras, quos amas. Sodomitici cedite fontes.

E ms. Codice Regio 2891. fol. 240. depromti funt hi verfus. Eorum titulus apud Ambrofianum Scholiaften ms. diverfus eft, nempe *κατὰ τυμβωρύχων*, *contra fepulcrorum effoffores*. Quinam fuerint hi perditi homines, difces e Difquifitione, quam *de Chriftianorum Sepulcris* inftitui, ubi Epigramma iftud illuftravi; neque enim Scholiis, ac notis uberem explicationem commendare, atque includere, commodum videbatur. Ceterum nunc monendus eft Lector, eofdem hofce verfus ab eruditiffimo Boivinio ante aliquot annos mihi humaniffime communicatos, anno fubinde MDCCV proxime præterito publici juris factos fuiffe a Cl. V. Joanne Mabillonio in nova editione infignis Opufculi, cui titulus: *Eufebii Romani ad Theophilum Gallum Epiftola de cultu SS. Ignotorum*. Quum autem ipfe appellet *verfus Græcos Anonymi cujufdam Poetæ*, fatis indicat, neque fibi, neque Boivinio eorum Auctorem Nazianzenum videri. Et revera in iis fruftra requiras confuetam Gregorii noftri elegantiam. B Quifquis tamen Auctor fit, certe vetuftus eft; eos enim explicat memoratus Scholiaftes fatis antiquus, ipfique Nazianzeno tribuere videtur. Nos heic adnotabimus tantum pauca in Græcum textum.

Ἀθλοφόροις. Apud Cl. Mabillonium, qui & a Boivinio accepit hos verfus, legitur *τοῖς ὁσίοις*.

Σήματ' ἔχοντες. Fortaffe legendum *σώματ' ἔχοντες*.

Δὶς. Ita per conjecturam fcribendum cenfuit Boivinius, quum in ms. Cod. habeatur *τρὶς*, quod fequentibus non bene refpondet.

Εἴξατε πηγαί. *Cedite fontes*. Ita quoque legitur in Cod. Medic. Mihi placet conjectura Salvinii eruditiffimi, cui fcribendum videtur *ἥξατε*, h. e. *venite*, *profilite*, fulphurei fontes, qui Sodomam evertiftis, & iftorum fcelus expiate.

Αλλο.

ΠΑῖδες Χριστιανῶν, τόδ' ἀκούσατ'. οὐδὲν ὁ τύμβος.
Πῶς οὖν ὑμετέρους χώννυτ' ἀριπρεπέας;
Αλλ' ἔστιν καὶ πᾶσι γέρας τόδε. μήτε τάφοισι
Βάλλειν ἀλλοτρίοις δυσμενέας παλάμας.
Εἰ δ' ὅτι μὴ νέκυς οἶδε τὰ ἐνθάδε, τοῦτ' ἀδίκαστον;
Πείθομαι, ἢν σὺ φέρῃς πατρὸς ὕβριν φθιμένου.
Συμβολέται, γάστρωνες, ἐρυγόβιοι, πλατύνωτοι,
Μέχρι τίνος τύμβοις Μάρτυρας ἀλλοτρίοις
Τιμᾶτ' εὐσεβέοντες ἃ μὴ θέμις; ἴσχετε λαιμοὺς,
Καὶ τότε πιστεύσω Μάρτυσιν ἦρα φέρειν.
Τιμὴ Μάρτυσίν ἐστιν ἀεὶ θνήσκειν βιότητι
Αἵματος οὐρανίου μνωομένους μεγάλου.
Τύμβοι δὲ φθιμένοις. ὃς βήματα δ' ἄμμιν ἐγείρει
Αλλοτρίοισι λίθοις, μηδὲ τάφοιο τύχοι.
Μάρτυρες αἷμα Θεῷ μεγάλην ἐσπείσατε λοιβήν.
Καὶ μέν τοι θεόθεν ἄξια δῶρ' ἔχετε,
Βήμαθ', ὕμνους, λαοὺς, ψυχῶν σέβας, ἀλλ' ἀπὸ τύμβων
Φεύγετε νεκροκόμοι Μάρτυσι πειθόμενοι.

ALIUD. CXXXVIII.

C *Ex interpretatione Boivinii. Eft autem Dialogus. Interloquuntur A. Poeta. B. Sepulcrorum violatores. C. Martyres.*

A. FIlii Chriftianorum, hoc audite. B. Nihil eft Tumulus.
A. Quare igitur veftros tumulatis infignes?
B. At eft etiam omnibus (commune) hoc præmium. A. Item ne (liceat) Tumulis
Injicere alienis hoftiles manus.
Quod fi ideo, quia non novit mortuus, quæ heic fiunt, id inultum (credis).
Credo (tibi) fi tu feras patris ignominiam mortui.
D Compotores, ventri dediti, quorum vita vomitus eft, homines lato dorfo,
Ufquequo Tumulis Martyras alienis
Honoratis, pii quatenus non licet? Compefcite gulas,
Et tunc credam vos Martyribus gratificari.
C. Honos eft Martyribus (gratus) femper mori vitæ,
Sanguinis cæleftis memores, magni (inquam, fanguinis.)
Sepulcra autem mortuis (honori funt). Qui autem fuggefta nobis exftruit
Alienis lapidibus, is nec fepulturam confequatur.
A. Martyres, cruorem Deo magnam libaftis libationem,
Et quidem a Deo digna præmia habetis,
E Suggefta, hymnos, conventus, animarum reverentiam. Sed a Tumulis
Fugite, mortuorum curatores, Martyribus obedientes.

Idem ac fuperius argumentum pertractatur. Aliquid etiam innuitur de Cœnis ad fepulcra Martyrum. Utramque materiem perfequutus fum ego in geminis Difquifitionibus, quæ ad calcem Anecdotorum Græcorum habes. Horum Auctorem non aufim dicere Nazianzenum.

Παῖδες Χριστιανῶν. *Filii Chriftianorum*. Hoc eft, *Chriftiani*. Græca paraphrafi, ut *ἰατρῶν παῖδες*, *ῥητόρων παῖδες*, *Medici*, *Rhetores*.

Μήτε τάφοισι. *Item ne Tumulis*. Addidi particulam *τε*, quæ in Codice ms. defideratur, & excidiffe videtur propter fimilis fyllabæ vicinitatem in voce *τάφοισι*. Quum fepulcrorum violator dixiffet *ἀλλ' ἔστιν καὶ πᾶσι γέρας τόδε*, quod ad illud Homericum alludit, exfequias ac funeralia, honorem effe, ac præmium mortuorum: *τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ θανόντων*: Poeta, quafi fermonem continuaret, fubjicit: *μήτε τάφοισι*, i. e. Similiter præmium eft ac honor mortuorum, fepulcris alienis violentas non inferre manus.

Συμβολῖται [1]. *Compotores*. Ms. Cod. Medic. habet *τυμβολῖται*, *tumulorum eversores*: quæ vox alibi a Gregorio usurpatur. At heic de ingluvie, & ebrietate epulantium in Basilicis Martyrum loquitur. Quare prima lectio præstat.

Ερυγόβιοι. Codex Medic. habet *ἐρδιγόβιοι*. Pro *πιςώσω* ibidem legitur *πιςῶω*. Pro *ἄμμιν* scriptum est [2] *ἧμιν* accento acuto in prima tum ibi, tum in Cod. Regio. Ego *ἄμμιν* reponendum censui.

Αἵματ@. *Sanguinis*. H. e. sanguinis Christi, quem idcirco *magnum* appellat. Honor est Christianis imitari suum caput, a quo sanguis effusus est, & vitam dare pro Fide. Atque hactenus Carmina e Regiis Codicibus descripta.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 370.

Κατὰ τυμβωρύχων.

Μηκέτι πηκτὸν ἄροτρον ἀνὴρ ἐπὶ γαῖαν ἐλαύνοι,
Μὴ πέλαγος πλώοι, μὴ δόρυ θῦρον ἔχοι
Αλλὰ φέρων σκαπάνlω τε ϗ ἄγριον ἐν φρεσὶ θυμὸν
Ες τύμβυς πατρῶν, χρυσὸν ἴοι ποθέων.
Οππότε ϗαὶ τῦτόν τις ἐμὸν περικαλλέα τύμβον
Σκάψεν ἀτασθαλέων, εἵνεκα κερδοσυνης.

In Sepulcrorum effossores CXXXIX.

Ne quis amplius compactile aratrum in terram agat,
Ne mari naviget, neque bellicam hastam capiat;
Sed ligonem ferens, trucemque corde animum
In patrum tumulos, aurum ibi quæritet.
B Quandoquidem nescio quis hoc meum splendidum sepulcrum
Effodit, injuste agens, lucri caussa.

Carmen hoc una cum subsequentibus ad numerum usque CXCVIII. accepi e Ms. Codice Mediceæ Bibliothecæ S. Laurentii. Cl. V. Antonius Maria Salvinius descripsit, & mihi suppeditavit. Uti vero fusius in Notis ad Carmina *in Martinianum* animadvertimus, Gregorii tempore crudelis consuetudo invaluerat, ut dejicerentur tumuli vel splendidissimi, non alia de caussa, quam quod ibi thesauri crederentur reconditi. Qui hoc ausi sunt, *τυμβωρύχοι*, i. e. *sepulcrorum effossores* appellabantur. Nonnulla in eos Nazianzeni Carmina produxit Billius tom. 2. Jambico. XVI. pag. 202. Longe plura nos damus. At unde tanta Nazianzeno Carminum copia in unum idemque argumentum? Ex eo factum arbitror, quod complures Epigramma suo tumulo inscribendum po- C scerent, arbitrati forte, se per illud misericordiam, terroremve incussuros impiis tumulorum effractoribus. Unicuique fecundissima Nazianzeni Musa opem tulit; & certe stupeas, quantum, & quam varie, atque eleganter, se in eodem themate Gregorius exercuerit. Si quis tamen contendat, hæc omnia fere Carmina in unum aliquod illustre inter Cappadocas sepulcrum conscripta fuisse, quod auri conquirendi caussa impii homines prostraverint; ego non moror.

Μηκέτι, &c. Ironice hæc dicit: Si aurum quæritis, o homines, ab arando, navigando, belloque gerendo abstinete. Citius, & commodius in sepulcris evertendis divitias comparabitis.

Αλλο.

Επτὰ βίοιο πέλει τάδε θαύματα, τεῖχ@, ἄγαλμα,
Κῆποι, πυραμίδες, νηὸς, ἄγαλμα, τάφος.
Ογδοον ἔσκον ἔγωγε πελώρι@. ἐνθάδε τύμβος
Υψιπαγὴς, σκοπέλων τῶνδ' ἄπο τῆλε θέων.
Πρῶτος δ' ἐν φθιμένοισιν ἀοίδιμος, ἔργον ἄπληςον
Τῆς σῆς ἀνδροφόνε μαινομένης παλάμης.

ALIUD. CXL.

Septem in orbe terrarum hæc sunt miracula:
Mœnia, Simulacrum,
Horti, Pyramides, Templum, Simulacrum, Sepulcrum.
Octavum sum ego vastus heic tumulus
Sublime compactus, ab hisce rupibus longe procurrens.
Sed qui primus inter mortuos decantabar, nunc sum opus
Insatiabile tuæ, o homicida, furentis manus.

In illustre aliquod sepulcrum videntur hæc scripta. Alibi vero animadvertimus e Servio, consuevisse veteres in montibus, collibus, aliisque editis locis, sua collocare monumenta. Infra pluries id significabit Poeta D noster; atque erit repetendum, ubi *σκοπέλων*, *σκοπιῶν*, *λόφων*, i. e. *scopulorum*, *rupium*, *& sublimium locorum* mentionem reperies.

Αλλο.

Ην ὅτε lῶ ἀτίνακτος ἐγὼ τάφος, ὔρεος ἄκρlω
Πυλὺς ὑπερτέλλων τηλεφανὴς σκόπελος.
Νιῶ δέ με θὴρ ἐτίναξεν ἐφέςιος εἵνεκα χρυσῦ.
Ωδε δ' ἐπυάχθlω γείτονος ἐν παλάμαις.

ALIUD. CXLI.

Jam olim inconcussum ego sepulcrum montis e vertice
Plurimum supereminens, longe lateque conspicua moles.
Nunc autem bellua me domestica evertit auri caussa,
Atque ita vicini manibus concussum perii.

Αλλο.

E

Τοῦ τύμβοιο τόσυ ληΐςορα ὃν πέρι πάντη
Λάων τετραπέδων ἀμφιθέει ςέφανος,
Αξιον αὐτίκ' ἔlω αὐτῷ ἔνι σήματι θέντας
Αὖθις ἐπικλεῖσαι χάσματα δυσσεβεῖ.

ALIUD. CXLII.

Prædonem tanti sepulcri, quod circum undique
Quadratorum lapidum obit corona,
Æquum statim fuit, ipsum in idem sepulcrum deponentes,
Hiatum super impio rursus claudere.

Τόσυ. *Tanti*. In ms. Cod. habetur *πόσον*. Emendationem poscere sensus visus est mihi.

Αλλο.

Ερyον ἀλιτρὸν ὄπωπα κεχlωότα τύμβον ὁδεύων.

ALIUD. CXLIII.

Sceleratum facinus inspexi, tumulum hiantem; iter faciens.

1. Forte ἀπὸ τῶν συμβολῶν. Sed melius τυμβολῖται. Salvin.

2. ἧμιν, ἡμῖν. Id.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

Χρυσοῦ ταῦτα πέλει ἔργματα τοῦ δολίου. A
Εἰ μὲν χρυσὸν ἔχεις, εὗρες κακόν. εἰ δ' ἄρα κεινὸς
Ἔνθεν ἔβης, κενεὴν μήσαο δυσσεβίην.

Hujusmodi sunt fraudulenti auri opera.
Si tibi aurum contigit, malum reperisti. Sin vacuus
Hinc recessisti, inutilem impietatem es molitus.

Ἄλλο.

Ὀσσάτιον παράμειψα βροτῶν βίον. οὐδ' ἄρ' ἔμελλον
Ἐκφυγέειν παλάμας γείτονος οὐλομένου.
Ὅς με καὶ αἰπὺν ἐόντα χαμαὶ βάλε νηλέϊ θυμῷ,
Οὔτε Θεὸν δείσας, οὔθ' ὁσίην φθιμένων.

ALIUD. CXLIV.

Quot præterii hominum ætates! Neque potui,
Effugere manus perniciosi vicini?
Qui me licet sublime positum fero animo disjecit,
Neque Deum, neque mortuorum sanctitatem veritus.

Ὀσσάτιον. *Quot* &c. Tumulus loquitur, ut alibi sæpe. Inquit autem: Intactus per tot tempora fui, & tandem ab impio vicino mihi indictum est bellum.

Ἄλλο. B

Τὸν τύμβων κακόεργον ἀλάστορα φεύγετε πάντες,
Εἰ δὲ τόσσην σκοπιὴν ῥήξατο ῥηϊδίως,
Οὐ μὲν ῥηϊδίως ἐρρήξατο. ἀλλ' ἀποτῆλε
Χάζεσθε. φθιμένοις ὧδ' ἂν ἀρεσσάμεθα.

fort. ἀρεσσόμεθα.

ALIUD. CXLV.

Tumulorum depopulatorem perditissimum fugite omnes;
Qui quum facile tantum ruperit scopulum,
Non & ipse facile disruptus est. Verum hinc procul
Abscedite. Mortuis ita rem gratam faciemus.

Ἄλλο.

Αἲ αἲ ὢ τί κακὸν προτιόσσομαι ἔγγυθεν ἤδη
Τοῖσί τε τυμβορύχοις, τοῖς τε περικτίοσιν, C
Σήματος ὑψιθέοντος ὀλωλότος. ἀλλὰ τὸν ἐχθρὸν
Οἶδε δίκη. δακρύειν δ' ἡμέτερον φθιμένους.

ALIUD. CXLVI.

Heu, heu, quale malum jam appropinquare præsentio
Tum sepulcrorum perfossoribus, tum conterminis,
In altum excurrente perdito monumento! Sed inimicum
Novit Pœna. Mortuis illacrymare nostrum est

Ἄλλο.

Μαυσώλου τάφος ἐστὶ πελώριος, ἀλλὰ Κάρεσσι
Τίμιος. οὔτις ἐκεῖ τυμβολέτις παλάμη.
Καππαδόκεσσιν ἔγωγε μέγ' ἔξοχος. ἀλλὰ δέδορκας
Οἷα πάθον. στήλῃ γράψατε νεκροφόνον.

ALIUD. CXLVII.

Mausoli sepulcrum ingens est, sed Caribus
Verendum. Nulla illic tumulorum perditrix palma.
Enimvero inter Cappadoces valde eminens ego. Verum aspexisti
Qualia passum. Cippo inscribite cadavericidam.

Ἄλλο. D

Τεῖχος ἐνὶ προπόδεσσι, καὶ ὄρθιος, ἔνθεν ἔπειτα
Ὕπτιος ἐκ λαγόνων εἰς ἓν ἀγειρομένων
Τύμβος ἔην, καθύπερθε λόφου λόγος. ἀλλὰ τί ταῦτα;
Οὐδὲν χρυσοφίλοις, οἵ μ' ἐτίναξαν ὅλον.

MS. habet χρυσοφίλαις.

ALIUD. CXLVIII.

Murus in montis radicibus erectus; hinc deinceps
Supinus e lateribus in unum aggestis
Tumulus eram, collis supra collem. Sed quid hoc?
Nihil auri cupidis, qui me totum excusserunt.

Ἄλλο.

Νεκρῶν νεκρὰ πέλει καὶ μνήματα. ὃς δ' ἀνεγείρει
Τύμβον ἀριπρεπέα τῇ κόνι, τοῖα πάθοι. E
Οὐ γὰρ ἂν οὗτος ἀνὴρ τὸν ἐμὸν τάφον ἐξαλάπαξεν,
Εἰ μὴ χρυσὸν ἔχειν ἤλπετο ἐκ νεκύων.

MS. habet οὕτως.

ALIUD. CXLIX.

Mortuorum mortua quoque sunt monumenta. Qui vero excitat
Cineri magnificum bustum, talia patiatur.
Non enim iste vir meum vastasset sepulcrum,
Nisi e mortuis aurum se habiturum sperasset.

Ἄλλο.

Τὶς τίνος; οὐ κενεὴ στήλη. πρὸ γὰρ ὤλετο τύμβου.
Τίς χρόνος; ἀρχαίη σήματος ἐργασίη.
Τίς δὲ ἐνήρατο, εἰπὲ, φθόνος τόδε; χεῖρες ἀλιτραὶ
Γείτονος, ὡς τι λάβοι; χρυσὸν ἔχοι σκοτίην.

ALIUD. CL.

Quis cujus? Non inanis cippus: ante enim tumulum eversus est.
Quodnam tempus? Antiqua est monumenti structura.
Quis livor, dicito, hoc prostravit? Manus scelestæ
Vicini. Ut quid caperet? Ut aurum tenebrionem haberet.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.



Dialogiſmus eſt inter viatorem, & fortaſſe Poetam. Sed corrupta non una in loco Græca verba divinationibus locum dedere. In priore verſu ms. Codex habet *τίς τίν⊛; ὐ κενέει ςήλη*. Salvinius *κενὴ* legens, hunc eſſe verborum ſenſum ſuſpicatur. *Quis cujus?* i. e. quis, & cujus filius, heic tumulatus eſt? *Non inanis cippus*, h. e. cippus literatus humi jacet; ibi legere poteris. Aut fortaſſe: *Quis cujus? ὐ. κενὴ ςήλη*. Non, i. e. neſcio. Inanis eſt cippus Vel *ὐ κεν ἔοι ςήλη*, *non profecto ineſt in columna*, disjecta enim eſt ante ſepulcrum, adeoque in A ea nec ſepulti nomen apparet, nec patris ejus. Mihi legere placeret: *ὐκ ἐνέει*, i. e. *ἔνεςι*, *non ineſt cippo*. In altero verſu pro *ἀρχαίης ἐργασίας*, quod eſt in ms. Salvinius ſcribendum putat, *ἀρχαίη ἐργασία*, ut ſit reſponſio ad interrogationem. Hic eſt ſenſus. Quando conditum fuit hoc ſepulcrum? Antiquitus. In ultimo verſu Codex ms. habet *ἔχει*, pro quo ſcribendum cenſui *ἔχοι*. Aurum *tenebrionem σκοτίλω* vocat, h. e. aurum in tenebris conditum.

Αλλο.

MS. habet φέρει.

ΟΣτις ἐμὸν παρὰ σῆμα φέρεις πόδα, ἴσθι με ταῦτα
Τῦ νεοκληρονόμυ χερσὶ παθόντ' ἀδίκως.
Οὐ γὰρ ἔχον χρυσόν τε ϰ᾽ ἄργυρον, ἀλλ' ἐδοκήθlω
Κάλλεϊ μαρμαίρων τοσσατίων λαγόνων.

ALIUD. CLI.

QUemcumque meum ad ſepulcrum pedes ferunt, ſcito me hæc
Injuſte pati novi heredis manibus.
B Non enim aurum habebam & argentum; ſed viſus ſum (habere)
Tantorum parietum renidens pulchritudine.

Αλλο.

ΣΤῆθι πέλας, καὶ κλαῦσον ἰδὼν τόδε σῆμα θανόντ⊛,
Εἴποτ' ἔlω. νυῦ δὲ τάφυ δηλήμονος ἀνδρὸς
Σῆμα πέλω. μὴ τύμβον ἐγείρειε βροτὸς ἄλλος.
Τί πλέον, ἢ παλάμησι φιλοχρύσησιν ὀλεῖται;

ALIUD. CLII.

GRadum propius ſiſte, & luge intuens hoc monumentum mortui,
Quandocumque fui: nunc autem ſepulcri miſeri viri
Monumentum ſum. Ne tumulum erigat alius mortalis.
Quod operæ pretium faciet, niſi quod a manibus auri cupidis deſtruetur?

C

LoquiturTumulus, & inquit: ſe olim viri mortui fuiſſe monumentum; at nunc ſe eſſe infelicis tantum ſepulcri monumentum. In ſecundo verſu ms. Codex habet *τάφον*, pro quo poſui *τάφυ*. Quod ſi *τὸ δηλήμον⊛* interpretaris *perditiſſimi*, *ac nefarii viri*, ſenſus erit: olim teſtabar, heic hominem jacere ſepultum; nunc dejectus viatores moneo de exſecrabili effoſſoris facinore.

Αλλο.

ΑΙών, καὶ κληῖδες ἀμειδήτυ θανάτοιο,
Καὶ λήθης σκοτίης βένθεα, καὶ νέκυες,
Πῶς ἔτλη τύμβον τις ἐμὸν ἐπὶ χεῖρας ἐνεγκεῖν;
Πῶς ἔτλη; φθιμένων κήδεται ὐδ' ὁσίη.

ALIUD. CLIII.

ÆViternitas, & clauſtra torvæ Mortis,
Et Lethes tenebroſæ profunda, & vita functi,
Quo pacto auſus quis eſt meo tumulo manus violentas inferre?
Quo pacto auſus eſt? Neque ſanctitas mortuos defendit?

Αλλο.

D

MS. habet ὅςις.

ΤΕτρωμαι πληγῇσιν ἀεικελίῃσιν ὁ τύμβ⊛,
Τέτρωμ', ὥς τις ἀνὴρ ἐν δαΐ λευγαλέῃ.
Ταῦτα φίλα θνητοῖσι; τὸ δ' αἴτιον ὡς ἀθέμιςον.
Τὸν νεκυν, οἷον ἔχων χρυσὸν, ἀποξέομαι.

ALIUD. CLIV.

PLagis indignis ſauciatus ſum Tumulus:
Sum ſauciatus, non ſecus ac vir in funeſta pugna.
Hæc grata mortalibus? Cauſſa vero quam nefaria!
Mortuum, velut aurum, habens, effringor.

Αλλο.

ΠΡός τε Θεῦ ξενίυ σε λιτάζομαι, ὅςις ἀμείβεις
Τύμβον ἐμὸν, φράζειν· τοῖα πάθοις ὁ δράσας.

ALIUD. CLV.

E PEr Deum hoſpitalem te rogo, quicumque pertranſis
Meum tumulum, dic: talia patiare, qui hæc perpetraſti.

Αλλο.

ΠΑντα λιπὼν, γαίης τε μυχοὺς, καὶ πείρατα πόντυ,
Ηλθες ἔχειν ποθέων χρυσὸν ἐμῦ νέκυ⊛.
Νεκρὸν ἔχω καὶ μlῶιν ὀλωλότ⊛. lῶ τις ἐπέλθῃ,
Ταῦτα λιλαιομένῳ δώσομεν ἀσπασίως.

ALIUD. CLVI.

OMnia relinquens, & terræ abdita, & fines maris,
Veniſti, aurum e buſto meo appetens.
Mortuum habeo, & iram extincti. Si quis adoriatur,
Hæc dabimus, deſideranti, libenter.

Αλλο.

ΕΙ σοι χρυσὸν ἔδωκα μόνῳ μόν⊛, ὐκ ἐφύλαττες
Τῦθ' ὅπερ εἰλήφεις; ἢ κακὸς ἦσθ' ἂν ἄγαν.

ALIUD. CLVII.

SI tibi aurum tradidiſſem ſoli ſolus, nonne ſervares
Hoc quod acceperas? aut ſceleſtus nimium eſſes.

Εἰ δὲ τάφον σκάπτεις τὴν αἰδέσιμον παραθήκην,
Καὶ τόδ' ἐπὶ χρυσῷ, ἄξιος εἰπὲ τίνος;

Si vero sepulcrum perfodis verendum depositum,
Idque auri caussa: quid commeruisti, edicito.

Αλλο.

ALIUD. CLVIII.

ΤΟὺς ζῶντας κατόρυσσε. τί γὰρ νεκροὺς κατορύσσεις;
Ἄξιοι εἰσὶ τάφων, οἵ σε ζῆν εἴασαν οὕτω,
Τὸν τῶν οἰχομένων ὑβριστὴν, καὶ φιλόχρυσον.

VIventes sepelito. Quid enim mortuos tumulas?
Digni sunt qui sepeliantur, ii qui te sic vivere passi sunt;
Te, inquam, in mortuos contumeliosum, aurumque inhiantem.

Αλλο.

ALIUD. CLIX.

ΚΑὶ σὺ, τάλαν, παλάμῃσι τεαῖς ἢ μύστιν ἐδωδὴν
Δέξῃ θαρσαλέως, ἢ Θεὸν ἀγκαλίσεις
Χείρεσιν, αἷς διόρυξας ἐμὸν τάφον; ἢ ῥα δίκαιοι
Οὐδὲν ἔχουσι πλέον, εἰ σὺ τάλαντα φύγοις,
Φησὶ δίκης. τίς πίστις, ὅτ' ὤλεσαν ὃν λαγόνεσσι
Σῇσιν ἔδωκα νέκυν, γαῖα φίλη, φθίμενον;

ET tu, infelix, palmis tuis aut mysticum cibum
Sumes fidenter, aut Deum amplecteris
Manibus iisdem, quibus meum sepulcrum perfodisti? Porro Justi
Nihil iniquis amplius habent, si lances effugias,
(Dicet aliquis) Justitiæ. Quæ fides, quando perdiderunt, quem visceribus
Tuis commendavi mortuum, cara Tellus, extinctum?

Αγκαλίσεις. *Amplecteris*. Ita per conjecturam scribendum opinor, quum in ms. Cod. sit ἀγκαλέσαι. Nempe antiquus mos fuit, ut ad sacram Mensam accedentes manibus acciperent Corpus Domini e Sacerdotis dextra, quod exinde in os suum immittebant. Propterea inquit: o miser, quomodo Christi Corpus, & Deum iisdem sumes manibus, quibus tantum scelus perpetrasti, meum evertens tumulum?

Η ῥα δίκαιοι. *Porro Justi* &c. H. e. Si tu sceleste lances Justitiæ, ac pœnam fugias post tam enorme facinus, ad quid Justi tot laboribus, atque virtutibus contenderunt, ut pœnas æternas effugerent?

Φησὶ δίκης. *Dicet aliquis Justitiæ*. Melius fortasse scribendum δίκη, ut sit ipsa Justitia, quæ tumuli eversorem, Telluremque alloquatur.

Ωλεσαν. *Perdiderunt*. Nempe viri improbi. Si cui placet scribere ὤλεσας *perdidisti*, per me licet.

Φθίμενον. *Extinctum*. Est in ms. Cod. φθιμενων.

Αλλο.

ALIUD. CLX.

ΟΥ γαίη μ' ἐτίναξεν. ἀτάσθαλος ὤλεσεν ἀνήρ.
Καὶ φιλοκερδείης εἵνεκα τοῦτον ἔχω.
Πρόσθετα δ' ἦεν ἄσυλα, Θεὸς, νέκυς. ἀλλὰ Θεὸς μὲν
Ἵλαος. εἰ δὲ νέκυς, ὄψεθ' ὁ τυμβολέτης.

NON me tellus excussit: me vir impius perdidit.
Et avaritiæ caussa hunc intus habeo.
Sacra sunt Asyla, Deus, & Mortuus. Sed Deus quidem
Propitius. An & Mortuus, tumuli destructor viderit.

Fortasse in duo dividendum est Carmen istud. Ego conjungere non dubitavi; sensus enim posterioris Distichi recte cum prioris sensu continuari videtur. Sepulcrum dixerat, se intus habere furem destructoremque suum; tum subdit: Inviolata duo sunt loca, ad quæ homines confugiunt salutis suæ tuendæ caussa, Templa nempe, & Sepulcra. Quippe in his Deus habitat, & Mortui. Sed Deus confugientibus ad Templa immunitatem præstat. Vereor, ut Mortuus ei præstiturus sit, qui ad Sepulcrum confugerit, non se tuendi, sed furandi caussa, illudque perfoderit.

Αλλο.

ALIUD. CLXI.

Η ῥά σε δινήσουσιν Ἐριννύες. αὐτὰρ ἔγωγε
Κλαύσομ' ἀποφθιμένους, κλαύσομ' ἄγος παλάμης.

1. TE certe agitabunt Furiæ. Ego vero
Mortuos plorabo, plorabo dextræ tuæ scelus.

Λήξατε τυμβοχόοι. καὶ λήξατε βένθεσι γαίης
Κεύθειν τοὺς φθιμένους. εἴξατε τυμβολέταις.

2. Cessate tumulorum aggestores, cessate terræ profundis
Occulere mortuos. Cedite sepulcrorum perditoribus.

In primo versu metri caussa addidi illud καὶ, quod in ms. desideratur. Alterum versum emendavi ex conjectura Cl. V. Antonii M. Salvinii. Legitur enim in eodem Cod. ms. κεύθω τοὺς φθιμένους. εἴξατε τυμβολέται.

Νεκρῶν καὶ τάδε γ' ἐστὶ σοφίσματα. ὡς φιλόχρυσον
Εὕρωσιν παλάμην, σήματα τοῖα χέειν.

3. Mortuorum hæc quoque (mortua) commenta sunt: & auri cupidam
Inveniant manum, hujusmodi monumenta exstruere.

Τί σ' ἀνέηκεν ἄπληστε τόσον κακὸν ἀντιγόοντος
Κέρδεος ἀλλάξαι μηδὲ παρεσταότος;

4. Quid te induxit, avide, tantum malum cum fluxo
Lucro, neque permanente, commutare?

Αλλο.

ALIUD. CLXII.

ΣΤῆλαι, καὶ τύμβοι μέγα χαίρετε, σήματα νεκρῶν.
Οὐκέτι κηρύξω μνήμασι τοὺς φθιμένους.

CIppi, ac tumuli longum valete, indicia mortuorum.
Non amplius monumentis extinctos prædicabo.

Ηνίκα τὸν περίφαντον ἐμὸν τάφον ὤλεσε γείτων,
Γαῖα φίλη, σὺ δέ μοι δέχνυσο τοὺς φθιμένους.

A Quandoquidem illustre sepulcrum meum perdidit vicinus,
Cara Tellus, tu mihi extinctos excipe.

Αλλο.

ΣΤῆλαι καὶ πλακόεντες ἐν ὄρεσιν, ἔργα γιγάντων,
Τύμβοι, καὶ φθιμένων ἄφθιτε μνημοσυνή.
Σεισμὸς πάντα βράσειεν ἐμοῖς νεκύεσσιν ἀρήγων,
Οἷς ἔπι χεὶρ ὀλοὴ ἦλθε σιδηροφόρος.

ALIUD. CLXIII.

CIppi, & lapidei in montibus, opera gigantum,
Tumuli, & extinctorum inextincta memoria.
Terræmotus universa subruat, meis opem ferens mortuis,
Quos ferro adorta est funesta manus.

Αλλο.

ΗΝίκα τὸν περίβωτον ἐπ᾽ ὄρεος, ἄγριε Τιτὰν,
Τύμβον ἀνερρήξω, πῶς ἐσίδες νέκυας;
Ὡς δ᾽ ἐσίδες, πῶς χεῖρες ἐπ᾽ ὀστέα; ἢ τάχα μέν σε
Τῇ σχέθον, εἰ θέμις ἦν τοῖσδ᾽ ἕνα τύμβον ἔχειν.

ALIUD. CLXIV.

B QUum celebrem in monte, efferε Titan,
Tumulum perfregisti, quomodo inspexisti mortuos?
Simul ac inspexisti, quomodo manus tuæ adversus ossa? Forte te
Heic retinuissent, si fas esset cum hisce unum sepulcrum habere.

Αλλο.

ΣΗματα, καὶ σποδίη, καὶ ὀστέα, οἵ τε πάρεδροι
Δαίμονες, οἱ φθιμένου ναίετε τόνδε λόφον,
Τόνδ᾽ ἀλιτρὸν τίνυσθε, ὃς ὑμέας ἐξαλάπαξεν.
Τῶν δὲ περικτιόνων δάκρυον ὔμμιν ὅσον.

ALIUD. CLXV.

MOnumenta, & cinis, & ossa, & assessores
Genii, qui extincti tumulum hunc incolitis;
Scelestum ulciscimini istum, qui vos depopulatus est.
Finitimorum quot vobis lacrymæ!

C

Αλλο.

ΤΥμβοι καὶ σκοπιαὶ, καὶ ὄρεα, καὶ παροδῖται,
Κλαύσατε τύμβον ἐμὸν, κλαύσατε τυμβολέτην.
Ηχὼ δ᾽ ἐκ σκοπέλων πυμάτης ὀπὸς ἀντιαχείτω
Τῶν δε περικτιόνων, κλαύσατε τυμβολέτην.

ALIUD. CLXVI.

TUmuli, & speculæ, montesque, & viatores,
Meum deflete sepulcrum, sepulcri eversorem deflete.
Echo e rupibus extremam vocem resonet
Finitimorum. Sepulcri eversorem deflete.

Αλλο.

ΚΤείνετε, ληΐζεσθε κακοὶ κακοκερδέες ἄνδρες,
Οὔτις ἔτι σχήσει τὴν φιλοχρημοσύνην.
Εἰ τάδ᾽ ἔτλης κακοεργὲ κακόφρονος εἵνεκα χρυσοῦ,
Πᾶσι σὴν ἔπ᾽ ἔχεις ἁρπαλέην παλάμην.

MS. habet ἐπέχει.

ALIUD. CLXVII.

OCcidite, diripite improbi; improbi lucri viri,
Nemo amplius coercebit auri sacram famem.
D Si hæc ausus es, malefice, maligni auri caussa;
Jam omnibus tuam injicis rapacem manum.

Αλλο.

ΟΥτος ἔπερσεν ἐμὸν φίλον τάφον ἐλπίδι κούφῃ,
Ον μοῦνον κτεάνων ἔνθεν ἀπῆλθον ἔχων.
Καὶ τοῦτόν τις ἀλιτρὸς ἑαῖς παλάμαις ὀλέσειεν
Εκ δ᾽ ὀλέσας τύμβου τῆλε βάλοι πατέρων.

MS. habet λάβοι.

ALIUD. CLXVIII.

MEum dilectum tumulum iste vastavit, inani spe ductus,
Quam solam possessionum habens, abii hac vita.
Hunc etiam aliquis scelestus suis manibus interficiat;
Interfectum procul a majorum tumulo projiciat.

Αλλο.

ΤΙς τὸν ἐμὸν διέπερσε φίλον τάφον, ὄρεος ἄκρης
Τῆσδ᾽ ἀναειρόμενον ἠλίκον ὀσσατίης;
Χρυσὸς ἔθηξε μάχαιραν ἐπ᾽ ἀνδράσι. χρυσὸς ἄπληστον
Κύμασι χειμερίοις ὤλεσε ναυσιβάτην.
Καὶ μὲ χρυσὸς ἔπερσε μέγαν περικαλλέα τύμβον
Ελπισθείς. χρυσοῦ δ᾽ ἄτερ ἄπαντ᾽ ἀδίκοις.
Πολλάκι ναυηγοῖο δέμας κατέχωσεν ὁδίτης
Κύμασι πλαζόμενον, πολλάκι θηρολέτου,
Ηδη καὶ πολέμῳ τις ὃν ὤλεσεν. Αλλ᾽ ἐμὲ γείτων
Χωσθέντ᾽ ἀλλοτρίαις χερσὶν ἔπερσε τάφον.

E Aliud ex versione Salvinii. CLXIX.

QUis nostrum evertit tumulum, qui vertice montis
Arduus excelso celsior erigitur?
Aurum acuit gladium miseris mortalibus. Auri
Nautam avidumque, undis horrida mersit hyems.
Me, speratum aurum, perpulchrum ingensque sepulcrum
Rupit. Nil auro carius improbitas.
Corpus humare undis ejectum sæpe viator,
Enectumque feris corpus humare solet,
Et quem quis bello occidit. Tumulum me alienis
Aggestum manibus, proximus eripuit.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 370.



Αλλο.

Ω Χρυσῦ δολίοιο πόσον κακὸν ἔπλετ' ἀνηλῆς.
Ζῶσιν, καὶ φθιμένοις χεῖρα φέρεις ἄδικον.
Οἷς γὰρ ἐμὸν τύμβον τε καὶ ὀςέα δῶκα φυλάσσειν,
Τῶν δ' ὑπὸ ταῖς ἀλιτραῖς ἐξολόμlω παλάμαις.

A ALIUD. CLXX.

O Auri dolosi quantum malum est immisericordis!
Viventibus, atque mortuis manum violentam affers.
Quibus enim meum sepulcrum atque ossa servanda dedi,
Horum sceleſtis manibus funditus perii.

Ανηλῆς. *Immisericordis*. Ita scripsi ex conjectura doctissimi Salvinii, ut aliquis sensus sit verbis; legitur enim in ms. Cod, ἔπλετο ἀνηλοῖς. In altero versu idem Codex habet ἀδίκων, quod sustineri posset. Attamen legere placuit ἄδικον.

Αλλο.

ΠΑντ' ἔθανεν. νεκύεσσιν ἐπαίζομεν. ὄπις ἔτ' αἰδὼς
Εκ ζώντων φθιμένοις. δέρκεο τόνδε τάφον,
Ογγ' ἐλπὶς χρυσοῖο διώλεσε τόσσον ἐόντα,
Θαῦμα παρερχομένοις, θαῦμα περικτιόσιν.

ALIUD. CLXXI.

B OMnia periere. Mortuis insultamus. Nulla amplius verecundia
Extinctis a viventibus. Intuere hunc tumulum,
Quem spes auri disperdidit, quum tam ingens esset,
Miraculum prætereuntibus, miraculum conterminis.

In priore versu illud ἐπαίζομεν suspectum est, quippe in ms. Cod. corrasum ac suppletum fuit. Num scribendum ἐπαίσσομεν, *irruimus in mortuos*? An potius νεκύεσσ' ἐμπαίζομεν? Aliter etiam interpungi potest, ut sit sensus. *Omnia mortuis sunt commortua. Iis insultamus*, &c.

Αλλο.

ΛΙσσομαι, ὧγε θάνω, ποταμῷ δέμας, ἠὲ κύνεσσιν
Ρίψατε, ἠὲ πυρὶ δάψατε παντοφάγῳ.
Λώϊον, ἢ παλάμῃσι φιλοχρύσῃσιν ὀλέσθαι.
Δείδια. τόνδε τάφον τοῖα παθόνθ' ὁρόων.

ALIUD. CLXXII.

QUæso, ubi mortuus ero, corpus in fluvium, aut ad canes
Projicite, vel omnivoro igne consumite.
C Melius hoc erit, quam ex avaris manibus perire.
Equidem timeo, hoc sepulcrum talia passum intuens.

Αλλο.

ΔΗποτε Κῦρος ἄναξ, βασιλήϊον ὡς ἀνέῳξεν
Τύμβον ἐπὶ χρυσῷ, γράμμα τόδ' ἦυρε μόνον·
Οἴγειν ἀπλήςοιο τάφυς χερός. ὡς δὲ σὺ τόσσον
Σῆμα τόδ' ὐχ ὁσίαις οἶξας, ἄνερ, παλάμαις.

ALIUD. CLXXIII.

OLim Cyrus Rex, quum Regium aperuisset sepulcrum,
Auri caussa, hoc scriptum dumtaxat reperiit:
Avaræ dextræ est sepulcra recludere. Ita tu ingens
Hoc monumentum haud sanctis, o homo, reserasti manibus

Αλλο.

ΟΣ κακὸς οὐ φθιμένοισι, τάχα φθιμένοισιν ἀρήγοι.
Ος δ' ὐδὲ φθιμένοις, ὔποτ' ἂν ὐ φθιμένοις.
Ως δὲ σὺ, τοῖς φθιμένοισιν ἐπεὶ τάφον ἐξαλάπαξας,
Οὔποτ' ἂν ὐ φθιμένοις χεῖρα φέροις ὁσίlω.

ALIUD. CLXXIV.

D QUI viventibus nocere solet, mortuis fortasse proderit.
Qui vero neque mortuis, ne vivis quidem umquam.
Tu igitur, quandoquidem mortuorum sepulcrum vastasti,
Numquam viventibus sancte auxiliaturus eris.

Αλλο.

ΜΑρτύρομ', ὐδὲν ἔχω. πτωχὸς νέκυς ἐνθάδε κεῖμαι.
Μή με τεαῖς ἀτίσῃς τυμβοφόνοις παλάμαις.
Οὐδὲ γὰρ ὗτος ἔχεν χρυσὸν τάφος. ἀλλ' ἐδαΐχθη.
Πάντα φιλοχρύσοις ἄμβατα. φεῦγε Δίκη.

ALIUD. CLXXV.

NIL, fateor, est mihi. Mendicus mortuus heic jaceo.
Ne me tuis tumulicidis manibus inhonora.
Neque enim iste aurum habebat tumulus; nihilominus direptus est.
E Nihil auri cupidis inaccessum. Aufugit Justitia.

Αλλο.

ΟΙ τύμβοι φθιμένοισιν· ἀρήξατε, εἶπον ἅπαντες.
Ηνίχ' ὁ λυσσήεις τόνδ' ἐτίναξε τάφον.
Οἱ νέκυες τύμβοισι· τί ῥέξομεν· αὖθις ἀέρθη
Ως ἐπὶ βυκτασίῃ γαῖαν ἀφεῖσα Δίκη.

MS. habet λυσσαίνς.

ALIUD. CLXXVI.

TUmuli ad mortuos: opem ferte, ajebant omnes,
Quum rabidus quidam hoc sepulcrum concussit.
Mortui vero ad tumulos: quid faciemus? Rursus sublata est,
Ut in boum cæde, terram deserens Justitia.

Ως ἐπὶ βυκτασίῃ. *Ut in boum cæde*. Caussæ multæ ab antiquis Poetis fictæ, cur terras Astræa reliquerit. Ea etiam excogitata, quod moleste Virgo tulerit, boves operarios, fidosque homini ministros, jugulari & comedi. Aratus in Phænomenis:

— Πρῶτοι δὲ βοῶν ἐπάσαντ' ἀροτήρων.
Καὶ τότε μισήσασα Δίκη κείνων γένος ἀνδρῶν
Επταθ' ὑπερανίη. — — — —

Idest: *Primi etiam boves edere cœperunt operarios. Atque tunc exosa Justitia illorum genus hominum, volavit in cælum.*

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 370.



Αλλο. A

Ηλυθεν εἰς ἀΐδlu τις. ὅδ' ἔπτατο, ἄλλος ὄλεσσεν
Θῆρας. ὁ δὲ πλεκτὸν υἱέϊ τεῦξε δόμον,
Τέτων ἐτ۞ ἀνὴρ ἐ δεύτερον ἔργον ἔρεξεν,
Τόνδε τάφον ῥήξας χείρεσιν ἐχ ὁσίαις.

ALIUD. CLXXVII.

Ad inferos quidam penetravit; alter volavit: ille profligavit
Feras; hic vero plexilem filio fabricavit domum.
Hisce operibus iste vir minime secundum opus fecit,
Sepulcrum hoc manibus sceleratis perfringens.

Οὐδὲ πλεκτόν. *Hic vero plexilem* &c. Post commemoratum Orpheum, Dædalum, & Herculem, nescio quem heic Nazianzenus designat, compactilis domus architectum filio suo. Num forte Vulcanum significat, a quo mirabile illud rete compactum fingitur, legendumque est Αρεϊ pro υἱέϊ? At cur *domum* rete appellat? Judicent, & melius divinent alii.

Αλλο.

Ει τόσον ἔργον ἔγειρας ὀλωλότι, ἐ μέγα θαῦμα. B
Εἰ δὲ τόσον διέπερσας, ἀοίδιμος ἐσσομένοισιν.
Καί σε τις ἐν μεγάλοισιν ἀριθμήσει κακοεργοῖς,
Τύμβον ἀναῤῥήξανθ', ὃν καὶ τρομέεσι φονῆες,

ALIUD. CLXXVIII.

Si tantum opus erexeris mortuo, haud valde mirandum.
Si tantum opus vastaveris, celebris eris apud posteros.
Et te aliquis inter sceleratos famosos recensebit,
Quando sepulcrum evertisti, quod vel homicidæ verentur.

Αλλο.

Χρυσὸς μὲν Ροδίοισιν ἐπέκλυσε. σοὶ δ' ἀπὸ τύμβου
Χρυσὸν φέρει σίδηρος, ὃς κακὸν φέρει.
Ορυσσ' ὄρυσσε πάντας. ἤ τάχ' ἄν σέ τις
Τύμβος ἢ ἐξολέσειε πεσὼν, νεκύεσσι δ' ἀρήγοι. C

ALIUD. CLXXIX.

Aurum quidem in Rhodios pluit. Tibi vero e tumulo
Ferrum affert aurum, quod affert malum.
Effode, effode omnes. Fortasse te quis tumulus
Vel funditus perdat decidens; & mortuis opem ferat.

Ροδίοισιν. *In Rhodios*. Hujus fabulæ vestigia sunt apud Pindarum in Olymp. Od. VII. ubi de Rhodiis loquens Poeta hæc habet:

Κείνοισι μὲν ξανθὰν ἀγαγὼν νεφέλαν,
Πολὺν ὗσε χρυσόν.

Idest: *Illis quidem* (Jupiter) *flavam adducens nubem, multum pluit auri*. Ut Rhodiorum opulentiam deprædicarent Poetæ, hunc aureum imbrem, ut opinor, finxere. Cæterum pro ἐπέκλυσεν, quod est in MS. Codice, legibus metri suadentibus, scripsi ἐπέκλυσε, nisi pro Ροδίοισιν scribere præstet Ροδίοις. In eodem versu, & Codice occurrit τύμβον, pro quo τύμβε, sive τύμβων, substituendum censui.

Αλλα.

ALIA. CLXXX.

Τύμβος ἔlu. νῦν δ' εἰμὶ λίθων χύσις. οὐκ ἔτι τύμβος.
Ταῦτα φιλοχρύσοις ἥαδε. ποία δίκη; D

1. Tumulus eram; nunc non amplius tumulus, sed effusi lapides.
Ita Avaris placuit. Qualis pœna! (illis conveniret.)

Ms. habet ἔκφυγον, ac τί με.

Αἶ αἶ. καὶ τέφρη γενόμlu, καὶ χεῖρας ἀλιτρῶν
Οὐκ ἔφυγον. χρυσοῦ τί γε χερειότερον;

2. Eheu! & cinis evasi, & manus impiorum
Non fugi. Quidnam pejus auro?

Αζομαι ἀνδρομέης γενεῆς ὕπερ. εἴ σέ τις ἔτλη
Τύμβε χαμαὶ βαλέειν οὐχ ὁσίαις παλάμαις.

3. Timeo humana pro stirpe, quando te quidam est ausus,
O Tumule, sacrilegis dejicere manibus.

Vertente Salvinio.

Τύμβος ἐγὼ, σκοπίη τις ἀπ' οὔρεος. ἀλλά με χεῖρες
Θῆκαν ἶσον δαπέδῳ. τίς τάδ' ἄνωξε νόμος; E

4. Celsus eram tumulus, specula & de monte. Sed æquum
Me fecere solo. Hoc quæ pia jura jubent?

Οὗτος ἐμὸς δόμος ἦεν ὀλωλότος. ἀλλὰ σίδηρος
Ηλθ' ἐπ' ἐμῷ τύμβῳ. σὸν δόμον ἄλλος ἔχοι.

5. Vita [1] hæc nostra domus defuncti. Venit in ipsam
Ferrum. Vestram alius sic habeatque domum.

Τὴν σκαπάνlu ἐπ' ἄρεραν. ἐμεῦ δ' ἄπο χάζεο τύμβε.
Χάζεο. ἐδὲν ἔχω πλlu ζακότων νεκύων.

6. Arva ligo tantum. Nostro procul esto sepulcro.
Esto procul. Cineres possidet ira meos.

Ms. habet τάφον.

Εἴ σ' ἄπληστε τάφων δηλήμονα τοῖον ἐόλπειν,
Πάσσαλος ἂν τῇδε καὶ τροχὸς ἐκρέματο.

7. Si te huc sperassem, tumulorum effossor avare,
Heic palus pendens, & rota sæva foret.

Τίπτ με ἀνοχλίζεις κενεὸν τάφον; ὀστέα μοῦνα
Κεύθω, καὶ σποδιlu τοῖσιν ἐπερχομένοις.

8. Quid me vexas vacuum tumulum? Sola ossa
Abscondo, & cinerem accedentibus.

1. *Vita*, nescio quid sit: forte *Visa*. Salvin.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
370.



A

Αλλο.

Τύμβος ἐγὼ τύμβων πανυπέρτατος. ἀλλά μ' ἔῤῥηξεν
Ὡς ἕνα τῶν πολλῶν ἀνδροφόνος παλάμη.
Ανδροφόνος παλάμη με διώλεσε. λήξατε τύμβων
Θνητοὶ καὶ κτερέων. δάπτετ' ἐπὶ νεκρὰ κύνες.
Δάπτετ' ἐπὶ νεκρὰ κύνες. χρυσοῦ διζήτορες ἄνδρες
Ηδη καὶ νεκύων χρυσολογοῦσι κόνιν.

Ms. habet διφήτορες.

ALIUD. CLXXXI.

SUM tumulus, tumulis longe sublimior: at me
Rupit, ut e multis unum, homicida manus.
Destruxit me homicida manus. Cessate sepulcris
Exsequiisque homines. Spargite busta, canes.
Spargite busta, canes. Jam conquirentibus aurum,
Vel cinis excutitur ipse cadaveribus.

B

Αλλα.

Αλλος τύμβον ἔγειρε. σὺ δ' ὤλεσας. ἄλλος ἐγείροι
Σὸν τάφον, εἴγε θέμις, ἄλλος ἔραζε βάλοι.

Ηδη καὶ νεκύεσσιν ἐπέχραον οἱ φιλόχρυσοι.
Φεύγετε δ' ἐκ τύμβων, εἰ σθένος, οἱ φθίμενοι.

Τίπτε μ' ἀνοχλίζεις; νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα
Μοῦνα φέρω. τύμβων ὀστέα πλοῦτος ἅπας.

Δαίμονας, οἵ με ἔχουσιν, ἀλεύεο. οὔ τι γὰρ ἄλλο
Τύμβος ἔχω. τύμβων ὀστέα πλοῦτος ἅπας.

C

Εἰ χρυσοῦ δόμος ἦεν ὅλος τάφος, ὦ φιλόχρυσε,
Οὔποτ' ἔδει τοίην χεῖρα φέρειν φθιμένοις.

Λήθη καὶ σιγὴ νεκύων γέρας, ὡς ἀλάπαξεν
Οὗτος, ἐμὸν πολλοῖς θῆκεν ἄεισμα τάφον.

Πάντ' ἔχετε ζώοντες. ἐμοὶ δ' ὀλίγοι τε φίλοι τε
Λᾶες τῷ φθιμένῳ. φείδεο σὺ νέκυος;

Ms. habet σοῦ.

Οὐ χρυσοῦ δόμος εἰμί. τί τέμνομαι αὐτὸς ἔγωγε;
Τύμβος, ὃν ὀχλίζεις, πλοῦτος ἐμοῦ νέκυος.

D

Τύμβος ἐγὼ κλέος ἦα περικτιόνων ἀνθρώπων.
Νῦν δ' εἰμὶ στήλη χειρὸς ἀλιτροτάτης.

Εἰ λίην φιλόχρυσον ἔχεις κέαρ, ἄλλον ὀρύσσειν
Χρυσόν. ἐμοὶ δ' οὐδὲν πλὴν φθιμένων κτερέων.

Μὴ δείξῃς μερόπεσσι γυμνὸν νέκυν. ἥ σε γυμνώσει
Αλλος. ὁ δὲ χρυσὸς πολλάκις ἐστὶν ὄναρ.

Οὐχ ἅλις ἦε βροτοῖσι βροτοὺς ἔπι χεῖρας ἰάλλειν.
Αλλὰ καὶ ἐκ νεκύων σπεύδετε χρυσὸν ἔχειν·

E

Ὑμετέροις τύμβοισιν ἀρήξατε, οἱ τόδ' ὁρῶντες
Σῆμα δαϊχθέν. ὅσον λεύσσετε τυμβολέτην.

Τίς με τὸν ἐξ αἰῶνος ἀκινήτοισι λίθοισι
Κευθόμενον, θνητοῖς δεῖξε πένητα νέκυν;

Τίπτε τάφον διέπερσας ἐμόν, τάλαν; ὣς διαπέρσῃ
Σοί γε Θεὸς βιοτήν. ὦ φιλόχρυσον ἄγος.

Ωμοσα τοὺς φθιμένους, καὶ ὤμοσα τάρταρον αὐτὸν,
Μήποτε τυμβολέταις εὐμενὲς ὄμμα φέρειν.

ALIA. CLXXXII.

1. ERigit hic tumulum: tu contra destruis: unus
Erigat, atque alter destruat huncce tibi.

2. Vita auri cupidi defunctos aggrediuntur:
Aufugite extincti, si pote, de tumulis.

3. Quid me vexas? Mortuorum imbecilla capita
Tantum contineo. Tumulorum divitiæ omnes, ossa.

4. Genios, qui me possident, fuge; nil enim aliud
Tumulus contineo. Tumulorum divitiæ omnes, ossa.

5. Si aurea domus totum hoc bustum foret, o avare,
Ne fas quidem esset mortuis vim inferre.

6. Mortuorum præmium oblivio, & silentium; quandoquidem vastavit
Iste, meum multis fabulam fecit sepulcrum.

7. Omnia viventes habete. Mihi mortuo & pauci & cari
Lapides sint. Tu extincto, quæso, parce.

8. Non sum aurea domus. Cur igitur me depopularis?
Tumulus, quem dejicis, est mihi mortuo divitiæ.

9. Sepulcrum ego decus eram finitimarum gentium;
Nunc vero sum titulus impiissimæ manus.

10. Si valde auri appetens cor habes, aliud effode
Aurum. Mihi nihil præter mortualia.

11. Ne ostende mortalibus nudum mortuum; nam te nudabit
Alter. Aurum vero sæpe somnium est.

12. Non satis erat, mortalibus mortales, manus injicere,
Verum etiam e mortuis studetis aurum habere?

13. Vestris opem ferte sepulcris, qui hocce intuemini
Monumentum discerptum. Quam magnum cernitis tumulicidam!

14. Quis me a longo tempore immobilibus lapidibus
Occultatum, mortalibus prodidit egenum cadaver?

15. Cur sepulcrum evertisti meum, miser? Utinam secet
Tibi quoque Deus vitam. O avaritiæ noxa!

16. Mortuos obtestor, obtestor & ipsa Tartara,
Numquam tumulorum eversores placido aspiciant lumine.

A 17. Οὔρεα καὶ πρῶνες τὸν ἐμὸν τάφον, ὥς τιν' ἑταίρων,
Κλαύσατε. πᾶς δὲ πέσοι τῷ σε τέμνοντι λίθος.

17. Montes, & colles, meum tumulum, ceu aliquem sodalium,
Deflete. Omnis vero lapis in eum, qui te cædit, irruat.

18. Πλούσιος, εἰμὶ πένης. τύμβῳ πολὺς, ἔνδον ἄχρυσος.
Ἴσθι καθυβρίζων νεκρὸν ἀσυλότατον.

18. Dives (olim,) sum (modo) pauper: tumulo copiosus, intus absque auro.
Scito te contumelia afficere mortuum rem inviolabilem.

19. Κἂν στῆς πυθμένος ἄχρις ἐμοὺς κευθμῶνας ὀρύσσων,
Μόχθος σοι τὸ πέρας. ὀστέα μοῦνον ἔχω.

19. Quamvis non prius desistas, quam usque ad fundum latebras meas effoderis,
Finis tibi erit labor: ossa tantum contineo.

B 20. Τέμνετε τέμνετε ὧδε. πολύχρυσος γὰρ ὁ τύμβος
Τοῖς ποθέουσι λίθους. τ' ἄλλα δὲ πάντα κόνις.

20. Secate, secate sic: multum enim auri possidet sepulcrum
Desiderantibus lapides: alia omnia cinis.

21. Γαῖα φίλη, μὴ σοῖσι θανόνθ' ὑποδέχνυσο κόλποις
Τὸν τυμβωρυχίης κέρδεσι τερπόμενον.

21. Tellus cara, ne tuo mortuum excipe sinu,
Qui e sepulcrorum effossione lucrari gaudet.

22. Ὑβριστὴς ἐπ' ἐμ' ἦλθε τὸν οὐ ζώοντα σίδηρος.
Καὶ χρυσὸν ποθέων, ηὗρε πένητα νέκυν.

22. Contumeliosum in me non viventem irruit ferrum:
Et aurum appetens, pauperem reperiit mortuum.

Αλλο.

Μῦθος τάρταρος ἦεν. ἐπεὶ τάφον οὐκ ἀνέῳξεν
Οὗτος ἀνήρ. οἴμοι ὡς βραδύπους σὺ Δίκη.
C Ὡς βραδύπους σὺ Δίκη. καὶ τάρταρος ἔποτε δεινός.
Οὐ γὰρ ἂν οὗτος ἀνὴρ τόνδ' ἀνέῳξε τάφον.

In Ms. deest πότε.

Aliud e versione Salvinii. CLXXXIII.

Fabula sunt Manes; tumulum namque haud reseraffet.
Iste vir: eheu quam tu pede clauda Dice!
Quam pede clauda Dice! Manes quam fabula! namque
Iste modo hunc tumulum non reseraffet homo.

Εἰς τοὺς Εὐπραξίους.

Οὐδὲ μὲν ἐν πυμάτοις Εὐπράξιος, οὐδὲ μὲν ἄλλος,
Οὔνομ' ἓν ἀμφότεροι, θυμὸν ἔχοντες ἕνα,
Γρηγορίου ἱερῆος ὑποδρηστῆρες ἄριστοι,
Τοῦ καὶ νῦν λάτριες, κεῖθι παρεσταότες,

In Eupraxios. CLXXXIV.

Neque inter ultimos locandus Eupraxius, neque alter,
Nomen unum ambo, animum & unum habentes,
Gregorii Sacerdotis ministri optimi,
Ejusque etiamnum famuli, illic adstantes.

Post Carmen *in Probæresium*, cui primus locus datus in hoc Libro, subsequebatur istud Carmen in MS. Codice Mediceo. Titulum præfixi ego. Agitur autem de duobus Eupraxiis, qui Gregorio Episcopo inservierant in sacro ministerio, Diaconatus fortasse, vel potius Subdiaconatus. Quis autem sit Gregorius iste, pater ne, an filius Nazianzenus, an etiam Nyssenus, pronuntiare nescio; quamquam mihi probabilius videatur, intelligendum heic esse Gregorii Theologi patrem Gregorium. Inter Scriptoris nostri Epistolas, trigesima ad Eusebium Samosatensem Episcopum in exsilio agentem scripta, hoc habet exordium: *Τὰ πάντα τίμιος ὢν ἡμῖν, καὶ τῶν φίλων ἐν τοῖς γνησίοις, ὁ αἰδεσιμώτατος ἀδελφὸς ἡμῶν Εὐπράξιος, τιμιώτερος ὤφθη καὶ γνησιώτερος ἐκ τῆς περὶ σὲ διαθέσεως* &c. H. e. *Quamquam mihi semper carus fuit, atque inter sinceros amicos, venerabilis frater noster Eupraxius: carior* D *visus est, & magis ingenuus ob animi affectum erga te suum.* &c. Sed Eupraxius iste diversus ab iis qui in Carmine laudantur, videtur; quum enim appelletur *frater* a Nazianzeno Episcopo, & ipsum fuisse Episcopum, conjicere cogimur. Nostros autem Eupraxios ad tantum munus pervenisse, heic minime innuitur; sed quidem ipsos e vivis sublatos, dum adhuc Episcopo Gregorio inservirent, cujus & apud Superos ministri esse, ni mea me fallit conjectura, dicuntur. Ceterum, si quis divinationi locus est, quatuor hosce versus ab integro aliquo Nazianzeni Carmine avulsos opinor, cujusmodi fortassis illud est *πρὸς Ἑλλήνιον περὶ τῶν Μοναχῶν*, *ad Hellenium de Monachis* num. 47. in edit. Billiana, ubi de multis piis viris sermo habetur aut degentibus, aut vita defunctis. Illic pæne simile Distichi unius exordium occurrit. Hi autem versus ad alios precedentes referri videntur.

Πρὸς Χριστὸν τὸν σωτῆρα.

E Οὐκ ἔστ' οὐδὲ ποδὸς σέο χωρὶς ἴχνος ἀεῖραι,
Χριστὲ ἄναξ, ὃς πάντα πέλεις σοῖσιν μερόπεσσιν
Ἐσθλὰ, καὶ ἐν πάντεσσιν ὁδὸς ἰθεῖα τέτυξαι.
Σοὶ πίσυνος, καὶ τήνδε τέμνω τρίβον, ἀλλά με πέμποις
Ἀσκηθῆ, καὶ πάντα πόροις, ὅσ' ἐέλδεται ἦτορ.
Καί με ἄναξ παλίνορσον ἄγοις ἐπὶ δῶμα πενιχρὸν,
Ἔνθα σε νύκτα καὶ ἦμαρ ἐλεύθερος ἱλασκοίμην.

Ad Christum Servatorem, CLXXXV.

Ne unum quidem gressum pes movere sine te potest,
Christe Rex, qui tuis mortalibus es omne
Bonum, & recta via, per quam in omnibus pergant.
Tua ope fretus, hanc ineo semitam. Deduc me
Illæsum; tribue quæcumque cor meum cupit;
Et me, o Rex, ad pauperes ædes reducem ducito,
Ubi liber te diu noctuque mihi propitium reddam.

Carmen hoc multa habet communia cum eo, quod editum est a Billio Tom. 2. Operum Nazianzeni num. 53. cum hocce titulo *εὐχὴ*, sive *S. Gregorii peregre profecturi precatio ad Christum*. Ego titulum huic nostro præfixi.



A

Αλλο.

Ὃς πυρὶ καὶ νεφέλῃ στρατὸν ἤγαγες, ὃς δ' ὁδὸν ἔτρες
Ἐν πελάγει, πήξας κύματ' ἐλαυνομένοις.
Ἄρτον δ' οὐρανόθεν ὕσας ξένον οὐ δοκέουσιν.
Ἐκ δὲ πέτρης πηγὴν ἔβλυσας ἀκροτόμου.
Καὶ νῦν σῷ θεράποντι συνέμπορος ἐλθὲ καλεῦντι,
Χριστὲ φάος μερόπων δεξιὰ πάντα φέρων.

ALIUD. CLXXXVI.

Qui igne & nube exercitum duxisti, quique viam fecisti
In mari, undas immobiles pulsis sternens:
Cujus jussu peregrinus panis cælitus, nec opinantibus pluit,
Et petra e prærupta fons manavit;
Nunc etiam famulo tuo te invocanti comitem te junge,
Christe lux mortalium, prospera cuncta ferens.

Idem cum superiore argumentum. Similia legas in memorato Carmine LIII. apud Billium. Quæ vero ibi solis hexametris, heic Elegiacis exprimuntur.

B

In Maledicum. CLXXXVII.

Πολλὰ λέγεις με κακῶς, ὦ φίλτατε. εἰ μὲν ἄριστος
Αὐτὸς ἐὼν, τάχα τι καὶ πείσομαι. εἰ δὲ κάκιστος,
Αἴσσομ' ἀεί με λέγοις καὶ πλείονα. ὧδ' ἂν ἔγωγε
Πᾶσιν ἀριστεύοιμι. κακοῖς ἔχθεσθαι ἄμεινον.

In multis mihi maledicis, carissime: Siquidem optimus
Ipse es, fortasse & in aliquo tibi credam. Sin autem pessimus,
Rogo, semper mihi & gravius maledicas. Equidem ita
In omnibus victor ero. Malis invisum esse præstat.

Contra maledicum, sive contra maledicos, ingeniose argumentatur. In postremo versu pro ἔχθεσθαι legitur in MS. Cod. χεσθαι cum accentu & spiritu leni supra syllabam primam. Sensus, & versus ratio, & accentus emendationem hujusmodi po.cebant.

C

Αλλο.

Πολλὰ [1] λέγεις με κακῶς, ὦ φίλτατε. δρᾷς δὲ σεαυτόν
Τόνδε λογισμὸν ἔχω φάρμακον εἰς τὸ πάθος.
Εἰ μέν σοι παρέησι Θεὸς μέγας, ἔστιν ἃ κἀμοί.
Εἰ δ' ἀγανακτήσει, τί πλέον ἐστὶ δίκη;

ALIUD. CLXXXVIII.

In multis mihi maledicis, carissime: tibi autem ipsi facis.
Hoc argumentum habeo, calamitatis medelam.
Si tibi Deus maximus indulgeat: sunt & in quibus mihi indulgere possit.
Sin vero indignetur: quam majorem sperem vindictam?

Αλλο.

Πολλὰ λέγεις με κακῶς, ὦ φίλτατε. εἰ μὲν ἀληθῆ·
Αἴτιος, ὃς τὴν σὴν γλῶσσαν ἐφειλκυσάμην.
Εἰ δ' ἀδίκως ψευδῆ τε, τί πρὸς ἐμέ; πλὴν λέγε πᾶσιν.
Ὧδε ἄρ' ἂν μείζω τίσιν ἔχοις θεόθεν.

ALIUD. CLXXXIX.

D

In multis mihi maledicis, carissime. Si quidem vera;
Auctor ego, qui linguam tuam adversum me traxi.
Sin autem injuste, & falsa: quid ad me? per me licet, omnibus edissere.
Ita enim majorem ultionem a Deo consequaris.

Εἰς τὴν ὑπομονήν.

Ὅταν τιν' εὕρῃς εὐπαθοῦντα τῶν κακῶν,
Γίνωσκε τοῦτον τῷ τέλει τηρούμενον.
Ὅτ' ἂν καλόν τιν' ἐν κακοῖς, καθάρσιον
Τὴν θλῖψιν ἴσθι. δεῖ γὰρ εἴ τι καὶ μικρὸν
Ἰλύος ἐφέλκει, τοῦτο ῥυφθῆναι πόνοις.
Ὡς μηδὲν εἰς πύρωσιν ἔλθῃ τῶν κακῶν.
Ἢ πεῖραν εἶναι καὶ πάλην τοῦ δυσμενοῦς,
Θεοῦ διδόντος, ὡς ἀναῤῥηθῇς μέγας.
Ἰὼβ σε ταῦτα πειθέτω νικηφόρος.

In Patientiam. CXC.

Si quem improbum cernis florere in hac vita:
Scito pœnas manere hunc postremo die.
Si quem probum malis obrutum vides: ut purgetur,
Hæc illi contingere scito. Par enim est, si quid,
Modicum licet, fæcis contrahit, id purgari doloribus,

E

Ne quod scelus in incendium reservetur:
Sive tentari; & luctari cum diabolo,
Permittente Deo, ut magnus citeris.
Hæc tibi Job victor persuadeat.

Editum est hoc Epigramma Tom. II. pag. 181. Operum Nazianzeni. Quum in MS. Cod. Mediceo duo versus occurrant, qui in editis Libris prætermissi sunt, ideo rursus producendum censui.

Ἰλύος. *Fæcis*. Sensu, & metro poscete, ita scripsi. MS. Codex habebat ἰλῦς.

Ὡς μηδὲν. *Ne quod* &c. Facile ex his probes Catholicæ Ecclesiæ sententiam de Purgatorio post mortem igne, quam Græculi quidam aversari videntur, concoquere vero nesciunt nostrorum temporum heterodoxi. Si præstat temporariis in hoc mundo pœnis fæces & reliquias scelerum vel minutas purgare, ne purgandæ in ignem deferantur: ergo est post obitum nostrum purgativus ignis, & quidem a Tartareo diversus. In hoc enim non purgantur, sed æternum plectuntur crimina; in illo vero animæ sordes eluuntur, ut ad æternam postea felicitatem transitus fiat.

1. Hoc epigramma cum sequentibus ccii. cciv. ccviii. ccxi. ccxxiv. ediderat Aldus anno 1504. 4. M. xii. ut observat Fabricius *Bibl. Gr.* tom. vii. pag. 537. not. †

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.



A De se ipso. CXCI.

TΡιὰς λαλοῖτο, καὶ καταρτίζῃ λεὼν
Ἄλλος τις, ὥσπερ ἄξιον. Θρόνων δ' ἐγὼ
Εἴξω. Θεῷ γὰρ προσλαλῶν οὐ παύσομαι.

TRinitas loquatur, & reconcinnet populum
Alius aliquis, ut par est. Ego vero e Throno
Cedam. Neque ad Deum loqui desinam unquam.

Hæc Nazianzenus cecinisse videtur, quum sedi Constantinopolitanæ renuntiavit, ut Episcoporum, & populi tumultus compesceret. In MS. Codice habetur καταρτίζει [1] λεὼν ἄλλος τις: quod interpretari forte possimus: *& conciliretur aliquis alius leo*. At libentius lego καταρτίζῃ λεὼν, h. e. concilicet, seu componat, seu regat populum aliquis alius Episcopus: ubi λεὼν Attice pro λαόν.

Ad Deum. CXCII.

TΟλμῶ τι λέξαι, ὦ μάκαρ. τὸ σῶμά μοι
B Τὸ σόν. τὸ τῆς σῆς πλάσμα προσρίπτεις χερὸς,
Ὡς λεπτὸν, ὡς ὀδωδὸς, ὡς παρειμένον.
Ἰδοὺ πρόκειται. βλέψον. ἐκλελοίπαμεν.
Καὶ νῦν πάρει. δὸς χεῖρα. ἢ λῦσον βίου.
Πρὶν καὶ τι χεῖρον συμπεσεῖν ἐμοὶ τέλος.
Τί δεῖ πάλιν κακῶν τε καὶ καθαρσίων;

QUædam audeo dicere, o beate. Quod mihi corpus est,
Tuum est. Opus manuum tuarum jactas,
Sed quam tenue, quam male olens, quam fractum!
Ecce prostratur: respice: defecimus.
Tu vero nunc ades, da manum, vel vita solve,
Priusquam mihi deterior finis contingat.
Quid opus amplius morbis, & purgationibus?

Gregorium hæc cecinisse puto, quum gravi aliquo morbo, senex fortasse, laboraret. In secundo versu MS. Codex habet προσρίπτω, h. e. *projicio*. Scripsi ego προσρίπτεις, ut commode flueret sensus. Atque hactenus Carmina per Cl. Salvinium e Mediceis Codicibus descripta.

Περὶ τῶν δαιμονίων πολέμων.
Ἔπος ἡρωϊκὸν, καὶ ἰαμβεῖον.

De bello quod movent Dæmones.
Carmen Heroicum, & Jambicum. CXCIII.

C ΕΙ μὴ γλῶσσαν ἔδησα λάλον, καὶ χείλεα σιγῇ
Τὸν νοῦν ἀθροίζων εἰς Θεοῦ κοινωνίαν,
Ὄφρα κεν ἁγνοτάτοισι νοήμασιν ἁγνὸν ἄνακτα
Τίσω (καλὸν γὰρ τὸ φρενὸς μόνης θύος)

Οὔποτ' ἂν ἐφρασάμην σκολιοῦ τεχνάσματα θηρὸς,
Ἢ μὴν ἐκήρυσσόν τε, καὶ τοῦτ' ᾠόμην.
Πολλάκι μοι καὶ πρόσθεν ἐπήλυθε νυκτὶ ἐοικὼς,
Καὶ φωτὸς αὖθις ἐν πανούργῳ πλάσματι.
Πάντα γὰρ ὅσσ' ἐθέλῃσι πέλει θανάτοιο σοφιστὴς,

Γεγὼς ὁ Πρωτεὺς εἰς κλοπὰς μορφωμάτων,
Ὥς κέ τιν' ἢ λοχόων ἢ ἀμφαδὸν ἄνδρα δαμάσσῃ,

D Τρυφὴ γὰρ αὐτῷ τὰ βροτῶν ἐκπτώματα.
Ἀλλ' οὔπω τοιόνδε τοσόνδέ τι τὸ πρὶν ὄπωπα,
Ὅσσος προσῆλθε νῦν ἐμοῖς ἀθλήμασι.
Πλεῖον γὰρ ψυχῆς ὁρόων σέβας ἐντὸς ἐμοῖο,

Καὶ πλεῖον ἦρκε τοῦ χόλου τὴν φλεγμονήν.
Ὡς δ' ὅτε τις λοχόωσα δυσαλθέος ἔνδοθι σαρκὸς

Νόσος σχεθεῖσα φαρμάκοις οὐ καιρίοις,
Βοσκομένη κευθμῶνας ἀειδέας οὐ πρὶν ἔληξε
Πρὶν ἀλλαχοῦ ῥαγεῖσα δοῦναι κίνδυνον·

Ἠὲ ῥόος κρατεροῖσιν ἐρύγμασι τῇδε βιασθεὶς
Ἐκεῖ βιήσατ', ἀθρόως τ' ἐξεῤῥάγη·
E Τοῖος καὶ φθονεροῖο κακὸς μόθος. εὖ τέ μιν ἔσχον

Γλώσσῃ. πρὸς ἄλλό τι βλάβος μετεῤῥύη.
Οὐ μὲν ἕλε. Χριστὸς γὰρ ἐπήλυθεν ἄλκαρ ἐμεῖο,

Ὃς καὶ μαθητὰς ἐκ ζάλης ἐῤῥύσατο,
Καὶ πολλοὺς παθέων, καὶ δαιμονίων ἀπὸ δεσμῶν
Ἠλευθέρωσε τῷ θέλειν διδοὺς χάριν.
Ἔμπα γε μὴν πειρήσατ', ὅπως πάρος ἀνδροφόνοισι
Δόλοις ἔκλεψε τὸν γένους ἀρχηγέτην.
Ἀλλὰ μάκαρ μόθον ἴσχε, καὶ εὐδιόωντά μ' ἄνωχθι

Σοὶ τὰς ἀναίμους θυσίας πέμπειν ἀεί.

NIsi loquacem linguam, & labia silentio vincta habuissem,
Mente collecta in Dei societatem,
Ut purissimis intimis sensibus purum Dominum
Venerarer (nam pulchrum est solius mentis sacrificium)
Nequaquam animadvertissem tortuosæ artificia bestiæ.
Certe & prædicassem, & illud existimassem.
Sæpe mihi etiam supervenit nocti similis,
Et rursus lucis sub fraudulenta figura.
Omnia enim, quæcumque voluerit, efficitur mortis Sophista,
Natus Proteus ad formas dolosas effigendas,
Ut aliquem aut per insidias, aut aperte hominem interficiat;
Nam deliciæ illi sunt mortalium lapsus.
Sed nondum talem tantumque ante conspexeram,
Quantus modo irruit in mea certamina.
Quo magis enim animæ meæ internam cernebat religionem,
Eo magis etiam ira turgida effervescebat.
Ut quando per insidias subrepens, insanabilem intra carnem,
Morbus compressus medicamentis inopportunis,
Depascens latibula non apparentia, non prius cessat,
Quam alio erumpens (ægrum) adducat in discrimen;
Aut fluentum firmis munitionibus hac parte repressum,
Illac obnititur, & collectim erumpit:
Tale est invidi pravum bellum. Quando ipsum cohibebam
Lingua, ad aliam quamdam dilabebatur noxam.
Non tamen cepit. Christus enim superveniebat, præsidium meum,
Qui & Discipulos e tempestate eruit,
Ac multos morbis, & Dæmonum vinculis
Liberavit, voluntati largiens gratiam.
Attamen tentabat, quemadmodum ante homicidis
Dolis surripuit Principem generis (Adamum).
At, o beate, tumultum compone, & tranquillatum me jube
Tibi incruentas mittere semper hostias.

1. Καταρτίζει, *concilietis*. λέων. In principio ἄλλος τις. Nihil mutandum. SALVIN.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

Carmen hoc, & reliqua subinde a nobis edita, ex antiquissimo Codice MS. Ambrosianæ Bibliothecæ descripta sunt. Heic autem diaboli insidiæ narrantur, quibus non raro Poeta noster petebatur. Alia exstant Carmina jam evulgata, quibus aut ipsum dæmonem improbum acriter objurgat atque a suis avertit oculis, aut ejus calliditatem atque incursus deflet. Consule Carmen 19. 21. 32. 60. & alia in editione Billiana.

Εἰ μὴ *Nisi* &c. Heic dicit Poeta, suas de Deo meditationes ansam dæmoni malo præbuisse, ut has sibi strueret insidias; quas, nisi se totum divinis contemplationibus addixisset, silentium ac solitudinem sequutus, a diabolo non sustinuisset.

Καὶ τὸν' φόμlw. *Et illud existimassem*. H. e. diabolum existimassem loco Dei, & divina, illius consilia.

Σοφιστής. *Sophista*. Diabolum *Sophistam mortis* appellat, videlicet captionum letalium artificem. *Sophista* enim Græce *simulatorem*, *cavillatorem*, atque his similia significat. Sive, quod sophistarum est, varias dæmon figuras adhibet, ut quod vult persuadeat, miserosque mortales decipiat.

Ιαμβοι.

ΕΝ σοὶ μὲν ἠρεμοῦμεν, ὦ Θεοῦ Λόγε,
Μένοντες οἴκοι. σοὶ δ' ἀνάπτομεν σχολήν.
Σὴ μὲν καθέδρα, σὴ δ' ἔγερσις, καὶ στάσις,
Σὴ δ' αὖ πορεία. σοῖς δὲ καὶ νῦν νεύμασιν
Εὐθυποροῦμεν. Ἀλλά μοί τιν' Ἀγγέλων
Πέμποις ὁδηγὸν, δεξιὸν παραστάτην,
Ὅς με στύλῳ πυρός τε καὶ νέφους ἄγοι,
Τέμνοι δὲ πόντον, ῥεῖθρα δ' ἱστῴη λόγῳ,
Τρέφοι δ' ἄνωθεν, καὶ κάτωθεν πλουσίως.
Σταυρὸς δὲ χερσὶν ἐκτυπούμενος θράσος
Ἐχθρῶν κατείργοι. μὴ δ' ἐν ἡμέρῃ μέσῃ
Καύσων φλέγοι με, μὴ δὲ νὺξ φόβον φέροι.
Τὴν δὲ τραχεῖαν, καὶ προσάντη μοι τρίβον
Λείαν τιθείης εὔπορόν τε σῷ λάτρει.
Ὡς πολλάκις με καὶ τὸ πρὶν χειρὶ σκέπων
Γῆς καὶ θαλάσσης ἐξέσωσας κινδύνων,
Νόσων τε δεινῶν, δυσμενῶν τε πραγμάτων.
Ὡς δεξιῶς ἅπαντα, καὶ κατ' ἐλπίδας
Πράξαντες, αἴσιόν τε τῆς ὁδοῦ τέλος
Εὑρόντες αὖθις πρὸς φίλους, καὶ συγγενεῖς
Παλινδρομῶμεν ἀσμένοις τε ἄσμενοι
Φανέντες οἴκοι, καὶ πόνων πεπαυμένοι
Σὲ προσκυνῶμεν, τῆς τελευταίας ὁδοῦ
Χρῄζοντες ἀμείνους τε καὶ ῥᾴστης τυχεῖν.

Jambi. CXCIV.

IN te quiescimus, o Divinum Verbum,
Manentes domi. Tibi acceptam referimus quietem.
Tuum sane est sedere, tuum est surgere, & stare,
Tuum rursus est ambulare; tuisque nunc etiam nutibus
Recte incedimus. Sed ad me aliquem Angelorum
Mittas ducem, aptumque custodem,
Qui me columna ignis, & nubis agat;
Secet vero pontum, & fluenta sistat verbo;
Nutriat superne, & inferne opulenter.
Crux manibus efformata audaciam
Inimicorum coerceat, ne media in die
Æstus me adurat, neque nox terrorem inferat.
Asperam autem & acclivem mihi semitam
Planam reddas, & expeditam famulo tuo.
Namque sæpe me ante manu tegens,
Terræque & maris liberasti periculis,
Et morbis gravibus, & arduis rebus;
Ut secunde omnia, sicuti speramus,
Agentes, faustum viæ finem
Invenientes, rursus ad amicos, & affines
Revertamur, nempe libentibus libentes
Apparentes domi, & a laboribus cessantes
Te veneremur, finalem viam
Lenem ac facillimam adipisci quærentes.

Post Carmen, quod Ἐνοδία inscribitur, seu *S. Gregorii peregre profecturi precatio*, jam typis editum, hæc subjiciuntur in Ambrosiano Codice, modica inter utrumque Carmen distinctione facta. Ea vero lucubrasse videtur Poeta sacer, quum a cathedra Constantinopolitana qua se abdicaverat, ad solitudinem ruris paterni se se contulerat.

Σταυρὸς. *Crux* &c. Venerabile signum Crucis, quo Christi sectatores germani se manu quotidie muniunt, diabolum fugare posse, vetustissima traditio est. Ejus institutio ab Apostolis ipsis proficisci videtur. Cujus rei ac ritus exempla pete a Gretsero in amplissimo Opere de S. Cruce, a Bosio &c.

Εἰς ὑπομονήν.

ΕΙ τις ἐὼν κακίης στυγερὸν τέκος ἔνθα τέθηλας,
Ταῖς πυμάταις βασάνοις ἴσθι φυλασσόμενος.
Εἴ τις ἄριστος ἐὼν κύρσας τραχέος βιότοιο,
Ὡς χρυσὸς χοάνοις ἴσθι καθαιρόμενος.
Ἠ φθονεροῖο πάλῃ κάμνων δέμας. ἄλλος Ἰὼβ τις,
Ὥσπερ ἀεθλήσας στέμμα νίκης φορέοις.
Τῷ μήτ' ἐσθαλέων τέρπευ φρένα, μήτε μόγοισι
Κάμπτεο. Χριστοφόρῳ πάντα φέρων κραδίῃ.

In tolerantiam. CXCV.

SI quis, malitiæ miserum germen exsistens, heic flores,
Extremis tormentis te servari scias.
Si quis optimus exsistens, in duram incidisti vitam,
Tamquam aurum in fusoriis te purgari scias.
Si ob invidi luctam æger es corpore, alter Job esto,
Ut, postquam certaveris, coronam victoriæ referas.
Quare neque prosperis animum effer rebus, neque adversis
Dejice, Christiano & hæc & illa ferens corde.

In hujusmodi argumentum alia Gregorius Carmina reliquit, quæ ex editione Billiana petere potes. In quinto versu pro ἠ, quod legitur in MS. Codice, εἰ fortasse scribendum. Pro Ἰὼβ τις, scriptum fortasse ab Auctore fuit Ἰὼβ ἧς. In postremo versu MS. Codex habet χριστοφόρε, & κραδίης. Ego ex conjectura scripsi χριστοφόρῳ κραδίῃ.

Εἰς Φιλάγριον, καὶ πρὸς ὑπομονήν.

ΕΣτιν Ἐπικτήτοιο μέγα κλέος ἐν προτέροισιν,
Ἔστιν Ἀναξάρχου. ὧν ὁ μὲν ἀγνύμενος
Τὸ κλέος οὐκ ἀλέγιζεν· ὁ δ' ὅλμου χεῖρας ἔχοντος
Κοπτόμενός γ' ἐβόα, πτίσσετε τὸν θύλακον.
Ἀλλὰ σὺ καὶ δηναιὰ, Φιλάγριε, σώματι κάμνων
Δαπτομένῳ, ψυχὴν αἰὲν ἄπληκτον ἔχεις.

In Philagrium, & ad Tolerantiam. CXCVI.

EST Epicteti gloria maxima inter primos;
Est Anaxarchi. Quorum quidem ille fractus
Gloriam despexit. Hic vero, mortario manus tenente,
Quum tunderetur, clamabat: follem tundite.
Sed tu quoque diuturna mala, Philagri, corpore perferens
Lacerato, animum semper impercussum habes.

Inter intimos Nazianzeni familiares numerabatur Philagrius, ad quem ejus etiam Epistolæ exstant, videlicet 40. 41. 64. 65 66. 67. 68. & 69. in editione Billii. Ibi quanta amoris conjunctio inter utrumque intercederet, perspicue intelligas, quantaque virtus Philagrio esset. Morbi plures, iique atrocissimi, ejus corpori bellum indixerant. Ille vero animum imperturbatum supra corporis ærumnas ferens, felicitate rara, virtutis potius quam doloris argumenta inde trahebat.

Ἐπικτήτοιο. *Epicteti*. In Orat. I. contra Julianum men-

tionem Epicteti Theologus habet. In Epist. vero 64. ut singularem Philagrii tolerantiam extollat, ejusdem Epicteti atque Anaxarchi exemplo utitur in hæc verba: *θαυμάζω δὲ καὶ τῶν ἔξωθεν τοὺς τούτοις παραπλησίως, οἷον τὸν Ανάξαρχον ἐκεῖνον, τὸν Επίκτητον* &c. *Externos etiam, qui similes eorum extiterunt, admiror, exempli gratia Anaxarchum, Epictetum* &c. Prosequitur Nazianzenus, atque ait, Epictetum, dum crus illi frangeretur, veluti in alieno corpore esset, magna animi firmitate philosophatum fuisse, citiusque crus perfractum, quam ipse vim doloris persenserit. Eumdem vero Epictetum heic significari arbitror, qui Stoicæ sectæ, si non princeps, certe supremus inter alios cultor fuit, patria Hieropolitanus, & a Neronis temporibus ad Marcum usque Antonium Romæ commoratus, ubi etiam ab Hadriano Imperatore summo in honore est habitus. Vide Spartianum in Hadriano, Lucianum in Dialogo *ad ineruditum, & multos coementem libros*, A. Gellium Noct. Attic. lib. 15. cap. 11. & lib. 17. cap. 19. Arrianum, ac Simplicium in Comment. ad Epict. Enchiridium, Eliam Cretensem, & Nonnum in Scholiis ad Nazianzeni Orat. III.

Αναξάρχου. Anaxarchi. In supra laudata Epistola 64. Anaxarchum veluti spectabile apud ethnicos patientiæ exemplar Nazianzenus commemoravit. Fuit is Democriti sectator, & Alexandro M. carus, quo e vivis sublato, in Græciam rediens a Nicocreonte Cypri, sive Cyrenarum tyranno, aut (ut Elias Cretensis, & Nonnus in scholiis ad Nazianz. Orat. 3. arbitrantur) ab Archelao tyranno comprehensus, & in mortarium conjectus, ibi ferreo malleo contusus est. Verum nullus cruciatus animum philosophi frangere potuit. Quin is fortiter inclamabat; *πτίσσε τὸν Αναξάρχου θύλακον, Ανάξαρχον δὲ οὐ πτίσσεις. Tunde Anaxarchi utrem* (videlicet *corpus*;) *Anaxarchum vero ipsum non tundis*. Hinc Ovidius in Ibin

Aut, ut Anaxarchus, pila frangaris in alta,
Jactaque pro solitis frugibus ossa sonent.

Sive *ictaque* ut mihi eo in loco legendum videtur. Hac de re videndi Plutarchus in Tract. de Virt. morali, Tertull. in Apologetico, Origenes contra Celsum lib. 6. Clem. Alex. Stromat. lib. 4. Elias Cretensis, & Nonnus in Comment. ad Orat. 3. Nazianzeni.

Κοπτόμενος γ' ἐβόα. Quum tunderetur, inclamabat. Ita lego, quum in Codice MS. habeatur *κοπτασσόμενος ἐβόα*. Sensus ac metrum emendationem poscebant.

Αλλο.

ΕΙ μή σοι δέμας ἦε, Φιλάγριε, τόσσον ἀκιδνὸν,
Οὔποτε σῆς ἀρετῆς κάρτος ἂν ἐφρασάμην.
Νῦν δὲ τὸ μὲν διόλωλε, σὺ δ' ἔμπεδος. ἦ ῥ' ἐτεόν γε
Τοῖς ἀγαθοῖσι Θεὸς φάρμακον ἄλγος ἄγει.

ALIUD. CXCVII.

NI tibi, o Philagri, corpus fuisset adeo imbecille,
Numquam tuæ virtutis vires deprehendissem.
Nunc illud disperiit; tu integer. Quam vere
Bonis Deus in medelam ærumnam adducit!

Αλλο.

ΕΞέφαγεν νοῦσός σε, Φιλάγριε· ὄσσ' ἐκάλυψεν.
Ψυχὴ δ' ἐκ παθέων ἐστὶ φαεινοτέρη.
Πάσης μὲν σοφίης σε δαήμονα οἶδα, φέριστε.
Τούτου δ' οὐδὲν ἔχω φέρτερον ἄλλο λέγειν.

ALIUD. CXCVIII.

EXedit te morbus Philagri; oculos texit;
Anima vero a malis est splendidior.
Omnis certe sapientiæ te peritum novi, o optime:
Hoc vero nil aliud possum dicere melius.

Αλλο.

ΚΛῦθι, Αλεξάνδρεια· Φιλάγριος ὤλεσε μορφὴν,
Τῆς χρυσέης ψυχῆς οὔτι χερειοτέρην.
Καισάριον δὲ νέον φθόνος ἥρπασε. οὔποτε τοῖα
Πέμψεις εὐίπποις ἄνθεα Καππαδόκαις.

ALIUD. CXCIX.

AUdi Alexandria: Philagrius formam perdidit
Animo aureo minime inferiorem.
Cæsarium vero novum invidia rapuit. Numquam deinceps tales
Flores a te mittentur ad Cappadoces equis præstantes.

Carmen hoc repetitum supra invenies inter ea, quæ *in Cæsarium* Gregorius composuit. An hæc repetitio a Nazianzeno ipso, an vero a librario aliquo præstita fuerit, affirmare non ausim. Quæ supra in hos versus adnotavi, huc sunt referenda. Pro *χρυσέης*, quod heic habetur, legitur illic *λογικῆς*.

Μορφὴν. Formam. Hoc est, *corporis formam*, ut Philagrium interiisse significet. Carmina etiam superiora videntur facta in Philagrium mortuum.

Καισάριον δὲ νέον [1]. *Cæsarium vero novum*. Quasi, ut possumus interpretari, alterum Cæsarium Gregorii fratrem fata invida rursus rapuerint.

Πρὸς πενίαν φιλόσοφον.

ΕΣτω τις νοσερὸς χαλεπῶς, καὶ πολλὰ πορίζων
Φάρμακα τοῖς πάθεσιν. ἄλλος ὑγιεινότατος
Φάρμακον οὐδὲν ἔχων. πότερον τούτων μακαρίζεις;
Τὸν ῥ' ἀλεκτοῦντ'. οἶδ' ὅτι καὶ γὰρ ἅπας.
Οὕτω τὸν χρήζοντ' ὀλίγων, κἂν σφόδρα πένηται,
Πρὸς τοῦ πλουτοῦντος χρήμασι καὶ πάθεσι.

In paupertatem Philosophicam. CC.

SIT aliquis graviter morbosus, & multa comparans
Pharmaca suis morbis, alter sanissimus
Nullo indigens pharmaco. Utrum beatum prædicabis?
Bene valentem: scio omnes ita esse dicturos.
Ita prædicabis indigentem paucis, licet pauperrimum,
Præ homine opibus & malis divite.

Elegans de philosophica paupertate Epigramma, cujus sensus idem Poeta aliis versibus expressit a Billio editis tom. 2. pag. 196. Jambico 8. cum eodem titulo.

Εἰς Αγαπητούς.

ΗΔη μοι πολιὴ, δάπτω δέμας, ὄμμα δαμάζω,
Φροντίσιν ἠματίῃσι, καὶ ἐννυχίῃσι τέτηκα
Ψυχὴν τὴν τλήμονα, ὅπως πυρὸς ἐξερύσαιμι·
Αλλ' ἔμπης κρατέω τοῦ σώματος οὐκ ἀμογητί.
Πῶς δὲ σὺ καὶ νεότητα φέρων, καὶ σάρκα ἐγείρων
Εὐρυτέρας ἐλέφαντος; ἔπειτα δέ μοι διαθρύπτῃ,
Ως δή τις καθαρὸς, καὶ πνεύματι τὴν ἀγαπητὴν

In Agapetos. CCI.

JAM mihi est canities, corpus lanio, oculum domito,
Curis diurnis nocturnisque absumo
Animam ter miseram, ut ab igne eripiam;
Sed nihilominus corpori ægre impero.
Quomodo vero tu, & juventutem ferens, & carnes erigens
Ampliores elephanto? Deinde vero mihi delicias facis,
Tamquam sane quis purus, & spiritu dilectam

[1] *Cæsarius alter*, id est, Philagrius. SALVIN.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

Στέργων. ὦ φευκτῆς ἀγάπης, ἣ Χριστὸν ἀτίζει. A — Amans. O fugienda dilectio, quæ Christum dehonestat!

Fefellit me diu Billiana Gregorii editio, quam omnium procul dubio huc usque perfectissimam, miraque diligentia elaboratam confitentur eruditi, & non nisi ab illa superandam credimus, quam nunc instruit clarissimus P. Louvard Monachus Benedictinus e Congregatione S. Mauri; nullum enim ibi offenderam e multis hisce versibus, quos ego nunc sum editurus *in Agapetos*. Sero tamdem animadverti, nonnullos ex iis a Billio fuisse evulgatos ad calcem tomi secundi, at sine textu Græco, quamquam Græcos quoque antea dedisset Aldus in vetusta Editione anno 1504. procurata. Publicæ igitur interesse rei sum arbitratus, tum jam pridem editos, tum nuper detectos Nazianzeni *de Agapetis, & Synisactis* versus in unum cogere corpus, & simul proferre. Quod est ad argumentum, Ecclesiasticæ eruditioni perquam utile, tanta ejus est ubertas, ut solis notis & scholiis explicari atque exhauriri commode non possit. Operæ itaque pretium duxi, Disquisitionem *de Agapetis, & Synisactis* (liceat Græca retinere nomina) instituere, quam in Anecdotis Græcis conspicies. Ibi vero, quid *Agapeti*, quæve illorum origo, quod institutum fuerit, amplissime proditum. Interim scire sufficiat, *Agapetos*, hoc est *Dilectos*, illos audisse, qui postquam Christo castitatem dicaverant, & monasticæ vitæ sese addixerant, cum virginibus plerumque Deo sacratis cohabitabant, animorum tantummodo, non corporum, amorem communionemque præ se ferentes.

Ἤδη. *Jam* &c. Non uno in loco Nazianzenus fatetur, se carnis concupiscentia acriter divexatum, neque canitiem atque inflictas corpori voluntarias pœnas adeo valuisse, ut a stimulis inferioris appetitus animum, tot licet virtutibus firmatum, omnino liberarent. In Carm. 4. *de animæ suæ calamitatibus*, in Carm. 48. *de Virtute humana*, & in Ep. 196. ad Vitalianum, eadem Gregorius repetit. Vide, quæ Baronius cap. 17. Vitæ ejusdem Sancti viri tom. 2. Maji, editæ a Cl. Papebrochio, scripsit. Illic referuntur hi ipsi versus, ad quos Papebrochius hæc habet: *Nescio ubi hunc locum inveniam; nam quod in margine notarat Baronius Carmen de rebus suis, tale nihil habet*. At Aldi Manutii editionem sequutus est Baronius; Papebrochius vero Billianam præ oculis habens, nihil tale vidit, quod & mihi primum contigit.

Εὐρυτέρας. *Ampliores*. Monachos ceterosque *Agapetos* increpat, qui quamquam adolescentiæ flammis aduri possent, corpusque, elephantorum instar, amplum, pingue, & ut ita dicam, abdomini natum soverent, a virginum tamen B contubernio arctissimo nequaquam abstinebant, inde sibi nullum creari periculum dictitantes. Ipsemet Gregorius in Carm. 59. *ad fictos Monachos* ita loquitur:

Τὰς παχέας σάρκας, καὶ γαστέρα ὄγκον ἔχουσαν
Ἡ λεπτὴ χωρεῖν εἴσοδος οὐ δύναται.
Perpingues nimium carnes, ventremque tumentem
Haud capit ætheræ janua parva domus.

Ἔπειτα δέ μοι διαθρύπτῃ. *Deinde vero mihi delicias facis*. Hoc est: Sed tu ais, maximas a te percipi delicias in hujusmodi amore, qui sane purissimus est ac tantummodo spiritualis, ideoque a carnali contagione remotus. Unica exclamatione respondet Gregorius, amorem hujusmodi fugiendum.

Ἀγαπητήν. *Agapetam*. Legitur in MS. Codice ἀγαπώλω. Placuit aliam substituere vocem; nempe sensus ita purgatus efficitur.

C

Ἄλλο. — ALIUD. CCII.

Παρθένε, Χριστὸν ἔχεις αἰεὶ ζῶντ' ἐπίκουρον,
Νυμφίον ἱμερόεντα, τεῆς ζηλήμονα μορφῆς
Οὐρανίης. μὴ σάρκα πάλιν σαρκός τε ταλαίνης
Δέξῃ κηδεμόνα· γλώσσας δ' ἀλέεινε κακίστων.

Μὴ Χριστοῖο χιτῶνα τὸν ἄσπιλον αἴσχεσι μίξῃς,
Πάσαις παρθενικῇσιν ἐλεγχείην ἐπιθεῖσα.

Virgo, Christum habes semper vivum adjutorem,
Sponsum amabilem, tuæque formæ amatorem
Cælestis. Ne carnem rursus, carnisque miseræ
Moderatorem admitte; linguas vero improborum declina.
Ne Christi intaminatam tunicam probris misce,
Cunctis Virginibus opprobrium imponens.

Οὐρανίης. *Cælestis*. Formam *cælestem* appellat Gregorius animam virginum, cujus amatorem esse dicit Christum.

Σάρκα. *Carnem*. Hoc est: ne, quæso carnis commercia iterum admitte, neque viros qui corporis tui curam habeant, quære postquam Christum elegisti, adjutorem tibi numquam defuturum. Scilicet hanc potissimum errori suo caussam obtendebant virgines, quod viros in suo contubernio sustinerent, veluti adjutores, domesticisque rebus necessarios. Vide, quæ in memorata Disquisitione D protuli.

Πάσαις παρθενικῇσιν. MS. Cod. Mediceus habet παρθενικῇς πάσαισιν.

Ἄλλο. — ALIUD. CCIII.

Πῦρ ἐγγὺς καλάμης οὐκ ἀσφαλές. οὐδὲ γυναῖκα
Παρθένον, ὦ Μοναχέ, κτᾶσθαι ὁμωρόφιον.
Ἄρσενα, καὶ θήλειαν ἐχώρισεν ἐλπὶς ἀμείνων·
Ἡ δὲ φύσις κρυπτὴν τὴν νόσον ἔνδον ἔχει.
Ἢν ἀπέχῃσι μακρὰν, σπινθὴρ μένει. ἢ δ' ἀναμίσγῃ,
Ἅψεις πυρκαϊὰν πνεύματος ἐξ ὀλίγου.

Ignis prope stipulam, non tutum. Neque mulierm
Virginem, o Monache, habere contubernalem.
Masculum, ac fœminam separavit spes melior:
Natura vero intus occultum morbum habet.
Si longe abfuerit, favilla manet; sin congrediatur,
Incendium excitabis modico e vento.

Nulla sibi esse cum virginibus commercia carnis, nullumque castitati Deo dicatæ ex earum contubernio periculum creari, audax Agapetorum sententia erat. Quid Poeta noster? Ducta comparatione ex igne ac stipula, quæ simul admota in incendium facile ad levem auram flantem feruntur, naturæ humanæ infirmitatem infirmis monachorum dictis opponit. Pro ἣν ἀπέχῃσι, Codex Medic. habet ἣν ἀπέχῃς. E

Ἄλλο.

Περὶ τῶν Συνεισάκτων.

ALIUD.

De Synisactis CCIV.

Λευκοῦ, καὶ μέλανος μικτὴ φύσις ἐστὶ τὸ φαιόν.
Ζωὴ, καὶ θάνατος οὐδὲν ἔχουσι μέσον.
Τοὺς δὲ συνεισάκτους, ὡς δὲ φάσκουσιν ἅπαντες,
Οὐκ οἶδ', εἴτε γάμῳ δώσομεν, εἴτ' ἀγάμους
Θήσομεν, εἴτε μέσον τε φυλάξομεν. οὐ γὰρ ἔγωγε,
Κἂν με λέγητε κακῶς, πρᾶγμα τόδ' αἰνέσομαι.
Οἱ πλεῖους ἀκόλαστοι, καὶ ταχὺς εἰς ὑπόνοιαν

Ex albo nigroque mixta natura fuscum calorem parit;
Vita, & mors nil medium habent.
Synisactos vero (ut eos sane unusquisque appellat)
Nescio an inter conjugatos, an inter cœlibes
Posuerimus: an vero quid medium servabimus. Non enim ego,
Tametsi a vobis male audiam, rem hanc probabo.
Plures sunt intemperantes, & pronus in suspicionem

Ἐκ τῶν οἰκείων ἐστὶν ἅπας ἑτέροις. A	Erga alios eſt omnis, argumento e ſuis rebus ducto.
Σάρκα φέρων συζῇς ἀγαπητῇ σάρκα φερούσῃ.	Carnem ferens, convivis cum dilecta ferente carnem:
Καὶ τί φρονεῖν οἴει τοὺς ῥυπαροὺς περὶ σοῦ;	Et quid putas de te inquinatos ſentire?
Ἔστω μή τι λέγειν τοὺς σώφρονας, ἀλλὰ τίς οἴσει	Eſto, non obloquantur honeſti homines: ſed quis ferat
Τὸν παρὰ τῶν πολλῶν Μῶμον ἐγειρόμενον;	A multis excitatum livorem?
Ἔννομον ἔσθ' ὁ γάμος, καὶ τίμιον. ἀλλ' ἔτι σαρκὸς	Juſta res, ac honorabilis nuptiæ ſunt. At adhuc carne
Κρεῖσσον δ' οὐκ ὀλίγῳ σαρκὸς ἐλευθερία.	Res longe melior eſt carnis libertas.
Εἰ δ' ἐστὶν παρὰ ταῦτ' ἄγαμος γάμος, ὦ ἀγαπητοὶ, B	Sin autem præterea nuptiæ ſunt innuptæ, o dilecti,
Ἐν ταῖς ἀμφιβόλοις ζήσατε συζυγίαις.	In ambiguis vivetis conjugiis.

Fort. legendum ζήσετε.

Carmini titulum περὶ τῶν συνεισάκτων, *de Syniſactis* appoſui. Ita vero in margine Codicis vetuſta adnotatum fuerat manu. Niſi *Cointroductum* dicas, aliam vocem Latium vix habet vocabulo Græco reſpondentem; ſed *Syniſactos* retinere malui. Idem autem atque *Agapeti* ſignificat; videlicet *viros caſtitatem profeſſos cum ejuſdem propoſiti feminis cohabitantes*. Ut ipſe Poeta refert, ita paſſim audiebat hoc hominum genus. Porro eos libero inſectatur ſtilo Nazianzenus; quippe, ut ait, incertum eſt, an hi vocandi ſint matrimonio addicti, an vero cœlibatum profeſſi. Tum eos terret, quod tam male apud alios audirent.

Φαιόν. *Fuſcum*. Par Græcæ voci vocabulum fortaſſe ignorant Latini. Eſt autem color inter candidum ac nigrum medius, & ex utriuſque mixtione natus. Alexander Aphrodiſ. lib. I. Problem λάκϰ, ait, καὶ μέλανος μίξις ἀφανίζουσα τῶν ἄκρων τὸ χρῶμα, τίκτει χροιὰν ἑτέραν τὴν τοῦ φαιοῦ. I. e. *Albi, & nigri mixtio, abolitis extremis coloribus, alium parit colorem, Fuſcum nomine;* ſic enim tantummodo reddere poſſumus Græcum φαιόν

Μῶμον. *Livorem*. *Momus* eſt conviciorum deus, qui omnia vituperat. Vocabulo eodem ſignificatur ipſe livor, ipſa vituperatio, ſeu obtrectatio hominum, quam intolerabilem, ac fugiendam Poeta noſter affirmat.

C

Ἄλλο. — ALIUD. CCV.

ΠΡῶτον ἀληθείᾳ σπουδάζετε σώφρονες εἶναι·	PRimo loco vere ſtudete, ut pudici ſitis;
Δεύτερον αἰσχροτάτων μηδ' ὑπόνοιαν ἔχειν	Secundo, ne turpium rerum vel ſuſpicionem ingeratis.
Εἶ καθαρὸς, χρυσοῦ καθαρώτερος. ἀλλ' ἐμὲ πλήσσεις,	Es purus: auro purior. Sed me vulneras,
Τῇ ἀγαπητῇ σου σῶμα, καὶ ὄμματ' ἔχων.	In Dilectam tuam corpus & oculos intentos habens.
Ἡ ἀγαπητή σου· καὶ τοὔνομα τοῦτο τὸ σεμνόν.	Dilecta tua: Et nomen hoc honeſtum.
Φεῦ φεῦ, μή τι ἔχῃ καὶ ῥυπαρᾶς ἀγάπης.	Heu heu vide ne quid habeat & impuræ dilectionis.
Οὐδὲν τῆς ῥυπαρᾶς. ναί. πείθομαι. ἀλλ' ὁδὸς ἄλλοις D	Nil (ais) impuræ. Etiam: credo. Sed viam aliis ſternis
Γίνῃ τοῦ συζῆν οὐχ ὁσίως ἑτέραις.	Non ſancte cum aliabus convivendi.
Χ' ὦ [1] βόρβορός ἐστιν ἀνὴρ, καὶ σώφρονι σώφρων	Cœnum adhuc eſt vir, licet temperans cum temperante
Συζῶν· τοῖς ἀγάμοις, ταῖς τ' ἀγάμοις προλέγω.	Convivat. Innuptis viris, mulieribuſque prædico.
Εἴτοι καὶ τὸ συνειδὸς ἐλεύθερον. ἀλλ' ἀποφεύγειν	Quamvis conſcientia ſit integra, tamen effugere
Δεῖ γλῶσσαν. γλώσσης οὐδὲν ἑτοιμότερον.	Oportet linguam. Lingua nil eſt proclivius.
Τίς θήσει φλογέην ῥομφαίαν ἐμῷ παραδείσῳ;	Quis ponet flammeum gaudium paradiſo meo?
Τίς δώσει μεγάλης παρθενίης φύλακα; E	Quis dabit magnæ virginitatis cuſtodem?
Ὡς μή τις ἀγαπητὸς ἔσω, καὶ γλῶσσα παρέλθῃ	Ne quis intra dilectus, aut lingua tranſeat
Τῶν φθονερῶν. μῶμος φείδεται οὐδ' ὁσίων.	Invidorum. Livor ne Sanctis quidem parcit.

Cod. Medic. habet ἐστὶ νῦν.

Cod. Medic. habet γλώσσας.

Species Dialogi eſt inter Poetam, atque Agapetos. Pudicitiam primo Gregorius vere ſervandam, tum vel minimam oppoſiti vitii ſuſpicionem fugiendam eſſe dicit. Sum purus: inquit Agapetus. Cui Gregorius: At metuo, reique veritatem ſuſpectam habeo, dum te familiariter nimis cum Agapeta verſari video. Quod ſi *Agapetam* virginem appellas, ut hoc nomine communionem carnis ab amore tuo excluſam mihi perſuadeas; nominis honeſtatem veneror; at metuo, ne ſub hoc pallio impudicitia lateat. Erras, inquit Agapetus. Gregorius vero. Facile tibi fidem habere volo; verum aliis exemplo tuo auctor es, ut cum Virginibus non caſte habitent. Sumus lutum. Quamvis pudice cum pudica verſere nunc, attamen timendum ſemper. Et licet conſcientia tua ſit innocens, ſuſpicandi tamen, ac male de te ſentiendi cauſſam populo præbes. Sed, reponit *Agapeta*, quis in poſterum virginitatis meæ cuſtos erit? Quis hortum meum a raptoribus defendat? Sed ne idcirco quidem, reponit Gregorius, adſciſcendi Agapeti; hoc eſt, monachi aut clerici adoleſcentes; nam ne innocentibus quidem obtrectatores parcunt.

Χ' ὦ. Ita MSS. Codices, at verſus claudicat. Videtur commodius non poſſe emendari, quam ſcribendo. Χοῦς καὶ βόρβορος &c.

1. Fabricius *Bibl. Gr.* tom. VII. pag. 537. not. * pro Χ' ὦ legit Χριστῷ. Sic ſupra Epigramm. CCI. ✠. ult. Χριστὸν ἄνακτα.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 370.

A

Αλλο.

πρὸς παρθένον.

ΟΥρανίη, μεγάθυμε, φαεσφόρε, ὑψιθέουσα,
Αγγελικῶν μονάδων σιώθρονε ἀζυγέων,

Παρθένε, μίμνε Θεοῖο, χοὸς δ' ἀλέεινε βέλεμνα,
Μηδὲ σιωεισάκτῳ σὸν βίον ἐξυβρίσῃς.

Titulus e Codicis margine, ubi pervetusta manu scriptus fuit, in medium per me translatus fuit. Idem in sequenti Epigrammate præstiti.

ALIUD.

Ad Virginem. CCVI.

CÆlestis, magnanima, lucifera, altum currens,
Cum angelicis unitatibus communem sedem habens,
Virgo, memento Dei; telluris tela devita;
Neque cointroducto vitam tuam affice contumelia.

B

Αλλο.

πρὸς Μοναχούς.

ΩΣ χαλεπὸν σάρκεσσι φυγεῖν κλόνον ἐγγὺς ἐούσαις.
Τοὔνεκά μοι, μοναχοὶ, τῆλ' ἀπὸ θηλυτέρων.
Πολλὰ γάρ ἐστι γάμου μυστήρια, καὶ πρὸ γάμοιο,
Οἷς μολιώει ψυχὴν ὄψις ὑφελκομένη.

Cod. Medic. habet προγάμοιο.

ALIUD.

Ad Monachos. CCVII.

QUam difficile est corporibus vicinis tumultum effugere!
Propterea, o monachi, procul mihi a feminis vivite.
Multa enim sunt conjugii mysteria, etiam ante nuptias,
Quibus captus oculus animam inquinat.

Quum potissimum apud monachos locum haberet lues, quam his versibus Poeta noster insectatur, hinc eosdem alloquitur.
Μυστήρια. *Mysteria*. Hoc nomine significari heic opinor arcana, quædam impedimenta, acta, & res, quæ celare solent ac debent honestæ mulieres vel nuptæ jam, vel ante nuptias. Ab his oculi monachorum abstinendi, ne inde flamma libidinis excitetur.

C

Αλλο.

ΠΑρθένε, παρθένος ἴσθι καὶ ὄμμασι, καὶ κρυφίοισιν,
Μηδὲ σιωεισαγάγῃς ἄρσενα κηδεμόνα.
Χριστὸν ἔχεις ἀγαπητόν. ἀπόπτυσον ἄνδρας ἅπαντας.
Τί χρήζεις θανάτου φάρμακον ἔνδον ἔχειν;
[1] Ομμασιν ὄμματα μίσγε, λόγῳ λόγον, ἁγνὲ καὶ ἁγνῇ.
Εἶτά σε σωφροσιώης δήσομεν ἐν στεφάνοις.
Αγνοῦ μηδ' εἴδωλα φέρειν χοὸς ἀφραδέοντος
Η δὲ σιωοικεσίη τὴν νόσον ἐγγὺς ἔχει.

Cod. Medic. habet ἁγνή.

Cod. Medic. habet σιωοικισίη.

ALIUD. CCVIII.

O Virgo, virgo esto cum palam, tum occulte,
Neque masculum cointroducas curatorem.
Christum habes Dilectum tuum; respue viros omnes
Cur opus habes letale venenum domi habere?
Oculis oculos misce, sermoni sermonem, purus cum pura:
Dein te pudicitiæ coronis cingemus.

D

Casti est, neque simulacra tolerare insanientis terræ.
Cohabitatio morbum habet proxime.

Melius fortasse Carmen hoc in duo scindatur. Primum ad *Agapetas* est, alterum ad *Agapetos*. Quod est ad illas, uti in Disquis. I. in Anecdotis Græcis notavi, speciosum hunc titulum errori suo Virgines prætexebant, quod nempe contubernalibus viris veluti curatoribus indigerent. Hujusmodi excusationem Poeta noster improbat. Tum *Agapetos* alloquens, ironice eorum puritatem exagitat. In Carm. ejusdem Gregorii, quod inscribitur Ὑποθῆκαι παρθένοις, *præcepta Virginibus*, repetita videas, quæ heic leguntur, sed aliis plerumque verbis.

Αλλο.

ΤΟῖς ἀγαπητοῖς κηρύσσω τάδε, ταῖς τ' ἀγαπηταῖς·
Ερρετε Χριστιανῶν δηλήμονες, ἔρρετε λύσσης

E

Κλέπται τῆς φυσικῆς, καὶ ὄμματα πόρνον ἔχει τι.

ALIUD. CCIX.

AGapetis hæc prædico, & Agapetabus:
Abite in malam rem, Christianorum corruptores. Perite, o furoris
Fures naturalis; nam oculis meretricium quid insidet.

In Præceptis ad Virgines similia habentur. Illic secundum editionem Aldinam legitur: καὶ ἴθματα πόρον ἔχει τι, pro πόρνον. Neque recte vertitur hic locus: *& motiones gressum habeant quemdam*. Sed tota illa versio ejus, qui hanc Aldo operam conduxit, innumeris atque ridiculis mendis scatet, ut cuivis legenti facili negotio apparebit. Oratoris cujusdam dictum in impudentem refertur a Plutarcho: in oculis illum habere non κόρας, sed πόρνας. h. e. non *pupillas* (quod idem est ac *puellas* virgines) *sed meretrices*.

1. Heic novum Epigramma incipere advertit idem Fabricius l. c.

Αλλο.

Deest in editis Hœschelii. Legendum ibi fortasse πᾶσιν, ut sit versus.

ΑΓνὸς πᾶσι, παρθένε, κ̓ τοῖς ὄμμασι
Πάντων μάλιστα, μηδέ τιν̓ εἰσοικίσῃς
Ανδρῶν βοηθὸν, μηδὲ τὸν σοφώτατον.
Σὺ μὲν γὰρ ἀγνὴ, τὸν φθόνον δ' ἐγὼ λίαν
Δέδοικα, μή σε κεντρίσας δυσφημία,
Λύσῃ τὸν ἀγνὸν ζῆλον, ὃ στέργεις βίου.
Ολοιό μοι πᾶς ὅστις ἀγνείαν σέβων,
Τὴν τῶν ἀσάρκων ἀγγέλων παραστάτιν,
Σιώοικον αἱρῇ παρθένον. τί δεῖ πυρὸς;
Κρείσσων πυρὸς σύ; πῶς δὲ τὸν καπνὸν φύγοις
Σαυτὸν μελαίνων τῇ κενῇ γλωσσαλγίᾳ;
Εντεῦθεν ἤρθης, παρθένε, κ̓ ζῇς ἄνω.
Μάζα στενή σοι, κ̓ σκέπη τὸ φορτίον;
Ων μή ποτ' αἰσχρὸν εἵνεκεν μηδὲν πάθῃς.
Μηδ' ἀντὶ τοῦ σοῦ προστάτου δέξῃ τινὰ
Κοινωνὸν αἴσχους, κ̓ βίου, κἂν ἀγνὸς ᾖ,
Μήπου σε Χριστὸς, ὡς διπλῆν ἔξω βάλῃ.

Hœschel habet κακῇ.

Hœsch. post Μάζα distinctionem ponit.

ALIUD. CCX.

SIS parte ab ogni, Virgo, sed potissimum
Oculis pudica, nec virorum quempiam
Admitte tecto, te ut juvet, sophum licet.
Tu namque quamvis casta sis, livor tamen
Terret, malum nè dedecus conflet tibi,
Zelumque vitæ deleat, quam amplecteris.
Pereas velim, qui, castitatem dum colis,
Communem habere vis domum cum virgine,
Quæ carne vacuis Angelis adstat. Tibi
Flamma quid opus est? Non times flammam? Quid ast?
Fugiesne linguæ garrulæ fumum gravem?
Elata es isthinc virgo, sursum & victitas.
Est offa curta, te grave & pondus premit?
Hæc turpe propter, virgo, nil admiseris,
Sociumquæ vitæ neminem turpis probri,
Quæris patronum dum tibi, susceperis;
Ne Christus, ut duplicem, te ejiciat foras.

Hos ipsos Jambos editos habes a Billio Tom. 2. pag. 182. Operum Nazianzeni. Quum in Codice nostro hic sit eorum locus, omittere nolui, & præsertim additurus unum versum a Billio prætermissum. Ab Hoeschelio quoque editum fuit Carmen hoc inter selecta S. Gregorii Nazianzeni Carmina e MSS. Codicibus Reipub. Augustanæ. Billianam versionem ego retinui.

Αλλο.

ΑΡσενα πάντ' ἀλέεινε, συνείσακτον δὲ μάλιστα,
Μηῤῥᾶς πικρὸν ὕδωρ, παρθένε. πείθεό μοι.

Αἰνῶ σωφροσύνην, κ̓ σώφρονας. οἱ δ' Αγαπητοὶ
Μίγνυσίν τι χολῆς, ὦ φθόνε, τῷ μέλιτι.
Δίγαμον, ἢ Αγαπητόν. ὁ μὲν γάμος οὐδὲν ὄνειδος.

Τῶν δὲ συνεισάκτων φείδεται οὐδὲ λίθος.

ALIUD. CCXI.

MAsculum omnem declina, Synisactum vero potissime,
Velut Merrhæ amarulentam aquam, virgo. crede mihi.
Laudo pudicitiam, & pudicos. At Agapeti
Oggerunt quid fellis melli, o Invidia.
Bigamum potius, quam Agapetum (laudo.) nam conjugium nil probri adfert.
Synisactos vero ipsi etiam lapides reprehendunt.

Priores duo versus editi sunt in Poem. 3. Nazianzeni pag. 57. Tom. 2. edit. Billianæ, ita tamen ut illic sit hexametrum, quod heic est pentametrum.

Μηῤῥᾶς. *Merrhæ*. Ad Historiam Exodi cap. 15. respicit Poeta, ubi Hebræi *οὐκ ἠδύναντο πιεῖν ὕδατα ἐκ Μηῤῥᾶς. non potuerant bibere aquam de Merrha*. Nempe amarissima hæc fuit. Vulgata tamen sacrorum Librorum editio *Mara* legit, & S. Hieron. in Epist. 127. *Marah*, inquit, *ex amaritudine nomen accepit*. Quod & aliis in locis commemorat. Ita qui Hebraicum textum sequuntur, *Mara* habent; qui vero LXX. versionem, *Merrha*. Postremam lectionem alibi usurpat Nazianzenus, tum Ambrosius, tum Paulinus Nolanus, Auctor Constitutionum Apostolicarum, S. Cyprianus & alii. In plerisque editionibus Julii Firmici *de Errore profan. relig.* prope finem invenias scriptum *Myrrha* pro *Merrha*, quod nomen a Librariis, quum alterum nequaquam intelligerent, suppositum fuit.

Δίγαμον. *Bigamum*. Veteri Christianorum Ecclesiæ parum probabantur secundæ nuptiæ, quippe quæ intemperantiam sapere videbantur. Ideo Anthenag. in Legat. pro Christ. prope finem ait: *ἢ οἷός τις ἐτέχθη, μένει, ἢ ἐφ' ἑνὶ γάμῳ. ὁ γὰρ δεύτερος εὐπρεπής ἐστι μοιχεία* &c. *Vel, ut natus est, unusquisque nostrum manet, vel in unicis nuptiis; secundæ quippe speciosum sunt adulterium*. Theophilus Antioch. lib. 3. ad Autolycum, Minucius Felix, & alii idem testantur. Atque hinc factum, ut non primis tantum Christianæ reipublicæ temporibus, sed nostris etiam, Bigamia impedimento sit ad Ecclesiastica ministeria transire volentibus. Vide Can. Apostol. 17. Tertullian. lib. 1. cap. 7. ad uxorem, & S. Basil. in Epist. Canonica ad Amphiloch. Nihilominus secundæ nuptiæ, quas diu Catholica ægre tulit Ecclesia, quamquam ratas semper habuerit, locum sensim obtinere cœperunt, humana infirmitate illas exigente: quod tamen ex venia quadam atque indulgentia factum. Audi Nazianzenum ipsum in Orat. 31. pag. 501. edit. Billianæ, ubi in hæc verba de Apostolo loquitur: *Δοκεῖ μοι παραιτεῖσθαι τὴν διγαμίαν ἐνταῦθα ὁ λόγος. εἰ δὲ μὲν γὰρ δύο Χριστοὶ, δύο καὶ ἄνδρες, δύο καὶ γυναῖκες. εἰ δὲ εἷς Χριστὸς, μία κεφαλὴ τῆς Ἐκκλησίας, καὶ μία σάρξ, ἡ δευτέρα δὲ ἀποπτυέσθω. τὸ δεύτερον δὲ ἂν κωλύσῃ, τί τρίτον τίς λόγος; τὸ πρῶτον νόμος, τὸ δεύτερον συγχώρησις, τὸ τρίτον παρανομία*. Idest. *Hac enim oratione secundas nuptias mihi dissuadere videtur. Si enim duo Christi sunt, duo quoque viri sint, & duæ uxores. Sin autem unus Christus, unum Ecclesiæ caput; una etiam caro sit, secunda autem respuatur. Quod si secundam prohibeat, de tertia quid dicendum est? Primum lex est; secundum venia, atque indulgentia; tertium iniquitas;* Sed se ferre ex indulgentia secundas nuptias clarius prodit Gregorius Orat. *in sancta Lumina*, ubi in Novatum eo nomine invehitur, quod contra S. Pauli sententiam adolescentioribus viduis nubere non permittat. Hoc autem in loco s- probaturum, seu potius toleraturum esse dicit, si quis ad secunda vota transeat, ut Jurisconsulti loquuntur, quam si virginitatem in contubernio Monachorum periclitantem habeat. In Codice tamen nostro non *δίγαμον*, sed *δίσγαμον ἢ ἀγαπητὸν*, scriptum est. Necessariam emendationem putavi. Subintelligo *αἰνῶ μᾶλλον*; nam supra dixerat *αἰνῶ σωφροσύνην*. Nisi forte legere malis *δύσγαμον*, ut sit sensus: *Infeliciter nubentem magis laudo, quam Agapetum;* quod tamen non æque bene facit ad rem.

Αλλο.

πρὸς Μοναχούς.

ΟΙ Μοναχοὶ Μοναχῶν βίον ἕλκετε. εἰ δ' ἀγαπητὰς

ALIUD. CCXII.

Ad Monachos.

MOnachi vitam Monachorum vivite. Sin Agapetabus

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

Συζῆτ᾽, ὐ Μοναχοί. ἡ δυὰς ἀλλοτρίη.
Ἀγγελικῆς δόξης εἰκὼν μονάς. εἰ δ᾽ ἀγαπηταῖς
 Τέρπεσθε, θνητῆς ἐστε φίλοι δυάδος.
Πείθομαι, ὡς ἀγνῇ συζῆς ἀγνός. ἀλλὰ γυναικὶ
 Σήμερον εἰ σώφρων, αὔριόν ἐστι φόβος
Τῶν Χριστῷ ζώντων, καὶ τερπομένων ἀγαπηταῖς
 Μή πυ τὺς μεγάλυς αὖρα φέρει καμάτυς.
Ἢ πῦρ, ἠὲ πυρὸς σημήια τοῖς ἀγαπητεῖς.
 Τὴν εἰκαζομένην φεύγετε σωφροσύνην.

A Convivitis, non Monachi estis. Binarius a vobis alienus.
Angelicæ gloriæ monas imago est. Sin Agapetabus
 Delectamini, mortalis dyadis amici estis.
Credo, te puræ purum convivere. Atqui cum femina
 Si te hodie pudicum præstas; cras verendum,
Hominum Christo viventium, & Agapetarum contubernio gaudentium
 Ne forte ingentes aura ferat labores.
Aut ignem, aut ignis signa habent Agapeti.
 Quam sibi ii fingunt, fugite temperantiam.

Ut Monachos ab Agapetarum contubernio Gregorius avertat, ab eorum nomine ac instituto argumenta depromit *Monachus* enim ideo nuncupatus, quia *solitarius*, & *soli* sibi, & Christo viveret. Qui vero cum Agapetabus vitam agit, non amplius *unus*, & *solus*; sed efficitur, ut ita dicam, *duo*. *Monas* quoque, hoc est, *unitas* Angelis convenit æternum virginibus. Hanc in terris imitantur Monachi. At qui Agapetabus delectatur, mortalem *dyadem*, seu *dualitatem*, seu *binarium* amat.

B Αὔριόν ἐστι φόβος. *Cras verendum.* Hunc versum cum duobus sequentibus conjunxi, ut sit sensus: cras vero metuendum est, ne levis ventus iis qui Christo vivunt, & adhuc Agapetabus convivere non dubitant, omne e præteritis laboribus meritum surripiat. Pro φέρει, quod est in ambobus Codicibus, legendum videtur φέρῃ.

Ἄλλο.

ALIUD. CCXIII.

Ὅτι οὐκ ἀπὸ τῶν πιπτόντων χρὴ τὺς ἀγνὺς διαβάλλειν.

Quod propter lapsos non decet criminari castos.

ΤΙ φής· οἱ μὲν ἀγνοὶ, καὶ σώφρονες, ὐδὲν ἀνάγνυ
 Κλέπτυσιν κακίης ὐδενὸς οἱ πλέονες.
Εἷς δὲ κακὸς σεμνοῖς, καὶ πλείοσίν ἐστιν ὄνειδος.
 Ὥστε τί μὲν συζῆν ἄρσεσι τὰς ἀγάμυς;
Φείδεσθε γλώσσης, φθονερῶν γένος. οὔτε κάκιστοι
 Πάντες, ὔτ᾽ ἀγαθοί. καί τι φύσει δοτέον.
Εἴ τις ἀγνευόντων ποτ᾽ ἀπώλετο, τῦτ᾽ ἐπὶ πάντων
 Οἴσετε; τὰς δὲ χρόας χωρὶς ἕκαστος ἔχει.

Cod. Med. habet οὐδ᾽ ἑνός.

QUid ais? Plures sunt pudici, ac temperantes,
C Qui nil umquam fœdum clam committunt.
Unus porro malus castis, & pluribus est dedecori.
 Quare quid attinet maribus convivere innuptas?
Parcite linguæ, o invidorum genus. Neque pessimi sunt
 Omnes, neque boni: & aliquid naturæ est dandum.
Si quis purorum umquam periit, an hoc de omnibus
 Judicium erit? colores suos quisque seorsum habet.

Ubi Agapetos, eorumque vitia Gregorius exagitavit, se ad obtrectatores convertit, quibus Monachorum genus universum male audiebat, eo quod ex his nonnulli in Agapetarum conturbernio castitatis jacturam fecisse crederentur. E quorumdam lapsu omnium mores non esse æstimandos ait. Ego pro titulo Epigrammatis id constitui, quod in MS. Codice tamquam versus conscriptum erat. Et sane si titulo eidem particulas ὅτι, ac τῶν adimas, versum integrum habebis.

Τί φῄς; *Quid ais?* In MS. Codice Ambrosiano scriptum
D est τίς φύσις. Ut metro, ac sensui satisfacerem, aliter legendum censui. In Mediceo legitur τίς φύσις. Quæ lectio ne ipsa quidem probari mihi potest.

Τὰς δὲ χρόας. *Colores.* Nescio, an præstet legere τὺς δὲ χρόας, ut sit a χρὼς, quod *corpus* significat. Tum enim hæc ita possemus interpretari. Quisque suum corpus ab alio sejunctum habet, & uno cadente necesse non est ut alterum cadat.

Ἄλλο.

ALIUD. CCIV.

ΑΓγελος ἦν ὁ πονηρὸς ἑωσφόρος. ἀλλὰ πεσόντος
 Ἀγγελικῆς ὐδὲν χάρατος πέσεν. ὐδὲ μαθηταῖς
 Ἐστιν Ἰούδας ὄνειδος, ἐπεὶ πέσεν. Ἀλλὰ σὺ πάντας
 Ἀγνὺς ἐξ ὀλίγων ὑβρίζεις. τῦτο δίκαιον;

ANgelus fuit malus Lucifer; sed illo cadente
 Nil gratiæ Angelicæ decidit. Neque Discipulis
 Probro est Judas, licet ceciderit. Sed tu omnes
E Castos e paucorum (lapsu) vituperas. Estne hoc justum?

Rem eamdem Poeta noster exemplis agit. Similibus vero sensibus & versibus ferme usus est in Carm. 2. Tom. 2. pag. 54. edit. Billanæ, ubi Judæ, & Angeli mali commemorat lapsum.

Ἄλλο.

ALIUD. CCXV.

ΜΗ τ᾽ εὐπλοῦσι ναυαγοῦντας προστίθει,
 Μή τ᾽ εὐβιῦσι τὺς σφαλέντας ἐν βίῳ.
Χωρὶς τὰ καλῶν, καὶ κακῶν ὁρίσματα.
Ὀλέσθαι τὺς πίπτοντας ἐκλέγω μόνον.
Τῶν δ᾽ εὐδρομύντων ὐδαμῦ μεμνημένος,
Λέγεις πεσόντας. τοὺς κατορθοῦντας δ᾽ ἐγώ.

Ita ego scripsi. Ms. habet ὄλοιο.

NE inter feliciter navigantes, naufragantes recense,
 Neque inter recte viventes eos, qui in vita errarunt.
Diversi sunt bonorum, ac malorum termini.
Perire lapsos dumtaxat dico.
Tu vero bene currentium nusquam mentionem faciens,
Lapsos solos commemoras; ego vero bene operantes.

Σὺ τοὺς κακίστους, ὡς κακός. καλοὺς δ' ἐγώ. A
Χωρὶς τὸν αἰσχρὸν, τόν τε σώφρονα τίθει.
Μὴ κρῖν' ἀνάγνους πάντας ἐξ ἑνὸς κακοῦ.
Αἰδοῦ τὸν ἁγνὸν μᾶλλον, ἢ μίσει κακόν.

Tu pessimos, quum sis malus; honestos ego.
Distingue lascivum a pudico.
Ne judica impuros omnes ex uno malo;
Castum magis reverere, quam odio habeas malum.

Περὶ γάμου.

De Nuptiis. CCXVI.

EI σοί τι κρεῖσσον καταφαίνεται· οὐ γὰρ ἔμοιγε·
Οἰκέτις, ἢ γαμετή; εἰπέ μοι ὦ φιλότης.
Σαρκὸς γάρ ἐσμεν δεσμῶται πάντες ἀληθῶς,
Μοίρης θειοτέρης χείρονι κιρναμένης.
Τί κρεῖσσον ψυχὴν τὴν τλήμονα σαρκὸς ἀνέλκειν,
Ἢ προσεπισφίγγειν ἅμμασι δεινοτέροις; B

AN tibi aliquid præstantius videtur (mihi enim certe nequaquam)
Ancilla, quam uxor? dic mihi, o amice.
Carnis enim captivi omnes revera sumus,
Divina parte deteriori immixta.
Quid præstantius est, animamne miseram a carne abducere,
An gravioribus nodis carni adstringere?

Ostendit, quantum conjugio virginitas præstet. In primo versu ambo Codices Ambrosianus, & Mediceus, habent χρηστόν. Ego scripsi κρεῖσσον ex conjectura Salvinii, quam video probari in quinto versu, ubi idem verbum occurrit. In secundo versu Codex Ambros. habet οἰκέτις καὶ γαμετή, metro plane corrupto. Ea propter illud καὶ in ἢ converti. Mediceus præfert οἶκος καὶ γαμετή: sed ne ipse quidem recte, ut mihi videtur. Nominibus autem *Ancillæ*, & *Uxoris*, Nazianzenus significat *Carnem*, & *Animam* hominis. Qui igitur carni animam posthabet, uxori ancillam præfert. In quinto versu Cod. Medic. habet πάντες δεσμῶταί ἐσμεν. In sequenti omittit illud τί.

Ὅτι καὶ παίζειν ἔστι σεμνῶς.

Quod & honeste jocari licet. CCXVII.

ΠΑίζει καὶ πολιή. τὰ δὲ παίγνια παίγνια σεμνὰ,
Μιγνυμένης Χριστῷ τῆς ἀταλαφροσύνης.
Καὶ βλοσυρὸν γελόων τέρπω φρένας. Οἱ δ' ἑλικῶνες
Ἔῤῥετε, καὶ δάφναι, καὶ τριπόδων μανίαι.

JOcatur etiam canities. Sed lusus sunt lusus graves
Permixta Christo simplicitate.
Et ego grave ridens, animum oblecto. Helicones vero
Abite, & Lauri, & Tripodum furores.

In se ipsum hos versus effinxisse Gregorium crediderim, ut qua ratione pangendis carminibus se se oblectaret, apertum fieret. Scilicet lusus suos graves appellat, ideoque senectutem suam decentes. Cicero alicubi, *plus sibi placere* ait *joca Platonis*, *quam seria Stoicorum*. Sunt enim joca gravia.

Ἑλικῶνες. *Helicones*. Musicum instrumentum ἐννεάχορδον, hoc est *novem cordis constans*, fuit ἑλικὼν, *Helicon*, ut in Musicis tradunt Ptolemæus & Proclus, ac erudite monet Julius Cæsar Scaliger lib. 1. cap. 48. Poetices. Musas inde *Heliconiadas* appellari, sententia quorumdam fuit. Utrum huc respiciat Poeta noster, an potius ad *Heliconem* montem, Apollinis domicilium, ut Ethnicorum commenta ferebant, statuere nescio. Certum tamen est, heic a Nazianzeno ipsorum Ethnicorum Poetarum consuetudinem C notari, qui, ut nugas fabulasque canerent, Heliconem ac Parnassum se ingredi fingebant. Persius in Procemio morem hujusmodi ridens, habet;

Nec fonte labra prolui Caballino,
Nec in bicipiti somniasse Parnasso
Memini, ut repente sic Poeta prodirem.
Heliconidasque, pallidamque Pyrenen
Illis relinquo &c.

Ita & Laurus Numinum, Vatumque Ethnicorum ornamentum fuit, ac præcipue Apollinis, cui & Tripodes sacri fuere. Ad hæc ergo Poeta noster alludens, sibi, ut carmina pangat, minime necesse Lauros ac Tripodas quærere, significat; non enim fabulas & somnia canit, quod fecere Ethnici Poetæ.

Πρὸς τοὺς ἐν Μαρτυρίοις τρυφῶντας. D

Ad eos, qui in Martyrum Basilicis genio indulgent. CCXVIII.

EI φίλον ὀρχησταῖς ἀθλήματα, καὶ φίλον ἔστω
Θρύψις ἀεθλοφόροις. ταῦτα γὰρ ἀντίθετα.
Εἰ δ' οὐκ ὀρχησταῖς ἀθλήματα, οὐδὲ ἀθληταῖς
Ἡ θρύψις· πῶς σὺ Μάρτυσι δῶρα φέροις
Ἄργυρον, οἶνον, βρῶσιν, ἐρεύγματα; ἢ ῥα δίκαιος,
Ὃς πληροῖ θυλάκους, κἂν ἀδικώτατος ᾖ;

SI grata sunt saltatoribus certamina, gratæ sint etiam
Athletis deliciæ. Hæc enim sunt opposita.
Sin vero neque saltatoribus certamina, neque athletis
Deliciæ: quomodo tu Martyribus dona fers
Argentum, vinum, escam, & ructationes? Num justus,
Qui folles impleat, etiamsi injustissimus sit?

Carmen hoc, & sequentia, idem complexa argumentum, non e Codice tantum Ambrosiano, sed etiam e Regio 2891. fol. 240. Boivinii V. C. ope descripta habemus. Scholiastes item ille vetustus, quem Ambrosiana manuscriptum servat, eadem interpreatur. Diversus porro titulus apud istum Scholiasten exhibetur, videlicet εἰς E ἑορτὴν τῶν Μαρτύρων. *in Festum diem Martyrum*. Sed quodnam horum Carminum est argumentum? *Agapas*, seu Convivia illa, quæ sacris in basilicis peragebantur in SS. Martyrum honorem, minime Nazianzenus probabat, quod multi jam abusus, ac præsertim ebrietas, piæ consuetudinis institutum corrupissent. Quare, ut ab iis Christianos deterreret, hujusmodi versibus Poeta noster est usus. Tu vide, quæ de hisce *Agapis*, sive Conviviis, eorumque varia disciplina dixi in Disq. II. ad Anecd. Græca: non enim notis uberrima seges poterat claudi.

Εἰ φίλον. *Si grata* &c. Si, inquit Nazianzenus, iis, qui saltatoriam artem profitentur, certamina ac bella grata sunt; Athletis etiam ac militibus deliciæ atque otium placebunt. At neutrum esse potest. Nam quemadmodum illi ab artibus belli armorumque furore abhorrent, ita hi quoque delicias quietemque odere. Οἱ πόνοι, καὶ ἡ ἄνεσις, *laborare*, *& quiescere*, sive *otiari* opposita sunt, ut ait laudatus Scholiastes.

Εἰ δ' οὐκ. *Sin vero neque* &c. Videlicet: Igitur si neque Athletis militibusque deliciæ placent; si contra neque saltatoribus horrida Martis certamina grata sunt: cur tu ad Martyres, nempe ad fortissimos Christianæ fidei Athletas, defers mollissimas dapes & comessationes, hoc est vinum & escam, e quibus ebrius revertaris?

Ἢ ῥα δίκαιος. *Num justus* &c. Ita in Regio Codice. Id est: Num qui ad ista convivia accedit, & folles, id est, ventres implet, justificatur, si injustus, sique Deo propter scelera invisus ante erat? Minime gentium sane. In Ambros. Cod. [1] ἢ ῥα scriptum est, nempe *fiat ne*: quod mihi magis placet.

1. Ἢ ῥα, ἢ ῥα, idem. SALVIN.

A

Αλλο.

Μ Αρτυρες, εἴπατε ἄμμιν, ἀληθῶς εἰ φίλον ὔμῖν
Αἱ σιώοδοι. τί μὲν ἂν ἥδιον; ἀντὶ τίνος;
Τῆς ἀρετῆς. πολλοὶ γὰρ ἀμείνες ὧδε γένοιντ' ἄν,
Εἰ τιμῶτ' ἀρετή. Τοῦτο μὲν εὖ λέγετε.
Η δὲ μέθη, τό τε γαστρὸς ὑπάρχειν τοὺς θεραπευτὰς
Αλλοις. ἀθλοφόρων ἔκλυσις ἀλλοτρίη.

ALIUD. CCXIX.

M Artyres, dicite nobis, vere an placeant vobis
Conventus. Quid enim jucundius? Cujus rei
caussa?
Ob Virtutem. Nam multi meliores evadant,
Si Virtus honoretur. Recte hoc dicitis.
At ebrietas, & ventris esse cultores,
Aliorum sit. A Martyribus aliena intemperantia.

Dialogus est inter Commessatores, & SS. Martyres, sive inter istos & Poetam pro Commessatoribus interrogantem. Et primo interrogat, an ipsis Martyribus publici conventus & convivia grata sint.

Τί μὲν ἂν ἥδιον. *Quid enim jucundius?* Num hoc dicant Commessatores, an potius Martyres, incertum mihi. Illud ἀντὶ τίνος; quod sequitur, certe ad Martyres referendum, petentes, quare convivia sibi placere debeant. Respondent subinde Commessatores, ob virtutem debere placere; homines enim amorem virtutis concipere facile possunt, quum illam in Martyribus honoratam, & omnium gaudio exceptam videant. Martyres ad hæc respondent, se bonum commessantium animum laudare; at ventris ingluB viem, & ebrietatem ab iis conventibus arcendam. In tertio versu pro γὰρ, quod legitur in Cod. Paris. Ambrosianus habet γ' ἄν. In postremo occurrit ἀθλοφόρων, qua voce sæpe monui SS. Martyres significari.

Αλλο.

Δ Αίμοσιν εἰλαπίναζον ὅσοις τοπάροιθε μεμήλει
Δαίμοσιν ἦρα φέρειν, οὐ καθαρὰς θυσίας.
Τούτου Χριστιανοὶ λύσιν εὕρομεν. ἀθλοφόροισι
Στησάμεθ' ἡμετέροις πνευματικὰς συνόδους.
Νῦν δέ τι τάρβος ἔχει με, ἀκούσατε ὦ φιλόκωμοι.
Πρὸς τοὺς δαιμονικοὺς αὐτομολεῖτε τύπους.

Cod. Med. habet θαλίας. Cod. Paris. habet εὕρομεν. Cod. Med. habet δ' ἔτι.

ALIUD. CCXX.

D Æmonibus opiparas mensas parabant, quibus
antea cordi erat
Dœmonibus grata offerre, minime puras hostias.
Hujus rei Christiani invenimus finem. Martyribus
Nostris statuimus spiritales conventus.
Qui me timor nunc habeat, audite, o commessatores:
C Ad dæmoniacas formas, ritusque transfugitis.

Credebant ethnici, deos suos pinguibus hostiis, & nidore fumi, & conviviis delectari. Hinc apud ipsos epularum, & victimarum nullus finis. Sustulerunt hujusmodi superstitionem Christiani, seu potius expiarunt; utrumque enim sensum vox λύσις patitur. Quamobrem ad superstitiosos illos ritus redire gentem Christianam, merito conqueritur Poeta noster.

Αλλο.

Μ Η ψεύδεσθ', ὅτι γαστρὸς ἐπαινέται εἰσὶν ἀθληταί.
Λαιμῶν οἵδε νόμοι, ὦ 'γαθοί, ὑμετέρων.
Μάρτυσι δ' ἐς τιμὴν ἓν ἐπίσταμαι. ὕβριν ἐλαύνειν
Ψυχῆς, καὶ δαπανᾷν δάκρυσι τὴν πιμελήν.
Μαρτύρομ', ἀθλοφόροι, καὶ Μάρτυρες. ὕβριν ἔθηκαν
Τιμὰς ὑμετέρας οἱ φιλογαστορίδαι.
Οὐ ζητεῖτε τράπεζαν εὔπνοον, οὐδὲ μαγείρους.
Οἱ δ' ἐρυγὰς παρέχουσ' ἀντ' ἀρετῆς τὸ γέρας.

ALIUD. CCXXI.

N E mentiamini, quod ventris laudatores sint
Martyres.
Gularum vestrarum hæ sunt leges, o boni.
Martyribus unum scio honori esse, dedecus expellere
Animæ, & lacrymis consumere pinguedinem.
D Testor vos, certaminum victores, & Martyres: contumeliam reddidere
Honores vestros lurconum filii isti.
Non quæritis mensam odoram, non coquos.
Hi exhibent ructus Virtutis præmium.

Αθληταί. *Martyres*. *Athletæ* vertendum erat, sed ut legentibus statim innotesceret sensus, *Martyres* scripsi, Scholiasten etiam Ambrosianum sequutus. Martyres autem ἀθληταί, & ἀθλοφόροι infra, appellantur, quia pro Christo gloriosum certavere certamen.

Ω 'γαθοί. *O boni*. MS. Ambros. ἀγαθὲ, Parisiensis vero ὦ ἀγαθοὶ habent. Scholiastes Codici nostro concors explicat: ὦ ἄνθρωπε, *o homo*. Ego scribere malui ὦ 'γαθοί.

Φιλογαστορίδαι. *Lurconum filii*, seu gulosorum. Patronymice pro *lurcones*, & gulosi. Ita porro habent MSS. Paris. & Medic. In Ambrosiano legitur φιλογαστριδίαι, quod minus elegans est.

Ζητεῖτε. *Quæritis*. Ita scriptum in Cod. Paris. & apud Scholiasten. Ambrosianus Codex habet ζάτεῖτε, uti etiam in postremo versu οὐδ' pro οἵδ', quod est in aliis Codicibus.

Juvat heic addere Fragmenta duo Carminum Gregorii, quum inter ejus edita Opera meis non occurrant oculis. Leguntur autem in alio MS. Codice Ambrosianæ Bibliothecæ, variis jamque evulgatis ejusdem S. Poetæ versibus immixta. En illa.

E

Αλλο.

Κ Αλεῖς, καλεῖς με· προστρέχω· δέδοικα δὲ
Τὸ πῦρ, τὸ χάσμα, τὴν ζέσιν τοῦ πλουσίου.
Τίς Αβραὰμ δώσει με τοῖς κόλποις φέρων;

ALIUD. CCXXII.

V Ocas, vocas me: accurro; timeo enim
Ignem, voraginem, bullitionemque Divitis.
Quis me Abrahæ sinui, ferens, dabit?

Αλλο.

Ε Ξ ἰατρῶν πάρειμι τοῦτο κερδᾶναι,
Τὸ μή τι, Χριστὲ, σοῦ φέρειν ἀνώτερον,
Παρ' οὗ τὰ πάντα, καὶ τὸ φαρμάκων σθένος.

ALIUD. CCXXIII.

A Medicis hoc in præsentia lucri facio,
Nihil, Christe, te superius ducere,
A quo omnia, & medicinarum virtus.

Ad supremum Numen priores Jambi respicere videntur. Inquit autem Gregorius; Vocas me, vocas ad te, Deus. En festinus ad te curro; timeo enim fortem evangelici divitis. Sed quis me in Abrahæ sinum deferet? Sequentes

Jambi compoſiti videntur, poſtquam medicis fruſtra conantibus ipſum ab aliquo morbo liberare, Chriſtus eidem reſtituit ſalutem priſtinam.

Τὸ μή τι. In MS. Ambroſ. erat τὸ μέ τι. Medicam manum poſcere mihi videbatur hic locus. Quare cum Salvinio legere placuit τὸ μή τι.

Poſt Carmen περὶ διαθηκῶν, καὶ ἐπιφανείας Χριςῦ. *De Teſtamentis, & adventu Chriſti*, quod legitur Tom. 2. pag. 173. edit. Billianæ, nonnullos verſus Scholiaſtes Ambroſianus MS. interpretatur, mihi nuſquam conſpectos. Et quoniam Nazianzenii textum producere nequimus, non ingratum, ut arbitror, futurum eſt, ſi Scholiaſtis hujus paraphraſin pro verſibus Gregorianis proferamus, exſpectaturi ab aliis meliora.

Περὶ Χριςῦ ἐνανθρωπήσεως.

ΟΣτις ὖ σέβεται τὸν ὑὸν, ϗ Λόγον τῦ Θεῦ, ϗ πατρὸς, τὸν ἀεὶ ὄντα, οὐδὲ ἰσόθεον ἡγεῖται τῷ Θεῷ, καὶ πατρί· μωρός ἐςι, καὶ ἀνόητος, καὶ τῆς προσηκύσης περὶ Θεῦ ἐννοίας ἀλλότριος. Καὶ ὅςις δὲ τὸν Θεὸν Λόγον, καὶ ἄνθρωπον τὸν αὐτὸν, ἐνταῦθα φανέντα, ἤτοι τὸν κάτω Θεὸν ὖ σέβεται, καὶ τιμᾷ ἰσοθέως τῷ ὐρανίῳ Λόγῳ· τέμνει δὲ, καὶ χωρίζει ἢ τὸν Λόγον τοῦ μεγάλου πατρὸς, ἢ τοῦ Λόγου τὴν ἀνθρωπίνην μορφὴν, ϗ τὸ ἡμέτερον πάχος· καὶ οὐ μιᾷ τιμῇ προσκυνεῖ τὸν Ἐμμανουήλ· καὶ οὗτος ὁμοίως μωρὸς, καὶ ἀσύνετος, καὶ τῦ φυσικῦ λόγυ παντελῶς ἀλλότριος.

Ἦν Θεός· ἀλλὰ γέγονεν ἄνθρωπος. ὑὸς Θεῦ πατρός· ἀλλ' ἐγένετο καὶ ἀνθρώπυ ὑὸς, ἵνα μικτὸς ὢν μίξῃ τοῖς ἀνθρώποις ἡμῖν τὸν Θεόν. εἷς ἐξ ἀμφοτέρων Θεὸς, τοσῦτον ἄνθρωπος, ὅσον ἐμὲ ποιεῖ ἀπὸ ἀνθρώπυ.

Ἵλεως εἴης μοι κύριε, ὁ ἀνάτρωτος, ὁ μετὰ σώματος τοῦ πληγωθέντος δι' ἐμὲ, καὶ τρωθέντος, εἷς τῆς Τριάδος ὑμνύμενος. Τοσῦτον ἔσο γινώσκων, ὅσπις ἂν ᾖς ὁ τὰ τῆς οἰκονομίας διερευνώμενος. οὐ προσῆκον δὲ πλεόνως ἐξετάζειν, καὶ τὸν ὑπὲρ νόησιν νοῦν, καὶ τὴν ἄφραστον μίξιν διερευνᾶσθαι. ἀσύμφορον γάρ.

Τοσοῦτον ἐλάβομεν, ὅσον χωρεῖν ἐδυνάμεθα. μᾶλλον δὲ καὶ πλείω ὑπεδείχθη ἡμῖν ἀνθρωπίνης συνήσεως. καὶ προσήκει ςέργειν τὴν σύμμετρον ἡμῖν, ϗ ἀνάλογον γνῶσιν.

Εἰ μὲν ὖν πείθω σε, ταῦτα λέγων, τῦτο ἀποδεκτόν. εἰ δὲ βύλει τὸν χάρτην καταμελαίνειν πλείοσι λόγοις, ὡς μὴ χωρητῶν σοι τυγχανόντων τῶν εἰρημένων· φέρε δὴ, ταῖς τῆς σῆς καρδίας πλαξὶ τὰ εἰρημένα μοι ἐγχαράξω, καὶ ἐντυπώσω τῇ διανοίᾳ συ διὰ τῆς ἐμῆς γλώττης, ἥτις μοι ἀντὶ γραφίδος ἐςὶ, καλλιγραφῦσα τὰ θεῖα ψυχαῖς τῶν πιςῶν δίχα μέλανος.

De Chriſti Incarnatione.

QUicumque Filium, Verbumque Dei ac Patris, ſemper exſiſtens, minime veneratur, neque Deo ac Patri æqualem arbitratur, fatuis & inſipientibus eſt accenſendus, & eſt convenienti Numinis notione deſtitutus. Et quicumque Deum Verbum, & hominem, qui heic in Mundo apparuit, vel Deum degentem in terris non adorat, aut æquali cultu non veneratur, ac ipſum cæleſte Verbum; dividit vero, ſeparatque Verbum a magno Patre, aut a Verbo humanam formam, & noſtram craſſitudinem; & non uno honore adorat Emmanuel: iſte etiam ſimiliter fatuus eſt & inſipiens, & a naturali ratione omnino alienus.

Erat Deus; Homo vero factus eſt. Erat Dei Patris filius; at hominis quoque filius eſt factus, ut ita commixtus nobis Deum hominibus commiſceret. Unus ex utraque natura Deus, & adeo verus homo, quantum me verum hominem ex homine facit.

Propitius mihi ſis, Domine, qui vulneratus, qui cum corpore flagellato propter me & transfixo, unus e Triade hymnis celebraris. Tantum ſat tibi ſit cognoſcere, quicumque, quæ ad divinam Incarnationem ſpectant, veſtigas. Non convenit vero amplius ſcrutari, & Intellectum ſupra intellectionem, & ineffabilem mixtionem rimari; inutile enim ac pernicioſum eſt.

Tantum accepimus, quantum capere potuimus. Immo majora præmonſtrata ſunt nobis, quam humanæ mentis acies ferat; & par eſt, ut captui noſtro accommodatæ & congruenti notitiæ acquieſcamus.

Si igitur tibi hæc dicens perſuadeo, gratum eſt. Sin autem cupis chartam pluribus verbis illinire, tamquam ne percipi quidem ingenio, quæ hactenus dicta ſunt, poſſint: Age, cordis tabulis ea quæ a me dicta ſunt, inſcribam, imprimamque in cogitatione tua per linguam meam, quæ mihi pro ſtilo eſt, & pulcris ac elegantibus characteribus divina exarat in animabus fidelium, abſque atramento.

Quin Carmen hoc, cujus exemplar deſideratur, a Nazianzeni Poemate περὶ τῦ ὑῦ, *de Filio*, Tom. 2. pag. 161. edit. Billianæ, diverſum plane ſit, nulla mihi eſt dubitatio; nam in eodem ms. Codice Scholiaſtes utraque eſt interpretatus; & alia heic, alia illic habentur ſenſa. Exponit autem heic Theologus, quænam ſint de Filio Dei poſt humanam ab ipſo carnem aſſumtam ſentienda, Arianorum inſipientiam ac temeritatem perſpicue ſugillans. Divinum Verbum pari cum Patre honore eſſe colendum affirmat; quippe inter ſe æqualis uterque. Humanam formam a divini Patris Filio aſſumtam minime ejus divinitati obſuiſſe, ita ut alio cultu nunc ſit Chriſtus adorandus, tradit. Quod ſi qui eſſent, quibus intime perſcrutari placeret altiſſimum Incarnationis myſterium, eos commonet Gregorius, ut mentem fidei ſubmittant, & ſublimia Trinitatis conſilia atque arcana potius venerentur, quam altius ſcrutari pergant. Supra hominis captum hæc eſſe, fruſtraque ſtilo operam dari, ut incomprehenſibilia explicentur. Pro ἀνάτρωτος, *vulneratus*, quod in hac paraphraſi occurrit, Clariſs. Salvinius ſuſpicatur legendum ὁ ὢν ἄτρωτος. Hoc eſt (verbo ſit venia) *qui quum ſis invulnerabilis*, flagellis cæſus propter me, ac vulneratus &c. Vocabulum οἰκονομίας, quod infra occurrit, ipſam Chriſti *Incarnationem* ſimpliciter deſignat. Quare Theodoretus Dial. 2. cap. 9. tom. 4. hæc habet: τὴν ἐνανθρώπησιν τῦ Θεῦ Λόγυ, καλῦμεν οἰκονομίαν: *Incarnationem Dei Verbi, œconomiam*, ſeu *Diſpenſationem appellamus*. Eodem ſenſu uſurpatur a Chryſoſtomo variis in locis, atque ab aliis vetuſtis Eccleſiæ Patribus.

Μῖξιν quoque ἄφραςον, hoc eſt, *mixtionem ineffabilem divinæ cum humana Naturæ*, alibi Nazianzenus, Nyſſenus, Hilarius, Cyprianus, aliique SS. Patres ante Eutychianiſmi damnationem dixerunt abſque ſuſpicione erroris, ut oſtenderunt viri clariſſimi Petavius Tom. 4. *Theolog. Dogm.* lib. 3. cap. 2. Thomaſſinus *de Incarn.* lib. 3. cap. 5. & Laurentius Alexander Zacagnius Vaticanæ bibliothecæ præfectus in præfat. ad *Collectanea Monum. Veterum*.

Poſtea quam hæc ſcripſiſſem, opportunam mihi opem contulit clar. & humaniſſimus P. D. Joannes Baptiſta del Miro abbas Benedictinus Congregationis Caſſinenſis, & Vaticanæ bibliothecæ alter moderator, qui ex ejuſdem Vaticanæ ms. Codice 482. deſideratum Carmen ad me deſcriptum miſit. Quare & illud ſubjicio, ſuperiora retinens, utpote non parum lucis addentia huic præclaro Epigrammati, & ſpecimen inediti Scholiaſtæ præferentia.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.



A

Περὶ ἐνανθρωπήσεως.

Νήπιος, ὅστις ἄνακτα Θεοῦ Λόγον αἰὲν ἐόντα
Οὐ σέβετ' ἰσοθέως πατρὸς ἐπυρανίε.
Νήπιος, ὅστις ἄνακτα Λόγον βροτὸν ἔνθα φανέντα
Οὐ σέβετ' ἰσοθέως ὑρανίοιο Λόγυ.
Τέμνει δ' ἢ μεγάλοιο πατρὸς Λόγον, ἠὲ Λόγοιο
Μορφὴν ἀνδρομέην, καὶ πάχος ἡμέτερον.
Ην Θεὸς, ἀλλ' ἐπάγη πατρὸς Λόγος ἡμέτερος φῶς,
Ὡς κε Θεὸν μίξῃ, μικτὸς ἐὼν χθονίοις.
Εἷς Θεὸς [1] ἀμφοτέρωθεν. τόσσον βροτὸς, ὅσσον ἐμ' ἔρδειν
Αντὶ βροτοῖο Θεόν, ἵλαθι, τρωτὸς ἄνω.
Τόσσον ἔχοις. τί δ' ἔμοιγε νόον, καὶ μίξιν ἄφραστον;
Αμφὶ Θεὸν θνητοὶ στέργετε μέτρα λόγυ.
Εἰ μὲν δὴ πεπίθοιμι, τὸ λῷον. εἰ δὲ μελαίνεις
Τὸν χάρτην πολλαῖς χιλιάσιν ἐπέων,
Δεῦρ' ἄγε, πλαξὶ πᾶς ὀλιγόστιχα ταῦτα χαράξω
Γράμματ' ἐμῇ γραφίδι, ἣ μέλαν ὐδὲν ἔχει.

De Incarnatione. CCXXIV.

Stultus, quicumque supremum Dei Verbum semper exsistens
Non veneratur honore pari, ac Patrem supercælestem.
Stultus, quisquis supremum Verbum, humana carne heic indutum
Pari non veneratur honore, ac cæleste Verbum.
Separat autem aut a summo Patre Verbum, aut a Verbo
Humanam formam, & nostram crassitudinem.
Erat Deus; sed Patris Verbum noster Homo compactum est,
Ut Deum misceat, mixtum ipsum quum sit mortalibus.

B

Unus utrinque Deus; tantus mortalis, quantum me faciat
Pro mortali Deum. Ignosce vulneratus supra.
Tantum accipito. Quid autem attinet Mentem, & mixtionem ineffabilem (quærere?)
De Deo Mortales amate sermonis mensuras.
Si igitur persuasero: hoc melius. Sin autem denigras
Chartam multis verborum millibus,
Age, in tabulis tui cordis has paucorum versuum inscribam
Literas meo stylo, qui nil attramenti habet.

Vaticanus Codex ms. multis laborat mendis; uti facile peritis apparebit, maxime si conferatur cum Scholiastæ Ambrosiani paraphrasi. In secundo versu ibi legitur πατρὸς ἀπ' ὐρανίε. Mihi scribendum censui πατρὸς ἐπυρανίε. In sexto itidem scripsi πάχος, quod est apud Scholiasten, quum Cod. Vatic. habeat πάθος. In septimo pro ἡμέτερος φῶς, sensus poscebat, ut scriberem ἡμέτερος φώς, quo sacratissima illa verba Joannis significantur *Verbum caro*

C

factum est; sive Verbum homo factum est. In nono pro τόσον scripsi τόσσον Immutare nolui, quæ sequuntur. At Scholiastes noster sat indicat pro ἔρδειν scribendum esse ἔρδει. In decimo libenter scriberem pro Θεόν, Θεὸς, & conjungerem cum sequentibus. In undecimo legitur τί δ' ἔμοιγε νόον. Fortasse legendum τί δέ μοι γένος ἄν. In duodecimo pro ἀμφίθεον scripsi ἀμφὶ Θεόν. Reliqua non carent lectionibus dubiis. Tu confer cum Scholiasta.

Πρὸς Γιγάντιον οἰκοδόμον.

Αλλος μὲν Βαβυλῶνος ἐπίδρομον ἅρμασι τεῖχος,
Αλλος δ' Αἰγύπτυ δείματο πυραμίδας.
Καὶ πόντον πεζός τις ἐπήλασε, καὶ διὰ γαίης
Νῆας εὐστέλμυς ἤγαγε Θρηϊκίης.
Αὐτὰρ ἐγὼ σκοπιήν τε καὶ ὔρεα μικρὰ τινάξας
Χειρὶ γιγαντείῃ κῆπον ἔνυδρον ἔχω.

Ad Gigantium domorum ædificatorem. CCXXV.

Alius quidem Babylonis pervia curribus mœnia,
Alius vero Ægypti fabricavit Pyramidas.
Alius etiam per pontum processit, & per terras
Thracias navigia bene transtrata perduxit.

D

Verum ego speculam, & exiguos montes concutiens
Manu gigantæa, hortum irriguum habeo.

Hoc quoque Carmen, uti & tria sequentia, a Cl. V. P. D. Joanne Baptista del Miro transmissa ad me fuere, descripta e ms. Cod. Vaticano, qui multis scatet erroribus, & suspectis lectionibus, ut mihi videtur. Inscribitur Epigramma *Gigantio*. Ego suspicor inscribendum *Sigantio* [2], quum facile parum attentus librarius *Sigma* pro *Gamma* in Græco illo vocabulo accipere potuerit. Erat autem Gigantius Eremicola, & Nazianzeno amicitia conjunctus. Ad illum restat alterum Epigramma a Billio editum tom. 2. pag. 180 Oper. Nazianzeni, & cum hoc non parum conveniens. Οἰκοδόμος, sive domorum ædificator fortasse dicitur, quod ipsi sibi in monte domunculam ædificasset, atque hortum instruxisset; quare cum eo lepide Gregorius confert celebres ingentium operum auctores.

Επίδρομον ἅρμασι τεῖχος. *Pervia curribus mœnia*. In Vaticano Codice habetur ἐπίδρομον δείματο τεῖχος, pro quo legebam ἐπίδρομα δείματο τεῖχη. Verum in Codice Mediceo optimæ notæ pro δείματο legi ἅρμασιν, monuit me doctissimus Salvinius; & ad eam lectionem versum concinnari, tum quod infra habetur δείματο, tum quod in Anthologia reperio Epigramma quoddam cum simili plane versu.

Επήλασε. *Processit*. Ita scripsi, quum in Cod. Vat. habeatur τὶς ἤλασε. Fortasse etiam Gregorius scripsit τις ἂν ἤλασε. In sequenti versu prosodiæ ratio poposcit, ut scriberem εὐστέλμυς pro εὐσέλμυς, quod habetur in eodem Codice. Pro μικρὰ in quinto versu legendum μακρὰ itidem suspicor.

Γιγαντείῃ. *Gigantæa*. Vaticanus Codex habet γιγαντῄ, corrupte, ut reor. Ceterum & heic nescio, an σιγαντείῃ, *Sigantæa* potius scribendum sit, nempe ad Sigantium alludendo, qui suis manibus in monte sibi domum exstruxerat.

Ενυδρον. *Irriguum*. Tum in Vaticano, tum in Mediceo scriptum est ἄνυδρον, *aqua carentem*. At ἔνυδρον omnino legendum mihi videtur, ut aliquis versui sit sensus con-

E

cinnus. In Epigrammate *ad Sigantium* per Billium edito ait Nazianzenus, se ad illum invisendum perrexisse; at solum fontem Sigantio absente a se fuisse salutatum: quod & hujus loci emendationem juvat, & ad Sigantium eumdem hæc quoque referenda mihi persuadet: nisi & apud Billium pro *ad Sigantium* scribendum sit *ad Gigantium*.

Επίγραμμα εἰς τὴν Εκκλησίαν, ὅπυ κατέμενε μετασχηματισθεῖσαν παρ' αὐτῦ. ἦν γὰρ ναὸς εἰδώλων.

Αρχαίη πόλις εἰμὶ δαίμοσι καμῦσα
Αὖθις ἀνηγέρθην παλάμαις Γρηγορίυ.
Νηὸς ἐτύχθη Χριστῦ. δαίμονες εἴξατέ μοι.

Epigramma in Ecclesiam, quæ, ubi manebat, ab ipso transformata fuit; erat enim Idolorum Templum. CCXXVI.

Sum urbs antiqua dæmonibus fatiscens.
E converso excitata sum Gregorii manibus.
Templum Christi exstructum est. Dæmones abite.

1. Leg. ἀμφότερον, id est, *Deus & Homo*. SALVIN.

2. Credo retinendum Γιγάντιον: nam Σιγάντιον nihil est: & clausula Epigrammatis non adludit. ID.



E Codice Vaticano 480. pag. 16. depromtum est hoc Epigramma, quod num auctorem habeat Gregorium ipsum, an alium de templo per Nazianzenum constructo loquentem, incertum est mihi. Fortasse etiam aliqua heic desiderantur, & mancus est aliquis versus. Planudes περὶ ἐγχωνίων Carmen hoc Nazianzeni citans. Sic effert:

Δαίμοσιν ἱρὰ κ' ἀρχαία πόλις εἰμὶ καμοῦσα
Αὖθις ἀνηγέρθην Γρηγορίε παλάμαις,
Οὔτινος ἢ πραπίσιν περικαλλὴς ναὸς ἐτύχθην
Ἵδρυμαι δὲ Χριστῷ. Δαίμονες εἴξατέ μοι.

Παραβολαί.

Τόσσα Χριστὸς ἔρεξε μέγας, μύθους δ' ἀγόρευσε
Παρβλήδην ἐπὶ γαῖαν. ἕνα σπόρον οὔτι ὅμοιον,
Καὶ τὸν ζιζανίων σπέρματι συμφυέα.
Καὶ νάπυ, κληρονόμον τε θανόνθ' ὑπὸ χερσὶν ἀθέσμοις.
Μάρκος μὲν δὴ τοῖα, Πέτρου φυτόν. εὐρυχόρῳ δὲ
Ἑλλάδι Παύλοιο Λουκᾶς ἔγραψε τάδε.
Δαίμων, καὶ πυρετὸς, καὶ ἄγρη, λέπρα, λύσις τε.

Parabolæ. CCXXVII.

TOT Christus magnus fecit, verba vero loquutus est
Per parabolas super terram. Unum semen nequaquam simile,
Et cum zizaniorum semente simul natum.
Et sinapi, & heredem occisum manibus iniquis.
Marcus quidem hæc, Petri alumus. Late vero patenti
Græciæ Paulli alumnus Lucas hæc alia scripsit.
Dæmon, & febris, & vincula, & lepra, & paralysis.

E Codice Palatino Vaticano 90. pag. 88. hæc eruta. At qui inter Nazianzeni Carmina a Billio edita quadragesimum tertium, & sequens consulat, ubi Christi miracula & parabolæ fusius, & elegantius enarrantur, ista non magni faciet. Nobis tamen & hæc evulgare placuit; magnorum enim virorum vel quisquiliæ reverentiam poscunt. Quatuor priores versus leguntur & in Mediceo Codice. Pro τόσσα, quod in primo versu idem Codex Medic. habet, Vaticanus legit ὅσα. Uterque Codex habet μῦθος. Mihi scribere placuit μύθους, ut sensus sibi melius constet.

In tertio versu Mediceus habet τὸν, Vaticanus vero τῶν. In quarto Vaticanus legit κληρονόμος τε Δαυίδ. Mediceus opem tulit. In postremo versu & ἄγρη, & λύσις, mihi suspecta sunt, & manca. In memorato Carm. XLIV. ita legitur:

Δαίμων, καὶ πυρετὸς, καὶ λέπρα, καὶ παράλυσις
Εἶξε λόγῳ Χριστοῦ. — — — —
Dæmon, & febris, & lepra, & paralysis
Verbo Christi cesserunt. — — — —

Θρῆνον.

Μή τις ἐμοῖς παθέεσσι, καὶ ἄλγεσιν, ἠὲ κάκιστος
Τέρποιτ', ἠέ τις ἐσθλὸς ἀνιάζοι φρένα κούφην.
Τὸν μὲν γάρ τίς ἔταξεν ἀρείονα ἐσθλὸν ἄνουσον;
Ὃς δ' οἶδεν καὶ νοῦσον ἀρηγόνα. ἢ ῥυπόωσι
Φάρμακον, ἢ καθαροῖσι πάλην, καὶ κῦδος ἔχουσαν.
Ἄλλοις κῦδος ἄμοχθον ἄναξ πόρες. αὐτὰρ ἔμοιγε
Καὶ τὸ φίλον παθέεσσι καὶ ἄλγεσι σεῖο λαβέσθαι.

Lamentationes. CCXXVIII.

NE quis aut improbus de calamitatibus, doloribusque meis
Delectetur, aut probus facile mæreat.
Illum enim probum quis sine morbis meliorem effecit?
Hic vero morbum etiam novit sui defensorem, tum impuris
Medicinam, tum puris luctam & victoriam conferre.
Aliis victoriam, Christe, sine labore peperisti. At mihi
Per calamitates, & dolores gratum est te obtinere.

In ms. Cod. Vaticano 482. pag. 61. hæc habentur, sed admodum corrupta. Præsto mihi adfuit Codex Mediceus. Variantes lectiones utriusque Codicis subjiciam. In primo versu pro παθέεσσι Vaticanus habet παθέεσι; in secundo ἀνιάνοι pro ἀνιάζοι; in tertio τὸν μέν γε pro τὸν μὲν γάρ.

Εσθλὸν ἄνουσον. Ita Vaticanus. At Mediceus ἐσθλὸς ἄνουσος. Ego interrogantis specie hæc lego, ut sit sensus: Quandonam probus aliquis sine morbis, & ærumnis melior evadit? Contra, qui morbis vexatur, id sibi utile intelligit &c. Salvinius Mediceo Codici adhærens, ita vertit sine interrogatione.

Nam bonus, & sanus meliorem judicat ægrum.

In quarto versu Codex Vatic. habet ὅς δ' οἶδεν. Mediceus vero ὅς οἶδεν. In utroque Codice scriptum est ἀρηγόνα, *defensorem:* quod neque displicet; morbi enim defendunt hominem a nonnullis peccatis. Salvinio tamen ἀρείονα legendum potius videtur. In quinto pro πάλην, & ἔχουσαν, Cod. Vatic. habet πάλιν, & ἔχουσι. In sexto pro ἄλλοις, & πόρες, idem Codex habet ἄλλον, & πόρεν.

Finis Carminum S. GREGORII NAZIANZENI,

quæ MURATORIUS *V. C. evulgavit.*

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 370.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΝΑΖΙΑΝΖΗΝΟΥ

ΤΩΝ ΚΥΚΝΕΙΩΝ ΑΣΜΑΤΩΝ

ΑΝΕΚΔΟΤΑ.

D. GREGORII NAZIANZENI

THEOLOGI

CARMINA CYGNEA,

INEDITA.

A Jacobo Tollio V. C. in lucem emissa notisque illustrata.

ΕΙΣ ΕΑΥΤΟΝ, ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΕΠΙΣΚΟΠΩΝ.

Ἴσως μὲν ἐχρῆν ὥς πασχόμενον φέρειν
Ταῖς τοῦ παθόντος ἐντολαῖς τυπούμενον,

Οὕτω παθόντα καρτερεῖν καὶ τὸν λόγον.

Ὡς ἂν πλείως ὦμεν ἠγωνισμένοι,
Καὶ μισθὸν ἐλπίζωμεν ἐντελέστερον.
Ὧν γὰρ τέλειος μόχθος, ἐντελέστερος.

Ὧν δ' οὐ τέλειος, καὶ τὸ ἆθλον ἐλλιπές.

Ὡς ἂν δὲ μὴ δόξαιεν οἱ κακοὶ κρατεῖν
Τὰ πάντα, μηδ' ᾖ λεῖος αὐτοῖς ὁ δρόμος,
Ἀντιστατοῦντος οὐδενός, τὸ μὲν πέρας
Τούτων παρήσω τῷ τελευταίῳ πυρὶ,
Ὃ πάντ' ἐλέγχει καὶ καθαίρει σὺν δίκῃ,
Ἂν λανθάνωμεν ἐνθάδε πλοκαῖς τισιν.

Αὐτὸς δὲ μικρῷ τοὺς ἐμοὺς λόγῳ πλήξω
Φονεῖς. Φονεῖς γὰρ οἱ κρίνοντες ἔκτοπα,
Ψυχῶν ἀθώων ἐκχέοντες αἵματα,
Πάντων, ὅσους ἔπληττον, οὓς ᾠκονόμουν.

Ἐρῶ δ', ἃ λέξω, μηδὲν εὐλαβούμενος
Τὸ λοιδορεῖσθαι, πρᾶγμ' ἀπηγορευμένον

Πᾶσιν μὲν, ἐμοὶ δὲ καὶ πλέον μισούμενον.

Οὐ γὰρ ὀνομαστὶ τοὺς λόγους ποιήσομαι,

A DE SE IPSO, ET ADVERSUS EPISCOPOS.

CARMEN I.

Fortasse debebam, itidem ut factis me contineo,
Quum vexor, ad illius me præcepta componens,
Qui pro nobis passus est, etiam oratione tolerans esse:
Ut perfecte certamen vitæ hujus absolverem,
Et præmium perfectius exspectarem.
Nam quorum labor perfectus est, & præmium est perfectius:
B Sicut imperfecto labori etiam præmium consimile respondet.
Verum ne mali omnium potiri videantur,
Neve levi prorsum cursu ferantur
Adversante nemine, finem illorum equidem
Extremo permittam igni,
Qui cuncta juste tum explorat, tum purgat.
Tametsi hac in vita per fraudes quasdam nosmet occultemus.
At nihilominus orationem hanc brevem contexam.
Nam qui absurda proferunt, sicarii sunt
Animarum effundentes innoxium sanguinem
Illorum omnium, quos a me gubernatos vulnerant.
C Dicam autem hæc nihil reveritus.
Conviciis quidem exagitare non fas est quemquam: & ut homines
Cuncti ab eo abhorrent, ita peculiariter ipse vitium hoc odi.
Propterea nominatim nihil proferam,

V. 1. Ἐχρῆν ὡς] malim ἐχρῆν μ' ὡς.

V. 11. Τελευταίῳ πυρί] Sic Carm. 1.
Δώσω τὸ κρίνειν τῷ τελευταίῳ πυρί.
Infra vers. 495.
Τυχὸν τι ἄλλῃ ὕστερον πλασθήσομαι
Πλάσιν, καθαρθεὶς τῷ φιλοτρόπῳ πυρί.
Vid. & v. 53. in tetrastichis vocat ἔσχατα καθάρσια.

V. 13. Πλοκαῖς τισιν] Dolis, quibus ipsum irretiverant. Sic C. *de vita sua:*
Εἰ μὴ τὸ πλεῖον τοῦ μίσους τὸ λάθριον,
Νέων ὄλεθρος, καὶ σπιλάδες, λόχοι βάθους.
Ἄλλοι λέγουσι ταῦτα, σιγήσω δ' ἐγώ.
Οὐ γὰρ σχολή μοι πλεκτὰ γινώσκειν κακὰ,
Τὴν ἁπλότητα καρδίας ἀσκουμένῳ,

V. 14. Πλήξω] In ms. erat πλήσσω, vitiose, pro πλήξω. Leunclavius πλέξω legisse videtur. Sed nec sic se versio recte habet. Repone: *At brevi tamen ego meos sermone verberabo sicarios. Sicarii enim sunt, qui absurda proferunt:* Sive, *Homicidas. Homicidæ enim sunt, qui impie judicant.*

V. 17. Ἔπληττον] Lege ἔπλαττον: id est, *quoscumque formavi, quos rexi.*

D V. 18. Μηδὲν] Malim μηδὲν. εὐλαβ. Vertam vero: *Neminem vero in his, quæ dicam, indicabo; veritus, ne quemquam calumniari videar: quæ res & per se illicita est, & mibi præprimis exosa. Non enim quemquam nomine designabo,* &c. Attamen id carmine de vita sua non impigre & peracerbe fecit.

Τῷ μὴ δοκεῖν ἐλέγχειν, ἃ κρύπτειν χρεών.... A

Ἀλλ' ἐδὲ πάντων ἐξ ἴσης μεμνήσομαι.
Μή μοι τοσῦτον ἐκδρομήσειε σόμα.
Πολλὲς γὰρ οἶδα καὶ λόγε τῦ κρείσσον@.

Ἀλλ' ὅς τις ἐν κακοῖς τι, καὶ κακῶν πέρα,

Αὐτὸς κρατείσθω, καὶ δαμαζέσθω τὰ νῦν.
Τεμεῖ τὸ χεῖρον ἡ μάχαιρα τῦ λόγε.

Τί τῦτο; δείξεις, ἂν μάχῃ πρὸς τὸν λόγον,

Αὐτῦ προδήλως ἐκφανὴς κατήγορ@.
Τὸ δ' ὖν ἐμὸν τοιῦτο. Βαλλέτω με πᾶς. B

Πόῤῥωθέν εἰμι τοῖς λίθοις ἡρμοσμέν@.

Θάῤῥει λέοντα. Πάρδαλις τῶν ἡμέρων.

Ἀσπὶς τάχ' ἄν σε καὶ φύγοι δεδοικότα.
Ἓν ἐκτρέπε μοι, τὲς κακὲς ἐπισκόπες,

Μηδὲν φοβηθεὶς τῦ θρόνε τὴν ἀξίαν.
Πάντων τὸ ὕψ@, ἐχὶ πάντων δ' ἡ χάρις.

Τὸ κώδιον πάρελθε, τὸν λύκον βλέπε.
Μὴ τοῖς λόγοις με πεῖθε, τοῖς δὲ πράγμασι.
Μισῶ διδάγμαθ', οἷς ἐναντί@ βί@. C
Τὰ χρώματ' αἰνῶν τῦ τάφε, βδελύττομαι
Τὴν ἔνδον ὀδμὴν τῶν σεσηπότων μελῶν.

Πῶς ταῦτα; καὶ τί ταῦτα; πῶς λόγες ἀεὶ

Κινῶν ἀμείνες, ἐχὶ καὶ νῦν εὐσομεῖς;

Ἀλγῦντός ἐστιν, ἐξερεύγεσθαι πάθ@

Θεῷ, φίλοις, γονεῦσι, γείτοσι, ξένοις,

Εἰ δ' ὖν χρόνῳ τε καὶ βίῳ τοῖς ὕστερον.
Μικρὸν δ' ἀνοίσω τὸν λόγον πορρωτέρω.

D

Μηδεὶς ποτ' εἴπῃ τοῖς πονῦσί τι πλέον

Ἐντεῦθεν εἶναι. Παίζεθ', ὃς φρονεῖ τάδε.

Ἅπαντ' ἐν νυκτὶ καὶ ζόφῳ πορεύεται.
Τὲς μὲν πυροῖ γὰρ, τὲς δ' ἐπιζοφοῖ Θεός.

Ne proferre videar in lucem, quæ occultanda erant.
Nec item omnium mentionem faciam:
Nolim enim me tam loquacem esse.
Nam multos etiam novi, de quibus loquendum sit honestius.
Verum quisquis improbus est, & plusquam improbus,
Vinci se, domarique patiatur.
Vulnerabit orationis gladius, quidquid malum fuerit.
Et quinam sint mali, patebit deinceps, ubi meam orationem oppugnans
Manifesto te tuimet ipsius accusatorem declaraveris.
Sic equidem affectus sum. Petat me jaculis, qui volet.
Jam dudum ad lapidum ictus ferendos me accommodavi.
Leonem vereri nolito. Pardalis animal mansuetum est, ac mite.
Fortassis etiam exhorrescentem te fugiet aspis.
Unum mihi quiddam modo vitato, malos scilicet episcopos.
Nihil solii dignitatem reveritus.
Omnium est eadem sublimitas, at non omnium gratia.
Pellem missam facito: lupum inspice.
Noli verbis persuadere, sed rebus ipsis.
Odi doctrinas, vita quibus adversatur.
Colores ac picturas sepulchri laudans, odorem
Internum membrorum, quæ jam putruerunt, abominor.
Quonam hæc pacto dicuntur abs te? & quid sunt? qui fit, ut,
Quum semper meliora quæque proferas, non etiam modo bona verba proferas?
Dolentis est, adfectionem animi veluti eructare, deque corde promtam
Exhibere Deo, amicis, parentibus, vicinis, exteris,
Atque etiam ad posteritatem.
Lubet autem hanc orationem paullo altius repetere.
Nemo umquam dixerit laborantibus, futurum, ut suis
Ex laboribus aliquem fructum percipiant. Fallitur, qui hoc existimat.
Omnia nocte ac tenebris involuta fiunt.
Alios enim in luce collocat, alios in caligine Deus,

V. 23. Ἐξ ἴσης] ab interprete hoc omissum est. Adde igitur, *æqualiter*, sive, *eodem modo*. Et mox in codice erat vitiose ἐνδρομήσειε, pro ἐκδρομήσειε, i. e. *Ne mihi adeo extra metas procurrat sermo*, seu *lingua*. Ἐκτὸς δρόμε φέρεσθαι, Plato dixit. Sic Carm. *de vita sua*:
Κἀνταῦθα θάρσυς ἐκδραμόντ@ τῇ δίκῃ:
ubi male quidam ἐνδραμόντ@ malunt.

V. 26. Καὶ κακῶν πέρα] Sic infra in Variis:
Καίπερ πάσχων δεινὰ, καὶ δεινῶν πέρα.

V. 27. Αὐτὸς] In exemplari Cæsareo erat δοξαζέσθω, pro δαμαζέσθω. Unde initio addubitabam, an potius foret τὸ κρατείσθω in κροτείσθω mutare; sicut utrumque ironice positum videretur; & ὅτ@ pro αὐτός. Sed hoc frustra fuit. Δαμαζέσθω vero in suo etiam legisse videtur Leunclavius. Ita enim vertit: quæ lectio confirmatur illo versu e Monostichis: Ἡ σάρξ κρατείσθω, καὶ δαμαζέσθω καλῶς.

V. 28. Τεμεῖ τὸ χεῖρον] Ita ferme Hieronymus ad Bonasum: *Disposui nasum secare fœtentem: timeat, qui strumosus est*.

V. 29. Τί τῦτο; δείξεις] Τί τῦτο; *Quid enim?* sic vers. 787. Τι ταῦτα; alias malim, σὺ τῦτο δείξεις. D. Hieronymus adversus Ruffinum: *Quando sine nomine contra vitia scribitur, qui irascitur, accusator sui est*. Idem ad Nepotianum, de vita Clericorum: *Nullum læsi: nullius nomen mea scriptura designatum est: neminem specialiter meus sermo pulsavit. Generalis de vitiis disputatio est. Qui mihi irasci voluerit, ipse de se, quod talis sit, confitebitur*.

V. 31. Βαλλέτω με πᾶς] Respicit heic, quod ei in initio evenerat electionis, cum a populo lapidibus impetitus fuit. Sic infra in alio carmine inedito:
Βάλλοιτε, τοξεύοιτε μὴ πεφραγμένες.
Σιγὴ βαθεῖα. Γρηγόρι@ πορρωτέρω,
& hinc statim ait:
Πόῤῥωθέν εἰμι τοῖς λίθοις ἡρμοσμέν@.
E id est,
Jam dudum memet ad excipiendos lapides composui.
qua de re v. not. advers. 103. Sic & C. Jamb. 1.
Βάλλετ', εὐσοχεῖτε τοῖς λίθοις.
& Carm. XXIII. Λιθαζέτω με πᾶς
Ὡς ἐκ παλαιοῦ τοῖς λίθοις
Ἀεισθ' ἡρμοσμένον.

V. 33. Θάῤῥει λέοντα] Sic & carm. *de vita sua*; leoni se confert:
Λέοντες ἦμεν ἐχθὲς, ἀλλὰ σήμερον
Πίθηξ ἔγωγε. Σὺ δὲ μικρῦ λέων,

V. 38. Τὸ κώδιον] Sic carm. XII.
Διπλόος ἐστὶν ἕκαστ@, οἷς λύκον ἀμφικαλύπτει.

V. 51. Ἅπαντ'] Non sat belle interpres *fiunt* posuit. Malim, *feruntur*, vel *fluunt*.

V. 52. Τὲς μὲν πυροῖ] τὸ πυρῦν hic pro in *luce collocare* ab interprete accipitur, notione minus usitata: alias enim *candefacere*, sive *ignire*, vel *igne* etiam *examinare* significat.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.



Εως τὸ πῦρ ἅπαντα φωτίζει τάδε. A
Αλλος μὲν ἐξήντλησε μοχθηρὸν βίον
Στένων, ἀϋπνῶν, δάκρυσιν τήκων μέλη,
Χαμευνίᾳ τε καὶ τροφῇ στενούμενος,
Καὶ νοῦ μερίμναις, ἐν θεοπνεύστοις γραφαῖς,
Μάστιξί θ' αὐτὸν ταῖς ἔσω ξαίνων ἀεί.
Τί μοι παρεῖται μὴ δέον; τί δ' ἔδρασα;
Αλλος τὰ τερπνὰ τῶν νέων ἐδρέψατο,
Επαιξεν, ᾖδε, γαστρὸς ἔπλησεν νόσον, B
Πάσαις ἐφῆκεν ἡδοναῖς, αἰσθήσεσι
Κλεῖθρ' οὐκ ἔθηκε, πῶλος ἡνίας ἄτερ,
Κἄπειτα τὸν μὲν συμφοραὶ κατέδραμον,
Οὐ συμφοραὶ μὲν, οὐ γὰρ ἅπτεται σοφῶν
Τῶν δ' ἐνθάδ' οὐδὲν, ὡς δοκεῖ τοῖς πλείοσιν,
Υφ' ὧν ὁλεῖται καὶ τὸ φαίνεσθαι σοφόν.
Ο δ' εὐδρομῶν ἅπαντα, καὶ τόδ' εὐδρομεῖ,
Κράτιστος εἶναι τὴν ἀρετὴν νομίζεται. C
Λόγου δὲ μάρτυς αὐτὸς, ὃς λέγει τάδε.
Ανω καθήμενόν με τῶν ὁρωμένων,
Καὶ νοῦν μόνοις μιγνύντα τοῖς νοουμένοις,
Ρίψαντα δόξαν, κτῆσιν, ἐλπίδας, λόγους,
Τὸ μὴ τρυφᾷν τρυφῶντα, καὶ μάζῃ στενῇ
Βίον γλυκαίνονθ', ὕβρεως ἐλεύθερον.
(Η πάντα δεῖ σε προσδοκᾷν, κἂν ᾖς σοφός)
Παρ' ἐλπίδας τὶς τῶν καλῶν ἀποσπάσας
Εκδημον ἤγαγε. Οστις, οὐκ ἔχω λέγειν. D
Εἴτ' οὖν τὸ θεῖον πνεῦμα, εἴθ' ἁμαρτάδες,
Ως ἂν δίκας τίσαιμι τῆς ἐπάρσεως.
Τὸ δ' οὖν πρόδηλον, σύλλογοί τε ποιμένων
Καὶ λαὸς ὀρθόδοξος, ἀλλ' οὔπω πλατύς,
Αρτι πρὸς αὐγὰς ἡλίου μικρὸν βλέπων,
Ως ἄν τις ἔλθοι τῷ λόγῳ παῤῥησία,
Μικρόν τ' ἀναπνεύσωσι τῶν κύκλῳ κακῶν, E

Donec ignis extremus ille cuncta mortalium facta revelet.
Alius quidem vitam permolestam & ærumnosam exhausit
Gemens, expers somni, membra lacrymis tabefaciens,
Humi cubans; cibo utens perexiguo,
Sollicita mentis occupatione divinis in literis versans;
Semper denique flagris internis atterens se se; perpetuo repetens
Cum animo suo: quid abs me omissum est? quid feci, quod non oportuit?
Alius e diverso juveniles voluptates quasi decerpsit,
Lusit, cecinit, gulæ morbo satisfecit,
In omnes se voluptates immersit, sensibus
Pessulum nullum obdidit, pullo similis equino, qui freno caret.
Et tamen illum quidem calamitates obruerunt,
Quæ calamitates non sunt. Nam attingere sapientes nequeunt,
Quæcumque in hac vita eveniunt, ut plerique putant,
Qui perfectum sapientem non ex opinione constituunt.
Hic autem cunctis in rebus prospero successu utitur,
(Si quidem hoc est prospero successu rerum uti)
Et virtute præstantissimus esse videtur.
Huic orationi testimonio sum ego ipse, qui hæc dico.
Quum supra res adspectabiles positus essem,
Ac mente cum solis intellectibus versarer,
Abjecta gloria, possessionibus, spe, doctrina.
Delicias ex eo ipso capiens; quod delicias nullas sectarer: exiguoque pane
Contentus jucundam vitam agerem, ab omni petulantia liber,
(Nihil non exspectandum tibi putato, tametsi sapiens sis)
Præter omnem spem a bonis his abreptum me quispiam
Longe abduxit. Et quis ille fuerit, non habeo dicere:
Divinusne spiritus, an peccata mea:
Ut elationis pœnas darem.
Hoc quidem manifestum est, impulisse me pastorum conventus,
Et populum recte sentientem, qui tamen necdum amplus & copiosus erat,
Recens adhuc consecutus, ut radios solis paullum intueretur,
Factum autem eo consilio, ut alia doctrina libertas acquireretur,
Et nonnihil ecclesiæ ex illis malis respirarent, quæ undique illas invaserant:

V. 68. Ο δ' εὐδρομῶν ἅπαντα,] Melius verteris: *Hic autem, ut in rebus omnibus, ita & in hac prospera cursu fertur,*
Virtute censetur esse præstantissimus,
illa vero *siquidem* &c. In exemplari Græco non exstant. Forte legit Leunclavius, κἂν τόδ' εὐδρομεῖν, sc. ἐστί.

V. 71. Ανω καθήμενον] Carm. V.
Πάντ' ἄμυδις βιότοιο ἀφύσγετον εἰς ἅλα ῥίψας,
Καὶ νόον ὑψιβιβάντα σοῦ θεότητα πελάζων,
Σαρκὸς νόσφιν ἔθηκα. Λόγος δέ μοι ἡγεμονεύει
Πάντων μὲν κρατέειν, πάντων δ' ὑπὲρ αἰθέρα τέμνειν
Χρυσείαις πτερύγεσσιν. Vide Orat. XXXIV.

V. 74. Τὸ μὴ τρυφᾷν] Lege, τῷ μὴ τρυφᾷν.

V. 77. Παρ' ἐλπίδας τὶς] Basilius: qui & antea, quum Gregorius in Pontum fugisset, ne Sasimorum episcopus crearetur, eum tamen in suam patrisque sententiam pertraxerat.

V. 79. Εἴθ' ἁμαρτάδες] Carm. I. *de vita sua*:
Οὐκ οἶδ' ἐμαυτοῦ τὰς ἁμαρτίας πλέον,
Αἳ πολλὰ δή με πολλάκις δεδύχασι,
Μέμψαιμ', ὑπερζέοντος &c.

V. 81. Σύλλογοί τε ποιμένων] Carm. I. p. 10. σύνοικ, &c.
Επεμψεν ἡμᾶς ἡ χάρις τοῦ πνεύματος,
Πολλῶν καλούντων ποιμένων, καὶ θρεμμάτων.

V. 82. Καὶ λαὸς ὀρθόδ.] Carm. I.
Ψυχὰς τελείας τῷ λόγῳ τῆς πίστεως,
Λαὸν βραχὺν μὲν, τῷ Θεῷ δὲ πλείονα,
Ος οὐκ ἀριθμοῦ πλῆθος, ἀλλὰ καρδίας.
Oratione vero XXXII. non gregem illum fuisse ait, sed potius ποίμνης τι μικρὸν ἴχνος, ἢ λείψανον ἀσύντακτον, καὶ ἀνεπίσκοπον, καὶ ἀόριστον.

V. 85. Τῶν κύκλων κακῶν] Interpres legit τῶν κύκλῳ κακῶν. Sed heic mihi κύκλοι circulos, seu conventus Arianorum & Apollinaristarum significare videntur. Alias enim τῶν ἐν κύκλῳ κακῶν rectius foret; sed lex carminis τὸ ἐν heic non admittit.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
370.

A Λάλωντε γλωσσῶν, καὶ πολυσχιδοῦς πλάνης,
Ὑφ' ὧν ἔκαμνον οὐκ ἔχοντές τι σκέπης.
Οἷόν τι τερπνὸν ἐν μέσῳ βάτων ῥόδον,
Ἢ τις μέλαινα ῥὰξ ἐν ἀώρῳ βότρυϊ.
Οὕτω μὲν οὖν ἐπῆλθον εὐσεβὴς ξένος,
Ὅρκοις τε καμφθεὶς, καὶ λιταῖς πολυτρόποις,
Αἷς ἀντιβλῶσι τῶν λίαν κακοφρόνων.
Ἐπεὶ δ' ἐπῆλθον Καππαδόσσαν γῆν λιπὼν,
Ἣ πίστεως ἔρεισμα τοῖς πᾶσιν δοκεῖ,
B Οὐ λαὸν, οὐδὲν τῶν ἀναγκαίων ἐμοί.
Ταῦτ' ἐστὶν ἐχθρῶν πλάσματα, ψευδεῖς λόγοι,
Φθόνου καλύμματ' εὐστόχως εὑρημένα,
Ὑμᾶς ἔρεσθαι τἀπίλοιπα βούλομαι.
Ὑμεῖς γάρ ἐστε μάρτυρες μόχθων ἐμῶν,
Τί σκαιὸν, ἢ πρόσαντες, ἢ βλάβην φέρον,
Ἢ εἶπον, ἢ ἔπραξα τοῦτ' ἔτος τρίτον;
Πλὴν ἕν γε τοῦτο, τῶν κακῶν ἐφεισάμην,
Ὑφ' ὧν λιθασθεὶς εἰσόδου προοίμιον
Ἐκαρτέρησα. καὶ γὰρ εὐσεβέστερον
C Παθόντα τὰ Χριστοῦ με οὕτω καὶ φέρειν.
Ὁρᾷς, πένητες οἷα δωροῦνται Θεῷ.
Καὶ τοῦτο δ' ἔγκλημ', εἰ δοκεῖ, ποιούμεθα.
Σὴς μέν, τις εἶπεν, ὀστέων, αἰσθητικαὶ
Φρένες. τόδ' ἔργοις τοῖς ἐμοῖς ἐγνώρισα.
Τὸ χάλκεόν μοι σῶμα φροντίσιν τακὲν
Ἤδη νενάρκηκε· ἄλλο δοῦναι δ' οὐκ ἔχω,
Πλείω χρεωστῶν, κἂν τὰ πάντων εἰσφέρω.
D Τί ἂν πάθοι τις συζυγεὶς σαθρῷ φίλῳ;
Ἀλλ' ἀνιτέον μοι πρὸς τὸν ἐξ ἀρχῆς λόγον.
Κέκληκ'· ἔπηξα λαὸν ἐν μέσῳ λύκων.

A Nimirum a linguis ereptæ garrulis, erroreque multiplici.
Nam his rebus adflictabantur, quum præsidii nihil haberent:
Instar elegantis rosæ, quæ medio in senticeto sita est:
Vel tamquam acinus quispiam niger in uva necdum matura.
Quapropter hoc modo religiosus hospes adveni,
Obtestationibus sacris, & variis precibus permotus:
Quibus adversati tantum homines insolentes fuissent.
Ceterum postquam accessissem relicta Cappadocia,
Quæ fidei propugnaculum esse plerisque videtur,
B Nequaquam deserto populo, cui aliqua necessitudine obligatus essem:
(Nam illa sunt hostium meorum figmenta, falsique sermones,
Invidiæ quædam velamenta, ingeniose excogitata)
Quid porro factum sit, de vobis exquirere lubet.
Nam vos laborum meorum testes estis.
Quid improbum, quid vobis contrarium, quid noxium
Vel verbis protuli, vel re designavi toto jam hoc triennio?
Unum licet excipias, quod malis pepercerim,
A quibus ingressu primo lapidatus
Hoc ipsum constanter toleravi. Nam religiosum imprimis ac pium erat,
C Quæ Christo acciderunt, eadem eodem animo pati.
Vides, qualia pauperes offerant Deo.
Hoc etiam, siquidem ita videtur, crimini mihi detur.
Vermen ossium habet, inquit ille, qui tristia patitur.
Id verum esse, re ipsa per me declaratum est.
Corpus hoc meum aheneum curis maceratum, ac tabefactum,
Jam elanguit: & aliud, ejus loco quod dem, nullum habeo,
Plus debens quam dissolvere possim, etiamsi
D omnia omnium bona numerem.
Et quid obsecro pœnæ meretur, qui debili conjunctus est amico?
Enimvero redeundum mihi ad id, de quo sum exorsus dicere:
Laboravi: Populum in medio luporum collegi:

V. 86. *Πολυσχιδοῦς πλάνης*] Apollinaristarum, quorum errores Carm. 1. exponit, quosque egregie contudit
Κακῶς φρονοῦντας ἐν πολυσχιδεῖ πλάνῃ.
V. 88. *Οἷόν τι*] Suavissima hæc est, & elegantissima comparatio, qua nescio an delicatior, venustiorve dari possit.
V. 92. *Αἷς ἀντιβλῶσι*] Nescio interpres ne ita verterit, an typothetæ scripturam ejus assecuti non sint. Corrige leviter; *quibus adversari hominis insolentis*, seu potius, *duri nimis & perversi, fuisset*. *Κακόφρων* heic est durus, immitis, qui se flecti non patitur, nec exorari. Sic Carm. 1. E *de vita sua*:
Ἕως ἔκαμψαν· καὶ γὰρ ἦν δρυὸς μόνης
Θρήνοις τοσούτοις ἀντιβλῶσι, καὶ λόγοις.
V. 94. *Ἡ πίστεως*] Carm. *de vita sua*:
Καὶ γὰρ ἀνθεῖλκεν πατρὶς,
Πίστει κρατοῦσα τῶν ὑφ' ἥλιον σχεδόν.
V. 95. *Οὐ λαὸν* &c.] Exponit hoc ipsum Carm. *de vita sua*: ubi se numquam Sasimorum Ecclesiam attigisse, nec ullum ibi sacrum obtulisse refert, neque item paternæ post ejus mortem, cui succenturiatus viventi fuerat, gessisse curam, licet hoc sæpe rogaretur. Vid. supra v. 15.
V. 95. *Οὐδὲν τῶν ἀναγκαίων*] Id est, quicum nihil mihi erat negotii; quippe cujus nullam susceperam curam. Id enim expressissimis ait verbis Carm. 1. *de vita sua*:
Ὃν οὔτε κήρυγμα, οὐδ' ὑπόσχεσις κρατεῖ.
Et mox:
Τῆς μὲν δοθείσης οὐδ' ὅλως ἐκκλησίας
Προσηψάμην, οὐδ' ὅσσον λατρείαν μίαν
Θεῷ προσενεγκεῖν, ἢ συνεύξασθαι λαῷ,
Ἢ χεῖρα θεῖναι κληρικῶν ἐνί γέ τῳ.
Et inde quidem Seleuciam se primum contulit: unde Constantinopolim venit,
Πολλῶν καλούντων ποιμένων καὶ θρεμμάτων.
V. 96. *Ψευδεῖς λόγοι*] Carmin. *de vita sua*:
Εἰπεῖν ἀνάγκη, κἂν δέῃ μακρηγορεῖν,
Τοῦ μὴ καθ' ἡμῶν ἰσχύσαι ψευδεῖς λόγους.
Οἱ γὰρ κακοὶ φιλοῦσιν, ὧν δρῶσιν κακῶς,
Εἰς τοὺς παθόντας ἐκτρέπειν τὰς αἰτίας.
Ὡς ἂν κακῶσι καὶ πλέον τοῖς ψεύσμασιν,
Αὐτοὺς δ' ὑπεκλύσωσι τῶν ἐγκλημάτων.
V. 97. *Ἀστόχως*] Interpres *εὐστόχως* legisse videtur. Vertit enim *ingeniose*. Si tamen alterum illud præferendum videbitur, vertendum erit, *infeliciter*; quod scilicet calumnia nimis aperta, & inepta esset, in re tam nota.
V. 110. *Τὸ χάλκεόν μοι*] Ita Carm. LX. ad diabolum: *Σαρξὶν ἐμοσθενέεσσιν ἐπῆλθες*. Videtur enim ante hunc morbum corpore vegeto & firmo fuisse.
V. 115. *Κέκληκ'· ἔπηξα*] Interpres legit, *κέκμηκ'· ἔπηξα*. Ita Carm. LVII:
Ἔμπαγε μὲν ἀνέφηνα· καὶ ὡς κύκλον περὶ κέντρῳ.
Πάντας ἐτορνώσαμην ῥήμασιν εὐσεβέος.
& Carm. *de vita sua*:
Ἐπεμψεν ἡμᾶς ἡ χάρις τοῦ πνεύματος
Λαοῦ βοηθοὺς, καὶ λόγου συλλήπτορας.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
370.

A Ποίμνην ἄνυδρον τοῖς λόγοις ἐπήγασα,
Ἔσπειρα πίστιν τῷ Θεῷ ῥιζουμένην,
Τριάδ' ἔλαμψα τοῖς πρὶν ἐσκοτισμένοις.
Ὀπός τις ἤμην, ἐν γάλακτι φάρμακον,
Πειθοῦς βίᾳ· καὶ τοὺς μὲν ἤδη δεσμίους,
Τοὺς δ' ἐγγὺς εἶχον, οἱ δ' ἔμελλον αὐτίκα.
Πᾶσιν δὲ θυμὸς ἐκλίθη, τὸ πρὶν ζέων,
Καὶ φίλτρον ἤδη τῷ λόγῳ συνεκράθη.
B Ἐλπὶς δὲ παντὸς, καὶ ῥοπή τις μετρία.
Ῥώμης τόδ' οἶδεν ἄστυ τῆς εὐδαίμονος·
Καὶ τῆς μάλιστά φημι τὸ πρῶτον γένος,
Οἵ μ' ἠξίωσαν καὶ λόγου τυχόν τινος.
Παρ' οἷς πλέον καὶ μικρὸν εὐκλείας ἔχειν,
Ἢ πρῶτ' ἐν ἄλλοις τιμίου παντὸς φέρειν.
Καὶ γὰρ τοσοῦτόν εἰσι πάντων κρείσσονες.
Οὗτοί με καὶ παρόντα εἶχον ἐν λόγῳ,
Καὶ νῦν ἀπόντος αἰτιῶνται τοὺς κακούς.
Πλέον γὰρ οὐδὲν εἶχον ἢ τοῦτο δρᾶσαι.
Οὐδ' αὐτὸς ᾔτουν οὐδέν. Ὦ πόλις, πόλις,
C Ἵν' ἐκβοήσω καί τι καὶ τραγῳδικόν·
Ἀλλ' οἱ καλοί τε κἀγαθοὶ συμποίμενες
Φθόνῳ ῥαγέντες, (ἴστε τοὺς θρασωνίδας.
Οὐ γὰρ φέρει παίδευσιν ἡ ἀγροικία)
Καὶ τὴν ἐμὴν λαβόντες ἔκγονον πόνων
Ἀῤῥωστίαν συνεργὸν, ἣν αἰδεῖσθ' ἔδει
Τοὺς καί τι μικρὸν τῷ Θεῷ κεκμηκότας,
Τό, τε θρόνου τοσούτου μὴ στέργειν κράτος,
Κόσμου ῥαγέντος ἐν μάχης μεταιχμίῳ.
Ταῦτ' οὖν λαβόντες σὺν ῥοπῇ τοῦ δαίμονος
D Προὔπεμψαν ἔνθεν ἀσμένως οἱ φίλτατοι,
Ὥσπερ τιν' ὄγκον ἐκ νεὼς βαρουμένης
Ῥίψαντες. ἦν γὰρ φόρτος ἀφρονῶν κακοῖς.
Ἔπειτ' ἀροῦσι χεῖρας ὡς ἁγνοὶ Θεῷ;
Καὶ δῶρα πέμψουσ' ἐκ φρενὸς καθάρσια;
Καὶ λαὸν ἁγνίσουσι μυστικοῖς λόγοις;

A Gregi aqua carenti de meæ doctrinæ fonte potum præbui,
Feci sementem ejus fidei, quæ est in Deo fundata.
Trinitatis lumen illis patefeci, qui prius in caligine versabantur.
Adeoque quasi coagulum quoddam eram in lacte, persuasionis
Vi cogentis pharmacum. Et alios quidem jam constrictos tenebam:
Alii prope aberant, alii statim idem facturi erant.
In omnibus autem iracundia flectebatur, quæ prius in eis fervebat.
Et doctrina mea jam benevolentia quadam erat temperata.
B Idem de toto populo sperandum videbatur, cujus esset mediocris erga nos propensio.
Novit hoc felix urbs Roma,
Et in primis patriciis orti familiis cives,
Qui me forte aliquo etiam in pretio habebant:
Apud quos vel parum gloriæ consequi majus quiddam est,
Quam apud ceteros loco plane principe rebus in omnibus esse.
Tantopere cunctis aliis præstant.
Hi ergo & præsentem me observabant,
Et nunc, posteaquam ab eis absum, malos accusant.
Nihil enim præstare amplius hac in parte poterant.
Nec ut amplius mea caussa facerent, ipse postulabam. O civitas, civitas!
C (Lubet enim more Tragico exclamare)
Præclari vero, bonique collegæ mei
Invidia rupti, (nostis illos arroganter temerarios.
Non fert institutionem rusticitas.)
Et ad institutum suum perficiendum debilitatem meam adsumentes,
Laborum molestiarumque subolem, cui quadam cum verecundia parcere debebant,
Qui vel parum Deo laborassent,
Quodque dicerent se tanti solii potestati non adquiescere,
Mundo tantis discidiis partes in diversas distracto;
Hæc itaque prætexentes cum favente numine
D Me amanter scilicet amicissimi homines ablegarunt,
Quasi ejecto quodam onere de navi nimis gravata.
Nam reapse, qui recte sapit, ac prudens est, non potest non improbis oneri esse.
Qua re confecta non dubitabunt etiam tamquam puri ad Deum manus attollere,
Donaque lustralia de corde promere?
Non populum verbis mysticis sanctificare?

V. 116. Ποίμνην ἄνυδρον] Carm. *de vita sua:*
Ὡς ἂν καταψύξαιμεν εὐσεβεῖ ῥοῇ
Ψυχὰς ἀνύδρους.
Et post paullo:
Οὓς ἐστιν εἰπεῖν, οὐδενὸς πεφωρατος
Τῶν συμφρονούντων, τῷ παρόντι προστρέχειν,
Ὡς τοὺς ἀνύδρους ταῖς φανείσαις ἰκμάσι.
V. 117. Ἔσπειρα πίστιν] Elegantissime similitudinem hanc exsecutus est Carm. *de vita sua:*
Ἤδη γεωργῶν ἤμην ἐν τοῖς πλουσίοις.
Εἰ καὶ συνακτὸν οὐχ ὁμοῦ τοὐμὸν θέρος.
Τοὺς μὲν γὰρ ἄρτι τῶν ἀκανθῶν ἡμέρουν.
Οἱ δ' ὡμαλίζονθ'. οἷς δ' ἐβάλλετο σπόρος,
Οἱ δ' ἐν γάλακτι· τῶν δ' ὑπὲρ γῆς ἡ φυή.
Οἱ δ' ἐχλόαζον. οἱ δ' ἐδεσμοῦντο στάχυς.
Οἱ δ' ἡδρυμοῦντο. οἱ δὲ λευκοὶ πρὸς θέρος.
Ἅλως τιν' εἶχε, τοὺς δὲ θημών τις φίλος.
Οἱ δ' ἐκκρίνοντο. οἱ δὲ τῶν σίτων ἔσω.
Οἱ δ' ἦσαν ἄρτος, τῆς γεωργίας πέρας.
ubi notandum, herbas, seu frumenta, ἐν γάλακτι εἶναι dici, quum semen pullulans necdum suum germen in luminis oras extulit.
V. 124. Τῷ λόγῳ συνεκράθως] Ita in v.c. reposui, συνεκράθη. mox malim, κἂν ῥοπή τις μετρία.

V. 125. Ῥώμης τόδ' οἶδεν] Carmine *de vita sua:*
Ῥώμη νεουργὴς, εὐγενῶν ἄλλων ἕδος,
Κωνσταντίνου πόλις σὺ, καὶ στήλη κράτους.
ubi κράτος principem significat, ut eodem Carm. ὀργῇ καθ' ἡμᾶς, πρὸς δὲ τὸ κράτος λιταῖς. Aliquanto post:
E Δύω μὲν οὐ δέδωκεν ἡλίους φύσις,
Δισσὰς δὲ Ῥώμας, τῆς ὅλης οἰκουμένης
Λαμπτῆρας, ἀρχαῖόν τε καὶ νέον κράτος, &c.
Et Carm. XII: Ὁπλοτέρη Ῥώμη, &c.
V. 142. Μὴ στέργειν κράτος] Non satisfacit mihi heic interpres: versus enim hic cum illo, καὶ τὴν ἐμὴν λαβόντες, cohærere videtur. Duæ scilicet caussæ erant, quas prætexebant hi, qui Gregorium e sede sua Constantinopolitana expellere cupiebant: prima, quod ægro corpore esset, adeoque oneri non sufficeret: altera, quod & ipse hoc onere liberari cuperet. Dixerat enim in conventu Episcoporum:
Ἡμῖν δὲ συγχωρήσατ' ἄθρονον βίον,
Τὸν ἀκλεῆ μὲν, ἀλλ' ὅμως ἀκίνδυνον, &c.
pag. 26. Carm. *de vita sua:* Sic ut στέργειν heic *amare* vel *delectari* significet. Liquet autem e sequenti versu, qui sine dubio codici Ms. interpretis defuit, quia illum non vertit,
Ταῦτ' οὖν λαβόντες, &c.

A Οἵ κἀμ' ἔπεμψαν ἔνθεν ἐκ πονηρίας.

Οὐ σφόδρ' ἄκοντα, καὶ γὰρ ἦν αἶσχος μέγα,

Τούτων τὶν' εἶναι τῶν καπήλων πίστεως,
Ὧν οἱ μὲν ὄντες ἔκγονοι φορογράφων,

Οὐδὲν φρονοῦντες τοῦ παρεγγράφειν πλέον,

Οἱ δ' ἐκ τραπέζης, τῶντ' ἐκεῖσ' ἀγαλμάτων,

Οἱ δ' ἐξ ἀρότρων ἡλίῳ κεκαυμένοι,
Οἱ δ' ἐκ δικέλλης καὶ σμινύης πανημέρου,

B Ἄλλοι δὲ κώπην, ἢ στρατὸν λελοιπότες,
Ἄντλον πνέοντες, ἢ τὸ σῶμ' ἐστιγμένοι,

Λαοῦ κυβερνῆταί τε, καὶ στρατηλάται,
Πέφην οὐκ εἴξουσι καὶ μικρόν ποτε.
Ἄλλοι δὲ τεχνῶν ἐμπύρων τὴν ἀσβόλην

Οὔπω τελείως σαρκὸς ἐκνενιμμένοι·
Μαστιγίαι τε, καὶ μυλώνων ἄξιοι,
Πρὶν καὶ τὸ τίμημ' εἰσενεγκεῖν δεσπόταις,
Μικράν τιν' ἂν ἄρωσι παῦλαν τῶν πόνων,
Ἔπειθ' ὑπερμαζῶσι, καὶ δήμου τινὰς
Κλέψαντες, ἢ πείσαντες, ἢ τυραννικῶς,

C Ἄνω τρέχουσι κάνθαροι πρὸς οὐρανὸν,
Πόλον στρέφοντες οὐ τὸν ἐκ κόπρων ἔτι,
Οὐδ' ἐξόπισθεν, ὡς τὸ πρὶν, νενευκότες
Αὐτῶν δ' ἔχειν δοκοῦντες τῶν ἄνω κράτος.
Ἀριστερὰ λαλοῦντες, οὐδὲ τοὺς πόδας

Αὐτῶν ἀριθμεῖν εἰδότες, ἢ τὰς χέρας.
Ἀλλ' οὐ κάκιστα ταῦτα, οὐδ' ἐπισκοπῆς,

Ὦ λῷστε; μὴ τοσοῦτον ἀρχαίως φρονεῖν,

Ὡς τηλικοῦτο πρᾶγμα τιμᾶσθαι κακῶς.
Μηδ' εἰ λίαν μοι τὸ χθαμαλὸν σπουδάζεται.
Οὐ γὰρ κάκιστον ἡ ἐπισκοπή. χρεὼν
D Πάντως τιν' εἶναι, τῶν δ' ἀρίστων ἐκλέγω

Τὸν πρῶτον, εἰδ' οὖν, ἀλλὰ μὴ τὸν ἔσχατον.
Εἴπερ νομίζεσθαί τι δεῖ μου τὸν λόγον,
Καὶ νῦν μάλιστα ἐν ζάλῃ γλωσσαλγίας,

Καὶ τῶν μεγίστων ἀστέων, καὶ συλλόγων.
Ὧν καὶ μενόντων ἀσφαλῶς, κέρδος πλέον.

A Dimiserunt igitur ab urbe, *procul ut essem a malitia*,
Non admodum repugnantem, quippe turpissimum erat
Illorum me fidei cauponum in numero esse,
Quorum alii nepotes erant eorum, qui tributorum scribæ fuerant,
Et aliud nil animo volvebant, quam falsas & subdolas rationum depravationes:
Alii de argentariorum mensa, quæque illic sunt oblectamenta,
Alii ab aratris venerant, adusti a sole:
Si earum comparatio ſola in voluntate ſita foret.
D At vero in antiſtite ſatis eſt, ſi ſaltem jubeatur
Eſſe ſubito bonus, virtuteque præditus.
Quod quidem eſt illud, quod proverbio fertur, dictum factum.
Chriſtus imperat, & creatura ſtatim producitur.
Verum hoc quoque ſilentio prætereo. Quo autem pacto fit, ut tu conſpiciens
Adſtitem aliquem Dei manentem inferiore gradu,
Nihilominus cervicem attollas, & ſoliorum poteſtatem expetas?
Cur non trepidas, & ad ipſos thronos exhorreſcis,
Metuens, ne boves agas te bubulco præſtantiores?
Sic enim mecum rem conſiderato, ſiquidem
E etiam videndi tibi otium eſt.
Alius humi cubans, & eroſus a pulvere,
Carnes tabefecit vigiliis,

V. 540. Ὡς μή τι τῦ λαῦ λάβῃ] Rectius verteris, *ne quid babeat de plebe*, ſcilicet vitii: verum ut ſit quam emendatiſſimus, & abſolutiſſimus. Interpres, & al. βλαβῇ. Non male.

V. 541. Τlὼ χάειν δόξῃ κρ.] Interpres legit, σlὼ χάειν, δόξης κρατεῖν.

V. 545. Τῶν ἐκπονυμένων] Non hæc ad τὸ ἄνω, ut interpres fecit, ſed ad τὸ ἀμαθὴς referenda ſunt. Repone: *Quomodo igitur ſuperiore, id eſt Epiſcopi, ſedeas ſede eorum rudis & imperitus, quæ a multis* &c. Et mox: *Namque animi tui elatio, ut quidquam diſcas, vetat*: Indoctos autem hos Epiſcopos c. x. νεῦδας ἱερωσύνης, & νεολαμπεῖας vocat.

V. 550. Ὁμῦ μαθητὴς] Sic verſ. 640:
Ἴσως μαθητὴς ὢν, ὁ νῦν διδάσκαλος.

Satyrice magis id expreſſit Carm. *de vita ſua*:
Ἐπίσκοποι, καὶ μανθάνοντες τὸν Θεόν.
Διδάσκαλοι χθὲς, καὶ μαθηταὶ σήμερον.
Τελειοποιοὶ, καὶ τέλειοι δεύτερον.

V. 556. Εὔκαιρον στάσιν] V. Fabrum de re Athletica, alia eſt στάσις νυχθήμερος v. 578. cujuſmodi noſtro & στάσις πάννυχος alicubi vocatur: quum nempe in vigiliis noctes diebus continuantur, præcipue in baſilicis martyrum, uti illo ſæculo ſollemne, teſte Hieron. adv. Vigilantium. Quæ Latinis *Statio* dicta.

V. 558. Αὐλὺς δὲ τὶς] Lapſus hic eſt interpres. Muta, & lege: *Aut quis mentis umquam compos eodem tibias die ſecuit, expolivit, decertavit?*



A Ψαλμῳδίαις τε, καὶ στάσει νυχθημέρῳ,
Καὶ νῦ πρὸς ὕψος ἐκ πάχυς ἐκδημίαις.
(Τί γὰρ τάφοις δεῖν εἰσφέρειν τὸν χῦν ὅλον,
Σκώληξί τ᾽ εἶναι δαψιλεστέραν τροφὴν,
Γεννῶντα, καὶ τρέφοντα τὺς γεννωμένυς;)
Καὶ δακρύων ἔσμηξε πηγαῖς τὺς σπίλυς,
Εἴ πυ τιν᾽ εἶχε καὶ βραχὺν, ῥαντίσμασιν,
Οἷς βάλλεθ᾽ ὅστις καὶ σοφὸς πηλῷ βίυ,
Τύποις τε σαρκῶν ἐσφράγισται τιμίοις
B Εστηλικότων εὐχῇ τε, καὶ πολλοῖς πόνοις,
(Οἷς ἡ παλαιὰ γεῦσις ἐτρύχωσέ με
Εἰς γῆν στραφέντα καὶ ταπεινὴν μητέρα)
Ρίγει τε, πείνῃ, καὶ στενοῖς ῥακώμασι,
Ποθῶν λαβεῖν ἔνδυμα τὴν ἀφθαρσίαν.
Καὶ γαστρὸς ὕβριν ἐνδεεῖ καθύβρισε
Τροφῇ, τὸ θνήσκειν μιμύμενος καθ᾽ ἡμέραν.
Τροφὴν γὰρ οἶδεν ἀγγέλων ἁπλῆν Θεόν.
C Οὗτος πένης νῦν, ἦ δ᾽ ὅτε ζάπλυτος ἦν,
Αλλ᾽ ἐκβολὴν ἔστερξε, καὶ κῦφος πλέει,
Ρίψας πένησιν, οὐ βυθῷ, τὸ φορτίον.
Οὗτος φυγὼν πόλεις τε καὶ δήμυ κρότυς,
Καὶ τὴν ζάλην, ἣ πάντα τῶν μέσῳ στρέφει,
Τῦ νῦ τὸ κάλλος τῷ Θεῷ συνήρμοσε,
Μόνος τὰ θεῖα καὶ μόνῳ κοινούμενος.
Οὗτος τὸ καλὸν σῶμα, (πῶς γὰρ οὐ καλὸν
Τὸ τῶν ἀρίστων;) μαργάροις συνέκλεισε
D Δεσμοῖς σιδηροῖς, λαθραίῳ κοσμήματι,
Σφίγξας ἑαυτὸν ὐδὲν ἠδικηκότα,
Ως μήποθ᾽ ὑβρίσειεν ὢν ἐλεύθερος·
Καὶ συνδέων αἴσθησιν αὐτῶν τὴν πλάνην·
Τύτῳ τὸ πνεῦμ᾽ ἔπηξε γράμματος βάθη
Λύσαντα πολλῶν ἐσφραγισμένων φρεσί.
Τοιαῦτα κάλλη καὶ σύ μοι φράζειν τὰ σά·
Οἶκος, γυνὴ σφριγῶσα, τικνίων ὁδὸς,
E Κτῆσις, κελευσταὶ, πράκτορες, βοαὶ, δίκαι,
Απαντα μετὰ φροντίδων καὶ πραγμάτων.
Τράπεζα φλεγμαίνυσα τῶν ἐδωδίμων,

Psalmorum concentibus, in statione noctem diemque durante:
Denique mentis extra molem corporis ad ea, quæ sursum sunt, peregrinationibus.
(Non enim committendum putat, ut molem hanc terrenam totam in sepulcra inferat,
Nec vermibus cibum largiorem præbeat,
Quos & gignat ipse, & ortos ex se nutriat.)
Idem lacrymarum fontibus maculas suas abstersit,
Si quam vel exiguam habebat adspersam sibi,
Quemadmodum vitæ hujus cæno respergitur quivis etiam sapiens.
Præterea notis in carne pulcherrimis obsignatus est,
Quæ per preces, multosque labores, ac molestias, in ipso exaruit,
(Quibus olim facta illa degustatio me adflixit,
Ad terram tendentem, abjectam humilemque matrem)
Per frigus item, per famem, per viles & laceras vestes,
Dum immortalitatis vestem consequi cupit.
Etiam carnis petulantiam ciborum inopia compescuit,
Quotidie cibum unum petens, nimirum mortem.
Scit enim unicum esse cibum angelorum simplicem, Deum.
Alius nunc quidem pauper est, verum aliquando erat, quum divitiis abundaret.
Nimirum malebat exonerationem quasi navis fieri, ut levius & expeditius navigaret;
Abjecto illo in pauperes onere, non in profundum mare.
Alius fugiens urbesque, & populi tumultus,
Eamque tempestatem, quæ in medio rerum humanarum cursu omnia volvit, & agitat,
Pulcritudinem mentis suæ Deo applicuit,
Solus cum solo res divinas tractans.
Alius pulcrum corpus suum; (& qui non pulcrum sit
Præstantissimorum hominum corpus?) unionibus inclusit, & constrinxit,
Ferreisque vinculis, ornamento clandestino,
Semet illigavit facinore nullo designato,
Ut ne umquam solutus ac liber insolenter se gereret,
Constringens nimirum sensus in se ipso, qui a natura sunt erronei ac vagabundi.
Alii spiritus literæ profunditates commonstravit,
Solvens & aperiens ea, quæ multorum mentibus obsignata sunt & occulta.
Talia sunt horum ornamenta. Nunc tu mihi tua commemorato.
Nimirum ea sunt domus, uxor lasciviens, liberorum actiones;
Facultates, operarum præfecti, exactores, clamores, supplicia,
Cuncta curarum negotiorumque plena;
Mensa cibis celebribus abundans,

V. 586. Τύποις τε σαρκῶν] Credo genuum callo. Sic de Asella Hieronymus in ejus laudatione, genua ejus præ orandi assiduitate callo obducta fuisse refert. Nisi forte catenæ illius ferreæ impressa carni vestigia significare voluerit, de qua v. 604.

V. 588. Η παλαιὰ γεῦσις] Al. χεῦσις. Minus bene: gustationem enim pomi in Paradiso innuit: unde nobis laborum omnium origo, nisi potius ita explicandum videatur, *quorum gustus jam olim ab adolescentia mihi cognitus me confecit*. Mox pro ταπεινὴν μητέρα, alii ταπεινὴν μητέρα prætulerunt.

V. 591. Ποθῶν] Ita in vetere libro legebatur: pro quo πόθῳ substituerim.

V. 593. Τὸ θνήσκειν] Non recte heic se habet interpretatio. Corrige:
Et carnis petulantiam inopia contudit cibi,
Quotidie mortem æmulatus abstinentia.

V. 607. Αἴσθησιν αὐτῶν] Lege, αἰσθήσεων αὐτῶ πλάνην. Mox pro ἔπηξε interpres legit ἔδειξε. Sed nec ita sequentia se bene habent. Malim: ἔδειξε γραμμάτων βάθη Λύσαντι πολλῶν ἐσφραγισμένα φρεσὶ, ultima in ἐσφραγισμένα producta ob sequentes consonantes. Quod si cui τὸ ἔπηξε magis arriserit, pro τύτῳ, τῶτον reponendum erit.

Ταῖς ὀψοποιῶν καὶ κερασμάτων πλοκαῖς,
Γῆς καὶ θαλάσσης καρποφορούντων ἐντέροις,
(Ἐξ ὧν ὁ νοῦς βαπτίζετ᾽, οὐδ᾽ ἔχει πλάτος,)

Μύροις, γέλωτι, ψαλμάτων συναυλίαις,

Οἷς κυμβάλων δεῖ καὶ ποδὸς ψοφημάτων.

Ἄλλοι δὲ λύσσης ἔμπλεοι τῆς συμφύτου,
Νοσοῦντες, οἰδαίνοντες, ἐσπιλβωμένοι
Γυναιξὶν, ἄρτι νυμφίοι, τὸ μέτριον,
Οὔπω λύσαντες παστάδας γαμηλίους,
Ἢ καὶ πόθοις συζῶντες ἀζύγοις ἔτι,

Πρὶν καὶ παρειὰν ἀνδρικῷ κοσμήματι
Θριξὶν καλύψαι, παντελῶς ἀρτίχνοοι,
Νέοι τὸ σῶμα, τὸν τρόπον νεώτεροι,
(Ἢ καὶ παλαιῶν ἡμερῶν, πλήρεις κακῶν)
Ἔπειτ᾽ ἀσάρκων εἰσὶ τέκνων προστάται,

Ἃ πνεῦμα τίκτει σαρκὸς ἐξενωμένον.
Τιμᾶν πάθη μαθόντες, οἷς πεπόνθασι,

Συνήγοροι σφῶν ἐν κακοῖς ἀλλοτρίοις,
Διδόντες ὥσπερ λαμβάνουσ᾽ ἐξουσίαν.

Οὗτοι μὲν οὕτως· καὶ τάχ᾽ ἂν καὶ βελτίους

Αὑτῶν γενόμενοι, κωλύονται τοῖς θρόνοις.

Τὸ γὰρ κρατεῖν τὸν ἄφρονα ποιεῖ χείρονα,

Ὁ δ᾽ ἐγκρατὴς ἕστηκεν ἠτιμασμένος,

Κάτω νενευκὼς, πρὸς Θεὸν μόνον βλέπων,
Στέργων μαθητοῦ χώραν, οὗ μηδ᾽ ἄξιος

Ἴσως μαθητὴς οὗτος ὁ νῦν διδάσκαλος.

Εἴπερ τὸ κρατεῖν οὐ τόπῳ γνωρίζεται·
Τοσοῦτ᾽ ἐν ἡμῖν ἰσχύειν τὸν βάσκανον;
Οὕτω σοφίζετ᾽ εὐστόχοις πονηρίαις,

Ὅταν δῆμόν τιν᾽, ἢ πόλιν πλῆξαι θέλῃ,

Πρὸς οἷς ἑκάστου πειρᾶται, καὶ σύντομον

Νόμον δίδωσι πονηρίας τὸν προστάτην·

Ἔπειτα χαλκὸς χρυσὸν ἠμφιεσμένος,
Ἢ καὶ χαμαιλέοντος ἔκστασις χρόας,
Πώγων, κατηφὲς ἦθος, αὐχένος κλάσις,
Φωνὴ βραχεῖα, πιστὸς ἐσκιασμένος,

Νωθρὸν βάδισμα, πάντα, πλὴν φρενὸς, σοφὸς,

Τὸ πρῶτον ἐν πρώτοις τε τῶν νῦν καλῶν,

A Cupediariorum ac temperaturarum argutiis,
Quæ maris ac terræ fructus intestinis afferunt,
(Quibus ipsa mens sic demergitur, ut latitudinem, spatiumve se explicandi non habeat)
Abundans item unguentis, risu, cantilenarum concentibus,
Qui & cymbala, & strepitus pedum saltantium requirunt.
Alii furore insito nativoque pleni,
Morbo nullo laborantes, nitida cute conspicui,
Recens facti sponsi, &, ut moderate quid dicam,
Nondum apertis nuptialibus thalamis,
Vel etiam suis cum amoribus innuptis adhuc viventes,
B Priusquam genas ornamento virili, nimirum
Pilis, vestitas habeant, omnino prima lanugine,
Corpore juvenes, moribus & affectibus juniores,
(Vel etiam antiquorum dierum, vitiis referti)
Præfecti scilicet ac antistites sunt liberum carne non procreatorum.
Quos spiritus absque commercio carnis gignit.
Quum affectiones illas animi habere didicerint in honore, quibus antea laborabant,
Alienis in vitiis suimet ipsorum patroni,
Concedentes peccandi licentiam aliis, itidem ut ipsi eam sibi sumant.
Et horum quidem hujusmodi est ratio. Quod si forte se ipsos vincere,
C Meliusque se gerere velint, per ipsa solia impediuntur.
Nam imperium atque potestas ex homine stulto pejorem efficit.
Interim continentia præditus aliquis stat omnis honoris expers,
Vultu demisso, Deum solum intuens,
Discipuli locum boni consulens & amplectens, cui fortasse ne par quidem est
Ille discipulus, qui modo doctoris sibi munus usurpat;
Siquidem antistitis potestas ex loco non pendet.
Tantumne virium in nobis invidum illum habere?
Nimirum ita nos argute circumscribit malitia
D sua successu non carente,
Quum populum aliquem, vel urbem vexare cogitat.
Quem quidem præter conatum singulorum animos tentat, & legem
Compendiariam, brevemque fert, nimirum antistitem improbitatis constituens.
Tum vero cernimus deinceps æs auro vestitum,
Vel coloris in chamæleonte mutationem,
Barbam, mores tristes, cervicis inflexionem,
Vocem pertenuem, hominem fidelem habitu ornatuque tantum expressum, ac repræsentatum,
Incessu lentum, rebus in omnibus sapientia præditum, excepta mente:
E Quæ quidem sapientia princeps est inter prima mundi bona bonum.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 370.

V. 619. Ἄλλοι δὲ λύσσης] Non cepit hæc Leunclavius. Λύσσα hic est libidinis æstus, ἣν λυσσῶσι οἱ ἐρωμανεῖς. Sic Phocylides:

Πολλοὶ γὰρ λυσσῶσιν πρὸς ἄρσενα μῖξιν ἔρωτος.

Noster c. LXIII:

Ὁπόσαις λύσσαν βόρβορός ἐστι νέων.

Vertendum fuerat:

Alii innato libidinis æstro conciti,
Æstuantes, turgentes, perpasto & nitido corpore,
Ut mulieribus placeant, sufficiantve, recens sponsi, &, ne quia nimis,
Nondum apertis &c.

sic Carm. XI:

Ἀρτίγαμοι, ζείοντες, ἔτι χνοάοντες ἴουλον,

Καὶ κλέπται φυσικοῖο πυρὸς, φαίνοντες ἔχοντες
Ἠρεμίην φιλότητα, ὅτ᾽ ἀμφαδίην ἀλέασθαι.

V. 628. Παλαιῶν ἡμερῶν] Obscurius est τὸ *antiquorum dierum*. Malim:

Quin potius nequitia senes, scelerum pleni.

V. 631. Τιμᾶν πάθη] D. Hieronymus adv. Jo. Hierosol. *Natura hominum prona est ad clementiam: & in alieno peccato sui quisque miseretur.*

V. 640. Τὸν βάσκανον] Diabolum.

V. 649. Πώγων] Non pictor elegantius hypocritam descripserit. Αὐχένος κλάσις opponitur ὑψαυχένι φρονήματι.

V. 650. Πιστὸς ἐσκιασμένος] Puto heic aliquid latere vitii. Series enim effecti ad severitatem exterioris habitus aliud quid requirit. Forte, χιτὼν ἴσα.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

A

Ἐφοὺδ τὸ σεπτὸν, ἢ Σαμουὴλ διπλοΐς,
Σκίμπους ταπεινὸς, οὐδ' ὅλως δεσμούμενος,
Τὰ πρὸς κάρηνον παρθένων κοσμήματα
Λίνῳ περισφίγγοντι καὶ σακκούμενος,
Τὰ πρόσθεν ἀρχῆς σύμβολα προκείμενα.
Πῶς μή τι ῥήξω ῥῆμα τῶν ἐμοὶ ξένων;
Οὐκ ἂν δυναίμην μή τι καὶ θυμοῦ φέρειν
Κύβδα μ'· ἐπίσχες, ἢ τρυφὴν, ἢ τὰς τρίχας.
Τί καὶ τὰ μὴ σὰ, καὶ τὰ σὰ ζητεῖς ἔχειν;

B

Χωρὶς τὰ Μυσῶν καὶ Φρυγῶν ὁρίσματα.
Χωρὶς τὰ Μεῤῥᾶς καὶ Σιλωὰμ ῥεύματα.
Τὰ μὲν γὰρ οὐδὲ γαστρὶ, τῶν δὲ καὶ νόσοι
Ἡττῶντο πρῶτον ἀγγέλῳ κινουμένων.
Διπλοῦν φυτεύεις ἀμπελῶνα, δισσὰ δὲ
Σπείρεις· τὸ δ' ἔνδυμ' ἐκ δυοῖν ὑφασμένον.
Τὰ δ' οὐχ' ὁμοζυγοῦντα συζυγῆ τίθεις·
Ἀπηγόρευτο δ', εἴπερ οἶσθα, τῷ νόμῳ
Τὸ πλεκτὸν, ἐκκλίνοντι τὸν δισσὸν τρόπον.

C

Ἄλλος γυναικῶν κόσμος, ἄλλος ἀῤῥένων.
Ἄλλο κολοιῶν ὕψος, ἄλλο δ' αἰετῶν·
Αἰσχρὸν μεγάλων μίμησις ἐν μικροῖς λίαν.
Μικροπρεπὲς γάρ· οἱ Φαραὼ φαρμακοὶ
Σαφῶς σε πειθέτωσαν ἱστορούμενοι.
Ἀλλ' εἴπερ εἶναι τῶν σοφῶν ἐσπούδακας,
Μή μοι μόνην τὴν ῥάβδον εἰς ὄφιν τρέπειν.
Ζητῶ τὰ πάντα, κ' εἶναι τὸν μέγαν Ἀάρων·
Εἰ δ' ἐντέταξαι σὺν μάγοις Αἰγυπτίων,
Εἰ καλὸν, ἐξάσκητον ἐνθέως ὅλον.

D

A

Cernimus & venerandam Ephodum, & Samuelis diploidem,
Scipionem humilem, prorſus non alligatum;
Capitis ornamenta virginibus peculiaria
Valde conſtringentem, & in morem ſacci componentem, ut turgida ſint:
Ab anteriori parte notas, ac ſigna precationis hominum oculis expoſita.
Quo pacto non proferam verbum mihi ceteroquin inſolens?
Equidem id non poſſum, nedum iræ ludibrium ferre.
Tu vel deliciis illis, vel comis abſtineto.
Cur & tua quæ ſunt, & quæ tua non ſunt, habere deſideras?

B

Separati ſunt Myſorum ac Phrygum limites.
Diverſa Merrhæ Siloæque fluenta.
Nam illa guſtatus reſpuebat, hæc etiam morbos ipſos
Superabant, poſteaquam primum ab Angelo movebantur.
Duplicem conſeris vineam: duplicem
Sementem facis: veſte duplici de materia contexta uteris.
Non copulanda ſub jugum unum conjungis.
Lege, ſi neſcis, interdictum hoc erat textum,
Ut quæ morum diverſorum connexiones haud ferret.

C

Alius mulierum cultus eſt, alius virorum.
Alia graculorum ſublimitas, & aquilarum alia.
Turpis eſt magnorum in parvis admodum imitatio.
Parum enim hoc decet, ac ineptum eſt. Venefici hoc tibi Pharaonis
Perſuadeant; de quibus in hiſtoria ſacra perſcriptum legimus.
Quod ſi umquam ſapiens ut eſſes, operam dediſti,
Noli ſolam mihi virgam in ſerpentem convertere.
Deſidero abs te, ut per omnia ſis mangus ille Aharon.
Quod ſi magorum Ægyptiorum in numero & collegio es,
Siquidem recte facis, totus in eo ſtudio velut adflatus a numine temet exerceto.

D

V. 653. Ἐφοὺδ] Ἐπωμίδα, *ſuperhumerale, palliolum ex auri filis intextis Hyacinthi, cocci, & purpuræ ſubtegmini, & ſtamini byſſino miræ pulcritudinis, in modum caracallarum ſine cucullis:* Hieronymus de veſte Sacerdotali. Verſum præcedentem huc potius referendum puto, quam ad antecedentem vocem *ſapientiæ*. Quare verterim: *Quodque in his, quæ nunc pulcra habentur, primum eſt, Ephod veneran dum* &c. Id eſt Epiſcopalis dignitatis inſignia, quæ nunc omnium animis oculiſque pulcherrima rerum videntur. Διπλοΐς autem Samuelis memoratur 1. Reg. II. 19. ubi mater ejus Anna διπλοΐδα μικρὰν ipſi feciſſe dicitur: quod ipſi genus indumenti perpetuum fuit, ſic ut ex eo facile a Saulo Samuel agnoſceretur, quia erat διπλοΐδα ἀναβεβλημένος, 1. Reg. cap. XXVIII. verſ. 14.

V. 654. Σκίμπους] Interpres σκίπων legit, vertens *Scipionem*. Quod miror; nil enim minus heic convenit reſpectu alligationis. Melius, *ſellam humilem, necdum totam veſtitam* ſeu *revinctam:* niſi quis *grabatum* maluerit: hunc enim Attici σκίμποδα appellabant.

V. 655. Παρθένων] Interpres κοσμήματα λίαν περισφίγγων τι καὶ σακκούμενος, legit. Margini codicis adſcriptum erat pro varia lectione, al. κοσμήματα. Malim tamen retinere quod in noſtro Codice eſt, κοσμήματα, & pro λίνῳ legere λινῷ, a λινοῦς: eſtque lineum reticulum, quo virgines e pillo colligebant; κόσυμβος, vel ἐμπλόκιον, vel τρίχαπτον: de quibus conſulendi Suidas, Heſychius, Pollux. Lucretio *Anadema, redimiculum*. Homero πλεκτὴ ἀναδέσμη. De re ipſa D. Hieron. l. II. adverſ. Jovinian. *Comæ in occipitium frontemque tornantur*.

V. 658. Πῶς μή τι ῥῆμα] Sic Carm. XI:
Φθέγξομαι οὐκ ἐθέλων μὲν, ἀτὰρ λόγον ἔκποθε ῥήξω
Ψυχῆς, ὡς ὅτε κῦμα βιαζόμενον ἔκποθι λάβρῳ
Πνεύματι, καὶ σπιλάδας ὑποδέχεται, οὐκ ἐπίσχει
Καχλάζει, καὶ πέτρῃ διακρύπτει δαπέδοιο
Ῥηγνυμένης ὠδῖνος ἀνὰ στόμα· τοῖα πέπονθα.

V. 660. Ἢ τρυφὴν] Τρυφὴ hic mihi fictam illam modeſtiæ ſpeciem, vel etiam nigram tunicam ſignificare videtur, cui Maximus, quem hic tacite perſtringi e capillis liquet prolixioribus, ἐνδιέθρυπτετο. Non enim coma iſtiuſmodi Philoſopho conveniebat Chriſtiano: unde & Carm. I. ea ipſi ablata dicitur, cum ad ſedem Conſtantinopolitanam aſpiraret. Sic infra verſ. 686:
Ῥήξω τὸ φαιὸν προσδραμὼν χιτώνιον, &c.
Καὶ γὰρ ἐν τούτοις ποτὲ τρυφᾶτε·

V. 662. Χωρὶς τὰ] Uſus eſt noſter hoc adagio & alibi, ubi & auctorem ejus Alcmæonem citat. Ita enim Carm. XVIII. p. 209:
Χωρὶς τὰ Μηδῶν καὶ Λυδῶν ὁρίσματα,
Ἀλκμαίονος δέπας τόδ' αἰνέσει ποτέ.

E

ubi τὰ Μυσῶν reſtituendum interpres quoque vidit, qui *Myſos* vertit, ſed in voce Λυδῶν nihil mutavit. Item pag. 20. Carm. I:
Χωρὶς τὰ Μυσῶν καὶ Φρυγῶν ὁρίσματα.
unde & ibidem Φρυγῶν pro Λυδῶν reponendum videtur. Item p. 249. Præfat. in Carmina ſua:
Χωρὶς τὰ Μυσῶν καὶ Φρυγῶν ὁρίσματα.
Χωρὶς κολοιῶν κἀετῶν ὑψώματα.

V. 663. Τὰ Μεῤῥᾶς] Μεῤῥᾶ, Mara, fons aquæ amaræ, Exod. XV. 23.

V. 666. Διπλοῦν φυτ.] Vid. Deuter. XXIII. 9. 10. 11.

V. 672. Ἄλλο κολοιῶν] Vid. Adag.

V. 673. Αἰσχρὸν μεγάλων μίμ.] Sic &
Inops, potentem dum vult imitari, perit.
apud Phædrum lib. I. de rana bovis imitari cupiente magnitudinem.

V. 680. Ἐνθέως ὅλον] Al. ἔνθεος ὅλον. Quod forſan rectius. Sic infra verſ. 753:
Ἄνω φανέντα ἐνθέοις κινήμασι.

Οὐδεὶς φθόνος σοὶ τῆς καλῆς μιμήσεως.

Εἰ φαῦλον, ἐκτὸς στῆθι· φεῖσαι τῶν ἐμῶν·
Ἐμὸν γὰρ ἴσθι, κἂν ὑποκρίνῃ σοφῶς·
Ἀποστερεῖς με καὶ σὺ τὴν μίαν ἀμνάδα.
Μοιχεύεται τὸ σχῆμα· τίς Νάθαν φράσει;

Ῥήξω τὸ φαιὸν προσδραμὼν χιτώνιον,

Εἴ που λαβοίμην· καὶ γὰρ ἐν τούτοις ποτὲ
Τρυφᾶτε, ὥσπερ βρωμάτων ἐν χείροσιν,

Ὅταν πάθητε πλησμονὴν ἐν τιμίοις.
Ῥῆξόν τι καὶ σὺ τῶν ἐμῶν, ἄν του λάβῃ,
Τῶν μαλθακωτέρων τε καὶ νόθων ἐμοί.

Τούτων τί ἂν γένοιτο ἐνδικώτερον;
Ἔστω Λάβαν τὰ λευκά· τἀπίσημα δὲ

Τοῦ πολλὰ μοχθήσαντος ἐστὶ ποιμένος,
Νυξὶν παγέντος, ἡλίῳ κεκαυμένου.
Αἰσχρῶν μὲν οὖν αἴσχιστον ἡ τρόπου πλάσις.

Ὅμως φύλαττε, καὶ μ' ἐπαινέτην ἔχεις.

Νῦν δ' οἷόν ἐστι τοῦτο, καὶ τῷ προσφερές;
Ἆρ' ἔστι καὶ παῖξαί τι τερπνῷ πλάσματι

Σπουδῆς μεταξύ; καὶ γέλως ἐν δακρύοις.
Γαλῆν καθίζει μῦθος εἴσω παστάδος.
Νύμφη γὰρ εἶχε, νυμφικῶς ἐσταλμένη.
Ἕδνα, κρότοι, γέλωτες· ἦν λαμπρὸς γάμος.

Ἡ δ' ὡς ἴδεν μῦν διατρέχοντ' ἐν τῷ μέσῳ,

Νύμφη μὲν ἦν, γαλῆ δέ· τῷ φανέντι γὰρ

Ἐπιδραμοῦσα δεῖπνον εἶχεν, οὐ γάμον.
Τοιοῦτός ἐστι πᾶς νόθος διδάσκαλος.
Τὸ γὰρ πεφυκὸς οὐ ταχέως μεθίσταται·

Ἀλλ' εὔστροφός τις οὗτος ἐν τοῖς πράγμασιν,

Ὃν οὐκ ἐπαινεῖς, ἐντελής τε προστάτης,
Τρίβων παλαιῶν καὶ νέων κινημάτων.

Ὁ δ' εὐσεβὴς μὲν, χρήσιμος δ' αὐτῷ μόνῳ·
Τίς ταῦτά φησιν; ὡς λίαν κακότροπος.
Οὐδεὶς γάρ ἐστιν, ὅστις αὐτῷ ζῇ μόνῳ.
Οὔτ' οὖν καλῶν τις, οὔτε μὴν τῶν χειρόνων.
Ἀλλ' ὥσπερ οὗτος, οὗ τύχοι σπάσας, ἀὴρ

Εὐωδίας μετέσχεν, ἢ δυσωδίας,
Οὕτω τάχιστα τοῖς πέλας ποιούμεθα,

Καλοῖς μὲν ἧττον, τοῖς κακοῖς δὲ καὶ λίαν.

A (Nec enim quisquam invidere tibi præclaram imitationem debet)
Sin male; subsistas extra nos, & a meis abstineto.
Nam mea scito esse, tametsi aliud argute simules.
Nimirum tu quoque me unico spolias agno.
Adulterio quasi quodam vitiatur habitus. Quis hoc Nathan indicabit?
Equidem accurrens fuscum illud palliolum tibi discerpam,
Si te prehendero. Nam ea quoque nonnunquam
Pro deliciis quasi quibusdam usurpatis, quemadmodum interdum cibis vilioribus vescimini.
Quum magno coemtorum pretio satietas vos cepit.
Vicissim tu mea discerpito, si quid deprehenderis
B Aliquanto mollius, ac minime mihi germanum, ac conveniens.
Quid hisce statui possit æquius?
Tu, qui Laban es, albos habeto fœtus: maculosi vero
Pastoris illius sunto, qui magnos labores exantlarit,
Noctu a frigore læsus, interdiu a sole adustus.
Enimvero rerum omnium, quæ turpes sunt, turpissima est in moribus simulatio.
Nihilominus hoc tibi servato: me laudatorem habes.
At qualenam hoc est? & cui consimile?
Num obsecro jucundo quodam figmento in re seria ludere licet?
C Licet vero. Etiam risus in lacrymis.
Felem in thalamo nuptiali fabula collocat
Tamquam sponsam, cultu sponsalitio exornatam.
Munera sponsalitia, plausus, risus, omnia aderant ut in splendidis nuptiis.
Ea vero, quum murem in medio procurrentem vidisset,
Sponsa quidem erat, sed felis. Nam in murem conspectum
Irruens cœnam minime nuptialem sumsit.
Tales sunt omnes Doctores spurii & adulterini.
Nam quod a natura nobis adhæret, non facile mutatur.
At enim is, quem tu non laudas, cum agilitate magna versatur
D In negotiis, & legis antistes est,
Veterum recentiumque motus vestigans atque terens.
Hic vero tuus religiosus ac pius, sed sibi soli utilis.
Quis hæc ait? Quam is est improbus!
Nam nemo est, qui soli sibi vivat,
Neque bonus neque malus.
Sed quemadmodum hic aer ejus, quod forte attraxit,
Vel fragrantiam, vel fœtorem acquirit,
Sic nos etiam quam celerrime tales evadimus, quales sunt proximi nostri,
Ac boni quidem rarius, mali vero utplurimum.

V. 682. Ἐκτὸς στῆθι] *Extra cancellos consiste*. Id est, ne tibi Episcopalem dignitatem arroges. Φεῖσαι τῶν ἐμῶν, id est, ἕρκεος ἡμετέροιο, Carm. XI. ubi de cancellis his ab impudentibus hominibus, passim sacram sedem invadentibus, perruptis ac violatis fusius agit.

V. 684. Ἀποστερεῖς με] II. Reg. XII. 3. 5.

V. 694. Ποιμένος] Jacobi, Genes. XXXI. 40.

V. 697. Ὅμως φύλασσε] Sc. τὴν τρόπου πλάσιν. Persiste in illa simulatione, ut, si non caste, saltem caute.

V. 698. Καὶ τῷ προσφερές] Interpres legit, καὶ τῷ πρ. al. τῷ. rectius illud τῷ.

V. 699. Ἆρ' ἔστι] Sic Carm. XXII:

Πρὸς ταῖσδε καὶ τι μυθολογῆσαί σοι θέλω,
Εἰ δεῖ τι παίζειν ἐν μέσῳ τῶν συμφορῶν.

V. 703. Ἕδνα, κρότοι, &c.] Versus hic Leunclavio aut præteritus, aut non lectus est.

E

V. 710. Ἐντελής τε πρός.] Al. ἐννόμως, & ita interpres: vertit enim, *legis*. Malim tamen alteram retinere lectionem, & exponere: *Et omnibus numeris absolutus præsul*. Non enim de pio illo altero dubitari poterat, quin & ipse legis defensor foret. Sequens item versus minus feliciter expressus est. Repone: *veterum simul & novorum animi motuum peritus*. Pro κινημάτων, al. κινήματα legunt, minus recte. Id est, novit hic artes tractandi animos hominum, prout hoc vel illo modo se habent: aut moventur, tam Catholicorum & veterum, quam Arianorum & Apollinaristarum, qui recentiores. Infra v. 759:

Τοῖς τοῦδ' ἐντελεστέροις.

v. 753:

Ἐνθέοις κινήμασι.

V. 718. Οὕτω τάχιστα] Τὸ ποιούμεθα a ποιόω hic derivatur, id est, eadem qualitate imbuo, similem reddo, efformo, effingo. In primis hoc in aere locum obtinet.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 370.

Μᾶλλον γὰρ εὐμίμητον ἡ πονηρία.
Εἰ δ' ὗτος ἡμῖν καὶ πρόεδρος ὢν τύχοι,
Εἰ μὲν κάκιστος καὶ πονηρίας πλέως,
Τῦτ' ἔσθ' ὃ καὶ νῦν, ῥάμνον ἄρχειν τῶν ξύλων·
Εἰ δὲ κράτιστος, αὖθις ἐν στύλῳ πυρὸς
Ἡγυμένῳ πορεύετ' Ἰσραὴλ μέγας
Πρὸς ἣν ἅπαντες σπεύδομεν γῆν ἐλπίδος,
Κἂν μὴ κυκῶν τις, μήδ' ἀγοραῖος ὢν τύχοι,
Πρωτεὺς σοφιστὴς εἰς κλοπὰς μορφωμάτων.
Ἢ καὶ Μελάμπυς, ἤ τις ἄλλος ἄστατος,
Πᾶσιν τὰ πάντα ῥᾳδίως τυπύμενος
Πρὸς τὴν ἁπάντων ἀθρόαν καταστροφήν·
Πῶς οὖν ἄχρηστον, εἰπέ μοι, τῦτον καλεῖς,
Πρὸς ὃν βλέποντες βελτίυς γενοίμεθ' ἄν;
Ἢ πῶς ἄριστον προστάτην καὶ δεξιόν,
Πρὸς ὃν βλέπων σὺ τὺς ἐμὺς διαπτύεις;
Τό τοι περιττὸν καὶ πρόσαντες τοῖς σοφοῖς.
Τὸ δ' εὐγενὲς μάλιστα πιθανώτατον·
Ἐκεῖνος εἴης ὡς σὺ φρὴν, ὗτος δ' ἐγώ.
Ἢ καὶ γραφέων ἄριστος ὗτός σοι δοκεῖ,
Οὐχ ὃς γράφει κινύμεν' ἁπλοῖς χρώμασι,
Ζεῦξίς τις, ἢ Πολύκλειτος, ἤ τις Εὐφράνωρ,
Ἀλλ' ὃς μὲν ἀνθηραῖς τε καὶ παντασκίοις
Βαφαῖς ἄμορφα σώματ' ἐξεργάζεται;
Ὧν Καλλίμαχος καὶ Κάλαϊς ἤστην, ὡς δοκῶ,
Μόγις γράφοντες εἰκόνας τῶν εἰκόνων.
Τοιῦτός ἐστι πᾶς ἀνὴρ πολύτροπος.
Ταῦτ' ἂν ὁρῶν ἔκαμνες εὑρεῖν ποιμένα;
Ὡς μικρὸν ἐσπύδακας· ἐγκαλύπτομαι·
Ὥσπερ λογιστὴν ἐσκόπεις τὸν προστάτην.
Κόπρων μέλει σοὶ, μειζόνων δ' ἐμοὶ λόγος·
Ἓν ἔργον ἐστὶν τῦ ἱερέως, καὶ μόνον,
Ψυχὰς καθαίρειν ἐν βίῳ τε καὶ λόγῳ,
Ἄνω φανέντα ἐνθέοις κινήμασι,
Γαλήνιον, ὑψίνυν τε, τὰς θείας μόνας
Ἀκηλιδώτυς ἐμφάσεις τυπύμενον,
Ὥσπερ κάτοπτρον ἔνδοθεν μορφύμενον,
Ἁγνάς τε πέμπειν προσφορὰς ὑπὲρ τέκνων,
Ἕως ἂν αὐτὺς προσφορὰν καταρτίσῃ.
Τὰ δ' ἄλλα ἀφείσθω τοῖς τάδ' ἐντελεστέροις.
Οὕτως ἂν ἡμῖν ἀσφαλῶς ἔχοι βίος.
Ἐπεὶ δέ σοι μέγιστον ἡ παῤῥησία,
Ἔστω μέν· ὐδ' ἔμοιγε φαίνεται βραχύ,
Εἰ σὺν λόγῳ τε χρώμεθα, καὶ μετρίως.
Ὅμως ἄκυσον, ὡς ἔχει· τῦ γὰρ σοφῦ

A Quippe procliviores ad imitationem mali sumus.
Quod si nunc antistitem habeamus,
Si pessimus sit ac improbitatis plenus,
Nimirum hoc est, quod dicitur, Rhamnum imperio lignorum potiri.
Sin optimus, rursum populus Israeliticus
Præcedente columna ignis iter facit
Ad terram in exspectatione positam, ad quam omnes contendimus.
Etiamsi non sit quispiam in circulis, & foro multum diuque versatus:
Vel Proteus ille furtim varias in formas se se convertens:
Vel Melampus, vel quis alius instabilis,
B Quamvis in figuram se facile conformans
Ab subitam rerum omnium conversionem.
Quo pacto igitur inutilem vocas illum, dic mihi
Quem intuentes meliores fieri possumus?
Vel qui præstantissimum ac industrium antistitem,
In quem tu intuens meos despuis?
Esto scilicet; multi sapientibus adversentur:
Quod generosum est, lubenter obsequitur, ac fidem eis habet.
Tu quidem ille sis, qualis mens tua: ego autem hic ero.
Num præstantissimus tibi pictor videtur esse,
C Non qui res vivas simplicibus exprimit coloribus,
Ut Zeuxis quidam, vel Polycletus, vel Euphranor:
Sed qui floridis & apricis coloribus
Efficit informia quædam corpora,
Quorum erunt in numero mea quidem sententia Callimachus & Calais,
Vix imagines imaginum pingentes?
Talis est omnis homo versutus.
Hoc igitur respiciens in reperiendo pastore laborabas?
Parum certe studii impendisti. Me quidem pudet.
Antistitem ne putabas rationarium esse?
Stercora tibi curæ sunt. Meo judicio unum est maximum
D Sacerdotis, & quidem solum, opus,
Nimirum animos vita doctrinaque purgare,
Divinis homines motibus sursum ferendo:
Utque sedatus sit, & sursum erectam mentem habeat, & solos in se divinos radios
Absque maculis habeat expressos,
Tamquam speculum intus conformatum:
Ac sanctas pro liberis suis oblationes mittat Deo,
Donec eos efficiat divinam oblationem.
Cetera missa faciat; ac relinquat iis, qui ea rectius tractare possunt.
Sic vita nostra secure transigetur.
Quia vero tu maximum quiddam esse putas libertatem oris,
E Esto sane: ne mihi quidem exiguum quid esse videtur,
Siquidem ea cum ratione, ac moderate utamur.
Et tamen audi, quo pacto se res habeat: sapientis viri

V. 726. Κυκῶν] Rectius κυκλῶν. Et ita interpres legit.
V. 729. Μελάμπυς] Qui & ipse in varias se figuras mutare noverat, ut in fabulis est. Vid Schol. Hom. Odyss. κ'. & ό. Schol. Theocrit. eid. γ'. Herodot. l. II. Plin. l. VII. 33. &c.
V. 730. Πᾶσιν τὰ πάντα]

Χαμαιλεόντων καὶ πολυπόδων τρόπον
Πολλὰς τρέποντες τοῖς λόγοις ἀεὶ χρόας,

ut ait Carm. *de vita sua*.
V. 736. Τό τοι περιττὸν] Erravit hic Leunclavius. Emenda: *Nimia & insolens garrulitas etiam sapientibus odiosa est: ingenua autem & pudens oratio maxime ad persuadendum apposita est*. Vide infra vers. 764. & seqq.
V. 738. Ὡς σὺ φρὴν] Ita v c. interpres vertit, quasi ὡς σὺ φρὴν legisset: verum tum quartus pes pro jambo spondæus est. Forte fuit; ἐκεῖνος ἂν, ὡς σὺ φῄς. i. *Sit ille, qualem eum prædicas*.
V. 743. Ἄμορφα] Anima carentia, quæ corporis forma est & vita, qua destituuntur εἰκόνες τῶν εἰκόνων.
V. 764. Τῦ γὰρ σοφῦ] Unde noster CLIV:

Χείλεσι θῆκα θύρετρα· τὸ δ' αἴτιον, ὄφρα κε μάθοιμι
Μύθυ μέτρα φέρειν, παντὸς ἐπικρατέων.

Πλέον τὸ σιγᾷν, ἢ τὸ σὸν περιτρέχειν·

Καὶ σοῦ μέν ἐστι καὶ τὸ θάρσος ὡς θράσος.
Τοῦ δ' εὐγένεια καὶ τὸ συντελεῖν λόγον·

Εἴ που δὲ καιρὸς ἐμπέσοι παῤῥησίας,

Ὄψει μαχητὴν τὸν πρᾶον, καὶ πηλίκος

Ἐστὶ κατορθῶν, τηνικαῦτα γνωρίσεις.

Γνώσῃ, τί κέρκωψ, καὶ τί βρυχᾶται λέων,

Ὅταν τὸ μὲν σὸν ἐκπτύηται ἀνθρώπινον,
Κάμπτοντος εἰς γῆν τοῦ κακοῦ συνειδότος.
Ὁ δ' ὢν ἄληπτος λαμβάνηται ῥᾳδίως·
Τρόπου γὰρ οὐδέν ἐστι πιθανώτερον.
Οὕτως ἔλαττον κἀνθάδ' ὁ τρίβων ἔχει,

Ὅμως δὲ λαμπρὸς ἐν μέσοις καθέζεται,
Ἀλλοτρίαν τράπεζαν ἐκκαρπούμενος,
Περιφρονῶν ἅπαντας ὡς ἀμβλώματα

Τοσοῦτον, ὅσον αὐτὸς περιφρονητέος.

Ἓν τοῦτ' ἔχων φρύαγμα λαμπρὰν τὴν πόλιν,

Ἐφ' ᾧ σε δεῖ καὶ μᾶλλον ὄλλυσθαι κακῶς·
Πλείους γὰρ οὕτω δημιουργεῖς τοὺς κακούς.
Κάνθων δέ τίς ποτ' ἀστικῶν ἄλλου πλέον

Κάνθωνος ἐζήτησεν ἀγροίκου φέρειν;
Ἀλλ' ἔστιν ὥσπερ ἐστὶ, κἂν οἰκῇ πόλιν.
Τί ταῦτα; πῶς μὴ ταῦτα συμπράττῃ κακοῖς;

Πῶς δ' εὐδρομοῦσι μὴ σαφὴς ὄλισθος ᾖ;

Πάσχουσι γάρ τι καὶ σοφοὶ τῶν οὐ σοφῶν,

Ὅταν κακοῖς μὲν εὐροῇ τὰ πράγματα,
Λυπρὸν δ' ἔχωσιν οἱ κατορθοῦντες βίον.
Ἢ τοῦτ' ἄριστον, ὥσπερ ἐν ζάλῃ τινὶ

Πάντων στρεφούσῃ μικρὸν ἐκκλίναντά τι,
Πάντων ἄνω τε καὶ κάτω δονουμένων,
Ἐν ἀσφαλείᾳ τὰς βραχείας ἡμέρας
Θέσθαι, τὸ γῆρας δ' ἐν καλῷ στῆσαι τέλει;
Θρόνους μὲν οὖν ἔχοιτε, καὶ τυραννίδας

Ὑμεῖς, ἐπεὶ καὶ πρῶτα ταῦθ' ὑμῖν δοκεῖ·
Χαίροιτε, ὑβρίζοιτε, πατριαρχίας
Κληροῦσθε· κόσμος ὑμῖν εἰκέτω μέγας.

Τόπους ἀμείβοιτ' ἐκ τόπων, τοὺς μὲν κάτω
Βάλλοιτε, τοὺς δ' ὑψοῦτε· ταῦθ' ὑμῖν φίλα.
Χωρεῖτ'· ἐγὼ δὲ συστραφήσομαι Θεῷ,

A Silentium majus quiddam est; quam longæ ambages tuæ.
Tibi confidentia & temeritas idem sunt.
Ille vero generosum ac nobile quid ducit etiam posse orationem abrumpere.
Quod si tempus incidat, quo sit oris utendum libertate,
Pro! quam insignem præliatorem esse cernes eum, qui ceteroqui mitis est?
Animadvertes id temporis, quis sit, qui egregie hoc præstare possit.
Quid simiæ adulantis cauda, quid leonis sit rugitus, cognosces.
Quum medius homuncio exspuetur;
B In terram se demittente mala conscientia;
Et quum invictus ille facile capietur.
Nihil hoc esse verisimilius puta.
Sic nimirum etiam hac in parte veterator indagatorque tuus ille succumbit.
Et tamen inter alios insignis sedet
Aliena mensa fruens,
Omnesque tantopere velut abortus præ se contemnens,
Quantopere ipsum contemni, ac nihili fieri oportebat.
Unum illud, quo se jactitet, habet: urbem splendidam scilicet.
Qua ipsa de caussa magis tibi pereundum erit.
C Nam hoc modo plures improbos efficis.
Et quis umquam, obsecro, urbanus asinus majoris fieri voluit,
Quam rure degens quispiam?
Nimirum asinus est asinus, etiamsi in urbe habitet.
Quid de his dicam? Qui fieri possit, ut non hæc pro improbis faciant?
Qui non prosperitate rerum fruentibus certa pernicies sit?
Accidit etenim quiddam sapientibus etiam viris ab ipsorum persona alienum,
Quum improbis secundæ res sunt,
Et virtutem colentes tristem agunt vitam.
Num igitur optimum fuerit, ut quis tamquam
D in tempestate
Omnia pervertente paullum deflectens,
Dum cuncta sursum deorsum agitantur,
Paucos vitæ dies in tuto collocet,
Ac senectutem in tranquillo statuat?
Quamobrem & vos solia retinete vobis, & tyrannides,
Quando illa vobis prima videntur esse.
Valete; insolentes estote: Patriarchatus
Per sortes inter vos distribuite. Magnus hic mundus vobis cedat.
De locis aliis in alia migrate: hos dejicite,
Illos attollite. Nimirum hæc jucunda vobis sunt.
Pergite. Ego me ad Deum convertam,
E

V. 765. Η τὸ σὸν περιτρέχειν] Id est, inani volubilitate verborum huc illuc evagari. Sic Platoni ἡ περιτρέχουσα ἑταιρεία, vulgaris amicitia est, epist. VII.

V. 766. Σὺ μὲν γὰρ] Al. καὶ σοῦ μέν ἐστι, &c. Sic Carm. XV:

Θράσος δὲ, θάρσος πρὸς τὰ μὴ τολμητέα.

quare rectius verteris:

Tibi namque confidentia pro fiducia est.

θάρσος enim in bonis fiducia, θράσος in malis rebus audacia est. Vid. & orat. IV. p. 113. & Schol. Homer. Ιλ. ε.

V. 767] Τοῦ δ' εὐγένεια] Verte: *huic autem ingenua verecundia videtur sermonis quandoque finem facere.*

V. 770. Ἐστὶ κατορθῶν] Melius interpretabere, si reponas:

Et quantum in facundiæ certamine prævaleat, tum demum senties.

Alias infra v. 791. οἱ κατορθοῦντες βίον, pii homines, probique, qui omnes virtutis partes implent.

V. 771. Γνώσῃ, τί κέρκωψ] Sic Carm. XXII:

Παῦσαι λέοντα μέτρα κέρκωπος φέρων.

V. 772. Ὅταν τὸ μὲν σὸν] Leunclavius male legit τὸ μέσον, vertitque, *medium*. Nec cetera valent: quare corrige:

Quum humana illa tua concidet atque despuetur loquentia,
Dejiciente illam in terram mala conscientia.
At meus hic sermo, nulli conscientiæ morsui obnoxius, facile accipietur.
Probitate oratoris nil ad persuadendum efficacius est.

V. 788. Εὐδρομοῦσι] Possit & disjunctim legi, εὖ δρομοῦσι vertendum vero, *probis ac recto virtutis tramite decurrentibus* Sequitur enim, πάσχουσι γάρ τι, &c. Sic noster alibi

Τὰ μὲν δὴ μέχρι τοῦδε εὔδρομος ἡμῖν ὁ λόγος.

V. 799. Χαίροιτε] Carm. XIV:

Ὦ πάλαισθ' ἱερῆες· ἐγὼ θανέων· ὦ καὶ ἀλιτροὶ
Γείτονες, οὐκέτι με ῥέξετε, ὡς τὸ πάρος.

V. 803. Ἐγὼ δὲ συστραφ.] Carm. de [illegible] sua:

— Χάριν πολλὴ φράσει.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 370.

A
Ὧι ζῶ, πνέω τε, καὶ πρὸς ὃν βλέπω μόνον,
Ὧι πρὶν γενέσθαι μ' ἡ τεκοῦσ' ὑπέσχετο,
Ὧι κίνδυνοί τε συνῆψαν, καὶ νυκτῶν χάρις.
Τούτῳ τε θύσω νοῦ καθαρὰ κινήματα,
Ὡς γοῦν ἐφικτὸν, προσλαλῶν μόνῳ μόνος.
Ταῦτα πρὸς ὑμᾶς τοὺς κακοὺς ὑπὲρ καλῶν,
Οἷς εἴ τις ἄχθεθ', εὗρεν, ὃν ζητεῖ, λόγος.
Τὰ δ' ἄλλα ἐκεῖθεν, ὦ φίλοι, λελέξεται·
Πλὴν ἐξιτήριόν τιν' εἰ δοκεῖ λόγον,
B
Βραχὺν μὲν, ἀλλὰ χρήσιμον, δέξασθέ μου,
Ὡς οἱ πατρῴας λαμβάνοντες ἐν τέλει
Φωνὰς, ἐπισκήψεις τε μνήμης ἀξίας·
Μεθ' ἃς λόγος τις οὐκέτ' ἐξακούεται,
Ὧι καὶ πλέον μένουσιν ἐν βάθει φρενός·
Ἄλλον τιν' εἰ λάβοιτε Γρηγόριον, φίλοι,
Φείδοισθε μᾶλλον· εἰ δὲ μὴ, τὸ δεύτερον,
Εἴητε καλοὶ κἀγαθοὶ τοῖς πλησίον,
Ὑμῖν τε αὐτοῖς οἱ τέως ὁμόφρονες,
Ἕως κρατεῖσθε τοῖς ἴσοις παθήμασιν·
Ἣν τ' αὐτὸς ἐσπούδαζον εἰρήνην, ἀεὶ
C
Στέργοιτ', ἀφέντες τὰς ἰδίας ἀῤῥωστίας,
Ὑφ' ὧν τὸ κοινὸν ἐκταράσσετ' ἀθλίως.
Κἀγὼ παρήσω τοὐμὸν, εἴτε τι πλέον
Ἄλλων φρονοῦμεν, εἴτε μ' ὁ μακρὸς χρόνος
Ποιεῖ τραχύν τε, καὶ τὰ πλείω δύστροπον·
Εἴτ' οὖν πεπληγὼς ἐκ μέθης τὸν νοῦν μόνος,
Μέθῃ τιτρῶσθαι τοὺς ἀοίνους οἴομαι.
Νομίζεσθ' ὡς βούλεσθε· πλὴν μέμνησθέ μου,
Τοῦ πολλὰ μοχθήσαντος ἐν φίλων τρόποις,
D
Καλὸν δ' ἔχοντος τὸν λογισμὸν προστάτην,
Τότ' ἐκλύον με τῶν κακῶν γῆρας τόδε·
Οὕτω τάχ' ἂν μοι τῶν φίλων σπείσαιτό τις,
Πάλης θανούσης, ἣ φθόνος συνέρχεται.

Cui vivo & ſpiro, ad quem ſolum reſpicio:
Cui me mater mea promiſit ac devovit, priuſquam in lucem ederet:
Cui me tam pericula, quam benigna inſomnia conjunxerunt.
Ei mentis meæ puros motus conſecrabo,
Quantum ejus fieri poterit, ſolus cum ſolo colloquens.
Hæc ad vos improbos pro bonis dicta ſunt:
Quod ſi cui ſunt ea moleſta, reperit oratio noſtra, quem quærebat.
Cetera vobis, amici, altera in vita dicentur.
Unum tamen quiddam, ſi videtur, a nobis accipite,
Velut in diſceſſu a vobis noſtro prolatum, breve illud quidem,
Veluti paternas voces & admonitiones
Memoria dignas extremum excipientes,
Secundum quas ab eis amplius nihil auditur:
Quo ipſo fit, ut eo firmius ima in mente hæreant.
Si alium quemdam Gregorium, amici, acceperitis,
Videte, magis ut illi parcatis. Sin autem; reſtat alterum,
Ut vos erga proximos & voſmet invicem recte geratis:
Qui eatenus concordes eſſe conſueviſtis,
Quatenus iiſdem affectionibus indulgetis.
Præterea pacem, cujus ego ſtudioſus fui,
Semper diligite, condonantes alter alteri ſuas infirmitates:
Per quas reſpublica miſere perturbatur.
Itidem ego, quod in me peccatum eſt, remittam: ſive plus
Aliis ſapimus, ſive me grandis ætas
Aſperum ac moroſum in pleriſque facit:
Sive ſolus adeo mente læſus ex temulentia
Vos homines abſtemios ab ebrietate vexatos arbitror.
Vos quidem de hoc, ut vultis, ſtatuite: mei tamen eſtote memores,
Qui amicorum in moribus moleſtias multas exhauſi,
Et patronam egregiam habeo nimirum rationem,
Ac ſenectutem hanc, quæ de malis me liberat.
Sic fortaſſis amicorum quiſpiam mecum in gratiam redierit;
Sepulta lucta, quam invidia comitatur.

Οὗτοι δεδώκασί με τοῖς ἄνω σαφῶς
Πάντων ὑπερκύψαντα τῶν πλανωμένων.
Item:
Ζητῶ τιν' οἰκεῖν ἐκ κακῶν ἐρημίαν,
Οὗ μοι τὸ θεῖον νῷ μόνῳ ζητούμενον,
Ἐλπὶς τε κούφη τῶν ἄνω γηροτρόφος.

V. 805. Ὧι πρὶν γενέσθαι] Carm. I. de matre:
Αὕτη παθοῦσα παιδὸς ἄῤῥενος γόνον
Ἰδεῖν ἐν οἴκῳ, πρᾶγμ' ἐὸν πολλοῖς φίλον,
Θεῷ προσωμίλησε, καὶ δεῖται πόθου
Τυχεῖν. Ἐπεὶ δ' ἦν δυσκάθεκτος τὴν φρένα,
Δῶρον δίδωσι, ὅνπερ ἠξίου λαβεῖν.

E

V. 806. Ὧι κίνδυνοι] Tempeſtatis ſcilicet, ut fuſe eodem carmine primo exponit.

Ibid Καὶ νύκτων χάρις] Carm. IV.
Καί ποτέ μοι κνώσσοντι παρίστατο τοῖος ὄνειρος,
Ἕλκων ῥηϊδίως ἐς πόθον ἀφθορίης.
Δοιαί μοι δοκέεσκον ἐν εἵμασιν ἀργυφέοισι
Στράπτειν παρθενικαὶ πλησίον ἱστάμεναι, &c.
Δοκοῖεν ἀτελεῖς, &c.

Vid. & Carm. XII.

V. 809. Ταῦτα πρὸς ὑμᾶς] Ad Presbyteros hæc dicuntur, de quibus fuſe agit Carm. Jamb. XXIII:
Οἱ δ' οὐ λάθρα δυσμενεῖς,
Ἀλλ' ἐκφανεῖς ἄγαν.
Ἐρυθριῶντες, ὦ κακοί

V. 810. Οἷς εἴ τις] Al. ὡς τ' ὅστις.

V. 818. Ἄλλον τιν'] Scriptum hoc carmen, antequam Nectarius ei ſucceſſor eſſet deſignatus. Sic & alibi, pag. 251. operum, part. II:
Ἂν ἄλλον εὕρητ' ἀντ' ἐμοῦ, τιμήσατε
Τὸ σεπτὸν ἡμῖν πνεῦμα τῷ συνηγόρῳ·

V. 823. Ἣν τ' αὐτός] Qua de re Carm. LVII:
Τίς δὲ μόθον κρυόεντά τ' ἐρισθενέων ἱερήων
Στήσει, τοὺς φιλίης εἰς ἓν ἄγων προμάχους;
Τοῦ μὲν ἐμοὶ πόθος ἦεν, ἐπεὶ Θεὸς ὧδε κελεύει, &c.

V. 829. Εἴτ' οὖν πεπληγώς] Familiare hoc non ebriis modo, ut ſobrii ſibi ipſi videantur, alioſque vino madidos & bene potos exiſtiment, ſed & ictero laborantibus: qui quum ipſi flavo colore ſuffuſi ſint, ceteros omnes eodem infectos videre ſibi videntur. Unde Varro apud Nonium petita ab his ſimilitudine ait: *Nam ut arquatis & quæ lutea non ſunt, & quæ ſunt, lutea videntur: ſic inſanis & ſani, & furioſi videntur eſſe inſani.*

V. 836. Πάλης θανούσης] Exſtincto jam de ſede Conſtantinop. diſſidio, quæ invidiæ materia fuerat: ſeu potius civiliter jam mortuo veſtro, cui invidebatis, Gregorio. Sic Carm. I.
Μίαν χρεωστῶ νεκρότητ'· ἔχει Θεός.
niſi illic ἔχοι potius legendum.

A

Εἰς ἐμαυτὸν λόγος.

ΛΕγουσιν οἱ μισοῦντες, (ὡς δ' ἐμοὶ δοκεῖ,
Λέγουσιν οὐ δίκαια.
Πῶς γὰρ δίκαιον τοὺς φίλους περιφρονεῖν;
Ὡς μὴ Θεὸν λέγοιμι,
Ὧι πρόσθε κεῖται πάντα, καὶ γινώσκεται,
Σαφῶς ὀξὺ βλέποντι.)
Ἀλλ' οὖν λέγουσι τῷ φθόνῳ νικώμενοι,
(Φθόνῳ παθῶν δικαίῳ,
Τήκοντι τοὺς ἔχοντας, ὥσπερ ἄξιον,)
Τί οὖν, ἄθρει, λέγουσι·
B Λέγουσιν, ὡς αὐτοί με τὸν δυσδαίμονα
(Καὶ γὰρ δοκοῦσι τοῦτο)
Κωνσταντίνου βαλόντες ἐκτὸς ἄστεος
Ἀπωφρύωσαν· εὖγε·
Βαρὺς γὰρ αὐτοῖς, καὶ θράσους ἦμην γέμων,
Τέμνων ὁδοὺς ἀτριβέστους,
Ἐθῶν πατρῴων καὶ νόμων διαφθορεὺς,
Εἴπερ νόμος τὰ φαῦλα,
Πλούτου, τύφου τε, θρύψεως, φιλαρχίας,
Τῶν νῦν ἐπικρατούντων.

Οὕτω γάρ εἰσι τὴν φρόνησιν ἄθλιοι,
Ὥστ' οὐ λέγειν ὀκνοῦσιν,
Ἃ καὶ λεγόντων ἐγκαλύπτεσθ' ἦν πρέπον
C Ἄλλων ἀπεχθαιρόντων.
Οὕτω τι τυφλόν ἐστιν ἡ μοχθηρία,
Καὶ τὸ φρονεῖν βλάπτουσα·
Οὗτοι μὲν οὖν ἔῤῥοιεν ἐκ μέσου λόγου·
Οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς ταῦτα,
Οὐδ' οἱ κακῶς λέγοντες, [εἰ καὶ] δεξιῶς.

Ῥειπώσαν ὡς θέλουσιν·
Γλώττης γὰρ οὐδέν ἐστιν εὐστροφώτερον·
Λέγῃ τι καὶ πρὸς ἡμῶν·
Πολλοὶ τάδ' οἱ λέγοντες ἀκριβέστερον,

Ὡς ἀφθόνως λέγοντες.
Ἃ δ' οἴομ' εἰπὼν τὴν τινων στήσειν βλάβην,

D Τάδ' ἐστὶν εἰπεῖν κρεῖσσον·
Πολὺς γάρ ἐστιν [1] εἰς τὸ χεῖρον δρόμος,
Κἂν μηδενὸς κινοῦντος.
Λέγουσιν, ὡς ἁδρῶν μὲν ἡσσῶμαι θρόνων,

Ὡς τῶν, ἀφ' ὧν κατῆλθον.
Τοὺς δ' αὖ πένητας, καὶ στενοὺς διαπτύω,
Τὰ σφῶν σαφῶς λέγοντες.
Ὃ γὰρ πέπονθε, τοῦτο καί τις οἴεται·

De se ipso. Carm. II.

DIcunt obtrectatores mei (ut mihi vero videtur,
Nil æqui bonique dicunt :
Quid enim iniquius, quam amicos despicere?
Ne Deum dicam,
Cui omnia patent, & liquido cognita sunt,
Acutum cernenti :
Dicunt tamen invidia victi,
(Invidia affectionum justissima :
Tabefacit enim, quos possidet, ut æquum est.)
Quid igitur dicant, audisis.
B Dicunt scilicet, se me infelicem
(Ita enim opinantur)
Constantini ejicientes ex urbe
Spoliasse supercilio. Euge.
Gravis enim ipsis & insolentiæ eram plenus,
Vias secans hactenus non tritas,
Patrii moris, ac disciplinæ corruptor:
Si vitiosa disciplinæ merentur nomen,
Quum divitiæ, fastus, deliciæ, ambitio
Eorum, qui nunc sunt, dominentur, ac prævaleant.
Adeo enim infelici mente sunt,
Ut ea dicere non vereantur,
Quæ si qui alii dicerent inimicorum,
C Audientes decebat erubescere.
Adeo scilicet cæca est improbitas,
Ut & ipsam mentem lædat.
At hi valeant, abeantque in rem malam.
Nil enim ista ad nos :
Ut nec illi, qui male de nobis loquuntur, licet non absurde.
Loquantur, ut volent.
Lingua enim nil est flexibilius.
Dicat illa & adversum nos aliquid.
At multi sunt, qui exactius veriusque de his sentiunt;
Quippe qui absque invidia loquuntur.
Quæ vero regerens illorum sistere posse noxam putem,
D Ea dicere præstiterit.
Facilis enim est in pejus, ac prona decursio,
Etiamsi nemo propellat.
Ajunt hi boni viri, ut excelsos accipiam thronos, induci me posse,
Ut hunc, unde dejectus sum :
Pauperes autem, & tenues despuere.
Meum scilicet animum ex suo æstimantes.
Ut enim quisque affectus est, ita & alium affectum existimat.

V. 9. Τήκοντι] Ita e Florentino Codice restitui pro eo, quod in Viennensi erat, Τήκει γάρ. Basilius M. de invidia : *ὥσπερ γὰρ ἰὸς σίδηρον, οὕτως ὁ φθόνος τὴν ἔχουσαν αὐτὸν ψυχὴν ἀναλίσκει.*

V. 13. Βαλόντες] Graviter de hac invidorum malignitate noster conqueritur extremo Carm. *de vita sua :* ubi eos jactasse refert, se invitum throno expulisse Gregorium,

Ἑνὸς θέλοντος πάντες ἐκρατήσατε·
Εἰ μὲν θέλοντος· ὢ φθόνου! καὶ τοῦδέ με
Στερεῖτε κομπάζοντες, ὡς ἀπωσμένου·
Εἰ δ' οὐ θέλοντος, ἐντρέπεσθε τοῖς κακοῖς,
Χθὲς ἐνθρονισθεὶς, καὶ διώκεται σήμερον.

V. 14. Ἀπωφρύωσαν] Elegantissimum hoc verbum est : id est, ajunt se me de superbiæ quasi fastigio, non secus ac de sede Constantinopolitana dejecisse.

V. 15. Ἦμην γέμων] Flor. 1. *ἦμην πλέως*, quod ab interprete. Sic post paullo: *καὶ τολμήματος γέμοντες.*

V. 27. Ἐῤῥοιεν ἐκ μέσου λόγου] Pro εἰς κόρακας. Sic Carm. *de vita sua :*

Οὗτοι μὲν οὖν ἔῤῥοιεν ἐκ μέσου λόγου,
Εἰ μὴ σέβοιεν ὡς σὲ ἄνθρωπον Θεόν.

V. 29. Οὐδ' οἱ κακῶς λέγοντες] In Viennensi Codice statim post hæc verba sequebatur : Ἃ δ' οἴομ' εἰπὼν, &c. At in utroque Florentino erat : Οὐδ' οἱ δεξιῶς ῥειπώσαν ὡς

E θέλουσιν, cum quatuor sequentibus versiculis. Quare quum carmen heic claudicaret, subjeci de meo εἰ καὶ, addidique illud δεξιῶς e Florentinis Codicibus. Recte, an secus, tui, lector, erit arbitrii.

V. 31. Γλώττης γάρ] Sic de *occasione* in Carm. *de vita sua :*

Καιροῦ γὰρ οὐδέν ἐστιν εὐστροφώτερον.

Rursus ibidem de *lingua :*

Γλώσσης δὲ λάβροι καὶ πολύστροφοι πλοκαί.

V. 37. Πολὺς γάρ] Ita priore Carm. v. 370 :

Ῥοῦς κατὰ πρανοῦς τρέχων.

Plutarch. in vita Artaxerxis: *Λεία γάρ τις ἡ πορεία, καὶ καταφερὴς ἐπὶ τὸ βουλόμενον· βούλονται δὲ οἱ πλεῖστοι τὰ φαῦλα δι' ἀπειρίαν τῶν καλῶν, καὶ ἄγνοιαν.*

V. 43. Ὃ καὶ πέπονθε] Florentinus alter, Ὃ γὰρ πέπονθε, τοῦτο καί τις οἴεται. Unde admisi illud γάρ, quod malo.

1. Heic commissum est in legem Pediam. Arbitrer reliquisse Gregorium εἰς τὸ χείρονα δρόμος. Ita cl. Wesselingius *Observat.* lib. II. cap. xxx. pag. 279.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.



Αλλ' οὐκ ἐγὼ πέπονθα.
Τοῖς μὲν προσήχθlω, τῶν δ' ἀπήχθlω οὐχ ἑκών,
Οὕτω Θεοῦ τυποῦντος.
Τοῖς μὲν προσήγαγέ με δῆμος, ποιμένες,
Καὶ γλῶσσαν αἰτῶν πνεῦμα.
Λαὸν γὰρ ἐχρῆν ἄγριον καταρτίσαι
Στεῤῥῷ βίῳ, λόγῳ τε,
Πολλαῖς καμόντα δογμάτων καταδρομαῖς,
Ως ναῦν μέσlω κλύδων☉.
Τοῖς δ' οὐ προσήγαγ' ἡ λύσις τοῦ σώματ☉
Καθ' ἡμέραν θνήσκοντ☉.
Ημεν καλοί τε κἀγαθοί, (τίς ἀντερεῖ;)
Καὶ πνεύματ☉ γέμοντες,
Ον νῦν στενὸν, καιροῖς τε συῤῥιπτούμενον
Κακοῖς κακῶς βλέπουσιν.
Υψιθρόνου θ' ἕδρασμα λαὸν ποιμέν☉
Τοῦ πρόσθεν οὔτι μείζω.
Αλλ' οὐκ ἐμόνγε, πλὴν ὅσα χρήσει χερὸς,
Ωἷ καὶ τὸ θαῤῥεῖν εἶχον.
Οὐκ ἠγνόουν Ιωνᾶν, ὃς Θεοῦ λόγον
Εφυγεν, ἀλλ' ἐλήφθη
Κλύδωνι, κλήρῳ, θηρίῳ, γαστρὶ, βράσει.
Εξ ὧν ὁ κήρυξ κήρυξ.
Αλλ' εἶχον ὥς τις ὢν ἐλεύθερ☉
Θρόνων τε, κινδύνων τε.
Τὸν νοῦν δὲ πυκνὸς εἰς Θεοῦ κοινωνίαν
Εσπευδον, ἡσύχαζον.
Επεὶ δ' ἅπαντες, ὡς νεκροῦ δυσωδίᾳ.
Γύπες, κατέστησάν μου,
Καὶ λαὸν ἐσπάραττον εὐωνοῖς τομαῖς·
Πῶς ἤγαγές με, Χριστὲ,
Ζωῆς χαλινὲ τῆς ἐμῆς, καὶ καρδίας;
(Σὸν γὰρ τόδ' ἐστὶν ἔργον.)
Ως Λάζαρόν [1] με τετραήμερον τάφων
Εξήγαγες βοήσας.
Ανίσταμ'· οἱ δ' ἔπτηξαν· ἀλλὰ, Χριστέ μου,
Καὶ σάρκα τlωδε πῆξον,
Ην σοίγε κέχρημ', ᾧ φέρων ζωlὼ ἐμlὼ
Πᾶσαν γ' ἔδωκα δῶρον·

A Sed alia mihi animi sententia est.
Illos quidem admisi, hos vero repudiavi, at non volens;
Verum ut me præformabat Deus.
Illis me adjunxit populus, pastores,
Et linguam meam exposcens spiritus.
Plebem namque oportebat horridam componi
Severa constantique & vita, & sermone,
Quæ multis quassa opinionum tempestatibus,
Ut navis mediis jactabatur fluctibus.
His autem me negavit tabes corporis
In dies tantum non morientis singulos.
Eramus strenui, bonique; (quis enim negaverit?)
Et spiritu, animisque pleni:
B Neque, ut nunc contemti, temporumque pessimorum
Abjecti videmur pessime malitia.
Nec plebem video celso pastori subditam
Numerosiorem nunc esse, quam sub me fuit.
Sed hoc meum non est decus, verum, qui ita voluit, Dei.
In quo tum & meam collocaram fiduciam.
Non ego Jonæ ignorabam historiam, qui jussa Dei
Effugere volens deprensus
Tempestate est, sorte, ceti ventre, & in terram ejectione;
Et hinc nolens volens factus præco est.
Alia mea ratio erat, qui liber eram,
Esseque volui, thronis, & periculis:
C Quique firmata mente ad numinis consortium
Festinabam, quietemque captabam.
Postquam vero omnes, ad instar vulturum,
Me velut fœtens cadaver circumstetere,
Populumque Dei facilibus pro lubitu lacerarunt scissuris,
Quo pacto me traxisti, Christe,
Qui vitæ meæ, pectorisque frenum es?
(Tuum enim hoc opus est)
Ut olim quatriduanum Lazarum sepulcro
Vocatu me tuo eduxisti.
Resurgo ego: illi obstupescunt. Verum tu domine,
Quæso & hoc confirma corpusculum,
D Quod tibi fero acceptum: cui & offerens vitam meam dicavi,
Omnemque dono dedi.

gis convenire videbatur. Si quis & ταῦτα malit, quam τοῦτο, A quoque pro O reponat, oportet. Sed hæc leviuscula sunt. Noster orat. XXVIII: Πάντα ἂν οἱ τεχνικοὶ περὶ ἄλλων τὰ ἑαυτῶν τὰ μὲν ὑπονοήσαιεν, τὰ δὲ ἐποίειν. Et orat. XXVII: ὅτι τοῖς ἀλλοτρίοις κρινόμεθα πάθεσιν.

V. 46. Τυποῦντ☉] Τυποῦν heic est animum mentemque dirigere, formare, & agenda inspirare. Alibi pro *designare*, vel jubere, usus est, ut in Carm.

Α τοῖς πόνοις τυποῦσιν,
Οσοι φιλοῦσιν ὕβριν.

V. 50. Στεῤῥῷ βίῳ] Carm. *de vita sua:* ubi hac de re agit:

— Εδόξαμεν γὰρ ἐν Θεῷ τινες
Εἶναι βίῳ τε καὶ λόγῳ τῶν γνωρίμων,
Καὶ πῶς ἀεὶ ζήσαντες ἄγροικον βίον.

V. 51. Πολλαῖς καμόντα] Eodem loco:

Θανοῦσά τ' οἰκτρὸν ἐξ ἀπιστίας μόρον
Εἶχέ τι μικρὸν ζωτικῆς σπέρμα πνοῆς, &c.

ubi deinde Apollinaristarum, ceterorumque sectas memorat. Videsis hac de re orationem XXVII.

V. 53. Τοῖς δ' οὐ προσήγαγε] Nazianzenæ ecclesiæ, cui præesse refugit ob corporis imbecillitatem, cique Eulalium Episcopum dedit; Arianzi ipse quietam vitam degens, & curis negotiisque omnibus humanis longum vale dicens.

V. 54. Καθ' ἡμέραν] Sic orat. XXXII. Τί δεῖ γέροντ☉ ὑμῖν δειλοῦ, καὶ ἀνάνδρου, καὶ καθ' ἑκάστlω, ὡς εἰπεῖν, ἀποθνήσκοντ☉ τlὼ ἡμέραν, οὐ τῷ σώματι μόνον, ἀλλὰ καὶ ταῖς φροντίσιν;

V. 55. Η μὲν] rectius ἦμεν, & mox pro οὐ νῦν, ὃν νῦν. Nec deterret me mutatio numeri, quæ mihi in initio nonnullam in percipienda auctoris sententia facessivit molestiam.

V. 58. Θεὸς καλῶς] Ita v. c. sed locus corruptus est: nec video, quei commode restitui possit, nisi legamus, κακοῖς κακῶς βλέπουσιν.

V. 61. Χρήσει χερός] In Florentino altero fuit, χείσει χερός. Nil hic intelligo: puto tamen restitui debere,
E πλlὼ ὅσ' ἔχρησεν Θεός: *nisi quantum mihi concessit, & indulsit Deus.*

V. 65. Θηρίῳ, γαστρὶ] Malim θηρίου γαστρί· βράσις hic ejectionem in littus significat.

V. 66. Εξ ὧν ὁ κήρυξ κήρυξ] Sic ferme Herodotus Euterpe, c. XLIX. ποιεῦσι, τὰ ποιεῦσι.

V. 69. Τὸν νῦν δὲ πυκνός] In Florentino utroque fuit, τὸν νῦν δ' ἐπύκνουν. Quod rectius videretur, nisi in sequentibus deesset copula. Forte fuit, Τὸν νῦν δὲ πυκνῶν. Sic in Jambicis: Πυκνῶν ἀεὶ λόγοις τε καὶ νοήμασιν.

V. 71. Νεκροῦ δυσωδίᾳ] Florentini: δυσωδίας· lege δυσώδεος. Vultures odorem cadaverum e longinquo sentiunt. Vulgatissimum est veterum dictum, *si vultur es, cadaver exspecta.*

1. Heic vero gravius peccatum esse animadverto. Parum dubito, quin hoc similive modo scripserit Gregorius:

Ως Λάζαρον μὲν τετραήμερον τάφων
Εξήγαγες βοήσας,
Ανάστηθ'· οἱ δ' ἔπτηξαν. κ. τ. λ.

Hoc sensu: *Sicut Lazarum quatriduanum e sepulcro eduxisti, clamans, Resurge: illi obstupuerunt.* WESSELING. l. c.

Καὶ λάκκον ᾤκησ' ἀγρίων θηρῶν μέσος.
Εἰ δ' ἔκτασις λέοντας
Εφραξε χειρῶν, [τὸν δ' ἔσωσε Δανιὴλ,]

Καὶ νῦν λέοντες· σῶζε·
(Τί λοιπὸν, ἢ σφὰς τοὺς κακοὺς περισκοπεῖν;

Ητήμεθ', ὦ κάκιστοι·)
Τοὺς μὲν κατείργοις ἐνδίκοις τιμωρίαις,
Καὶ τοῖς χαλῶν ὀργῆς τι,
(Τὴν ἄκρατον γὰρ χεῖρά τίς σου δέξεται;
Πείσιν μιᾶς ἐννοίας;
Τοὺς δ' ἐκφοβοίης, τοὺς δὲ δοξάζοις, ἄναξ,
Οσοι δοξάζουσί σε·
Αμὴν, ἄμυνε τοῖς φίλοις. Τεθνήκαμεν·
Επισκοπὴν ποίησον
Τῶν πρὸς σὲ χεῖρας εἰδότων αἴρειν μόνον.
Γελῶσιν οἱ κάκιστοι
Τὴν σὴν πρόνοιαν, οὐδὲ κριθήσεσθ' ἴσως

Δοκοῦσι τῷ φυσᾶσθαι.
Τὸ μικρὸν αὔξοις ποίμνιον, καὶ ποιμένα,

Τὸν μικρὸν ἐκ μεγίστου.
Σοῦ δ' ἂν θέλοντος κἀκ μικροῦ πάλιν μέγας
Τοῖς σοῖς θρόνοις γενοίμην.

A Vixi & in fovea immanes inter feras.
Quare si tuæ umquam manus
Extensio leonum continuit ora, *& Danielem servavit :*
En & nunc leones adsunt. His eripe me:
(Quid reliquum, quam ut seipsi circumspe-ctent mali?
Victi sumus, o mortalium postremissimi.)
Et quosdam quidem justis coerceas pœnis,
Alios vero laxata nonnihil ira tua,
(Quis enim non temperatam tuam ferat manum?
Quis unius sectionem nutus?)
Peterrefacias: istos vero extollito, Domine,
Qui te laudibus celebrant.
B Tuere, tuere te amantes. Viximus, actum est.
Dignare cura tua, & adspice,
Qui ad te solum porrigere norunt manus.
Rident nequissimi illi
Tuam providentiam, neque sane judicium se subituros
Tuum umquam putant præ fastu.
Parvulum tuum augeto gregem, simul & pastorem,
Parvulum nunc illum ex maximo.
Te vero cum volente e parvulo rursus magnus
Tuis fiam cælestibus in soliis.

V. 84. Εφραξε χερῶν] corrupta sunt hæc, deficitque pars versus, quam supplevi de meo, mutato χερῶν in χειρῶν, ut sibi pes constaret.
V. 89. Κατέργους] Al. κατέργοις. Reposui κατείργοις.
V. 92. Πείσιν] Al. τείσιν· neutrum sat placet, uti nec τὸ κείσιν, quod aliis forte occurrere, & arridere possit.
C V. 104. Τοῖς σοῖς θρόνοις] in cælis, ubi mihi in Sanctorum concilio sedes parata est. Sic Carm. I. Jambico:
Νῦν ταῦτα· μικρὸν ὕστερον καινοὶ θρόνοι.
Πρώτων τε, δευτέρων τε τάξις ἔννομος.

Πρὸς τοὺς φθονοῦντας.

Εξ οὗ Θεῷ προσῆλθον ἐκλιπὼν βίον,
Πολλαῖς στροβοῦμαι καὶ κακαῖς τρικυμίαις·
Αντιπνέει γὰρ ὁ φθόνος, πόῤῥω Θεοῦ
Βαλεῖν θέλων με, καὶ λαβεῖν ὁμόσκοτον·
Πόθεν φίλοι μοι δυσμενεῖς, καλοὶ κακοί;

Εν εἰσι πάντες, ἐξ ἴσου δρῶντες κακῶς·
Πόθεν λόγον τοσοῦτον ἔκδημον φέρων
D Πόλει τοσαύτῃ, καὶ τί πλεῖον κερδάνας,
Ην οἶδα πρώτην τῶν ἀφ' Ἡλίου βολῶν·
Ωσθην νόσῳ τε, καὶ κακοῖς παραστάταις.
Πύρωσις οἶμαι τοῦτο, καὶ στέργω· μόνον

Δόξης τύχοιμι Χριστὲ σῆς τῆς ἀφθόνου.

In Invidos. Carm. III.

EX quo relicta vita ad Deum me contuli,
Permultis jactor & gravibus procellis.
Adversum spirat invidia, procul a numine
Pellere satagens, suas ut rapiat in tenebras.
Unde mihi quæso mutati amici, bonique evasere improbi?
Idem sane omnes sunt, pariter malefici.
Unde hunc tantum e longinquo sermonem fero
Tantam ad urbem, quidve inde plus facio lucri,
Qua nulla prior sub radiis exstat solis?
Urgeor morbo simul & adstitibus malis.
Hæc mihi puto examinis fornax. Euge. Tantummodo
Tua carente invidia me bea, Christe, gloria

V. 2. Πολλαῖς στριβλοῦμαι] Rectius est, quod in duobus legitur Florentinis, στροβοῦμαι; id est, versor, circumagor: unde & στρόβιλοι, procellæ, fluctus, tempestates, quibus naves in alto jactantur. Sic orat. XXI. Οσα ἐν μέσῳ περιφέρεται στροβοῦντά τε καὶ στροβούμενα. Et Carm. V. Jamb.
Τί δὲ στροβοῦμαι ταῖς βίου τρικυμίαις;
V. 8. Τὸ πλέον] correxi, reposuique τί πλεῖον.
V. 9. Εφ' ἡλίου] Florentini ambo ἀφ' ἡλίου, quod & melius, id est, urbium orientalium. Ita & Sophocles in Ajace, Αφ' ἡλίου βολῶν, i. a solis ortu. Constantinopolis autem Romæ, quæ Occidentis caput, opponitur. Alias & legi possit, ὑφ' ἡλίου βολῶν.
V. 12. Τῆς ἀφθόνου] Simpliciter hic, & prout prima vocis est significatio, accipitur, opponiturque *invidiosæ* sedi Constantinopolitanæ. Alias plerumque copiam, abundantiamque indicat.

E

Αλλο.

Τριάς, σῶζέ με· καὶ πάλιν καλῶ, Τριάς.
Σὲ γὰρ προφαίνων ἠμπολησάμην φθόνον·
Λαὸς, νόμοι, τράπεζα, βήματα, θρόνοι,
Λόγοι τ' ἀληθῶν δογμάτων συνήγοροι.
Πῶς ταῦτα, καὶ τί ταῦτα; καὶ πόθεν ῥέων
Ταῖς τοῦ Θεοῦ μου τοῦ κρατίστου πνεύματος
Ροαῖς, ξένον τε λαὸν ἐντρέφων καλῶς,
Επειτα σάρκας ἐκτακεὶς ἀθλήμασι
Πολλοῖς ἀπῆλθον; ὦ σκοποὶ, κροτήσατε.
Τέθνηχ' ὅ τ' ἄρδων, οἵ τε πίνοντες λόγον

Aliud. Carm. IV.

TRinitas, serva me obsecro. Iterumque clamo, Trinitas.
Nam te dum prædico, invidiam memet implico.
Plebs, leges, mensa, suggestus, throni,
Et veri præco dogmatis sermo testis est,
Quei hoc? & quid hoc? aut unde fluens
Dei mei pollentis rivo spiritus,
Populumque pulcre nutriens extraneum,
Post illa plurimis tabefactum corpus aufero
Laboribus? vos speculatores, plaudite.
Et qui rigavit periit, & qui irrigati sunt.

Εἰ μέν τι τούτων ἀντιδώσεις Χριστέ μου,
Μέγ' ἀντιδοίης· εἰ δὲ μή, καὶ τῶν χάρις.

A Quod si quid horum, Christe, reddes præmium,
Da grande quid: sin minus, & hoc gratum erit.

V. 2. Ἠμπολησάμην] In margine prioris Florentini legebatur, προσεκτησάμην. Quod ab interprete est: id est, *lucrifeci, contraxi mihi invidiam.*
V. 3. Τράπεζα] Mensa sacra; quam & ἄσυλον fuisse oratione xx. Gregorius exponit. Carm. Jamb. x:
Ἐγὼ τραπέζης μυστικῆς παραστάτης, &c.
& Carm Jamb. xiii:
Οἱ σωθῦται μου δυσμενεῖς ἐχθρῶν πέρα,
Οὐδὲ τραπέζαν μυστικὴν δεδοικότες.

V. 7. Ῥοαῖς] Ut Carm. 1. Πνεύματος ῥοῇ. Alibi, ῥεῦμα πνεύματος appellat. Ξένος λαὸς hic est populus Constantinopolitanus, Gregorio peregrinus, nec patrius, ut plebs erat, sive ecclesia Nazianzi.
V. 12. Καὶ τῶν χάρις] Id est, καὶ ταῦτα στέρξω. *Ero & his contentus*: & hæc mihi grata erunt, quæcumque dederis, ut ut tenuia, & infra votum. Malim tamen in singulari legere, καὶ τοῦ χάρις.

Ἄλλο.

Φθέγγοισθ' ἅπαντες. εὐδρομεῖτε τοῖς λόγοις,
Στροφὰς πλέκοιτε· ἰσχύοιτ' ἀραχνίοις
Δεσμεῖν τὰ κοῦφα, καὶ περιπλανώμενα.
Βροντᾶτε βύρσαις· ἀστραπὰς ἐλλυχνίοις
Πέμποιτ'· ἐγὼ ἔδησα καὶ πάντη λόγον.
Κόρον λάβοιτε, ὦ σκοποί, καὶ σὺ φθόνε.
Ἔνδον λαλήσω, νοῦν Θεῷ μυστηρίοις
Γράφων, σπίλων τε καὶ πλάνων αἰσθήσεων
Σμήξας ἔσοπτρον τῷ λόγῳ παραστήσομαι.
Ἕως τελείας ἐμφάσεις εἴσω λάβη·
Καὶ ταῦτα σιγῆς γράμματ'· Εἰ δὲ μὴ θέλεις
Πολλοῖς λαλεῖν με, Νοῦς μέγας, τί χρὴ δρᾶσαι;

Aliud. Carm. V.

B Loquimini omnes: felici vester feratur sermo cursu.
Nectite strophas: sit vestrum aranearum telis,
Quidquid leve est, & vagabundum, innectere.
Tonate pellibus, & lucernarum fulmina
Jaculamini: ego namque omnino obseravi vocem.
Satiate vosmet, o speculatores, tuque invidia.
Intus loquar; Deique mentem mysteriis
Conscribillabo, maculisque, & vagis sensibus
Detersis repurgatum obvertam rationi speculum,
Donec perfectas recipiat intus imagines.
Et hæ silentii literæ sunt. At si tu nolis,
Multis me loqui, Mens magna, quid faciendum est?

V. 7. Ἔνδον λαλήσω] Προσλαλήσω ἐμαυτῷ· Alludit ad vetus illud de Aspendio Citharista dictum, qui *omnia intus canere* dicebatur: de quo Cicero l. 1. in Verrem c. xx. *Atque etiam illum Aspendium Citharistam, de quo sæpe audistis id, quod est Græcis hominibus in proverbio, quem* omnia intus canere *dicebant, sustulit*. Apud nostrum epist. 1. ad Celeusium hirundines cygnis objiciunt, ἃ δὲ καὶ ᾄδοιεν, ᾄδειν ἐν σφίσιν αὐτοῖς.

C V. 9. Προστήσομαι] Florentinus prior, παραστήσομαι.
V. 10. Ἐμφάσεις] Simulacra, imagines:
Quandoquidem speculum quocumque obvortimus, omneis
Res tibi respondent simili forma atque figura:
ut est apud Lucret. l. iv. Sic & Plutarchus ἐμφάσεις & εἴδωλα διαλάμπουσαν εἰκόνα Apollinis commendat commentariolo de EI apud Delphos.

Ἄλλο.

Οὔ μ' οὐθ' ἁμαρτὰς εἷλεν, οὔτε τις νόμος
Τέκνων, πόνων τε τῶν ἐμῶν διέσπασε·
Τριὰς τόδ' οἶδεν ἣν ἐκήρυξα πόλει,
Σπινθῆρ' ἀνάψας τὸν πρὶν ἐγκεκρυμμένον·
Φθόνος δὲ, καὶ γλῶσσαν ἔδησαν οἱ σοφοί.
Τί γὰρ μάταιε, καίπερ ἐσκοτισμένος
Νόσῳ βαρείᾳ, τόσον ἤγειρας κλέος;
Οὐκ οἶσθ', ὅσον νῦν τῶν ἀπαιδεύτων κράτος;
Οἷς συγγενὲς θράσος τε καὶ μοχθηρία·
Χορεύετ', εὐδρομεῖτε, δυσσεβὴς ἅπας.
Βάλλοιτε, τοξεύοιτε μὴ πεφραγμένους.
Σιγὴ βαθεῖα, Γρηγόριος πορρωτάτω.

Aliud. Carm. VI.

Nec me peccatum rapuit, nec ulla lex
A liberis, ac laboribus avulsit meis.
Hoc novit conscia Trinitas; quam prædicavi populo,
Scintillam ante absconsam rursus exsuscitans.
Invidia hinc: & lingua alligata ab sapientibus.
D Quid enim, stulte, licet obnubilatus insuper
Morbo difficili, tantum excitasti splendorem nominis?
Ergo ignorabas, quæ nunc potestas ignorantium?
Cognata quibus confidentia est & improbitas.
Exsultate: feliciter agite. Quin omnis impius
In me lapides, in me sagittas inermum mittite.
Altum jam hic silentium est. Gregorius abest longissime.

V. 5. Φθόνος δὲ] In Florentino priore erat:
Φθόνος δὲ σὴν καὶ γλῶσσαν ἔδησε, καὶ σοφοί.
Malim:
Φθόνος δὲ γλῶσσαν ἐμὴν ἔδησεν, καὶ σοφοί.
nisi quis potius legendum putant:
Φθόνῳ δὲ γλῶσσαν μου ἔδησαν οἱ σοφοί.
V. 6. Ἐσκοτισμένος] Elegans translatio est. Morbi namque corporis & animæ lumen obnubilant, & homines luci publicæ subtrahunt. Alias ipsum per se corpus σκότῳ συνεζευγμένον Gregorio dicitur orat. xxix. cui opponitur τὸ τῆς ψυχῆς φωτοειδές.
V. 7. Τόσον ἤγειρας κλέος;] Πρὸς γὰρ τὸ λαμπρὸν ὁ φθόνος βιάζεται, ut est apud Apollodorum Comicum. Sic & Pindarus Pyth. Ode xi: Φθονεροὶ δ' ἀμύνονται ἄται, ὅτις ἄκρον ἑλὼν· ἀσυχᾷ δὲ νεμόμενος αἰνὰν ὕβριν ἀπέφυγεν. Ita enim illic legendum, pro ἑλών, ἡσυχᾷ τε νεμόμ. &c.
V. 9. Οἷς συγγενὲς] Prior Florentinus, ᾧ συγγενὲς, ut ad τὸ κράτος referatur; quod tamen minus probo.
V. 11. Βάλλοιτε] Vid. not. ad Carmen primum de lapi-
E datione, v. 31. & Carm. Jamb. xiii:
Λίθοις ἐβέχθην, ὥς τις ἄλλος ἄνθεσι.
V. 12. Γρηγόριος πορρωτάτω] Sic alibi ad eosdem, p. 251:
Οἱ σωθῦται, τέθνηκα τῷ φθόνῳ μόγις.
Ἑῶ λέξει, καὶ δύσει, φθόνος τ' ἐμός.
Ἐχθροί, φίλοι, ἀπῆλθον· εὐφημήσατε.
ita enim illic legendum, pro ἐχθροῖς, φίλοις. Sicut & superius contra vulgat. edit. p. 73. edidimus.

Ἄλλο.

Μετῆλθον, ἦλθον, ἔρχομαι· μίξις μ' ἔχει
Τρόμου, χαρᾶς τε· θυμὸν ἐτάζω βάθος,
Μή τι χρεώστω, Χριστέ μου· πλὴν ἔρχομαι
Ζῶον διωχθὲν ἐν βίῳ, μάλιστα δὴ

Aliud. Carm. VII.

Accessi, veni, venio. Pavor me simul
Tenet & gaudium. Profunda exploro pectoris,
Ecquid tibi debeam, mi Christe. Attamen venio
Vexatum in vita animal, sed maxime ab

A Εχθροῖς, φίλοις τε, συνθύταις, ἀντιςάταις.
Τὰς σὰς πεσεῖν εἰς χεῖρας αἱρετώτερον,
Η τῇδε μοχθεῖν τοῖς φθόνου παλαίσμασι.
Τῶν μὲν καλῶν γὰρ οὐδὲν ἐλπίζειν ἔχω.
Τοῖς δ' αὖ κακίςοις συνθανεῖν κέρδος μέγα.
Χαίροιτε, γαςρίζοιςθε, τοῖς ἐνυπνίοις
Μεγαφρονεῖτε· μικρὰ γὰρ χαρήσετε·
Κἀγὼ μετέχον τῆς πλάνης· ἀλλ' οἴχομαι.

Inimicis, amicis, collegis, adversariis.
In tuas incidisse manus quanto satius,
Quam hisce invidiæ conflictari cum præstigiis
Bonæ certe nil mihi jam superest spei.
At pessimis hisce commori voluptas fiet maxima.
Valete, ventri servite, & vanis somniis
Age intumescite. Sed breve erit hoc vobis gaudium.
Et ego erroris hujus quondam fui particeps. Sed abeo.

Αλλο.

Τείχη, πυλῶνες, κλεῖθρα συγκλείοιτέ με·
Μήτις παρελθὼν ἢ λόγος φὼρ, ἢ βίος,
B Κλέψῃ λαθών τι τῶν ἐμῶν κειμηλίων,
Η καὶ τύραννος ἁρπάσῃ βίᾳ χερός.
Θεὸς τὸ θησαύρισμα· καὶ Θεοῦ φόβος,
Ελπίς τε κουφίζουσα τὰς ἀκηδίας·
Αἳ πολλὰ πολλαί δή με καὶ παρ' ἀξίαν
Δεδήχασίν τε, καὶ σπαράξουσι πλέον,
Ην μὴ σὺ τοῖς κέρκωψιν ἠρεμεῖν φράσῃς.
Καίπερ δὲ πάσχων δεινὰ, καὶ δεινῶν πέρα,
Τοῦθ' ἓν δέδοικα, μή τι τοῖς πολλοῖς κακοῖς
Χείρων γενοίμην· καὶ τὸ γὰρ βλάπτει φρένας.

Aliud. Carm. VIII.

Vos muri, portæ, claustra, vos me concludite.
Ne quis subrepens vel sermo furax, vel vita,
Mei quid mihi thesauri clam surripiat,
Aut vi tyrannus aperta auferat.
Deus meus thesaurus est, & Dei timor,
Et spes, meas mihi levans molestias,
Quæ me immerentem non parum jam plurimæ
Et morsicarunt, & lacerabunt amplius:
Ni tu quietem simiis dehinc imperes.
Quamquam & gravia patiens, & plusquam gravia,
Id unum metuo, multis ne pejor fiam malis.
Superingesta namque sibi mala mentem solent lædere.

V. 6. Τὰς ἀκηδίας] Florentinus prior, ἀηδίας.
V. 8. Σπαράξουσι] Flor. alter, σπαράσσουσι, minus bene.
V. 9. Κέρκωψιν] Simiis, quippe qui gestibus, vestitu, & exteriori specie Episcopos referrent, quum revera nil C minus essent.
V. 10. Καίπερ δὲ πάσχων] Sic in lamentatione p. 178. operum:
Πέπονθα δεινὰ πλεῖστα, καὶ δεινῶν πέρα.

Πρὸς τὸν τῆς Αναςασίας λαόν.

Ποθῶ, ποθῶ σε, φίλτατ', οὐκ ἀρνήσομαι·
Ποθῶ λόγων γέννημα τῶν ἐμῶν τέκνων,
Αναςασίας ὦ λαὲ τῆς ἐμοὶ φίλης,
Η τὴν πάλαι θανοῦσαν ἐν νεκροῖς λόγοις
Πίςιν παλαιὰν ἐξανέςησεν νέοις.
Οθεν προελθὼν οὑμὸς ὡς σπινθὴρ λόγος
Πάσας κατέσχε φωτὶ τὰς ἐκκλησίας·
Τίς σου τὸ κάλλος, τίς θρόνους ἐμοὺς ἔχει;
Πῶς εἰμ' ἄτεκνος; ζῶσι δ' οἱ παῖδες, πάτερ;
D Σοὶ δόξα, κἄν τι τοῦδε χεῖρον συμπέσοι.
Ισως κολάζεις τὴν ἐμὴν παῤῥησίαν,
Τίς ἐκβοήσει γνησίως τὸ σὸν, Τριάς.

Ad Plebem Anastasiæ. Carm. IX.

Te desidero, carissima, non diffitebor, te desidero:
Desidero te natorum ex me sermonum suboles,
O dilectæ mihi plebs Anastasiæ:
Quæ mortuis jamdudum sermonibus commortuam
Antiquam resuscitavit novis fidem:
Unde mea velut scintilla prodiens oratio
Ecclesias implevit omnes lumine.
Quis tuam speciem, quis meas sedes tenet?
Quid ego ita orbus liberis? vivitne proles, pater?
Tibi sit gloria, etiam si quid acciderit tristius.
Fortasse proterviam in loquendo punis meam.
Quis digne satis tuum, o Trinitas, consilium prædicet?

V. 2. Τῶν ἐμῶν τέκνων] Aut egregie ego fallor, aut legendum est τέκνον: ut sit, ὁ λαὸς τέκνον τῆς Αναςασίας, & γέννημα τῶν λόγων.
V. 4. Εν νεκροῖς λόγοις] Mortualibus, seu potius mortiferis Arianorum doctrinis, qui sub Valente totam ferme occupaverant Constantinopolim.
V. 7. Φωτὶ τὰς] Prætuli, quod in duobus erat Florentinis, φωτὶ σάς.
V. 11. Ισως κολάζεις] Potest & aliter per interrogationem accipi; ita ut vertendum sit: *An fortasse, quod tanto cum fervore doctrinam Triadis defenderim, me plectis?* utitur enim noster hoc modo voce παῤῥησίας. Sic Carm. *de vita sua*:
Ταῦτ' οἶδεν ἡ Τριάς τε, καὶ τὸ σὺν λίθοις
Κήρυγμα λαμπρὸν τῆς ἐμῆς παῤῥησίας,
Ο καὶ μ' ἔθηκε τοῖς κακοῖς ἐπίφθονον.

Αλλο.

E Σιὼν ὁδοὶ πενθοῦσι, τὸν νόμου λάτριν
Λαὸν ποθοῦσαι ἡμέραις ἑορτίοις.
Πενθῶ δ' ἔγωγε λαὸν οὐχ' ὁρώμενον
Εμοὺς ῥέοντα πρὸς λόγους· ὡς ἦν ὅτε
Κωνσταντινούπολίς τε, καὶ ξένων ὅσον
Ενδημον, οἷς ἤστραπτεν ἡ φίλη Τριάς.
Καὶ νῦν ἐγὼ μὲν ὡς λέων βρυχώμενος
Μακρὰ στενάζω. Τῶν δ' ἐμῶν τέκνων τυχὸν
Αλλοι κατασκιρτῶσι, πιθανοῖς λόγοις
Συναρπάσαντες· εἰ γὰρ ἔλθοι μοι σθένος,
Ως πρὶν, Τριὰς, σὸν, καὶ βρυχησαίμην πάλιν
Εν σοι, τάχ' ἄν τι θῆρες εἴξειαν πάλιν.

Aliud. Carm. X.

Lugent Sionis viæ, legis cultorem tuæ
Festis diebus desiderantes populum.
Et ipse lugeo non jam populum conspici
Meos ad sermones confluentem, ut olim solebat
Constantinopolis, & quidquid exterum
Illic agitabat, quibus amica allucebat Trinitas.
At nunc ego ut leo rugiens
Magnopere ingemisco: & meam forsan prolem
Insultant alii, sermoneque illam probabili
Abreptam auferunt. Redeat sed si robur mihi
Ut ante, Trinitas, tuum, & in te denuo rugiam,
Brevi ut hinc rursum recedant, faxo, feræ.

V. 2. Ημέραις ἑορτίοις] Florentinus alter: ἡμέραις ἑορταῖς. Earum vero caput, seu κεφάλαιον erat μνήμη Θεοῦ, ut alibi loquitur.
V. 4. Ως ἦν ὅτε] *Ut accurrebat ali[illegible]*. Florentinus prior, ὡς ἦν τότε.
V. 7. Ως λέων βρυχώμενος] Alter Flor. βρυχώμασι: qui



tamen in margine habebat, ut Viennensis in contextu, βρυχώμενος. A

V. 10. Συναρπάσαντες] Flor. prior, συναρπάζοντες.

Ibid. Εἰ γάρ ἔλθοι μοι σθένος] Sic Carm. Jamb. primo:

Λάμποιμι λύχνος λυχνίας ὑπερτιθεὶς,
Ὅλην καταστράπτοιμι τὴν οἰκουμένην.

V. 11. Βρυχησαίμην] Alii, βρυχήσομαι: pro πάλιν Flor. 1. habebat μέγα; & mox pro ἄξηαν, Flor. alter ἄξειεν.

Αλλο.

Δὶς, οἶδα τοῦτο, φῶς· δὶς ἐπτερνισμένος.
Εἰ μὲν δικαίως, προσδέχοιθ' ὑμᾶς Θεός.
Εἰ δ' οὐ δικαίως, προσδέχοιθ' ὅμως Θεός·
Οὐδὲν γὰρ ὑμῶν οὐδὲ ὣς καθέξομαι.

Πλὴν ἐκλέλοιπα, καὶ ποθῶ λύσιν κακῶν.
Τῶν μὲν παρόντων εἰμὶ πάντων ἔμπλεως,
Πλούτου, πενίας, χαρμονῶν, οὐ χαρμονῶν,
Δόξης, ἀτιμίας τε, δυσμενῶν, φίλων· B
Τῶν δ' οὐ παρόντων ἄρχομαι πεῖραν λαβεῖν·
Πέρας λόγου τολμῶ δὲ, καὶ δέχου λόγου.
Εἰ μηδέν εἰμι, Χριστέ μου, τίς ἡ πλάσις;
Εἰ τίμιός σοι, πῶς τόσοις ἐλαύνομαι;

Aliud. Carm. XI.

Bis, non latet me, fucus est factus mihi:
Si jure, admittat vos, velim, audiatque Deus:
Sin autem inique, sic quoque audiat tamen.
Neque enim vel sic vobis quidquam imprecabor mali.
At malis fractus malorum finem expeto.
Omnium quippe rerum sum satur præsentium,
Census, inopiæ, gaudii, molestiæ,
Famæ, dedecoris, hostium, & cari gregis.
Jam capere gustum cupio rerum absentium.
Audacter istud eloquar, & audias, rogo:
Si, Christe, nil sum, quæ tua est hæc fictio?
Sic carus ipse sum tibi, cur tantis premor malis?

V. 1. Δὶς οἶδα] Carm. Jamb. xxxiii.
Δὶς ἐμπέπαιγμαι. τοῦτο καὶ
Παθὼν ἐπίσταμαι·
Εἴπερ τι κἀμοὶ τοῦ φρονεῖν
Μέτεστιν ἐκ Θεοῦ.
Sic & Epist. xv. ad Bosporium Coloniæ Episcopum: Δὶς ἤδη τοῦτο ἐπτέρνισμαι παρ' ὑμῶν, καὶ ἠπάτημαι· οἶδας, ὃ λέγω· καὶ εἰ μὲν δικαίως, ὀσφρανθείη ὁ κύριος ὑμῶν ὀσμὴν εὐωδίας· εἰ δὲ ἀδίκως, συγγνοίη κύριος.

V. 3. Προσδέχοιθ' ὅμως Θεός] Deerat vox ultima in codice Viennensi, deestque in editione Lambecii, qui hoc ipsum carmen in Bibliotheca Cæsarea publici juris fecit. Ego, quod conjectura hæc certa esset, addendam existimavi.

V. 5. Ποθῶ] Al. ζητῶ.

Επίκλησις διὰ ἡρώων.

Κλῦθι πάτερ Χριστοῦ πανεπίσκοπε τῶνδε λιτάων C
Ἡμετέρων. μολπὴν δὲ χαρίζεο σῷ θεράποντι
Θεσπεσίην. Ζαθέην γὰρ ἐς ἀτραπὸν ἴχνος ἐλαύνωντι
Οὗτος, ὃς αὐτογένεθλον ἐνὶ ζωοῖς Θεὸν ἔγνω,
Καὶ Χριστὸν θνητοῖσιν ἀλεξίκακον βασιλῆα.
Ὅς ποτ' ἐποικτείρας μερόπων γένος αἰνὰ παθόντων
Πατρὸς ὑπ' ἐννεσίῃσιν ἑκὼν ἠλλάξατο μορφήν.
Γείτονα δὲ θνητὸς Θεὸς ἄφθιτος, εἰς ὅκε πάντας
Ταρταρέων μογέοντας ὑφ' αἵματι λύσατο δεσμῶν.
Δεῦρ' ἴθι νῦν ἱερῆς καὶ ἀκηρασίης ἀπὸ βίβλου
Ψυχὴν σὴν ἀτίταλλε θεοπνεύστοις ἐνὶ μύθοις. D
Ἔνθα γὰρ ἀθρήσειας ἀληθείης θεράποντας
Ζωὴν ἀγγελέοντας ὑπ' οὐρανομήκεϊ φωνῇ.

Invocatio, Carmine Heroico. Carm. XII.

Audi, Pater Christi, qui cuncta inspicis, hasce meas preces.
Et famulo tuo cantum indulge
Divinum. Ad sacram namque semitam vestigia dirigit
Ille, qui ex se genitum in vivis cognovit Deum,
Christumque mortalibus averruncum malorum regem:
Qui generis aliquando misertus humani gravia passi,
Volente volens patre mutavit formam,
Factusque est Deus immortalis mortalis homo; donec omnes
Tartareis sub sanguine gementes exsolveret vinculis.
Huc adesto nunc, & sacro puroque ex Codice
Animum tuum sagina sermonibus divinis.
Hic enim veritatis licet cernere ministros
Cælesti vitam voce nuntiantes.

Επίκλησις] Carmen instar præfationis est, præfigendum, seu præmittendum syntagmati Carminum Heroicorum, pag. xxxi. operum: cujusmodi est illud e senariis constans pag. ccxlviii. quod Jambica ducere oportuerat.

V. 3. Ελαύνων] Malim ἐλαύνοι, scil. poeta.

V. 8. Γείτονα] Manifestum mendum. Repone igitur γείνατο, pro ἐγένετο.

Προσευχὴ ἡρωϊκή.

Σοὶ χάρις, ὦ πάντων βασιλεῦ, πάντων δὲ ποιητά.
Οὐρανὸς ἐπλήσθη δόξης σέο, πᾶσά τε γαῖα
Σῆς σοφίης. Θεὸς υἱὸς ὁ σὸς λόγος ἔκτισε πάντα. E
Σὸν ἅγιον πνεῦμα ζωὴν πάντεσσι χορηγεῖ.
Ἱλήκοις κόσμῳ θεία Τριάς· ἵλαθι δ' ἡμῖν,
Υἱὲ Θεοῦ κατὰ πνεῦμα, καὶ ἀνθρώπου κατὰ σάρκα,
Ὅστις ἐπὶ σταυροῖο μόρον τέτληκας ἐπισπεῖν,
Οἷα βροτός· τριτάτῃ δὲ πύλας λίπες ἀϊδονῆος,
Οἷα Θεός· θανάτου γὰρ ἔλυσας δεσμὸν ἀναστάς,
Καὶ βροτέῃ γενεῇ φύσιν ὤπασας, οἷα καὶ ὔμμεν
Ζώειν ἤματα πάντα, σὲ δ' ἄμβροτον αἰὲν ἀείδειν.

Precatio, Carmine Heroico. Carm. XIII.

Tibi gratiæ, o Rex omnium, omniumque conditor.
Cælum omne tua gloria plenum est, plena omnis terra
Tua sapientia. Deus filius, tuum verbum, cuncta creavit:
Tuusque sanctus Spiritus vitam cunctis subministrat.
Propitia sis mundo divina Trinitas. Sis & propitius nobis,
O fili Dei secundum spiritum, & hominis secundum carnem,
Qui in cruce mortem subire sustinuisti
Qua mortalis: tertio vero die portas liquisti Acherontis,
Qua Deus. Mortis enim solvisti resurgens vincula:
Mortalique generi naturam contulisti, qua & nos
Æternum viveremus, teque immortalem immortaliter caneremus.

V. 10. Υμμεν] Corrige, ἡμᾶς. Nam ὔμμεν hic nihili est. ὔμμες Aeol. & Dor. vos significat, ἄμμες autem nos. Sed hic Doricæ Dialecto nullus locus est.

A

Προσευχὴ διὰ ἡρωϊκῆ.

Σοὶ χάρις, ὦ πάντων βασιλεῦ, πάντων δὲ ποιητά.
Σοὶ χάρις. ὃς τὰ νοητὰ λόγῳ, τάθ' ὁρατὰ κελεύσει
Στήσας οὐ πρὶν ἐόντα, καὶ ἐξ ἀφανοῦς κατέδειξας.
Σὸν θρόνον ἀμφιέπουσιν ἀκήρατοι ὑμνητῆρες,
Ἔνθεν μυριάδες, καὶ χιλιάδες πάλιν ἔνθεν,
Ἀγγελικῆς στρατιῆς πυρόεις χορὸς, ἄφθιτοι ἀρχὴν
Λαοὶ πρωτοτόκων, καὶ λαμπομένων χορὸς ἄστρων·
B
Πνεύματα θεσπεσίων ἀνδρῶν, ψυχαί τε δικαίων,
Πάντες ὁμηγερέες, καὶ σὸν θρόνον ἀμφιέποντες,
Γηθοσυνῇ τε, φόβῳ τε, διηνεκὲς ἀείδουσι
Ὕμνον ἀνηχνείοντες ἀκήρατον, ἢ καὶ ἄπαυστον·
Σοὶ χάρις, ὦ πάντων βασιλεῦ, πάντων δὲ ποιητά·
Οὗτος ἀκήρατος ὕμνος ἐπ' οὐρανίοιο χοροῖο.
Ναὶ λίτομαι κἀγὼ, πάτερ ἄφθιτε, καὶ γόνυ κάμπτω
Ἡμετέρης κραδίης, πάτερ ἄμβροτε, καὶ νόος ἔνδον
Πρηνὴς σοῦ προπάροιθε· κάρη δέ μοι ἐς χθόνα νεύει
C
Λισσομένῳ· κεῖμαι δ' ἱκέτης, καὶ δάκρυα χεύω.
Οὐδὲ γὰρ ἄξιός εἰμι πρὸς οὐρανὸν ἀντία λεύσσειν.
Ἀλλὰ σύ μ' οἰκτείροις, ἐλέους πάτερ, ἵλαος ἔσσο
Σῷ κινυρῷ θεράποντι· Σάου δέ με χεῖρα τανύσσας
Ἐξ ὀνύχων θανάτοιο, νοήματα πάντα καθήρας.
Μή μ' ἀπογυμνώσῃς σοῦ πνεύματος, ἀλλ' ἔτι μᾶλλον
Χεῦε μένος καὶ θάρσος ἐνὶ στήθεσσιν ἐμοῖσιν·
Ὄφρα σε καὶ κραδίῃ, καὶ χείλεσι καλὸν ἀείσω.
D
Ὥσπερ ἐμῷ γενετῆρι, σῷ θεράποντι παρέστης,
Δός καὶ ἐμοὶ καθαρὸν βίοτον, καθαρήν τε τελευτὴν,
Ἐλπωρήν τε τυχεῖν ἀγαθὴν, ἔλεόν τε, χάριν τε,
Πάντα δ' ἀμαλδυνέει, ὅσα ἤλιτον ἐκ νεότητος,
Ὡς ἀγαθὸς βασιλεύς· ὅτι σοὶ χάρις ἤματα πάντα.
Σοὶ χάρις ἤματα πάντα, καὶ εἰς αἰῶνας ἅπαντας.

Precatio, Carmine Heroico. Carm. XIV.

Tibi gratiæ, o Rex cunctorum, conditorque cunctorum
Tibi gratiæ, qui cognoscenda mente, visibiliaque, jussu,
Cum ante non essent, ut essent fecisti, & ex obscuro in lucem edidisti.
Tuum circumsistunt thronum immortales tuæ laudis cantores.
Hinc millia multa, & inde rursus millia multa,
Igneus Angelicæ militiæ chorus, perennis ab initio
Populus primogenitorum, lucentiumque chorus astrorum:
Virorum etiam Divinorum spiritus, animæque justorum,
Confertim simul omnes thronum tuum circumstipantes,
Lætitia, pavoreque perpetuum te canunt,
Perennem accinentes hymnum, & incessabilem,
Tibi gratiæ, o rex cunctorum, cunctorumque conditor.
Hic est perpetuus ille in choro cælestis cantus.
Sed & ego tibi supplico, pater æterne, & genu flecto
Mei cordis, pater immortalis: mensque intus
Ad pedes tibi accidit; vultus autem in terram demittitur
Te prece adeunti. Procumbo supplex, & fundo lacrymas:
Nec enim dignus sum, ut in cælum oculos attollam.
At tu miserere mei, pater misericordiæ, & esto propitius
Questibus te invocanti servo tuo. Eripe me quæso extensa manu
E mortis unguibus, cunctis animi mei perpurgatis sensibus.
Ne me tuo priva spiritu; quin potius amplius
Infunde robur fiduciamque pectoribus meis.
Ut te & corde & labiis rite canam,
Non secus ac patri meo, tuo famulo, adsuisti.
Da mihi & sancte vivere, & sancte mori.
Da spei potiri bonæ, da misericordiæ, da gratiæ.
Cuncta vero mea a prima juventute delicta dele
Ut pius rex. Nam in omne tibi debetur ævum gratia.
In omne sit tibi ævum gratia, & in sæculorum sæcula.

V. 28. Ἀμαλδυνέει] Malim, ἀμαλδύνῃς, ὅσσ' ἤλιτον: & paullo ante, γενετῆρ, ὡς σῷ.

Ἐξομολόγησις καὶ δοξολογία δι' ἡρωϊκῶν καὶ ἐλεγείων.

E

Δόξα Θεῷ τῷ πατρὶ, καὶ υἱῷ παμβασιλῆϊ.
  Δόξα πανευφήμῳ πνεύματι παναγίῳ.
Ἡ Τριὰς εἷς Θεός ἐστιν, ὃς ἔκτισε, πλῆσέ τε πάντα,
  Οὐρανὸν οὐρανίων, γαῖαν ἐπιχθονίων·
Πόντον, καὶ ποταμοὺς, καὶ πηγὰς πλῆσεν ἐνύδρων,
  Πάντα ζωογονῶν πνεύματος ἐξ ἰδίου·
Ὄφρα σοφὸν κτίστην πᾶσα κτίσις ὑμνήσειε,
  Τοῦ ζῆν, τοῦ τε μένειν, αἴτιον ὄντα μόνον.
Ἡ λογικὴ δὲ μάλιστα φύσις διὰ παντὸς ἀείσῃ
  Ὡς βασιλῆα μέγαν, ὡς ἀγαθὸν πατέρα,

Confessio & Gratiarum actio, Carmine Heroico & Elegiaco. Carm. XV.

Gloria Deo Patri, & filio Regi maximo:
  Gloria Spiritui maxime benedicto, sanctissimo.
Trinitas unus Deus est, qui cuncta creavit, implevitque,
  Cælitibus cælum, terramque terrestribus;
Et mare, & fluvios, fontesque refersit aquatilibus.
  Cuncta vivificans proprii spiritus efficacia.
Ut omnis creatura conditorem suum laudibus prosequeretur,
  Qui & vitæ, & constantiæ, unicus ipsis auctor est.
Maxime vero ratione prædita natura omni eum laudet tempore,
  Ut magnum regem, ut patrem benignum,

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

Πνεύματι, καὶ ψυχῇ, καὶ γλώττῃ, καὶ διανοίᾳ. A
Δὸς καὶ ἐμοὶ καθαρῶς δοξολογεῖν σε, πάτερ.

Et spiritu, & anima, & lingua, menteque.
Da, Pater, & mihi, ut & corde, & ore puro tuas laudes canam.

V. 10. Ως βασιλεῖα] Videtur hoc nostro familiare fuisse, ut ι addito ι produceret alias ὡς βασιλῆα scribi, legive potuerit.

Ὕμνος ἑσπερινός.

ΣΕ νῦν εὐλογοῦμεν,
Χριστέ μου, λόγε Θεοῦ,
Φῶς ἐκ φωτὸς ἀνάρχου,
Καὶ πνεύματος ἀνάρχου,
Τριττοῦ φωτὸς εἰς μίαν
Δόξαν ἀθροιζομένου.
Ος ἔλυσας τὸ σκότος, B
Ος ὑπέστησας τὸ φῶς,
Ιν᾽ ἐν φωτὶ τὰ πάντα κτίσῃς,
Καὶ τὴν ἄστατον ὕλην
Στήσῃς μορφῶν εἰς κόσμον,
Καὶ τὴν νῦν εὐκοσμίαν.
Ος νοῦν ἐφώτισας ἀνθρώπου
Λόγῳ τε καὶ σοφίᾳ,
Λαμπρότητος τῆς ἄνω
Καὶ κάτω θεὶς εἰκόνα.
Ινα φωτὶ βλέπῃ τὸ φῶς,
Καὶ γένηται φῶς ὅλος.
Σὺ φωστῆρσιν οὐρανὸν
Κατηύγασας ποικίλοις.
Σὺ νύκτα καὶ ἡμέραν C
Αλλήλαις εἴκειν ἠπίως
Εταξας, νόμον τιμῶν
Αδελφότητος καὶ φιλίας.
Καὶ τῇ μὲν ἔπαυσας κόπους
Τῆς πολυμόχθου σαρκός.
Τῇ δ᾽ ἤγειρας εἰς ἔργον,
Καὶ πράξεις τὰς σοὶ φίλας.
Ινα τὸ σκότος φυγόντες
Φθάσωμεν εἰς ἡμέραν,
Ημέραν τὴν μὴ νυκτὶ
Τῇ στυγνῇ λυομένην.
Σὺ μὲν βάλοις ἐλαφρὸν,
Ὕπνον ἐμοῖς βλεφάροις,
Ως μὴ γλῶσσαν ὑμνῳδὸν D
Επὶ πολὺ νεκροῦσθαι.
Μήτ᾽ ἀντίφωνον ἀγγέλων
Πλάσμα σὸν ἡσυχάζειν.
Σὺν σοὶ δὲ κοίτη εὐσεβεῖς
Εννοίας ἐταζέτω,
Μήδ᾽ ἔτι τῶν ῥυπαρῶν
Ημέραν νὺξ ἐλέγξῃ.
Μηδὲ παίγνια νυκτὸς
Ενύπνια θροείτω.
Νοῦς δὲ καὶ σώματος δίχα
Σοὶ, Θεὲ, προσλαλείτω,
Τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ,
Καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι.
Ωι τιμὴ, δόξα, κράτος, E
Εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

Hymnus Vespertinus. Carm. XVI.

TE nunc celebramus,
Christe mi, Verbum Dei,
Lumen de lumine æterno,
Et Spiritus ab æterno,
Trino lumine in unam
Coeunte gloriam:
Qui tenebras solvisti,
Qui lucem produxisti,
Ut cuncta in luce conderes,
Et mobilem materiam
In mundi hanc speciem sisteres,
Et hunc concinuum in ordinem:
Qui mentem humanam illuminasti.
Ratione & sapientia;
Splendoris superi & inferi
Imaginem eum constituens.
Ut lumen lumine cerneret,
Et totus lumen evaderet.
Tu cælum luminibus
Illustre fecisti variis.
Tu noctis & diei
Placidas vicissitudines
Jussisti, legem statuens
Fraternitatis mutuæ.
Illa modum laboribus
Posuisti carnis variæ:
Hac excitasti illam ad opus,
Et amica tibi negotia:
Ut declinatis tenebris
Festinaremus ad diem;
Diem, quam nulla tristior
Nox umquam solvere poterit.
Infunde sed tu palpebris
Levem somnum meis:
Ut ne laudatrix lingua
Longo sopore taceat;
Nec angelorum vox tibi
Quiescat responsoria.
Simul tibi lectulus pias
Cogitationes deferat.
Nec amplius nox sordium
Diem coarguat.
Neque noctis me ludibria
Vana perturbent somnia
Sed mens & absque corpore
Tecum, Deus, loquatur,
Et Patre, & Filio,
Et Spiritu Sancto:
Cui sit honos, gloria, & potentia
In omne sæculum. Amen.

V. 3. Φωτὸς ἀνάρχου] Florentinus Codex habebat φωτὸς εἰς μίαν: quod absque dubio præferendum visum.

V. 9. Πάντα κτίσῃ] Ita Viennensis: Florentinus autem, ἵν᾽ ἐν φωτὶ κτίσῃς τὰ πάντα. τὸ κτίσῃς pro κτίσῃ admisi: nec displicent cetera.

V. 13. Καὶ γένηται φῶς ὅλος] Oratione quadragesima hominem tertium lumen esse dicit post Divinum & angelicum: ubi & hominem φῶς appellari docet διὰ τὴν τοῦ ἐν ἡμῖν λόγου δύναμιν. Distinguendum vero inter φῶς, *lumen*, a φῶ, *luceo*, & φὼς, *homo*, a φῶ, *loquor*.

V. 24. Αδελφότητα] Florent. ἀδελφότητος. Quod rectius

V. 25. Καὶ τὸ μὲν ἔπαυσας κόπων, τὸ δ᾽ ἤγειρας] Flor.
Καὶ τῇ μὲν ἔπαυσας κόπους
Τῆς πολυμόχθου σαρκὸς,
Τῇ δ᾽ ἤγειρας εἰς ἔργον.
Quæ lectio illa altera multis partibus præstat.

V. 38. Ησυχάζειν] Flor. ἡσυχάζοι. Mox pro var. lectione εὐσεβεῖς in margine Codicis Vienn. habebatur pro εὐσεβῆς: quod & admisi. Sic & ibidem ἐξεταζέτω legebatur pro ἐταζέτω. Nec non post paullo θορείτω pro θροείτω.

A

Ἐνόδια.

ΕΝ σοὶ μὲν ἠρεμοῦμεν, ὦ Θεοῦ λόγε,
Μένοντες οἴκοι. σοὶ δ' ἀνάπτομεν σχολήν.

Σὴ μὲν καθέδρα, σὴ δ' ἔγερσις, καὶ στάσις.
Σὴ δ' αὖ πορεία. σοῖς δὲ καὶ νῦν ῥήμασιν
Εὐθυποροῦμεν. ἀλλά μοί τιν' ἀγγέλων
Πέμποις ὁδηγὸν, δεξιὸν παραστάτην,
Ὅς με στύλῳ πυρός τε καὶ νέφους ἄγοι,
Τέμνοι δὲ πόντον, ῥεῖθρα δ' ἱστάη λόγῳ,
Τρέφοι δ' ἄνωθεν καὶ κάτωθεν πλουσίως.
Σταυρὸς δὲ χερσὶν ἐκτυπούμενος θράσος
Ἐχθροῦ κατείργοι· μηδ' ἐν ἡμέρᾳ μέσῃ
Καύστων φλέγοι με, μηδὲ νὺξ φόβον φέροι.
Τὴν δὲ τραχεῖαν καὶ προσάντη μοι τρίβον
Λείαν τιθείη, εὔπορόν τε σῷ λάτρῃ.
Ὡς πολλάκις με καὶ τὸ πρὶν χειρὶ σκέπων,
Γῆς καὶ θαλάσσης ἐξέσωσας κινδύνων,
Νόσων τε δεινῶν, δυσμενῶν τε πραγμάτων.
Ὡς δεξιῶς ἅπαντα, καὶ κατ' ἐλπίδας,
Πράξαντες, αἴσιόν τε τῆς ὁδοῦ τέλος
Εὑρόντες, αὖθις πρὸς φίλους καὶ συγγενεῖς
Παλινδραμῶμεν, ἀσμένοισιν ἄσμενοι
Φανέντες οἴκοι, καὶ πόνων πεπαυμένοι.
Σὲ προσκυνοῦμεν, τῆς τελευταίας ὁδοῦ
Χρήζοντες εὐμενοῦς τε, καὶ ῥάστης τυχεῖν.

C

V. 6. Πέμπεις] Mutavi in πέμποις, & mox τέμνει in τέμνοι, ſententia id exigente: ut & τρέφει in τρέφοι.

Carmen Itinerarium. Carm. XVII.

IN te quieſcimus, o Dei Verbum,
Domi manentes. Tibi acceptum referimus otium.
Tua eſt conſeſſio: tua exſurrectio, & ſtatio:
Tua rurſus eſt profectio. Tuo & nunc numine
Iter ingredimur. At mihi aliquem angelum
Mitte ducem, benivolum cuſtodem,
Qui me columna ignis & nubis ducat,
Et mare dividat, & flumina verbo ſiſtat;
Ubertimque me cibo cælite & infero nutriat.
Crux manibus ſignata audaciam
B Inimici abarceat: nec medio me die
Sirius urat, neque nox terrorem adferat.
Aſperam & difficilem mihi viam
Planam faciat, facilemque tuo famulo.
Ut jam ante perſæpe me dextra tegens
Terra marique periculis eripuiſti,
Morbiſque gravibus, & rebus difficilibus.
Quo feliciter omnibus & pro ſpe
Peractis negotiis, proſperum viæ finem
Inveniamus; & ad amicos ac cognatos ſalvi
Revertamur, cupidi cupidos
Domi reviſentes, jam laborum liberi.
Te prece ſupplici quæſumus, ut viam ultimam
Paratam liceat facilemque nanciſci.

V. 11. Ἐχθρῶν] Lege, ἐχθροῦ, diaboli.

Εἰς τὸν πονηρόν.

ΑΡπασον, ἅρπασον, ἄφθιτέ με
Χειρὸς ἀπ' ἀλλοτρίης.
Μηδ' ἔργοις μογέοιμι κακοῖς,
Καὶ Φαραώ με τρυχοῖ,
Μηδέ με δουλαλῇ κατέχοι,
Χριστὲ, σὸς ἀντίπαλος,
Εἰς Βαβυλῶνά τ' ἄγοι κραναὴν
Ἄγεσι τειρόμενον.
D Ἐν νηῷ δὲ μένοιμι τεῷ
Ἔμπεδος, ὑμνοπόλος,
Μηδέ μέ τις πυρόεις Σοδόμων
Ὄμβρος ὕπερθε βάλοι,
Χειρὶ δ' ἐπισκιάοις κρατερῇ
Πήματα πάντ' ἐλάων.

In Diabolum. Carm. XVIII.

ERipe me, Deus immortalis, eripe me
Ex aliena manu,
Nec pravis afflicter operibus:
Pharao nec me vexet,
Aut tuus me, Chriſte, adverſarius
Manu captum poſſideat,
Ac Babylonem abducat aſperam
Domitum criminibus.
At tua morer in æde,
Perpeti te celebrans laude.
Neque me igneus deſuper
Sodomorum quatiat imber.
Manu me ſed valida obumbrans
Cuncta averrunces mala.

Εἰς τὴν νόσον.

ΗΝ, ἦν, ὅτ' ἤνθουν. ἀλλὰ νῦν εἴμ' ἄχλοος.
Οὔτε πρὶν ἤρθην, οὔτε νῦν κατεστάλην.

Ἀνθεῖν, ἀπανθεῖν, ἄλλο. οὐκ ἄλλος δ' ἐγώ.
Ἄλλα.
E Ἐξ ἰατρῶν πάρειμι τοῦτο κερδάνας,
Τὸ μή τι, Χριστέ, σου φέρειν ἀνώτερον.
Παρ' οὗ τὰ πάντα, καὶ τὸ φαρμάκων σθένος.
Ἄλλα.
Ἰδοὺ τὰ θερμά. τὴν κολυμβήθραν ἔχω.
Ποῦ δ' ἄγγελός μοι; δεῦρο, φαρμάττοις ὕδωρ.

Εἰδ' οὔ. σὺ σῶτερ εἰπὲ, καὶ παγήσομαι.

Ἄλλα.
Πέπληγμ', ἔχω τι κέντρον εἰς Θεοῦ φόβον.
Οἶδ' εὖ πεπονθώς. ἀλλ' ἐπίσχες τὴν νόσον.
Εἰδ' οὐ φίλον σοι. δός γε καρτερῶς φέρειν.
Ἄλλα.
Ἐξηπόρημαι, Χριστέ μου. καὶ τί δράσω;

In morbum. Carm. XIX.

FUit, fuit, quum vigui: at nunc exarui.
Neque tunc ſublatus, neque nunc fractus animo ſum.
Florere, defloreſcere, diverſa: ego ſed idem ſum.
Aliud.
A medicis hoc fero commodi,
Ut ne quid, Chriſte, te ſuperius exiſtimem:
Unde & omnia, & medicamentorum efficacia eſt.
Aliud.
En calidas: piſcinam jam quidem habeo:
Sed unde mihi angelus? Huc deſcende, & aquas tempera.
Sin minus: verbum, Servator, loquere, & reſtituar.
Aliud.
Percuſſus ſum. Habeo ad timorem Dei ſtimulum.
Agnoſco beneficium. Sed pelle, quæſo, morbum.
Quod ſi diſplicet, fac feram fortiter.
Aliud.
Succumbo malis, Chriſte; & quid faciam?

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

A Κριτὴς μὲν εἶ δίκαιος, ἀλλὰ καὶ πρᾷος.
Ποῦ σοῦ τὸ χρηστόν; ἢ μόνοι λελήσμεθα;

Ἀλλα.

Ἔρριψεν, ἔρριψέν με συγκόψας Σατάν.
Σὺ δ' ἐκδέδωκας τῷ κακῷ. τίς αἰτία;
Οὐχὶ πάτησιν σκορπίων ἐλπίζομεν;

Ἀλλα.

Τί ταῦτα, Χριστέ; τοὺς κακοὺς αἰσχύνομαι,
Καὶ τοὺς ἀρίστους, οὐκ ἔχων στάσιν κακῶν·
Οἱ μὲν γελῶσι. τοῖς δ' ὀλώλασ' ἐλπίδες.

Ἀλλα.

Καθ' ἡμέραν θνήσκω τι, καὶ λείπω βίον.
Εἰ μὲν δικαίως ὡς κακὸς, ποῦ χρηστότης;
Εἰ δ' οὐ δικαίως, ποῦ ποτ' ἔννομος κρίσις;

B

Ἀλλα.

Σκοπὸς τέθειμαι πᾶσι, καὶ τοξεύομαι.
Στήτω ποθ' ἡμῖν ὁ φθόνος, στήτω ποτέ.
Χρόνῳ, νόσῳ κέκμηκα, τοῖς φίλων κακοῖς.
Ἀλλ' οὐ θέλεις; προσέρχομαι. Δίδου χεῖρα.

Ἀλλα.

Ὄλωλ', ὄλωλα συμφοραῖς. σοὶ δ' ὄλλυμαι.
Σὺ γὰρ Θεός μου. σὺ ζόφον λύοις κακῶν
Νεκρῷ πνέοντι μικρὸν, ἢ λυπρὸν βίον.

Ἀλλα.

Τί τῇδε μοχθῶ τοῖς κακοῖς ἐσφιγμένος,
Φθόνου πάλαισμα, καὶ γέλως τοῖς πλείοσιν;
C Ἄλλοις τὰ λαμπρὰ τοῦ βίου, λύσις δ' ἐμοί.

Ἀλλα.

Καλεῖς, καλεῖς με. προστρέχω· δέδοικα δὲ
Τὸ πῦρ, τὸ χάσμα, τὴν ζέσιν τοῦ πλουσίου.
Τίς Ἀβραὰμ δώσει με τοῖς κόλποις φέρων;

Ἀλλα.

Ἦ πόλλ' ἀνέτλην ἐν βίῳ· τὰ δ' ἔλπομαι.
Εἰ μ' αὐτόθεν λύσειας, οἰστά μοι τάδε.
Εἰ δ' οὐ λύσειας, φεῦ βίου, φεῦ ἐξόδου.

Ἀλλα.

Τί με κρατεῖς, δεσμῶτα, τὸν ἐλεύθερον;
Χριστὸς καλεῖ με. Κεῖσο τῇδ' ἐρριμμένος.
Δέχου με, σῶτερ. πλὴν κάθαρσις ἐνδεής.

D

Ἀλλα.

Τριὰς, λαλείτω καὶ καταρτίζοι λόγον
Ἄλλος τις, ὅσπερ ἄξιος. θρόνων δ' ἐγὼ
Εἴξω. Θεῷ γὰρ προσλαλῶν οὐ παύσομαι.

A Juſſus tu quidem judex es: ſed & mitis.
Ubi tua clementia? an vero ſoli negligimur?

Aliud.

Dejecit, dejecit me conciſum Satan.
Tu vero me illi tradidiſti. Quæ ratio?
Numquid non ſcorpiones calcare ſperamus?

Aliud.

Quid hoc, Chriſte? & ad malos erubeſco,
Et ad bonos, nulla cum ſit malorum quies.
Et illi quidem rident: at his ſpes bona periit.

Aliud.

Quotidie morior, & vitam linquo,
Si merito, ut malus, ubi tua clementia eſt?
Sin immerito: ubi tandem juſtum tuum eſt judicium?

B

Aliud.

Scopus omnibus poſitus ſum; ſagittis impetor.
Ceſſet tandem nobis invidia; tandem ceſſet.
Tempore, morbo deficio, & amicorum malis.
At non vis? Ad te accedo, porrige manum.

Aliud.

Pereo, pereo malis. Tibi ſed pereo.
Tu namque Deus meus. Tu libera ærumnarum caligine
Mortuum, qui vel tenuem, vel mœſtum ſpiritum trahit.

Aliud.

Quid hic laboro conſtrictus malis,
Invidiæ luctamen, & plurimis ludibrium?
C Alii ſplendorem vitæ optent: at ego abitum.

Aliud.

Vocas, vocas me. accurro. Metuo tamen
Ignem, hiatum, ardoremque divitis.
Quis in Abrahami me ſinum vehens deferet?

Aliud.

Permulta ſane in vita pertuli: alia ſed ſpero.
Quod ſi me his exſolveris, tolerabilia adhuc ſunt.
Quod ſi non exſolveris, hei mihi! quæ vita? hei quis exitus!

Aliud.

Quid me retines, Commentarienſis, qui liber ſum?
Chriſtus me vocat. Iſthic abjectus jace.
Recipe me, Servator: ſed necdum plene purgatus ſum.

D

Aliud.

Trinitas prædicetur: vices loquendi meas ſuſcipiat
Alius aliquis, qui dignus videbitur. Sede ſed ego
Cedam. Nec ſic tamen cum Deo ceſſabo loqui.

V. 5. Τὸ μή τε] Rectius Flor. τὸ μή τι. Quam lectionem ſecutus ſum, & expreſſi in interpretatione.
V. 17. Τῷ κακῷ] Flor. μ' εἰς κακόν.
V. 18. Ἐλπίζομεν] Vid. Lucæ cap. x. 19.
V. 28. Προσέρχομαι] Flor. πρός σ' ἔρχομαι.
V. 34. Τὰ λαμπρὰ] Ab interpretibus ſunt illa, quæ in Florentino, & in margine Viennenſis Codicis pro varia lectione exſtant, καλὰ, & τερπνά. Mox in Florentino λύσιν pro λύσις legitur: quod perplacet, ſubintellecto δός. Id eſt, *da aliis vitæ frui ſplendoribus, mibi vero concede abitum.*

V. 43. Πλὴν κάθαρσις ἐνδεής] Pro eo in Florentino erat, μὴ προῇς σὴν εἰκόνα, *ne tuam prode imaginem.*
V. 44. Τριὰς, λαλείτω] Verſus hi Carmini ſexto in ms. ſubjecti erant; verum quod carmina hæc ternis ſingula verſibus conſtarent, huc illos referre ſatius duxi: licet nec heic commodus iis locus ſit. Ceterum Tetraſtichis Jambicis Operum p. 156. in ms. præfixum hoc diſtichon fuit:
Γρηγορίου πόνος εἰμί. τετραστιχίην δὲ φυλάσσω
Γνώμαις πραγματικαῖς, μνημόσυνον σοφίης.

Τοῦ Θεολόγου πρὸς τὸ ἀναπνεῖν αὐτὸν τὰ τελευταῖα ῥηθέντα.

E

Ἄγγελοι αἰγλήεντες ἀπειρέσιον κατὰ κύκλον
Τριστοφαοῦς θεότητος, [1] ὃ μὸν σέλας, ἀμφιέποντες,
Γρηγόριον δέξασθ' ἀνάξιον, ἀλλ' ἱερῆα.

Ultima Theologi verba, quum animam exſpiraret. Carm. XX.

Angeli fulgentes in immenſo cæli gyro
Trilucidæ Trinitatis, quod meum jubar eſt, miniſtri,
Recipite Gregorium indignum quidem, attamen ſacerdotem.

V. 3. Δέξασθ'] Ita erat in Viennenſi: in Florentino vero δέξασθαι. Malim, δέξασθε, vel δέξαισθε. Quamquam non ignoro infinitivum apud Græcos ſæpe pro imperativo poni.

1. Tollium heic male in duo verbum unum partiri, nempe ἐμὸν in ὃ μὸν, ſuperius animadvertit cl. Muratorius ad Epigramma CXI. ubi ejuſdem Gregorii lectio huic gemina occurrit:
Ἡ τριὰς, ἣν ποθέεσκες, ἐμὸν σέλας.
Hunc itaque locum ita reddendum cenſet vir doctus: *Triluminis deitatis unum jubar.* Et v. ſuperiore, ἀπειρέσιον κατὰ κύκλον, libentius verteret, *immenſum in gyrum*, vel *immenſo in orbe.*

F I N I S.

A D D E N D A
AD CARMINA
S. GREGORII NAZIANZENI

E LAMBECIO *lib.* III. *pag.* 177. Bibl. Cæsar.

Operum NAZIANZENI *noviss. editioni Coloniensi quatuor extremi versus desunt; quos heic addere visum.*

Εἰκὼν κενοῦται, τίς βοηθήσει λόγος;
Εἰκὼν κενοῦται, δῶρον ἀχράντου Θεοῦ.
Ὑβρίζετ' εἰκών, ἄσθομ' ὦ φθόνε, φθόνε.
Ἀλλοτρίοις λόγοις τε καὶ νοήμασι.
A
Πηγὴ κακῶν μὴ βλύζε, μὴ μάταια φρήν.
Εἰ δ' οὖν, σὺ γλῶσσα μὴ δέχου τὸν βόρβορον.
Εἰ δ' οὖν, σὺ χεὶρ μὴ δέχου τὰ χείρονα.
Οὕτως ἂν ἡμῖν εἰκὼν ἄφθαρτος μένοι.

PHILÆ *Epigramma in margine oper.* GREG. *exaratum.*

Τὸν ἀστικὸν θόρυβον οὐ [1] στέργων Πάτερ
Εἰς πόντον ἐκπλεῖς, ἀλλ' ὑποστρέφεις πάλιν
Ἐκεῖθεν ἡμῖν ὄλβον οὐ φαῦλον φέρων.

Codicis GREG. NAZIANZ. *margini adscriptum:*

Νοῦς πυρόεις καὶ μῦθος ἡ βίβλος ἥδε·
Τοὺς ἀνόμους φλεγέθει, τοὺς περὶ θεσμὸν ὕει.

Carmen Tetrastichis editis GREGORII NAZ. *præfigendum:*

Γρηγορίου πόνος εἰμί. τετραστιχίην δὲ φυλάσσω
Γνώμαις πνευματικαῖς, μνημόσυνον σοφίης.

1. Στέργων] Male *στέγων* in Lambecio.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
370.

SANCTI
GREGORII NAZIANZENI
EPISTOLÆ,

Quæ in editis ejus operibus desiderantur.

I.

[a] Γρηγορίου ἐπιστολὴ πρὸς Νεκτάριον ἐπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως χειροτονηθέντα μετὰ τὴν αὐτοῦ ὑποχώρησιν. A

ΕΔει τὸ βασίλειον ἄγαλμα τὴν βασιλίδα πόλιν κοσμεῖν, διὰ τοῦτό σε μὲν ὡς ἔπρεπεν ἐπικόλπιον ἔχει μετὰ τῶν ἀρετῶν καὶ τῶν λόγων καὶ τῶν ἄλλων καλῶν, οἷς ἡ θεία σε χάρις ἀξιοπρεπῶς κατεπλούτησεν. ἡμᾶς δὲ ἀπεσκυβάλισε καὶ ἀπέρριψεν, ὡσανεὶ συρφετόν τινα καὶ κῦμα θαλάσσιον. ἀλλ' ἐπειδὴ τὰ τῶν φίλων κοινὰ, κοινοποιοῦμαι μὲν ἐγὼ τὴν σὴν εὐπραγίαν, καὶ τῆς τε δόξης μετασχεῖν ἡγοῦμαι, καὶ τῆς ἄλλης εὐημερίας. κοινώνει δὲ καὶ αὐτὸς [1] ὡς δεῖ τῶν ἐνταῦθα φροντίδων καὶ περιστάσεων τοῖς σοῖς ἀποδήμοις, καὶ μὴ μόνος τὸ χρηστὸν ἀπολαβὼν ἔχε· τοῦτο δὴ τὸ τῶν τραγῳδῶν· ἀλλὰ καὶ τῶν πόνων ἐν μέρει συναντιλαμβάνου τῷ φίλῳ· ἵνα καθόλου δίκαιος ἦς, δικαίως καὶ ἴσως διαιτῶν φιλίᾳ καὶ φίλοις. καί σοι [2] παραμένοι τὸ εὐπραγεῖν χρονιώτερον, ὡς καὶ εὖ δράσῃς πλεῖον, μᾶλλον δὲ ἀναφαίρετόν σοι προσείη καὶ ἀΐδιον, μετὰ τὴν ἐντεῦθεν εὐημερίαν [3] ἐπὶ τὴν ἐκεῖ διάβασιν. B

GREGORII *Epistola ad Nectarium Episcopum Constantinopoleos, qui ordinatus fuit postquam ille secessisset.*

OPortebat ut regiam urbem regium decus exornaret. Ideo te quidem sicuti decet sinu suo fovet atque complectitur, cum virtutibus, & sermonibus, aliisque præclaris, quibus te divina gratia condigne locupletavit. Nos vero expulit ac projecit velut retrimenta & quisquilias, glumam & fluctus marinos. Verum quandoquidem res amicorum communes sunt, ego quidem tecum communico felicitatem, tuæque gloriæ particeps esse mihi videor, necnon reliquæ prosperitatis. Tu vero, sicut oportet, communes quoque habe nobiscum peregrinis tuis curas atque ærumnas hujus loci: nec solus, id quod suave est consequere; juxta Tragicos; sed & labores ac molestias simul cum amico ex parte suscipe: quo undique justus evadas, juste & ut par est vivens amicitiæ atque amicis. Ac apud te diuturnior maneat prospera fortuna, ut & magis bene facias; immo tibi adsit stabilis atque perpetua, post hujus sæculi tranquillitatem, & transitum ad illud ævum.

II.

[b] Βασιλίσσῃ.

C ΕΙ' μὴ περιττὸν τὴν πονοῦσαν ἐγεῖραι πρὸς πόνους, οὐκ ὀκνήσω τῆς κοινῆς ἕνεκεν [4] ἀσφαλείας, ὅπως ἂν δύνωμαι, τὴν σὴν ἐπιῤῥῶσαι προθυμίαν, οὐ κατὰ προσθήκην ἑτέρων τινῶν, ἢ ξένων παραγγελμάτων, ἀλλὰ πρὸς ὑπόμνησιν τῶν ἡμῖν τε πολλάκις εἰρημένων, καὶ σοὶ συνήθως ἐκπονουμένων. Ταῦτα δέ ἐστιν· ἄγειν τὴν ψυχὴν τῶν λυπηρῶν ἀνωτέραν σῇ περὶ τὰ κράτιστα διατριβῇ, ἀποκρίνειν τῆς διανοίας πᾶν, ὅσον ἀρετῆς ἀλλότριον, καὶ τῆς σῆς ἀνάξιον γνώμης, συντείνειν ἑαυτὴν πρὸς εὐσέβειαν καὶ πᾶσαν εὐκοσμίαν, λεπτύνειν τὸν νοῦν εἰς τὸ μηδὲν μήτε δέχεσθαι μήτε φρονεῖν ἀνεξέταστον, κρατύνειν τὴν φρόνησιν κατὰ πάντα καιρὸν, καὶ πάντα τρόπον τῷ προσομιλεῖν ἂν ταῖς τῶν προλαβόντων ὑποθήκαις ὁσίων, προτάττειν πάσης ἀπεχθείας καὶ φιλίας τὴν πρὸς τοὺς οἰκείους καὶ ξένους δικαιοσύνην, σύνοικον ἔχειν καὶ συνόμιλον πάντοτε τὴν σωφροσύνην, ἐῤῥιζωμένην εἰλικρι- D

Ad Basilissam.

NI supervacaneum videatur te ultro jam laborantem ad labores incitare; tuum in hanc rem alacre studium pro virili confirmare communis utilitatis gratia non recusabo: non alia quidem plane nova tibi monita tradens, sed ea commemorans, quæ sæpe diximus, in quibus exercere te maxime consuevisti. Ea sunt: animum afflictionibus superiorem constituere, magnanimis in rebus versando: secernere a mente tua quidquid a virtute sit alienum, animoque tuo prorsus indignum: temet ipsam ad pietatem, & moderationem omnem componere: tuam acuere mentem, ne quid amplectatur, neve quid cogitet, quod non fuerit antea bene discussum: te tuumque animum omni tempore & modis omnibus confirmare, sanctorum qui nos præcessere, monita contemplando: odio & amicitiæ omni præferre justitiam æquitatemque in tuos & extraneos: tem-

1. Ὡς δεῖ] Al. ὅσα δέ.
2. Παραμένοι] Al. παραμείνῃ.
3. Ἐπὶ τὴν ἐκεῖ] Al. καὶ τὴν ἐκεῖθεν.
4. Ἀσφαλείας] Legendum puto ὠφελείας. BONGIOVANNIUS.

a Γρηγορίου ἐπιστολὴ πρὸς Νεκτάριον] Hanc epistolam primus edidit ex codd. regiis Cotelerius in notis ad sancti Barnabæ epist. cap. XI. Exstant autem aliæ epistolæ IV. inter editas Gregorianas Nectario episcopo CP. inscriptæ, nimirum LI. LII. CCXXVI. & CCXXVII. Cui etiam Gregorius Orat. XLVI. nuncupavit.

b Βασιλίσσῃ] Ex amplissimæ Venetæ bibliothecæ Græcæ codice LXXXI. qui sancti Gregorii Nazianzeni epistolas CCXXXI. complectitur, hanc *Basilissæ* inscriptam quæ est num. CLXXXVI. eruit V. C. Antonius Bongiovanni, quondam mihi fidus συνόμιλος, ac Latine redditam vulgavit anno 1754. in opere cui titulus, *Memorie per servire all' Istoria letteraria*, tom. IV. part. III. pag. 55. An vero hujusmodi epistola magnum illum Theologum parentem agnoscat, in *Prolegominis* disquirimus.

νῶς τῇ ψυχῇ, καὶ παγίως ἱδρυμένην, μὴ συμμεταβάλλειν τὸν τρόπον ταῖς ἀνωμαλίαις τοῦ βίου καὶ μεταβολαῖς. οὔτε γὰρ ἐν πενίᾳ τὸ φρόνημα τοῦ βίου συστέλλειν εὐπρεπὲς, οὔτε ἐν περιουσίᾳ μέγα φρονεῖν ἀσφαλές· διὸ δὴ κράτιστον ἀσκεῖν ἐν μὲν τοῖς τέρπουσι τὴν ἐγκράτειαν, ἐν δὲ τοῖς λυπηροῖς τὴν καρτερίαν, ἀμνημονεῖν τῆς παλαιᾶς περιουσίας, αἰτεῖν τὴν αὐτάρκειαν, στέργειν τὸ διδόμενον, ἐλπίζειν τὸ βέλτιον, καὶ φέρειν πρᾴως τὴν τοῦ σώματος ἀῤῥωστίαν, ἐπὶ μηδενὶ μεμψιμοιρεῖν, μηδὲ σχετλιάζειν, ἀλλ' εὐχάριστον εἶναι περὶ τὴν πρόνοιαν, ὅστις εἴη, καὶ κρύπτειν πολλάκις τὰς αἰτίας τῶν γινομένων, ἀλλ' οὐκ ἀμελεῖν τοῦ πρὸς ἀξίαν, πρὸς ἣν [1] ἀποδιδοῦσα λογίζου πρὶν ἐξειπεῖν τὸ λεκτέον, καὶ πρὸ τοῦ πρᾶξαι τὸ πρακτέον. οὕτω γὰρ δ' ἔσται σοι πᾶν τὸ ῥηθὲν, ἢ πραχθὲν ἀμεταμέλητον. ἀσχημονεῖν ἡγοῦ μὴ τοῖς ἔξωθεν προκαλύμμασι. πλοῦτον νόμιζε γνήσιον, καὶ βέβαιον τὴν ὀλιγόδειαν· οὐ γὰρ ἐν τῷ πολλὰ κεκτῆσθαι τὸ πλουτεῖν ἐστι βεβαίως, ἀλλὰ τῷ μὴ πολλῶν δεῖσθαι. τὸ μὲν γὰρ ἐπὶ σοὶ, τὸ δὲ τῶν ἔξωθεν. ῥύθμιζε τὸν μὲν τρόπον ἐπιεικείᾳ, τὸ δὲ ἦθος ἀταραξίᾳ, τὴν δὲ γλῶτταν βραχυλογίᾳ. διὰ δὲ τούτων κόσμει τὴν κεφαλὴν τῷ σκέπειν, τὰς δὲ ὀφρῦς τῷ κατεσταλμένας ἔχειν, τοὺς δὲ ὀφθαλμοὺς τῷ συνιδεῖν, καὶ κοσμίως βλέπειν, τὸ δὲ στόμα τῷ μηδὲν ἀπρεπῶς λαλεῖν, τὰ δὲ ὦτα τῷ μόνῳ τοῖς σπουδαίοις ὑπέχειν, σύμπαν δὲ τὸ πρόσωπον τῷ ἐξ αἰδοῦς χρώματι. ἐν πᾶσι δὲ, καὶ διὰ πάντων φύλαττε σεαυτὴν ἀμόλυντον, ὥσπέρ τι κειμήλιον ἄψαυστον. κόσμος γὰρ οἰκεῖος, πρέπων γυναιξὶ, σεμνότης, εὐστάθεια, σωφροσύνη. τρυφὴν νόμιζε καλλίστην ὁμοῦ καὶ ῥᾴστην, τὴν χρειώδη τροφήν. αὕτη γὰρ καὶ καθ' ἑαυτὴν ἐπαινετὴ, καὶ πρὸς τὸν ἐν σωφροσύνῃ βίον αἱρετὴ, καὶ πρὸς ὑγείαν ἀρίστη, καὶ συμμετρίαν, καὶ τὴν ἄλλην εὐκοσμίαν, καὶ παιδείαν οὐκ ἀνόνητος.

perantiam inceſſanter colere, quæ ſolidas in animam radices agat, eique firma & fixa ſemper hæreat: non committere, ut ad hujuſce vitæ viciſſitudines immutationeſque ſimul immutentur & mores. Nam cum in paupertate ac miſeria frangi animum turpe eſt; tum rerum omnium affluentibus copiis inſolenter efferri, minime tutum. Quam ob rem pulcherrimum eſt ſecundis in rebus exercere continentiam & moderationem; in adverſis contra præ ſe ferre patientiam atque conſtantiam. Veteris præterea abundantiæ oblivisci decet: quærere quantum victui ſat eſſe poſſit: oblatis acquieſcere: ſperare meliora: patienter ferre corporis infirmitates: nulla de re conqueri, neque dolere, ſed providentiæ, quantulacumque demum ſit, gratias agere: tegere ſæpe cauſſas eorum, quæ fiant: minime vero negligas, quod tuæ dignitatis ſit, ad quam fac reſpicias, antequam quidquam dicas aut agas. Ita enim fiet, ut nullius te dicti neque facti umquam pœniteat. Velim ſic exiſtimes te non externis indumentis decorari. Genuinas ac ſolidas opes habeto, paucarum rerum indigentiam atque frugalitatem. Solidæ quippe divitiæ non in eo ſitæ ſunt, quod multa poſſideas; ſed in hoc, quod rebus multis non egeas. Hoc enim in te ipſa eſt; illud in rebus externis. Fac animum componas æquitate, mores modeſtia, linguam breviloquentia; atque ita cura, ut ornes caput operimentis, ſupercilia contractione, oculos modeſto intuitu, ora decenti ſermone, aures honeſti dumtaxat ſermonis auditu; totam denique faciem eo colore, qui verecundiam præ ſe ferat. In omnibus autem & per omnia fac temet ipſam intactam cuſtodias, uti rem pretioſam. Ornamentum enim mulierum proprium, eiſque maxime conveniens eſt ſanctimonia, caſtitas atque modeſtia. Delicias pulcherrimas ſimul & comparatu faciliimas ducito frugalem victum; hic enim cum ipſe per ſe laudabilis eſt, tum ad moderate vivendum optabilis, tum ſaluti maxime conferens, & reliquæ temperantiæ & modeſtiæ rectæque diſciplinæ non inutilis.

III.

[2] ΓΡΗΓΟΡΙῼ ΕΤΑΙΡῼ.

GREGORIO SODALI.

[a] Gregorius Theologi pater Euſebium Samoſatenſem, miſſo Euſtathio diacono, invitat ad electionem epiſcopi Cæſarienſis, ut eo adjuvante Baſilius elegi poſſit.

Τίς δώσει μοι πτέρυγας ὡσεὶ περιστερᾶς; ἢ πῶς ἀνακαινισθῇ μου τὸ γῆρας; ὥστε με δυνηθῆναι διαβῆναι πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην, καὶ τόν τε πόθον ὃν ἔχω ἐφ' ὑμῖν ἀναπαῦσαι, καὶ τὰ λυπηρὰ τῆς ψυχῆς διηγήσασθαι, καὶ δι' ὑμῶν εὑρέσθαι τινὰ παραμυθίαν τῶν θλίψεων. ἐπὶ γὰρ τῇ κοιμήσει τοῦ μα-

Quis [a] dabit mihi alas ſicut columbæ, aut quomodo ſenium meum renovetur, ut ad dilectionem veſtram tranſire, & meum veſtri deſiderium exſatiare poſſim, & moleſtias animi narrare, & a vobis aliquod afflictationum levamen conſequi? Nam mortuo beato epiſcopo Euſebio, metus nos cepit

[a] Pſalm. LIV. 7.

1. Ἀποδιδοῦσα] Fortaſſe legendum ἀποβλέπουσα. BONGIOVANNI.

2. Γρηγορίῳ] Hic titulus ſic habetur in codicibus Vat. Med. & Coisl. primo: Γρηγορίῳ ἑταίρῳ περὶ τῆς κοιμήσεως Εὐσεβίου τοῦ ἐπισκόπου. καὶ ὅτι ἔχει πρὸ ὀφθαλμῶν τὸν εἰς τὴν ἐπισκοπὴν ἐπιτήδειον, *Gregorio ſodali de obitu Euſebii epiſcopi; & quod habet præ oculis virum ad epiſcopale munus idoneum.* Legi non poteſt attentius hæc epiſtola, quin eam non a Baſilio, ſed potius de Baſilio ſcriptam eſſe pateat. Plures tamen decepit titulus; at hodie inter eruditos ſere convenit eam a Gregorio patre, filii manu, ad Euſebium Samoſatenſem ſcriptam fuiſſe. Nam ſenem ſe eſſe declarat auctor epiſtolæ & in Cappadocia epiſcopum, ut qui litteris cleri ad electionem epiſcopi, & eccleſiæ Cæſarienſis defenſionem invitatus fuerit. Is autem ad quem ſcribit & eadem dignitate præditus erat, & laboribus pro Eccleſia ſuſceptis clarus, & amicus Baſilio, nec Cappadociæ vicinus. Omnia in Euſebium Samoſatenſem mirifice conveniunt, quem Baſilii ordinationi ſcimus interfuiſſe.

a *Gregorius Theologi pater* cet.] Inter Nazianzeni epiſtolas duæ occurrunt num. XXII. XXIII. ἐκ προσώπου τοῦ ἑαυτοῦ πατρὸς, *patris ſui* Gregorii *nomine* ſcriptæ; altera quidem ad Cæſarienſes, altera vero ad epiſcopos: ac utriſque id unum curat Theologi pater, ut Baſilius eccleſiæ Cæſarienſis epiſcopus inſtituatur. Quibus ergo hæc tertia quoque videtur addenda, eadem de cauſſa a Gregorio patre, *filii manu*, ut ait vir doctus, conſcripta. Eſt vero inter Baſilianas num. XLVII. noviſs. edit. tom. III. pag. 140. al. IV.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

κυρίου Εὐσεβίου τοῦ ἐπισκόπου φόβος ἡμᾶς κατέλαβεν A οὐ μικρὸς, μή ποτε οἱ ποτὲ [1] ἐφεδρεύοντες τῇ ἐκκλησίᾳ τῆς μητροπόλεως ἡμῶν, καὶ βουλόμενοι αὐτὴν αἱρετικῶν ζιζανίων πληρῶσαι, καιροῦ νῦν λαβόμενοι, τὴν πολλῷ καμάτῳ καταπαρεῖσαν ἐν ταῖς ψυχαῖς τῶν ἀνθρώπων εὐσέβειαν, ταῖς παρ᾽ ἑαυτῶν πονηραῖς διδασκαλίαις ἐκριζώσωσι, καὶ ταύτης τὴν ἑνότητα κατατέμωσιν, ὅπερ καὶ ἐπὶ πολλῶν ἐκκλησιῶν πεποιήκασιν. ἐπειδὴ καὶ γράμματα πρὸς ἡμᾶς ἀφίκετο τοῦ κλήρου, παρακαλοῦντα μὴ παροφθῆναι ἐν καιρῷ τοιούτῳ, περιβλεψάμενος ἐν κύκλῳ ἐμνήσθην τῆς ὑμετέρας ἀγάπης, καὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως, καὶ τοῦ ζήλου ὃν ἔχετε ἀεὶ ὑπὲρ τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ. καὶ τούτου ἕνεκεν ἀπέστειλα τὸν ἀγαπητὸν Εὐστάθιον τὸν συνδιάκονον, παρακαλέσαι ὑμῶν τὴν σεμνοπρέπειαν, καὶ δυσωπῆσαι B πᾶσι τοῖς ὑπὲρ τῶν ἐκκλησιῶν καμάτοις καὶ τὸν παρόντα ἐπιθεῖναι· κἀμοῦ τι τὸ γῆρας τῇ συντυχίᾳ ἀναπαῦσαι· καὶ τῇ ὀρθῇ ἐκκλησίᾳ τὴν περιβόητον εὐσέβειαν διορθώσασθαι, δόντας αὐτῇ μεθ᾽ ἡμῶν (εἰ ἄρα καταξιωθείημεν συναντιλαβέσθαι ὑμῖν τοῦ ἀγαθοῦ ἔργου) ποιμένα κατὰ τὸ βούλημα τοῦ κυρίου, δυνάμενον διϊθῦναι τὸν λαὸν αὐτοῦ. [2] ἔχομεν γὰρ πρὸ ὀφθαλμῶν ἄνδρα ὃν οὐδὲ αὐτοὶ ἀγνοεῖτε· οὗ εἰ καταξιωθείημεν ἐπιτυχεῖν, οἶδα ὅτι μεγάλην παῤῥησίαν πρὸς τὸν Θεὸν κτησόμεθα, καὶ τῷ ἐπικαλεσαμένῳ ἡμᾶς λαῷ μεγίστην εὐεργεσίαν καταθησόμεθα. [3] ἀλλὰ παρακαλῶ καὶ πάλιν καὶ πολλάκις, πάντα ὄκνον ὑπερθεμένους ἀπαντῆσαι καὶ προλαβεῖν τὰ ἐκ τοῦ χειμῶνος δυσχερῆ. C

haud parvus, ne forte qui aliquando ecclesiæ metropolis nostræ insidiati sunt, eamque hæreticis zizaniis complere voluerunt, nunc occasionem nacti, satam multo labore in hominum animis pietatem pravis suis doctrinis eradicent, ejusque scindant unitatem: quod & in multis ecclesiis factitarunt. Postquam autem & cleri litteræ ad nos venerunt, exhortantes ut ne ejusmodi tempore despiciamus; circumspiciens quoquoversum, recordatus sum vestræ caritatis rectæque fidei, & studii quod semper in ecclesias Dei adhibetis. Atque ea de caussa misi dilectum Eustathium condiaconum, qui vestra gravitatem adhortetur, exoretque ut exantlatis omnibus pro ecclesiis laboribus hunc quoque addatis, simulque senium meum vestro recreetis congressu, ac percelebrem sanæ ecclesiæ pietatem instauretis, præficientes ei una nobiscum (si modo digni habeamur, qui vobiscum opus bonum adjuvemus) pastorem secundum Domini voluntatem, qui possit ipsius populum gubernare. Habemus enim ob oculos virum, nec vobis ignotum: quem si obtinere possumus, scio acquisituros nos magnam apud Deum fiduciam, atque in populum, qui nos advocavit, beneficium maximum collaturos. Sed iterum atque sæpius rogo, ut omni deposita segnitie occurratis & hiemis difficultates antevertatis.

IV.

ΘΕΚΛΗ. — THECLÆ.

[a] Auctor hujus epistolæ, quem GREGORIUM NAZIANZENUM *esse non obscure perspicitur, non sine solito lepore Theclam rogat, ut his qui ecclesiæ conseptum exstruebant, vinum suppeditet, propterea quod vehemens anni præteriti frigus vites succiderat.*

ΤΟ παρελθὸν ἔτος κρυμὸς [4] γέγονε τῇ πατρίδι βαρὺς, καὶ τὰς βλεφαρίδας [5] τῶν ἀμπέλων τὰς ἤδη πρὸς ὠδῖνας λυομένας, ἀνέκοψεν· αἱ δὲ ἀπομεμενήκασι στεῖραι, αὐχμηρὰς καὶ ἀβρόχους τὰς φιάλας ἡμῶν [6] ἐξηργάσαντο. τί δή ποτ᾽ οὖν σοι τὴν τῶν φυτῶν ἀκαρπίαν ἐκτραγῳδῆσαι προήχθημεν; ἵνα γένῃ ἡμῖν, κατὰ τὸν Σολομῶντα, [7] καὶ αὐτὴ ἄμπελος κυπρίζουσα, καὶ κατάκαρπος κληματίς· οὐ βότρυν ἐξανθήσασα, ἀλλὰ τῶν βοτρύων ἐκθλίψασα D τοῖς διψῶσι τὴν δρόσον. τίνες δέ εἰσιν οἱ διψῶντες;

PRæterito anno frigus incubuit patriæ vehemens, & vitium gemmas jam ad partum solutas succidit: quæ cum steriles remanserint, phialas nostras siccas & aridas reddiderunt. Sed quid nos induxit ut plantarum sterilitatem tibi tragice ob oculos poneremus? ut & ipsa secundum Salomonem fias nobis florescens vitis & palmes abundans: non uvam proferens, sed uvarum rorem sitientibus exprimens. D Qui autem sitiunt, quinam sint? qui ecclesiæ conseptum exstruunt. Ego cum non habeam, unde eos

1. Ἐφεδρεύοντες] Indicat Gregorius structas ab Arianis insidias ecclesiæ Cæsariensi anno 365. cum Valens in hanc urbem venit cum suo Arianorum episcoporum comitatu. Tunc Basilius, qui se in solitudinem pacis tuendæ caussa receperat, ad succurrendum episcopo suo advolavit, omnibus rebus Ecclesiæ utilitati posthabitis, ac præclarum illum triumphum reportavit, de quo Gregorius orat. 20. pag. 339.

2. Ἔχομεν γὰρ] Sic quatuor antiqui codices & editio Haganoensis. Editi ἔχομεν μέν.

3. Ἀλλὰ παρακαλῶ &c.] Minime mirum quod Eusebius in remotam provinciam ad electionem episcopi vocetur. Nam cum unus sit episcopatus, & unus grex, sæpe incidunt tempora ejusmodi, ut curam suam & solicitudinem E episcopi exteris ecclesiis debeant. Ut hæream in exemplo Eusebii Samosatensis; nemini sanctus ille martyr in hoc genere concessit, ac in variis ecclesiis presbyteros & diaconos, atque etiam episcopos magno Ecclesiæ commodo ordinavit, ut testatur Theodoretus Hist. lib. 4. c. 13. Ex hac autem epistola & nonnullis aliis ejusdem Gregorii, & ex laboribus, quos a patre Basilii caussa susceptos narrat in orationibus 19. & 20. facile perspicimus episcopos electionum otiosos spectatores non fuisse, sed plurimas earum partes consiliando & adhortando sustinuisse. Quin etiam electio interdum penes episcopos erat; & cum varia essent plebis ac cleri studia, ut in Basilii electione contigit, tunc ea pars vincebat, cui major favebat episcoporum numerus. Hinc cum ad canonicam Basilii electionem deesset unius episcopi suffragium; Gregorius Nazianzi episcopus, quamvis senio ac morbo confectus, Cæsaream advolavit, *ut electionem calculo suo adjuvaret*, βοηθήσων τῇ ψήφῳ, Gregor. Nazianz. orat. 19. p. 311. & 20. p. 343.

4. Γέγονε] Coisl. secundus, Reg. secundus & Vat. γέγένηται.

5. Τῶν ἀμπέλων] Harl. & Med. τῆς ἀμπέλου. Ibidem λυομένας deest in Harlæano codice. Mediceus habet πρὸς ὠδῖνα.

6. Ἐξηργάσαντο] Vat. Coisl. secundus & Reg. secundus εἰργάσαντο. Paullo post iidem codices ἐκτραγῳδῶ; ἵνα ἡμῖν.

7. Καὶ αὐτὴ] Sic Harlæanus codex. In aliis codicibus & editis hæc verba legebantur post Σολομῶντα.

a *Auctor hujus epistolæ* cet.] Recte conjecisse videtur V. C. heic & in *Vita S. Basilii* pag. CLXXII. dum hujus epistolæ ad *Theclam* acumina magis redolere ingenium Gregorii Nazianzeni censuit; cujus aliæ quoque tres exstant, scilicet CC. CCI. CCII. Hæc autem inter Basilianas est num. CCCXXI. l. c. pag. 447. al. CCXII.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.



οἱ [1] τὸν περίβολον [2] τῆς συνόδου τειχίζοντες. τούτους ὀρεινῷ μεθύσματι ποτίζειν οὐκ ἔχων ἐγὼ, ἐπὶ τὴν πολυστάφυλόν σου κεχώρηκα δεξιάν· ἵν᾽ ἡμῖν ἐκ ποταμίας τὰς σὰς κελεύσῃς ἐπιῤῥεῦσαι κρηνάς. τοῦτο γὰρ τάχος ποιήσασα, πολλῶν μὲν [3] στόματα ξηρὰ θεραπεύσεις, εὐφρανεῖς δὲ πρῶτον ὡς ἔνι μάλιστα καὶ τὸν ἀττικιστὴν [4] ἐπαίτην ἐμέ.

A montano liquore recreem; ad tuam dexteram uvis refertam confugi, ut in nos tuos fontes fluviali quadam copia manare jubeas. Id enim si cito feceris; multorum quidem ora curabis, eaque arida: me vero Atticum rogatorem, quoad ejus fieri potest, exhilarabis.

1. Τὸν περίβολον] Reddidi *conseptum*, quia hac voce non parietes ipsius ecclesiæ designantur (jam enim ipsa videtur fuisse exstructa) sed septum illud quatuor murorum, quod ecclesiam interjecto aliquo spatio cellis, areis, balneis & aliis ejusmodi rebus destinato cingebat, ut videre est in lib. 4. de vita Constantini cap. 59. & in lib. 9. cod. Theod. tit. 45. ubi templum dicitur *τεττάρων τῶν τοίχων περιβολῇ τειχιζόμενον*, *quadripartito parietum septu conclusum*.

2. *Τῆς συνόδου*] Non desunt exempla, in quibus ecclesiæ Christianorum sic vocantur. Vide epist. inter Basilianas 286. al. 417. In lege Constantini lib. 16. cod. Theod. tit. 2. sic habetur: *Habeat unusquisque licentiam sanctissimo catholico venerabilique concilio, decedens, bonorum quod optavit relinquere*. Videtur ecclesias Christianorum designare Maximinus apud Eusebium lib. 9. Hist. cap. 10. cum ait lege Diocletiani & Maximiani sancitum fuisse *τὰς συνόδους τῶν Χριστιανῶν ἐξηρῆσθαι*. Ipse enim hanc legem abrogans illis concedit ut *τὰ κυριακὰ* instaurent. Videntur ergo superiora verba sic reddenda: *Ut Christianorum ecclesiæ everterentur*.

3. Στόματα ξηρὰ θεραπεύσεις] Pro his vocibus in Regio utroque & Coisl. secundo legitur *ἀναπαύσεις ψυχὰς*, *animas recreabis*. Deest *ποταμηδὸν* in iisdem codicibus, quod credo delevisse librarios, quia idem esse putabant ac præ- B cedentia verba *ἐκ τῆς ποταμίας*, quibus designari videtur locus ad flumen situs.

4. Ἐπαίτην] Ita Med. & Harl. Editi *ἐπαινέτην*, *laudatorem*. Parum commode Gregorius Atticum laudatorem se diceret. At peracute vocat se Atticum rogatorem, id est, non valde pudentem. Nam os Atticum idem est ac impudens; vel quod Athenienses hoc vitio laborarent, vel quod generatim tribuatur iis qui urbes incolunt. Unde illud Horatii epist. 9. *Frontis ad urbanæ descendi præmia*.

INDEX
CARMINUM
S. GREGORII NAZIANZENI.

Ex editione Muratoriana.

Ex editione TOLLIANA.

EPISTOLARUM.

SANCTI
AMPHILOCHII
EPISCOPI ICONIENSIS
OPERA QUÆ EXSTANT INTEGRA.

* * * * * * * * * * * * * * * * * *

ACCESSERUNT

EX ALIIS EJUSDEM S. PATRIS LITTERARUM MONIMENTIS DEPERDITIS

FRAGMENTA.

EX EDITIONE COMBEFISIANA,

Nunc primum aucta, digesta & recensita.

VETERUM TESTIMONIA
DE
S. AMPHILOCHIO
ICONIENSI EPISCOPO.



I.

S. Basilius *lib.* de Spiritu sancto *cap.* I. *pag.* I. *tom.* III. *novis. edit. BB. Paris.* 1730.

A Επήνεσα τὸ φιλομαθές σου καὶ φιλόπονον τοῦ τρόπου, καὶ ἥσθην γε ὑπερφυῶς τῷ ἐπιστατικῷ καὶ νηφαλίῳ τῆς διανοίας, δι' ἧς οὐδεμίαν ἀδιερεύνητον οἴει χρῆναι καταλιμπάνειν φωνὴν, τῶν ὅσαι περὶ Θεοῦ κατὰ πᾶσαν χρείαν τοῦ λόγου προφέρονται, ὦ φίλη κεφαλὴ, καὶ τιμιωτάτη μοι πασῶν, ἀδελφὲ Ἀμφιλόχιε.

Collaudavi plane in moribus tuis discendi studium atque industriam; supraque modum delectatus sum tuæ mentis perspicacitate atque prudentia, qui arbitreris nullam vocem, ex his quæ secundum quemcumque sermonis usum de Deo prædicantur, oportere indiscussam relinquere, o carum mihi caput, frater Amphilochi, quem ego præ cunctis maximi facio.

Idem *Epist.* CLXXXVIII. *quæ est* Canonica I. *ibid. pag.* 268.

Σοφοῦ ἐπερώτημα, καὶ τὸν ἀνόητον σοφίζει· ὅπερ τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι συμβαίνει ἡμῖν, ὁσάκις ἂν σου δεξώμεθα τῆς φιλοπόνου ψυχῆς τὰ γράμματα· ἐπιστατικώτεροι γὰρ ἑαυτῶν, καὶ ἐμφρονέστεροι γινόμεθα ἀπ' αὐτῆς τῆς ἐρωτήσεως, πολλὰ ὧν οὐκ ἐπιστάμεθα, διδασκόμενοι· καὶ γίνεται ἡμῶν διδάσκαλος, ἡ περὶ τὸ ἀποκρίνεσθαι μέριμνα. B

Sapientis percontatio, etiam stultum sapientem facit: quod nobis Dei gratia accidit, quoties laboriosæ tuæ animæ litteras accipimus. Nobis enim ipsis perspicaciores prudentioresque ab ipsa interrogatione reddimur; ac multa discimus, quæ nesciebamus; sitque nobis doctrina, responsionis studium.

Idem *Epist.* CXCIX. *quæ est* Canonica II. *ibid. pag.* 290.

Ἐθαυμάσαμέν σου τὴν φιλομάθειαν ὁμοῦ καὶ τὴν ταπεινοφροσύνην· ὅτι καὶ μαθεῖν καταδέχῃ, τὴν τοῦ διδάσκειν τάξιν πεπιστευμένος, καὶ μανθάνειν παρ' ἡμῶν, οἷς οὐδὲν μέγα πρόσεστι πρὸς γνῶσιν.

Admirati sumus, tum discendi tuam illam cupiditatem, tum humilitatem; quod velis discere, cui sit creditus locus docendi; idque a nobis, quibus nihil magni ad scientiam adest.

II.

S. Gregorius Nazianzenus *in* Parænetico ad Olympiadem virginem, ✠. 100-104. *opp. tom.* II. *pag.* 134.

Ἥ σ' ἐκ πατρὸς ἔδεκτο, καὶ ἔπλασεν ἤθεσι κεδνοῖς,
Αὐτοκασιγνήτη μέγ' ἀμύμονος ἀρχιερῆος
Ἀμφιλόχου, τὸν ἔπεμψα Θεῷ, Θέκλῃ γε σὺν ἁγνῇ, C
Ἄγγελον ἀτρεκίης ἐριηχέα, κῦδος ἐμεῖο.

A patre susceptam quæ te formavit honestis
Moribus, Amphilochi soror omni labe carentis,
Quem cælis misi Domino cum virgine Thecla,
Præconem veri celebrem, mihi dulce decusque.

III.

S. Hieronymus *Epist.* LXX. *al.* LXXXIV. *ad Magnum oratorem*, §. 4. *opp. tom.* I. *pag.* 427. *edit. Veron.*

Exstant libri —— Cappadocumque Basilii, Gregorii & Amphilochii, qui omnes in tantum philosophorum doctrinis atque sententiis suos refarciunt libros, ut nescias quid in illis primum admirari debeas, eruditionem sæculi, an scientiam scripturarum.

Idem *lib.* de Vir. illustr. *cap.* CXXXIII.

Amphilochius Iconii Episcopus, nuper mihi librum legit de Spiritu sancto, quod Deus & quod D adorandus, quodque & omnipotens sit.

IV.

Theodoritus Hist. eccl. *lib.* IV. *cap.* XI.

Ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ πανεύφημος Ἀμφιλόχιος, τὴν Λυκαόνων μητρόπολιν νέμειν πεπιστευμένος, καὶ ἅπαν

Simili modo Amphilochius ille celeberrimus, qui metropolim Lycaoniæ pastorali cura regendam

ἰθαιῶν τὸ ἔθνος, ἐπισκήψασαν αὐτόσε τὴν λύμην A ταύτην μαθὼν, ἐξανέστησε πάλιν, καὶ τὰ ὑπ' αὐτοῦ νεμόμενα τῆς λώβης ἐκείνης ἠλευθέρωσε ποίμνια.

susceperat, & universam provinciam gubernabat, quum hanc pestem illuc pervasisse didicisset, rursus eam depulit, & gregem sibi commissum ea labe liberavit.

IDEM *ibid. cap.* XXX.

Ἐν Πισιδίᾳ Ὄπτιμος, καὶ Ἀμφιλόχιος ἐν Λυκαονίᾳ, γενναίως ὑπὲρ τῆς προγονικῆς παραταττόμενοι πίστεως, τὰς ἐναντίας ἀπεκρούοντο προσβολάς.

In Pisidia Optimus, & AMPHILOCHIUS in Lycaonia, pro fide a majoribus tradita fortiter propugnantes, adversariorum impetus retundebant.

IDEM *ibid. lib.* V. *cap.* VIII.

Ἦσαν δὲ ἄνδρες ἀξιάγαστοι, καὶ ζήλου καὶ σοφίας ἀνάπλεοι· — Ἀμφιλόχιος Λυκαόνων κ. τ. λ. B

Erant autem viri admirabiles, & zelo divino ac sapientia singulari præditi: — AMPHILOCHIUS Lycaoniæ antistes *cet.*

IDEM *ibid. cap.* XVI.

Μετὰ δὲ τὴν ἐκεῖθεν ἐπάνοδον, ἀφίκετο μὲν Ἀμφιλόχιος ὁ θαυμάσιος, οὗ πολλάκις ἐμνήσθην, ἀντιβολῶν τοὺς τῶν Ἀρειανῶν ἐκ τῶν πόλεων ἐξελαθῆναι συλλόγους. ὁ δὲ βασιλεὺς ἀπηνεστέραν ὑπολαβὼν τὴν αἴτησιν, οὐκ ἐδέξατο. ὁ δὲ σοφώτατος Ἀμφιλόχιος παραυτίκα σιγήσας, μνήμης ἀξίαν ἐξεῦρε μηχανήν. εἴσω γὰρ αὖθις τῶν βασιλείων γενόμενος, καὶ παρεστῶτα τῷ βασιλεῖ τὸν υἱὸν Ἀρκάδιον θεασάμενος· νεωστὶ δὲ οὗτος κεχειροτόνητο βασιλεύς· αὐτὸν μὲν ἠσπάσατο συνήθως τὸν βασιλέα, ἀγέραστον δὲ κατέλιπε τὸν υἱόν. ὁ δὲ βασιλεὺς ἐπιλησθῆναι νομίσας τὸν Ἀμφιλόχιον, C προσελθεῖν καὶ φιλῆσαι προσέταξε τὸν υἱόν. ὁ δὲ ἀπαρκεῖν ἔφη τὴν αὐτῷ παρ' αὐτοῦ προσενεχθεῖσαν τιμήν. ὁ δὲ δυσχεράνας, οἰκείαν ἐκάλει παροινίαν τὴν τοῦ παιδὸς ἀτιμίαν. τηνικαῦτα λοιπὸν ὁ σοφώτατος Ἀμφιλόχιος ἐκκαλύπτει τὸν τοῦ γεγενημένου σκοπὸν, καὶ βοῶν ἔφη· ὁρᾷς ὦ βασιλεῦ, ὅπως οὐ φέρεις τὴν τοῦ παιδὸς ἀτιμίαν, ἀλλὰ τοῖς εἰς τοῦτον παροινοῦσι χαλεπαίνεις πικρῶς; πίστευσον δὴ οὖν, καὶ τῶν ὅλων Θεὸν, τοὺς τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ βλασφημοῦντας βδελύττεσθαι, καὶ ὡς ἀχαρίστους περὶ τὸν σωτῆρα καὶ εὐεργέτην γεγενημένους μισεῖν· οὕτω συνεὶς ὁ βασιλεὺς, καὶ τά τε πεπραγμένα, τά τε εἰρημένα θαυμάσας, νόμον εὐθὺς ἔγραψε τοὺς τῶν αἱρετικῶν συλλόγους κωλύοντα. D

Post (Theodosii) illinc reditum, AMPHILOCHIUS ille admirabilis cujus sæpius a me jam facta est mentio, accessit oraturus imperatorem, uti ex urbibus Arianorum conventus ejiciat. At imperator postulationem illam nimis severam & inhumanam arbitratus; rejicit. Sapientissimus igitur AMPHILOCHIUS re ad tempus tacita, aliam rationem ad id quod volebat obtinendum, eamque plane memorabilem excogitavit. Ingressus enim denuo in palatium, quum videret adstantem imperatori filium suum Arcadium, qui nuper Augustus renuntiatus fuerat, ipsum imperatorem Theodosium solito more salutavit ille quidem, sed filium sine honore dimisit. Imperator autem ratus AMPHILOCHIUM oblitum officii, jubet ad filium accedere, eumque osculari. At AMPHILOCHIUS respondit; Satis esse quod ei honorem habuerit. Itaque Theodosius rem acerbe & graviter ferens, probrum filio objectum injuriæ loco sibi ipsi illatæ numeravit. Tum sapientissimus AMPHILOCHIUS declarans imperatori, quod animo instituebat, contenta voce: Vides, inquit, o imperator, quam ægre ignominiam filii tui feras: immo vero illis qui in eum insultant, vehementer succenses. Credas igitur mihi velim hujus universitati rectorem Deum, eos qui contra Filium suum unigenitum loquuntur blasphemias, itidem detestari, & tamquam ingratos erga Servatorem & bene de se meritum, odio prosequi. Cujus institutum cum hoc pacto intellexisset imperator, facta ejus dictaque simul admiratus, legem protinus conscripsit, quæ vetabat conventus ab hæreticis agi.

V.

FACUNDUS HERMIANENSIS *lib.* XI. *cap.* III. *pag.* 760. *tom.* II. *opp.* SIRMOND. *edit. Parif.* 1696.

Ex dictis beati AMPHILOCHII Iconiensis episcopi aliqua proferemus, quem & sapientissimus Joannes Antiochenus cum orientali concilio probatissimum doctorem pronuntiavit, & imperatores Gratianus & major Theodosius talem judicaverunt, ut E præciperent, sicut libro IV. memoravimus (cap. II. pag. 521.) illos solos ecclesias habere, qui ex prædicti sancti AMPHILOCHII & Diodori atque aliorum similium communione catholici probarentur.

VI.

COSMAS INDICOPLEUSTES Topograph. Christ. *lib.* VII. *pag.* 292. *tom.* II. Collect. PP. Græc. Montfauc.

Ἀμφιλόχιος ἐπίσκοπος γενόμενος τοῦ Ἰκονίου, φίλος καὶ κοινωνικὸς τοῦ μακαρίου Βασιλείου, καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς πρὸς Σέλευκον αὐτῷ γραφεῖσιν Ἰάμβοις κ. τ. λ.

AMPHILOCHIUS Inconii episcopus, amicus & familiaris beati Basilii, in JAMBIS suis ad Seleucum scriptis *cet.*

VII.

CONCILIUM NICÆNUM II. *Act.* V. *pag.* 1015. *tom.* VIII. *Concil. edit. Veneto-Labb.*

Ταράσιος ὁ ἁγιώτατος πατριάρχης εἶπεν· ὁ πατὴρ A ἡμῶν ὁ ἅγιος Ἀμφιλόχιος μέγας ἐστὶ, καὶ τὰ ἑξῆς.

Tarasius sanctissimus Patriarcha dixit: Pater noster sanctus AMPHILOCHIUS, magnus est, &c.

VIII.

PHOTIUS Biblioth. *cod.* LII.

Ἀνεγνώσθη σύνοδος γενομένη ἐν Σίδῃ, κατὰ τῆς αἱρέσεως τῶν Μεσσαλιανῶν, ἤγουν Εὐχιτῶν, ἤτοι Ἀδελφιανῶν. ἐξῆρχε δὲ τῆς συνόδου Ἀμφιλόχιος ὁ τοῦ Ἰκονίου, συνεδριαζόντων αὐτῷ καὶ ἑτέρων ἐπισκόπων κε´.

Lecta synodus Sidæ habita adversus hæresim Messalianorum, hoc est, Euchitarum seu Adelphianorum. Præfuit synodo AMPHILOCHIUS Inconii episcopus, considentibus & aliis viginti quinque episcopis.

IX.

JOANNES ZONARAS *ad* Canonem XXVII. Concilii Carthag.

Apud BEVEREGIUM *in* Pandecte Canonum, *tom.* II. *pag.* 549.

Περὶ τοῦ, τίνα δεῖ ἀναγινώσκεσθαι βιβλία ἐπ' ἐκ- B κλησίᾳ, καὶ ὁ πλεῖστος τῶν ἀποστολικῶν κανόνων διαλαμβάνει, — καὶ ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἀπαριθμεῖται, ὅσα χρὴ ἀναγινώσκεσθαι βιβλία, καὶ ὁ μέγας Γρηγόριος ὁ Θεολόγος, καὶ ὁ ἅγιος Ἀμφιλόχιος.

Quos libros legere in ecclesia oporteat, & postremus Apostolorum canon statuit — & magnus Athanasius, qui libri legendi sint, omnes enumerat, & magnus Gregorius Theologus, & sanctus AMPHILOCHIUS.

Eadem ferme habet l. c. THEODORUS BALSAMON.

X.

MARTYROLOGIUM ROMANUM *d.* XXIII. *Novembris*.

Iconii in Lycaonia sancti AMPHILOCHII episcopi, qui sanctorum Basilii magni & Gregorii Nazianzeni in eremo socius, & in episcopatu collega, post multa certamina pro catholica fide suscepta, sanctitate & doctrina clarus quievit in pace.

XI.

MENOLOGIUM GRÆCORUM *jussu* BASILII *imp. confectum sub die* XIX. *Octobris*.

Part. I. *pag.* 127. *edit. Urbin.* 1727.

Μνήμη τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἀμφιλοχίου ἐπισκόπου Ἰκονίου. C

Commemoratio sancti patris nostri AMPHILOCHII *episcopi Iconii*.

Οὗτος προχειρίζεται ἐπίσκοπος Ἰκονίου ὑφ' ἁγίων ἀγγέλων, οὐκ ἀνθρωπίνης χειρός· συναγωνιστὴς δὲ γενόμενος τῶν ἁγίων πατέρων, Βασιλείου τοῦ μεγάλου, Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου, καὶ Γρηγορίου τοῦ Νύσσης, κατὰ τῶν αἱρετικῶν παρετάξατο Ἀρείου καὶ Εὐνομίου καὶ τῶν ὁμοίων. Παρετάθη δὲ ἡ ζωὴ αὐτοῦ μέχρι Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου· ὃν καὶ ἠξίωσε κωλῦσαι τῶν Ἀρειανῶν τὰς ἐν ταῖς πόλεσι συνάξεις. βαρὺ δὲ νομίσαντος τοῦτο τοῦ Βασιλέως διὰ τὴν ταραχὴν, τότε μὲν ἠστόχησεν. ὕστερον δὲ κατά τινα χρείαν εἰσελθὼν πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ἀρκάδιον ἰδὼν τῷ πατρὶ συγκαθήμενον, τὸν μὲν Θεοδόσιον προσεκύνησε, τὸν δὲ υἱὸν παρῆλθε. τοῦ δὲ D βασιλέως εἰπόντος, ἵνα τί τὸν υἱόν μου παρέδραμες; ἔφη· γνῶθι βασιλεῦ· ὅτι ὥσπερ σὺ ἠγανάκτησας τοῦ υἱοῦ παραβλεπομένου, οὕτω καὶ ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ, τοῦ υἱοῦ καὶ Λόγου ὑβριζομένου. ὅθεν πεισθεὶς ὁ βασιλεὺς, ἐποίησε τὸ τοῦ ἁγίου θέλημα. οὕτω δὲ ζήσας εὐσεβῶς, πρὸς Κύριον ἐξεδήμησεν.

Hic non mortalis cujuspiam, sanctorum Angelorum manibus ordinatus episcopus: commilito sanctorum patrum, Basilii magni, Gregorii Theologi & Gregorii Nysseni, adversus Arium, Eunomium & horum similes hæreticos in acie stetit. Qui quum ad Theodosii magni tempora vixisset, atque ab eo ut coerceret Arianorum synaxes postulasset; tunc quidem supersedit imperator, veritus ne ea res magnos excitaret tumultus. Sed postea quum quadam de caussa imperatorem Theodosium convenisset, illumque solum, Arcadio filio qui prope assidebat prætermisso, adorasset; rogatus quam ob rem id faceret, respondit: Quemadmodum tu, imperator, indigne fers, si non idem filio, qui tibi, honor habeatur; sic & Deo Patri injuriam fieri scito, si quis Filium & Verbum contumelia afficit. Quibus verbis permotus imperator, juxta viri sancti sententiam ac voluntatem rem confecit. Hunc autem in modum transacta cum pietate vita, ad Dominum migravit.

X I I.

MENOLOGIUM d. XXIII. Novembris.

Μνήμη τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἀμφιλοχίου ἐπισκόπου Ἰκονίου.

Οὗτος ἐκ νεαρᾶς ἡλικίας, πάντα βαθμὸν ἐκκλησιαστικὸν παραλλάξας· καὶ ἀσκήσει καὶ θείᾳ γνώσει λάμπων ψήφῳ τοῦ κοινοῦ, προχειρίζεται ἐπίσκοπος τῆς Ἰκονιέων πόλεως, ἐν τοῖς χρόνοις Οὐαλεντινιανοῦ καὶ Οὐάλεντος τῶν βασιλέων· παρατείνας τὴν ζωὴν, μέχρι Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου βασιλέως, καὶ τῶν υἱῶν αὐτοῦ· ὃς καὶ διδάσκαλος τῆς ὀρθοδόξου πίστεως γεγονὼς, καὶ κατὰ τῆς Ἀρείου λύμης στεῤῥῶς ἀντιταξάμενος, πολλοὺς διωγμοὺς καὶ θλίψεις ὑπομείνας παρὰ τῶν ἀσεβῶν, συναγωνιστὴς γεγονὼς τῶν μακαρίων πατέρων κατὰ τῆς Εὐνομίου βλασφημίας· οὗτος καὶ τῶν ἐν τῇ δευτέρᾳ συνόδῳ τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα πατέρων εἷς ὑπάρχων, τὰ πλεῖστα διηγωνίσατο κατὰ Μακεδονίου τοῦ πνευματομάχου, καὶ τῶν φοιτητῶν Ἀρείου· κατὰ δὲ τὸ κρατῆσαι τῆς βασιλείας Θεοδόσιον τὸν μέγαν, καὶ τὸν νέον Οὐαλεντινιανὸν * καταστρέψαι, καὶ νικήσαντα ἐπανελθεῖν, ἠντιβόλει ὁ μέγας Ἀμφιλόχιος τὸν βασιλέα Θεοδόσιον ἀπώσασθαι τοὺς Ἀρειανοὺς, καὶ τοῖς ὀρθοδόξοις ἀνεῖναι τὰς ἐκκλησίας. ἐπεὶ οὖν ὁ βασιλεὺς παρῃτεῖτο, ἐξεῦρε μηχανὴν ὁ θαυμάσιος· καὶ παρελθὼν εἰς τὰ βασίλεια, τὸν μὲν βασιλέα Θεοδόσιον ἠσπάσατο, τὸν δὲ υἱὸν αὐτοῦ Ἀρκάδιον, καταλιπὼν ὑφειμένως, οὐκ ἠσπάσατο· καὶ τοῦτο ὁ βασιλεὺς δυσχεράνας, οἰκείαν ὕβριν ἐκάλει τὴν τοῦ παιδὸς παρ' αὐτοῦ ἀτιμίαν· ὁ δὲ, σοφώτατα ἐκκαλύπτει τὸ δρᾶμα, καί φησιν· ὁρᾷς, ὦ βασιλεῦ, πῶς οὐ φέρεις σὺ τὴν τοῦ παιδὸς ἀτιμίαν, ἀλλὰ χαλεπαίνεις; πίστευσον οὖν, ὅτι καὶ τοὺς τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ βλασφημοῦντας, ὁμοίως καὶ ὁ Θεὸς ἀποστρέφεται καὶ μισεῖ. τότε συνεὶς ὁ βασιλεὺς, νόμους ἔγραψε τοὺς τῶν αἱρετικῶν συλλόγους κωλύοντας· οὗτος ὁ ἀοίδιμος ἀνὴρ, ἐπὶ πλείστοις χρόνοις ποιμάνας τὸ τοῦ Χριστοῦ ποίμνιον, καὶ λόγους ὀρθοδόξους συντάξας, καὶ εἰς βαθὺ γῆρας ἐλάσας, ἐν εἰρήνῃ ἀνεπαύσατο.

Memoria ſancti patris noſtri AMPHILOCHII *epiſcopi Iconii.*

A Hic, gradu omni eccleſiaſtico a juvenili ætate, alterna mutatione provectus, monaſticaque exercitatione & divina ſcientia clarus, communi ſuffragio urbis Iconii epiſcopus creatur: temporibus Valentiniani & Valentis imperatorum, vita ad Theodoſium uſque magnum imperatorem ejuſque filios producta: factuſque fidei orthodoxæ doctor, contra Arianam luem ceu acie inſtructa firmiter conſiſtens, multas ab impiis perſecutiones tribulationeſque ſuſtinuit, una cum beatis patribus certamen adverſus blaſphemias Eunomii habens. Hic item, unus centum illorum quinquaginta patrum ſecundæ ſynodi, plurimum adverſus Spiritus ſancti hoſtem Macedonium Ariique diſcipulos depugnavit.
B Porro, potiente rerum magno Theodoſio, reverſoque Valentiniano juniore, cum victor ipſe rediiſſet, ſupplicabat magnus Amphilochius ut Theodoſius imperator, pulſis Arianis, eccleſias orthodoxis permitteret. Ceterum eo renuente, vir admirabilis ſubtile quid adinvenit. Accedens itaque ad regiam, Theodoſium quidem imperatorem ſalutavit; ejus vero filium Arcadium, ceſſim relinquens, non ſalutavit. Eam rem moleſte ferens imperator, negatum filio honorem, ſuam ipſius vocabat injuriam. Tum ille ſapientiſſime detegit fabulam, aitque: Viden', imperator, ut ipſe filii inhonorationem non feras, ſed indigneris? Habeas ergo perſuaſum, eadem Deum ratione blaſphemos
C in Dei Filium averſari & odiſſe. Tunc imperator rem intelligens, leges conſcripſit, quibus hæreticorum conventus vetaret. Hic vir præclarus ubi annos multos Chriſti gregem paviſſet, libroſque orthodoxæ doctrinæ compoſuiſſet, alta ſenectute quievit in pace.

X I I I.

MENOLOGIUM GRÆCORUM ſub eadem die: *ex interpretatione Cardinalis* SIRLETI.

Ex THESAURO CANISIANO *tom.* III. *part.* I. *pag.* 490.

Natalis S. P. N. AMPHILOCHII epiſcopi Iconii, ſub Theodoſio imperatore magno, vir divinarum litterarum peritia & ſanctitate vitæ, ac rectæ & catholicæ fidei ſinceritate inſignis, Baſilii magni D amicitia & teſtimonio commendatus. Hic libros orthodoxam fidem continentes conſcripſit, & ad ſummam ſenectutem provectus in pace quievit.

X I V.

Ex ANTHOLOGIO GRÆCORUM XXIII. *Novembris, edit. Græc.* 1736. (Romana) *pag.* σνθ'.

Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἀμφιλοχίου ἐπισκόπου Ἰκονίου.

Κοντάκιον.

Ἡ θεία βροντή· ἡ σάλπιγξ τοῦ πνεύματος· πιστῶν φιτουργὲ· καὶ τέλεκυς τῶν αἱρέσεων· ἱεράρχα Ἀμφιλόχιε· τῆς Τριάδος θεράπων ὁ μέγιστος· σὺν ἀγγέλοις πέλων ἀεὶ· πρεσβεύων μὴ παύσῃ ὑπὲρ πάντων ἡμῶν.

Sancti patris noſtri AMPHILOCHII epiſcopi Iconienſis.

Hymnus parvus.

O divinum tonitru: o tuba Spiritus: Fidelium plantator: & ſecuris hæreticorum: pontifex AMPHILOCHI: Trinitatis miniſter maxime: cum angelis exſiſtens ſemper: interceſſor ne ceſſes eſſe pro omnibus nobis.

Ibidem.

Στίχοι.

Σταλεὶς Ἀμφιλόχιε· νεκρῶν ἀμφίοις·
Λόχους σκεδάζεις· καὶ νεκρὸς νοούμενος.
Εἰκάδι ἐν τριτάτῃ θάνατος· λάβεν Ἀμφιλόχιον.

Verſus.

Indutus, AMPHILOCHI, mortuorum linteis:
Inſidiantum agmina diſſipas: vel mortuus reputatus.
Die vigeſima tertia mors: cepit AMPHILOCHIUM.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

Α Μ Φ Ι Λ Ο Χ Ι Ο Υ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΙΚΟΝΙΟΥ

Λ Ο Γ Ο Ι Κ Α Ι Ο Μ Ι Λ Ι Α Ι.

SANCTI PATRIS NOSTRI

A M P H I L O C H I I

E P I S C O P I I C O N I I,

O R A T I O N E S E T H O M I L I Æ,

Interprete & scholiaste FRANCISCO COMBEFISIO.

ΕΙΣ ΤΑ ΓΕΝΕΘΛΙΑ

τοῦ μεγάλου Θεοῦ, καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Λ Ο Γ Ο Σ α΄.

Ὁ Μὲν πνευματικὸς οὗτος καὶ λαμπρὸς λειμὼν, ὁ τῷ τῶν οὐρανίων ἀνθῶν κάλλει πεποικιλμένος, καὶ ταῖς ἀποστολικαῖς, καὶ ἀχράντοις εὐωδιάζων ἀποφοραῖς, τύπον ἔχειν τοῦ θείου παραδείσου μοι φαίνεται. ὃν γὰρ τρόπον ὁ αἰσθητὸς ἐκεῖνος [1] καὶ ἀκήρατος χορὸς, δένδρεσιν ἀφθάρτοις, καὶ καρποῖς ἀθανάτοις, καὶ μυρίοις ἄλλοις ὑπερλάμπροις φαιδρύνεται κάλλεσιν. οὕτω δὴ καὶ οὗτος ὁ θεοειδέστατος τῆς ἱεροπρεπεστάτης ἐκκλησίας θίασος, νοητοῖς καὶ ἀῤῥήτοις καταλαμπρύνεται μυστηρίοις, ὧν κρηπὶς ἡμῖν ἀῤῥαγὴς, καὶ θεμέλιος ἀστεμφὴς, καὶ ἀρχὴ σωτήριος, καὶ κορυφὴ πανσεβάσμιος, ἡ σήμερον τῶν ἁγίων Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν γενεθλίων ἐστὶν ἑορτή· δι᾽ ἣν καὶ τὰ παλαιὰ πεπροφήτευται τυπικῶς, καὶ τὰ νέα διαῤῥήδην εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην κεκήρυκται· δι᾽ ἣν φθορᾶς δύναμις πεπάτηται, καὶ διαβόλου σέβας ὀλέθριον πέπαυται. δι᾽ ἣν ἀνθρώπινα πάθη τεθανάτωται, [2] ἀγγελικῆς δεσποτείας βίος ἀνακεκαίνισται. δι᾽ ἣν οὐρανὸς ἠνέῳκται, καὶ γῆ εἰς θεῖον ὕψος μετεώρισται. δι᾽ ἣν παράδεισος ἀνθρώποις ἀποδέδοται, καὶ θανάτου κράτος κατήργηται. δι᾽ ἣν πλάνη δαιμόνων δεδίωκται, Θεοῦ σοφία καὶ πάναγνος παρουσία μεμήνυται. οὐκ ἄγγελος γὰρ, φησιν, οὐδὲ πρέσβυς, ἀλλ᾽ αὐτὸς ὁ κύριος ἥξει καὶ σώσει αὐτούς. ὢ θείων εὐαγγελίων πλοῦτος ἀμύθητος. ὢ πανσόφων μυστηρίων γνῶσις ἀνεκδιήγητος. ὢ θείων ἀφράστων δωρεῶν θησαυρὸς ἀνεξάλειπτος. ὢ προνοητικῆς φιλανθρωπίας χάρις ἀναρίθμητος. αὐτὸς γὰρ, φησιν, ὁ κύριος ἥξει, καὶ σώσει ἡμᾶς. ἥξειν πρὸς ἡμᾶς τίνα τρόπον ὦ θεῖε προφῆτα κηρύττεις τὸν κύριον; παῤῥησιάσομαι γὰρ ἐν τούτῳ τῷ μέρει πρὸς σὲ τὸ τῶν παλαιῶν ἀνδρῶν πρόσωπον ἀναδεδεγμένος, τῶν ταύτην (εἰς) τὴν πανύμνητόν μοι ἑορτασάντων πανήγυριν, μήτε δὲ τοῦ καινοῦ καὶ

IN NATALITIA

[a] magni Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi.

ORATIO I.

A I. Videtur plane pratum hoc spirituale & splendidum, cælestium florum venustate varium illud, apostolicisque ac incorruptis suaveolens odoribus, divini paradisi præferre typum. Quemadmodum enim tripudii ovansque ille sensui subjectus atque mala omni aura vacuus locus; arboribus incorruptis, immortalibusque fructibus, ac innumerabilibus aliis perquam magnificis decoratur ornamentis: ita sane & divinissimus sacratissimusque Ecclesiæ conventus, spiritualibus arcanisque illustrius splendescit sacramentis: quorum nobis sacrorum hodie Christi veri Dei nostri natalitiorum festa dies, solida crepido est fundamentumque immotum, & salubre initium ac plane augustus vertex: propter
B quam & vetera figurate prophetata sunt, & nova in toto terrarum orbe palam prædicata; per quam cælum apertum est, terraque ad divinam elata celsitudinem: per quam paradisus concessus est hominibus, mortisque potestas abolita: per quam vis corruptionis est conculcata, perniciosusque diaboli cultus sublatus: per quam humana vitia mortificata sunt, angelicique dominii designata vitæ ratio: per quam fugatus est error dæmonum, Deique sapientia ac castissimus annuntiatus adventus. [b] *Non enim angelus*, inquit, *neque legatus*, *sed ipse Dominus veniet & salvabit eos*. O faustorum nuntiorum immensæ divitiæ! o sapientissimorum sacramentorum scientia inenarrabilis! o divinorum ineffabilium do-
C norum indefectibilis thesaurus! o providæ clementiæ gratia innumerabilis! *Ipse enim*, inquit, *Dominus veniet*, *& salvabit nos*. Quo, propheta divine, modo ad nos venturum Dominum prædicas? Ad te enim hac in parte libere loquar, persona veterum

a Tit. II. 13. b Isa. LXIII. 9.

1. Καὶ ἀκήρατος χορός.] Placeret magis χῶρος: retinuimus tamen propter sequens, θίασος; ut significetur paradisus & hortus ille, ad modum loci choreis destinati, & loci tripudii: qualis vere fuit creatus innocenti homini.

2. Ἀγγελικῆς δεσποτείας βίος ἀνακεκαίνισται.] Velut prima illa libertate, qua similes Angelis, mero imperio appetitui dominabamur, sin plene restituta, at velut inchoata; abundatiori illa gratia & sanitate τοῦ ἡγεμονικοῦ, redundante in corpus subjectum, ejusque vires.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

πανάγνου τοκετοῦ τῆς ἀχράντου παρθένου πεπειραμένων, μήτε τὰ τῶν ἀγγέλων ἑωρακότων σκιρτήματα, μήτε τὰς θείας ἀκηκοότων φωνὰς, ἃς πρὸς τοὺς ἱερεῖς ποιμένας ἀνευφημοῦντες τὸν γεγεννημένον σωτῆρα, γεγηθότες ἀπήγγελλον· μήτε μὴν τῶν μάγων τὰ δῶρα συνιέντων, καὶ τὴν προσκύνησιν τὴν θείαν· ἐκείνων ἀναδεξάμενος τὸ πρόσωπον, ἐρωτήσαιμί σε τὸν τρόπον τῆς παρουσίας. κατέπληττεν γὰρ αὐτοὺς εἰκότως λίαν τὸ λόγιον, καὶ μικροῦ δεῖν τῷ πλήθει τοῦ δέους ἐξίστασθαι παρεσκεύασεν τῶν φρενῶν. οὐ γὰρ εἶχον νοεῖν, ὅτι ὁ ἀθάνατος Θεὸς πρὸς ἀνθρώπους γεωδεστάτους ἥξει· ὁ ἀψηλάφητος, πρὸς τοὺς αἰσθητούς· ὁ ἀθεώρητος, πρὸς τοὺς ὁρατούς. πῶς γὰρ ἂν ἥξειν τὸν Θεὸν ᾠήθησαν, καὶ πῶς ὀφθήσεσθαι; ἐνίοις μὲν ἐδόκει πρότερον ὡς ὤφθη τῷ Ἀβραὰμ δι' ἀγγέλων, ἢ δ' αὖ πάλιν, ὡς ὤφθη τῷ Μωϋσῇ διὰ πυρὸς ἐν τῇ βάτῳ, ἢ καθ' ὃν τρόπον ὤφθη τῷ Ἰσαΐᾳ διὰ τῶν Σεραφίμ, ἢ τῷ Ἰεζεχιὴλ διὰ τῶν Χερουβίμ. οὕτω γὰρ πάντες Θεὸν ἑωρακέναι διαμφοτέροις τρόποις μεμαρτυρήκασι. ποῖος τοίνυν τούτων τρόπων εἰς θεωρίαν Θεοῦ ἐστιν ἄξιος; δῆλον ὅτι οὐδὲ εἷς.

A assumta, qui hancce mihi laudatissimam celebritatem coluerunt, nec novum tamen & castissimum intemeratæ virginis partum, experimento cognoverunt, nec sanctorum Angelorum viderunt tripudia, nec divinas audierunt voces, quibus illi, sacris pastoribus fauste acclamantes, natum Salvatorem gaudio nuntiarunt: sed neque Magorum munera, divinamque perspexerunt adorationem: eorum, inquam, persona assumta, ex te adventus modum quæsierim. Perculit enim eos perquam merito oraculum, parumque abfuit, ne præ ingenti metu sensibus deturbaret. Non enim poterant intellectu assequi, venturum Deum immortalem ad crassissimos homines; palpari nescium, ad sensibiles; invisibi- B lem, ad visibiles. Nam quomodo venturum, quoque modo videndum existimarent? Quidam enim putabant, sicut prius [a] Abrahæ apparuit per angelos: aut rursum ut [b] per ignem Moysi in rubo: aut quomodo [c] Isaiæ visus est per Seraphim: aut [d] Ezechieli per Cherubim. His enim alterutris modis, Deum omnes vidisse testati sunt. Quis ergo illorum dignus, ut se Deus eo videndum præberet? Planum est ne ullum esse.

Πόθεν δὲ μάλιστα τοῦτο πιστούμεθα; ἐκ τῆς ἑτέρας τοῦ προφήτου φωνῆς λεγούσης· μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. ὀπτασίας μὲν γὰρ ἐκεῖνα, καὶ οὐ συναναστροφῆς ὑπῆρχε τεκμήρια· ταῦτα συναναστροφῆς, καὶ οὐκ ὀπτασίας τυγχάνει κηρύγματα. πῶς οὖν, φησιν· αὐτὸς ὁ κύριος ἥξει καὶ σώσει ἡμᾶς; λέγοις ἂν ἡμῖν, ὦ μακάριε. πῶς ὁ ἀσχημάτιστος σχηματίζεται. ὁ ἀκίνητος, ἀπὸ τῶν οὐρανίων θρόνων ἐπὶ τῆς γῆς πάλιν ἀντιμεθίσταται; εἴποι δ' ἂν πρὸς αὐτοὺς ἀπαντῶν ὁ θεῖος οὗτος ἀνήρ· ὅτι δι' ἑτέρων λογίων τὸν τρόπον ἠκούσατε τῆς παρουσίας, τί περιττῶς πολυπραγμονεῖτε ἐνταῦθα τὸ λόγιον; ἢ λέληθεν ὑμᾶς τὸ εἰρημένον, ὅτι ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱὸν καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ, ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός; ἢ οὐκ ἀκηκόατε τὸ γεγραμμένον, ὅτι παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, υἱὸς καὶ ἐδόθη ἡμῖν, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ, καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ, μεγάλης βουλῆς ἄγγελος, θαυμαστὸς, σύμβουλος, Θεὸς ἰσχυρὸς, ἐξουσιαστὴς, ἄρχων εἰρήνης, πατὴρ τοῦ μέλοντος αἰῶνος; ἐκ τούτων τῶν λόγων, τὸν τρόπον τῆς παρουσίας ἐπέγνωτε. παρθένος γὰρ ἄφθαρτος, ἀποκυήσει σωματικῶς [1] τὸν λύχνον τὸν ἄφθαρτον. [2] μέχρι γὰρ σαρκὸς δεῖ συγκαταβῆναι πρὸς ἡμᾶς τὸν πανσεβάσμιον τοῦ Θεοῦ λόγον, ἵνα δὴ τοὺς ἀσωμάτῳ θεότητι παρ' αὐτοῦ δεδημιουργημένους ἀνακαινίσῃ διὰ σαρκώσεως, παλαιωθέντας διὰ τὴν ἁμαρτίαν, καὶ ἀφθάρτους κατασκευάσῃ διὰ τῆς ὁμοιότητος τῆς πρὸς τὴν φθοράν.

II. Unde id confirmamus? Ex alia prophetæ voce, dicentis: [e] *Post hæc in terra visus est, & cum hominibus conversatus est*. Illa quidem visionis fuerunt, non conversationis argumenta: Ista conversa- C tionis sunt, non visionis præconia. Quomodo igitur ait: *Ipse Dominus veniet, & salvabit nos*? Dixeris nobis o beate. Quomodo figuratur, in quem non cadit figura? Immobilisque ab cælestibus sedibus, derelicta rursum statione, in terram transfertur? His vero vir divinus occurrerit, dicens: Alio oraculo traditum audivisse adventus modum. Quid heic supervacanea curiositate exquiritis oraculum? Fugit vos dictum illud: [f] *Ecce virgo habebit in utero, & pariet filium, & vocabunt nomen ejus Emmanuel*: quod interpreteris, Nobiscum Deus? Nonne audistis quod scriptum est, quia [g] *Parvulus natus est nobis, filius & datus est nobis, cujus principatus super humerum ejus, & vocatur nomen* D *ejus, magni consilii Angelus: admirabilis, consiliarius, Deus fortis, potens, princeps pacis, pater futuri sæculi?* Ex iis sermonibus cognitum habetis modum præsentiæ. Virgo enim incorrupta, nesciam illam corruptionis lucernam, corporali ratione concipiet. Oportet enim ut se Dei Verbum augustissimum ad carnem usque nobis inclinet; ut quos incorporea divinitate creaverat, peccato veteratos, carnis assumtione innovet, & immunes a corruptione, similitudine ad corruptionem, efficiat.

Ταῦτα τοῦ προφήτου πρὸς αὐτοὺς εἰρηκότος, ἐροῦμεν καὶ ἡμεῖς. ὦ παιδίον οὐρανοῦ παλαιότερον. ὦ τρισόλβιος υἱὸς, ὅστις [3] ἐπ' ὤμων ἥκει τὴν ἑαυτοῦ

III. His ad eos per prophetam dictis, etiam ipsi interrogabimus. O puerule cælo antiquior! O filius E ter beatus, qui venit ferens principatum suum, non

a Gen. xvii. 1. b Exod. III. 2. c Isa. vi. 2. d Ezech. x. &c. e Bar. III. 38. f Isa. vii. 14. g Isa. ix. 6.

1. Τὸν λύχνον τὸν ἄφθαρτον.] Solet crebro in scriptura, per lucernam designari proles & semen; in qua igniculus patris & pater velut vivat. Sic Jansen. illud Psal. 131. *Paravi lucernam Christo meo paraphrasticωs: Paravi enim uncto meo David posteritatem, quæ sua claritate & gloria, quasi lucerna quædam illustrabit Davidis nomen*: ubi plura in eam rem. Præ omnibus autem fuit Mariæ lucerna Dominus Jesus, qui Lux de Luce æternum a Patre prodit; humanumque & suum dignatione genus, carnali ex ea nativitate, ad divinæ Lucis commercium, deificatione admirabili evehit: ut tantum faciat homines deos, quantum factus est ipse, homo: ut ingens illa theologiæ lucerna Gregorius audentius protulit, exponitque D. Maximus dub. ad Thomam, &c.

2. Μέχρι γὰρ σαρκὸς δεῖ συγκαταβῆναι πρὸς ἡμᾶς.] Velut condescendat: sed ea vox durior est; quamquam habet Bernardus, sive quisquis auctor est sermonis in Evangelium infra oct. Epiphan. Imitati sumus magnum Leonem in illo, *Se nobis inclinet*: Passim utitur Chrysostomus ea voce etiam in materia visionis, ubi etiam quædam est Dei in nos inclinatio, compositioque ad nostrum modum, qui se videndum præbeat, non quantus est ipse, sed quantum ejus lumine perfusus intellectus creatus, capere potest.

3. Ἐπ' ὤμων βαστάζων τὴν ἑαυτοῦ ἀρχήν.] Pulcra illius loci expositio: quam eamdem habet Theodotus Ancyranus auctor alterius orationis in Annam & Symeonem, Amphilochii nomine vulgatæ.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

βασιλεύων ἀρχὴν, καὶ οὐ παρ' ἑτέρου ζητῶν αὐτὴν κομίσασθαι. ἔμφυτον γὰρ τῷ λόγῳ τῶν πάντων ἄρχειν ὡς υἱῷ, καὶ οὐκ ἐπείσακτον ὡς ποιήματι. ἡ ἀρχὴ γὰρ, φησιν, ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ. ὢ μεγαλώνυμον γέννημα. μεγάλης γὰρ βουλῆς, φησιν, ἄγγελος, καὶ Θεὸς ἰσχυρὸς ὀνομάζεται. ὢ παντοδύναμος ἐξουσία. θαυμαστὸς γὰρ σύμβουλος, καὶ ἄρχων εἰρήνης ἐστί. πῶς τοίνυν δοξάσωμεν τὴν σήμερον ἑορτήν; πῶς μακαρίσωμεν τὴν ἐπὶ τοῦ παρόντος μυστικωτάτην πανήγυριν; τίς γὰρ ἐξιχνιάσει τὸ ταύτης τῆς ἡμέρας πλοῦτον ἀθάνατον; ποίοις μεγαλήχοις καὶ ὑψηλοτάτοις ῥήμασιν ἀνακηρύξομεν τὸ πανύμνητον τοῦτο καὶ τροπαιοῦχον τῆς ἀφθαρσίας μυστήριον; ὢ ἡμέρα μυρίων ὕμνων ἀξία, ἐν ᾗ ἀνέτειλεν ἡμῖν τὸ ἄστρον ἐξ Ιακὼβ, καὶ ὁ ἄνθρωπος ὁ οὐράνιος, ὃς ὤφθη ἐξ Ισραὴλ, καὶ ἐπεδήμησεν ἡμῖν ὁ ἰσχυρὸς Θεὸς, καὶ ὁ τῆς δικαιοσύνης ἐπεσκίασεν ἥλιος, καὶ ὁ τῶν θείων ἀρετῶν ἠνέῳκται θησαυρὸς, καὶ τὸ τῆς αἰωνίου ζωῆς φυτὸν ἀνθρώποις ἐβλάστησε, καὶ ἡ ἀνατολὴ ἐκ τοῦ ὕψους ἐπέλαμψε, καὶ ὁ τῶν οὐρανίων καὶ ἐπιγείων δεσπότης ἐκ παρθενικῶν λαγόνων, ὑπὲρ κόσμου λυτρώσεως, εἰς κόσμον φθαρτὸν ἐλήλυθεν. ἐγεννήθη γὰρ ἡμῖν σήμερον σωτὴρ, ὅς ἐστι Χριστὸς κύριος, ὅστις φῶς ὑπάρχει ἐθνῶν, καὶ σωτηρία οἴκου Ισραήλ. ὢ τοῦ θαύματος. ἐπὶ φάτνης ὡς παιδίον ηὐλίζετο, ὁ ὑπὸ τῶν οὐρανῶν μὴ περιγραφόμενος. καὶ γυναικείαις ἀγκάλαις ἐθάλπετο, ὁ λόγῳ βραχεῖ τὰ πάντα συστησάμενος· καὶ ἐγαλουχεῖτο ὑπὸ τῶν ἀμιάντων τῆς ἁγίας παρθένου μαστῶν, ὁ πάσαις ταῖς ὑπερκοσμίαις δυνάμεσι τὸ εἶναι κεχαρισμένος. ἐγένετο γάρ, φησι, καθὼς μαρτυρεῖ τὸ εὐαγγέλιον· ἐν τῷ εἶναι αὐτοὺς ἐκεῖ, ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ τεκεῖν αὐτήν. καὶ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον, καὶ ἐσπαργάνωσεν αὐτὸν, καὶ ἀνέκλινεν αὐτὸν ἐν τῇ φάτνῃ, διότι οὐκ ἦν αὐτοῖς τόπος ἐν τῷ καταλύματι.

A vero quærens ut ab alio accipiat. Est enim Verbo a natura, tamquam Filio, ut omnibus præsideat, nec aliquid adscititium ut creatura habeat. *Principatus enim*, inquit, *super humerum ejus*. O proles magni nominis! *Magni enim consilii*, inquit, *angelus vocatur*, & *Deus fortis*. O potestas omnipotens! *Admirabilis* enim *consiliarius est*, & *princeps pacis*. Quei ergo celebraverimus hodiernam festivitatem? Quei maxime spiritualem in præsenti celebritatem beatam prædicaverimus? Quis enim hujusce diei immortales divitias investigabit? Quibus magnisonis elatissimisque verbis, omnibus canticis prosequendum, ac tropæale sacramentum hoc, proclamabimus? O dies innumerabilibus celebranda can- B ticis, in qua nobis [a] orta est stella ex Jacob, cælestisque homo ex Israel apparuit, ac nos Deus fortis adiit: solque justitiæ obumbravit, & virtutum divinarum thesaurus patuit, ac vitæ æternæ planta hominibus germinavit, Oriensque de alto illuxit & terrestrium infernorumque Dominus ex virgineo progressus utero, pro mundi redemtione, in mundum corruptibilem venit. [b] *Natus enim est nobis hodie Salvator Christus Dominus*, qui [c] *lumen est gentium*, & salus domus Israel. O miraculum! Qui non definitur cælis, in præsepi demoratus est ut parvulus: quique brevi sermone universa constituit, muliebribus fovebatur ulnis; ac qui supercælestibus omnibus virtutibus donavit ut essent, impollutis lactabatur C Virginis sacræ uberibus. [d] *Factum enim est*, inquit, ut Evangelium restatur, *cum essent ibi*, *impleti sunt dies ut pareret. Et peperit filium suum primogenitum*, & *pannis eum involuit*, & *reclinavit eum in præsepio: quia non erat eis locus in diversorio.*

Τίς ἡ καινὴ καὶ παράδοξος αὕτη μυσταγωγία; [1] τίς ἡ παντοδύναμος καὶ φθαρτοποιὸς τῆς θείας προνοίας εὐμένεια; τί τὸ δεινὸν καὶ πάνσοφον κατὰ τοῦ διαβόλου στρατήγημα; ἠλευθέρωται κόσμος διὰ παρθένου, ὁ διὰ ταύτης τὸ πρὶν ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν πεσών. διὰ παρθενικοῦ τοκετοῦ τεταρτάρωται δαιμόνων ἀοράτων τὰ τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα συστήματα. σύμμορφος τοῖς δούλοις ὁ δεσπότης γέγονεν, ἵνα οἱ δοῦλοι γένωνται σύμμορφοι πάλιν Θεοῦ. ὢ Βηθλεὲμ πόλις ἡγιασμένη, καὶ [2] τοῖς ἀνθρώποις συγκεκληρωμένη. ὢ φάτνη, ὢ φάτνη συμμέτοχε τῶν Χερουβὶμ, καὶ ὁμότιμε τῶν Σεραφίμ. ὁ γὰρ αἰωνίως ὑπ' ἐκείνων τῶν θρόνων ἐποχούμενος θεϊκῶς, νῦν ἐν σοὶ σωματικῶς πάλιν αὐλίζεται. ὢ Μαρία, ὢ Μαρία ἡ τὸν ἁπάντων δημιουργὸν πρωτότοκον κεκτημένη. ὢ ἀνθρωπότης, ἡ [3] τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον σωματικῶς οὐσιώσασα, καὶ τῶν ἐπουρανίων καὶ νοερῶν δυνάμεων ἐν τούτῳ τῷ μέρει προτετιμημένη. οὐ γὰρ ἠξίωσε Χριστὸς μορφωθῆναι πρὸς τὰς τῶν ἀρχαγγέλων μορφὰς, οὔτε μὴν πρὸς τὰς τῶν ἀρχῶν, καὶ δυνάμεων, καὶ ἐξουσιῶν [4] ἀτρέπτους εἰκόνας, ἀλλὰ πρὸς σὲ τὴν κατενεχθεῖσαν ἐπὶ τροπὴν, καὶ τοῖς ἀλόγοις ζώοις παρασυμβεβλημένην. οἱ μὲν γὰρ ὑγιαίνοντες οὐ χρείαν ἔχουσιν ἰατροῦ· ἡ δὲ νό-

IV. Quæ nova hæc & mirabilis doctrina? Quæ omnipotens, & faciens mortalem, divinæ providentiæ benevolentia? Quod grande astutissimumque stratagema adversus diabolum? Mundus assertus est in libertatem per Virginem, qui per virginem olim sub peccatum corruerat. Virginali partu, tot tan- D tæque invisibilium dæmonum copiæ in tartarum præcipites datæ sunt. Factus est Dominus conformis servis, ut servi iterum conformes Deo fierent. O Bethlehem urbs sanctificata, & communis hereditas hominibus facta! O præsepe, o præsepe comparticeps Cherubim, eodemque Seraphim honore! [e] Qui enim iis æternum sedibus divine inequitat, nunc in te rursum corporaliter degit. O Maria, o Maria, quæ universorum creatorem habuisti primogenitum! O humanitas Dei Verbo corporaliter facta substantia, eoque titulo cælestibus spiritalibusque virtutibus honore prælata! Noluit enim [f] Christus formam Archangelorum induere, sed neque Principatuum & Virtutum Potestatumque immutabiles E imagines, tuam vero in mutationem prolapsam induit, & [g] brutis animantibus comparatam. [h] Sanis quidem non est opus medicus: at quæ multis mor-

a Num. XXIV. 17. *b* Luc. II. 11. *c* Ibid. ℣. 32. *d* Ibid. ℣℣. 6. 7. *e* Psalm. LXXIX. 2. *f* Heb. II. 16. *g* Psalm. XLVIII. 14. *h* Matth. IX. 12.

1. *Τίς ἡ παντοδύναμος καὶ φθαρτοποιός.*] Pulcra antithesis: vere enim nusquam magis eluxit divina potentia; tametsi impotentiæ videtur, facere mortalem. Sic Maria: *Fecit potentia*, &c.

2. *Συγκεκληρωμένη ἀνθρώποις*] Quam velut communem metropolim homines sortiti sint, ex ignobili vico, facta Christi editione, regina urbium, juxta prophetiam Micheæ: *Et tu*; &c.

3. *Τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον σωματικῶς οὐσιώσασα.*] Quæ Dei Verbum vere substantia induisti: ut τὸ, *σωματικῶς*, sit emphaticum, quale illud Paulli: *In quo habitat plenitudo divinitatis σωματικῶς*, vel *corporaliter*: quia ipsa corporalis, substantia donavit Verbum, eo vere factum corpus, *μεταποιούμενος αὐτῷ*. Hoc sibi adsciscens, ut & esse carnem; atque adeo creaturam; non mutatione aliqua, sed assumtione & appropriatione:

4. *Ατρέπτους εἰκόνας*:] Modo quidem tales absolute, propter gloriam: antea vero & a conditione, quodammodo etiam. Quod enim non absolute, arguit Lucifer ille, mutatus in tenebras, ut bene colligit Gregorius Theologus, orat. in Natal. & 2. in sanctum Pascha.

σῃ συχνῇ καταχεθεῖσα, τηλικούτου καὶ τοιούτου τετύχηκεν ἰατροῦ, ὡς [1] μείζονος τῆς ὑγείας εὐτυχῆς ἐστι σωτηρίας, τοῦ νοσήματος δραπετεύσαντος. ἀλλὰ ποῦ νῦν ὁ δυσμενὴς καὶ [2] ἀβρόντητος· ὁ ἀλάστωρ καὶ παμμίαρος δράκων, ὁ μετεωρίζειν εἰς ὕψος τὸν ἑαυτοῦ θρόνον ἐπαγγειλάμενος;

Διὸ, ἀδελφοὶ, μακαρίας κλήσεως ἐπουρανίου μέτοχοι, πρὸς υἱοθεσίαν Θεοῦ καὶ ἀδελφότητα κεκλημένοι, εὐχαριστεῖν ὀφείλομεν τῷ καλέσαντι ἡμᾶς, καὶ παρέχειν ἑαυτοὺς ἀξίους εἶναι τοῦ παρέχοντος ἡμῖν τὴν ἀδελφότητα, καὶ δεξαμένου ἡμᾶς εἰς υἱοθεσίαν. ἑκόντες οὖν καὶ ἐξ ἀγάπης δουλεύσωμεν αὐτῷ, ἕτοιμοι ὄντες πρὸς πᾶσαν δικαιοσύνης κατόρθωσιν· ἁγνείᾳ κοσμούμενοι, ἀκτημοσύνην διώκοντες, λόγοις Θεοῦ προσκαρτεροῦντες, εὐχαῖς ἁγίαις καὶ ὕμνοις Θεοῦ ἱεροῖς ἀνακείμενοι. μετασχηματίζοντες ἑαυτοὺς ἀπὸ τοῦ αἰῶνος τούτου, ἐπιλανθανόμενοι τῶν γηΐνων καὶ θνητῶν ἐπιθυμιῶν, νικῶντες ἐν τῷ ἀγαθῷ τὸ κακὸν, μηδενὶ κακὸν ἀντὶ κακοῦ ἀποδιδόντες· μὴ λογιζόμενοι ἑαυτοὺς διατρίβειν ἐν τῇ γῇ, ἀλλ' ἐν οὐρανῷ πολιτεύεσθαι· μετ' ἀγγέλων ἀναστρέφεσθαι, τῷ θρόνῳ τῆς οὐρανίου βασιλείας παραστῆναι. ταῦτα τῶν ἱερῶν ἀποστόλων τὰ διδάγματα· ἐν τούτοις Χριστὸς ἡμῖν τὴν μακαρίαν καὶ αἰώνιον διαθήκην διέθετο. θαυμασάτω τὴν ἀρετὴν ἡμῶν ὁ κόσμος· αἰσχυνθήτωσαν Ἰουδαῖοι τὸν νέον καὶ ἐκλεκτὸν λαὸν θεωροῦντες, ὅσῳ κάλλει κεκόσμηται πνευματικῷ, ὅσῃ λαμπρότητι καταυγάζει τὸν κόσμον. διὰ τοῦτο γὰρ ἡμᾶς μεμιγμένους ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἀφῆκεν, ἵνα φαινώμεθα ὡς φωστῆρες ἐν κόσμῳ· ἵνα σπέρμα σωτηρίας ὦμεν, εἰς ἐπιστροφὴν θεωρούμενοι πᾶσι τοῖς συνοῦσι καὶ συντυγχάνουσιν. ὁρᾶτε μή τις δι' ὑμᾶς τῶν ἐθνικῶν βλασφημήσει Θεόν. εὐφημείσθω δὲ ἐν ἡμῖν ὁ καλέσας, καὶ ἁγιάσας καὶ σώσας. ὁ βίαιος καὶ θρασὺς, θαυμασάτω τὴν ἐπιείκειαν ἡμῶν καὶ μετριότητα· ὁ λοιδορῶν, ἀντευφημούμενος ἐντρεπέσθω· ὁ περὶ χρημάτων φιλονικῶν καὶ δικάζεσθαι βουλόμενος, ἀταράχους ἡμᾶς εὑρισκέτω περὶ χρήματα, μὴ νομίζοντας ἑαυτοὺς ἔχειν κτῆσιν ἐπίγειον, ἀλλὰ κρατοῦντας τὴν ἐπουράνιον· ὁ διὰ παρακλήσεως φιλικῆς προσιέμενος ἡμᾶς εἰς ἡδονὰς κοσμικὰς, εὑρισκέτω σεμνοὺς, ἀμετακινήτους, σωφροσύνην ποθοῦντας, οὐχ ἡδονῇ δελεαζομένους. ἵνα εἴδωσι πόσον ἰσχύει πνεύματος ἁγίου συνοίκησις. φύσιν σαρκὸς ἐκνεκρώσαντες. ὁ πρόχειρος εἰς ἐπιορκίαν, εὑρισκέτω μηδὲ ὀμνύειν ἀνεχομένους ἡμᾶς, ἀλλὰ δεδοικότας τὸ τοῦ Θεοῦ προφέρειν ὄνομα περὶ ταπεινῶν καὶ γηΐνων πραγμάτων. οὕτω γὰρ ἐσόμεθα πάντες διδάσκαλοι τῶν ἐντυγχανόντων ἡμῖν ἐν οἱῳδήποτε πράγματι. οὕτω δὲ πολιτευσάμενοι, γενησόμεθα ζύμη ἁγία, καὶ δι' ἡμῶν ζυμωθήσεται ὁ κόσμος εἰς σωτηρίαν, καὶ πολὺς ἐξ ἡμῶν καρπὸς εὑρεθήσεται τῷ κυρίῳ πεφυλαγμένος, καὶ δοξασθήσεται ὁ Θεὸς ἐν ἡμῖν, κατὰ τὸν λέγοντα κύριον· ἐν τούτῳ ἐδοξάσθη ὁ πατὴρ, ἵνα ὑμεῖς καρπὸν πολὺν φέρητε, καὶ γένησθέ μοι μαθηταί. δοξασθεὶς δὲ ὑφ' ἡμῶν ὁ κύριος, δοξάσει ἡμᾶς τῇ αἰωνίῳ δόξῃ, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

A bis detinebatur, talem tantumque consecuta est medicum, ut fugato morbo, majori quam sana fortunata sit salute. Ubi vero nunc infensus ille & imperculsus: Ille exitiosus, prorsusque exsecrabilis draco, qui edixerat foret ut [a] thronum suum in sublime extolleret?

V. Ideo fratres, [b] beatæ cælestis vocationis participes, ad divinam vocati adoptionem & fraternitatem, debemus agere gratias ei qui nos vocavit: eoque nos ipsos dignos ei exhibere, qui se nobis fratrem exhibuit; ac velut filii, illo digni esse, qui filiatione donavit inque adoptionem assumsit. Lubentes ergo & ex caritate ei serviamus, B expediti ad omnem gerendam justitiam: castitate ornati: consectantes paupertatem: divinis sermonibus instantes: precibus sanctis sacrisque Dei dediti canticis: nos ipsos transformantes ab isto sæculo, obliti terrenas & mortales concupiscentias: [c] *Vincentes in bono, malum: Nemini malum pro malo reddentes*: non reputantes in terra incolatum nostrum, sed [d] conversationem in cælo: cum angelis agere, cælestisque Regis throno adstare. Sunt hæc sacrorum Apostolorum doctrina tradita. In his Christus beatum nobis æternumque testamentum condidit. Demiretur mundus vestram virtutem. Confundantur Judæi contuentes quanto novus & electus populus, spirituali decore excultus sit, quantoque C mundum splendore illustret. Idcirco enim [e] dimisit nos gentibus commisceri, ut luceamus sicut luminaria in mundo: ut [f] simus salutis semen omnibus qui nobiscum versantur, & nos adeunt; ipsis facti ad conversionem spectaculum. Videte ne quis propter vos gentilium blasphemet Deum. Laudetur vero in nobis qui vocavit & sanctificavit, & salvos fecit. Ferox & audax, suspiciat nostram mansuetudinem & modestiam: Qui conviciatur, reportans bona verba, confusus abscedat: Qui pro pecuniis contendit & vult judicio agere, circa divitias imperturbatos inveniat, non reputantes [g] habere nos terrenam possessionem, sed cælestem tenere. Qui nos adit, ut amica consolatione in mundanas voluD ptates inducat, inveniat graves, immobiles, temperantiæ amantes, non captos voluptate; mortificantes naturam carnis, ut noverint quantum Spiritus sancti commoratio valeat. Qui præceps est ad perjurium, inveniat nos qui neque sustineamus jurare, sed Dei nomen, ubi de rebus abjectis & terrenis agitur, vereamur proferre. Sic enim docebimus omnes, qui in quovis negotio nos conveniunt. Sic vero institutis vitæ rationibus, vere efficiemur sacrum fermentum, nostraque opera fermentabitur mundus ad salutem, multusque ex nobis fructus invenietur repositus Domino, & in nobis glorificabitur Deus, juxta Dominum dicentem: [h] *In hoc clarificatus est Pater, ut fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei discipuli*. Porro clarificatus a noE bis Dominus, nos claritate æterna clarificabit, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

a Isa. XIV. 13. *b* Heb. III. 1. *c* Rom. XII. 21. & 17. *d* Philipp. III. 20. *e* Philipp. II. 15. *f* Isa. I. 9. Rom. IX. 29. *g* Heb. X. 14. *h* Joan. XV. 8.

1. Μείζονος τῆς ὑγείας εὐτυχὴς ἐστι σωτηρίας.] Sic passim Patres & Theologi, immensas illas divinæ bonitatis divitias in humanum genus merito celebrantes.

2. Ἀβρόντητος] Forte ἐμβρόντητος: velut qui voto frustratum se videat, quod attonitos perculsosque habet facere. Forte vero voluit significare magnam illius audaciam & infractam pervicacitatem, qualis describitur Job XL. sub nomine Behemoth.

A

ΑΜΦΙΛΟΧΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΙΚΟΝΙΟΥ,

Εἰς τὴν ὑπαπαντὴν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· καὶ εἰς τὴν Θεοτόκον, καὶ εἰς τὴν Ἄνναν, καὶ εἰς τὸν Συμεῶνα.

ΛΟΓΟΣ β'.

ΠΟλλοὶ τῶν μεγάλων ἀνθρώπων τὴν παρθενίαν θαυμάζουσιν· καὶ γάρ ἐστι θαυμαστή· ὡς τῶν ἀγγέλων σύμφυτος· ὡς τῶν ἄνω δυνάμεων συνόμιλος· ὡς τῶν ἀσωμάτων φύσεων σύνδρομος· ὡς τῆς ἁγίας ἐκκλησίας λαμπαδοῦχος· ὡς τὸν κόσμον νικῶσα· ὡς τὰ πάθη πατοῦσα· ὡς τὰς ὀρέξεις χαλινοῦσα· ὡς τῇ Εὔᾳ μὴ κοινωνοῦσα, ὡς λύπης ἀπηλλαγμένη· ὡς στεναγμῶν λελυτρωμένη· ὡς τὴν καταδεδικασμένην ἀπόφασιν μὴ [1] προσδεχομένη, τὴν φάσκουσαν· πληθύνων πληθυνῶ τὰς λύπας σου, καὶ τὸν στεναγμόν σου· ἐν λύπαις τέξῃ τέκνα, [2] καὶ πρὸς τὸν ἄνδρα σου, ἡ ἀποστροφή σου· καὶ αὐτός σου κυριεύσει· θαυμαστὴ τοιγαροῦν ἡ παρθενία, ὡς ἀδούλωτον κτῆμα· ὡς ἀμάραντον φυτόν· ὡς ἐλεύθερον ἐνδιαίτημα· [3] ὡς ἀσκητικὸν ἐγκαλλώπισμα· ὡς τῆς ἀνθρωπίνης ἕξεως ἀνωτέρα· [4] ὡς τῶν ἐπαναγκαιοπαθῶν ἐλευθέρα· ὡς συνεισελθοῦσα τῷ νυμφίῳ Χριστῷ εἰς τὸν θάλαμον τῆς οὐρανῶν βασιλείας. καὶ τὰ μὲν τῆς παρθενίας κλέη, ταῦτα, καὶ τὰ παραπλήσια τούτων· ὁ δὲ τίμιος γάμος ὑπέρκειται παντὸς δώρου γηίνου, ὡς ἔγκαρπον δένδρον· ὡς ἀστεῖον φυτόν· ὡς ῥίζα τῆς παρθενίας· ὡς γεωργὸς τῶν λογικῶν καὶ ἐμψύχων κλάδων· ὡς εὐλογία τῆς τοῦ κόσμου αὐξήσεως· ὡς παρήγορος τοῦ γένους· ὡς δημιουργὸς τῆς ἀνθρωπότητος· ὡς τῆς θεϊκῆς εἰκόνος ζωγράφος· ὡς τὸν δεσπότην εὐλογοῦντα κεκτημένος· ὡς πάντα τὸν κόσμον φέρειν δεχόμενος· [5] ὡς ἐκείνῳ πολιτευόμενος, ὃν καὶ ἐνανθρωπῆσαι ἐδυσώπησεν· ὡς δυνάμενος λέγειν μετὰ παῤῥησίας, ἴδου ἐγὼ καὶ τὰ παιδία, ἅ μοι ἔδωκεν ὁ Θεός. περίελε τὸν τίμιον γάμον, καὶ ποῦ εὑρήσεις τὸ τῆς παρθενίας ἄνθος; ἔνθεν γὰρ καὶ οὐκ ἄλλοθεν, τὸ τῆς παρθενίας ἄνθος ἀναλέγεται. ταῦτα δὲ λέγοντες, ἀγαπητοὶ, οὐ μάχην παρεισβάλλομεν μεταξὺ παρθενίας καὶ γάμου· τὰ ἑκάτερα δὲ ὡς ἀλληλόχρεα θαυμάζομεν. ἐπειδὴ τῶν ἑκατέρων ὁ δεσπότης καὶ προνοητὴς οὐκ ἀντιταλαντεύει ἕτερον τῷ ἑτέρῳ· [6] πρὸς γὰρ τὰ ἑκάτερα τῆς θεοσεβείας ἔχεται. ἄνευ γὰρ τῆς τιμίας καὶ θεοσεβοῦς [7] εὐσεβείας, οὔτε παρθενία σεμνὴ, οὔτε γάμος τίμιος.

AMPHILOCHII EPISCOPI ICONII,

De Occursu Domini nostri Jesu Christi: deque Deipara, & de Anna, & Symeone.

ORATIO II.

I. SUnt plures in hominibus magni, virique præstantes, qui virginitatem admirentur & deprædicent. Et sane est mirabilis, velut angelis cognata: velut sodalis supernarum virtutum: velut comes incorporearum naturarum: ut quæ facem sanctæ Ecclesiæ B præferat; ut quæ vincat mundum; ut quæ affectiones conculcet: refrenet appetitus: cum Eva communionem non habeat: sed doloris expers, immunis a gemitibus, decretam condemnationis sententiam non exspectet, qua dicitur: [a] *Multiplicans multiplicabo tristitias tuas, & gemitum tuum: in tristitiis paries filios, & ad virum tuum conversio tua. Et ipse dominabitur tui*. Est igitur virginitas admirabilis, velut res invicta: velut germen corrumpi nescium: velut mansio libera: ut ascetici ordinis & exercitatorum decus: ut superior humano habitu & qualitate: ut necessariis affectionibus libera: ut cum Christo sponso in regni cælorum penetrans thalamum. Et hæc quidem sunt virginitatis insignia, & si qua iis fuerint proxima: C [b] *Honorabile* autem *connubium*, donum omne terrenum superat, tamquam arbor frugifera: ut planta elegans: velut radix virginitatis: ut quod rationales vitaque potiori auctos ramos, excolat: veluti mundi cremento data benedictio: ut solatium generis: ut naturæ conditor: ut pictor divinæ imaginis: ut cui Dominus benedixit: ut quod universum mundum portare sustineat: ut cujus rationes illi instituantur, quem etiam ut homo fieret inflexit: quod tota libertate dicere possit: [c] *Ecce ego, & parvuli, quos dedit mihi Dominus*. Aufer honorabile conjugium, nec usquam virginitatis florem inveneris. Inde enim, non ex alio, colligitur flos virginitatis. Cum vero hæc dicimus, dilecti; D haudquaquam inter virginitatem matrimoniumque pugnam inducimus: sed utrumque, ut quod alterum alteri officium præstet, vicissimque indigeat altero, suspicimus. Siquidem amborum Dominus provisorque non alterum alteri opponit: in utroque enim religionem amplectitur. Nam absque religiosa pietate, neque virginitas venerabilis est, neque matrimonium honorabile.

a Gen. III. 16. *b* Heb. XIII. 4. *c* Isa. VIII. 18.

1. Προσδ.] Al. ὑποδεχομένη.

2. Καὶ πρὸς τὸν ἄνδρα σου, ἡ ἀποστροφή σου.] Minus bene Sifanus: *Et ad virum tuum te avertes*: vix enim fuerit Latinis τὸ, *avertes & aversio*, ipsum, convertes & conversio; quod vult τὸ, ἀποστροφή. & habent Syxtina ubi teste Hieronymo, Aquila, *Societatem*: Symmachus, *appetitum* vel *impetum* transtulerunt: quomodo etiam Tigur. *Et ad virum tuum erit desiderium tuum*.

3. Ὡς ἀσκητικὸν ἐγκαλλώπισμα] Velut monachorum & peculiarius Deo addictorum hominum gloria, quorum angelico in terris instituto ita cognata est angelica virtus virginitas, seu saltem continentia, ab illo semel arrepto, ut nulla indulgentia, ipso integro, possit violari, ac vel ad horam, in re etiam, non servari, solaque præparatione animi & promta voluntate; quomodo & obedientiæ & paupertatis vota, servata, non raro sufficiunt, vel deficiente qui præcipiat, vel usu rerum interim libero, ac qualis fere est domini. Qua de re tum Canonistæ ad Decret. extra. *Cum ad monasterium*, & Theologi 2. 2. ubi de voto. Sifanus: *Utpote virtutis studii & mentis exercitationis ornamentum*. Plane jejune, nec quidquam ad mentem Amphilochii.

4. Ὡς τῶν ἐπαναγκαιοπαθῶν ἐλευθέρα.] ἄλ. ἀπολυθεῖσα. Velut quæ superior videatur humanis passionibus necessitatibusque, ac quemdam jam angelicum & incorruptionis statum præferat. Erat textus mendosus omnino & mutilus ὡς τῶν ἐπάναγκες ἐλθοῦσα τῷ νυμφίῳ κ. τ. ἑξ. Sifanus: *Ut quæ necessario sponso Christo veniat in thalamum regni cælorum*: cujus dicti aut non video sensum, aut non satis sanum.

5. Ὡς ἐκείνῳ πολιτευόμενος.] Velut quod illi vivatur E & militet. Re vera enim etiam nuptiæ Deo militant; quamquam majori quam virginitas difficultate, & terrenorum solicitudine. Sifanus: *Cum ab illo regatur & administretur*, minus apte: ut enim virginitatis, ita nuptiarum ubique Amphilochius prosequitur κατορθώματα; non formaliter divina χαρίσματα: quid illa homini conferant, & quo obsequantur Deo; non quid Deus illis conferat.

6. Πρὸς γὰρ τὰ ἑκάτερα τῆς θεοσεβείας ἔχεται.] Nempe Dominus ille & provisor, velut ea afficitur eique insistit: ut sit ratio cur οὐκ ἀντιταλαντεύει ἕτερον τῷ ἑτέρῳ, non unum contra aliud velut trutinat & appendit: quasi ipsa præcise, ac nisi ut media ad pietatem religionemque, pluris fiant ab ipso: quod tamen non prohibet, ut ne virginitas sit melior & acceptior Deo ex ipsa etiam ratione operis: de quo Hieronymus contra Vigilantium.

7. Εὐσεβείας] Editi male, εὐλογίας.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.



Ταῦτα δέ μοι ἐν τῷ παρόντι λόγῳ προήχθη, διὰ τὸ ἐν τῷ νόμῳ γραφὲν, καὶ ἐν τῇ χάριτι βεβαιωθὲν, καὶ καθόλου λεχθὲν, καὶ καθόλου μὴ εὑρεθὲν, [1] καὶ ἐν τῷ κυρίῳ μόνῳ πληρωθέν. περὶ τοῦ γαμικοῦ φημι πρωτοβόλου καρποῦ. ποίου τούτου; ἤκουες ἀρτίως τοῦ εὐαγγελιστοῦ λέγοντος· καὶ ἐγένετο ὅτε ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι ὀκτὼ τοῦ περιτεμεῖν τὸ παιδίον, καὶ ἐκλήθη τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦς, τὸ κληθὲν ὑπὸ τοῦ ἀγγέλου, πρὸ τοῦ συλληφθῆναι αὐτόν. καὶ ὅτε ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ καθαρισμοῦ, ἀνήγαγον εἰς τὸ ἱερὸν αὐτὸν, καὶ παρέστησαν αὐτὸν τῷ κυρίῳ, καθὼς ἐστι γεγραμμένον ἐν νόμῳ κυρίου· ὅτι πᾶν ἄρσεν διανοῖγον μήτραν, ἅγιον τῷ κυρίῳ κληθήσεται. εἶδες τοῦ γάμου τὴν εὐλογίαν, καὶ τὸ κατὰ κοινοῦ λεχθὲν, ἐπὶ τοῦ κυρίου μόνου εὑρεθέν; ὅπερ, πᾶν ἄρσεν διανοῖγον μήτραν, ἅγιον τῷ κυρίῳ κληθήσεται, εἰς τὸν κύριον μόνον τὴν ἀναφορὰν κέκτηται, οὐχὶ καὶ εἰς ἄλλον τινὰ, εἰ καὶ ὅτι καὶ καθολικῶς εἴρηται. καὶ γὰρ πᾶσα φύσις παρθένου, πρῶτον ἐκ συνουσίας ἀνδρὸς διανοίγεται ἡ μήτρα, καὶ εἶθ' οὕτως τίκτει. ἐπὶ δὲ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, οὐχ οὕτως· ἀλλὰ χωρὶς συνουσίας αὐτὸς διανοίξας τὴν μήτραν τῆς παρθένου, [2] ἀφράστως προῆλθεν. ὥστε τὸ, πᾶν ἄρσεν διανοῖγον μήτραν, ἅγιον τῷ κυρίῳ κληθήσεται, εἰς τὸν κύριον ἀναφέρεται μόνον. μὴ ἄρα ὁ Κάϊν ἅγιος, [3] ὁ ἐν βεβηλότητι τὸ ζῆν ἀπορρήξας, ἐπειδὰν πρὸ πάντων οὗτος τῆς μητρικῆς μήτρας ἔξαρχος γέγονεν; μὴ ἄρα ὁ Ἠσαῦ ἅγιος, ὁ πολέμιος καὶ μαχαίρας κληρονόμος, ἐπειδὴ καὶ οὗτος τῆς μητρικῆς νηδύος πρῶτος ἐξέπεσεν; μὴ ἄρα ὁ Ρουβὴμ ἅγιος, ὁ τὴν πατρικὴν κοίτην ὑβρίσας, καὶ κατάρας ἀπόφασιν ἀναξέσας, ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς τῆς πολυγόνου κοιλίας τῆς Λίας πρῶτος ἐξῆλθεν; οὐδεὶς τούτων ἅγιος· [4] πάντες γὰρ οὗτοι ἐν ἐπιτιμίοις. ἐξ ὧν δείκνυται, ὅτι εἰς τὸν κύριον μόνον τὴν ἀναφορὰν ἔχει τὸ, πᾶν ἄρσεν διανοῖγον μήτραν, ἅγιον τῷ κυρίῳ κληθήσεται, κατὰ τὸν Γαβριὴλ τὸν εἰρηκότα πρὸς τὴν παρθένον· πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι· διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἐκ σοῦ ἅγιον, υἱὸς ὑψίστου κληθήσεται.

II. Hæc a me præsenti oratione prolata sunt, propter id quod est scriptum in lege, & in gratia confirmatum: quod universim dictum, nec universim inventum est, sed in solo Domino impletum: loquor de primo edito matrimonii fructu. Quonam hoc? modo audisti Evangelistam dicentem: [a] *Et factum est postquam consummati sunt dies octo, ut circuncideretur puer: & vocatum est nomen ejus Jesus: quod vocatum est ab Angelo, prius quam conciperetur. Et postquam impleti sunt dies purgationis, adduxerunt eum in templum, & exhibuerunt Domino, sicut scriptum est in lege Domini:* [b] *Quia omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur.* Vidistin' matrimonii benedictionem, & id quod in commune dictum est, in Domino solo esse repertum? Id siquidem, *Omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur:* solum Dominum, non ullum alium refert, tametsi universim dictum sit. Etenim id omnis virgo natura habet, ut primum ex viri consuetudine aperiatur vulva, sicque deinde pariat. At non ita in Salvatore nostro accidit: sed ipse, aperta sine coitu vulva, inexplicabili ratione prodiit. Quare illud, *Omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur*, ad solum Dominum refertur. Numquid vero Cain sanctus, [c] vita profane abrupta, quod materna vulva ante omnes princeps prodierit? Numquid sanctus Esau [d], hostis ille & gladii heres, quoniam & is primus ex utero materno excidit? Numquid Ruben sanctus, [e] cubili paterno violato, maledictionisque provocata sententia, quoniam & ipse ex fecundo Liæ utero primus exivit? Nullus istorum sanctus: omnes enim pœnas dederunt. Ex quibus ostenditur, referri ad solum Dominum, legis scitum illud: *Omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur:* juxta quod Gabriel dixit ad Virginem: [f] *Spiritus sanctum superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi: Ideo & quod nascetur ex te sanctum, Filius Dei vocabitur.*

a Luc. II. 21-23. *b* Exod. XIII. 2. *c* Gen. IV. 8. *d* Gen. XVI. 12. *e* Gen. XLIX. 4. *f* Luc. I. 35.

1. Καὶ ἐν τῷ κυρίῳ μόνῳ πληρωθέν.] Ut nimirum ipse aperiret vulvam, nullo semine prævio ad ejus apertionem: quam etiam rationem Methodius habet, nec non Ambrosius: solus tamen Amphilochius ea de re & movet dubium & soluit: Ambrosio etiam velut dissimulante, & ad Ecclesiæ spiritalem vulvam, quam ille vere Sanctus esset aperturus, remittente: *Sed ille Sanctus*, inquit, *quem in figura futuri mysterii, pia legis divinæ præscripta signabant; eo quod solus sanctæ Ecclesiæ virginis, ad generandos populos Dei, immaculatæ fecunditatis aperiret genitale secretum. Hic ergo solus sibi aperuit vulvam. Nec mirum: hic enim dixerat ad prophetam: Priusquam te formarem, &c. Qui ergo vulvam sanctificavit alienam, ut nasceretur propheta, hic est qui aperuit matris suæ vulvam ut immaculatus exiret.* Bene id quidem: At instat ille noster Amphilochius; cujus se, τῷ ἐπιστατικῷ καὶ νηφαλίῳ τῆς διανοίας ὑπερφυῶς ἠσθῆναι, ait Basilius, procem. lib. *de Spiritu sancto* ad ipsum: pespicacitate illa & prudentia, seu διορατικῷ illo Chrysostomi, quod ipsum in Sacerdote jungit τῷ νηφαλίῳ, qua, difficilia quæque in scriptura pervideret & feliciter solveret; vel certe, modestiæ caussa, ad solvendum, quos ut Magistros venerabatur, puta Basilium &c. ipsa interrogatione ἐπιστατικωτέρους faciens, ut idem Basilius epist. 1. can. ad ipsum, impelleret. Instat inquam: Lex ista ad Mariam refertur; fuit ergo aperta ejus vulva; non ergo Virgo virginitatem servavit. Solvat ipse qui tam digeste addubitavit: πρὸς μὲν τὴν παρθενικὴν φύσιν κ. τ. ἑξ. *Quod quidem*, inquit, *spectat ad naturam virginitatis, nullo modo sunt apertæ virgineæ portæ*: id est, re ipsa, & quod requiritur ut salva sint virginea claustra, nulla fuit apertio: πρὸς δὲ τὴν δύναμιν τοῦ τεχθέντος δεσπότου, οὐδὲν κέκλεισται τῷ κυρίῳ. Ita nimirum exivit virtute illa sua divina, claustris integris, ac si illa reserata essent, qui supra naturam natura utitur, & ad nutum sibi omnia subjicit. Exivit ergo vulva non aperta, quam sibi ipse ad immaculatum partum aperuit. Est hæc quæstio, ceu hinc accepta, grandi fragmento, inter collectanea Maximi, dubiorum in scripturam codicis Thuani.

2. Ἀφράστως] Al. ἀφθάρτως.

3. Ὁ ἐν βεβηλότητι τὸ ζῆν ἀπορρήξας] Nempe vita fratris quam abrumpendo, τὸ ζῆν & vitam absolute abrupit; prima morte, fratricidio invecta mundo. Sicut enim in aliis proprium cujusque crimen refert, cujus caussa, etsi primogenitus non sit vere sanctus, ita debuit referre Caini: quod constat esse fraternam cædem, non quod sit natus in peccato originali, quo nihil differt a sanctissimis. Male ergo Sifanus: *Qui in statu impuro atque profano in vitam prorupit*. Retinuimus τὸ, ἔξαρχος, quasi princeps primogenitorum: quamquam τὸ, ἐξ ἀρχῆς non sit incongruum.

4. Πάντες γὰρ οὗτοι ἐν ἐπιτιμίοις.] Sola impressa heic mutila, necessaria ista continuandæ orationi desiderant. Dederunt pœnas ceu rei, quas & ipsas in singulis velut subindicat. In Caino ergo τὸ, ἀπορρήξας τὸ ζῆν, etiam Caini ipsius vitam significaverit, quam profane abrupit: eo modo mortuus, quo vixit: *Profugus a facie Domini*; Genes. IV. Forte etiam occisus & ipse a Lamec, juxta Hebræorum traditionem, ut sit vir ille, quem is ait, *Se occidisse in vulnus suum*: Genes. item IV. cujus necis metus, non tam fuit divina indulgentia deprecanti absterfus, quam castigatus, adjecta inferenti graviori pœna, quam ipse a cæde fraterna retulisset. In Esau, crimini respondet pœna, τῷ πολεμίῳ: hosti omnium & lacessenti omnes, gladius quem ei hostes omnes inferant, juxta illud: *Manus ejus contra omnes, & manus omnium contra eum*: Genes. XVI. quod dictum in Ismaelem, referre videtur Amphilochius in Esau, lapsu memoriæ. Male vero Sif. *Et ille belli & gladii heres*: ac in margine ἴσ. πολέμου: egregia plane correctio. De Ruben nihil addendum, claris in eo, ex scriptura, crimine & pœna: offensa paterno cubili polluto, & maledictione.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

Εστι δὲ πάντως εἰπεῖν τινα τῶν ἀντιλεγόντων· ὅτι εἰ τοίνυν εἰς τὸν κύριον τὴν ἀναφορὰν ἔχει τὸ, πᾶν ἄρσεν διανοῖγον μήτραν, ἅγιον τῷ κυρίῳ κληθήσεται, οὐκ ἔμεινεν ἡ παρθένος, παρθένος. ἐφώνησε γὰρ ἡ γραφὴ, ὅτι πᾶν ἄρσεν διανοῖγον μήτραν· ἠνέῳκται ἡ παρθενικὴ μήτρα, εἰ εἰς τὸν κύριον τὴν ἀναφορὰν κέκτηται· ἀλλ' ἄκουε [1] συνετῶς· πρὸς μὲν τὴν παρθενικὴν φύσιν, οὐδ' ὅλως αἱ παρθενικαὶ πύλαι ἠνεῴχθησαν, βουλήσει τοῦ ἀρτίως κυοφορηθέντος, κατὰ τὸ φάσκον περὶ αὐτοῦ ῥητόν. αὕτη ἡ πύλη τοῦ κυρίου, καὶ εἰσελεύσεται καὶ ἐξελεύσεται, καὶ ἔσται ἡ πύλη κεκλεισμένη. ὡς πρὸς τὴν παρθενικὴν τοίνυν φύσιν, οὐδ' ὅλως ἠνεῴχθησαν αἱ παρθενικαὶ πύλαι. ὡς δὲ πρὸς τὴν δύναμιν τοῦ τεχθέντος δεσπότου, οὐδὲν κέκλειστται τῷ κυρίῳ, ἀλλὰ πάντα ἠνέῳκται. οὐδὲν τὸ παρεμποδίζον· οὐδὲν τὸ παρενοχλοῦν. πάντα γὰρ τῷ κυρίῳ ἠνέῳκται. ὅθεν καὶ αἱ ἄνω [2] ὑπέρταται δυνάμεις, ταῖς κάτω παρεγγυῶσαι, κεκράγασι λέγοντες. ἄρατε πύλας οἱ ἄρχοντες ὑμῶν, καὶ ἐπάρθητε πύλαι αἰώνιοι, καὶ εἰσελεύσεται ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης. θαυμαστὴ τοίνυν ἡ παρθενία, ἡ ὄντως ἀληθὴς παρθενία, ἐπειδή ἐστι καὶ ἐν παρθενίᾳ διαφορά. [3] αἱ μὲν νυστάξασαι, αἱ δὲ γρηγορήσασαι. θαυμαστὸς καὶ ὁ γάμος, ὁ ἀληθὴς, καὶ τίμιος· πολλοὶ γὰρ ἐφύλαξαν, καὶ πολλοὶ παρεσάλευσαν. θαυμαστὴ δὲ καὶ ἡ χηροσύνη. καλὸν γὰρ τῶν τριῶν ταγμάτων ἀπομνημονεῦσαι.

III. Plane vero fuerit qui contradicens dicat: Si ergo ad Dominum refertur quod scriptum est: *Omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur*, Virgo virginitatem non servavit. Clamavit enim scriptura; *Omne masculinum adaperiens vulvam*: fuit utique aperta Virginis vulva, si id ad eum referri habuit. Enimvero cordate audi & intelligenter: Quod quidem attinet ad naturam virgineam, nullo omnino modo virgineæ portæ fuerunt apertæ, volente eo qui nuper utero gestabatur, juxta illud de ipso oraculum: [a] *Hæc porta Domini: & ingredietur & egredietur: & porta erit clausa*. Quod itaque spectat ad naturam virgineam, nullo prorsus modo apertæ sunt virgineæ portæ: sed quod attinet ad potentiam Domini qui est natus, nihil Domino clausum est, sed omnia sunt illi aperta: Nihil est quod impediat: nihil quod officiat & obstet. Omnia Domino sunt aperta. Unde etiam supremæ in excelsis virtutes, inferis virtutibus clamore præcipiunt, dicentes; [b] *Tollite portas, principes, vestras: & elevamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ*. Est ergo virginitas admirabilis, vera, inquam, virginitas: quando etiam in virginitate discrimen est. Aliæ siquidem virgines dormitaverunt, aliæ fuerunt vigiles. Sed & matrimonium est admirabile, verum, inquam, illud & honorabile. Multi enim servaverunt, multique labefactarunt. Admirabilis nihilominus etiam viduitas: Haud enim alienum a recto, ut trium ordinum mentionem faciamus.

Καὶ ὡς προεῖπον, θαυμαστὴ καὶ ἡ χηροσύνη, ἡ ὄντως χηροσύνη· ἡ τῶν ἀμιάντων ἄθλων ἀγῶνα νικήσασα· ἡ τιμία καὶ καθαρὰ καὶ ἀκίβδηλος· ἡ ἄνευ τῦ ἰδίου συζύγου, ῥύπου ἀνεπίμικτος. οἷα γέγονε καὶ ἡ ἀρτίως ἡμῖν παραγνωσθεῖσα, Αννα ἡ προφῆτις, ἡ καλῶς γηράσασα, καὶ ὡς ἀετὸς ἀνακαινισθεῖσα. ἤκουες γὰρ ἀρτίως τοῦ εὐαγγελιστοῦ Λουκᾶ λέγοντος. καὶ ἦν Αννα προφῆτις, θυγάτηρ Φανουὴλ, ἐκ φυλῆς Ασὴρ, αὕτη προβεβηκυῖα ἐν ἡμέραις πολλαῖς, ζήσασα μετὰ τοῦ ἀνδρὸς ἔτη ἑπτὰ ἀπὸ τῆς παρθενίας αὐτῆς· καὶ αὕτη χήρα ὡς ἐτῶν ὀγδοήκοντα τεσσάρων· ἣ οὐκ ἀφίστατο ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ, [4] νηστείαις καὶ δεήσεσι λατρεύουσα νύκτα καὶ ἡμέραν. εἶδες ἐν τίσι, καὶ οἵα ἡ χήρα Αννα ἐν τοῖς θείοις εὐαγγελίοις ἐγκεκαλλώπισται; [5] ὄντως Αννα, ἡ Αννα· συνέδραμεν τῇ τῶν τρόπων εὐδοξίᾳ ἡ τοῦ ὀνόματος προσηγορία· ἀκουέτωσαν αἱ γυναῖκες, καὶ ζηλούτωσαν τὴν ἔνδοξον Ανναν, καὶ τὸ ὅμοιον δρόμον τρεχέτωσαν, ἵνα τῶν ἴσων στεφάνων ἀπολαύσωσι. μηδεὶς ἀπροστασίαν προφασίσηται, ἵνα μὴ τὴν ἁγνείαν τῆς μονογαμίας ἀποσείσηται.

IV. Atque ut prius dicebam, etiam viduitas admirabilis est, vera illa viduitas: quæ [c] *in certamine immaculatorum præmiorum* exstitit victrix; quæ honorabilis & pura est, nec ementita: quæ excepta conjugis consuetudine, turpis rei inquinamenta nescit. Talis fuit, quæ nobis modo, lectionis decursu inducta est, Anna Prophetissa, bono provecta senio, ac tamquam [d] aquila renovata. Audisti enim non ita pridem Lucam Evangelistam dicentem: [e] *Et erat Anna prophetissa, filia Phanuel, de tribu Aser: hæc processerat in diebus multis, & vixerat cum viro suo annis septem a virginitate sua. Et hæc vidua usque ad annos octoginta quatuor: quæ non discedebat a templo, jejuniis & obsecrationibus serviens nocte ac die*. Vidistin' quibus, & qualis existens Anna vidua, in sacris Evangeliis honestetur? Anna, vere Anna. Spectatis moribus, comes accessit nominis appellatio. Audiant mulieres, & claram illam Annam æmulentur, paremque conficiant cursum, ut pares quoque coronas consequantur. Ne qua se causetur destitutam patrono, ut ne unici matrimonii castitatem & sanctimoniam excutiat.

Στέφανος τῶν χηρῶν ἡ Αννα, γυνὴ τὸ σχῆμα, προφῆτις τὸ τάγμα· ἐν χηροσύνῃ διάγουσα, ἐν βασιλείᾳ διαστρεφομένη. κεχαλασμένη τὸ σῶμα, νενευρωμένη τὴν ψυχήν· ἐρρυτιδωμένη τὴν ὄψιν, διατεταμένη τὴν φρόνησιν. [6] τῷ γήρᾳ συγκύπτουσα, ὀρθοβατοῦσα τῇ γνώσει. τῇ πολυετίᾳ πεπαλαιωμένη, σφριγῶσα τῇ θεογνωσίᾳ· νηστεύουσα, καὶ μὴ ἀδηφαγοῦσα· δεομένη, καὶ μὴ ῥεμβομένη· τῷ ἱερῷ σχολάζουσα, καὶ ἀλλοτρίους οἴκους μὴ περιτρέχουσα· ψάλ-

V. Est Anna, corona mulierum viduarum, conditione & sexu mulier, ordine prophetissa, in viduitate degens, in regno agens: corpore languido & flaccescenti, robusto animo: cujus faciem rugæ contraherent, prudentia extenderet: senectute incurva, recta incedens scientia: longa annositate veterata, scientia Dei vigens: jejunans, non se cibo ingurgitans: orans, non mente vaga: in templo vacans, non per alienas oberrans domos: psalmis intenta,

[a] Ezech. XLIV. 2. [b] Psalm. XXIII. 9. [c] Sap. IV. 2. [d] Psalm. CII. 5. [e] Luc. II. 36. 37.

1. Συνετῶς] Impressa συνεχῶς.
2. Υπέρταται δυνάμεις.] Aptius forte ὑπέρτεραι, ut habent alii codices; ut tantum significentur Angeli superiores dæmonibus, & Christo comites. ὑπέρτεραι οὖσαι δυνάμεις. sin naturæ conditione, at dono gratiæ.
3. Αἱ μὲν νυστάξ.] Dicit, non verba, sed sensum parabolæ: vere enim; sapere, vigilare est, & quomodo Dominus in parabolis aliis vigilandum præcipit; ut & desipere, dormitare.
4. Νηστείαις κ. τ. ἑξ.] Al. ἥτις ἐν νηστείαις καὶ δεήσεσιν ἐλάτρευσεν ἐν τῷ ἱερῷ. Mox vero pro εὐδοξίᾳ al. δόξῃ.
5. Αννα ὄντως Αννα.] Sic simpliciter reddimus; non explicata voce Anna, ut nec author explicavit: ut enim nobis, *Gratia*, ita illi fuisset exponenda, χάρις. Aliter impressa distinguunt, sed minori gratia.
6. Τῷ γήρᾳ] Al. τὸ γῆρας. Mox vero, al. γνώμῃ pro γνώσει.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

λοῦσα, καὶ μὴ φλυαροῦσα· προφητεύουσα, καὶ μὴ μυθολογοῦσα· θεῖα μελετῶσα, καὶ τὰ ἄσεμνα μὴ προξενοῦσα· ὑπερέβαλεν ἡ Ἄννα τὴν παρὰ τοῦ ἀποστόλου μακαριζομένην χήραν· ποίαν ταύτην; ἄκουε Παύλου λέγοντος. χήρα καταλεγέσθω μὴ ἔλαττον ἐτῶν ἑξήκοντα γεγονυῖα, εἰ ἐτεκνοτρόφησεν· εἰ ἁγίων πόδας ἔνιψεν· εἰ [1] δεομένοις ἐπήρκεσεν· εἰ παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ ἐπηκολούθησεν. ὑπερέβαλεν αὕτη τὴν ὑπὸ τοῦ ἀποστόλου μακαρισθεῖσαν, καὶ τοῖς ἔτεσι, καὶ τοῖς πολιτεύμασιν. ἡ γὰρ προφητείας ἀξιωθεῖσα, καὶ πνεύματος ἁγίου δοχεῖον ὑπάρξασα, καὶ πᾶσι τοῖς προσδεχομένοις τὴν τοῦ κυρίου ἔνσαρκον παρουσίαν, τὰ σύμβολα τῆς παρουσίας μηνύσασα, πῶς οὐχ ὑπερηκόντισε πάσας; τοῦ εὐαγγελιστοῦ περὶ αὐτῆς εἰρηκότος, καθὼς ἀρτίως ἤκουες· καὶ αὕτη, φησὶν, ἡ Ἄννα, αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἐπιστᾶσα, ἀνθωμολογεῖτο τῷ κυρίῳ, καὶ ἐλάλει πᾶσι τοῖς προσδεχομένοις λύτρωσιν ἐν Ἱερουσαλήμ. εἶδες τῆς Ἄννης τὴν μεγαλειότητα; ὑπὲρ τοῦ κυρίου συνηγόρει, ἐπὶ αὐτοῦ τὰ αὐτοῦ κατενώπιον λαλοῦσα. ὢ τῶν παραδόξων πραγμάτων. χήρα, ἀλλὰ τοὺς ἱερεῖς καὶ γραμματεῖς ἐδρίμυττε, καὶ δριμύττουσα, πάντα τὸν λαὸν ἐψυχαγώγει, μηνύουσα τὴν μέλλουσαν ἔσεσθαι λύτρωσιν ἐν Ἱερουσαλὴμ, τῇ τοῦ κυρίου ἐπιστασίᾳ· λέγουσα πρὸς τοὺς παρόντας, καὶ τὰ σύμβολα τοῦ κυρίου μηνύουσα. βρέφος ἑώρα ἡ Ἄννα τὸν κύριον· δῶρα καὶ καθάρσια ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ μετ' αὐτοῦ προσφερόμενα, καὶ οὐ προσέκοψε τῇ ἐλαχιστότητι τῆς ἡλικίας· Θεὸν ὡμολόγησε τὸ βρέφος ἡ Ἄννα, ἰατρὸν καὶ λυτρωτὴν ἰσχυρὸν, καὶ ἁμαρτιῶν ἀναιρέτην.

non nugis: prophetans, non fabulas loquens: divina meditans, non inhonestam procurans. Superavit Anna, quam Apostolus beatam deprædicat viduam. Quam illam? Audi Paullum dicentem: [a] *Vidua eligatur, non pauciores annos sexaginta nata: si filios educavit: si sanctorum pedes lavit: si egenis subministravit: si omne opus bonum affectata est.* Superavit hæc, quam Apostolus beatam prædicavit, & annositate & vitæ institutis. Quæ enim prophetiam consecuta est, & Spiritus sancti receptaculum fuit, omnibusque Christi in carne adventum exspectantibus, signa adventus indicavit, quei non viduas omnes superaverit? de qua nimirum dixerit Evangelista, ut modo audisti: [b] *Et hæc*, inquit, *ipsa hora superveniens, vicissim confitebatur Domino, & loquebatur omnibus qui exspectabant redemtionem in Hierusalem.* Vidistin' Annæ magnificentiam? Domino patronam agebat, coram præsente res ejus loquens. O res novas & inauditas! Vidua erat; at sacerdotes & scribas mordebat, mordensque & offendens, populum universum oblectabat, futuram Domini adventu Hierosolymis redemtionem annuntians; ad eos loquens qui aderant & Domini symbola significans. Videbat Anna infantem Dominum: videbat quæ pro ipso & cum ipso offerebantur munera, & expiatoriæ hostiæ, nec ætatis parvitate offensa est. Deum Anna confessa est infantem, medicum & redemtorem validum, peccatorumque exterminatorem.

Μὴ ἁπλῶς παραδράμῃς, ἀγαπητὲ, τῆς Ἄννης τὰ ῥήματα· πᾶσι τοῖς παροῦσι μηνύουσα ἦν τὴν τοῦ κυρίου ἐνέργειαν, λέγουσα πρὸς τοὺς συναθροισμένους. οὐχ ὁρᾶτε τοῦτο τὸ παιδίον, τὸ μαζὸν ἕλκον; τὸ θηλὴν δανειζόμενον; τὸ μητρῴοις κόλποις προσαναπαυόμενον; τὸ ποσὶ τὴν γῆν πέως βηματίσαι μὴ καταδεχόμενον; τὸ ὀκταήμερον περιτεμνόμενον; οὐχ ὁρᾶτε; τὸ παιδίον τοῦτο τοὺς αἰῶνας [2] ἐθεμελίωσε· τοῦτο τοὺς οὐρανοὺς [3] ἐκαμάρωσε· τοῦτο τὴν γῆν ἐπλάτυνε· τοῦτο τὴν θάλασσαν ἐχαράκωσε ψάμμῳ. τοῦτο τὸ παιδίον ἐκβάλλει ἀνέμους ἐκ θησαυρῶν αὐτοῦ· τοῦτο τὸ παιδίον ἐπὶ τοῦ Νῶε τοὺς καταῤῥάκτας ἀνέῳξεν τοῦ οὐρανοῦ· τοῦτο τὸ παιδίον βροχῆς στήμονας κατεργάζεται· τοῦτο τὸ παιδίον ὡς ἔριον χιόνα τινάσσει· τοῦτο τὸ παιδίον τοὺς προπάτορας ἡμῶν ἐκ τῆς Αἰγύπτου διὰ τῆς Μωσαϊκῆς βακτηρίας ἠλευθέρωσε· τοῦτο τὸ παιδίον τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν ἔτεμε, καὶ ὡς διὰ χλοηφόρου πεδίου τὸν λαὸν διήγαγεν· καὶ ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐπομβρίσας τὸ μάννα, γῆν ῥέουσαν γάλα καὶ μέλι ἐκληροδότησε· τοῦτο τὸ παιδίον τὸν ναὸν τοῦτον εἰς ὕψος ἐπαρθῆναι διὰ τῶν πατέρων παρεσκεύασε. τοῦτο τὸ παιδίον ὅρκους πρὸς Ἀβραὰμ προτιθέμενον, ἔλεγε· πληθύνων πληθυνῶ τὸ σπέρμα σου, ὡς τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ὡς τὴν ἄμμον τὴν παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης. περὶ τούτου τοῦ παιδίου ὁ προφητικὸς χορὸς παράκλησιν προφέρων, ἔλεγεν· ἐξέγειρον τὴν δυναστείαν σου, καὶ ἐλθὲ εἰς τὸ σῶσαι ἡμᾶς. μὴ ὅτι παιδίον, τῷ παιδίῳ προσκόψητε. τὸ αὐτὸ καὶ παιδίον, καὶ τῷ πατρὶ συνάναρχον. τὸ αὐτὸ καὶ χρόνοις ἀριθμούμενον, καὶ ἀγενεαλόγητον. τὸ αὐτὸ καὶ παιδίον ψελλίζον, τὸ αὐτὸ καὶ σοφίαν καὶ στόμα χαριζόμενον· [4] τὸ μὲν, διὰ τὴν

VI. Ne vageris, carissime, simpliciter præteriens Annæ verba. Omnibus qui aderant, insinuabat dominicam virtutem, in hæc verba congregatos alloquens: Hunc ne videtis parvulum, trahentem mammam? papillam ceu fenori accipientem? adquiescentem in sinu materno? terram adhuc pedibus metiri non valentem? octavo circumcisum die a nativitate? Hunc ne, inquam, videtis parvulum? [c] Hic sæcula fundavit: [d] Hic cælos testudinario opere inflexit: Hic terram dilatavit & extendit: [e] Hic, mare arena circumvallavit: Parvulus iste [f] *ventos profert de thesauris suis:* Hic parvulus [g] tempore Noe cæli cataractas aperuit: Hic parvulus [h] pluviæ stamina & stillulas conficit: Hic parvulus [i] nivem sicut lanam excutit: Puellus hic [k] proavos nostros per Mosaicam virgam ex Ægypto liberavit: Hic puellus [l] mare rubrum secuit, & tamquam per virentem campum populum traduxit: cumque [m] manna in deserto pluisset, [n] terram lacte & melle manantem pro patrimonio dedit. Hic puellus effecit, ut [o] hoc templum per majores nostros in altum assurgeret. Hic puellus jusjurandum ad Abraham statuens dicebat: [p] *Multiplicans multiplicabo semen tuum, sicut stellas cæli, & tamquam arenam quæ est juxta labium maris.* Pro puello hoc preces offerens propheticus chorus, dicebat: [q] *Excita potentiam tuam, & veni, ut salvos facias nos.* Nolite, quia puellus est, in puello offendi. Idem [r] & est puellus, & una cum Patre principii expers. Idem ipse & annis numeratur, nec [s] generis ejus ratio reddi potest & enarrari. Idem & puer balbutiens, sapientiamque & os ac facundiam largiens: alte-

a I. Tim. V. 9. 10. *b* Luc. II. 38. *c* Heb. I. 2. *d* Isa. XL. 22. *e* Jer. V. 22. *f* Psalm. CXXXIV. 8. *g* Gen. VII. 11. *h* Job XXXVIII. 28. *i* Psalm. CXLVII. 16. *k* Exod. VI. 17. *l* Exod. XIV. 21. *m* Exod. XVI. 13. *n* Deut. VI. 3. Jos. V. 6. *o* I. Esd. III. 7. &c. *p* Gen. XXII. 17. *q* Psalm. LXXIX. 3. *r* Joan. I. 1. 14. *s* Isa. LIII. 8.

1. Δεομένοις] Apud Paullum *θλιβομένοις*.

2. Ἐθεμελίωσε] Al. *ἐποίησε*.

3. Ἐκαμάρωσε.] Fecit in modum fornicis & arcuatos, quod nostris parent oculis, terminato undique visu, aere luminoso ac velut paullatim subsidente, ex distantia. Sisanus. *Hic cælis cameram ac testudinem superinduxit*: est saltem obscurius: sonant enim illa verba, non cælos ipsos in testudinem formatos; sed inductam super ipsos alterius corporis testudinem.

4. Τὸ *μὲν, διὰ τὴν ἐκ παρθένου γέννησιν*.] nempe humana illa, quæ plura retulit: *τὸ δὲ, διὰ τὸ ἀκατάληπτον ὑπάρξεως*, *propter incomprehensibilitatem substantiæ*: nempe

ἐκ παρθένου γέννησιν, τὸ δὲ, διὰ τὸ ἀκατάληπτον τῆς ὑπάρξεως. ἐπειδὴ καὶ τοῦτο παρέστησεν Ἡσαΐας φάσκων· παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, υἱὸς καὶ ἐδόθη ἡμῖν. τὸ μὲν, ἐγεννήθη. τὸ δὲ ἐδόθη. τὸ μὲν, διὰ τὸ ὁρώμενον· τὸ δὲ, διὰ τὸ νοούμενον.

rum, propter nativitatem ex Virgine: alterum, propter incomprehensibilitatem substantiæ. Hoc enim & Isaias significavit, dicens: [a] *Parvulus natus est nobis, Filius & datus est nobis*. Illud, natus est: hoc, datus. Illud, eo quod est oculis subjectum: hoc, eo quod mente percipitur.

Ταῦτα τῆς Ἄννης τὰ προφητεύματα· ταῦτα τῆς γυναικὸς τὰ ἀριστολογήματα· ταῦτα τῆς χήρας τὰ κατορθώματα, τῆς ὄντως χήρας, [1] τῆς καλῶς τὸν βίον ἀνταλλαξάσης· τῆς τὸν ἄνδρα προπεμψάσης, καὶ τὸν κύριον ὑποδεξαμένης. ἑπτὰ ἔτη τῷ ἀνδρὶ συνέζησεν ἀπὸ τῆς παρθενίας αὐτῆς, ἐτῶν ἑβδομάδα πληρώσασα, καὶ ἐν τῷ ἑβδόμῳ ἔτει τὴν ἀνδρικὴν ὁμιλίαν καταπαύσασα. καλῶς ἑβδοματίσθη· καλῶς ἐσαββάτισε. καλῶς [2] τὴν κυριακὴν τῆς χάριτος κατέλαβε· τρυγόνος τάξιν ἡ Ἄννα μετῆλθεν. οὐκ ἐποιήσατο λήθην τοῦ συζύγου· οὐκ ἠθέτησε τὴν πρώτην πίστιν· οὐκ ἀνήγαγεν ὑβριστὴν τῇ κλίνῃ· οὐκ ἐπέθηκεν ἄλλῳ τὸ τῆς μονογαμίας ξύλον. εἶχεν ἐν τῇ κλίνῃ, τῇ μνήμῃ, ὡς ζῶντα τὸν τεθνεῶτα· οὐκ ἐρύπωσε τὴν νυμφικὴν σινδόνα· οὐχ ἥψατο αὐτῆς ὁ ἔλεγχος Παύλου λέγοντος. ὅταν δὲ καταστρηνιάσωσι τοῦ Χριστοῦ, γαμεῖν θέλουσι, ἔχουσαι κρίμα, ὅτι τὴν πρώτην πίστιν ἠθέτησαν. ὄντως κρίματος ἀξία, ἡ τὴν μνήμην συνθάψασα τῷ θεοζεύκτῳ συζύγῳ, καὶ μάλιστα τέκνου, ἢ τέκνων παρόντων, διὸ καὶ ὁ νόμος τοῦ γάμου πεφιλοτούργηται· εἰ δὲ μὴ πρόσεστι τῇ νέᾳ χήρᾳ τέκνον, εἰκὸς αὐτὴν ἐπὶ δεύτερον γάμον ὁρμᾶν, τῷ ἔρωτι τῆς φιλοτεκνίας νυττομένην. ἐπειδὰν καὶ τοῦτο παραινῶν ὁ μακάριος Παῦλος [3] ἔλεγεν. βούλομαι νεωτέρας χήρας γαμεῖν· εἶτα δεικνὺς τί τὸ συμβάλλον τῆς προκοπῆς τοῦ δευτέρου γάμου, προσέθηκε λέγων· βούλομαι νεωτέρας χήρας γαμεῖν, τεκνογονεῖν, οἰκοδεσποτεῖν. ὥστε περὶ τῆς τεκνογονίας ἡ προσθήκη τοῦ δευτέρου γάμου· ὅταν δὲ πρόσεστι τῇ ὁρμησάσῃ χήρᾳ πρὸς γάμον τέκνα, περιττὸς λοιπὸν ὁ τοιοῦτος σπόρος, [4] τῶν λογικῶν ἀσταχύων [a] ἀντιπεριζόντων.

VII. Hæc Annæ vaticinia: hæc mulieris verba optima: hæc præclara viduæ gesta: ejus, inquam, quæ vere vidua fuit, quæ vitam bene commutavit: quæ virum præmisit, & Dominum suscepit. Una cum viro annos septem [b], impleta annorum hebdomada, a sua virginitate vixit; septimoque anno a viri consuetudine cessavit. Egregie septimanam exegit: egregie celebravit sabbatum: egregie Dominicam gratiæ apprehendit. Exhibuit Anna partes turturis: non oblivioni tradidit conjugem: primam fidem haudquaquam irritam fecit: non induxit in cubile, qui injurius violaret: nulli alteri, singularis matrimonii lignum imposuit: in memoria, ceu lecto, defunctum, tamquam viveret, habuit: sponsalem sindonem non polluit. Non eam perstrinxit Paulli reprehensio: [c] *Cum autem luxuriatæ fuerint in Christo, nubere volunt: habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt*. Vere digna condemnatione, quæ una cum juncto sibi a Deo conjuge memoriam sepelivit; cum maxime adest filius, aut filii: quorum suscipiendorum gratia, matrimonii lex insita est. Quod si junior vidua filio careat, æquum fuerit, ut stimulante prolis desiderio ad secundas nuptias prosiliat: nam & Paullus hoc admonens dicebat: [d] *Volo juniores viduas nubere*: tumque ostendens quid secundi matrimonii accessio conferat, adjunxit dicens: *Volo juniores viduas nubere, filios procreare, matresfamilias esse*. Est itaque adjectio secundarum nuptiarum ad filios procreandos. Quum autem prosilienti ad secundas nuptias viduæ filii sunt, supervacanea deinceps ejusmodi sementis est, rationalibus spicis ex adverso pugnantibus.

Πάλιν οὖν τῷ λόγῳ ἐπανέλθωμεν πρὸς τὴν προτέραν ὑπόθεσιν. τί οὖν λοιπὸν ὁ εὐαγγελιστής; καλὸν γὰρ τῆς παρούσης πραγματείας ἐπιλαβέσθαι. ἤκουες ἀρτίως τοῦ εὐαγγελιστοῦ Λουκᾶ λέγοντος, πῶς ὁ Συμεὼν πρὸς τὴν παρθένον ἔφη· ἰδοὺ οὗτος κεῖται εἰς πτῶσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν ἐν τῷ Ἰσραὴλ, καὶ εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον· καὶ σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία. τί δέ ἐστι, καὶ σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία; ἄκουε συνετῶς· τοῦ Συμεῶνος εἰρηκότος περὶ τοῦ κυρίου εἰς ἐξάκουστον τῶν παρθενικῶν ἀκοῶν τὸ, ἰδοὺ οὗ-

VIII. Rursum ergo ad prius argumentum sermone redeamus. Quid igitur deinceps Evangelista? Præstat enim ut inhæreamus præsenti commentationi. Audisti modo Lucam Evangelistam dicentem, quemadmodum Symeon dixerit ad Virginem: [e] *Ecce hic positus est in ruinam & resurrectionem multorum in Israel, & in signum cui contradicatur: & tuam ipsius animam pertransibit gladius*. Quid hoc vero. *Et tuam ipsius animam pertransibit gladius?* Audi cordate & intelligenter: cum Symeon clare ad Virginis locutus aures, positum dixisset in rui-

a Isa. IX. 6. b Luc. II. 36. c I. Tim. V. 11. d Ibid. e Luc. II. 34. 35.

divina illa, & omnipotentiæ. Mutilam vitiosamque literam nactus Sifanus nihil inde probati, quamquam conatus, potuit elicere. Sic vero restituta ex fide codicum, ipsaque serie exigente, clara omnino decurrit.

1. Τῆς καλῶς τὸν βίον ἀνταλλαξάσης] Al. καταλλαξάσης. Nimirum, transitu a maritali statu ad vidualem: & subrogato Christo, in locum præmissi sponsi.

2. Τὴν κυριακὴν τῆς χάριτος κατέλαβε.] Quæ nimirum succedit Sabbato; scilicet, translata ad Evangelium a Lege. Sif. *Dominicam gratiam delibavit*: suspicatus legendum κατέλειβε, pro, κατέλαβε. quod vitiosum in ejus codice erat: conjectura certe infelici; infideliusque est τὸ, ἡ κυριακὴ τῆς χάριτος, *Dominica gratia*: τό, κατέλειβε etiam, potius fuerit, *distillavit*.

3. Ἔλεγεν] Al. κέκραγε Paullo post pro τεκνογονίας al. παιδοποιίας.

4. Τῶν λογικῶν ἀσταχύων ἀντιπεριζόντων] Velut secundæ nuptiæ cedant in damnum illorum: quod plerumque accidit. Edita, ἑτεριζόντων, ubi Sifanus: *Quippe ratione præditis spicis, naturam atque conditionem sortientibus diversam*: quod constat minus aptum. Quod enim præcipue nocet prioris tori prolibus, aliud est; ipsa scilicet inducti conjugis inaffectio, in quam plerumque etiam alter, & verus parens declinat, studio illius. Repugnantibus ergo, ex hoc aliisque incommodis, primis prolibus, non facile convolandum habenti superstites proles ad secundas nuptias. Quamquam nec sic convolare sit proprie crimen: etsi Amphilochius, ex quadam mali specie, faciliorem illum transitum, & velut prioris coniugis neglectam memoriam, crimen vocarit. Sicque Græcis invidiosæ sunt illæ sæpius repetitæ nuptiæ, ut non modo non benedicant secundas, sed abhorreant tertias, quartasque pœnis subjiciant.

a Ἀντιπεριζόντων] Cotelerius ad *Constit. Apost.* lib. III. cap. II. in hujusmodi locum hæc adnotat: „ Pro ἀντιπεριζόντων edit. Combef. stat quidem regiæ bibliothecæ codex 205. pro ἑτεριζόντων vero bibliothecæ PP. Paris. tom. XIII. pag. 841. codex 1045. Sed longe rectius ambobus, meo quidem judicio, codices 106. & 143. habent ἑταιριζόντων, hoc est, *adulterinarum* spicarum rationalium. „

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

τος κεῖται εἰς πτῶσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν ἐν τῷ Ἰσραὴλ, καὶ εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον, ἠγανάκτησεν εἰκὸς ἡ παρθένος ὡς μήτηρ τοῦ κυρίου κατὰ τοῦ Συμεῶνος, λέγουσα πρὸς αὐτόν. οὐκ οἶδας τί διαγορεύεις, ἄνθρωπε. ἐπὶ τὸν Χριστὸν σκυθρωπὰ καταγγέλλεις; οὐκ οἶδας τὴν σύλληψιν τοῦ παιδὸς, καὶ ὡς κοινοῦ τόκου σημεῖον ἀντιλογίας μηνύεις; οὐδεμία πτῶσις ἐν αὐτῷ· ὕψωσις δὲ πολλὴ καὶ συγκατάβασις τοῖς εὐεργετουμένοις. τί οὖν οὐκ εὐλογεῖς, ἀλλὰ φάσκεις, ἰδοὺ οὗτος κεῖται εἰς πτῶσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν ἐν τῷ Ἰσραὴλ, καὶ εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον; ὁ δὲ Συμεὼν πρὸς τὴν παρθένον. ἀρκεῖ σοι, παρθένε, τὸ, μητέρα σε κληθῆναι· ἱκανόν σοι τὸ, τροφὸν εὑρεθῆναι τοῦ τρέφοντος τὸν κόσμον. μέγα σοι τὸ, σαρκὶ βαστάσαι τὸν τὰ πάντα βαστάζοντα. ὁ ἐν σοὶ Χριστὸς νῦν κατοικήσας, καὶ [1] ἐν ἐμοὶ νῦν ὁ αὐτὸς περὶ αὐτοῦ λαληθῆναι παρεσκεύασεν, ὅτι οὗτος κεῖται εἰς πτῶσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν ἐν τῷ Ἰσραήλ. εἰς πτῶσιν μὲν τῶν ἀπίστων Ἰουδαίων· ἀνάστασιν δὲ τῶν πιστευόντων ἐθνῶν. ἰδοὺ οὗτος κεῖται εἰς πτῶσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν ἐν τῷ Ἰσραὴλ, καὶ εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον. σημεῖον ἀντιλεγόμενον τὸν σταυρὸν προσαγορεύσας· διὰ τί; ἐπειδὴ ἐν αὐτῷ τῷ σταυρῷ πολλοὶ τῶν ἀπίστων ἀντιλογίας προσήνεγκαν τῷ κυρίῳ, καὶ λόγοις καὶ ἔργοις κωμῳδοῦντες· ὄξος ποτίζοντες· χολὴν προσάγοντες. ἀκάνθινον στέφανον περιθέντες· λόγχῃ τὴν πλευρὰν νύττοντες· χερσὶ ῥαπίζοντες· ὀνειδιστικοῖς βοῶντες λόγοις· ἄλλους ἔσωσεν, ἑαυτὸν οὐ δύναται σῶσαι. τοῦτο οὖν ἑρμηνεύων ὁ Συμεὼν ἔλεγε· καὶ εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον. πολλοὶ γὰρ ἀντεῖπον· ὅ, τε Πέτρος ἠρνήσατο, καὶ πάντες οἱ ἀπόστολοι, ὡς ἀποίμαντα πρόβατα διεσκορπίζοντο· ἐν τῷ οὖν σταυρικῷ σημείῳ, καὶ αὐτῆς τῆς παρθένου ἐπεπλήρωτο ἡ καρδία λύπης· διὸ καὶ ἔλεγε· διὰ τί μὴ προετελεύτησα; διὰ τί δὲ τὴν ἡμέραν ταύτην κατέλαβον; παρθένος μεμένηκα, καὶ μείζονα μητρῴοις τοῖς σπλάγχνοις δάκνομαι. τούτους τοὺς ἀπείρους λογισμοὺς τῆς παρθένου, ῥομφαίαν ὁ Συμεὼν προσηγόρευσεν, ὡς νύττοντας τὰ ἐνδόσθια· ὡς σκάνδαλα προσοίσοντας· καθὼς καὶ ὁ κύριος προεῖπε. πάντες ἐν ἐμοὶ σκανδαλισθήσεσθε ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ· ὅθεν καὶ ἐπήγαγεν ὁ Συμεὼν φάσκων· καὶ σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία, ὅπως ἂν ἀποκαλυφθῶσιν ἐκ πολλῶν καρδιῶν διαλογισμοί. ὅρα πῶς τοὺς ἀπείρους διαλογισμοὺς ῥομφαίαν προσηγόρευσεν ὁ Συμεὼν, ὡς νύττοντας τὰ ἐνδόσθια· ὡς ἁπτομένους νεφρῶν καὶ μυελῶν. [2] τούτοις δὲ περιέπεσεν ἡ παρθένος Μαρία, μηδέπω τὴν δύναμιν τῆς ἀναστάσεως εἰδυῖα· καὶ ὅτι ἐκ γειτόνων ἡ ἀνάστασις, οὐδέπω ἐγίνωσκε. ὅθεν μετὰ τὴν ἀνάστασιν, οὐκέτι ῥομφαία δίστομος· ἀλλ᾽ εὐφροσύνη καὶ ἀγαλλίασις. σημεῖον τοίνυν ἀντιλογίας, τὸ σταυρικὸν σημεῖον ὁ Συμεὼν προσηγόρευσεν, ἐν ᾧ καιρῷ ῥομφαία λογισμῶν [3] τὴν παρθένον διῆλθεν. ἔστι δὲ πάντως εἰπεῖν τινα· καὶ πόθεν ἡμῖν ἡ ἀπόδειξις; ἐξ αὐτῶν τῶν τοῦ κυρίου διδαγμάτων. ἄκουε αὐτοῦ λέγοντος· ἡ γενεὰ αὕτη, γενεὰ πονηρά ἐστι· σημεῖον ἐπιζητεῖ, καὶ σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτῇ, εἰ μὴ τὸ σημεῖον Ἰωνᾶ τοῦ προφήτου. ὥσπερ γὰρ ἦν Ἰωνᾶς ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ κήτους, οὕτως ἔσται καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς, τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας. ὁρᾷς πῶς τὸ σταυρικὸν πάθος σημεῖον προσ-

A nam & resurrectionem multorum in Israel, & in signum cui contradiceretur; moleste forsan tulit Virgo ut Domini mater, motaque in Symeonem, sic eum affata est: Nescis homo quid prædices. Ergo ne tristia de Christo annuntias? Ignoras pueri conceptionem, & tamquam communis partus, contradictionis signum significas? Nulla est in eo ruina: sed multa exaltatio, multaque in eorum usum qui beneficium consequuntur, demissio. Quidni ergo benedicis, sed ais: *Ecce hic positus est in ruinam & in resurrectionem multorum in Israel, & in signum cui contradicatur?* Symeon porro ad Virginem. Sat tibi est, Virgo, quod voceris mater. Abunde est, ut ejus inventa sis nutrix, qui mun- B dum universum nutrit. Magnum, ut eum carne portaveris, qui universa portat. Qui jam in te domicilium Christus habuit, ipse idem ut hoc impræsentiarum de ipso loquerer, dispsuit: *Ecce hic positus est in ruinam & in resurrectionem multorum in Israel.* In ruinam quidem infidelium Judæorum: in resurrectionem autem fidelium gentium. *Ecce hic positus est in ruinam & resurrectionem multorum in Israel: & in signum cui contradicatur.* Signum cui contradicitur, crucem appellans. Quamobrem? Quia multi infideles in ipsa cruce contradixerunt Domino, & verbis & factis traducentes, potantes aceto, fel admoventes, imponentes coronam spineam, lancea fodientes latus, manibus dantes alapas, probro- C sis clamoribus sugillantes: [a] *Alios salvos fecit, se ipsum non potest salvum facere.* Hoc ergo exponens Symeon, dicebat: *Et in signum cui contradicatur.* Multi siquidem contradixerunt, quando Petrus negavit; quando omnes Apostoli velut oves pastorem non habentes, fuerunt dispersi. Fuit ergo ipsius etiam Virginis cor tristitia impletum, in crucis signo. Quare etiam dicebat: Ut quid non prior vivis excessi? quid ad hanc diem perveni? Virgo mansi, & ita manens, majores maternis visceribus dolores sentio. Hasce innumeras Virginis cogitationes Symeon appellavit gladium, velut quæ scandala allaturæ, viscera vulnerarent: quemadmodum etiam prædixit Dominus: [b] *Omnes in me scandalum pa-* D *tiemini in nocte ista.* Unde etiam adjecit Symeon in hæc verba: [c] *Et tuam ipsius animam doloris gladius pertansibit, ut revelentur ex multis cordibus cogitationes.* Vide ut Symeon innumeras cogitationes, gladium vocaverit: velut quæ ferirent viscera: velut quæ renes medullasque contingerent. In has autem incidit Virgo Maria, quod nondum sciret vim resurrectionis: quod etiamnum resurrectionem in propinquo esse ignoraret. Unde post resurrectionem; non jam amplius gladius anceps, sed lætitia atque exsultatio est. Signum igitur contradictionis, crucis signum Symeon appellavit, quo tempore cogitationum gladius Virginem pervasit. Sed prorsus aliquis dicat: Unde vero hæc demonstraveris? Ex ipsa E Domini doctrina. Audi illum dicentem. [d] *Generatio hæc, generatio nequam est: signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Jonæ prophetæ. Sicut enim fuit Jonas in ventre ceti: sic erit filius hominis in corde terræ, tribus diebus & tribus noctibus.* Vides ut crucis supplicium dictum fuerit signum, non solum in novo testamento, sed etiam

a Matth. XXVII. 42. *b* Matth. XXVI. 31. *c* Luc. II. 35. *d* Luc. XI. 29. 30. Matth. XII. 39. 40.

1. Ἐν ἐμοί] Al. ἐμέ. Et mox, περὶ αὐτοῦ λαλεῖ.

2. Τούτοις δὲ περιέπεσεν ἡ παρθένος Μαρία] *In has autem incidit Virgo Maria*: nempe, cogitationes, gladii instar animam pervadentes, *quod nondum sciret vim resurrectionis.* Et hæc ab Origine accepta hom. 17. in Luc. non probanda sententia, in qua etiam fuit Cyrillus & alii. Potuit sane, nulla tali ignorantia laborans Maria, compassionis affectu & maternis visceribus, dira illa Filii passione intime cruciari; ut etiam ex zelo divinæ gloriæ, quam tanto in Jesum parricidio Judæorum videbat immaniter conculcari; ut ne scandalum dicam in cruce futurum, ad quod præcipue Symeon respicere videtur. Videndus Beda, &c.

3. Τὴν παρθένον] Al. τὴν ψυχὴν τῆς παρθένου.

ηγοράσθη, οὐ μόνον ἐν τῇ καινῇ διαθήκῃ, ἀλλὰ A καὶ ἐν τῇ παλαιᾷ; σφόδρα γὰρ τὰ παλαιὰ συμφωνεῖ τῇ νέᾳ. διὰ τί; ἐπειδὴ εἷς καὶ ὁ αὐτὸς Θεὸς ὁ κἀκεῖνα νομοθετήσας, καὶ ὧδε βραβεύσας. καὶ τίς τούτοις μάρτυς; αὐτὸς ὁ κύριος. ἄκουε αὐτοῦ λέγοντος ἐν τῷ προφήτῃ Ιεζεχιὴλ, πρὸς τοὺς θεριστὰς ἀγγέλους, τὴν καθολικὴν συντέλειαν μηνύοντος· οὕτω λέγων. μὴ φείσησθε τοῖς ὀφθαλμοῖς ὑμῶν, καὶ μὴ ἐλεήσητε πρεσβύτην, μηδὲ νεανίσκον καὶ παρθένον· καὶ παιδίον, καὶ γυναῖκας θανατώσατε εἰς ἐξάλειψιν. τοῖς δὲ ἐπιφερομένοις ἐπὶ τῶν μετώπων τὸ σημεῖον, μὴ ἅψησθε. ἴδε τὸ σημεῖον τῆς παλαιᾶς καὶ τῆς νέας. αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ σταυρὸς ὁ τὸν κόσμον σώζων, διὰ Ιησοῦ τοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς B αἰῶνας τῶν αἰώνων, Αμήν.

in veteri? Admodum enim consonant vetera novo testamento. Quamobrem? Quia unus & idem Deus est, qui illa sanxit, & heic ordinavit. Quis vero his testis fuerit? Ipse Dominus. Audi enim eum dicentem in propheta Ezechiele ad Angelos messores, dum universalem comsummationem annuntians ait: [a] *Ne parcite oculis vestris, & ne miseremini senem, neque juvenem, neque virginem, & puerum & mulieres interficite ad internecionem. Eos autem qui signum gestant in frontibus, ne tetigeritis.* Vide signum & veteris & novi testamenti: est enim ipsa crux quæ salvat mundum, per Jesum Christum Dominum nostrum: cui gloria & imperium, nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.



ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΕΙΣ

ΤΟΝ ΤΕΤΡΑΗΜΕΡΟΝ ΛΑΖΑΡΟΝ.

ΛΟΓΟΣ γ'.

ΦΕρε πάλιν εἰς μέσον τὸν εὐαγγελιστὴν Ιωάννην. καλὸν γὰρ τὴν ἀπαρχὴν τῆς ἀναστάσεως σκοπῆσαι. ἤκουες γὰρ αὐτοῦ ἀρτίως λέγοντος· πρὸ ἓξ ἡμε- C ρῶν τοῦ πάσχα, ἦλθεν ὁ Ιησοῦς εἰς Βηθανίαν, ὅπου ἦν Λάζαρος, ὃν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν. ἴδες τὴν ἀπαρχὴν τῆς ἀναστάσεως ἐν Λαζάρῳ προτυπωθεῖσαν, ἣν ὁ πιστὸς ὄχλος ἐγνώρισεν; οἱ ὄχλοι ἐγνώρισαν, καὶ οἱ ἀρχιερεῖς ἐλοιδόρησαν, τὴν θαυματουργίαν εἰς βασκανίαν μεταβαλόντες. ὄντως ἐβάσκαναν τὴν ἀνάστασιν Λαζάρου, ὅτι μετὰ τὴν ἀνάστασιν αὐτοῦ, ἧς ἤκουες, συνεβουλεύσαντο αὐτὸν ἀποκτεῖναι. ἴδες βασκανίας ὑπερβολήν; ὃν ὁ κύριος ἔγειρεν, αὐτοὶ ἀποκτεῖναι διενοήθησαν, μὴ συνειδότες, ὅτι κἂν αὐτοὶ ἀποκτείνωσι, πάλιν κοῦφον τῷ κυρίῳ ἀναστῆσαι τὸν φίλον. συνεβουλεύσαντο τὸν Λάζαρον ἀποκτεῖναι. οὐδὲν οὕτως ἐδείματτε τοὺς Ιουδαίους, ὡς ἡ ἀνάστασις τοῦ Λαζάρου. τοῦτο μόνον τὸ θαῦμα οὐκ ἴσχυ- D σαν συκοφαντῆσαι. τὴν ἀνάβλεψιν τοῦ ἐκ γεννητῆς τυφλοῦ ἐσυκοφάντησαν λέγοντες, οὗτός ἐστιν· οὐκ οὗτός ἐστιν· ὅμοιος αὐτῷ ἐστι. τὴν ἔγερσιν τῆς θυγατρὸς Ιαείρου [1] ἐσυκοφάντησαν, λέγοντες, ὡς κατηνέχθη, καὶ οὐ τελείῳ θανάτῳ παρεδόθη. τὴν ἀνάστασιν τοῦ υἱοῦ τῆς χήρας τοῦ μονογενοῦς ἐσυκοφάντησαν λέγοντες, ὡς τὸν θάνατον ἐσχηματίσατο, καὶ οὐχ ὑπὸ τῆς τυραννίδος τοῦ θανάτου κατεπόθη. τὴν ξηρανθεῖσαν συκῆν ἐσυκοφάντησαν λέγοντες, ὡς τρυγωνισθεῖσαν, καὶ οὐχ ὡς δεσποτικῷ ῥήματι ξηρανθεῖσαν. τὴν τοῦ ὕδατος εἰς οἶνον μεταβολὴν ἐσυκοφάντησαν λέγοντες, ὡς ἤδη τῶν ἐν τῷ δείπνῳ μεθυσθέντων, καὶ μὴ εἰδότων τὴν χλεύην. τὴν ἀνάστασιν μόνην τοῦ Λαζάρου οὐκ ἴσχυσαν συκοφαντῆσαι. ἴδον αὐτὸν Λάζαρον· ἐπίσημος ἦν E ὁ ἀνήρ· ἠκολούθησαν τῇ κηδίᾳ· ἴδον τὸν τάφον σφραγιζόμενον· παρεμυθήσαντο κατὰ τὸ εἰωθὸς, ὡς ἐν περιδείπνῳ θανάτου. παρεμυθήσαντο Μάρθαν καὶ Μαρίαν τὰς ἀδελφὰς τοῦ Λαζάρου· ἔγνωσαν ὅτι τέσσαρας ἡμέρας εἶχεν, ἀκριβῶς ἐν τῷ μνημείῳ κατατεθεὶς, καὶ ὅτι τετραήμερος νεκρὸς, πάντοθεν ἔξαρθρος, τῶν σαρκῶν μειωθέντων, τῆς νευροσυνδεσμίας διασπασθείσης, τῶν ἐνδοσθίων διασκορπισθέντων, τῆς γαστρὸς ἐκχυθείσης. ταῦτα συνειδότες, ὡς ἴδον ἀθρόον τὴν

EJUSDEM

IN LAZARUM QUATRIDUANUM.

ORATIO III.

I. PRofer rursum in medium Joannem Evangelistam. Bonum est ut consideremus resurre- C ctionis primitias. Audisti enim nuper dicentem: [b] *Ante sex dies paschæ venit Jesus Bethaniam, ubi erat Lazarus quem suscitavit a mortuis.* Vidistin' resurrectionis primitias, præcedenti typo in Lazaro designatas, quas cognovit fidelis populus? Agnoverunt turbæ, & pontifices miraculum transferentes in occasionem invidiæ [c], probris insectati sunt. Plane inviderunt suscitato Lazaro, cum post ejus resurrectionem quam audisti, consilium inierint ut eum interficerent. Vidistin' exsuperantem invidiam? [d] Cogitaverunt ipsi interficere, quem Dominus suscitaverat; non conscii fore, ut quamvis interfecerint, facile sit Domino ut iterum amicum resuscitet. Consilium inierunt ut Lazarum interficerent. Nihil ita D mordebat Judæos sicut resurrectio Lazari. Huic uni miraculo nequiverant calumniam inferre. Cæci a nativitate illuminationem fuerant calumniati, dicentes: [e] *Hic est: non est hic, similis ei est.* Fuerant calumniati suscitationem filiæ Jairi, dicentes [f] graviori depressam somno, non consummato morbo fuisse traditam. Suscitationem filii viduæ unigeniti [g] fuerant calumniati, dicentes simulasse mortem, non mortis absorptum tyrannide. Exsiccatam ficum calumniati erant [h], dicentes aruisse velut accisam, non siccatam sermone dominico. Aquæ in vinum mutationi [i] intulerant calumniam, dicentes jam in cœna temulentorum rem esse, nec irrisionem percipientium: soli suscitationi Lazari non potuerant E inferre. Viderant ipsum Lazarum: vir insignis erat: pompæ funebri fuerant comites: viderant signatum sepulcrum: fuerant pro more consolati velut in parentalibus & demortui epulo. [k] Fuerant consolati Martham & Mariam sorores Lazari. Noverant tres dies habere, accurate depositum in monumento, esseque quatriduanum mortuum; undequaque dissolutis artubus, minutis carnibus, nervorum colligatione divulsa, dissipatis visceribus, ventre defluente. Cum essent horum conscii, ac repente vidissent resuscita

a Ezech. IX. 5. 6. b Joan. XII. 1. c Joan. XI. 47. d Joan. XII. 10. e Joan. IX. 8. f Marc. V. 39 Luc. VIII. 52. g Luc. VII. 11. h Matth. XXI. 19. Marc. XI. 13. i Joan. II. 9. k Joan. XI. 19.

1. Ἐσυκοφάντησαν] Saltem potuerunt aliqua specie calumniari; quomodo reliquæ accipi debent: solam enim expresse cæci illuminationem Joan. IV. legimus passam calumniam: τὸ, κατηνέχθη significantissimum est

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

ἀνάστασιν Λαζάρου σῶαν, ἀρτίαν ὡς ἀπὸ τόρνου στίλβουσαν τὴν παννεωσίαν, ἐταράχθησαν. μικροῦ δεῖν ἀπέψυξαν, μὴ εὑρίσκοντες λόγους προφασολογίας, τὸ πῶς συκοφαντήσουσι τὴν ἀνάστασιν Λαζάρου, τῆς τοῦ Χριστοῦ πραγματείας τοῦτο κατασκευασάσης.

tum Lazarum incolumem, novam velut ex torno, totam juvenem vegetamque ac renidentem speciem, turbati fuerunt: parum abest ut ne exspirarent, non invenientes quibus prætextis verbis Lazari resurrectionem calumniarentur, ita Christi arte molita.

Τί ἐστι, τῆς τοῦ κυρίου πραγματείας τοῦτο παρασκευασάσης; ἄκουε διὰ βραχέων. ἡνίκα Λάζαρος τὴν παροῦσαν ζωὴν ἀπεδύσατο φυσικῶς, [1] οὐκ ἦν ὁ κύριος Βηθανίᾳ παρὼν τοῖς σωματικοῖς ὀφθαλμοῖς· τῇ δὲ θεότητι πανταχοῦ παρὼν, καὶ τὰ πάντα πληρῶν. μετὰ γὰρ τέσσαρας ἡμέρας τοῦ ταφῆναι τὸν Λάζαρον, ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς εἰς Βηθανίαν, τὴν ἀνάστασιν τοῦ φίλου κωμῳδῆσαι. ὅθεν καὶ τοῦ παραγενομένου ἐν Βηθανίᾳ, ὡς ἤκουσε Μάρθα ἡ ἀδελφὴ Λαζάρου, ἔδραμεν, ἔσπευσε, προσέπεσεν [2] ἐν παρακλήσει, αἱρετικὴν πρεσβείαν προσφέρουσα. προπετῶς γὰρ ἔφασκε τῷ κυρίῳ λέγουσα· κύριε, εἰ ἦς ὧδε, οὐκ ἂν ἀπέθανεν ὁ ἀδελφός μου. καὶ νῦν οἶδα, ὅτι ὅσα ἂν αἰτήσῃ τὸν Θεὸν, δώσει σοι ὁ Θεός. ὁ δὲ κύριος αὐτὸς, πέλαγος ὢν μακροθυμίας, ἀπεκρίνατο λέγων. τί λέγεις Μάρθα; κύριον καλεῖς, καὶ κύριον ἀγνοεῖς; οὐκ ἤμην ὧδε; μικρὸν καρτέρησον· ἐν τάχει γὰρ παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ σου μαθήσῃ. ἀναστήσεται γὰρ ὁ ἀδελφός σου. συγγινώσκω σοι Μάρθα. [3] μεθύεις γὰρ τῇ λύπῃ· ὥσπερ αὐτῇ εἶπεν. καλῶν μεθύων σφάλλεται· ὅτε ἐκνήψεις, τότε σωφρονισθήσῃ. ἀναστήσεται γὰρ ὁ ἀδελφός σου. ἡ δὲ Μάρθα, καὶ οὕτως [4] συμπεριενεχθεῖσα ἀνθρωπίνοις ῥήμασιν, ἀνθυπένεγκε τῷ κυρίῳ λέγουσα· οἶδα ὅτι ἀναστήσεται ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ· ὁ δὲ κύριος πρὸς αὐτήν. τί θαμβεῖς ὦ Μάρθα; τί εἰς μακρὰς ἐλπίδας τὴν ἀνάστασιν ἀναδύῃ; ἡ ἀνάστασίς σοι διαλέγεται, καὶ περὶ ἀναστάσεως διαλέγῃ; ἐγώ εἰμι ἡ ἀνάστασις καὶ ἡ ζωή· ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, κἂν ἀποθάνῃ, ζήσεται.

II. Quænam porro sit illa Domini sic moliti ars, paucis accipe. Quando Lazarus natura exuit præsentem vitam, non erat Dominus in Bethania præsens corporeis oculis: qui tamen est ubique deitate præsens, & omnia replet. Post quatuor dies sepulti Lazari venit Jesus Bethaniam, amici resurrectionem in theatrum acturus. Unde etiam cum eo advenisset: ut audivit Martha soror Lazari, cucurrit, properavit, accidit, legationem sua voluntate assumtam supplex obivit. Præcipitantius enim allocuta Dominum, dixit: [a] *Domine, si fuisses heic, frater meus non fuisset mortuus: Sed & nunc scio quia quæcumque poposceris a Deo, dabit tibi Deus.* Dominus autem, ipse longanimitatis pelagus, respondit dicens: Quid dicis Martha? vocas Dominum, nec Dominum cogitas? Non heic eram? Modicum sustine: cito enim noveris ex tuo fratre: [b] *Resurget enim frater tuus.* Ignosco, Martha: præ tristitia enim ebria es. Ac si ei diceret: Errat a bonis qui est ebrius. Cum emerserit, tunc sapueris. *Resurget enim frater tuus.* Martha vero, sic quoque verbis humanis obsecuta, ex adverso intulit, dicens Domino: [c] *Scio quia resurget in novissimo die.* At Dominus ad illam: Quid Martha trepidas? Quid in longam spem resurrectionem revocas? Tecum Resurrectio disserit, & de resurrectione disceptas? [d] *Ego sum resurrectio & vita: qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, vivet.*

Ταῦτα τοῦ κυρίου διαλεγομένου, μικροῦ δεῖν πᾶσα ἡ πόλις Βηθανία κατέδραμεν εἰς τὴν παρουσίαν τοῦ κυρίου, οὐ θαυμάσαι, ἀλλὰ γελάσαι. οὐκ εἶχον γὰρ ἐλπίδα, τετραήμερον νεκρὸν ἀναστῆσαι. τί οὖν ὁ κύριος; ὡς εἶδε τοσοῦτον πλῆθος καταδραμὸν, καὶ ὅτι ἄξιοί εἰσι, καὶ ἱκανοῦσι πρὸς μαρτυρίαν τοῦ μέλλοντος παρ' αὐτοῦ ἀνεγείρεσθαι, ἀποκριθεὶς πρὸς αὐτοὺς ἔφη· ποῦ τεθείκατε τὸν Λάζαρον; ἆρ' οὐκ ᾔδει τὸν τόπον ὁ τοῦ τόπου δεσπότης; ᾔδει τὸν τόπον, ἀλλ' ἐπραγματεύσατο τὸν τρόπον, ὅπως πάντες αὖθις ἀναγκασθέντες ἐπακολουθήσωσι τῷ Ἰησοῦ, ἵνα αὐτοψεὶ θεασάμενοι τὴν ἀνάστασιν, ἀναμφίβολοι κήρυκες γένωνται. ποῦ τεθείκατε αὐτόν; οἱ δὲ ἐπερωτηθέντες εἶπον πρὸς αὐτόν. ἔρχου, καὶ ἴδε. τοῦ δὲ Ἰησοῦ βαδίζοντος, καὶ ἐπὶ τὸν τάφον σπεύδοντος, ὁ ἀκολουθῶν ὄπισθεν ὄχλος, ἀντέλαβε πρὸς ἑαυτὸν, λέγων. τί θέλει οὗτος τὸν τάφον Λαζάρου θεάσασθαι; εἰ υἱός ἐστι τοῦ Θεοῦ, τοῦτον ἀναστήσει. τῶν γὰρ προσφάτως τελευτησάντων, ὧν ἤγειρεν, οὐκ ἐπιστάμεθα. πόθεν οὖν ἴσμεν; εἰ τελείως θανάτῳ παρεδόθησαν, τοῦτον ἀναστήσει, καὶ γνῶσιν λαμβάνομεν ὅτι ἀληθῶς Θεοῦ υἱός ἐστιν. ὅθεν καὶ ἡ Μάρθα τοῖς λόγοις τοιούτοις συμπεριενεχθεῖσα, προσῆλθε τῷ κυρίῳ καὶ αὐτῇ λέγουσα. ποῦ πορεύῃ δέσποτα; τί θέλεις τὸν τά-

III. Hos Domino conferente sermones, parum abfuit ne tota urbs Bethania ad adventum ejus accurreret, non admirationis caussa, sed irrisionis: non enim sperabant fore, ut quatriduanus resurgeret. Quid igitur Dominus? Ut vidit accurrisse tantam multitudinem, ac dignos esse quibus haberetur fides, idoneosque ut suscitando ab ipso testimonium deferrent, respondens ad illos ait: [e] *Ubi posuistis Lazarum?* Numquid non sciebat locum, loci Dominus? Plane noverat; sed modum negotiatur, ut omnes subinde coacti sequantur Jesum, quo ipsis oculis conspecta resurrectione, præcones fierent omni majores exceptione. *Ubi posuistis eum?* Qui autem fuerant interrogati dixerunt ei, *Veni & vide.* Porro ambulante Jesu & ad sepulcrum properante, qui pone sequebatur populus, apud se conferebat, dicens: Quid hic sepulcrum Lazari vult videre? Si est Dei Filius, suscitabit eum. Quod enim ad eos spectat quos recens mortuos suscitavit, nescimus. Unde ergo sciverimus? Si erant perfecte mortui, hunc suscitabit, eoque cognoscimus esse re vera Dei Filium. Unde & Martha talibus se sermonibus facilem præbens, accessit & ipsa ad Dominum, dicens: Quo pergis Domine? Quid

a Joan. XI. 21. 22. *b* Ibid. ℣. 23. *c* Ibid. ℣. 24. *d* Ibid. ℣. 25. *e* Ibid. ℣. 34.

1. Οὐκ ἦν παρὼν τοῖς σωματικοῖς ὀφθαλμοῖς] Est hic modu præsentiæ in terminis D. Tho. 1. p. ipseque, quo Deus dicitur in omnibus esse per præsentiam; eo modo quo rex omnibus coram positis & in prospectu, adest præsens: vixque fuerit usquam hæc scholæ Theologia sic Patribus expressa.

2. Ἐν παρακλήσει, αἱρετικὴν πρεσβείαν προσφέρουσα] Forte προφέρουσα: ipsa supplicatione, ultro se legationem assumsisse ostendit; velut quodam calore, inconsideratiusque Dominum allocuta: ἀπροπετῶς sola nimirum fratris suscitatione & morte obversante animo, cui deprecandæ sic festina Domino occurrisset.

3. Μεθύεις τῇ λύπῃ.] Dicitur τὸ μεθύειν metaphorice de quocumque immoderato affectu, quo quis velut sensibus moveatur. Dionys. Halicar. l. 11. μεθύοντε τῷ μεγέθει τῆς ἐξουσίας: sic Chrys. de Abraham to. 1. Fronton. ubi is videri potest.

4. Συμπεριενεχθεῖσα.] Velut adblandiens, & gratiose quasi adquiescendo respondens, alio tamen detortis verbis dominicis; ad aliam scilicet resurrectionem, quam pro qua supplex Dominum rogaret.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

φον ἰδεῖν Λαζάρου; τί τὴν ὀδύνην ἡμῶν ἀναξέεις; τί τὸ πένθος ἐπεγείρεις; τί θέλεις τὸν τάφον ἰδεῖν; οὐδὲν γὰρ ὀνήσῃ δέσποτα· ἤδη ὄζει, τετραήμερος γάρ ἐστιν. ὁ δὲ κύριος πρὸς τὴν Μάρθαν· οὐκ εἶπόν σοι, ὅτι ἐὰν πιστεύσῃς, ὄψῃ τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ; ἐμοὶ λέγεις, ἤδη ὄζει; ἡ ἀδελφή σου μυρίζει, καὶ σὺ καπνίζῃ ἐν τῇ ἀπιστίᾳ; θέλω τὸν τάφον ἰδεῖν τοῦ φίλου μου.

A vis videre sepulcrum Lazari? Quid refricas dolorem nostrum? Quid luctum exsuscitas? Quid vis videre sepulcrum? Nihil enim Domine inde retuleris commodi: [a] *Jam fœtet, quatriduanus est enim*. Dominus autem ad Martham: [b] *Nonne dixi tibi, quoniam si credideris, videbis gloriam Dei?* Mihi ne dicis, *Jam fœtet?* Soror tua ungit unguento, ipsaque in infidelitate denigraris? Volo videre sepulcrum amici mei.

Ταῦτα εἰπὼν ὁ κύριος, ἐπὶ τὸν τάφον ἐπορεύετο· καὶ πλησιάσας τῷ τάφῳ, μόνον εἶδε τὸ μνημεῖον, εὐθέως ἐδάκρυσε. τίς ἡ χρεία δακρύειν, ὃν ἤμελλεν ἐγείρειν; [1] ἐδάκρυσε. διὸ συνετῶς πάντα ὁ κύριος σοφῶς ἐπραγματεύσατο. ἐδάκρυσε γὰρ ἐπὶ τὸν τάφον, ὅπως τῶν ἀκολουθησάντων τὴν γνώμην δημοσιεύσῃ, οἵαν ἔχουσι περὶ αὐτοῦ ὑποψίαν. διὸ καὶ ὡς εἶδον αὐτὸν δακρύσαντα, ἀνθρώπινα πάλιν παθόντες οἱ ἀκολουθοῦντες ὄχλοι, ἤρξαντο πρὸς ἑαυτοὺς ἀντιβάλλειν καὶ λέγειν· εἶδες πῶς ἐφίλει αὐτόν; ὁ νεκροὺς ἐγείρας, καὶ τυφλοὺς ὀμματώσας, οὐκ ἠδύνατο ποιῆσαι, ἵνα καὶ οὗτος μὴ ἀποθάνῃ, εἰ ἄρα οὕτως ἐφίλει αὐτόν; ὁ δὲ κύριος, ὡς εἶδεν αὐτοὺς ἔτι ἀνθρώπινα λαλοῦντας, ἀπεκρίνατο πρὸς αὐτούς. κοῦφον μὲν ἦν μοι παρακατασχεῖν τὴν ζωὴν Λαζάρου, ὡς καὶ τοῦ Ἠλία καὶ τοῦ Ἐνὼχ, ἀλλ' οὐδεὶς ὑμῶν ἐγίνωσκεν, ὅτι τῇ ἐμῇ θελήσει ἡ ζωὴ Λαζάρου παρακατέχεται. διὰ τοῦτο συνεχώρησα ὑπὸ τοῦ θανάτου αὐτὸν καταποθῆναι, ὅπως ἀκριβῶς μάθητε, ὅτι ζωῆς καὶ θανάτου τὴν ἐξουσίαν ἔχω. καὶ εὐθὺς πρὸς αὐτοὺς ὁ κύριος· καθὼς ἴστε πάντες σαφῶς, ἀποκυλίσατε τὸν λίθον. βλέπε πῶς πάντα σοφῶς ἐπραγματεύσατο, μάρτυρας ἀκριβεῖς τῆς ἀναστάσεως Λαζάρου καθιστῶν. ἀποκυλίσατε τὸν λίθον. τοῖς μαθηταῖς ἐπέτρεπεν ὄρη μεταγαγεῖν λόγῳ, καὶ αὐτὸς λίθον οὐκ ἀπεκύλισεν; ἀλλὰ πάντα σοφῶς καθὼς προεῖπον πραγματευόμενος πρὸς λυσιτέλειαν, ἔλεγε τοῖς Ἰουδαίοις, ἀποκυλίσατε τὸν λίθον, ὅπως ἐξ αὐτῆς τῆς νεκροφόρου ἀποφορᾶς, μάθωσιν ὅτι ἐσάπη καὶ οὐκ ἐκλάπη· ἀποκυλίσατε τὸν λίθον. τῶν δὲ ἀποκυλισάντων μετὰ γογγυσμοῦ· ἐδειμύττεν γὰρ αὐτοὺς ἡ νεκροφόρου δυσίνιος ἀποφορά. ἀποκυλισάντων δὲ τῶν παρόντων τὸν λίθον, εὐθέως ἐβόησεν ὁ κύριος λέγων· Λάζαρε δεῦρο ἔξω. δεσπότης ὁ καλῶν, οὐδεὶς ὁ ἀντιλέγων. Λάζαρε δεῦρο ἔξω· πληροφόρησον Μάρθαν τὴν ἀδελφήν σου, ὡς κελεύω, καὶ οὐχ ἱκετεύω. Λάζαρε δεῦρο ἔξω. [2] πρὸ τοῦ κατέλθω, ἔξελθε· ἐν σοὶ τὸν ἀῤῥαβῶνα, ἐν ἐμοὶ τὸ τέλειον. Λάζαρε δεῦρο ἔξω.

IV. His Dominus dictis, ad sepulcrum processit; jamque illi propinquus, ut tantum vidit monumentum, statim [c] lacrymatus est. Quid vero ei quem erat suscitaturus, opus lacrymis? Utique lacrymatus est Dominus, ut qui sapienter omnia gereret. B Est enim lacrymatus ad tumulum, ut quid ii qui comites adhæsissent de ipso suspicionis haberent animo repositum, proderet. Unde etiam ut viderunt lacrymantem, humanum denuo aliquid passæ turbæ, cœperunt conferre invicem, ac dicere: [d] *Ecce, quomodo amabat eum*. Non poterat, qui suscitavit mortuos ac cæcis restituit visum, facere ut ne hic moreretur, siquidem eum sic amabat? Dominus autem, ut eos adhuc humana vidit loquentes, illis respondit. Erat mihi non grave, ut Lazari vitam, quemadmodum etiam Eliæ & Enoch, retinerem: nemo tamen vestrum, mea illam voluntate retineri cognovisset. Idcirco permisi ut morte absorberetur, quo accuratius vitæ & mortis C habere me potestatem, docerem. Moxque ad eos Dominus, ut omnes clare nostis: [e] *Revolvite lapidem*. * Judæis injunxit ut revolverent lapidem. Vide ut omnia prudenter gesserit, testes probatissimos resurrectionis Lazari faciens. *Revolvite lapidem*. Concessit discipulis [f] ut sermone montes transferrent, & ipse non revolvit lapidem? Verum, ut dixi, omnia sapienter ad utilitatem gerens, dixit Judæis, *Revolvite lapidem*: ut ex ipso feretri fœtore, putruisse defunctum, non furto fuisse sublatum discerent. *Revolvite lapidem*. Ut autem illi murmurantes revolverunt: mordebat enim effrenata capuli olentia: cum itaque qui aderant revolvissent lapidem, confestim clamavit Dominus, dicens: [g] *Lazare veni foras*. D Herus est qui vocat: Ne quis contradixerit: *Lazare veni foras*. Certam fidem sorori tuæ Marthæ facito ut jubeam, non ut supplicem. *Lazare veni foras*. Priusquam descendero, percurre, & edissere in te arrhabonem: in me autem, quod perfectum est. *Lazare veni foras*.

Μὴ οἴου τὸν κύριον πολλὰς φωνὰς βεβληκέναι. ἅπαξ ἐλάλησε, καὶ ὃν ἔπλασεν, ἤγειρεν. οὔτε γὰρ ὡς Ἠλίας ἔκλαυσεν· οὔτε ὡς Ἐλισσαῖος ἀπόρησε. [3] μονοφθόγγῳ φωνῇ διύπνισε τὸν παρ' αὐτῷ καθεύδοντα, εἰπὼν, Λάζαρε δεῦρο ἔξω· εἷς ὁ λόγος, καὶ διάφορα τὰ θαύματα. μόνον ὁ κύριος ἐφώνησε, Λάζαρε δεῦρο ἔξω, καὶ εὐθέως αἱ σάρκες ἀπεπληροῦντο· αἱ τρίχες ἀντεφύοντο· αἱ ἁρμονίαι συνεδραμοῦντο· αἱ φλέβες καθαρῷ αἵματι ἀντεγεμίζοντο· ὁ ᾅδης κάτωθεν κοπτόμενος τὸν Λάζαρον προέπεμψεν· ἡ ψυχὴ Λαζάρου [4] παρακρατουμένη, καὶ ὑπὸ τῶν ἀγγέ-

V. Tu vero, amice, cum audis, Lazare veni foras, ne putaveris plures Dominum jactasse voces. Semel locutus est, eumque suscitavit quem plasmaverat. Neque enim deploravit sicut Elias [h]: neque sicut Helisæus [i] dubitavit. Unius soni voce excitavit a somno dormientem apud ipsum, dicens: *Lazare veni foras*. Sermo unicus, & miracula diversa. E Solum voce protulit Dominus: *Lazare veni foras*, confestimque repletæ sunt carnes: pili suis locis plantati: compages confertæ: venæ puro pro putri repletæ sanguine: Inferne percussus infernus, Lazarum

[a] Joan. XI. 39. [b] Ibid. ℣. 40. [c] Ibid. 35. [d] Ibid. ℣. 36. [e] Ibid. ℣. 39. [f] Matth. XVII. 19.
[g] Joan. XI. 43. [h] III. Reg. XVII. 20. [i] IV. Reg. IV. 27.

1. Εδάκρυσε] Littera vitiosa.

2. Πρὸ τοῦ κατέλθω, ἔξελθε] Perit lepos Græcus in suavi illa propositionis solius commutatione. Tu ergo, priusquam morte, inferna petam, esto hominibus præco; tuæmet resurrectionis, ut primitiarum: meæque illius, ut perfecti; nempe ut ejus, cui mors gustata tantum, omnino mortua sit; qui resurgens ex mortuis, jam non moriar, sed æternæ vitæ mortalibus universis aditum pandam.

3. Μονοφθόγγῳ φωνῇ] Velut recta una simplici oratione, qualem refert Evangelista, forte etiam breviori, pre Hebrææ & Syriacæ linguæ contractione, qua Dominus locutus est. Potuit etiam velut interjectione loqui, eaque excitare a monumento dormientem sibi Lazarum: *μονοφθόγγῳ φωνῇ*: quasi voce monosyllaba, evocare.

4. Παρακρατουμένη] Novo robore aucta, dominica voce τὸ ἴδιον εἰς τὸ ἴδιον μετεχωρεύετο: *Corpus proprium; quo vixisset: in proprium transmutando conflabat*: aptando ad pristinos usus, ac dotes restituendo, quibus olim suum continebat.

* *Judæis injunxit ut revolverent lapidem*] Hæc desunt in Græcis: sed sensus constat.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.



λων παρακαλυμένη, τὸ ἴδιον εἰς τὸ ἴδιον μετεχωνεύετο· καὶ [1] τὸ πάντων ἐνδοξότερον ἦν, ὅτι πανταχόθεν δεδεμένος ἦν τοὺς πόδας καὶ τὴν ὄψιν κειρίαις, καὶ ἀνεμποδίστως ἐβάδιζε. διὸ καὶ ὁ κύριος δραστικώτερον πρὸς τοὺς παρόντας ὄχλους παρεκελεύσατο, λέγων· λύσατε αὐτὸν, καὶ ἄφετε ὑπάγειν. βλέπε τὴν τοῦ κυρίου πραγματείαν, καὶ πῶς τὰ πάντα σοφῶς οἰκονομεῖ· πρὸς πληροφορίαν τῶν παρόντων ἔλεγε· λύσατε αὐτὸν, καὶ ἄφετε ὑπάγειν, ὡς τὸν λίθον ἀπεκυλίσατε, καὶ τὸν τάφον ὑπεδείξατε, καὶ τῆς ὀσφρήσεως μετέσχετε, καὶ τὰ νεκροτάφια ἐλύσατε· [2] τὸ μὲν, εὐλογίαν τηροῦντες· τὸ δὲ, ὡς μάρτυρες φυλάττοντες. ἐὰν ἀπιστήσωσιν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι ὡς οὐκ ἀνέστη Λάζαρος, δείξατε τὰ νεκροτάφια· ἐμφανίσατε σουδάρια ὡς ὁ παραλυτικὸς τὸν κράβατον. ἡμεῖς δὲ B [3] τὰ βαΐα τῶν φοινίκων βαστάζοντες εἴπωμεν· ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις. εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου· αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, σὺν τῷ παναγίῳ καὶ ζωοποιῷ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A emisit. Confirmata anima Lazari, atque ab Angelis sanctis evocata, proprium in proprium transmutando conflabat. Omnibus vero clarius & illustrius erat, ut undequaque pedes & faciem institis vinctus, libere ambularet. Ideo etiam Dominus præsentibus turbis efficacius majorique auctoritate præcepit dicens: [a] *Solvite eum, & sinite abire*. Vide dominicam in agendis solertiam, & ut omnia sapienter gerat. Ut certam fidem adstantibus faceret, dixit: *Solvite eum, & sinite abire*. Quemadmodum revolvistis lapidem, & sepulcrum ostendistis, percepistisque olentiam, ac sepulcralia solvistis: qua servantes ut benedictionem: qua velut testes custodientes. Si pontifices Pharisæique increduli, quasi Lazarus non surrexerit, infitias ierint, exhibete sepulcralia, palam proferte sudaria, quemadmodum [b] paralyticus grabatum. Nos vero ferentes ramos palmarum, dicamus: [c] *Osanna in excelsis: Benedictus qui venit in nomine Domini*. Ipsi gloria & imperium, cum sanctissimo & vivifico Spiritu, nunc & semper, in sæcula sæculorum. Amen.





Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν

ΑΜΦΙΛΟΧΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΤΟΥ ΙΚΟΝΙΟΥ, C

[a] Ὁμιλία εἰς τὴν γυναῖκα τὴν ἁμαρτωλὸν, τὴν ἀλείψασαν τὸν κύριον μύρῳ, καὶ εἰς Φαρισαῖον. [b] τῇ μ. δ.

ΛΟΓΟΣ δ'.

Sancti Patris nostri

AMPHILOCHII EPISCOPI ICONII,

Homilia in mulierem Peccatricem, quæ unxit Dominum unguento, & in Pharisæum. Magna quarta feria.

ORATIO IV.

Ἱκανῶς [4] ἡμᾶς πρώην ἐψυχαγώγησεν ὁ Χριστὸς παρὰ Ζακχαίῳ ἑστιώμενος. ὅπου γὰρ Χριστὸς ἑστιᾶται, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανακλίνεται, καὶ ποτοῦ καὶ τραπέζης ἀπολαύει τῆς ἡμετέρας, πάντα πρὸς τὸν τῆς εὐφροσύνης μετάγεται λόγον. τίς γὰρ τελωνῶν, ἢ πορνῶν, ἢ τῶν τὰ ἄρρητα ἐργασαμένων δεινὰ, τὸν D οὐρανοῦ ἢ καὶ γῆς ποιητὴν, στέγην ὑπελθόντα τελωνικὴν βλέπων· ἢ τὸν τῶν ἀσταχύων δοτῆρα, ἄρτον ἀνθρώπινον μετὰ χεῖρας λαμβάνοντα, ἢ τὸν τῶν βοτρύων χορηγὸν, [5] τῇ κοινωνίᾳ τοῦ ποτοῦ τὰς ληνοὺς

I. Abunde nuper, apud Zachæum convivans Christus, nos recreavit. Ubi enim is convivatur, & simul recumbit cum hominibus, nostroque & potu & mensa fruitur, in lætum omnia sermonem transferuntur. Quis enim, dum cæli ac terræ auctorem in publicanorum meretricumque, seu illorum qui nefanda perpetraverant publicanam videt subintrantem domum: eumve qui fruges præbet, humanum manibus accipientem panem; seu uvarum largitorem, potus communione torcularia benedicen-

a Joan. XI. 44. *b* Marc. II. 12. Joan. V. 9. *c* Matth. XXI. 9.

1. Τὸ πάντων ἐνδοξότερον] Sic Andreas Cretensis, aliique, eam circunstantiam merito suspiciunt: eratque ad stuporem vere maximum, ut homo tamdiu sepulcro depositus, totus vinctus & involutus, ceu membris liber, procederet, seque adspectandum turbæ toti ipse redivivus daret.

2. Τὸ μὲν, εὐλογίαν τηροῦντες] Respicit perantiquum morem fidelium, servandi ut quid sacrum, quæ sacro alicui vel adhæsissent, vel fuissent usui; ac ceu benedictionem ab eo relictam: qui ritus, etsi in eum olim Dormitantius ille Hieronymi, nostrique sectarii, deblaterent; etiamnum utrique Ecclesiæ sanctus merito perseverat, perseverabitque, ut & reliqua apostolica, usuque universali, Christiana vere pietate recepta.

3. Τὰ βαΐα τῶν φοινίκων βαστάζοντες] Alludit ad futurum statim insequenti dominica Christi triumphum, quo velut redeuntem a Bethania Dominum, ubi pridie cum suscitato Lazaro, ungente etiam ipsius sorore Maria, celebri convivio exceptus esset, continuata festivitate Græci suscipiunt, qua de re, elegantissime nec paucis, præfatus Andreas: Amphilochius leviter tantum innuit.

4. Ἱκανῶς κ. τ. λ.] Significat huic, se, affinem orationem in Zachæum habuisse, sed ea desideratur, ut & pleraque tanti viri opuscula, & præsertim docti illi tractatus in Joan. quorum fragmenta plura damus sub finem.

5. Τῇ κοινωνίᾳ τοῦ ποτοῦ τὰς ληνοὺς εὐλογοῦντα.] Erat Christi usus tactusque, ceu consecratio quædam, pro ejusdem usus ratione: ut quibus ceu sacris & sacro ritu usus est, totam ad secramenta necessariam antecedentem consecrationem contulerit; Ecclesia tantum adhibente ceremonias aliquas ad solemnitatem; ut in Baptismo & Eucharistia, ubi nova antecedens consecratio materiæ, eo titulo, accidentalis est, ut Theologi cum D. Thoma 3. p. Eodem itaque modo philosophatur de cibo & potu, pieque admodum, vere pius Amphilochius. Eadem etiam- E num Græci pia religione, futura usui, sacro ministerio & incruento sacrificio, linteamina sacra, pontificem, ἀφιεροῦντα τὴν ἐκκλησίαν; consecrantem Ecclesiam; quo actu peculiarissime gerit personam Christi Ecclesiam sibi in sponsam adjungentis, induunt; ut is totus λελαζαρωμένος: seu instar Lazari iis involutus, id peragat sacri officii: usu tactuque sic adhibita consecraturus: quam ceremoniam, quamquam Euchologium non habet; communi tamen probatam usu, tum ab aliis didici, tum nuper ἀπὸ φωνῆς & viva voce illustrissimi Metropolitæ τῆς ἁγίας Μαύρας Parisiis hospitantis, audivi: quo eodem titulo, massam totam ex qua sumtus est ὁ ἅγιος ἄρτος, & confectum dominicum corpus, sanctam habent & ἀντίδωρον, absque alia consecratione. De quo Thessal.

a Ὁμιλ.] Hanc homiliam ex apographo Sirmondiano evulgavit Combefisius. Eamdem ediderant Savilius & Morellus inter opera Chrysostomo supposita. Neque illam prætermisit Montfauconius in sua ejusdem Chrysostomi editione: exstatque in Appendice ad tom. X, pag. 799 -- 806. absque nomine auctoris: quam tamen AMPHILOCHIO tribuit doctissimus editor tom. XIII. in Indice v. Ἱκανῶς.

b Τῇ μ. δ.] Apud Montfauc. τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ δ'. in *sancta & magna feria* IV.

εὐλογοῦντα· μὴ ἑορτὴν καὶ πανήγυριν θέσθαι τὸ πρᾶγμα δικαιώσειεν; αὕτη ἀληθῶς ἑορτή· αὕτη ἀληθῶς ἀγγελικῆς ἑστιάσεως εὐφροσύνη, τὸ τὸν δεσπότην, μετὰ δούλων· τὸν Θεόν, μετὰ ἀνθρώπων· τὸν δικαστήν, μετὰ τῶν ὑπευθύνων ὁρᾶν κοινῆς ἀπολαύοντα τραπέζης. διὰ γὰρ τοῦτο ἐπὶ γῆς ἦλθεν, οὐκ ἔρημον καταλιπὼν τὸν οὐρανόν· καὶ ἄνθρωπος γέγονεν, οὐκ ἀποδὺς τὸ εἶναι Θεός· ἵνα καὶ τὴν θάλασσαν πλείων, τοὺς εἰς τὸ βιωτικὸν χειμαζομένους πέλαγος, ἐκ τοῦ βυθοῦ ἀνασύρῃ τῆς ἁμαρτίας· καὶ κώμας καὶ πόλεις περιϊών, στενοποὺς καὶ ἀτραποὺς, καὶ ἐπιδρόμους περιτρέχων, τοὺς ἐν ταῖς τριόδοις πλανωμένους ὡς ἀποίμαντα πρόβατα, ἐπὶ τὴν ἰδίαν ἐπαναγάγῃ ποίμνην. αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ τὸ ἀπολωλὸς πρόβατον ἐπιζητῶν, τὰ ἐννενήκοντα ἐννέα καταλιπὼν, καὶ περὶ τὴν τοῦ ἑνὸς παραγενόμενος ζήτησιν. [1] ἐζήτει γὰρ τὸ ἕν, οὔτε τῶν πολλῶν καταφρονῶν, οὔτε τοῦ πλήθους τὸ ἓν προκρίνων. ἀλλὰ τὰ μὲν ἐννενήκοντα ἐννέα κατελίμπανεν· ἔδει γὰρ ἀσφαλῶς αὐτὰ ἐν τῇ μάνδρᾳ αὐλίζεσθαι· τὸ δὲ ἓν [a] προϊὼν ἐζήτει, ἵνα μὴ θήνη τῷ διαβόλῳ γένηται. πρόβατον γὰρ ἀποίμαντον, θηρσὶν ἕτοιμον δεῖπνον. καὶ ψυχὴ ἀσφράγιστος, δαίμοσιν εὐεπιβούλευτος. ὅθεν πρῴην τὸν Ζακχαῖον ὡς πρόβατον ἐκ στόματος λύκου ἀφήρπασε, καὶ τῇ μάνδρᾳ συνέμιξε· [2] καὶ σφραγῖδος ἠξίωσεν· ὡς γὰρ ποιμὴν πρόβατον ἀποπλανηθὲν θηρᾶσαι θέλων, χειροήθες ζῷον ἐᾷ, ἵνα ἀπολύτως νεμόμενον, τὸ ἀποπηδῆσαν ἑλκύσῃ θήραμα. οὕτω καὶ ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος τὴν σάρκα, ἣν ἐκ τῆς παρθένου ἀνέλαβεν, ὡς πρόβατον ἐν νομῇ, ἐν τραπέζῃ Ζακχαίου ἀφῆκεν· ἵνα τῷ κοινῷ τῆς ἑστιάσεως νόμῳ ἑλκύσας αὐτοῦ πρὸς συνουσίαν, λανθανόντως τῇ οἰκείᾳ συζεύξῃ ποίμνῃ.

Ἀλλὰ τοῦτο μὴ συνιέντες οἱ Φαρισαῖοι ἐγόγγυζον, ὁρῶντες αὐτὸν μετὰ τελωνῶν ἐσθίοντα· ἀλλ᾽ ἐκεῖνοι μὲν ὡς ἀσκὸς παλαιὸς διαῤῥηγνύσθωσαν. οὐ γὰρ δύνανται τὸν νέον τῆς διδασκαλίας δέξασθαι λόγον. ἡμεῖς δὲ κατόπιν τοῦ φιλανθρώπου βαδίσωμεν ποιμένος· ὁ γὰρ Ζακχαῖον τὸν τελώνην τῇ λογικῇ τῶν ἀποστόλων συνάψας ποίμνῃ, αὐτὸς καὶ τὴν πόρνην τὴν ἁμαρτωλὸν, τὴν μυρίων κακῶν ἐργάτιν, ἐκ τοῦ φάρυγγος τοῦ διαβόλου ὡς ἀμνάδα ἑλκύσας, τῇ ἀνεπηρεάστῳ ἀπέδωκε μάνδρᾳ. ἵνα δὲ γνῶτε καὶ τοῦ Χριστοῦ τὴν φιλανθρωπίαν, καὶ τῶν Φαρισαίων τὴν ἀλογίαν· καὶ τῆς ἁμαρτωλοῦ τὴν [b] παλινοδίαν, αὐτὰς ὑμῖν τὰς εὐαγγελικὰς παραθήσομαι ῥήσεις· ἐὰν γὰρ τοῦ ὕφους τοῦ ἀναγνώσματος ἐπακούσητε, ῥᾳδίως καὶ τῆς ἑρμηνείας τὴν ἔννοιαν ἀναμάξεσθε. ἠρώτησε, φησί, τις τῶν Φαρισαίων τὸν Ἰησοῦν, ἵνα φάγῃ μετ᾽ αὐτοῦ· καὶ εἰσελθὼν εἰς τὸν οἶκον τοῦ Φαρισαίου, ἀνεκλίθη. ὢ χάριτος ἀφράστου. ὢ φιλανθρωπίας ἀῤῥήτου. καὶ Φαρισαίοις συνεστιᾶται, καὶ τελώνας οὐκ ἀποσείεται· καὶ πόρνας προσδέχεται, καὶ Σαμαρείτιδι διαλέγεται· καὶ Χαναναίαν λόγου ἀξιοῖ· καὶ τῇ Αἱμοῤῥοούσῃ τὸ κράσπεδον παραχωρεῖ, καὶ

A tem: non eam rem festo lætæque celebritati, merito deputaverit? Fuerit plane hæc festivitas, hæc lætitia convivii angelici: ut Dominus cum servis, Deus cum hominibus? communi judex potitus mensa videatur cum reis. Idcirco enim, cælo non deserto, in terram venit: estque factus homo, divinitate haudquaquam deposita; ut etiam mare navigans, mundi hujus pelago tempestate jactatos, de peccati fundo extraheret: vicosque & urbes circumiens, angiportusque & semitas atque aditus circumcursans, errantes in triviis seu [a] *oves non habentes pastorem* ad proprium ovile reduceret. Ipse namque est, qui [b] ovem errantem quærit, quique nonaginta novem relictis ad unam perquirendam advenit. B Quippe quærebat unam; nec spernens multas, nec unam multitudini præferens. Nihilominus tamen reliquit nonaginta novem: par enim erat ut tuto in caula morarentur: unam autem illam progressus quærebat, ut ne diabolo præda cederet. Nam ovis absque pastore, promta feris parataque cœna: animaque signaculo carens, insidiis dæmonum exposita. Propterea nuper [c] Zacchæum, velut ovem ex lupi ore abripuit, commiscuitque caulæ, & signaculo donavit. Sicut enim pastor errantis ovis capturam meditans, sinit cicuratum animal, ut libero pastu, resilientem venatum trahat: ita & Dei Verbum, quam de Virgine carnem accepit, seu ovem in pascua, in mensa Zacchæi dimisit: ut communi C lege convivii in suam trahens familiaritatem, clanculum suo ovili adiungeret.

II. Ceterum, qui id nescirent Pharisæi, murmurabant [d] videntes manducantem cum publicanis. Enimvero rumpantur illi ceu [e] utres veteres: haud enim novum doctrinæ sermonem capere possunt. Nos porro, sequamur benignum pastorem. Nam qui publicanum Zacchæum, rationali aptavit Apostolorum ovili; ipse nihil ominus meretricem illam peccatricem, post innumera patrata mala, a diaboli faucibus ceu agnam abstractam, inviolabili caulæ reddi- D dit. Ut autem & Christi humanitatem noveritis, & a ratione alienam Pharisæorum mentem, aversumque peccatricis iter, ipsas vobis evangelicas voces proponam. Mox enim ut lectionis contextum obaudieritis, facile etiam expositionis sensum exprimetis: [f] *Rogavit*, inquit, *Jesum quidam de Pharisæis, ut manducaret cum illo. Et ingressus domum Pharisæi, discubuit*. O ineffabilem gratiam! O inexplicabilem humanitatem! Et convivatur cum Pharisæis, nec publicanos repellit. Et suscipit meretrices; differitque cum Samaritana [g]; & Chananæam allocutione dignatur [h]; atque [i] fimbriam hæmorroissæ cedit, nec erubescit. Nam medicus est, omnes con-

a III. Reg. xxii. 17. *b* Matth. xviii. 12. Luc. xv. 4. *c* Luc. xix. 9. *d* Ibid. ℣. 7. *e* Matth. ix. 17. Marc. ii. 22. Luc. v. 37. *f* Luc. vii. 36. *g* Joan. iv. 7. *h* Matth. xv. 24. *i* Matth. ix. 20.

1. Ἐζήτει γὰρ τὸ ἓν] Ubique alii sensus: ubique τὸ ἐπιστατικὸν Amphilochii nostri, & acute movet dubia, & feliciter resolvit. Nonnihil ergo absonum illud, ut bonus Pastor, unius caussa, tot oves relictas spreverit; unamque nonaginta illis novem anteposuerit; recte heic deprecatur: hujusque inquisitionem, necessariæ saluti; derelictionem illarum, securitati, adscribit: nullis re ipsa spretis; autve errante, prælata ceteris: Nisi forte eam velimus prælationem, quod majori subsidio egens, quamquam indignior, Pastore humeris in caulam reportante, consecuta sit: nimirum sacramento Incarnationis dominicæ; quo re vera, scripturæ phrasi, nonnulla vereque magna fuerit prælatio & prærogativa ovis errantis; non ta- E men quam Amphilochius non agnoscit; & qua vere, non errantium spretio ac injuria fit.

2. Καὶ σφραγῖδος ἠξίωσεν] Videtur loqui de signaculo, non quod character est, sive in baptismo, sive in adjuncta confirmatione, quæ peculiarissime dicitur σφραγὶς, velut consignatione in Christi milites subnotans insigniensque; sed de signaculo, quod est gratia & caritas, quæ sola distinguit inter filios regni & gehennæ, facitque ut ne anima ἀνεπιβούλευτος sit diabolo: Deo peculiarius protegente, quem ut filium ea agnoscit: de quo & Paullus præcipue signaculo, 2. Cor. 1. *Qui & signavit nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus nostris*: velut nimirum altero alterum explicante.

a Προϊὼν — ἐζήτει] Montf. περιϊὼν, *circumiens*, rectius ut videtur. Mox ibid. θοίνη, ubi coniiciebat Combef. θήρα.

b Παλινοδ.] Montf. cum Combef. παλινῳδίαν.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

οὐκ ἐπαισχύνεται. ἰατρὸς γάρ ἐστι, πάντων τῶν πα- A θῶν ἐφαπτόμενος, ἵνα πάντας ὠφελήσῃ, πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, ἀχαρίστους καὶ ἀγνώμονας· ὅθεν καὶ νῦν ὑπὸ τοῦ Φαρισαίου κληθεὶς, εἰσέρχεται εἰς οἰκίαν ὥστε μεστὴν κακῶν. ὅπου γὰρ Φαρισαῖος, ἐκεῖ πονηρίας οἰκτήριον· ἁμαρτίας καταγώγιον· ὑπεροψίας ὑποδοχή. ἀλλὰ καὶ οὕτως αὐτοῦ διακειμένης τῆς οἰκίας, οὐκ ἀπαξιοῖ παραγενέσθαι ὁ κύριος. καὶ εἰκότως· ὥσπερ γὰρ ὁ ἥλιος οὐ καταβλάπτεται, βορβόρῳ τὰς οἰκείας ἀκτῖνας ἐπιβάλλων· ἀλλὰ τοὐναντίον, καὶ τὴν ἐνοῦσαν ἀηδίαν περιμάσσεται, μηδὲν αὐτὸς ὑβριζόμενος· οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς, ὡς ἥλιος δικαιοσύνης, πάντα ἐναγῆ καὶ βέβηλον τόπον καταλαμβάνει, καὶ τὴν δυσώδη ἁμαρτίαν, ταῖς ἀκτῖσιν αὐτοῦ τῆς ἀγαθότητος ἀναλίσκει. οὐχ ὕβριν, οὐ μείωσιν, οὐ B μολυσμὸν ὑπομένων [1] κατὰ τὸν τῆς θεότητος λόγον.

trectans morbos, ut juvet omnes: malos bonoſque, ingratoſque & gratos ac benevolos. Unde & modo a Phariſæo vocatus, domum ingreditur, velut malorum plenam. Ubi quippe Phariſæus; illic malitiæ domicilium, diverſorium peccati, arrogantiæ faſtuſque receptaculum. Verum, neque ſic affecta domo, dedignatur Dominus accedere: idque merito. Quemadmodum enim nihil ſol damni, miſſis in cœnum radiis propriis, accipit: quin potius, nulla ſui injuria & læſione, etiam illi inſitam turpitudinem abſtergit: ita & Chriſtus velut juſtitiæ ſol, exſecrabilem omnem profanumque locum occupat, ac grave olens peccatum, bonitatis ſuæ radiis abſumit: nihil ipſe dedecoris; nihil minutionis; nihil ſordium ſuſtinens contrahenſque, ratione deitatis.

Ὅθεν ἐπένευσεν εὐθέως τῷ Φαρισαίῳ καλοῦντι· ἠρεμῶν, σιωπῶν, ἀνεξέλεγκτον αὐτοῦ τὸν βίον ἀφείς. πρῶτον μὲν, ἵνα ἁγιάσῃ τοὺς κληθέντας· τὸν καλέσαντα· τῆς οἰκίας τὰ συστήματα· τῆς πολιτείας τὰ βρώματα· ἔπειτα δεικνὺς, ὡς οὐ φάσμα ἦν ἡ ἐνανθρώπησις, ἐκ τῆς ἀνακλίσεως, τῆς βρώσεως, τῆς πόσεως, τῆς τῶν σιτίων δαπάνης. ἄλλως δὲ, ἐπειδὴ ἔμελλεν ἡ πόρνη προσιέναι, καὶ τὸν θερμὸν ἐκεῖνον καὶ διάπυρον τῆς μετανοίας δεικνύναι τρόπον· διὰ τοῦτο καλοῦντι τῷ Φαρισαίῳ ἐπινεύει ταχέως, ἵνα ἐπ' ὄψεσι γραμματέων καὶ Φαρισαίων τὰ οἰκεῖα ἐκτραγῳδήσουσα κακὰ, διδάξῃ αὐτοὺς, πῶς δεῖ τοὺς ἁμαρτωλοὺς ἐπὶ C ταῖς ἁμαρτίαις συγκλάζοντας, ἐξευμενίζεσθαι Θεόν. ἰδοὺ γάρ, φησι, γυνὴ ἐν τῇ πόλει, ἥ τις ἦν ἁμαρτωλός. γυνή· ἡ εὐόλισθος φύσις· τὸ πρῶτον δίκτυον τοῦ διαβόλου· ἡ τῆς πλάνης εἰσαγωγή· ἡ τῆς παραβάσεως διδάσκαλος· ἡ βοηθὸς μὲν γενομένη, πολεμία δὲ ἀναδειχθεῖσα· ἡ γενομένη κατὰ φύσιν καλὴ, ἐκ προαιρέσεως δὲ ἀποδειχθεῖσα κακή· ἡ τὸ κάλλος τοῦ ξύλου δείξασα, καὶ τὸν παράδεισον ἀπολέσασα. καὶ ἰδοὺ γυνὴ, φησιν, ἐν τῇ πόλει, ἥτις ἦν ἁμαρτωλὸς, τὰ τῆς Εὔας φέρουσα βάρη· πολλοῖς κακοῖς βριθομένη. ἐρῶ δὲ αὐτῆς τῶν προτέρων [a] τρόπων τὴν δαψίλειαν, ἵνα γνῶτε αὐτῆς τῆς μετανοίας τὴν πολυτέλειαν.

III. Hinc ſtatim Phariſæo vocanti annuit, adquieſcens, tacens, ejus vivendi rationem irreprehenſam dimittens. Primum quidem, ut vocatos ſanctificaret; ut vocantem, familiæ cœtus, uſibus humanis comparatos cibos: tum vero, ut ex accubitu, ex eſu potuque, ac ciborum ſumtu, non phantaſma eſſe, quod ſit factus homo, oſtenderet: præterea autem, quod meretrix eſſet acceſſura, atque ferventem illum accenſumque illic exhibitura pœnitentiæ modum. Propterea annuit confeſtim vocanti Phariſæo, ut coram ſcribis & Phariſæis ſua ipſius lugubriter depromens mala, quei debeant peccatores, triſtitia pro peccatis placare Deum, ipſos doceret. Nam [a] *ecce*, inquit, *mulier in civitate, quæ erat peccatrix. Mulier:* natura fragilis: primum illud diaboli rete, erroris initiatio, doctrix prævaricationis; facta illa quidem in adjutorium, ſed quæ hoſtem ſe ſe exhibuit: facta quod ſpectat ad naturam, bona; ſed quæ malam, voluntatis propoſito, ſe ipſam fecit: quæ oſtendit ligni pulcritudinem, & paradiſum amiſit. *Et ecce*, inquit, *mulier in civitate, quæ erat peccatrix*, quæ portaret Evæ onera: quæ multis malis eſſet onuſta. Porro, priorum ejus morum largitatem dico; ut noveritis ipſius pœnitentiæ magnificentiam.

Ὁ Θεὸς ἐκ τῆς πλευρᾶς τοῦ Ἀδὰμ ὀστέον λαβὼν, D καὶ τοῦτο σαρκώσας, τὴν Εὔαν εἰργάσατο, ἣν καὶ γυναῖκα καλέσας, ἔδωκε βοηθὸν τῷ Ἀδάμ. [2] ἀλλὰ μετὰ τὸ ἁμαρτεῖν, καὶ παραβῆναι τὸν νόμον, καὶ ἐκβληθῆναι τοῦ παραδείσου, καὶ θάνατον τὸ ἐπιτίμιον λαβεῖν· ἵνα μὴ τῷ θανάτῳ δαπανώμενον ἄρδην τὸ γένος ἀπόληται, γάμος ἐπιστρατεύει τῷ θανάτῳ. ἵνα ὁ μὲν σπείρῃ, ὁ δὲ θερίζῃ· ὁ μὲν τέμνῃ, ὁ δὲ βλαστάνῃ. καὶ ὅτι μετὰ τὸ ὑποβληθῆναι θανάτῳ, ἡ τοῦ γάμου ἐδόθη χάρις, δῆλον ἐκ τοῦ, τὸν Ἀδὰμ μετὰ τὴν ἔξοδον τοῦ παραδείσου συναφθῆναι τῇ Εὔᾳ. γέγραπται γάρ· ὅτι μετὰ τὸ ἐξελθεῖν ἐκ τοῦ παραδείσου. τότε ἔγνω Ἀδὰμ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ· πρὸ τῆς

IV. Aſſumto Deus oſſe [b] de Adami latere, eoque carne aucto, Evam fecit, quam & mulierem vocatam, Adæ adjutricem dedit. Poſt vero peccatum legiſque tranſgreſſionem, poſtque ejectum e paradiſo, divinaque ultione adſcitam mortem; ut ne morte funditus abſumtum depereat humanum genus, militant nuptiæ adverſus mortem: ut illæ quidem ſerant, hæc autem metat: cædat iſta, illæ germinent. Quod porro poſt morti ſubjectum hominem, conjugii gratia conceſſa ſit: inde liquet, quod Adam, poſtquam exierat de paradiſo, Evæ ſit copulatus: ſcriptum eſt enim quod poſt egreſſum ex paradiſo, tunc [c] *cognovit Adam uxorem ſuam*. An-

a Luc. VII. 37. *b* Gen. II. 21. *c* Gen. IV. 1.

1. Κατὰ τὸν τῆς θεότητος λόγον] Videntur Græca ſonare, ut quod ſpectat ad ipſam deitatem, & qua Deus eſt, nihil ex malorum communione ipſe mali perpeſſus ſit, quomodo verum habet de omni omnino malo, quod etiam vocant defectus naturalis. Si vero etiam ad humanitatem extendatur oratio, reſtringenda erit ad malum culpæ, quo prorſus, ut etiam homo, quamquam verſans cum peccatoribus, κατὰ τὸν τῆς θεότητος λόγον, juxta quod petit ratio divinitatis, & ut illi conſentaneum eſt; manſit immunis: quod ſecundum videtur magis conſequens.

2. Ἀλλὰ μετὰ τὸ ἁμαρτεῖν] Idem pluribus, & inductum occaſione peccati ac ex ejus præviſione, matrimonium, Nyſſenus l. *de opificio hominis*, Damaſc. l. 4, & alii: majori forte pietate quam veritate. Quamquam enim propagatio quæ eſt carnali generatione ex legitima copula, non- E nihil craſſa ſit & humilis, digniuſque videretur, ut Deus ipſe nobis corpora ſicut Adamo appararet: haud tamen talis videri debet, iis ſublatis quæ acceſſerunt ex peccato, ut minus deceat hominem, pro illo etiam ſtatu, qui nec ipſe omnino a conditionibus vitæ animalis abſolutus eſſet. Quod autem Adam non niſi a peccato Evam cognoverit, non eo fuit, quia niſi peccaſſet non eſſet cogniturus, ſed quia intra modicum illud tempus vix ſex horarum a conditione ad lapſum, congruum non fuit: cum a Dei potius cultu, & perficiendo uſu ſcientiæ animo, imperiiſque in ſubjecta quæque animalia exſecutione, adeoque a ſpiritalibus inchoandum eſſet, eiſque nonnihil temporis ſtatim a creatione impendendum: qua etiam ratione, neque legimus id temporis comediſſe quidquam, excepto ligno ſcientiæ.

a Τρόπων] Montf. κακῶν, *malorum*; quod utique rectius eſſe inſinuare videtur vox ſubſequens μετανοίας.

ἁμαρτίας οὔσης, παρθενία ἦν· ἀμόλυντον τηρῦσα τὸν χιτῶνα τῆς φύσεως. μετὰ δὲ τὴν παράβασιν, μετὰ τὴν τοῦ θανάτου ἀπόφασιν, ὁ γάμος ἀντεισήχθη, ἵνα ἀντλοῦντα τὸν θάνατον νικήσῃ βρύων, καὶ τρυγῶντα ἡττήσῃ φύων. ἐπεὶ οὖν ἐπὶ τῇ συνοχῇ τῦ γένους, καὶ ἐπὶ αὐξήσει τῆς φύσεως, ὁ τῦ γάμου ἐδόθη νόμος· τῷ μὲν ἀνθρώπῳ ἡδονὴν ἐνέσπειρε· τὸ δὲ θῆλυ, θωπευτικὸν ἐποίησεν· οὐχ ἵνα ἑταιρικῶς πρὸς μίξεις ἐρεθίζωνται· ἀλλ' ἵνα ἐννόμως πρὸς γάμον συνάπτωνται. ὅθεν ἡ μὲν ἔνθεσμος τῦ γάμου μίξις τιμία παρὰ τῷ Θεῷ. ἡ δὲ πρὸς χάριν τῶν ἡδονῶν ἐκτελουμένη, [1] θανάτῳ ὑποβέβληται. τίμιος γὰρ ὁ γάμος ἐν πᾶσι, καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος. πόρνους δὲ καὶ μοιχοὺς κρινεῖ ὁ Θεός. αἱ οὖν χάριν παιδογονίας ἐννόμως τοῖς ἀνδράσι μιγνύμεναι, ἀνέγκλητοί εἰσιν. ὥσπερ ἡ Σάῤῥα, καὶ ἡ Ῥεβέκκα, καὶ ἡ Ῥαχήλ· καὶ εἴ τις ἄλλη ἀπ' αὐτῆς· αἱ δὲ λόγῳ ἡδυπαθείας τοὺς νέους πρὸς ἀκολασίαν διεγείρουσαι, ὡς φθείρουσαι τὸν ναὸν τῦ Θεοῦ, παραδίδονται φθορᾷ. εἴ τις γάρ, φησι, φθείρει τὸν ναὸν τῦ Θεοῦ, φθερεῖ τοῦτον ὁ Θεός· ὧν καὶ αὕτη μία ἦν, ἡ μετὰ χεῖρας ἁμαρτωλός. τὴν γὰρ φύσιν καπηλεύσασα, καὶ ταῖς ἔξωθεν βαφαῖς τὰς παρειὰς φοινίσσουσα, καὶ τέχνῃ βιαζομένη φανῆναι καλή, τοὺς νέους πρὸς ἀκολασίαν ὑπέσυρεν, [2] ἀπροόπτως [a] αὐτοὺς εἰς τὸ τῆς πορνείας ἀποκλίνουσα βάραθρον.

A te ergo peccatum, virginitas erat: quæ naturæ tunicam absque sorde servaret. Post autem transgressionem, post mortis sententiam est inductum conjugium; ut scaturigine vinceret haurientem mortem, genituraque vindemiantem superaret. Quia igitur ad generis conservationem naturæque crementum data fuit conjugii lex; inseruit Deus; masculo quidem, volutatem: feminam autem ceu lenocinio quodam & philtro adulante, donavit: non prolectandis more meretricio ad coitum; sed legitime copulandis in matrimonium. Quare honorabilis apud Deum legitima conjugii mixtio: quæ autem consummatur ad voluptatum gratiam, vindictæ mortis obnoxia est. [a] *Honorabile enim connubium in omni-* B *bus, & torus immaculatus: Fornicatores vero & adulteros judicabit Deus.* Quæ ergo mulieres suscipiendæ prolis gratia legitime commiscentur viris, sine crimine sunt: quemadmodum Sarra & Rebecca & Rachel, & si quæ alia sequitur. Quæ autem ratione voluptatis adolescentes ad libidinem provocant; velut quæ violent Dei templum in interitum traduntur, [b] *Si quis enim templum Dei violaverit, disperdet illum Deus*; e quibus & hæc erat, quam præ manibus, Peccatricem habemus. Velut enim sordide venum exponens cauponansque naturam, genasque adscititiis pigmentis purpurans, ac arte contendens videri pulcra, adolescentes incaute declinans depellensque in fornicationis barathrum, in luxuriam C substrahebat.

Ταῦτα δὲ λέγω, οὐ κωμῳδῶν αὐτὴν ἐφ' οἷς ἔδρασε πρίν· ἀλλ' ἐπαινῶν αὐτὴν, ἀφ' οἵων, οἷα γέγονεν ἄφνω. λέγω γὰρ τίς ἦν πρώην, ἵνα δείξω τίς γέγονε νῦν· λέγω αὐτῆς τῆς ἁμαρτίας τὰ πταίσματα, ἵνα δείξω τῆς μετανοίας τὰ κατορθώματα. ἀλλ' αὕτη, ἡ τῷ σώματι οὐκ ἀμέμπτως χρησαμένη τὸ πρίν· τοὺς μὲν διὰ βοστρύχων σαγηνεύουσα, τοὺς δὲ διὰ δακρύων φαρμάττουσα, τοὺς δὲ διὰ λήμματος γοητεύουσα, πάντας δὲ πανταχόθεν εἰς τὸν βάραθρον τῆς ἀκολασίας προσκαλουμένη, τὸν αἰσχρὸν αὐτῆς καὶ ἡδυπαθῆ ἔρωτα εἰς θεῖον καὶ ἐπουράνιον μεταβάλλει φίλτρον· ὡς εἶδε γὰρ τὸν Ἰησοῦν, ποτὲ μὲν ἀδέως τῇ Σαμαρείτιδι διαλεγόμενον· ποτὲ δὲ τὴν Χαναναίαν προσιέμενον· ἄλλοτε τῆς Αἱμοῤῥούσης ἀνακηρύττοντα τὴν κλοπήν. καὶ πῇ μὲν τελώναις συνεσθίοντα· πῇ δὲ τῶν Φαρισαίων τοὺς οἴκους καταλαμβάνοντα, ἐλογίσατο· ὅτι εἰ πόρνας, καὶ ἁμαρτωλούς, καὶ τελώνας προσίεται, μέχρι πότε ἀκαθέκτως οἰστρῶσα, τὸ τῆς ἁμαρτίας πέλαγος ἀντλῶ; οὐ μένω νέα, οὐ μένω καλή. πάντα γὰρ παρέρχεται. πάντα μαραίνεται, καὶ ἄνθη, καὶ κρίνα, καὶ τῶν προσώπων τὰ κάλλη. τί οὖν πάθω ἐφ' οἷς ἔδρασα; ἤδη γὰρ τὸ τῆς γεέννης πῦρ ἐννοῶ, ἤδη μου τὴν ψυχὴν μετάγνωσις λαμβάνει, ὅτι ἐπ' ὀλέθρῳ τῶν νέων βιαζομένη φανῆναι καλή, ἐν ταῖς ἀγυιαῖς τῆς πόλεως, ἐν ταῖς ἀγοραῖς, ἐν ἀμφόδοις ἔτρεχον, δίκτυον μὲν τοὺς πόδας ἔχουσα, καὶ σαγήνην τὴν γλῶτταν. ὢ πόσους νεανίσκους κατέθελξα, μεστὸν ἀναιδείας βλέμμα περιφέρουσα; ἐπὶ λύμῃ γὰρ τῶν θεατῶν ὡραϊζομένη, πῇ μὲν πολυπλόκοις σειραῖς τὴν κεφαλὴν ἐπύργουν, πῇ δὲ νο-

V. Dico autem hæc, non ut traducam ob prius gesta: sed laudans, ut talis ex tali sit facta. Dico siquidem, quæ esset olim, ut quæ modo evaserit, ostendam. Dico peccati ipsius errata, ut exhibeam pœnitentiæ merita. Verum, cui non absque crimine constiterat usus corporis: quæ alios quidem cincinnis caperet; alios oculorum lenocinio falleret: consilio alios seduceret; omnes undequaque in luxuriæ barathrum provocaret, suum illum turpem mollemque amorem, in divinum cælesteque philtrum transtulit. Ut enim Jesum cognovit, modo quidem libere cum Samaritana miscentem sermonem: mo- D do Chananæam recipientem: alio item loco, sanguine fluentis furtum prædicantem; atque heic quidem cum publicanis manducantem: heic Pharisæorum adeuntem domos; sic secum cogitavit: cum is meretrices & peccatores publicanosque recipiat, quamdiu impotenti œstro percita, peccati pelagus haurio? Non manet juventus: non pulcritudo: nam prætereunt omnia: cuncta marcescunt, floresque & lilia & vultuum species. Quid mihi ergo accidet pro his quæ feci? Jam enim gehennæ ignem cogito: jam pœnitudo animum corripit, quod in perniciem adolescentum studens parere pulcra, per vicos civitatis perque plateas & bivia currens, pedes quidem, rete; linguam autem, sagenam habuerim. E O quam multos demulsi juvenes, plenum impudentia circumquaque versans oculum? Splendide enim ornata in perniciem spectatorum; qua sinuosis resticulis plexuque vario caput fastigiabam, qua vagos ab verti-

a Heb. XII. 3. b I. Cor. I. 17.

1. *Θανάτῳ ὑποβέβληται*] Quando nimirum ita est voluptatis solius causa, ut legitimi matrimonii fines exeat, ut satis se auctor ipse declarat: alioqui enim concedit Paullus nuptias in remedium concupiscentiæ 1. Cor. 7. *Quod si non se continent, nubant*. Acceditque ratio, quia nusquam ratio præcepti, seu actus concessi, cadit sub præcepto, nisi forte cui illa substantialis est. Quamquam ergo coeat maritus non sine generationis, sitque in eo actu nonnulla deordinatio, quia tamen nihil facit vetitum, directe saltem, & sub rigorosa obligatione, nec præsumit actum non concessum, non peccat saltem graviter: ut neque qui comedit nulla necessitate, & sola causa voluptatis, nullo inde gravi damno alicujus. — Id vero caute legas velim

2. *Ἀπροόπτως αὐτοὺς ἀποκλίνουσα*.] Velut improvisos, quomodo Davidem in adulterium impulit, nihil ejusmodi cogitantem improvisumque, conspecta temere Bethsabe, 2. *Reg.* 11.

a *Ἀπροόπτως*] Deest hæc vox apud Montf. quæ tamen apposita satis esse videtur.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.



μάδας πλοκάμων ἐκ κορυφῆς εἴων κατὰ μετώπου χαλᾶσθαι. ἄλλοτε δὲ τὰς παρειὰς ἐφοίνισσον, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς κατέγραφον. καὶ ἄλλοτε δακρύων λιβάδας ἠφίουν, τῇ κολακείᾳ ἐκτραχηλίζουσα τὴν ψυχήν. τίς οὖν ἐπὶ τούτοις γένωμαι; τίνα ἰατρὸν εὕρω τῶν ἀπείρων τούτων παθῶν; ἐὰν ἀνθρώποις τὰ κατ᾽ ἐμαυτὴν εἴπω, ἀνωφελής μοι γίνεται τῆς ἐξαγορεύσεως ὁ τρόπος. ἀλλὰ καλύψω τὰ κακά; ἀλλ᾽ οὐ δύναμαι λαθεῖν. τίνα γὰρ λάθω, Θεὸν λαθεῖν μὴ δυναμένη; ποῦ οὖν φύγω, πανταχοῦ τὸν δικαστὴν εὑρίσκουσα; τὸν μὴ φαινόμενον μέν, πανταχοῦ δὲ διελέγχοντά μου τὰ κακά. μία μοι σωτηρίας ἀπολείπεται ἐλπίς, ἕν μοι ἐφόδιον πρόκειται ζωῆς· τὸ τὸν Ἰησοῦν ἐπιγνῶναι, καὶ αὐτῷ προσδραμεῖν. ὁ γὰρ τελώνας προσδεχόμενος, οὐκ ἀπαναίνεται πόρνην. ὁ Φαρισαίοις συνεσθίων, οὐ παραιτεῖται τῆς ἁμαρτωλοῦ τὰ δάκρυα. ἐπεὶ οὖν ἔγνων, ὡς παρὰ Σίμωνι Φαρισαίῳ κατάγεται, τούτῳ προσέλθω. ἀλλὰ τί αἰτήσω προσελθοῦσα; ὀφθαλμῶν ὑγίειαν; ἀλλὰ πρόσκαιρος ἡ χάρις. νόσου ἀπαλλαγήν; ἀλλὰ μικρὸν τὸ κατόρθωμα· ὁ γὰρ αἰώνιος θάνατος, τοῦ παρόντος, ἐστὶ βαρύτερος. πάντα παρήσω τὰ τοῦ σώματος. τὸ δὲ τῆς ψυχῆς ἐπιζητήσω ἴαμα. μίαν γὰρ εὑρήσω λύσιν τῶν ἐπηρτημένων κακῶν, ἐὰν τὸν δικαστὴν ἴδω. ἐὰν προλάβω τῆς κολάσεως τὸν καιρόν. μιμήσομαι Ῥαὰβ τὴν πόρνην, τῆς γυναικὸς τὸν ἐνάρετον μεταδιώξω τρόπον· οὐδὲν γὰρ παρ᾽ ἡμῶν ἄλλο βούλεται Θεός, [1] ἢ γνώμης ἐναλλαγήν.

Ce crines, a fronte laxabam: quandoque autem rubricabam genas, oculosque stibio sublinebam: quandoque etiam lacrymarum latices mittens, animum adulatrix præcipitem dabam. Quæ igitur in his fuero? Quem innumerabilium isthæc morborum inveniam medicum? Si res meas hominibus dixero, inutilis mihi fuerit hujuscemodi publicatio. Sed num mala occultavero? At nequeo latere. Quem enim latuero, Deum latere non valens? Quo ergo fugiam, cui omni loco judex occurrat? Ille quidem non manifestus; sed qui mala mea ubique redarguat. Una mihi spes salutis reliqua est: unus vitæ propositus commeatus: ut nimirum Jesum noverim, & ad illum accurram. Qui enim publicanos suscipit, non repudiabit meretricem: qui communi cum Pharisæis epulo comedit, peccatricis lacrymas non repellet. Ut ergo cognovi, divertisse apud Simonem Pharisæum, ad illum accedam. Quid vero accedens petam? Num oculorum sanitatem? At est temporanea gratia. Num a morbo liberari? Verum, parum est quod eo conficitur: mors enim æterna, præsenti gravior est. Cuncta omittam quæ sunt corporis; solam animæ sanitatem requiram. Unam enim impendentium malorum consolationem inveniam; dum videro judicem: dum præoccupavero tempus punitionis. Æmulabor [a] Rahab meretricem: persequar mulieris illius mores studiosos. Nihil quippe Deus a nobis aliud requirit, quam mutationem propositi.

Ταῦτα εὐσεβῶς [a] διασκεψαμένη, καὶ τὴν διάνοιαν πρὸς πίστιν ἐπαλείψασα, ἐπεισέρχεται τῷ Ἰησοῦ ὅπου ἀνέκειτο, τὴν προτέραν ἀναίδειαν εἰς ὑπόθεσιν παῤῥησίας λαβοῦσα. καὶ λέγει μὲν αὐτῷ οὐδέν· οὐ γὰρ ἐτόλμα· ᾔδει γὰρ ὡς ὁ τῶν λογισμῶν ἔφορος, οὐ δεῖται λόγων. τί γὰρ εἰπεῖν εἶχε τῷ πάντα εἰδότι; ὅτι ἥμαρτεν; ὅτι πολλῶν κακῶν ἐργάτις γέγονεν; ὅτι ἐρῶσα καὶ ἐρωμένη τὴν πάνδημον ἡδονὴν ἐθεράπευσε; ταῦτα Θεῷ δῆλα ἦν, οὐ πραττόμενα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ ἀφανεῖ τῆς ψυχῆς βουλευτηρίῳ γυμνούμενα· εἰδυῖα οὖν ὡς πάντα οἶδε, καὶ λαθεῖν αὐτὸν δύναται οὐδέν· θυροῖ μὲν τὴν γλῶσσαν, λαλεῖ δὲ τοῖς δάκρυσι. στᾶσα γάρ, φησι, παρὰ τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ, κλαίουσα ἤρξατο βρέχειν τοὺς πόδας αὐτοῦ τοῖς δάκρυσιν. ἀλλ᾽ εἰ καὶ μὴ τῇ γλώσσῃ ἐλάλει, ἀλλὰ στεναγμοῖς [2] ἀλαλήτοις ἐφθέγγετο, τὸν συντετριμμένον τῆς καρδίας ἐκκάμπτουσα, τὸ πλῆθος τῶν ἁμαρτιῶν θριαμβεύουσα. τοὺς ἀτόπους λογισμούς, τὰς ἐναγεῖς ἐνθυμήσεις, τὰς βεβήλους πράξεις, τὰς παρανόμους ὁμιλίας ἐκπομπεύουσα· οὐδὲν γὰρ ἦν τῶν πεπραγμένων αὐτῇ κακῶν, ὃ μὴ δάκρυσιν ἐξετραγῴδει. ᾔδει γὰρ ὅτι ὧν ὡμολόγει, τὴν ἀμνηστίαν ἐλάμβανεν. εἶπα γάρ, φησιν, ἐξαγορεύσω κατ᾽ ἐμοῦ τὴν ἀνομίαν μου τῷ κυρίῳ, καὶ σὺ ἀφῆκας τὴν ἀσέβειαν τῆς καρδίας μου· καὶ οὐ μόνον ἀλαλήτως ἐφθέγγετο, τοῖς στεναγμοῖς τῆς καρδίας δυσωποῦσα τὸν κύριον. ἀλλὰ καὶ σχήματι τὸ τῆς μετανοίας περιέγραφε κάλλος. ἐδάκρυσε μέν, ὡς πολλὰ γελάσασα. τοῖς καλοῖς δάκρυσι τὸν κακὸν ἐκπλύνουσα γέλωτα· ταῖς δὲ ῥανίσι τῶν ὀφθαλμῶν, τὸν τῶν παρειῶν ἐκπλύνουσα ῥύπον· ἵνα ἐν οἷς ἥμαρτεν, ἐν τούτοις καὶ ἀπολογήση-

VI. Cum hæc pie dispexisset, animumque ad fidem inunxisset: superingressa est ubi accubuerat Jesus, assumta in occasionem libertatis priori impudentia. Et illi quidem nihil loquitur, nam non audebat: noverat enim, non opus esse sermonum inspectanti cogitationes. Quid ejum omnia scienti poterat dicere? Quod peccaverat? Quod multa perpetrarat mala? Quod deperiens, & deperitione amata, populi totius voluptatem foverat? Erant hæc Deo nota, non tantum cum fierent, sed & cum in occulto animi conclavi nudarentur. Sciens itaque quod cuncta nosset, nec eum quidquam posset latere: linguam quidem velut foribus munit, loquitur vero lacrymis. [b] *Stans* enim, inquit, *secus pedes ejus, flens, cœpit rigare lacrymis pedes ejus.* Ceterum, quamquam non loquebatur lingua; at inenarrabiliter [c] mutoque modo loquebatur gemitibus: cor contritum inflectens, peccatorum triumphans numerosam multitudinem: absonas turpesque cogitationes, exsecrandas cupiditates, actiones profanas, colloquia iniqua traducens. Nullum siquidem patrarat malum, quod non lacrymis dire lamentaretur. Sciebat enim quæ confiteretur, oblivioni tradenda: [d] *Dixi* enim, inquit, *proferam adversum me injustitiam meam Domino: & tu remisisti impietatem peccati mei.* Nec sic tantum inenarrabiliter loquebatur cordis gemitibusque exorans Dominum: sed & habitu pœnitentiæ pulcritudinem adumbrabat. Lugebat quidem, velut quæ multum risisset, bonis lacrymis eluens malum risum; oculorum vero stillis abluebat gena-

a Jos. II. 1. b Luc. VII. 38. c Rom. VIII. 26. d Psalm. XXXI. 5.

1. Η γνώμης ἐναλλαγή] Ita ex vi nominis sonat τὸ μετάνοια: & quod multis nostratibus crebrum est, *Resipiscentia*: cujus tamen loco ubique fere Patribus est, *Pœnitentia*. Affine est quod Paullus *Rom.* & *Gal.* prædicat de fide, velut una sine operibus ad salutem sufficiat: quasi nimirum radix, ad quam si est perfecta, debeant illa consequi pro loco & tempore. Sic certe nostra peccatrix, non tantum mutavit propositum; verum etiam adhibuit lacrymas, & pedes dominicos obsequio fovit: tandemque durissimum vitæ genus arripuit, vixitque.

2. Ἀλαλήτοις] Velut passive, juxta quod exponitur Rom. VIII. 26. quo & videtur alludere: quamquam posset active sumi, ut esset velut *mute ac sine voce*: quo etiam modo forte aptius essent in sequenti: οὐ μόνον ἀλαλήτως ἐφθέγγετο. ubi tamen ob consecutionem locutionis reddimus, *inenarrabiliter*, adjuncta particula, *Sic*: ad quandam determinationem.

a Διασκεψ.] Edit Montf. ἐπισκεψ.

ται· ἐν οἷς ἠνόμησεν, ἐν τούτοις τὸν νομοθέτην ἐξιλεώσηται. ὥσπερ γὰρ τὴν κοίτην τῇ ἐκθέσμως ἐμόλυνε συμπλοκῇ, δάκρυσιν ἀπέπλυνεν ὁ Δαβίδ. λούσω γάρ, φησι, καθ' ἑκάστην νύκτα τὴν κοίτην μου. ἐν δάκρυσί μου τὴν στρωμνήν μου βρέξω· οὕτω καὶ αὕτη· δι' ὧν ὀφθαλμῶν πολλοὺς τῶν νέων εἰς ἀκολασίαν ὑπέσυρε, δακρύων ἀφεῖσα πηγάς, τὸν δύσπλυτον τῆς ἁμαρτίας ἀπέπλυνε ῥύπον· αὕτη ἑαυτῇ λουτρὸν μετανοίας προβαλλομένη τὰ δάκρυα. τὰ μὲν γὰρ δάκρυα ὡς ὕδωρ αὐτὴ παρεῖχε· τὴν δὲ ἄφεσιν ἀοράτως παρὰ τοῦ Χριστοῦ ὑπεδέχετο. ἀλλὰ μὴν καὶ τὸν Ἀβραὰμ, οὐ μιμουμένη μόνον, ἀλλὰ καὶ νικῶσα, τοὺς πόδας ἀπέπλυνε τοῦ Χριστοῦ. ὁ μὲν γὰρ νιπτῆρα θεὶς, ὕδατι ἀπέπλυνε, καὶ λεντίῳ κατέμαξεν. αὕτη δὲ οὐχ ὕδωρ ἀντλήσασα, ἀλλὰ κρήνας δακρύων ἀφεῖσα, B τοὺς πόδας ἀπέπλυνε τοῦ Ἰησοῦ· φεισαμένη δὲ, μὴ δάκρυσιν ἁμαρτωλοῖς ἁγνοὺς ἐνυβρίσῃ πόδας, τὸ τῶν τριχῶν κόλλος ὡς λεντίον ὑποβαλοῦσα, ἀπέμαξε τοὺς πόδας· καὶ ἦν ἰδεῖν ὅλον δι' ὅλου τὸ γύναιον πρὸς θεραπείαν τοῦ Ἰησοῦ καμπτόμενον. οἱ μὲν γὰρ ὀφθαλμοὶ ἄνωθεν, ὡς κρῆναι, δακρύων ἔπεμπον ὀχετούς· ἡ δὲ ψυχὴ ὥσπερ νιπτὴρ ὑποκειμένη, τὰς ἐκ τῶν ποδῶν ἀποσταζούσας ἐδέχετο ῥανίδας. οἱ δὲ πλόκαμοι ἀπέμασσον, τὸ λεντίου πληροῦντες σχῆμα· αἱ δὲ χεῖρες τὸ ἀλάβαστρον τοῦ μύρου καταχέουσαι, τοὺς θείους ἤλειφον πόδας. μύρῳ τὸ μύρον τιμῶσαι. μύρον γάρ, φησι, [a] κενωθὲν ὄνομά σοι.

A rum sordes: ut in quibus peccaverat, in iis quoque defensionem haberet: in quibus egisset inique, in iis legislatorem placaret. Sicut enim David pollutum iniqua copula lectum lacrymis eluebat: [a] *Lavabo enim, inquit, per singulas noctes lectum meum: lacrymis meis stratum meum rigabo*, ita & hæc: quibus oculis multos adolescentes in luxuriam substraxerat, iis lacrymarum fontes emittens, peccati sordes non faciles elui, diluebat; sibi ipsa pœnitentiæ lavacrum proponens lacrymas. Ipsa quidem, ceu aquam, lacrymas præbebat: invisibili autem ratione remissionem a Christo suscipiebat. Enimvero non etiam imitata tantum Abraham, sed & superans, Christi abluit pedes. Ille quidem pelvi posita, abluebat aqua & linteo extergebat: hæc vero, aqua non hausta, sed mittens lacrymarum fontes, abluebat Jesu pedes: ac cavens, ne lacrymis peccatricibus pedibus castis injuriam faceret, compactos crines velut linteum submittens, pedes extergebat: eratque videre mulierculam, totam prorsus ad Jesu obsequium inflexam. Oculi quidem desuper, ceu fontes, lacrymarum mittebant rivos: animus autem ceu pelvis supposita, distillantes e pedibus guttas excipiebat: cincinni detergebant, lintei implentes formam: manus, fuso alabastri unguento, divinos ungebant pedes: unguentum, unguento honorantes: [b] *Unguentum enim, inquit, evacuatum, nomen tibi.*

C

Εἶδες πῶς ἐνίκησε τὴν ἀχάριστον τῶν Ἰουδαίων γνώμην γυνὴ ἁμαρτωλὸς, ἡ θείων ἄμοιρος νόμων; οἱ μὲν γὰρ λίθοις αὐτὸν ἔβαλλον, ἡ δὲ τοῖς τῆς εὐωδίας ηὔφραινε μύροις· ἀλλὰ Ἰουδαῖοι μὲν ὡς ἀχάριστοι, ὡς ἀσύνετοι καὶ ἀγνώμονες, κακοῖς ἠμείβοντο τὸν εὐεργέτην. λίθοις τὸν ἀκρογωνιαῖον φιλοφρονούμενοι λίθον· ἡ δὲ, μύρῳ ἤλειφε τοὺς πόδας τοῦ μέλλοντος δι' αὐτὴν πανημέριον ἐπὶ τοῦ ἰκρίου ἵστασθαι τοῦ σταυροῦ. καὶ τί λέγω, ὅτι τὸν ἀχάριστον τῶν Ἰουδαίων ἐνίκησε δῆμον; ὅπου γε ὅλων τῶν ἁγίων ὑπερηκόντισε τὸν χορόν. ἔλαβε γὰρ χάριν, ἣν οὐκ ἔλαβον βασιλεῖς, ἧς οὐκ ἔτυχον δυνάσται. βασιλεῖς γὰρ Θαρσεῖς καὶ νῆσοι δῶρα προσοίσουσι, καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ πάντες οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς. καὶ δὴ κατὰ τὸν προφήτην, καὶ D ἔδωκαν τὰ δῶρα, καὶ προσεκύνησαν πόρρωθεν. ἀλλ' οὐδεὶς αὐτῶν τοῦ Ἰησοῦ τοὺς πόδας ἐφίλησε. πῶς γάρ; ἦλθον Μάγοι λαβόντες ἀστέρα τῆς ἱκεσίας σύμμαχον. ἀλλὰ πόρρωθεν ἐδωροφόρουν, τῆς οἰκείας τάξεως τὸ μέτρον γινώσκοντες· ὁ οὐρανὸς γάρ μοι θρόνος, ἡ δὲ γῆ, ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου. ἐπαινέσθω τοίνυν ἡ γυνὴ, ὡς ὅλης τῆς γῆς τὴν τιμὴν ὑποδεξαμένη· ὡς ἁψαμένη ποδῶν ἀχράντων, ὧν τὸν χοῦν ἔθνη καὶ πατριαὶ λείξουσι, κατὰ τὸ εἰρημένον· καὶ οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ χοῦν λείξουσιν. ἥψατο ποδῶν ἀχράντων· ἐμερίσατο πρὸς Ἰωάννην τοῦ Χριστοῦ τὸ σῶμα. ὁ μὲν γὰρ ἐπὶ στῆθος ἀνέπεσε· θείαν γὰρ αὐτόθεν ἔμελλε διδασκαλίαν ἀπομάττεσθαι· ἡ δὲ τοὺς ὑπὲρ ἡμῶν βαδίζοντας πόδας, ὑπήλειφεν. ἀλλ' ὁ Χριστὸς μὲν, ὁ E μὴ τὴν ἁμαρτίαν κρίνων, ἀλλὰ τὴν μετάνοιαν ἐπαινῶν· ὁ μὴ τὰ παρελθόντα κολάζων, ἀλλὰ τὰ μέλλοντα δοκιμάζων, ἀμνηστίᾳ παρελθὼν τὰ προλαβόντα αὐτῆς κακὰ, τιμᾷ τὴν γυναῖκα, καὶ ἐπαινεῖ τὴν μετάνοιαν· δικαιοῖ τὰ δάκρυα, καὶ στεφανοῖ τὴν πρόθεσιν.

VII. Vidistin', ut mulier Peccatrix, expers illa divinarum legum, ingratam vicerit Judæorum mentem? Illi quidem appetiere lapidibus: hæc vero unguentis suaveolentibus recreavit. At quidem Judæi, ceu ingrati, ceu insipientes atque improbi, benefico malis rependebant: [c] *Lapidem angularem*, amica excipientes lapidatione: hæc autem, [d] *illius pedes unguento ungebat*, qui diem totam in crucis patibulo, ipsius caussa, staturus erat. Quid vero, ingratum Judaicum populum, dico vicisse, quando omnium sanctorum superavit chorum? Quam enim gratiam reges non acceperunt, quam potentes & principes non obtinuerunt, accepit ipsa: [e] *Reges enim Tharsis, & insulæ munera offerent: & adorabunt eum omnes reges terræ*. Sane vero juxta Prophetam & dederunt dona, & eminus adoraverunt: at nullus coram osculatus est pedes Jesu. Quei enim? Venerunt Magi, accepta stella supplicationis socia: eminus tamen offerebant dona, modum sui status non ignorantes: [f] *cælum enim mihi sedes est; terra autem, scabellum pedum meorum*. Laudetur itaque mulier, velut quæ totius terræ gloriam susceperit: velut quæ sit amplexata immaculatos pedes, cujus pulverem lingent gentes cognationesque, juxta quod dictum est: [g] *Et inimici ejus terram lingent*. Amplexa est intemeratos pedes: Christi corpus cum Joanne partita est. Ille equidem [h] recubuit supra pectus, ut inde expressurus divinam doctrinam: at ista pedes unxit gradientes nostri caussa. Porro Christus qui non judicat peccatum, sed pœnitentiam laudat: qui præterita non punit, sed probat futura: traditis oblivioni malis ejus prioribus, mulieri honorem habet, & laudat pœnitentiam. Justificat lacrymas, & propositum coronat.

Ὁ γε Φαρισαῖος ὁρῶν τὸ θαῦμα, πλήττεται τὴν διάνοιαν, καὶ φθόνῳ βαλλόμενος, οὐ παραδέχεται

VIII. Videns autem Pharisæus miraculum, animo obstupescit: ictusque invidia, mulieris pœni-

a Psalm. VI. 7. b Can. I. 2. c Psalm. CXVII. 22. d Joan. X. 31. e Psalm. LXXI. 10. f Isa. LXVI. 1. g Psalm. LXXI. 9. h Joan. XIII. 23.

a Κενωθὲν] Montf. ἐκκενωθὲν, ut apud LXX. Mox ὄνομά σου. Sed lectionem Combefisianam præfert quoque codex Alex. Infra tamen §. XI. ubi locus hic iterum excitatur, legimus ἐκκενωθέν.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

τῆς γυναικὸς τὴν μετάνοιαν. ἀλλὰ καὶ τὴν οὕτω τιμήσασαν τὸν κύριον, ἐπιῤῥαπίζει τῇ λοιδορίᾳ· καὶ τοῦ τιμηθέντος ἐλαττοῖ τὸ ἀξίωμα, ἄγνοιαν αὐτῷ καταψηφιζόμενος. ἰδὼν γάρ, φησιν, ὁ Φαρισαῖος ὁ καλέσας αὐτὸν, εἶπεν ἐν ἑαυτῷ· οὗτος εἰ ἦν προφήτης, ἔγνωκεν ἂν τίς καὶ ποταπὴ ἡ γυνὴ, ἥ τις ἅπτεται αὐτοῦ, ὅτι ἁμαρτωλός ἐστιν. ὢ ἄφρον καὶ ἀσύνετε, καὶ τὰ ὅλα Φαρισαῖε. ταῦτα λέγων, οὐ τῆς γυναικὸς διελέγχεις τὸν τρόπον· ἀλλὰ τῆς ἰδίας κατηγορεῖς προαιρέσεως, ἀγνοεῖν αὐτὸν λέγων, τίς ποτε ὑπῆρχεν ἡ γυνή. οὐκοῦν οὐχ ὡς Θεὸν πάντα γινώσκοντα τῇ κλήσει ἐτίμησας· οὐκ αἰδῇ οὖν, ὦ λαμπρὲ κατήγορε καὶ συκοφάντα, ὅτι καλεῖς μὲν αὐτὸν ὡς Θεὸν καὶ εὐλογῆσαι δυνάμενον, καταβοᾷς δὲ αὐτοῦ ὡς ἀνθρώπου, καὶ μηδὲν ὑπὲρ ἡμᾶς εἰδότος. οὗτος, φησιν, εἰ ἦν προφήτης. καὶ πόσον σου βελτίων, ὦ Φαρισαῖε, ἡ ἐν Σικήμοις γυνὴ, ἡ μὴ προφήτην εἰδυῖα, καὶ ἐκ πρώτης ὄψεως τὸν σωτῆρα ὁμολογήσασα. κύριε γάρ φησι, θεωρῶ ὅτι προφήτης εἶ σύ. πόσον δέ σου θαυμαστοτέρα καὶ αὕτη ἡ ἁμαρτωλὸς, ἧς τὴν μὲν ἁμαρτίαν ὁρᾷς, τὴν δὲ μετάνοιαν οὐ βλέπεις. ἀλλὰ καὶ κατακρίνεις, ἣν ὁ κριτὴς δικαιοῖ· καὶ μέμφῃ καὶ ψέγεις, ἣν ὁ Θεὸς ἀποδεξάμενος στεφανοῖ. ὅτι ἰδοῦσα παρά σοι Θεὸν ἐν ἀνθρώπου μορφῇ κατακείμενον, ἐπέγνω καὶ ἐτίμησε· καὶ τὰ τῆς ψυχῆς ἐκκαλύψασα τραύματα, ἔλεον ᾔτησε καὶ τῶν βεβιωμένων τὴν ἀμνηστίαν. σὺ δὲ τιμήσας τῇ κλήσει, ἀτιμάζεις τῇ λοιδορίᾳ, λέγων. εἰ ἦν προφήτης, ἐγίνωσκεν ἂν τίς καὶ ποταπὴ ἡ γυνὴ, ἥ τις ἅπτεται αὐτοῦ. ἄθλιε· ἐπειδὴ τὰ σὰ οὐκ ἤλεγξε κακὰ, ἄγνοιαν αὐτοῦ καταψηφίζῃ; ἐπειδὴ τὴν πολλοῖς κακοῖς βεβαρημένην σου στέγην ὑπῆλθεν, ἀναιρεῖς αὐτοῦ τὴν γνῶσιν; ἀλλ' ἐπειδὴ ἠξίωσας αὐτὸν τὴν σὴν ὑπελθεῖν στέγην· ἀνακλιθῆναι μετὰ σοῦ, καὶ χεῖρα ἐπιβάλλειν τοῖς ἐδέσμασί σου, ἐπένευσε καὶ οὐκ ἀπηξίωσεν, ἕνα αὐτὸν τῶν πολλῶν νομίζεις; ἄξιος δὲ ἦσθα ξενοδοχῆσαι Θεὸν, ἢ τράπεζαν παραθῆναι τῷ ἑτοιμάζοντι τράπεζαν ἐν ἐρήμῳ; ἀλλὰ φιλάνθρωπος ὢν, οὐ παρῃτήσατο καὶ παρ' αὐτῶν τῶν οἰκετῶν πόμα καὶ σιτίον ὑποδέξασθαι. τί οὖν αἰτιᾶται φιλάνθρωπον δεσπότην, ὦ Φαρισαῖε, ὁμοίως εἰς πάντας τὸν τῆς χρηστότητος ζυγὸν ταλαντεύοντα; τί δὲ τὸν κώνωπα τῆς γυναικὸς διϋλίζων, τὴν κάμηλον τῶν οἰκείων κακῶν καταπίνεις; καὶ ἐπὶ σοὶ μὲν μακρόθυμον τὸν Θεὸν εἶναι βούλῃ, ἐπὶ ταύτῃ δὲ ἀπότομον; τί ἐπ' ἀλλοτρίοις ἐγκλήμασι παροξύνεις τὸν δικαστὴν, ἐπὶ τοῖς οἰκείοις συγγνώμην αἰτῶν; [1] τί συνεφωνήσατε σὺ καὶ Ἰούδας πειρᾶσαι τὸν κύριον; σὺ μὲν γὰρ ὡς καθαρὸς ἀπὸ ῥύπου, ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασι διασύρων τὸν ἄνθρωπον, ἄγνοιαν καταψηφίζῃ Θεοῦ. ὁ δὲ, ὡς φιλόπτωχος ἀγανακτεῖ, λέγων· τίς ἡ ἀπώλεια τοῦ μύρου τούτου; ἐδύνατο γὰρ πραθῆναι πολλοῦ, καὶ δοθῆναι πτωχοῖς. ὢ τῆς ἀγνώμονος γνώμης. ὢ τῶν ἀχαρίστων τρόπων. ἀπώλειαν τίθης, Ἰούδα, τὴν θεραπείαν τοῦ Χριστοῦ; καὶ μάταιον ἀνάλωμα καλεῖς, τὸ εἰς τιμὴν προχωρῆσαι Θεοῦ;

A tentiam non admittit. Quin vero, quæ ſic Dominum honoraverat, contumelia ceu in faciem cædit: ejuſque cui delatus eſſet honos, ignorantia calculo tributa, dignitatem minuit. [a] *Videns enim*, inquit, *Phariſæus qui vocaverat eum, ait, intra ſe: Hic ſi eſſet propheta, ſciret utique quæ & qualis eſt mulier quæ tangit eum: quia peccatrix eſt*. O ſtulte & inſipiens, prorſuſque Phariſæe! Dum iſta dicis, non mulieris arguis mores; ſed tuum ipſe animum reprehendis, qui dicas, neſcire illum, quænam eſſet mulier. Non ergo ut Deum qui noſſet omnia, vocando honoraſti. Non igitur pudet, o magnifice calumniator & ſycophanta, quod quidem ut Deum voces, & qui benedicere poſſit: procla- B mes vero ut hominem ac velut eum, qui nihil ſciat præ nobis. *Hic*, inquit, *ſi eſſet Propheta*. O quam te melior Phariſæe, mulier illa in Sichimis, quæ prophetam neſciens, ex primo ſtatim viſu confeſſa eſt Salvatorem. [b] *Domine*, enim, inquit, *video quia propheta es tu*. Quam vero & hæc peccatrix, præ te digna admiratione: cujus quidem vides peccatum, ſed pœnitentiam non cernis. Quin & condemnas, quam judex juſtificat: reprehendiſque & vituperas, quam Deus ſuſcipiens coronat: quod viſum apud te Deum in forma hominis recumbentem, agnovit, eique honorem habuit: atque animæ retectis vulneribus, miſericordiam, & anterioris vitæ commiſſorum obliterationem petiit. C Tu autem qui honoraſti vocando, contumelia inhonoras, dicens: *Si eſſet propheta, ſciret utique quæ & qualis eſt mulier, quæ tangit eum*. Miſer! propterea quia non arguit tua mala, ignorantiæ damnas? Propterea quia tectum tuum pluribus gravatum malis ſubiit, ſcientiam adimis? Ita ne, quod rogaveris ut intraret ſub tectum tuum, ut tecum accumberet, ut eduliis tuis adjiceret manum, nec rogatus abnuerit, unum aliquem de multis arbitraris? Num vero dignus eras, ut hoſpitio Deum exciperes, aut ei parares menſam, qui [c] menſam paravit in deſerto? Verum cum propenſiori in homines eſſet affectu, non detrectavit ut a ſuis ipſe famulis potum eſcaſque ſuſciperet. Quid ergo be- D nignum Dominum poſtulas, o Phariſæe, qui [d] in omnes pariter bonitatis ſtateram libret? Quid vero [e] excolans mulieris culicem, tuorum ipſe malorum camelum deglutis? Et quidem, vis in te Deum longanimem; in hanc autem promtum ad iram? Quid Dominum exaſperas in alienis criminibus, qui in propriis veniam petas? Quid tu Judaſque conveniſtis, ut tentaretis Dominum? Tu quidem, velut mundus a ſorde, detrahens homini pro peccatis, Deum ignorantiæ damnas: ille autem, ceu pauperem amans indignatur, dicens: [f] *Ut quid perditio iſta unguenti? Poterat enim venumdari multo, & dari pauperibus*. O improbum animum! O ingratos mores! Æſtimas, o Juda, perditionem, ob- E ſequium Chriſti? Vocaſque inanem ſumtum, quod in honorem Dei procedit?

a Luc. VII. 39. *b* Joan. IV. 19. *c* Exod. XVI. 13. *d* Sap. VI. 8. *e* Matth. XXI. 24. *f* Matth. XXIII. 9. Marc. XIV. 4. Joan. XI. 5.

1. Τί *συνεφωνήσατε*] Videtur innuere unam unctionem, cujus cauſſa Judas murmuravit, & quæ in domo Simonis *Luc.* 7. facta legitur, murmurante & ipſo contra Dominum ſuſcipientem: niſi oratorie, duas unctiones, velut in unam, una orationis ſerie cogit. Eamdem illam mulierem, & quam tres Evangeliſtæ habent, exiſtimat Chryſoſt. hom. 81. in 26. Matth. ſed aliam a mirabili illa Maria ſorore Lazari: qua de re nihil Amphilochius: obtinetque Auguſtini, Gregorii magni, &c. ſententia, ut & ipſa una eademque ſit; colitque Eccleſia ut unam, officio ex variis locis ſcripturæ, quibus & ſororis Lazari & mulieris quam Evangeliſtæ alii habent, mentio eſt, devotiſſime inſtructo. Unam ego Mariam dixerim, tres unctiones: vel certe duas. Videtur enim illa *Luc.* 7. longe antiquior ea quam Matthæus & Marcus factam habent, ſub ipſum ferme tempus paſſionis dominicæ: ac nec quam Joannes narrat, accumbente Lazaro ſuſcitato, in ipſa ut videtur Lazari & ſororum domo, ipſa fuerit, quæ apud Matth. & Marcum legitur in domo Simonis leproſi: quamquam multa conſonantia eamdem probabilius ſuadeant. Habet Amphilochio proxima præfatus Chryſoſt. hom. in prodit. Judæ to. 5. Ducæi. Videri poteſt Janſenius *Concord.* c. 48.

Πόσον ἐδώκαμεν ὧν ἐλάβομεν; λογισώμεθα, ἀφ' οὗπερ ὁ κόσμος ἀνεδείχθη, πόσοι παρὰ τῆς αὐτοῦ φύσεως ἐλέους ῥέουσι ποταμοὶ, καὶ οὐ λογίζεται ὁ Θεὸς ζημίαν τὴν ἀφθονίαν. πόσας ἡ γῆ εὐωδίας βλαστάνει; ῥόδον, καὶ κρίνον, καὶ στύρακα, νάρδον καὶ στακτὴν, καὶ τὰ ἄλλα, ἀφ' ὧν τὸ καλὸν κατασκευάζεται μύρον· καὶ οὐ λογίζεται [a] Θεὸς εἰς ἀπώλειαν ταῦτα· καὶ ἵνα μικρὸν ἀλάβαστρον μύρου, τοῖς ποσὶ τοῦ Χριστοῦ ἐπιχεθῇ, γογγύζεις; μὴ οὖν προῖκα αὐτὸ ἔλαβεν, ἵνα γογγύζεις; ἔλαβε μύρον, καὶ ἔδειξε μετανοίας τρόπον. ἔλαβε δάκρυα, καὶ ἔστησε πηγὴν ἁμαρτημάτων. ποία οὖν ἐστιν ἀπώλεια, εἰ ἐσώθη γυνὴ, δι' ἣν ὁ παράδεισος [b] ἀπεκλείσθη· ἀλλὰ λυπεῖ σε τοῦτο, Ἰούδα; εἰκότως· καὶ γὰρ τὸν διάβολον ἐλύπησεν αὐτῆς ἡ σωτηρία. οἶδε γὰρ δι' αὐτῆς λοιπὸν τὸ γένος πρὸς μετάνοιαν μεταβαλλόμενον· καὶ δάκνεται καὶ ἀνιᾶται· οὐκ ἔχων λοιπὸν δίκτυον δι' οὗ θηράσῃ τὸν ἄνθρωπον. ὅθεν καί σε εἰς τὸ γογγύσαι παρώρμησεν. εἰς τί, φησιν, ἡ ἀπώλεια αὕτη; ἐδύνατο γὰρ πραθῆναι πολλοῦ· ἤδη πράσσεις, Ἰούδα· ἤδη προδοσίας μελετᾷς· κακῶν [c] αἰνιγμάτων ἀρχή. ἀλλ' ὁ Ἰησοῦς οὐκ ἐλέγχει αὐτοῦ τὴν νόσον· οὐ γυμνοῖ τὸ φιλάργυρον, ἵνα μὴ τὴν μέλουσαν προδοσίαν ἀνακρούσηται· ἀλλ' ἐπὶ πάντας λέγει. τί κόπους παρέχετε τῇ γυναικί; τί πρὸς τοῖς προλαβοῦσι κακοῖς κακίζετε τὴν ἄνθρωπον; αὐτάρκως ἔκαμε τὸ τῶν γυναικῶν γένος· μηδεὶς αὐτῶν τὴν σωτηρίαν ἐμποδιζέτω· μηδεὶς κοπούτω τὴν λούσασαν μύρῳ τοὺς πόδας τοὺς ὑπὲρ αὐτῆς βαδίσαντας ἐπὶ τῆς γῆς. τοὺς πτωχοὺς γὰρ πάντοτε ἔχετε μεθ' ἑαυτῶν. λάβετε κἀμὲ καὶ μετὰ πτωχῶν. δι' ὑμᾶς γὰρ ἐπτώχευσα πλούσιος ὢν, ἵνα ὑμεῖς τῇ ἐμῇ πτωχείᾳ πλουτήσητε· ἀναιρεῖτέ με, καὶ οὐκ ἐγκαλῶ· ἐνταφιάζει με αὕτη· καὶ γογγύζετε; βαλοῦσα γὰρ αὕτη τὸ μύρον ἐπὶ τοῦ σώματός μου, πρὸς τὸ ἐνταφιάσαι με πεποίηκεν. οὐκ αἰδῇ οὖν, Ἰούδα, ὅτι αὕτη μὲν ἁμαρτωλὸς οὖσα, μύροις με τιμᾷ· σὺ δὲ ἀπόστολος ὢν, πράσει με καθυβρίζεις; καὶ ἡ μὲν γυνὴ τὰ πρὸς τάφον ἑτοιμάζει· ὁ δὲ μαθητὴς, τῷ θανάτῳ παραδίδωσιν. ἁμαρτωλός ἐστιν ἡ γυνὴ, οἶδα. ἀλλ' οὐδὲν εἶχέ μοι χαρίσασθαι, ἢ πηγὴν δακρύων. πηγῇ τὴν πηγὴν εὐμενίζουσα· ἀλλὰ καὶ δοκιμάζεις, ἄθλιε, τὸ μύρον· τριακοσίων δηναρίων, λέγων· δοκιμάζεις δὲ, οὐχ ἵνα αὐτῆς τὴν μεγαλοψυχίαν ἐπαινέσῃς· ὅτι ὅλον τὸν ἐκ κακῶν συναχθέντα πλοῦτον, εἰς τιμὴν μύρου κατανάλωσεν. ἀλλ' ἵνα γογγύζων δείξῃς, ὡς ἀπαίκτῳ περιέπεσας κακῷ, τοσοῦτον ζημιωθείς· ἀλλ' οὐ μέγα εἰ τριακοσίων δηναρίων στέρησιν δυσχεραίνεις. ὅπου γε τριάκοντα λαβὼν, ἀπέδου με τὸν κύριον. τί γάρ, φησι, θέλετέ μοι δοῦναι, κἀγὼ ὑμῖν παραδώσω αὐτόν. ἄθλιε· δοῦλος δεσπότην πωλεῖ; ἀντέτραπται ἡ τάξις· καὶ ἐγὼ μέν σε τῆς ἁμαρτίας τῷ οἰκείῳ ὠνοῦμαι αἵματι· σὺ δέ με τριάκοντα ἐπεμπωλεῖς ὀβολῶν; [d] εἶτα δὲ ἄνθρωπος Θεὸν πωλεῖ; δεδόσθω δὲ, ὅτι πωλεῖ· τίς ὁ ὠνούμενος; πόσου δέ τις ἀγοράσει Θεόν; τί δὲ καὶ εὔωνον ποιεῖς τὸ πρᾶγμα; τριάκοντά τις ἀργυρίων Θεὸν πωλεῖ ἐν ἀνθρώπου μορφῇ, ὡς οἰκέτην, ὡς βάρβαρον; κἂν διάκρινον, πόσου μὲν τὸν ἐνοικοῦντα Θεὸν, πόσου δὲ, τὸν φαινόμενον ἄνθρωπον· τί μοί, φησι, θέλετε δοῦναι. σὺ τί θέλεις λαβεῖν· ἐκεῖνοι γὰρ οὐδὲν ἔχουσι δοῦναι ἀντάξιον Θεοῦ. καὶ ἔστησαν αὐτῷ, φησι, τριάκοντα ἀργύρια. τριάκοντα ὀβολῶν ἄμισθόν τις ἰατρὸν πωλεῖ; ἰατρὸν τυφλοὺς ὀμματοῦντα, χωλοὺς πρὸς δρόμον ἐγείροντα. ταῦτα λέγω, ἵνα σου κατηχήσω τὴν διάνοιαν, ὅτι κόπους παρέ-

A IX. Quantum dedimus ex iis quæ accepimus? Cogitemus ex quo mundus conditus est, quanta fluunt ab ejus natura misericordiæ flumina, nec Deus largitatem detrimento ducit. Quot terra suaves odores producit? rosam, lilium & styracem, nardum & stactem, aliaque ex quibus unguentum probum conficitur; nec Deus ista reputat perditionem & tu obmurmuras, quod modicum alabastrum unguenti Christi pedibus affusum sit? Num vero illud gratis accepit, ut murmuraveris? Accepit unguentum, & exhibuit pœnitentiæ modum. Accepit lacrymas, & cohibuit scaturiginem peccatorum. Quæ ergo perditio, salva effecta muliere, ob quam paradisus clausus fuit? Verum te hoc, Juda, contristat? B Merito: nam & ejus salus diabolum contristavit. Noverat enim deinceps per illam convertendum sexum ad pœnitentiam: ac mordetur, & est anxius, quod jam desit rete ad hominem venandum, eaque te caussa in murmur propellit. *Ut quid*, inquit, *perditio hæc? Poterat enim venumdariri multo*. Jam venumdas Juda: Jam proditiones meditaris: malorum ænigmatum inchoatio. Jesus tamen non arguit ejus morbum: non detegit avaritiam, ut ne futuram proditionem depellat. Sed ait in omnes: [a] *Quid molesti estis huic mulieri?* Quid pro malis præteritis feminam objurgatis? Satis male habuit femineus sexus, ne quis prohibeat, quo minus salvæ fiant, ne quis illi molestus sit, C quæ fessos propter ipsam ab itinere super terram pedes lavit. [b] *Nam semper pauperes habetis vobiscum*. Etiam cum pauperibus me accipite. Propter vos enim, [c] *cum dives essem, factus sum pauper, ut vos mea paupertate ditaremini*. Me occiditis, neque accuso: me illa sepulturæ tradit, & murmuratis? [d] *Mittens enim hæc unguentum in corpus meum, ad sepeliendum me fecit*. Non pudore, Juda, suffunderis, quod hæc, cum sit peccatrix, me unguentis honoret; tu vero, qui sis Apostolus, venditione injurius sis? Et mulier quidem, parat quæ spectant ad sepulturam: discipulus autem morti tradit. Peccatrix est mulier: novi: ceterum, nihil fuit præter lacrymarum fontem, quod donaret: fon- D tem fonte benevolum faciens. Sed & unguentum, infelix, probas; qui dicas *trecentorum denariorum*: Probas autem, non ut laudes illius magnificentiam, quæ totum quod peccando divitiarum collegerat, in unguenti pretium insumserit: sed ut murmurando ostendas, in quam dirum malum, tantum damni passus, incideris. Verum nihil magni fuerit, quod moleste feras amissos trecentos denarios, cum acceptis triginta me Dominum tuum tradideris. [e] *Quid* enim, inquit, *vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam?* Miser! Servus Dominum vendit? Inversus est ordo. Et quidem ego proprio te sanguine a peccato redimo: tu autem ad hæc vendis, triginta obolis? Præterea vero, homo Deum ven- E dit? Demus vero quod vendat: quis emtor? Quanti vero quis Deum emerit? Quid autem etiam rem facis vilis pretii? Sic ne, triginta quis argenteis Deum in forma humana, ut servum, ut barbarum, vendit? Saltem discernas, quanti Deum inhabitantem; quanti hominem qui paret, facis. *Quid mihi*, inquit, *vultis dare*? Tu quid vis accipere? Nam illi nihil habent dare, quod digne Deo responderit. [f] *Et constituerunt illi*, inquit, *triginta argen-*

a Matth. xxvi. 10. Marc. xiv. 6. *b* Matth. 26. 11. *c* II. Cor. viii. 9. *d* Matth. xxix. 12. *e* Matth. xxvi. 15. *f* Ibid.

a Λογίζ.] Montf. καὶ οὐ λογίζεται ὁ Θεὸς ἀπώλειαν· καὶ ἵνα.
b Απεκλείσθη] Addit Montf. δι' ἣν Ἀδὰμ συνεξεβλήθη, *per quam Adam simul ejectus fuerat*. Et statim: ἀλλ' ἐλύπησε τὸν Ἰούδαν. εἰκότως. *Sed illud Judæ dolori fuit: jure quidem*. Rectius ut videtur. Sed ἐπέχω ob ea quæ mox sequuntur, ὅθεν καί σε, κ. τ. λ.
c Αἰνιγμάτων] Deest apud Montf.
d Εἶτα δὲ] Montf. εἰ δέ.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.



χεις τῇ γυναικί· ὅτι τὸν ἐν νεκροῖς ἐλεύθερον, καὶ πρὸ A τοῦ θανάτου ὡς νεκρὸν ἐτίμησεν· ὅτι διὰ τοῦ μύρου, τῆς ταφῆς, καὶ τῆς ἀναστάσεως τὴν χάριν προεσήμανεν. ἀλλὰ σὺ μὲν καρπὸν τῆς προδοσίας τὸν χοῖνον ἕξεις· ταύτης δὲ ἡ μνήμη, ὅπου ἂν κηρυχθῇ τὸ εὐαγγέλιον, ἀνεξάλειπτός ἐστιν. εἶπε, καὶ ἐγένετο ἔργον οὕτως. ὅτι τὸ τοῦ Ααρὼν, τὸ τοῦ Ελεάζαρ πέπαυται μύρον, καὶ τὸ κέρας ἤργησε. τὸ δὲ ἀλάβαστρον ταύτης, παντὶ τῷ αἰῶνι συνεπεκτείνεται, ἀκένωτον ἔχον τῆς μνήμης τὴν εὐωδίαν.

teos. An quis medicum gratis curantem triginta obolis vendit? Medicum, inquam, qui cæcis dat visum: qui ad cursum claudos erigit? Hæc dico, ut te erudiam, qui molestus es mulieri, quod eum qui est [a] *inter mortuos liber*, etiam ante mortem, velut mortuum, honore affecerit; quod sepulturæ, resurrectionisque gratiam unguento prænuntiaverit. Cæterum, tibi quidem proditionis fructus, [b] restis manserit: istius autem memoria, [c] *Ubicumque fuerit prædicatum Evangelium*, indeficiens erit. Dixit: sicque factum fuerit. Nam cessavit Aaron & Eleazari unguentum, cornuque desiit: at hujus alabastrum, toti ævo coextentum, inexhaustæ memoriæ fragrantiam habet.

Ἀλλὰ πρὸς μὲν τὸν Ἰούδαν οὕτω, πρὸς δὲ τὸν Φαρισαῖον B γογγύζοντα Χριστὸς οὕτως ἔλεγε· Σίμων, ἔχω σοί τι εἰπεῖν. ὢ χάριτος ἀφάτου· ὢ φιλανθρωπίας ἀῤῥήτου· Θεὸς καὶ ἄνθρωπος κοινολογοῦνται. καὶ προτίθησι πρόβλημα, κανόνα φιλανθρωπίας, ἐκλύων αὐτοῦ τὴν πονηρίαν. Σίμων γάρ, φησιν, ἔχω σοί τι εἰπεῖν. ὃ μηδενὶ τῶν παλαιῶν εἶπον, οὐ πατριάρχῃ, οὐ προφήτῃ, οὐ νομοθέτῃ· τότε μὲν γὰρ, ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, καὶ ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος ἐζήτουν, τὸ δίκαιον ἀπαιτῶν· ἀλλ' ἐπειδὴ οὐ δύνασθε φέρειν τὸ δίκαιον, χάριν ἀντεισάγω τῷ νόμῳ, καὶ ἀλάλητόν σοι μυστήριον ἐρῶ. ὁ δέ φησι· διδάσκαλε, εἰπέ. δύο χρεωφειλέται ἦσαν ἑνὶ ἀνδρί· ὅρα Θεοῦ σοφίαν. ἀποσιωπᾷ τὴν γυναῖκα, ἵνα μὴ κακουργήσῃ περὶ τὴν ἀπόκρισιν. ὁ εἷς, φησιν, ὤφειλε δηνάρια C πεντακόσια· ὁ δὲ ἕτερος, πεντήκοντα. φοβερὸς τοῦ διηγήματος ὁ τρόπος. γραμματεῖόν ἐστιν ὁ ἡμέτερος βίος· ἀοράτως γράφων καὶ λογισμοὺς, καὶ πράξεις, καὶ ὀφθαλμῶν ῥεμβασμοὺς, καὶ ψυχῆς κινήματα· ἀλλὰ λύει τὸν φόβον ὁ φιλάνθρωπος δανειστὴς, ὁ τὰ χειρόγραφα διαῤῥήσσων τῆς ἁμαρτίας. καὶ οὐ μόνον διαῤῥήσσων, ἀλλὰ καὶ [a] λεαίνων τοῖς ὕδασι τοῦ βαπτίσματος· ἵνα μὴ ἴχνος στοιχείου ἢ συλλαβῆς ὑπομεῖναν, ὑπόμνημα γένηται τῶν παρῳχηκότων κακῶν. μὴ ἐχόντων οὖν, φησιν, αὐτῶν ἀποδοῦναι, ἀμφοτέροις ἐχαρίσατο. εἶδες φιλάνθρωπον δανειστήν; πῶς δανείζει μὲν, οὐκ ἀπολαμβάνει δέ; πῶς δὲ ἀγνωμονούμενος οὐ ναρκᾷ· ἀλλ' ἥπλωται αὐτοῦ τοῖς αἰτοῦσιν ἡ χεὶρ μὴ ἐχόντων, φησίν, ἀποδοῦναι, ἀμφοτέροις ἐ- D χαρίσατο. [1] ἀφῆκε μὴ ἐχόντων· οὐχὶ μὴ θελόντων. ἕτερον γὰρ μὴ ἔχειν, καὶ ἕτερον μὴ θέλειν. οἷόν τι λέγω. Θεὸς οὐδὲν παρ' ἡμῶν ζητεῖ, ἢ μετάνοιαν. ὅθεν βούλεται ἡμᾶς ἀεὶ χαίρειν, καὶ προστρέχειν τῇ μετανοίᾳ· ἐὰν μὲν θελόντων ἡμῶν μετανοῆσαι, τὸ πλῆθος τῶν ἁμαρτιῶν ἄτονον τὴν μετάνοιαν ἡμῶν δείξῃ· οὐ παρὰ τὸ μὴ θέλειν, ἀλλὰ παρὰ τὸ μὴ ἔχειν, οὐκ ἐκτίνομεν τὸ χρέος. διὰ τοῦτο οὖν λέγει. μὴ ἐχόντων αὐτῶν· ἵνα δείξῃ ὅτι ἰδὼν αὐτοὺς βουλομένους μὲν διὰ μετανοίας ἀποδοῦναι τὸ χρέος, μὴ δυναμένους δὲ διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἁμαρτιῶν, ὡς φιλάνθρωπος αὐτοῖς συνεχώρησε, οὐκ ἀπὸ πράξεως, ἀλλ' ἀπὸ προαιρέσεως ἐλευθερῶσαι τῆς ὀφειλῆς τὸ ὑπόχρεον. μὴ ἐχόντων οὖν αὐτῶν ἀποδοῦναι· μὴ μα- E στίξας, μὴ ὑβρίσας, μὴ στρεβλώσας, ἀμφοτέροις ἐχαρίσατο.

X. Et ita quidem Judam; murmurantem autem Pharisæum hoc pacto Christus affatus est: [d] *Simon, habeo tibi aliquid dicere*. O ineffabilem gratiam! O inexplicabilem humanitatem! Communem Deus cum homine fermonem miscet: problemaque & quæstionem, regulam humanitatis proponens, illius malitiam dissolvit. *Simon* enim, inquit, *habeo tibi aliquid dicere*. Quod nulli veterum dixi: non patriarchæ, non prophetæ, non legislatori. Tunc quidem, quærebam [e] *oculum pro oculo, dentem pro dente*: quod justum est, exigens. Quia vero non potestis ferre quod est justum; loco legis gratiam induco, tibique inenarrabile sacramentum dico. [f] *At ille, ait: Magister dic. Duo erant debitores obstricti uni viro*. Vide Dei sapientiam. Reticet mulierem, ut ne ad responsionem subdole cavilletur. *Unus*, inquit, *debeat denarios quingentos, & alius quinquaginta*. Terribilis narrationis species. Est libellus humana vita, inadspectabili ratione & cogitatus & actiones & oculorum vagos ictus motusque animi perscribens. Solvit nihilominus metum benignus creditor, is inquam, qui disrumpit chirographa peccati: nec disrumpit solum, verum etiam delet aquis baptismi, ut ne elementi aut syllabæ superstes vestigium, malorum præteritorum monumentum fiat. [g] *Non habentibus* ergo, inquit, *illis unde redderent, donavit utrisque*. Vidistin' creditorem humanum? Ut quidem feneretur, sed non recipiat? Ut etiam erga ingratos non torpeat, sed habeat rogantibus apertam manum? *Non habentibus*, inquit, *unde redderent, utrisque donavit*. Dimisit iis qui non haberent: non ita, qui nollent. Nam est aliud non habere, & aliud nolle. Ut puta: Nihil Deus a nobis, præter pœnitentiam exigit. Quare vult ut semper gaudeamus, & curramus ad pœnitentiam. Si ergo, dum volumus pœnitentiam agere, peccatorum ingens numerus viribus infirmam & inefficacem pœnitentiam fecerit; non solvimus debitum, non quia nolimus, sed quia non habemus. Propterea igitur dicit, *Non habentibus illis*: ut ostendat, quod videns, velle debitum per pœnitentiam reddere, nec peccatorum multitudine velut obrutos, posse; concesserit ipse ut misericors, ut ab hujus se debiti reatu, non ab actione, sed a proposito animi eximerent. *Non habentibus* ergo *illius unde redderent*: non flagellis adhibitis, non contumeliam irrogans, non subjiciens tormentis, *donavit utriusque*.

a Psalm. LXXXVII. 6. b Matth. XXVII. 5. c Matth. XXVI. 13. d Luc. VII. 40. e Exod. XXI. 24. f Luc. VII. 41. g Ibid. ℣. 42.

1. Ἀφῆκε μὴ ἐχ.] *Dimisit iis qui non haberent; non ita, qui nollent*. Accedente libero consensu promtaque voluntate satisfaciendi, quæ Deo accepta est secundum quod habet, numquam illi pauper, modo se divitem semper velit, ut ipsi donet.

a Λεαίνων] Montf. λαβαίνων. Unde Boisius in notis Savilii legendum putabat ἀφανίζων vel ἐπαλείφων. Ipse autem Montfauconius, Quid, inquit, si dicamus hanc vocem medii ævi a Græculo usurpatam, ex Latino verbo *lavo* factam, inde λαβαίνων, *lavans* efformatum? Sed utriusque viri docti conjecturam elidit exemplaris Combefisiani proba lectio. Heic vero respexisse videtur sanctus Pater ad locum *Coloss*. II. 14.

A Τίς οὖν αὐτὸν ὀφείλει πλέον ἀγαπῆσαι; ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Σίμων εἶπεν· ὑπολαμβάνω, ὅτι ᾧ τὸ πλεῖον ἐχαρίσατο. βλέπε τοῦ Φαρισαίου τὸ δεινόν· ὡς οἶδεν ἑαυτὸν τῷ λόγῳ ἤδη τῆς ἀληθείας ἀποκλειόμενον, τὸ ὑπολαμβάνω τέθεικε, φοβούμενος τελείαν τὴν ἀπόκρισιν δοῦναι. ὁ δὲ κύριος, οὐ τὴν γνώμην αὐτοῦ ἐξήτασεν, ἀλλὰ τὴν ἀπόκρισιν ἁρπάσας, λέγει αὐτῷ· ὀρθῶς ἀπεκρίθης. καὶ στραφεὶς πρὸς τὴν γυναῖκα, τῷ Σίμωνι ἔφη. βλέπεις ταύτην τὴν γυναῖκα τὴν ἁμαρτωλόν; τὴν σοὶ μὲν ἀπηγορευμένην, ἐμοὶ δὲ σωζομένην; εἰσῆλθον εἰς τὸν οἶκόν σου. σὸς γὰρ ὁ οἶκος, καὶ οὐκ ἐμός· ὁ λοιδορίας μεστός. ὕδωρ ἐπὶ τοὺς πόδας μου οὐκ ἔδωκας· πόδας, τοὺς διὰ σὲ κονισθέντας· τοὺς τὸν κόπον ὑπομείναντας, ἵνα κόπων τοὺς κοπιῶντας καὶ πεφορτισμένους ἐλευθερώσω. B ἐξ ἡμισείας τὴν τιμὴν προσήνεγκας. [1] τὰ μὲν ἄνωθεν, θαυμάσας· τὰ δὲ κάτωθεν, μὴ θεραπεύσας. ἀλλὰ σὺ μὲν ὕδωρ εἰς τοὺς πόδας μου οὐκ ἔδωκας· αὕτη δὲ πηγὰς δακρύων ἐκ τῶν βλεφάρων ἀφεῖσα, τῆς ἁμαρτίας αὐτῆς τὸν ῥύπον ἀπέσμηξε. σύ μοι φίλημα οὐκ ἔδωκας. ὡς εἴθε μή τι Ἰούδας, ὁ φιλήματι τὴν προδοσίαν ἐργασάμενος. αὕτη δὲ [2] ἀφ' ἧς εἰσῆλθεν, οὐ διέλειπε καταφιλῆσαί μου τοὺς πόδας. ἐλαίῳ τὴν κεφαλήν μου οὐκ ἤλειψας. ἔλαιον γὰρ ἁμαρτωλοῦ μὴ λιπανάτω τὴν κεφαλήν μου. [3] πῶς γὰρ εἶχε τὴν κεφαλὴν τιμῆσαι, ὁ ποδῶν ἀμελήσας; αὕτη δὲ, καὶ τοὺς πόδας ἤλειψε μύρῳ. μύρον γὰρ, φησιν, ἐκκενωθὲν ὄνομά σοι. ἐκκενωθὲν, οὐκ ἐκχυθέν. ἐπειδὴ γὰρ τὸ σκεῦος τῆς Ἰουδαϊκῆς γνώμης ὑπόσαθρον ἦν, διὰ τοῦ- C το ἐκ τῆς ἀλαβαστροθήκης ὑμῶν, ἐν τοῖς ποσί μου ἐξεκενώθη τὸ μύρον· ἵνα δι' ἐμοῦ εἰς τὰ ἔθνη μετοχετευθῇ τῆς εὐωδίας ἡ χάρις. οὗ χάριν λέγω σοι· ἀφέωνται αὐτῆς αἱ ἁμαρτίαι αἱ πολλαί. ὅτι σὺ μὲν ὁμορρόφιόν με δεξάμενος, οὐδὲ φιλήματι ἐτίμησας, οὐδὲ ἀλείμματί με ἐθεράπευσας. αὕτη δὲ πολλῶν κακῶν ἀμνηστίαν λαβοῦσα, ἐτίμησέ με· ἐκ δακρύων καὶ μύρων, οἱονεὶ διφυῆ κρατῆρα κερασαμένη.

Μακαρίσωμεν οὖν τὴν ἄνθρωπον, τὴν τὰ Εὔας καλύψασαν κακὰ, τὴν ἁμαρτωλὸν, τὴν πόρνην, τὴν πρόξενον τῶν ἀγαθῶν, τὴν αὐτὸν τὸν κριτὴν συνήγορον ἐσχηκυῖαν, τὴν δάκρυσι νικήσασαν τὸν τῆς κρίσεως ὀδυρμόν. ὅσοι πάρεστε, ζηλώσατε ἅπερ ἠκούσατε. D καὶ τῆς πόρνης μὴ τὴν ἡδονὴν, ἀλλὰ τὸν θρῆνον μιμήσασθε. ἡ ἡδονὴ μὲν γὰρ τὸν θρῆνον ἐγέννησεν· ὁ θρῆνος δὲ, τῶν κακῶν τὴν λύσιν προεξένησε. λούσατε οὖν ὑμῶν μὴ ὕδασιν, ἀλλὰ δάκρυσι τὸ σῶμα· ἀλείψατε μὴ μύροις, ἀλλ' ἁγνείᾳ τὰ μέλη. ἐνδύσασθε οὐ τὰ Σηρῶν ὑφάσματα, ἀλλὰ τὸ ἄφθαρτον τῆς σωφροσύνης ἱμάτιον· ἵνα τῆς αὐτῆς τύχητε δόξης· δόξαν ἀναπέμποντες τῷ ἀμνῷ τοῦ Θεοῦ, τῷ αἴροντι τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου· ᾧ ἡ δόξα, καὶ ἡ τιμὴ, καὶ ἡ προσκύνησις, σὺν τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

XI. *Quis* [a] *ergo plus eum debet diligere? Reſpondens Simon dixit: Æſtimo quia is cui plus donavit.* Vide Phariſæi genium atque ſolertiam. Ut jam ſe vidit ſermone Veritatis excluſum, illud *Æſtimo*, poſuit; veritus dare abſolutam reſponſionem. Porro Dominus non eſt ſcrutatus mentem: ſed reſponſum rapiens, ait illi: [b] *Recte judicaſti. Et converſus ad mulierem, dixit Simoni: Vides hanc mulierem?* peccatricem illam: tibi quidem deſperatam, ſed mihi factam ſalvam. *Intravi in domum tuam.* Tua enim domus eſt, non mea; quæ eſt plena contumelia. *Aquam pedibus meis non dediſti*: Pedibus, inquam, tui cauſſa pulvere conſperſis; pedibus labore fatigatis, ut eos [c] qui laborant & ſunt onerati, laboribus & moleſtia liberarem. Dimidiatum honorem obtuliſti: qui ſuperiora quidem ſis admiratus, inferiora autem non foveris. At tu quidem, *aquam pedibus meis non dediſti*; hæc autem lacrymarum fontes ab oculis mittens, peccati ſui maculam abſterſit. [d] *Mihi tu oſculum non dediſti*: atque utinam nec Judas, qui oſculo proditionem patravit: *Hæc autem ex quo intravit, non ceſſavit oſculari pedes meos.* [e] *Oleo caput meum non unxiſti*: [f] *Oleum* enim *peccatoris non impinguet caput meum.* Quomodo enim poterat capiti habere honorem, qui pedes neglexerat? *Hæc autem etiam pedes unxit unguento.* [g] *Oleum* enim, inquit, *evacuatum nomen tibi.* Evacuatum & exhauſtum; non effuſum. Nam quia vas Judaici animi ſupputre erat, idcirco ex alabaſtrite veſtra in pedes meos fuit evacuatum unguentum, ut per me fragrantia gratiæ derivaretur in gentes. [h] *Propter quod dico tibi: Remittuntur ei peccata multa*: quod tu quidem, eodem tecto ſuſceptum, neque oſculo honoraveris, neque unguento foveris: hæc autem, multis ejus malis oblivioni traditis, honoraverit: velut duplici cratere temperato, ex lacrymis & unguentis.

XII. Beatam igitur feminam prædicemus, quæ mala Evæ obtegit: peccatricem illam, illam meretricem, illam bonorum conciliatricem, cui judex ipſe advocatus fuit: quæ lacrymis vicit judicii luctum. Quotquot adeſtis, quæ audiſtis æmulamini; atque meretricis non voluptatem imitamini, ſed lamentum. Voluptas quidem parens lamenti & luctus fuit: luctus autem malis exitum conciliavit. Corpus itaque veſtrum non aqua abluite, ſed lacrymis: membra ungite, non unguentis, ſed caſtitate. Induimini, non veſtes ſericas, ſed incorruptibile temperantiæ indumentum: ut parem gloriam conſequamini: gloriam ſubmittentes [i] *Agno illi Dei, qui tollit peccatum mundi*: cui gloria honorque & adoratio, cum Patre & Spiritu ſancto, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum, Amen.

a Luc. VII. 43. *b* Ibid. ℣℣. 43. 44. *c* Matth. XI. 28. *d* Luc. VII. 45. *e* Ibid. ℣. 46. *f* Pſal. CXL. 5. *g* Cant. I. 2. *h* Luc. VII. 47. *i* Joan. I. 29.

1. Τὰ μὲν ἄνωθεν, θαυμάσας· τὰ δὲ κάτωθεν, μὴ θεραπεύσας] *Qui ſuperiora quidem ſis admiratus, inferiora autem non foveris.* Qui ut Prophetam quidem & ſapientem honorifice exceperis convivio, & honeſte habueris: pedes autem meos & infima corporis, non obſequio foveris: nihil enim aliud τὰ ἄνωθεν, καὶ κάτωθεν hoc loco voluerint.

2. Ἀφ' ἧς εἰσῆλθεν] Habent modo Græca εἰσῆλθον; quomodo Janſenius putat legendum, & ait habere multos antiquos codices, prima perſona: *Ex quo intravi.* Senſus tamen incommodus eſt: non enim tam feſtine videtur mulier illa ſecuta Dominum, ut ſtatim atque ingreſſus eſt, potuerit ejus pedes abluere; maxime quia non abluit niſi recumbentis: eſt autem veriſimile, ut ingreſſus exceptuſque velut Propheta, prius qam ſe cibo corruptibili pa- E ſcendum compoſuiſſet, multis ipſe verbis ſacris cæleſtique epulo hoſpitem ſuum paverit. Fuerit ergo credibilius, Interpretem noſtrum correctiorem nactum codicem, & qualis Amphilochio fuit, in quem τὸ εἰσῆλθον loco τοῦ εἰσῆλθεν facili permutatione ac mala lectione irrepſerit: quam ut Latinus aliquis offenſus dicti difficultate, τὸ, *Intravi*, mutatum voluerit in *Intravit*, quare illud merito Syxtina retinuerunt.

3. Πῶς γὰρ κ. τ. λ.] *Quomodo poterat capiti honorem habere, qui &c.* Acute perſtringit, & indicat in pedibus Jeſu ſpretos pauperes & fratres, quos qui ſpernit, capiti Jeſu ejuſque divinitati, etſi ita arbitretur, honorem non tribuit. Sic Joannes de dilectione arguit.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 370.



A

ΑΜΦΙΛΟΧΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΙΚΟΝΙΟΥ

Εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ ἁγίου Σαββάτου [1].

ΛΟΓΟΣ έ.

ΕΠιτάφιον ἑορτὴν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἑορτάζομεν σήμερον. καὶ ὁ μὲν, παρὰ τοῖς νεκροῖς κάτω τοῦ θανάτου τὰ δεσμὰ διαλύων, καὶ φωτὸς τὸν ᾅδην πληρῶν, καὶ ἀφυπνίζων τοὺς κεκοιμημένους· ἡμεῖς δὲ χορεύομεν ὑπὲρ γῆν, τὴν ἀνάστασιν φανταζόμενοι, καὶ οὐ δεδοίκαμεν τὴν φθορὰν, μὴ κατισχύσῃ τῆς ἀφθαρσίας. οὐ δώσεις γὰρ, φησι, τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν. καὶ ἴσως ἡμῶν τὴν φιλοσοφίαν γελῶσιν Ἰουδαῖοι καὶ Ἕλληνες· οἱ μὲν ἕτερον Χριστὸν προσδεχόμενοι, οἱ δὲ τάφοις ἐναποκλείσαντες αὐτῶν τὰς ἐλπίδας. περὶ ὧν εἰκότως ὁ προφήτης φησίν. οἱ τάφοι αὐτῶν οἰκίαι αὐτῶν εἰς τὸν αἰῶνα. ἀλλ' οἱ μὲν γελῶντες στενάξουσι (στενάξουσι γὰρ ὕστερον, ὁρῶντες εἰς ὃν ἐξεκέντησαν καὶ ἐνύβρισαν.) ἡμεῖς δὲ δακρύοντες, ἡδονῇ τὸ πάθος κεράσωμεν· ἥρπασεν ὁ θάνατος τὸν δεσπότην Χριστόν; ἀλλ' οὐ καθέξει παρ' ἑαυτῷ τὴν ζωήν· κατέπιε; κατέπιεν ἀγνοήσας, ἀλλ' [2] ἐξέμεσε πολλοὺς σὺν αὐτῷ. ἑκὼν κατέχεται νῦν, μετὰ ταύτην τὴν ἡμέραν σκυλεύσας τὸν ᾅδην ἀνίσταται. χθὲς ἐμαύρωσε τὸν ἥλιον σταυρωθεὶς, καὶ μεσούσης ἡμέρας ἐπεισῆλθε νύξ· σήμερον ὁ θάνατος παραλύεται, ξένον νεκρὸν εἰσδεξάμενος· χθὲς ἐπένθησεν ἡ κτίσις τὴν τῶν Ἰουδαίων μανίαν ὁρῶσα, καὶ στολὴν πενθικὴν τὸ σκότος ἐνεδύσατο· σήμερον λαὸς ὁ καθήμενος ἐν σκότει, φῶς εἶδε μέγα. χθὲς ἐδονήθη ἡ γῆ, καὶ περὶ φυγῆς ἐβουλεύετο, καὶ διαστῆναι τοῖς ἐνοικοῦσιν ἠπείλει, καὶ τὰ μὲν ὄρη ἐκόπτοντο, ἐσχίζοντο δὲ αἱ πέτραι, γυμνὸς δὲ ἦν ὁ ναὸς, καθάπερ ἔμπνους, τὸ ἱμάτιον διαῤῥήξας, δι' ὧν ἔπαθε δεικνὺς ὡς ἐβεβηλώθη τὰ ἅγια. τὰ ἄψυχα τοῦ τολμήματος ᾔσθετο, οἱ δὲ ταῦτα τολμῶντες ἀναισθήτους εἶχον ψυχάς. ἠγανάκτει τὰ στοιχεῖα, καὶ μικροῦ τὴν τάξιν ἀπέλιπε, καὶ σύγχυσιν εἰργάσατο τοῦ παντὸς, εἰ μὴ τοῦ δημιουργοῦ τῆς βουλήσεως ᾔσθετο, ὅτι μὴ ἄκων ὑβρίζετο.

Ω καινῶν καὶ παραδόξων πραγμάτων. ξύλῳ ταινύεται ὁ λόγῳ τείνας τὸν οὐρανόν· καὶ δεσμοῖς περιβάλλεται, ὁ δήσας ψάμμῳ τὴν θάλασσαν· ποτίζεται χολὴν, ὁ τὰς πηγὰς μέλιτος χαρισάμενος· καὶ στεφανοῦται ἀκάνθαις, ὁ τὴν γῆν στεφανώσας τοῖς ἄνθεσι· καὶ τύπτεται μὲν καλάμῳ τὴν κεφαλὴν, ὁ πατάξας τὴν Αἴγυπτον ταῖς δέκα πληγαῖς, καὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ Φαραὼ καλύψας τοῖς ὕδασιν. ἐμπτύεται τὸ πρόσωπον ὃ ἰδεῖν οὐ φέρει τὰ Χερουβίμ. ταῦτα δὲ πάσχων, ὑπὲρ τῶν σταυρούντων προσηύχετο, λέγων· πάτερ ἄφες αὐτοῖς, οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσιν. ἀγαθότητι τὴν κακίαν νικᾷ. ἀπολογεῖται ὑπὲρ τῶν χει[illegible]τόνων, εἰς σωτηρίαν αὐτοὺς σαγηνεύων. λύει τὸ [illegible]ε, τὴν ἄγνοιαν αἰτιώμενος. οὐ χαλεπαίνει τῆς [illegible]ν παροινίας γινόμενος παίγνιον. δέχεται τὴν μέ[illegible]λανθρωπίᾳ καλεῖ πρὸς μετάνοιαν. τί δεῖ λέγειν τὰ πλείω; οὐδὲν τῆς ἀγαθότητος ἀπονάμενοι, ἐγκλείουσι τάφῳ ὃν οὐδὲν τῶν ὄντων χωρεῖ· καὶ σήμαντρα ἐπιτιθέασιν, ἡμῶν τὴν σωτηρίαν φυλάττοντες, καὶ δεδιότες τὴν ἀνάστασιν, στρατιώτας φύλακας

AMPHILOCHII EPISCOPI ICONII

In diem S. Sabbati.

ORATIO V.

I. SEpulcrale festum Servatoris nostri hodie frequentamus. Et ipse quidem apud inferos mortis vincula dissolvit, luce sua infernum implet, & dormientes a somno excitat: nos vero læti exsultamus super terram, resurrectionem ipsius nobis cogitatione ob oculos statuentes, neque corruptionem jam metuimus; ne ea, quam incorruptibili- B tas, plus possit. [a] *Non dabis* enim, inquit scriptura, *sanctum tuum videre corruptionem*. Et fortassis philosophiam hanc nostram Judæi & Græci irrident; illi quidem alium Christum exspectantes: hi vero sepulcris spes suas includentes, de quibus apposite Propheta ait: [b] *Sepulcra eorum, domus ipsorum in sæculum*. Ceterum isti nunc corridentes, gement aliquando: gement inquam, [c] *aspicientes in quem confixerunt*, & injuriis affecerunt: nos vero lacrymantes, passionem hanc lætitia temperabimus. Rapuit mors Dominum nostrum Christum: sed non retinebit apud se vitam. Devoravit ipsum inscia, sed evomuit multos cum ipso. Volens nunc detinetur: sed crastino die, spoliato inferno resurget. Heri C crucifixus solem obscuravit, & die adhuc media nox incubuit: hodie mors vim suam amittit, novum quemdam mortuum in se suscipiens. Heri rerum fabrica luxit, Judæorum furorem videns, & mæstitiæ vestimentum sibi tenebras induit: hodie [d] *populus in tenebris sedens, vidit lucem magnam*. Heri terra commota, velut de fuga consilium iniit; dehiscere inhabitantibus comminata: montes abscissi, petræ scissæ, nudum templum conspectum, quod perinde ac si vivum esset, vestem dirupit: per ea quæ sibi accidebant, sacra temerata esse contendens. Et animæ quidem vitæque expertia tantum facinus senserunt: at qui id ausi, animas omni sensu carentes habuerunt. Dolebant elementa, & pa- D rum aberat, quin ordinem stationemque deserentia, confusionem inducerent universi, nisi voluntatem conditoris percepissent, videlicet ipsum non invitum pati.

II. O res novas atque inopinatas! Ligno extenditur, qui verbo cælum tetenderat: vinculis circumdatur, qui mare arenis alligaverat: felle potatur, qui mellis fontes fuerat largitus: spinis coronatur, qui terram floribus coronaverat: calamo caput verberatur, qui Ægyptum olim decem plagis percusserat, caputque Pharaonis undis operuerat: conspuitur ejus vultus, quem Cherubim intueri non sustinent. Atque hæc talia cum pateretur, pro se crucifigentibus comprecabatur, dicens: [e] *Pater dimitte* E *illis; non enim sciunt quid faciunt*. Bonitate malitiam vincit. Defensionem instituit Christus pro Christi homicidis, salutem eorum studiose captans. Diluit crimem, ignorantiam causatus. Non acerbe fert, vesaniæ ipsorum ludibrium factus. Tolerat temulentiam, suaque in genus humanum propensione, eosdem ad resipiscendum vocat. Quid pluribus? Nullo e bonitate ipsius fructu percepto, sepulcro includunt, quem nulla rerum universarum quæ exsistunt, in se continere queat. Signacula apponunt,

a Psalm. xv. 10. *b* Psalm. XLVIII. 12. *c* Zach. XII. 10. *d* Isa. IX. 2. *e* Luc. XXIII. 34.

1. Exscripsimus editam a Pantino ex bibliotheca Thuana, ut est tota usibus publicis devota: nactique regium codicem, nihil pæne diversum aut mutatum, exacta collatione occurrit. Est oratio quo brevior, eo cultior, vere nobilissimum consummatissimi ingenii monumentum, Pantini versionem ut suis numeris absolutam, vix uno aut alio nævulo, retinuimus.

2. Ἐξέμεσε] Ms. ἐξεμέσει.

ἐφιστῶσι τῷ μνήματι. τίς εἶδε νεκρὸν φυλαττόμενον; μᾶλλον δὲ τίς εἶδε νεκρὸν πολεμούμενον; τίς ἤκουσε πλάτην [1] ἀμφιβαλλομένην, καὶ δέος ἐμποιοῦσαν τοῖς ἐργασαμένοις; τίς οὐκ ἐπαύσατο πρὸς ἐχθρὸν τὴν ψυχὴν ἀφειλάμενος; τίς οὐ κατέλυσεν ἔχθραν ἀρκεσθεὶς θανάτῳ τοῦ δυσμενοῦς; τί ὃν ἀνῄλωσας δειλειᾷς ὦ Ἰουδαῖε; τί φοβῇ ὃν ἀπέκτεινας; τρέμεις τὸν μεταστάντα; τί δέδοικας τὸν ἀναιρεθέντα; τί ὃν ἐσταύρωσας ἀγωνιᾷς; ἔχεις ἀπὸ τῆς σφαγῆς ἀσφάλειαν. θάῤῥει· εἰ ψιλὸς ἄνθρωπος ὁ τεθνηκὸς, οὐκ ἀνίσταται· εἰ ψιλὸς ἄνθρωπος, καλῶς ἔπηξας τὸν σταυρόν· εἰ ψιλὸς ἄνθρωπος, οὐκ ἀληθεύει, λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον εἰπὼν, καὶ ἐν τρισὶ ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. εἰ ψιλὸς ἄνθρωπος τῷ θανάτῳ κατέχεται. εἰ ψιλὸς ἄνθρωπος, τί τὸν τάφον σφραγίζεις ἀνόητε; περίμεινον τὴν τρίτην ἡμέραν, καὶ ὄψει τῆς σεαυτοῦ μανίας τὸν ἔλεγχον. παῦσαι περιεργαζόμενος, καὶ θεάσῃ τῶν πραγμάτων τὴν ἔκβασιν. παῦσαι λυττῶν κατὰ τῆς ἀληθείας. παῦσαι Θεῷ πολεμῶν, καὶ τῷ πολεμεῖν καταπιτρώσκων σαυτόν. παῦσαι τὸν ἥλιον τῆς δικαιοσύνης ὑβρίζων, καὶ νομίζων τὰς ἀκτῖνας ἐκείνου σβεννύειν. παῦσαι τὴν πηγὴν τῆς ζωῆς προσχῶσαι φιλονεικῶν. παῦσαι ἄρχουσιν ἐνοχλῶν, καὶ περὶ φρουρᾶς διαλεγόμενος. παῦσαι τὸ ψεῦδος ὠνούμενος, καὶ τοὺς ὁπλίτας κινῶν. μὴ κάμῃς ἀνόνητα· μὴ εἰς ἀσέβειαν ἀναλώσῃς τὰ σά, καὶ κατὰ Θεοῦ φαντάζου τὴν νίκην. μὴ δῷς μισθὸν στρατιώταις ἕτερα ἀνθ' ἑτέρων εἰπεῖν. μὴ παρακοιμίσῃς τὸν ὄχλον τῷ μνήματι. μὴ θαῤῥήσῃς τοῖς ὅπλοις. ὅπλοις ἀνάστασις οὐ κωλύεται· οὐκ ἐμποδίζεται ταῖς σφραγῖσιν, οὐκ εἴργεται στρατιώταις, οὐ κλέπτεται χρήμασιν, ἀλλὰ πίστει. μὴ οὐκ εἶδες τὸν Λάζαρον πάλιν καθάπερ ὕπνον τὸν θάνατον ἀποσεισάμενον; εἶδες πῶς σὺν αὐταῖς κειρίαις ἐβάδιζε, τὸ δεῦρο, ἀκούσας; εἶδες πῶς ἠκολούθησε τῷ προστάγματι ὁ νεκρὸς, καὶ ὁ δεσμὸς οὐκ ἐκώλυσεν; εἶδες πῶς ἥρμοσεν ἡ φωνὴ τῷ τὸν διαλυθέντα θανάτῳ; ὁ ἐκεῖνα δυνηθεὶς, καὶ ταῦτα δυνήσεται· ὁ τὸν δοῦλον ἀναστήσας, αὐτὸς πολλῷ μᾶλλον ἐγείρεται. ὁ ζωογονήσας τὸν σεσηπότα, οὐκ ἐάσει νεκρὸν ἑαυτόν. ἀλλὰ γὰρ ἡ τυφλότης τῶν Ἰουδαίων πολλὴ, καὶ ὁρῶσα τὰ θαύματα, οὐχ ὁρᾷ. ὀφθαλμοὺς ἔχουσι, καὶ οὐ βλέπουσιν· ὦτα ἔχουσι, καὶ οὐκ ἀκούουσιν. ὁ Θεὸς γὰρ τοῦ αἰῶνος τούτου, ἐτύφλωσε τὰς καρδίας αὐτῶν πρὸς τὸ μὴ καταυγάσαι αὐτοῖς τὸ εὐαγγέλιον τῆς δικαιοσύνης. ἀλλ' ἐκείνους μὲν τέως ἐάσωμεν τῇ ἀπιστίᾳ· ἡμεῖς δὲ λέγωμεν μετὰ τῶν περὶ Μαριὰμ τὴν πιστὴν, κατὰ διάνοιαν ἀναπλάττοντες ἑαυτοῖς τοῦ σωτῆρος τὸν τάφον· ἦραν τὸν κύριον ἡμῶν, καὶ οὐκ οἴδαμεν τί ἐποίησαν αὐτόν. αὐτῷ ἡ δόξα, σὺν τῷ ἀχράντῳ πατρὶ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας, τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A nostram liberationem custodientes: & resurrectionem metuentes, ad sepulcrum milites custodes statuunt. Quis umquam vidit mortuum custoditum? Aut potius, quis vidit mortuum bello impetitum? Quis audivit vitæ exitum cuipiam inductum, & timore auctores afficientem? Quis non de inimico sollicitus esse desiit, postquam animam ipsius abstulit? Quis non inimicitiam dissolvit, morte adversarii satiatus? Quid? quem de medio sustulisti, adhuc horres, Judæe? Quid metuis quem occidisti? Quid formidas e vivis egressum? Quid times enectum? Quid te discruciat quem crucifixisti? Cædes ipsa tibi securitatem promittit. Bono animo esto. Si nudus homo, qui mortuus est, non utique resurgit: si nu-
B dus homo, recte in crucem egesti: si nudus homo, non verum restat quod dixit: [a] *Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* Si nudus homo, morte detinetur: si nudus homo, quid sepulcrum consignas? Exspecta diem tertium, & videbis insaniæ tuæ confutationem. Desine frustra laborare, & videbis rerum eventum. Desine contra veritatem furere. Desine Deo bellum inferre, inferensque te ipsum vulnerare. Desine solem justitiæ injuriis afficere, existimans te ejus radios exstinguere. Desine, inquam; nec fontem vitæ obstruere contendas. Desine præfectos fatigare. Desine de custodia verba facere. Desine mendacium tibi commercari, & armatos commovere. Ne frustra nita-
C ris: ne ad impietatem impensam facias: ne contra Deum tibi victoriam fingas: ne militibus, ut alia pro aliis referant, mercedem tribuas: ne turbam ad sepulcrum excubare facias: ne in armis tuis fiduciam habeas. Armis resurrectio non prohibetur: non impeditur signaculis: non coercetur militibus: non surripitur pecuniis, sed fide obtinetur. Non vidisti Lazarum nuper mortem instar somni excutientem? Non vidisti quomodo cum fasciis ipsis gradiebatur, vocem, [b] *veni foras*, simul audivisset? Non vidisti quomodo mortuus vocantis jussum fuerit secutus, vinculorum nexu minime ipsum cohibente? Non vidisti quomodo morte jam solutum vox restauravit? Qui illa potuit, & hæc poterit.
D Qui servum suscitavit, ipse multo magis suscitatur. Qui in vitam restituit jam putrefactum, nequaquam se ipsum mortuum sinet. Ceterum Judæorum cæcitas immensa, quæ videns miracula, minime videt: [c] *Oculos* enim *habent, & non vident; aures habent, & non audiunt.* [d] *Deus* enim *hujus sæculi corda eorum excæcavit, ut non illucescat illis Evangelium justitiæ.* Sed miseros illos deinceps suæ incredulitati relinquamus: nos vero cum fideli Maria, in animo nobis Servatoris nostri sepulcrum effingentes, dicamus: [e] *Tulerunt Dominum nostrum, & nescimus quid eo fecerunt.* Ipsi gloria, cum intemerato Patre, & sancto Spiritu, nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

a Joan. II. 19. *b* Joan. XI. 43. *c* Psalm. CXIII. 5. *d* II. Cor. IV. 4. *e* Joan. XX. 13.

1. Forte ἀναμφιβ.

*ΑΜΦΙΛΟΧΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΙΚΟΝΙΟΥ.

AMPHILOCHII EPISCOPI ICONII.

Apud Cotelerium Monum. Eccl. Græc. *tom.* II. *pagg.* 99-104.

ΚΑὶ πρὶν κομίζεσθαι τὰ παρὰ τῆς ἀγάπης ὑμῶν γράμματα, περιήγγειλεν εἰς ἡμᾶς ἡ φήμη, καὶ τὸ τῆς πίστεως ὑμῶν ἀκραιφνὲς, καὶ πρὸς τοὺς κινδύνους παρατεταμένον, καὶ πρὸς τὰ παθήματα τὰ ὑπὲρ Χριστοῦ καρτερικὸν, καὶ [1] τῆς εἰς Θεὸν ἀγάπης, καὶ τὸ τῆς μελλούσης ἐλπίδος ἐν ὑμῖν βέβαιον. ἐπεὶ δὲ καὶ τοῖς γράμμασι τῆς εὐλαβείας ὑμῶν ἐντετυχήκαμεν, εἴδομεν ὄντως ἐκκλησίας ἀποστολικῆς χαρακτῆρα, καὶ ποιμένων ἀγαθῶν ζῆλον, καὶ σπουδὴν ἄοκνον ἀληθινοῖς Χριστιανοῖς πρέπουσαν. τὸ γὰρ μήτε τῆς ὁδοῦ μῆκος ὑπολογίσασθαι, μήτε διεσπασμένως τὰς πεύσεις προσαγαγεῖν, ἀλλὰ κοινῇ διὰ τῶν γραμμάτων ποιήσασθαι τὴν ἐρώτησιν, λίαν ἡμᾶς εὐέλπιδας πεποίηκεν, ὅτι συμφώνως ἐπιστείλαντες, συμφώνως καὶ τὰς ἀποκρίσεις παρ᾽ ἡμῶν [2] δέξασθε· καὶ οἱόν τι προοίμιον τῆς τελειοτέρας ὁμονίας τὴν ἐν τοῖς γράμμασιν ὑμῶν ὁμόνοιαν ἐδεξάμεθα. καὶ δι᾽ εὐχῆς μὲν ἦν ἡμῖν, καὶ τὸν θαυμασιώτατον καὶ μετὰ πάσης αἰδοῦς ὀνομαζόμενον ἐπίσκοπον Βασίλειον, καὶ παρόντα δέξασθαι τῇ συνόδῳ, καὶ κοινωνὸν, μᾶλλον δὲ ἔξαρχον τῶν πρὸς ὑμᾶς [3] γραμμάτων ἔχειν. ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνον ἀῤῥωστία σώματος ὑπερβάλλουσα, πρὸς τὴν ἄφιξιν διεκώλυσεν, τελείας μέν ἐστιν ἀγάπης ὑμῶν, μήτε τὰ τῆς ἡμετέρας βραχύτητος παριδεῖν γράμματα. οὐ μέν τοι τὴν ἁγίαν ὑμῶν ἐκκλησίαν ἄμοιρον καὶ τῆς ἐκείνου φωνῆς περιείδομεν· ἀλλ᾽ ἔχοντες αὐτοῦ σύγγραμμα [4] περὶ ταύτης ἰδικῶς αὐτῷ τῆς ὑποθέσεως πεπονημένον, κἀκεῖνον διὰ τοῦ γράμματος ἔχομεν ἡμῖν συμφθεγγόμενον.

Τίς οὖν ἡ πρὸς τὴν πεῦσιν ἀπόκρισις; τὴν ἁγίαν σύνοδον τῶν πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ, σύνοδον ὄντως καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν γνωρίζομεν, καὶ πίστιν τὴν ἐκτεθεῖσαν ὑπὸ τῶν πατέρων τηνικαῦτα, φυλάττομεν ἀκίνητον [5], καὶ πρὸς τὸ διηνεκὲς ἀσάλευτον μένειν [6] εὔχομαι. γέγονε δὲ τότε τοῖς πατράσιν ἀναγκαιότερον, πλατύτερον ἐξηγήσασθαι περὶ τῆς δόξης τοῦ μονογενοῦς· ἐπειδὴ τότε νεωστὶ φυομένην τὴν αἵρεσιν τοῦ Αρείου, διὰ σπουδῆς εἶχον ἐκκόψαι, τὰ πρῶτα αὐτῆς προαναιροῦντες σπέρματα, πρὶν τελέως ἐκτραχυνθῆναι τὴν ἄκανθαν. σεσιγημένου δὲ τηνικαῦτα τοῦ κατὰ τὸ πνεῦμα ζητήματος. διὰ τοῦτο πλατύτερον μὲν οὐδὲν προσέθεσαν· τοῖς μέν τοι γε συνετῶς ἀναγινώσκουσιν, αὐτάρκης καὶ ἡ περὶ τοῦ πνεύματος ἐν ἐκείνῃ τῇ πίστει διδασκαλία. ὥσπερ [7] εἰς πατέρα καὶ υἱὸν πιστεύειν, οὕτω καὶ εἰς τὸ πνεῦμα πιστεύειν ἐδογμάτισαν· μήτε ἑτέραν τινὰ φύσιν ἐπεισάγοντες τῇ θείᾳ καὶ μακαρίᾳ τριάδι· μήτε τι τῶν ἐκ τῆς τριάδος ἀποτέμνοντες, εἰς τὴν τῆς πίστεως ἔκθεσιν. ἐπεὶ δὲ πρόσφατον ὁ Σατανᾶς διασαλεύειν τὰς ἐκκλησίας ἐπιχειρῶν, ἐνέβαλέ τισι περὶ τοῦ πνεύματος δισταγμὸν, ἀναγκαῖον ἐπὶ τὴν πηγὴν ἀνατρέχειν τῆς πίστεως, ἐξ ἧς καὶ οἱ κατὰ Νίκαιαν πατέρες ἀναρυσάμενοι, τὴν ἔκθεσιν τῆς πίστεως ἐποίησαν. τίς οὖν ἡμῶν

ANtequam litteræ a caritate vestra missæ afferrentur, frequens fama ad nos perduxerat vestram in fide sinceritatem, & ad pericula constantiam, nec non ad patiendum pro Christo fortitudinem, caritatis in Deum *ardorem*, denique erga futura spei firmitatem. Postquam autem litteras quoque pietatis vestræ accepimus, agnovimus re vera Ecclesiæ Apostolicæ characterem, bonorum pastorum zelum, & impigrum studium quod veros Christianos deceat. Nam quod nec viæ longitudinem reputaveritis, nec separatim detuleritis quæstiones, sed communiter per litteras interrogaveritis, id nos bona spe replevit, futurum ut qui una voce scripsistis, unanimi etiam consensu responsionem nostram sitis recepturi: ac velut exordium perfectioris concordiæ, vestram in litteris consensionem suscepimus. Et optabamus quidem, maxime admirandum omnique cum reverentia nominandum Episcopum Basilium, præsentem excipere in nostra Synodo, & socium; seu potius principem habere in dandis ad vos litteris. Verum quia gravis eum morbus detinuit, ne adveniret, vestræ est perfectæ dilectionis, nostræ mediocritatis Epistolam nequaquam despicere. Neque vero sanctam vestram Ecclesiam passi sumus etiam illius voce carere; sed habentes librum ipsius, quem de hoc peculiariter argumento elaboravit, ipsum pariter nobiscum in scripto loquentem obtinemus.

Quodnam igitur est ad interrogationem responsum? Sanctum Concilium Nicænorum Patrum, pro vere Catholico & Apostolico Concilio agnoscimus, fidemque eam, quæ tunc temporis exposita fuit a Patribus, servamus immotam, atque ut in perpetuum maneat inconvulsa exoptamus. Porro fuit tunc Patribus necessarium, enarrare fusius de Unigeniti dogmate; quandoquidem Arii hæresim ea tempestate recens exortam exscindere nitebantur, prima illius semina statim abolendo, antequam ad summam asperitatem perveniret spina: cumque eo tempore de quæstione circa Spiritum sanctum taceretur, ideo nihil amplius addiderunt. Verum iis qui prudenter legerint, sufficiens videbitur doctrina de Spiritu, quæ ea in fide continetur. Docuerunt enim, sicut credi debet in Patrem & Filium, ita etiam credendum esse in Spiritum: nec aliam quampiam inducentes in divina beataque Trinitate naturam; neque quidquam de Trinitate resecantes, in illa fidei expositione. Sed quia nuper Ecclesias concutere aggressus Satanas, immisit quibusdam dubitationem de Spiritu, necesse est ut ad fidei fontem recurramus; e quo cum Nicææ congregati Patres etiam hausissent, fidei expositionem, confecerunt. Quænam ergo est nostræ fidei perfectio? Domini traditio, quam postquam resurrexisset a mortuis,

* Ἀμφιλοχίου] Al. Ἀμφιλοχίῳ Βασίλειος. Insignis ista Epistola non potest esse Basilii, ut legenti patebit; sed est Synodica Amphilochii, qua, meo quidem judicio, respondet Synodicæ Episcoporum alterius provinciæ, qui circa Macedonii hæresim de Spiritu sancto fluctuabant & dissentiebant: Doctrina autem tota est Amphilochiana, Basiliana, Gregoriana.

1. Videtur deesse aliquid.
2. Δέξασθε] Al. δέξεσθε.
3. Γραμμάτων] Al. πραγμάτων.
4. Id est, *de Spiritu sancto*.
5. Al. add. τε καὶ ἀσάλευτον.
6. Εὔχομαι] Forte εὐχόμεθα.
7. Al. ins. γάρ.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

ἡ τῆς πίστεως τελειότης; ἡ τοῦ κυρίου παράδοσις, ἣν A μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ μαθηταῖς ἐνετείλατο, προστάξας· [1] πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. δῆλον ὅτι τὴν ἐντολὴν ἐδεξάμεθα, οὐ μόνον εἰς τὸ βαπτίζειν οὕτως, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ μαθητεύειν οὕτως. ὡς διὰ ταύτης τῆς ἐντολῆς, καὶ τὴν Σαβελλίου νόσον ἀποκλεισθῆναι, τῶν τριῶν ὑποστάσεων καθαρῶς ἡμῖν παραδοθεισῶν· καὶ τῶν [2] Ανομοίων καὶ τῶν Αρειανῶν καὶ τῶν Πνευματομάχων [3] ἐμφραγῆναι τὰ στόματα· τῶν προσώπων καὶ τῶν ὑποστάσεων τριῶν δηλουμένων, τῆς δὲ φύσεως καὶ τῆς θεότητος μιᾶς ὁμολογηθείσης. ἀνάγκη τοίνυν οὕτως ἡμᾶς βαπτίζειν, ὡς ἐδιδάχθημεν· καὶ οὕτω πιστεύειν, ὡς ἐβαπτίσθημεν· καὶ οὕτω δοξάζειν, ὡς B ἐπιστεύσαμεν. πολλὰ γὰρ τῇ διανοίᾳ περισκοποῦντες, καὶ πανταχοῦ στραφέντες τοῖς λογισμοῖς, οὐδὲν ἐπινοῆσαι δυνάμεθα μεταξὺ τοῦ κτίστου καὶ τῆς κτίσεως· ὥστε εἰ τῆς θεότητος τὸ πνεῦμα χωρίζομεν, [4] ἀνάγκης μετὰ τῶν κτισμάτων αὐτὸ καταριθμεῖν. εἰ δὲ κτίσμα τολμήσοιμεν εἰπεῖν, πῶς δυνατὸν ἐν τῷ βαπτίσματι μιχθῆναι; τὴν πολυθεΐαν οὕτως ὡς καὶ τὴν ἀθεΐαν κακίζομεν· καὶ οὔτε τρεῖς ἀρχάς, οὔτε τρεῖς θεούς, οὔτε τρεῖς διαφόρους καταγγέλλομεν φύσεις· ἀλλὰ ἀρχὴν τῶν ὅλων τὸν πατέρα γινώσκοντες, οὔτε τινα τῶν τριῶν ὑποστάσεων ἀθετοῦμεν, καὶ τὸ σεμνὸν τῶν [5] τριῶν γραφῶν, καὶ τὰς ἐφ' ἕκαστον μαρτυρίας προσάγοντες. ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ μέτρον ἐπιστολῆς ἐκφεύγει τὸ περὶ τούτων λεπτολογεῖν, καὶ τὴν ὑμετέ- C ραν ἀγάπην ἐπιστάμεθα ἀρκεσθήσεσθαι τῷ κεφαλαίῳ τῆς ἡμετέρας ἐκθέσεως, καὶ τὰ λοιπὰ προσθήσειν οἴκοθεν· δίδου γάρ φησι, σοφῷ ἀφορμὴν, καὶ σοφώτερος ἔσται· καὶ ταῦτα ἀποχρώντως γεγραφέναι νομίζομεν. οἷς ἀρκεῖ βραχεῖαν προσθεῖναι παράκλησιν. παρακαλοῦμεν γὰρ μένειν ὑμᾶς υἱοὺς εἰρήνης· ἵνα πληρώσητε τὴν ἀποστολικὴν ἐντολὴν, σύμψυχοι, τὸ ἓν φρονοῦντες, καὶ τῶν παθημάτων τῶν ὑπὲρ Χριστοῦ κεκοινωνηκότες. μὴ δῶτε τῷ πονηρῷ διαζεῦξαι τὰ καλῶς συνημμένα, μήτε τοῖς λύκοις ἑαυτοὺς εὐαλωτέρους ποιήσητε τῇ διχοστασίᾳ, τὰς ἐκείνων βεβαιοῦντες εὐχάς. ἐμάθομεν γὰρ ὅσους ἄθλους ὑπὲρ τῆς ὀρθοδοξίας ὑπέστητε. τὰς οὖν ἀπειλὰς καὶ τὰς ἀνάγκας τὰς παρὰ τῶν ὑπεναντίων νικήσαντες, μηδένα D δῶτε διαστάσει καιρόν· μήποτε κατὰ βραχὺ παρεισδυόμενον μῖσος, ἐὰν σχῇ τόπον, μεγάλους ὑμῖν κρημνοὺς ὑποθήσει. ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς δοξολογίαις τὸ πνεῦμα πατρὶ καὶ υἱῷ [6] συνδοξάζειν, καὶ εἰδέναι τοῦτο, ὅτι οἱ τὴν ἀσυγχώρητον ἁμαρτίαν, διὰ τῆς εἰς τὸ πνεῦμα βλασφημίας ἐξαμαρτάνοντες, εἰκῆ παραιτοῦνται τὴν πρὸς τοὺς Αρειανοὺς κοινωνίαν. μετὰ γὰρ ἐκείνων κατακριθήσονται. εὐχόμεθα δὲ ὑμᾶς ἄτμητον τὸ σῶμα τῆς ἐκκλησίας ἀφιλονείκως φυλάξαντας, εἰρηνικῶς μὲν ἐν τῷ νῦν αἰῶνι τὸν λειπόμενον διάγειν χρόνον, ἐνδόξως δὲ ἐν ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως παραστῆναι τῷ τοῦ Χριστοῦ βήματι.

mandavit sanctis suis discipulis, præcipiens; [a] *Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti*. Constat accepisse nos mandatum, non solum hoc modo baptizandi, verum etiam pari modo docendi. Adeo ut per hoc præceptum, tum Sabellii intercludatur morbus, per tres hypostases pure nobis traditas; tum Anomœorum Arianorumque & Pneumatomachorum obturentur ora; tribus quidem personis ac hypostasibus declaratis, una vero natura & divinitate confessa. Quamobrem oportet eo nos modo baptizare, quo edocti sumus, atque eo credere, quo fuimus baptizati, eo autem glorificare, quo credidimus. Multis siquidem mente volutatis, & in omnes partes cogitationibus conversi, nihil possumus medium advertere creatorem inter & creaturam. Quocirca si a divinitate Spiritum sejunxerimus, necessario illum cum creaturis debemus annumerare. Quod si ausi fuerimus creaturam dicere, qui fieri poterit, ut in Baptismo conjungatur? Eo pacto Deorum multitudinem redarguimus, una cum negatione divinitatis: & neque tria principia, neque tres Deos, neque tres diversas prædicamus naturas: sed Patrem pro universorum principio agnoscentes, nullam trium hypostasum inficiamur, sacrarum Scripturarum majestatem, ac singulis probandis testimonia proferentes. Sed quoniam epistolæ modum superat accurata de istis disputatio, credimusque caritatem vestram contentam fore expositionis nostræ summa, ac reliqua de se additurам: [b] *Da* enim inquit *sapienti occasionem, & sapientior erit*: hæc sufficienter scripsisse nos arbitramur. Quibus satis est adjicere brevem adhortationem. Hortamur namque vos, ut maneatis pacis filii, quo Apostolicum mandatum impleatis, [c] *unanimes, id ipsum sentientes*, & communicantes passionibus pro Christo. Nolite illud dare malo, ut disjungat quæ pulcre connexa sunt, neque vos lupis efficiatis captu faciliores per dissensionem, illorum vota confirmando. Didicimus quippe quanta certamina pro recta fide sustinueritis. Quocirca minis & ærumnis, quæ per adversarios intentabantur, devictis, nullam præbete dissidio occasionem: ne forte paullatim illapsum odium, si locum invenerit, magna vobis supponat præcipitia. Sed & oportet in doxologiis Spiritum una cum Patre & Filio glorificare, atque hoc intelligere, [d] quod ii qui irremissibile peccatum, per blasphemiam in Spiritum admittunt, frustra repudiant communionem cum Arianis, quia scilicet cum iis condemnabuntur. Precamur autem & optamus, ut vos corpus Ecclesiæ indivisum citra contentionem servantes, pacifice quidem in præsenti sæculo reliquum vitæ tempus transigatis, gloriose vero in die judicii assistatis tribunali Christi.

a Matth. XXVIII. 19. *b* Prov. IX. 9. *c* Philipp. II. 2. *d* Matth. XII. 31.

1. *Πορευθέντες μαθητεύσατε*] Ita multi *Matth.* XXVIII. 19. Alii inserunt, *οὖν*, alii, *νῦν*, ut Hilarius initio libri. 2. de Trinitate, & ad *Psalm.* LXV. 7. *Euntes nunc docete*.

2. *Ανομοίων*] Eunomiani ita vulgo dicti sunt propter τὸ *ἀνόμοιον*, & etiam *Ανομοιουσιασταί* Basilio, ob *ἀνομοιούσιον*, vel ut loquitur Severus *Anomœousiam*, id est, *dissimilem substantiam*.

3. *Εμφραγῆναι*] Al. *ἀποφραγῆναι*.

4. *Ανάγκης*] Al. *ἀνάγκη*.

5. *Τριῶν*] Forte *θείων*.

6. Al. inf. *χρή*.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
370.

ΑΜΦΙΛΟΧΙΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΙΚΟΝΙΟΥ

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΙΑΜΒΙΚΗ

ΠΡΟΣ ΣΕΛΕΥΚΟΝ.

AMPHILOCHII

EPISCOPI ICONIENSIS

EPSTOLA JAMBIS SCRIPTA

AD SELEUCUM.

JOACHIMO ZEHNERO *Interprete*.

Χαίρειν κελεύω τὸν καλόν τε κἀγαθὸν
Υἱὸν Σέλευκον, εὐγενοῦς ῥίζης κλάδον.
Χαίρειν δὲ καὐτὸς εὔχομαι τῷ σῷ βίῳ,
Μαθήμασί τε, καὶ τρόποις φρονεῖν μέγα.
Πρῶτον μὲν οὖν, φόβον τε καὶ πόθον ἔχε
Θεοῦ. Θεὸς γὰρ πᾶσιν ἀρχὴ καὶ τέλος
Τοῖς εὖ φρονοῦσι γίνεται παντὸς βίου.
Τὸ δεύτερον δὲ, τὸν τρόπον ἄσκει, τέκνον,
Πρᾶον, ταπεινὸν, ἐγκρατῆ, στεῤῥὸν, γλυκὺν,
Ἀβάσκανον, δίκαιον, ἀνδρεῖον, σοφὸν,
Σεμνὸν, φιλεργὸν, εὐσταθῆ, καὶ σώφρονα.
Κόσμος γὰρ οὗτος καὶ νέοις καὶ πρεσβύταις,
Μὴ χρήμασι τοσοῦτον, ἀλλὰ τῷ τρόπῳ
Πλουτεῖν· τὸ σὸν γὰρ τοῦτο. τὰ δὲ χρήματα
Παίζει πλανῶντα τὴν φιλόπλουτον νόσον·
Ἄλλοις ἀπ' ἄλλων προσγελᾷν πεφυκότα,
Πόρνης ἀπίστου τὸν τρόπον μιμούμενα,
Πολλοὺς ἐραστὰς ποικίλως μωκωμένης,
Σαίνοντα καὶ φεύγοντα καὶ κολλώμενα,
Τούτοις, ἐκείνοις, οὐδενὶ δὲ γνησίως.
Τὸ γὰρ βέβαιον οὐκ ἔχει πλούτου φύσις.
Λάβροις θαλάσσης κύμασι εἰκασμένη,
Κυρτουμένοις, πίπτουσιν, ἀστάτῳ φορᾷ.
Σὺ τοίνυν, ὦ παῖ, τοῖς τρόποις πλουτῶν ἀεὶ,
Θησαυρὸν ἕξεις, οὐ κλοπαῖς συλούμενον,
Οὐ συκοφάνταις ἐν μέσῳ προκείμενον,
Οὐ δ' αὖ τυράννων χερσὶν ἐξαντλούμενον,
Ἢ βαρβάρων ὅπλοισιν ἐκπορθούμενον,
Μένοντα δ' ἔνδον τῶν ἀσωμάτων δόμων,
Ψυχῆς ταμείοις ἀσφαλῶς τηρούμενον·
Ὃν οὔτε λάβρον ἐσθίει πυρὸς μένος,
Οὐδ' αὖ καλύπτει κῦμα ποντίου σάλου.
Τοῦτον μὲν ὄντως ὄντα σὸν καὶ γνήσιον

A Salvere jubeo, nobilis radiculæ
Ramum Seleucum, filium bonum ac probum.
Quin vita, & arte, ac moribus ipsemet tuis
Gaudere, meque efferre magnifice velim.
Primum Dei timorem & ardorem simul
Habeto. Namque is recta sentientibus
Exordium, finisque vitæ est totius.
Quod proximum est; mores tuos, fili, excolas.
Sis mitis, humilis, temperans, amabilis,
Non invidus, justus, sapiens, fortis, gravis,
Constans, modestus, in labore sedulus.
Namque hoc senes juvenesque decorat maxime,
Si non opibus, sed moribus, sint divites,
Hi, proprie sunt nostri: opes erraticæ
B Fallunt habendi morbidam cupiditatem:
Sic fictæ, ut aliis post alios arrideant,
Instar meretricis perfidæ, quæ nequiter
Multos amatores variis ludit dolis:
Adsunt, fugiuntque rursus, & se agglutinant
Modo his, modo illis, nemini autem serio.
Nam tota opum natura certi nil habet,
Sed conferenda est cum marinis fluctibus,
Qui nunc tument, nunc lubrico motu cadunt.
Proinde, si bonis abundes moribus,
Thesaurum habebis, non rapina obnoxium,
Non sycophantarum patentem injuriis:
Quin nec tyranni exhauriendum robore,
Nec barbarorum viribus superabilem,
C Sed incorporeis permanentem in ædibus,
Satisque tuto animæ penu reconditum.
Quem nec voracis devoret flammæ rogus,
Nec obtegat vastum trucis ponti salum.
Has ergo germanas & ipsa re, tuas

V. 2. *Ramum Seleucum*] Trita metaphora, etiam sacris scriptoribus, & scripturæ sacræ. Apocol. 22. 16. ἡ ῥίζα καὶ γένος Δαβίδ. Nonnulla vero rami gloria, radicis ingenuitas, de quo Ambr. in 1. Lucæ: quamquam vix aliqua, nisi & ipse ramus avitæ illi ingenuitati respondeat:

Nam genus & pravos & quæ non fecimus ipsi,
Vix ea nostra puto.

Ovid. 13. Metamorph. 140.
Unde Hieron. ad Demetriadem irridet rhetores, *Quorum disciplina sit, ab avis atque atavis & omni retro nobilitate ornare, quem laudent: ut ramorum sterilitatem, radix fecunda compenset; & quod in fructu non teneas, mireris in trunco.*

V. 4. *Gaudere*] In Græco ἀντανάκλασις, seu potius ἀναφορὰ elegantior: χαίρειν δὲ καὐτὸς, non τό, χαίρειν; utrumque, & salvere & valere, & lætari significat: quam verbi amplitudinem, vix satis possumus exprimere. Est ergo velut dicat: *Et ego avere, & fœlicem lætari, vita tua cupio, &c.* Interpres Gregorii non exprimit τὸ φρονεῖν μέγα. liberiori sua paraphrasi, ob quam, etsi elegantior, minus placuit. fuerit ergo; *Meque doctrina & moribus tuis magnifice efferre velim*; seu, *iis gloriari*.

V. 14. *Hi proprie sunt nostri*] Nempe, thesauri & divitiæ. Lucil. apud Senecam epist. 8.

Non est tuum, fortuna quod fecit tuum.

D V. 15. *Fallunt*] Παίζει πλανῶντα. Quasi, illusione illudunt, hoc est, illusione & decipiendo, in illum morbum & avaritiam conjiciunt, conjectisque fucum faciunt.

V. 33. *Has ergo germanas*] Γνήσιον πλοῦτον. Sunt in eam sententiam Biantis apud Laertium, & Ciceronem, parad. 1. apophtegmata. In quam etiam auree Chrysostomus cum locis aliis, tum 1. Tim. 4. hom. 11.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

A Πλοῦτον φυλάττων, σμῆχε τοῖς μαθήμασι,
Βίβλοις ποιητῶν, ἱστορικῶν συγγράμμασι
Καὶ ταῖς τρεχούσαις ῥητόρων εὐγλωττίαις,
Λεπταῖς τε μερίμναις φιλοσόφων ἀσκούμενος.
Τούτοις δ' ἅπασι ἐμφρόνως ἐντύγχανε,
Σοφῶς ἁπάντων συλλέγων τὸ χρήσιμον,
Φεύγων δ' ἑκάστου τὴν βλάβην κεκριμένως,
Σοφῆς μελίττης ἔργον ἐκμιμούμενος,
Ἥτις ἐφ' ἅπασιν ἄνθεσι καθιζάνει,
Τρυγᾷ δ' ἑκάστου πανσόφως τὸ χρήσιμον,
Αὐτὴν ἔχουσα τὴν φύσιν διδάσκαλον.
Σὺ δ' ἐκ λογισμοῦ, τῶν μὲν ἀφθόνως δρέπου
Τῶν ὠφελούντων· εἰ δέ τι βλάβην φέρει
Συνεὶς τὸ φαῦλον, ὀξέως ἀφίπτασο·
B Ὠκύπτερος γάρ ἐστιν ἀνθρώποις ὁ νοῦς.
Ὥσθ' ὅσα μὲν αὐτοῖς εἰς ἀρετὴν ἐγκώμια,
Ὑμνοῦσιν αὐτὴν, ἐγγράφη, καὶ τοὔμπαλιν
Κακίαν ψέγουσι, ταῦτα σὺ σπουδῇ μαθὼν,
Καὶ νοῦν φύλαξε, καὶ χάριν τῆς λέξεως.
Ἃ δ' εἰς θεοὺς ἔγραψαν ἐν λήρῳ πλατεῖ,
Μύθους ἀσέμνους, δαιμόνων διδάγματα,
Μύθους γέλωτος ἀξίους καὶ δακρύων·
Ταῦθ' ὡς βρόχους τε καὶ πάγας ἀποστρέφου.
Ἄμφω δ' ἀναγνοὺς, καὶ θεοὺς, καὶ τοὺς λόγους,
Θεοὺς γελοίους, καὶ λόγους ἐρασμίους·
Καταφρόνει μὲν τῶν φιληδόνων θεῶν·
Λόγους δὲ τιμῶν, ὥσπερ ἐξ ἑνὸς φυτοῦ,
Καὶ τὰς ἀκάνθας φεῦγε, καὶ ῥόδον δρέπου.
C Καὶ τῶν μὲν ἔξω σοι λόγων, οὗτος νόμος
Ἄριστος· οἷς δὲ πᾶσαν ἁρμόττει νέμειν
Σπουδὴν, ἐροῦμεν, ἀλλὰ μικρὸν ὕστερον.
Ἐκεῖνο γάρ σοι πρῶτον εἰπεῖν βούλομαι.
Φεύγειν κατάκρον τῶν κακῶν ὁμιλίας
Καὶ τὰς ἐν αὐταῖς ἡδονὰς, χρὴ τὸν νέον.
Πολλοὶ γάρ εἰσι, ὥσπερεὶ βοσκήματα,
Ψώρας γέμοντα καὶ νοσήματός τινος,
Οἳ τοὺς νέους πειρῶσι τοὺς ἁπλουστέρους·
Παρατριβόμενοί τ' ἐν δόλῳ πανουργίας,
Ὥσπερ νόσου, θέλουσι τῆς πονηρίας
Αὐτοὺς ἀναπιμπλᾶν, ὥστε τῇ τῶν πλειόνων
Κοινωνίᾳ, σφῶν τοῖς κακοῖς ἐπισκοτεῖν.
Τούτους φυλάττου, καὶ γὰρ, ὡς Παύλῳ δοκεῖ,
Φθείρουσι ἤθη χρήστ' ὁμιλίαι κακαί.
D Ναὶ μὴν ἐκεῖνο σφόδρα σοι τηρητέον.
Μίσει θεάτρων, θηρίων, ἱπποδρόμων
Ἄσεμνον ᾠδὴν, δύστροπον κακῶν θέαν,
Βίου ματαιότητας, ὕδραν ἡδονῶν,
Ἀνδρῶν ἀσελγῶν ἀπρεπῆ μαθήματα,
Οἷς οὐδέν ἐστιν αἰσχρὸν, ἢ τὸ σωφρονεῖν.
Οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν αἰσχύνης ὑπηρέται,
Τέχνην ἔχουσι τὸ φρονεῖν ταῖς ὕβρεσι,
Μῖμοι γελοίων, κονδύλοις εἰθισμένοι,
Αἰδῶ τεμόντες τοῖς ξυροῖς πρὸ τῶν τριχῶν·
Ἀσελγὲς αἰσχρότητος ἐργαστήριον,
E Οἷς πάντα πράχειν καὶ παθεῖν, ἃ μὴ θέμις,
Ἐν ταῖς ἁπάντων ὄψεσι, τέχνης μέρος.

Opes probe custodiens, orna artibus:
Libris poetarum, historicorumque opusculis,
Largifluaque rhetorum facundia, &
Subtilibus curis Sophies exercitus.
In hisce prudenter tamen versaberis,
Ut colligens e singulis quod utile est,
Damnosa sollerti fugias acumine:
Imitatus hac in parte apiculæ industriam,
Quæ floribus quibuslibet sane insidens,
De singulis, quod optimum est, depascitur,
Ipsam sibi naturam velut magistram habens.
At tu ratione præditus, larga manu
Decerpe quæ sunt usui: sed quæ nocent,
Ab his, animadverso malo, statim avoles:
Nam mens celer pernixque inest mortalibus.
Quod si qua scripta sint in his encomia,
Quæ concelebrent virtutem, & e contrario
Reprehendant vitia: disce sedulo, notans
Et res & elocutionis gratiam.
Quæ vero de diis finxerint mendacia,
Nugas pudendas, disciplinas dæmonum,
Et fabulas, risum ac lacrymis dignissimas:
Hæc ut laqueos tendiculasque exhorrescito.
Sed quando legeris, cum ridiculos deos,
Tum maxime sermonis elegantiam:
Deos voluptatum ministros respuens,
Et verba honorans, tamquam iisdem in vepribus,
Spinas caveto, sed rosas decerpito.
Atque hæc quidem de disciplinis exteris
Lex optima est: verum quibusnam debeas
Totus vacare, paullo post monebimus.
Namque hoc prius tibi volebam dicere,
Quod cuilibet iuveni sodalitium malum,
Atque illecebræ hujus, extreme fugienda sint.
Nam plurimi sunt, tamquam pecudes languidæ,
Quas vel scabies vel morbus urget quispiam.
Hi, simpliciores tentant adolescentulos,
Atque interim affricando, versutis dolis,
Sua improbitate, ceu gravi morbo, volunt
Ipsos replere, ut societate plurium
Densam suis caliginem offundant malis.
Ab his caveto: namque Paullo judice [a],
Mores bonos consortium perdit malum.
Apprime & hoc tibi notandum, ut oderis
Cantus theatrorum, ferarum, hippodromique
Obscena carmina, acerba mali spectacula;
Quæ, vanitas vitæ, voluptatum hydra sunt,
Inhonesta disciplina hominum petulantium,
Quibus nihil tam turpe, quam modestia, est.
Namque hujus administri turpitudinis,
Artem putant, effere se injuriis,
Mimi ridiculorum, assuefacti ad verbera.
Impuritatis officina, queis pudor,
Præ crinibus, resectus est novaculis.
Quibus patrare aut perpeti nefas
Ante omnium ora, præcipue artis est opus.

a I. Cor. xv. 33.

V. 34. *Orna artibus*] Σμῆχε τοῖς μαθήμασι. Nempe, te ipsum, seu animum tuum. Billius, *Bonisque disciplinis expoli*: ut significetur humanus animus, ceu quadam rubigine ab ortu contracta, sordibus iis depurgandus & exordus. Affinia docet Basilius hom. ad Juvenes, quomodo possint proficere ex libris Gentilium. Greg. carmine ad Christum post silentium, &c.

V. 48. *Nam mens celer*] Ὠκύπτερος νοῦς. Ratio promtæ fugæ, deprehenso vitio; celeritatis animi, seu pernicies, tum ut avolet, si velit; tum, ut si negligat, velut affectu convolet, & addicatur, ac consuetudinis glutine detinente, congenitæ celeritatis pennas, depresso arbitrio graviusque læso, faciat inutiles.

V. 68. *Tamquam pecudes languidæ*] Βοσκήματα. oves maxime, de quibus Columnella l. 7. c. 5. Hieronymus etiam l. 3. Comm. in epistolam ad Gal. *Juxta vulgare proverbium: unius pecudis scabies totum commaculat gregem*. τὸ, παρατριβόμενοι, se se affricantes optime exprimit; si enim scabies in ovibus serpit; cujus affricatio hæc, prurito solicitante, primum indicium.

V. 78. *Cantus theatrorum*] Vix fuerit aliud quod Patres severius perstringant, ut vere minus Christianum est desidere in theatris, & plenum periculo, quod ipse Seneca reprehendit, epist. 7. Videndus Tertul. l. de spectaculis. Chrysostomus præsertim hom. de Davide, ipsius exordio, quod idem affixum est encomio Abrahæ quod habent regii plures codices, sed stilo dispari a dicto exordio & capite. Dabimus forte, cum aliis qua γνησίοις qua ἐπιγραφομένοις Chrysostomi nondum editis, aut altera tantum lingua, modo Deus proposito cœptisque adspiraverit. Potest etiam videri Lact. l. 6. c. 20.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

A Ἄλλοι δ' ἐκείνων ἔθνος ἀθλιώτερον,
Τῶν ἀῤῥένων τὴν δόξαν ἐξορχούμενον,
Μελῶν λογισμοῖς συγκατακλῶντες φύσιν.
Ἄνδρες, γυναῖκες, ἄῤῥενες, θηλυδρίαι·
Οὐκ ἄνδρες, οὐ γυναῖκες, ἀψευδεῖ λόγῳ.
Τὸ μὲν γὰρ οὐ μένουσι, τὸ δ' οὐκ ἔφθασαν.

Ὁ μὲν γάρ εἰσιν, οὐ μένουσι τῷ τρόπῳ.
Ὃ δ' αὖ κακῶς θέλουσιν, οὐκ εἰσὶν φύσει.
Ἀσωτίας αἴνιγμα, καὶ γρῖφος παθῶν,
Ἄνδρες γυναιξὶ, καὶ γυναῖκες ἀνδράσιν.
Τί δ' ἂν λέγοι τις, ᾀσμάτων αἰσχρῶν νόσους
Μέλη τε θηλύνοντα καρδίας τόνον,
Αὐλοὺς, χορείας πορνικῶν βακχευμάτων,
B Οἷς καὶ γέρας νέμουσιν οἱ τρισάθλιοι;
Ταῦτ' οὖν ἐπαίνων καὶ θέας καὶ τέρψεως,
Ἢ δακρύων τε καὶ στεναγμῶν ἄξια;
Γέλως τυραννεῖ, καὶ φύσις μοιχεύεται,
Καὶ ποικίλη φλὸξ ἡδονῶν ἐξάπτεται.
Καὶ κτίζεται θέατρα ταῖς ἀτιμίαις,
Ὡς μηδὲ λάθρα τὰς νόσους ἀσχημονεῖν,
Ἀλλ' ἆθλα κεῖσθαι τῶν κακῶν μαθημάτων.
Σὺ δὲ βδελύττου ταῦτα, μὴ χράνῃς κόρας,
Φεύγων ἁπάσας ὀμμάτων διαφθορὰς,
Ὡς δ' ἂν φυλάττῃς τὰς κόρας μοι παρθένους.
Πλέον δὲ φεῦγε τὰς μιαιφόνους θέας,
Τῶν γαστριμάργων, ὧν θεὸς ἡ κοιλία.
Δοῦλοι γὰρ ὄντες γαστρὸς αἰχίστης νόσου,
C Ὑπηρετοῦσι τοῖς κακοῖς προστάγμασιν.
Ἡ δ' ὡς πικρὰ δέσποινα τῶν λοιπῶν μελῶν,
Ἔνδον κάθηται θηρσὶ πωλοῦσα μέλη,
Λάβρως κατεσθίουσα τὰ τιμήματα
Γαστὴρ ἄσωτος, θηρίων εἰς γαστέρας
Τυραννικῶς ὠθοῦσα συγγενῆ μέλη.
Τούτων κάθηνται τῶν παθῶν ἀγνώμονες
Ἄνδρες θεαταί· κἂν μὲν ἄνθρωπος φύγῃ
Θῆρας, στένουσιν, ὡς πλεῖον τῶν θηρίων
Παιχθέντες αὐτοὶ, καὶ μάτην καθήμενοι.
Ἀνδρὸς δ' ἁλόντος, καὶ στόνον μυκωμένου,
Πικρὸν βοῶντος, καὶ κόνιν ἀμωμένου,
Πάσης θεατῶν ὄψεως οἶκτος ἅπας
D Ἐδραπέτευσε, καὶ σὺν ἡδονῇ κρότος
Μέγιστος, * ἢ ἴδωσιν αἱμάτων ῥοάς.
Χαίρουσι γὰρ βλέποντες, ἃ θρηνεῖν ἔδει,
Καὶ θηρίοις νέμουσιν εὐνοίας ῥοπήν·
Καὶ τοῖς ἑλοῦσιν ἐγκελεύονται πλέον,
Θήγοντες ὀργὰς, ὥσπερ ἐμφορούμενοι,

Καὶ σάρκας ἀνδρῶν θηρσὶ συμμασσώμενοι.
Χ' οἱ μὲν κακοὶ πρατῆρες οἰκείων μελῶν,
Τροφῆς τε δοῦλοι, καὶ πάλιν θηρῶν τροφὴ,
Ζῶντες στυγητοὶ, καὶ θανόντες ἄθλιοι,
Τοιοῦτον ἔσχον τοῦ βίου πικρὸν τέλος.
Μελῶν δὲ, τὰ μὲν ἐντέθαπται θηρίοις,
Τὰ δ' ὑπ' ὀδοῦσι νηλεῶς δαρδάπτεται,
Ἡμιαπόβρωτα δ' ἄλλα ποικίλαις στροφαῖς
E Ἄττει παρασπαίροντα, καὶ φυγῆς ἔτι

Καιρὸν νομίζει, καὶ δρόμον φαντάζεται.
Μὴ δὴ μιαίνῃς ὄμμα σὸν, θεαμάτων
Ὠμῶν μολυσμοῖς, μηδὲ γυμνοὺς εἰσορᾷς

A Sed alia quædam eſt natio infelicior,
Quæ maſculorum gloria ſeſe abdicat,
Flexuque membrorum indolem frangit ſuam.
Effeminati, mulieres ſimul & mares,
Quin nec viri, nec feminæ ut verum loquar:
Namque illud haud manent: & hoc non impetrant.
Quamvis viri ſint, moribus haud viri manent.
Quod cupiunt eſſe perperam, id natura negat.
Ænigma luxuriæ, gryphuſque affectuum,
In feminas viri, viriſque feminæ.
Quid canticorum turpium morbos loquar,
Quæ pectoris vigorem plane effeminant?
Et tibias, bacchantium meretriciis
B Aptas choreis, queis miſeri dant præmia?
Hæc laudibus, adſpectuque delectabili,
An potius gemitu lacrymiſque digna ſint?
Riſus ſuperat, natura vim patitur ſtupri,
Et flamma voluptatum variarum accenditur.
Theatra rebus ſtructa ſunt ſpurciſſimis,
Ne clanculum vitia indecora exerceant,
Sed præmia diſciplinas maneant improbas.
Hæc tu exſecrare, ac pupulam ne pollue:
Vitato corruptelam oculorum quamlibet,
Ut pupulæ tuæ mihi maneant virgines.
Multo magis cruenta fuge ſpectacula
Lurcorum, inexpletus quibus eſt venter deus:
Nam cum mancipia ſint gulæ, turpiſſimi
C Morbi, fere juſſis ſceleſtis ſerviunt.
Verum iſta, membrorum reliquorum acerba hera,
Intus ſedet, venditque membra beſtiis,
Sumet ipſius pretia avide devorans.
Sic improba alvus, in ferarum alvos ſolet
Cognata membra tyrannice detrudere.
Horum vitiorum vulgus iners ſpectator eſt,
Et ſicubi homo conſuluerit ſibi fuga,
Feras miſerantur, ut qui non minus ac feræ
Luſi dolis ſint, fruſtraque ibi defederint.
Sin captus homo, non abſque gemitu mugiens,
Acerba clamet, pulveremque demetat:
Ex omnium oculis commiſeratio fugit,
Et cum voluptate oritur applauſus frequens,
D Si rivulos fuſi cruoris viderint.
Gaudent enim his, quæ potius flere convenit:
Propenſioreque animo ſunt in belluas;
Quas ubi corripiunt homines, incitant magis,
Iraſque acuunt, tamquam ipſi etiam humanas ſimul
Carnes ſubigerent, inde ſedantes famem.
Atque improbi iſti venditores artuum,
Eſcæ miniſtri, ac rurſus eſca beſtiis,
In vita odioſi, poſt obitum miſerrimi,
Vitæ tam acerbum ſortiuntur exitum.
Ac membra, ſepeliuntur intra belluas,
Vel dentibus laniantur immaniſſime:
Nonnulla jam ſemeſa variis flexibus
E Tremunt ſaliuntque, atque etiamnum celeris fugæ
Tempus putant, curſumque inire geſtiunt.
Hujuſmodi crudelibus ſpectaculis
Ne polluas oculos, virumque cadavera

* Γρ. εἰ ſeu ἄν.

V. 92. *Flexuque membrorum*] Μελῶν λογισμοῖς. Sic etiam fere Billius: videtur tamen minus aptum, erit potius τό, μελῶν, referendum ad illud ultimum, φύσιν. Velut, *Mentis propoſito, malis cogitatibus*, diſtorquentes naturam membrorum, ſeu convertentes in ſequiorem uſum & innaturalem: quemadmodum ad Ro. 1. 26. Paullus queritur.

V. 113. *Ut pupulæ-virgines*] Κόρας παρθένους. Fortaſſis alluſione ad falſum illud Diogenis apud Laert. l. 6. qui Didymoni mœcho, puellæ cujuſdam oculos curanti, dicebat: ὅρα μὴ τὸν ὀφθαλμὸν τῆς παρθένου ἰατρεύων, τὴν κόρην φθείρῃς, populam ſeu puellam corrumpas: voce ad utrumque ambigua. Vel potius reſpicit verba dominica. *Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, &c.* Matth. 5. 28. Vix certe occurrerint in Amphilochio noſtro, aliæ quam ſacræ alluſiones, quamquam Hieronymus, etiam ſæcularem ſcientiam in eo miratus ſit, epiſt. ad Magnum. Affert Billius aliud ſcitum ex Plut. quo reſpicere potuit. Plura interpres de his omnibus ſpectaculis & ludis, maliſque inde orientibus, nec lectu indigna, quæ non exſcribimus.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
370.



A Ἄνδρας θανόντας, θηρία πεπλεγμένα,
Τάφους τρέχοντας, συγγενεῖς δὲ κειμένους.
Καὶ μὴν τὸ πολλοῖς μᾶλλον ἡμερώτερον
Δοκοῦν θέαμα πωλικῶν ἱπποδρόμων,
Καὶ τοῦτο λοιμός ἐστι καὶ ψυχῆς νόσος.
Πόλεις διασπᾷ, δῆμον εἰς στάσιν φέρει,
Μάχας διδάσκει, λοίδορον θήγει στόμα,
Τέμνει πολιτῶν φίλτρα, συγκρούει γένη,
Καταισχύνει γέροντας, ἐκμαίνει νέους,
Ἔχθρας ἀνάπτει φιλτάτων, πατεῖ νόμους.
Κακῶν δὲ τούτων ἄλγιον τολμᾷ κακόν.
Κινεῖ γόητας τοῖς μανεῖσι συμμάχους,
Νίκης βοηθοὺς, καὶ τρέφει νόσῳ νόσον.
Ἐπὰν γὰρ ἐκκαυθῶσιν εἰς θερμὴν ἔριν,
B Πρὸς τοὺς γόητας εὐθὺς αὐτοῖς ὁ δρόμος.
Οἱ δ' αὖ καλοῦσι δαιμόνων πονηρίαν
Συνεργὸν αὐτοῖς πτωμάτων, συντριμμάτων,
Φόνων· κακοῖς γὰρ δαιμόνων χαίρει στρατός.
Οὐκοῦν ἐναργῶς, καὶ τὸ δόξαν ἥμερον
Ἐριστικὸν θέαμα τῶν ἱπποδρόμων,
Ψυχῶν ὄλεθρός ἐστι, σωμάτων μάχη,
Καὶ πρός γε τούτοις, χρημάτων σαφὴς βλάβη;
Πόσους μὲν οἴκους ἀθρόως κατέσπασε;
Πόσους προσαιτεῖν πλουσίους ἠνάγκασε;
Πόσας δὲ τὸ πρὶν εὐνομουμένας πόλεις
Ἄρδην καθεῖλεν; ὡς γὰρ ἡβῶσα στάσις,
Φόνοις δυναστῶν ἔχρανε δήμου χέρας,
Χήρωσεν ἀνδρῶν τὰς πόλεις νόμῳ ξίφους,
C Πῦρ καὶ σίδηρος τὰς πόλεις ἐνείματο,
Σφαγαῖς κολάζων τὰς σφαγὰς, φόνοις φόνους.
Τίς οὖν θεᾶσθαι σωφρόνων ἀνέξεται,
Γοητείας ἅμιλλαν, οὐχ ἵππων τάχος,
Στάσιν φόνον τίκτουσαν, ἀστέων νόσον;
Σὺ δ' ἀντὶ τούτων χαῖρε τοῖς μαθήμασιν,
Ἐξ ὧν, ὅ, τι κράτιστον, ἀσκήσεις τρόπον.
Ἐπὰν δὲ τὸν νοῦν μετρίως προγυμνάσῃς,
Ὡς ἐν παλαίστρᾳ, ποικίλοις συγγράμμασιν,
Αὐταῖς ἐνάθλει ταῖς θεοπνεύσταις γραφαῖς,
Διττῶν διαθηκῶν συλλέγων πλοῦτον μέγαν,
Τῆς μὲν παλαιᾶς, τῆς δὲ καὶ καινῆς ἀεί.

Καινὴ γάρ ἐστιν, δεύτερον γεγραμμένη,
D Καὶ τὴν * μεθ' ἑαυτὴν μηκέθ' ἕξουσα τρίτην.
Ταύταις ἁπάσαις ἀσμένως σπουδὴν νέμε,
Παρ' ὧν μαθήσῃ χρηστὸν ἐξασκεῖν τρόπον,
Καὶ τόν γ' ἀληθῆ, καὶ μόνον Θεὸν σέβειν.
Μονὰς γάρ ἐστι καὶ τριὰς [ἡ] ἀΐδιος,
Πατὴρ σὺν υἱῷ καὶ ** πανάγνῳ πνεύματι,
Τριὰς προσώποις εὐκρινὴς, μονὰς φύσει.
Μήτ' οὖν ἀριθμῷ συγχέῃς ὑποστάσεις,
Μήτ' αὖ Θεὸν σὺ προσκυνῶν τέμνῃς φύσιν.
Μία τριὰς γὰρ, εἷς Θεὸς παντοκράτωρ·
Τουτέστι λεπτὸν εὐσεβὲς μυστήριον.
Στενὴ γὰρ ὄντως τῆς ἀληθείας ὁδός.
Ἀτραπὸς, ἀμφίκρημνος, ἐκτεθλιμμένη·
Ἧς οἱ ἐξολισθήσαντες ἐξ ἐναντίων,
Κατερράγησαν εἰς βαθύκρημνον πλάνην.
E Σαβέλλιος μὲν πρὸς Ἰουδαίους βλέπων,

* Al. Μετ' αὐτήν. ** Al. Παναγίῳ.

A Nudata cernas, & saturatas hinc feras,
Sepulcra viva, quæ propinquos contegant.
Quin illud etiam, quod nonnihil humanius
Multis videtur, hippodromi spectaculum,
Malignus animæ morbus atque pestis est.
Nam seditiones conflat, urbes distrahit,
Pugnas docet, ora acuit maledica, civium
Amicitias secat, familias concitat,
Senibus pudorem affert, juvenes in rabiem agit,
Carissimos odiis replet, jus proterit.
Sed audet aliquid gravius, ut se se magi
Jungant furentibus socios certaminis &
Victoriæ, morbusque morbum nutriat.
Nam sicubi exarsere lite fervida,
B Statim ad suos præstigiatores volant,
Qui dæmonum nequitiam in auxilium vocent,
Aut lapsuum, aut contusionum, aut cædium.
Nam dæmonum iste exercitus gaudet malis.
Nonne ergo quamvis in speciem mansueta sit,
Equestrium certaminum spectatio,
Mera est pernicies animæ, pugna corporum,
Atque evidens damnum rei domesticæ?
Nam quot divites familias prostravit hæc?
Quot divites mendicitati tradidit?
Quæso quot urbes, constitutas optime,
Evertit? Hæc, ut seditio gliscens, manus
Vulgi imbuit potentiorum cædibus,
Gladiique jure, viris viduavit oppida,
C Ferroque & igne civitates perdidit,
Cædes coercens cædibus, necem nece.
Quis ergo sapiens hæc sustineat cernere?
Non sunt equorum agilitas, sed præstigiæ,
Cædes pariens seditio, morbus urbium.
Horum loco, tu disciplinis gaudeas,
Queis excolas mores; quod utilissimum est.
Sed quando varia lectione cor tuum,
Tamquam in palæstra exercueris mediocriter:
Incumbe sacris litteris, uberrimas
Opes utriusque Testamenti colligens;
Quorum alterum est vetus, alterum semper Novum.
Namque id Novum est, quod posteriore sæculo
D Scriptum fuit, nec post se habebit tertium.
Illis libenter omne studium impertias,
Ut inde morum haurire possis regulam,
Sacrumque cultum unius ac veri Dei.
Namque unitas, & sempiterna est Trinitas,
Paterque, Filiusque, sacerque Spiritus;
Discreta personis, Trias: una, essentia.
Non ergo confundas numeris hypostases,
Rursusve naturam seces, Deum invocans.
Namque una Trias est, unus omnipotens Deus.
Hoc arduum pietatis est mysterium.
Nam [a] veritatis arcta plane est semita,
Detritaque & præceps in utrumuis latus:
Hinc, qui viis contrariis exorbitant,
Ruunt in errorum profundos gurgites.
E Sabellius, qui Judaicum spectat gregem,

[a] Matth. VII. 14.

V. 162. *Præstigiatores*] Exstat lex ult. C. de maleficis & mathem. qua Valentinianus, Theodosius & Arcadius, in id genus hominum, qui inter agitandum diabolicis præstigiis uterentur, pœna capitis animadvertendum statuissent. Cogebat in hæc præcipitia, gloriæ sacra fames, & quod agitatione victores, vulgi plausu exciperentur, aliasque consequerentur honoris prærogativas, publicis interdum marmoribus incisis præconiis, quorum exemplar habet Philander Castilion. in nova Vitruvii edit. l. 5. c. 3. ac etiam statuis nonnumquam positis; ut videtur colligi ex Luciano in Nigrino, ubi is, theatris & Circo, *τὰς τῶν ἡνιόχων εἰκόνας*, *agitatorum imagines*, conjunxit.

V. 199. *Hoc arduum*] Λεπτὸν, *Subtile:* ut melius, Billius. Quod vero additur; *εὐσεβὲς μυστήριον*, non refert illud. Tim. 3. 16. *Magnum manifeste pietatis sacramentum:* cum ibi *περὶ οἰκονομίας* sit sermo, heic autem *περὶ θεολογίας*. Ibi agatur de Incarnatione, heic de Trinitate, quæ & ipsa *εὐσεβὲς μυστήριον* est: velut vera pietate colendum credendumque. Unde minus apte locus ille fuerat margini adscriptus. Porro ostendunt tum heic posita, tum ex regio codice, ad Basilii catechesim addita, fragmentumque ex epistola ad Seleucum, quod damus ex iisdem Christianissimi cimeliis, quam fuerit auctor accuratus in Theologia.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 370.

A Εἰδωλολάτρας δ' Αρειος μιμέμενος·
Ο μὲν, προσώπων συγχέων ὑπόςασιν,
Ο δ' αὖ μερίζων δυσσεβῶς τὴν ἐσίαν.
Σὺ δ' ἀκλινῶς φύλασσε τὴν μέσην ὁδὸν,
Ως χρὴ, διαιρῶν· καὶ σωάπτων, ὡς θέμις.
Σωάπτεται γὰρ ἡ τριὰς ἀσυγχύτως,
Ωσπερ κ' ἀτμήτως ἡ μονὰς χωρίζεται·
Η γὰρ φύσις, ἄτμητος· αἱ δ' ὑποςάσεις,
Αεὶ μένεσι παντελῶς ἀσύγχυτοι.
Τούτων φύλαξ μοι διαμένοις τῶν δογμάτων,
Καὶ γνήσιος μὲν ἐργάτης τῶν ἐντολῶν,
Σοφὸς δ' ἁπάσαις μυςικαῖς θεωρίαις,
Αεὶ προκόπτων, μήποτ' ἐκφυσώμενος.
Μείζων ἐπανθήσει γὰρ οὕτως ἡ χάρις.
B Ορᾷς, ὁ πιςὸς Μωϋσῆς ὁ τῦ Θεῦ
Ανθρωπος, εἰκὼν τῦ κατ' ἀρετὴν βίυ,
Οπως ἅπασαν ἐκμαθὼν Αἰγυπτίων
Σοφίαν τὰ πρῶτα, κἂν βάθει πλύτῳ τραφεὶς,
Εκὼν φυγάς τε καὶ πένης ἐγίνετο;
Κἂν ταῖς ἐρήμοις τῆς ἐν Αἰγύπτῳ τρυφῆς
Θῆσσαν τράπεζαν ποιμένων ἠλλάξατο,
Δόξης τυράννων προκρίνας σκληρὸν βίον,
Εως τελείων ἄξιος θεαμάτων
Κριθεὶς, μέγιςον ἀγγέλυ μυστήριον
Εἶδε, φανέντος ἐν πυρὶ φλογὸς βάτυ,
Εἶτ' ἀξιωθεὶς καὶ Θεῦ πρῶτον τότε
Φωνῆς ἀκῦσαι, καὶ λαβὼν ἐξυσίαν,
Λαὸν ςένοντα δύλειον λύει ζυγὸν,
C Αρχει τε παντὸς τῦ γένυς, ψήφῳ Θεῦ.
Λαβὼν τοσῦτον ὕψος ὐδ ἐπαίρεται,
Αλλ' ἰσχνόφωνον καὶ βραδύγλωσσόν τινα
Φησὶν ἑαυτὸν, ἀσθενῆ τ' εἶναι λέγων,
Ως ἂν φρονῶν ταπεινὸν, ἰσχυρὸς μένῃ.
Τούτου φύλαττε τοῦ βίου τὴν εἰκόνα,
Μορφῶν σεαυτὸν τῷ τρόπῳ τοῦ Μωσέως,
Καὶ τὴν μάθησιν τῶν παρ' Ελλησι λόγων,
Ωσπερ δικαςὴς ἔννομον ψῆφον φέρων,
Υπηρετεῖσθαι τάξον, ὡς ἐςὶ πρέπον,
Τῇ τῶν ἀληθῶν δογμάτων παῤῥησίᾳ,
Τῇ πανσόφῳ τε τῶν γραφῶν θεωρίᾳ.
Καὶ γὰρ δίκαιον τὴν σοφίαν τῦ πνεύματος,
Ανωθεν οὖσαν, ἐκ Θεοῦ τ' ἀφιγμένην,
D Δέσποιναν εἶναι τῆς κάτω παιδεύσεως,
Ωσπερ θεραπαίνης, μὴ μάτην φυσωμένης,
Υπηρετεῖν δὲ κοσμίως εἰθισμένης.
Τῇ τῦ Θεῦ γὰρ, ἡ κάτω δυλευέτω.
Πλὴν [a] ἀλλ' ἐκεῖνο προσμαθεῖν μάλιςά σοι
Προσῆκον. ὐχ ἅπασα βίβλος ἀσφαλὴς,
Η σεμνὸν ὄνομα τῆς γραφῆς κεκτημένη.
Εἰσὶν γὰρ, εἰσιν ἔσθ' ὅτε ψευδώνυμοι
Βίβλοι· τινὲς μὲν ἔμμεσοι καὶ γείτονες
(Ως ἄν τις εἴποι) τῶν ἀληθείας λόγων.
Αἱ δ' αὖ νόθοι τε καὶ λίαν ἐπισφαλεῖς,
Ως παράσημα καὶ νόθα νομίσματα,
Α βασιλέως μὲν τὴν ἐπιγραφὴν φέρει,
Κίβδηλα δ' ἐστὶ, ταῖς ὕλαις δολούμενα.
E Τούτων χάριν σοι τῶν θεοπνεύςων ἐρῶ
Βίβλων ἑκάςην. ὡς δ' ἂν εὐκρινῶς μάθῃς,

Et Arius, idololatricos cultus sequens.
Namque ille, personarum miscet hypostases:
Hic rursus, impie dirimit substantiam.
At tu, mediam constante observans viam,
Discerne, ut æquum est: junge rursus, ut decet.
Trias, citra confusionem jungitur:
Sine sectione ulla, unitas discernitur.
Natura dividi haud potest: hypostases,
Confusionis semper expertes manent.
Horum mihi custos maneto dogmatum.
Sincerus effector quidem legis sacræ,
Sed gnarus omnis mysticæ sapientiæ,
Non inflato animo, semper cupiens progredi.
Nam major efflorescet inde gratia.
Vides ne, Moses fidus ille vir Dei,
Vitæque honestæ imago, ut omnem primulum
Ægyptiorum [a] didicerit sapientiam,
Et educatus inter immensas opes,
Egenus [b] & exsul sponte factus sit sua,
Mensamque servilem, in loco solo, Phari
Cum deliciis sceptroque permutaverit,
Vitam asperam pompæ tyranni præferens,
Quousque perfectissimo spectaculo
Magnum [c] videret Angeli mysterium,
Ardentis in viridi rubo flammæ igneæ,
Dignusque censeretur, ut vocem Dei
Audiret, atque auctoritate præditus
Populo gementi triste demeret jugum,
Totamque gentem calculo regeret Dei.
Isthoc tamen rerum haud superbit culmine;
Sed tardiloquum blæsumque se se ac debilem
Fatetur, ut de se modeste sentiens,
Vires suas roburque servet integrum.
Hujusmodi vitæ tuetor imaginem,
Mosisque conformato te te moribus,
Gentiliumque disciplinas quaslibet,
Ut censor æquus, calculum justum ferens,
Jubeto subservire puri dogmatis
Licentiæ, veræ sacrique codicis
Considerationi sapientissimæ.
Nam justum id est, ut Spiritus sapientia,
Superne ab ipsomet profecta Numine,
Sit domina terrenæ scientiæ, velut
Ancillulæ, quæ fastu inani haud turgeat,
Sed servitiis decenter assuefacta sit.
Terrena namque his quæ Dei sunt, serviant.
Quin maxime hoc quoque convenit te discere,
Non tuto cuivis esse credendum libro,
Qui biblici prænomen augustum ferat.
Quandoque falso nominati sunt libri.
Quidam intermedii, vel propinqui terminis
(Ut sic loquar) sunt veritatis dogmati:
Quidam spurii, periculosique admodum,
Tamquam notha, sive adulterina nomismata,
Inscriptionem regis equidem habentia,
Sed materiæ ratione vitiosissima.
Ut ergo liquido hos noris, tibi singulos
Divinitus inspiratos numerabo libros,

a Hos & sequentes Jambos Amphilochianos usque ad ℣. 319. refert in suis *Pandectis Canonum* Beveregius tom. II. pag. 179. & seq.

a Act. VII. 22. Hebr. XI. 26. b Exod. II. 15. Hebr. XI. 15. c Exod. III. 2.

V. 206. *Personarum miscet hypostases*] Προσώπων συγχέων ὑπόστασιν. Potius, hypostasim, seu, substantiam: erat enim ille Sabellii error, ut essent πρόσωπα & personæ sine re; una autem hypostasis & subsistentia: qua etiam ratione, quondam Græcis suspectum fuit τὸ πρόσωπον & persona, donec explicato quid Latini ea voce intelligerent, agente Athanasio, pax firmata est. Non male Billius: *Personam in unam contrahens*, &c.

V. 224. *Mensamque servilem*] Θῆσσαν. velut mercenariam: a θὴς, quod est famulus, mercede serviens: in quam vocem plura Steph. in appendice.

V. 254. *Falso nominati libri*] Plura hæretici jam olim supposuerunt, quo bellis inscriptionibus fucum legentibus facerent: in quos ipse Amphilochius egregie pronuntiat, relatus in VII. Synodo: pluribus etiam Leontius Neapoleos Cypri episcopus orat. in mediam Pentecosten, quam ex regio codice daturi sumus.

V. 262. *Divinitus inspiratos*] Sunt etiam alii, de quibus modo nefas dubitare, postquam Ecclesiæ judicium, longa traditione probante, accessit: qua de re videndus Canus noster l. 2. de locis, aliique in procemiis biblicis.

Τὰ τῆς παλαιᾶς πρῶτα διαθήκης ἐρῶ.
Η πεντάτευχος τὴν κτίσιν, εἶτ' ἔξοδον,
Λευιτικὸν δὲ τὴν μέσην ἔχει βίβλον,
Μεθ' ἣν ἀριθμοὺς, εἶτα Δευτερονόμιον.
Τούτοις Ιησοῦν προστίθει, καὶ τοὺς κριτὰς,
Επειτα τὴν Ρούθ, Βασιλειῶν τε τέσσαρας
Βίβλους, Παραλειπομένων δέ γε ξυνωρίδα.
Εσδρας ἐπ' αὐταῖς πρῶτος, εἶθ' ὁ δεύτερος.
Εξῆς στιχηρὰς πέντε σοι βίβλους ἐρῶ,
Στεφθέντος ἄθλοις ποικίλων παθῶν Ιὼβ,
Ψαλμῶν τε βίβλον, ἐμμελὲς ψυχῆς ἄκος.
Τρεῖς δ' αὖ Σολομῶντος τοῦ σοφοῦ, Παροιμίας,
Εκκλησιαστὴν, Ασμά τε τῶν Ασμάτων.
Ταύταις προφήτας προστίθει τοὺς δώδεκα,
Οσεὲ πρῶτον, εἶτ' Αμὼς τὸν δεύτερον,
Μιχαίαν, Ιωὴλ, Αβδίαν, καὶ τὸν τύπον
Ιωνᾶν αὐτοῦ τοῦ τριημέρου πάθους.
Ναοὺμ μετ' αὐτοὺς, Αββακοὺμ, εἶτ' ἔνατον
Σοφονίαν, Αγγαῖόν τε καὶ Ζαχαρίαν.
Διώνυμόν τε, ἄγγελον Μαλαχίαν.
Μεθ' οὓς προφήτας μάνθανε τοὺς τέσσαρας,
Παῤῥησιαστὴν τὸν μέγαν Ησαΐαν,
Ιερεμίαν τε συμπαθῆ, καὶ μυστικὸν
Ιεζεκιὴλ, ἔσχατον δὲ Δανιὴλ,
Τὸν αὐτὸν ἔργοις καὶ λόγοις σοφώτατον.
Τούτοις προσεγκρίνουσι τὴν Εσθὴρ τινες.
Καινῆς διαθήκης ὥρα μοι βίβλους λέγειν.
Εὐαγγελιστὰς τέσσαρας δέχου μόνους,
Ματθαῖον, εἶτα Μάρκον, ᾧ Λουκᾶν τρίτον
Προσθεὶς, ἀρίθμει τὸν Ιωάννην χρόνῳ
Τέταρτον, ἀλλὰ πρῶτον ὕψει δογμάτων·
Βροντῆς γὰρ υἱὸν τοῦτον εἰκότως καλῶ,
Μέγιστον ἠχήσαντα τῷ Θεοῦ λόγῳ·
Δέχου δὲ βίβλον Λουκᾶ καὶ τὴν δευτέραν,
Τὴν τῶν καθολικῶν πράξεων ἀποστόλων.
Τὸ σκεῦος ἑξῆς προστίθει τῆς ἐκλογῆς,
Τὸν τῶν ἐθνῶν κήρυκα, τὸν ἀπόστολον
Παῦλον, σοφῶς γράψαντα ταῖς ἐκκλησίαις
Επιστολὰς δὶς ἑπτὰ, Ρωμαίων μίαν,
Η χρὴ συνάπτειν πρὸς Κορινθίους δύο,
Τήν πρὸς Γαλάτας τε, καὶ τὴν πρὸς Εφεσίους, μεθ' ἣν
Τοῖς ἐν Φιλίπποις, εἶτα τὴν γεγραμμένην
Κολασσαεῦσι, Θεσσαλονικεῦσι δύο,
Δύο Τιμοθέῳ, Τίτῳ δὲ καὶ Φιλήμονι,
Μίαν ἑκατέρῳ, καὶ πρὸς Εβραίους μίαν.
Τινὲς δέ φασι τὴν πρὸς Εβραίους νόθον,

Οὐκ εὖ λέγοντες, γνησία γὰρ ἡ χάρις.
Εἶεν τί λοιπόν; καθολικῶν ἐπιστολῶν
Τινὲς μὲν ἑπτά φασιν, οἱ δὲ τρεῖς μόνας
Χρῆναι δέχεσθαι, τὴν Ιακώβου μίαν,
Μίαν δὲ Πέτρου, τήν τ' Ιωάννου μίαν.
Τινὲς δὲ τὰς τρεῖς, καὶ πρὸς αὐταῖς τὰς δύο
Πέτρου δέχονται, τὴν Ιούδα δ' ἑβδόμην.
Τὴν δ' Αποκάλυψιν τὴν Ιωάννου πάλιν
Τινὲς μὲν ἐγκρίνουσι, οἱ πλείους δέ γε
Νόθον λέγουσιν. οὗτος ἀψευδέστατος
Κανὼν ἂν εἴη τῶν θεοπνεύστων γραφῶν,
Αἷς εἰ σὺ πεισθῇς, ἐκφύγεις κόσμου πάγας,
Ματαιότητα δ' ἐλπίδων ῥίψεις κάτω,
Πλοῦτον δὲ τὸν φεύγοντα δαψιλεῖ χερὶ
Σπείρας πένησιν, ἀσφαλὲς μένων θέρος.

A Primumque prisci fœderis scripta eloquar.
Mosaica Pentateuchus Genesin, Exodum,
Leviticumque intermedium complectitur,
Quarto Numeros: postremo Deuteronomium.
Huic Josuam subjungito, atque Judices.
Deinde Ruthem, & quatuor Regum libros,
Atque insuper Paralipomenon bigas sacras:
Esdræ prius volumen, & ejusdem alterum.
Hinc quinque libros metrico scriptos pede,
Jobi coronati e variis victoriis,
Psalteriumque, animæ salubre pharmacum,
Ac tres Salomonis inclyti: Proverbia,
Ecclesiasten, & Canticorum Canticum.
His porro bissenos Prophetas addito.
B Osee primum, & altero Amosum loco,
Michæam, Joel, Abdiam, & Jonam vagum,
Qui triduanæ passionis est typus.
Post hunc Naum, Abbacum, atque novum ex ordine
Sophoniam, Haggæumque cum Zacharia:
Et Angelum, binonimem Malachiam.
Dehinc Prophetas quatuor considera:
Magnum Esaiam, differentem libere,
Et condolentem Jeremiam, cum mystico
Ezechiele, quem sequetur Daniel,
Verbisque & ipsis factis sapientissimus.
His additur Esther a quibusdam: at tempus est,
Ut fœderis novi libros recenseam.
Evangelistas recipe tantum quatuor,
C Matthæum, & inde Marcum, ei Lucam adjice
Ceu tertium: quarto Joannem tempore,
Primum tamen sublimitate dogmatum,
Quem jure dicas [a] Filium tonitrui,
Quod sonuerit Verbum Dei gravissime.
Sed alterum Lucæ librum quoque suscipe,
Qui cuncta Apostolorum gesta continet.
His adde Paullum, [b] electionis vasculum,
Gentilium præconem [c], Apostolum Dei,
Qui scripsit erudito Ecclesiis stilo
Epistolas bis septem: ad urbis incolas
Romæ, unicam; sed ad Corinthios, duas:
Unam ad Galatas; & inquilinos Ephesios:
Hinc ad Philippenses; Colossenosque item:
D Rursusque Thessalonicæ civibus duas.
Duas Timotheo, sed Tito ac Philemoni,
Utrilibet unam; ad Hebræos unam modo
Quidam hanc ad Hebræos notham aut spuriam vocant,
Sed perperam: namque hæc genuina est gratia.
Quid restat inde? E Catholicis epistolis,
Alii quidem septem: alii tres tantummodo
Dicunt recipiendas, Jacobi Apostoli
Unam; Petri unam; unamque Joannis: licet
Ejusdem Joannis alii tres, & duas
Petri recipiunt, atque Judæ septimam.
Sed Apocalypsim ab Joanne traditam
Quidam approbant, plerique notham pronuntiant.
E Atque hic sacrarum literarum sit Canon
Certissimus: harum ductui si obtemperes,
Vitabis explicata mundi retia, &
Vanæ spei simulacra prosternes humi,
Opesque fluxas pauperum gregi manu
Larga seres, messem manens tutissimam.

[a] Marc. III. 17. [b] Act. IX. 15. [c] Galat. II. 9.

V. 282. *Et Angelum, binonimem Malachiam*] Alludit ad nomen *Angeli*, quod soli LXX. reddiderunt teste Hieronymo, retinentibus aliis nomen proprium, ubi in Hebræo est מלאכי Malach. 1. 1. in quo nihil auctor favet Origeni, aliisque volentibus verum Angelum Malachiam in carne assumta. De qua re Cornel. &c.

V. 297. *Qui cuncta Apostolorum gesta*] Τὴν τῶν καθολικῶν πράξεων. Potius. *Qui universim ab Apostolis gesta*: velut in communi & communiter, cum nimirum accepto Spiritu sancto cœperunt Jerosolymis prædicationi [illegible]. Postmodum enim digreditur ad sola fere gesta Pauli [illegible] nec nisi ad biennium ejusdem commorantis Romæ pervenit. Minus etiam exprimit Billius, *Apostolorum gesta qui [illegible]nit*. Hæc nobis satis, qui veterum dare malumus, quam nostra.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
370.

A

Ἐν οὐρανοῖς γὰρ τὸ σπαρὲν θησαυρεῖς.
[Χριστῷ δ' ἕποιο τῷ σοφῷ Θεοῦ λόγῳ.]
Ὦ τρισμακάριστος * καὶ τρισόλβιος σύ γε,
Πολλοῖς γέρουσι καὶ νέοις ἀστὴρ φανείς.
Λάμπει γὰρ ἄστρων μᾶλλον εὐσεβὴς βίος.
Καί σε προφητῶν, μαρτύρων, ἀποστόλων,
Χορὸς παραστὰς, ὥσπερ οἰκεῖον μέλος,
Στέψει προπέμπων ἐπινίκιον κρότον.
Τρυγῶν δ' ἄπαυστον δόξαν, ἡσθήσῃ τότε,
Μέσος χορεύων ἀγγέλων στεφηφόρος.
Ἔρρωσο, καὶ μέμνησο τῶν γεγραμμένων.

Nam gazæ ad instar condes in cælo sata.
(Christum sequaris, qui sapiens Verbum est Dei)
O ter beatus, terque felicissimus,
Lucens ut astrum, senibus ac juvenculis;
Nam vitæ pietas lucet, actis claret.
Te Vatum, Apostolorum & omnis martyrum
Cinget chorus, & ceu corporis membrum sui
Te redimiet, plausu triumphali addito.
Tunc gloria frueris incessabili,
Et laurifer saltabis inter Angelos.
Valeto, scriptorumque ne sis immemor.

B

Τὴν σεμνότητος ἁγνείας τ' ἀσκήσεως
Ἔμψυχον εἰκόνα, πίστεώς τε σφραγίδα
Ὀλυμπιάδα πρόσειπε τὴν θείαν [τεήν.]

Fidei typum, gravisque sanctimoniæ
Imaginem vivam, salutes plurimum:
Olympiadem, dico, tuam materteram.

Ἢν ἐθέλησθα Σέλευκε μαθεῖν τὸν ἀριθμὸν Ἰαμβῶν,
Τρεῖς ἑκατοντάδας ἴσθι, τόσας δεκάδας, μονάδας τρεῖς.
Αἰεὶ γάρ σε τέκος τριάδος φίλον εὔχομαι εἶναι.

Jamborum numerum vis scire, Seleuce? teneto
Tres hecatontadas, & decadas totidem, monadas tres.
Semper enim Triadis sobolem te comprecor esse.

* Al. ὦ.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ
ΑΜΦΙΛΟΧΙΟΥ
ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΙΚΟΝΙΟΥ
ΡΗΣΕΙΣ ΚΑΙ ΕΚΛΟΓΑΙ.

SANCTI PATRIS NOSTRI
AMPHILOCHII
EPISCOPI ICONII,
SENTENTIÆ ET EXCERPTA.

I.

Apud THEODORITUM Dial. III. *opp. tom.* IV. *pag.* 166.

Τοῦ ἁγίου Ἀμφιλοχίου ἐπισκόπου Ἰκονίου, ἐκ τοῦ περὶ υἱοῦ λόγου. A

Εἰπὼν γὰρ ὁ Πέτρος, ὅτι καὶ κύριον καὶ Χριστὸν αὐτὸν ἐποίησεν ὁ Θεὸς, ἐπήγαγε, τοῦτον τὸν Ἰησοῦν, ὃν ὑμεῖς ἐσαυρώσατε, τοῦτον ὁ Θεὸς ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν. ἐνεκρώθη δὲ, οὐχ ἡ θεότης, ἀλλ' ὁ ἄνθρωπος. καὶ ὁ ἐγείρας αὐτὸν, ἐστὶν ὁ λόγος, ἡ δύναμις τοῦ Θεοῦ, ὁ εἰπὼν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶ ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. ὥστε ἐὰν λέγηται, καὶ κύριον αὐτὸν καὶ Χριστὸν ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν νεκρωθέντα, καὶ ἐκ νεκρῶν ἀναστάντα, τὴν σάρκα λέγει, καὶ οὐ τὴν θεότητα τοῦ υἱοῦ.

Sancti AMPHILOCHII *episcopi Iconii*, *ex Oratione* de Filio Verbo.

CUm dixisset Petrus, [a] *Et Dominum, & Christum eum fecit Deus*: subjunxit, [b] *Hunc Jesum, quem vos crucifixistis, hunc Deus suscitavit ex mortuis*. Mortua autem est, non divinitas, sed homo. Qui vero ipsum suscitavit, Verbum est, Dei virtus: is qui dixit in Evangelio: [c] *Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud*. Quare cum dicitur: *Et Dominum eum & Christum fecit Deus*, qui morte affectus est, & a mortuis resurrexit; carnem dicit, & non divinitatem Filii.

II.

Apud eumdem THEODORITUM *ibid.*

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ κατὰ Ἀρειανῶν λόγου. B

Καὶ [1] ἵνα μὴ μακρὸν ἀποτείνω τὸν λόγον, συντόμως ἐρωτῶ σε, αἱρετικέ. ὁ ἐκ τοῦ Θεοῦ πρὸ τῶν αἰώνων γεννηθεὶς ἔπαθεν, ἢ ὁ ἐκ τοῦ Δαβὶδ ἐν ὑστέροις καιροῖς τεχθεὶς Ἰησοῦς; εἰ μὲν οὖν θεότης ἔπαθεν, εἶπας τὸ βλάσφημον· εἰ δὲ ὁ ἄνθρωπος, ὡς ἔχει ἡ ἀλήθεια, τίνος οὖν ἕνεκεν μὴ προσάπτεις τῷ ἀνθρώπῳ τὸ πάθος;

EJUSDEM *ex Oratione* adversus Arianos.

Ac ne longa utar oratione, paucis te rogo, hæretice. Qui ex Deo est ante sæcula genitus, passus est, an qui ex David in novissimis temporibus natus est Jesus? Si ergo divinitas passa est, blasphemiam dixisti: sin homo, ut veritas habet, cur homini passionem non adscribis?

III.

Apud CYRILLUM ALEX. *lib.* de recta fide, *opp. tom.* V. *part.* II. *sub fin. pag.* 50.
& CONCIL. EPHES. *part.* I. *tom.* III. Concilior. *p. m.* 683.

Ἀμφιλοχίου ἐπισκόπου Ἰκονίου, ἐκ τοῦ περὶ τῆς κατὰ σάρκα γεννήσεως.

C Ἡ ἀλήθεια ἐγνώσθη, ἡ χάρις ἦλθε, καὶ ἡ ζωὴ ἐφάνη· ὁ τοῦ Θεοῦ υἱὸς ὢν, ὁ ἐκ Θεοῦ λόγος, σὰρξ

AMPHILOCHII *episcopi Iconii*, *ex libro* de generatione Domini secundum carnem.

Veritas cognita est: gratia venit: vita apparuit: Dei Verbum, Deique Filius propter nos incarna-

a Act. II. v. 36. *b* Ibid. ℣. 32. *c* Joan. II. 19.

1. Καὶ ἵνα μὴ μακρ.] Recitat hunc locum Facundus Hermianensis lib. XI. cap. III. pag. 761. eumque ita redditum refert: „ Et ut non longum extendam sermonem, breviter te requiro. Qui natus est ex Deo ante sæcula, „ passus est, an qui ex David in ultimis temporibus generatus est Jesus? Si quidem divinitas passa est, dixisti „ blasphemiam: si autem homo, sicut veritas habet, quare non applicas homini passionem, aut humilia non „ consuis verba? „ Hæc Facundus. Postrema omisit Theodoritus. Vide sis quæ infra ad Fragm. XI. adnotantur.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

ἐγένετο δι' ἡμᾶς, ἵνα θνητοὺς εἰς ζωὴν αἰώνιον ἀναστήσῃ, καὶ ἐκ τῶν νεκρῶν ἀνεγείρῃ· ὁ ποιητὴς τῶν ὅλων, ὁ πρὸ πάσης κτίσεως ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων, μόνῳ πατρὶ καὶ πνεύματι συνυπάρχων ἀθάνατος, σήμερον ἰδοὺ ἐκ παρθένου γεννώμενος, χωρὶς πάσης ἁμαρτίας, ἄνευ ἀνθρώπου, ἤτοι ἀνδρός.

A tus est, quo nimirum mortales ad vitam æternam revocaret & a mortuis excitaret. Universorum opifex, qui ante omnem creaturam tam visibilem quam invisibilem, soli Patri & Spiritui sancto coexsistebat immortalis; ecce is extra ullum peccatum, ullamque cujuspiam hominis aut viri operam, hodie nobis ex Virgine nascitur.

Ex CONCILIO EPHESINO *part.* II. *act.* I. *tom.* III. *Concilior. pag.* 1063.

Item ex CONCILIO CHALCED. *part.* II. *act.* I. *tom.* IV. *Concil. pag.* 1145.

Ἀμφιλοχίου ἐπισκόπου Ἰκονίου.

AMPHILOCHII *episcopi Iconii.*

Ἐπειδὴ γὰρ ὁ αὐτὸς βασιλεὺς καὶ Θεὸς, καὶ νεκρώσεως διὰ τὴν τοῦ πάθους οἰκονομίαν γευσάμενος, τὰ δῶρα τῶν μυστηρίων ἐστὶν αἰνίγματα. προσφέρουσιν οἱ μάγοι χρυσίον, γνωρίζοντες αὐτὸν εἶναι βασιλέα. προσφέρουσι λίβανον· Θεῷ γὰρ ἴσασι προσφέροντες. προσφέρουσι σμύρναν, διὰ τὴν ἐν τῷ μυστηρίῳ τοῦ πάθους νέκρωσιν.

B Quoniam enim idem Rex & Deus est, & mortem ob passionis dispensationem gustavit, munera mysteriorum sunt indicia. Offerunt magi aurum cognoscentes ipsum esse Regem: offerunt tus: norunt enim se Deo offerre: offerunt myrrham, propter mortem in mysterio passionis.

Ex CONCIL. CHALCED. *part.* II. *act.* I. *tom.* IV. *pag.* 1145.

Ὁμοίως τοῦ αὐτοῦ.

Item ex EODEM

Εἰ μὴ γὰρ ἐκεῖνος ἐγεννήθη σαρκικῶς, οὐκ ἂν σὺ ἀνεγεννήθης πνευματικῶς. εἰ δὲ μὴ ἐκεῖνος ἠνέσχετο τῆς τοῦ δούλου μορφῆς, οὐκ ἂν σὺ τὴν δόξαν τῆς υἱοθεσίας ἐκέρδανας. διὰ τοῦτο γὰρ ἐπὶ τῆς γῆς ὁ ἐπουράνιος, ἵνα σὺ ὁ ἐπὶ γῆς εἰς οὐρανὸν ἀναχθῇς. διὰ τοῦτο Χριστὸς ἑαυτὸν ἐκένωσεν, ἵνα ἡμεῖς πάντες ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ λάβωμεν. ἐκείνου θανόντος γέγονέ σοι ἀθανασία. τὸ τοῦ δεσπότου πάθος γέγονε τοῦ δούλου ὕψωμα. σὺ δὲ τὴν εὐεργεσίαν λαμβάνεις βλασφημίας ἐφόδιον.

Nisi enim ille natus fuisset secundum carnem; non renascereris tu spiritualiter. Nisi ille dignatus fuisset formam servi suscipere; nequaquam tu gloC riam adoptionis lucratus esses. Propterea enim cælestis in terram descendit, ut tu qui in terra es, in cælum extollaris. Ideo Christus semetipsum exinanivit, ut nos omnes de plenitudine ejus acciperemus. Illius mors facta est tibi immortalitas, passio Domini facta est servo exaltatio. Tu autem beneficium vertis in occasionem blasphemiæ.

I V.

Ex Elementis DAMASCENI *Rupefucald.*

Τοῦ μακαρίου Ἀμφιλοχίου· ἐκ τοῦ, εἰς τὸ, κύριος ἔκτισέ με· ἀρχὴ, ὁ Δ'. λόγ.

Beati AMPHILOCHII, *ex tractatu in illud*, [a] Dominus creavit me. *Incipit:* Quarta ratio.

Τὸ ἄχρονον ἄκτιστον· τὸ δὲ ἄκτιστον ἄναρχον· τὸ δὲ ἄναρχον αἴδιον· αἴδιος δὲ μόνος ὁ Θεός· καὶ μεθ' ἕτερα. [1] ὦ τριὰς ἁγία ἐν ἑνὶ ὀνόματι ἀριθμουμένη. οὐ γὰρ λέγεται μονὰς καὶ δυάς· οὐδὲ μονὰς καὶ μονάς· ἀλλὰ τριὰς ἐν μονάδι· καὶ μονὰς ἐν τριάδι· [2] μονοειδῶς μονωνύμως. εἷς Θεὸς, πατὴρ ἐν υἱῷ, υἱὸς ἐν πατρὶ [3] σὺν ἁγίῳ πνεύματι· ἡμεῖς οἴδαμεν πατέρα, πατέρα· υἱὸν, υἱόν· ἅγιον πνεῦμα, ἅγιον πνεῦμα· τριάδα ἑνότητι· μία γάρ ἐστιν ἑνότης πατρὸς, καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος· μία οὐσία· μία κυριότης· ἓν θέλημα· μία ἐκκλησία· ἓν βάπτισμα· μία πίστις.

Quod sine tempore & ab æterno est, increatum D est: quod autem est increatum, etiam est æternum: Deus autem solus æternus est. *Et post alia.* O Trinitas in uno adcensita nomine. Nam non dicitur, unitas & binarius; neque unitas & unitas; sed Trinitas in Unitate; & Unitas in Trinitate: uniformiter; uno nomine. Unus Deus, Pater in Filio; Filius in Patre cum sancto Spiritu. Scimus ipsi, Patrem, Patrem; Filium, Filium; Spiritum sanctum, Spiritum sanctum: Trinitatem unitate. Una enim est unitas, Patris & Filii & Spiritus sancti: Una substantia: Una dominatio: Una voluntas: Una Ecclesia: Unum baptisma: Una fides.

a Prov. VIII. 22.

1. Ὦ τριὰς κ. τ. λ.] Hæc item exstant in editis *sacris Parallelis* Damascenicis, tom. II. pag. 299. ubi minus recte doctissimus editor scribit eadem legi apud Epiphanium *Ancorat.* §. X. Ceterum heic apud Damasc. ita legimus: Ὦ τριὰς ἁγία ἀριθμουμένη, τριὰς ἐν ἑνὶ ὀνόματι ἀριθμουμένη. *O Trinitas sancta quæ numeraris; Trinitas uno nomine numerata.*

2. Μον.] In edito Damasc. locus sic interpungitur: E μονοειδῶς μονωνύμως εἷς Θεός. πατ. Quod magis placet. Aliter tamen interpres, qui & vocem *Deus* omisit.

3. Σὺν ἁγίῳ πνεύματι] Heic definit fragmentum apud Damasc. aliudque subjicitur quod ejusdem Amphilochii esse, ex Rupefucald. exemplaris inscriptione putat cl. Lequien. Sic autem incipit: Μία δόξα κ. τ. λ. ut propterea illud alteri Combefisiano addendum existimavimus.

Ex Sacris Parallelis DAMASCENI, *tom.* II. *pag.* 299.

A

Τοῦ αὐτοῦ.

Μία δόξα πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος. τὴν δόξαν γάρ μου, φησὶν, ἑτέρῳ οὐ δώσω. οὐ γάρ ἐστι δεύτερος Θεὸς ὁ υἱὸς, ἀλλὰ Λόγος τοῦ ἑνὸς καὶ μόνου Θεοῦ, θεολογούμενος ἐν πατρὶ, ὡς καὶ πατὴρ ἐν υἱῷ θεολογεῖται. καθὼς καὶ Ησαΐας λέγει, θεολογῶν υἱὸν σὺν πατρί· προσκυνήσουσί σοι, καὶ ἐν σοὶ προσεύξονται· ὅτι ἐν σοὶ ὁ Θεὸς τοῦ Ισραὴλ, σωτήρ. αἰσχυνθήσονται καὶ ἐντραπήσονται πάντες οἱ ἀντικειμένοι αὐτῷ, οἱ μὴ ὁμολογοῦντες αὐτῷ, καὶ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, τῆς αὐτῆς τῷ υἱῷ οὐσίας, καὶ πλὴν αὐτοῦ [μὴ] εἶναι Θεόν.

EJUSDEM.

Una est gloria Patris & Filii & Spiritus sancti. [a] *Gloriam* enim *meam*, inquit, *alteri non dabo*. Non enim secundus Deus est Filius, sed Verbum unius & solius Dei, qui in Patre Deus esse prædicatur, quemadmodum & Pater in Filio. Velut etiam Isaias ait, dum Filium una cum Patre profitetur: [b] *Adorabunt te, & in te orabunt: quoniam in te Deus Israel, Salvator. Confundentur & erubescent omnes*, qui ipsi adversantur, nec ipsum confitentur, nec Spiritum ipsius ejusdem ac Filius essentiæ esse, ac præter eum, alium Deum esse.

B

Οὐκ ἔστιν οὕτω· μὴ γένοιτο. οὐκ ἔστι γεννητὴ ἡ τριὰς, ἀλλ' ἀΐδιος· καὶ μία θεότης ἐν τριάδι, καὶ μία δόξα τῆς ἁγίας τριάδος. καὶ σχίζειν αὐτὴν εἰς διαφόρους φύσεις τολμᾶτε; μόνῳ Θεῷ ἁρμόττει λέγειν τὸ ἐμόν. αὐτοῦ γὰρ μόνου ὄντως κτῆμα, τὰ πάντα.

Nequaquam ita est: absit. Non est procreata Trinitas, sed sempiterna: & una est in Trinitate deitas, & una sanctæ Trinitatis gloria. Et vos eo audaciæ prorumpitis, ut eam in diversas naturas scindatis? Uni Deo *Meum* dicere convenit: nam ipse solus omnia vere possidet.

V.

Ex Elementis DAMASCENI *Rupefuc.*

Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸν Ησαΐαν.

C

Ο ἐπὶ πάντων Θεὸς οὐκ ἀπαξιοῖ διακύπτειν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ· οὐδὲ αἱ λειτουργικαὶ δυνάμεις, τὴν διακονίαν ὑπὲρ εὐεργεσίας τῶν ἀνθρώπων ἀρνοῦνται.

EJUSDEM *in* Isaiam.

Qui [c] *est super omnia Deus*, non dedignatur de cælo in terram adspicere; neque [d] virtutes illæ administratoriæ obsequium negant, ad beneficium hominum.

VI.

Ex collectione Barlahami reg. cod. ms. emend. ex cod. SIRMONDI.

Αμφιλοχίου ἐπισκόπου Ικονίου, ἐκ τοῦ, περὶ τῆς ἡμέρας καὶ ὥρας, λόγου α'. δύο γὰρ αὐτῷ περὶ τούτου πεποίηνται συντάγματα.

AMPHILOCHII *episcopi Iconii, ex Sermone primo in illud*, [e] De die illa & hora: *duos enim in illud tractatus composuit*.

D

Οταν δὲ εἴπῃ, οὐδὲ ὁ υἱὸς, εἰ μὴ ὁ πατὴρ, οὐκ ἄγνοιαν τοῦ υἱοῦ καταψεύδεται· ἀλλὰ τὴν αἰτίαν τῆς γνώσεως ἑρμηνεύει. ἐπειδὴ γὰρ πάντα ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ, τοῦ υἱοῦ προδήλως εἰσὶν, οὐδ' ἂν ὁ υἱὸς εἶχε τὴν τούτων γνῶσιν, εἰ μὴ ὁ πατὴρ εἶχε τὴν γνῶσιν. ἀλλὰ μὴν ὁ πατὴρ ἔχει, καὶ ὁ υἱὸς τοίνυν ὁμολογουμένως ἔχει. τὸ γὰρ εἰ μὴ, ποτὲ μὲν ἐπὶ τοῦ στερητικοῦ τάττειν εἴωθεν ἡ γραφή. ὡς τὸ, οὐδεὶς εἶδε τὰ τοῦ ἀνθρώπου, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου, τὸ ἐν αὐτῷ· οὕτω καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ οὐδεὶς οἶδεν, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ. ποτὲ δὲ τὸ, εἰ μὴ, τίθησι, τῆς τῶν προσδοκηθέντων μὲν, μηκέτι δὲ γενομένων αἰτίας τὴν ἀπόδοσιν παριστῶσα. οἷον, ὅταν λέγῃ· εἰ μὴ κύριος Σαβαὼθ ἐγκατέλιπεν ἡμῖν σπέρμα, ὡς Σόδομα ἂν ἐγενήθημεν, καὶ ὡς Γόμοῤῥα ἂν ὡμοιώθημεν. οὐκοῦν ἐπειδήπερ ἐγκατέλιπεν ἡμῖν σπέρμα, οὐκέτι γεγόναμεν ὡς Σόδομα· οὔτε μὴν ὡς Γόμοῤῥα ὡμοιώθημεν. καὶ πάλιν· εἰ μὴ ὅτι κύριος ἐβοήθησέ μοι, παραβραχὺ παρῴκησε τῷ ᾅδῃ ἡ ψυχή μου. οὐκοῦν ἐπειδήπερ ἐβοήθησέ μοι ὁ κύριος, οὐκέτι παρῴκησε τῷ ᾅδῃ ἡ ψυχή μου. παραπλήσιον δὲ κἀκεῖνο· εἰ μὴ ὅτι κύριος ἐν ἡμῖν, ἐν τῷ ἐπαναστῆναι ἀνθρώπους ἐφ' ἡμᾶς, ἄρα ζῶντας ἂν κατέπιον ἡμᾶς. οὐκοῦν ἐπειδήπερ κύριός ἐστιν ἐν ἡμῖν, ἄδηλον ὡς οὐχ ὡς ζῶντας κατέπιον ἡμᾶς. κἀνταῦθα τοίνυν οὕτως, οὐδὲ ὁ υἱὸς οἶ-

Cum autem dicit; [f] *Neque filius, nisi Pater*: non Filii ignorantiam ementitur, sed exponit caussam scientiæ: [g] *Nam quia omnia quæcumque habet Pater, palam Filii sunt*; neque Filius, nisi Patre habente, eorum notitiam haberet. At quia Pater habet: confessum ergo est, habere etiam Filium. Particulam enim, *Nisi*, consuevit scriptura ponere, quandoque quidem negative; cujusmodi est illud: [h] *Nemo scit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui est in ipso: ita & quæ Dei sunt nemo cognovit, nisi Spiritus qui est ex Deo*. Quandoque vero ponit, ad eorum quæ futura quidem exspectabantur, nequaquam tamen evenerunt, rationem reddendam, ut cum ait: [i] *Nisi Dominus sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus, & sicut Gomorrha similes fuissemus*. Quia igitur reliquit nobis semen; haudquaquam facti sumus sicut Sodoma, nec vero Gomorrhæ similes evasimus. Et iterum; [k] *Nisi quia Dominus adjuvit me; paullo minus habitasset in inferno anima mea*. Quandoquidem ergo me adjuvit Dominus, nequaquam habitavit in inferno anima mea. Nec illud longe abest: [l] *Nisi quia Dominus erat in nobis, cum exsurgerent homines in nos, forte vivos deglutissent nos*. Quia igitur Dominus in nobis est, palam fit, quod non deglutierint

E

a Isa. XLII. 8. b Isa. XLV. 14-16. c Rom. IX. 5. d Heb. I. 14. e Matth. XXIV. 13. f Marc. XIII. 52
g Joan. XVI. 15. h I. Cor. II. 11. i Rom. IX. 29. k Psal. XCIII. 13. l Psal. CXXIII. 2.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 370.



δεν, εἰ μὴ ὁ πατήρ. οὐκοῦν ἐπειδὴ οἶδεν ὁ πατὴρ, ὁμολογουμένως καὶ ὁ υἱός· τὴν οὖν αἰτίαν εἶπε τῆς γνώσεως, οὐχὶ τὴν ἄγνοιαν κατεψεύσατο.

A nos. Sic itaque etiam hoc loco, ***Neque Filius novit, nisi Pater***. Quia ergo novit Pater, confessum est, quod & Filius. Dixit ergo caussam scientiæ, non falso affinxit ignorantiam.

VII.

Apud THEODORITUM Dial. III. *tom.* IV. *pag.* 166.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ λόγου τοῦ εἰς τὸ, εἰ δυνατὸν παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο.

EJUSDEM *ex Oratione in illud*; [a] Pater, si possibile est, transeat a me calix iste.

Μὴ τὰ πάθη οὖν τῆς σαρκὸς τῷ ἀπαθεῖ προσρίψῃς Λόγῳ· Θεὸς γάρ εἰμι καὶ ἄνθρωπος, αἱρετικέ· Θεὸς, ὡς ἐγγυᾶται τὰ θαύματα· ἄνθρωπος, ὡς μαρτυρεῖ τὰ παθήματα. [1] ἐπεὶ οὖν Θεός εἰμι καὶ ἄνθρωπος, εἰπὲ, τίς ὁ παθών; εἰ ὁ Θεὸς ἔπαθεν, εἶπας τὸ βλάσφημον· εἰ δὲ ἡ σὰρξ ἔπαθε, τί μὴ τὸ πάθος προσάπτεις, ᾧ τὴν δειλίαν ἐπάγεις; ἄλλου γὰρ πάσχοντος, ἄλλος οὐ δειλιᾷ· καὶ ἀνθρώπου σταυρουμένου, Θεὸς οὐ ταράττεται.

Ne ergo passiones carnis in Verbum impatibile conjeceris. Deus enim sum & homo, hæretice: B Deus, ut testantur miracula: homo, ut declarant passiones. Cum ergo sim Deus & homo, dic quis passus est? Si Deum passum dixeris, fueris locutus blasphemiam: sin autem carnem, cur ei passionem non tribuis, cui metum adscribis? Alio enim patiente, alius non pertimescit: & dum homo crucifigitur, Deus non perturbatur.

VIII.

Ex regio cod. laudata collect. Barlaahami.

Ἐκ τοῦ, καὶ Ἰησοῦς προέκοπτε σοφίᾳ καὶ ἡλικίᾳ καὶ χάριτι παρὰ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις.

Ex illo: [b] Jesus autem proficiebat sapientia & ætate & gratia apud Deum & homines.

Προέκοπτε κατὰ τὴν ἡλικίαν· ἀνδρουμένου κατὰ φύσιν τοῦ σώματος. σοφίᾳ· διὰ τοὺς παρ' αὐτοῦ σοφιζομένους. χάριτι· ἐφ' ᾗ εὐφραινόμενοι προκόπτομεν· πιστεύοντες ὅτι ἔσται τελείωσις τοῖς ὑπ' αὐτοῦ λελαλημένοις, περὶ τῆς ἐν ἡμῖν ἐλπίδος. παρὰ Θεῷ· ὅτι τὸ ἔργον τοῦ πατρὸς τετελείωκε σαρκωθεὶς, καὶ ἡμᾶς λυτρωσάμενος. καὶ παρὰ ἀνθρώποις· διὰ τὴν αὐτῶν ἐξ εἰδωλολατρείας ἐπὶ τριαδικὴν θεογνωσίαν μετάστασιν· κατὰ τούτους οὖν τρόπους προέκοπτε, καὶ ἀληθεύει. οὐ γὰρ κατὰ τοὺς ἄφρονας, ἀπὸ τοῦ χείρονος ἐπὶ τὸ κρεῖττον.

C Proficiebat secundum ætatem: corpore ad firmam ætatem juxta naturam perducto. Sapientia: propter eos quos ad sapientiam componebat: Gratia; qua recreante proficimus: fide certi, fore ut consummentur dicta ab ipso, de spe nostra. Apud Deum: consummavit enim opus Patris, assumta carne, & redemtis nobis. Apud etiam homines, quos ab idololatria, ad divinam Trinitatis notitiam transtulit. Juxta hos ergo modos proficiebat, habetque verum. Non enim juxta quod insipientes existimant, ab eo quod est deterius, in melius promovebat.

IX.

Ex eodem regio codice.

Τοῦ αὐτοῦ, εἰς τὸ, λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον.

D *Ejusdem in illud*, [c] Solvite templum hoc.

Καὶ λέλυται τοῦ σώματος ναὸς κατὰ τὸν τοῦ πάθους καιρὸν, ἐν τῇ τριημέρῳ ταφῇ βουλομένου· καὶ πάλιν ἀνέστησεν αὐτὸν καὶ ἡνώθη αὐτῷ, ἀῤῥήτῳ καὶ ἀφράστῳ λόγῳ· οὐ κεκραμμένος ἐν αὐτῷ ἢ ἀποσεσαρκωμένος· ἀλλ' ἀποσώζων ἐν αὐτῷ τῶν δύο φύσεων τῶν ἑτερουσίων ἀσύγχυτον τὴν ἰδιότητα.

Solutumque est templum corporis sub tempus passionis, triduo sepulturæ ipso volente: rursumque illud excitavit, & est ei unitus ratione ineffabili: non commixtionem in ipso passus, aut carne abjecta; sed duplicis secundum essentiam diversæ naturæ, inconfusa proprietate servata.

X.

Apud THEODORITUM Dial. I. *tom.* IV. *pag.* 43.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ λόγου τοῦ εἰς τὸ, οὐ δύναται ὁ υἱὸς ποιεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ οὐδέν.

E EJUSDEM, *ex Sermone in illud*, [d] Non potest Filius ex se facere quidquam.

Ποῖος δὲ παρήκουσεν ἐν οὐρανοῖς Ἀδάμ; ποῖος δὲ ἐξ οὐρανίου σώματος ἐπλάσθη [2] παρὰ τὴν πρώ-

Quis porro Adam in cælis inobediens fuit? Quis vero ex cælesti corpore primum fictus est proto-

a Matth. XXVI. 36. *b* Luc. II. 52. *c* Joan. II. 19. Joan. V. 19.

1. Ἐπεὶ οὖν κ.τ.λ.] Hæc item recitat Facundus lib. XI. cap. III. pag. 762. Quibus tamen ex eadem Amphilochii oratione sequentia præmittit: „ Rursus (Amphilochius) de eo quod dictum est, *Pater, si fieri potest, transeat calix iste*, cujus initium est, *Tunc sicut miles legitimus*, ita dicit: „ Si enim oportet filium hominis tradi; quomodo dicis, „ *Si fieri potest, transeat calix iste*? Omnino autem si pati „ nolebas, quid dicebas, *Transeat calix iste*? Non ego qui „ cælum feci, qui fundavi terram, sed secundum te homo „ dicit, declinans mortem. „ Hæc autem, & quæcumque demum ex Amphilochianis recitat Facundus l. c. prætererunt Combefisium.

2. Παρὰ τὴν πρώτην] Forte παρὰ τὸν πρῶτον: vel solum πρῶτον, ut legit Hervetus. COMBEFIS. — Sirmondus vertit *præter primam formationem*.

τὴν πρωτόπλαστος; ἀλλ᾽ ἐπλάσθη ἐξ ἀρχῆς, ὁ ἐκ τῆς γῆς· παρήκουσεν ὁ ἐκ τῆς γῆς· ἀνελήφθη ὁ ἐκ τῆς γῆς. διὸ καὶ ἐσώθη ὁ ἐκ τῆς γῆς, ἵν᾽ οὕτως ἀληθὴς ἅμα καὶ ἀναγκαῖος φανῇ ὁ τῆς οἰκονομίας λόγος.

A plaſtus? Sed eſt fictus initio, qui ex terra: fuit inobediens, qui ex terra: aſſumtus eſt, qui ex terra. Ideo etiam ſervatus eſt qui ex terra: ut ita ſimul vera & neceſſaria videatur incarnationis ratio.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.



Apud THEODORITUM Dial. II. *ibid pag.* 100.

Τοῦ ἁγίου Ἀμφιλοχίου ἐπισκόπου Ἰκονίου, ἐκ τοῦ λόγου εἰς τό, οὐ δύναται ὁ υἱὸς ποιεῖν ἀφ᾽ ἑαυτοῦ οὐδέν.

Μετὰ γὰρ τὴν ἀνάστασιν ὁ κύριος τὰ συναμφότερα δείκνυσι, καὶ ὅτι οὐ τοιοῦτον τὸ σῶμα, καὶ ὅτι τοῦτο ἀνιστάμενον. ἀναμνήσθητι τῆς ἱστορίας. ἦσαν οἱ μαθηταὶ συνειλεγμένοι μετὰ τὸ πάθος καὶ τὴν ἀνάστασιν· καὶ τῶν θυρῶν κεκλεισμένων ἔστη μέσος αὐτῶν ὁ κύριος. οὐδέποτε τοῦτο πρὸ τοῦ πάθους ἐποίησε. μὴ γὰρ οὐκ ἠδύνατο ὁ Χριστὸς καὶ πάλαι τοῦτο ποιῆσαι; πάντα γὰρ τῷ Θεῷ δυνατά. ἀλλ᾽ οὐκ ἐποίησε πρὸ τοῦ πάθους, ἵνα μὴ νομίσῃς φαντασίαν τὴν οἰκονομίαν, ἢ δόκησιν· μὴ δὲ πνευματικὴν οἰηθῇς τοῦ Χριστοῦ τὴν σάρκα, μὴ δὲ ἐξ οὐρανῶν κατελθοῦσαν; μὴ δὲ ἑτεροούσιον τῇ ἡμετέρᾳ σαρκί. ταῦτα γὰρ πάντα τινὲς φαντασθέντες, καὶ σεμνύνειν νομίζοντες διὰ τούτων τὸν κύριον, λελήθασι σφᾶς αὐτοὺς διὰ τῆς εὐχαριστίας βλασφημοῦντες, καὶ ψεῦδος κατηγοροῦντες τῆς ἀληθείας. πρὸς τό, καὶ παντάπασιν ἄλογον τὸ ψεῦδος τυγχάνειν. εἰ γὰρ ἕτερον ἀνέλαβε σῶμα, τί πρὸς τὸ ἐμὸν τὸ τῆς σωτηρίας δεόμενον; εἰ ἐξ οὐρανῶν κατήγαγε σάρκα, τί πρὸς τὴν ἐμὴν σάρκα τὴν ἐκ τῆς γῆς εἰλημμένην;

Sancti AMPHILOCHII *epiſcopi Iconii ex Oratione in illud*, [a] Non poteſt Filius ex ſe facere quidquam.

Poſt reſurrectionem Dominus utrumque oſtendit, tum quod non ſit ejuſmodi corpus, tum quod ipſum reſurrexerit. Repete memoria hiſtoriam [b]. Erant diſcipuli poſt paſſionem & reſurrectionem B congregati: Clauſis vero januis ſtetit Dominus in medio eorum. Hoc ante paſſionem numquam fecerat. Numquid vero non & olim id Chriſtus facere potuiſſet? Sunt enim omnia Deo poſſibilia. Non tamen fecit ante paſſionem, ne inani ſpecie & opinione exiſtimaveris incarnationem conſiſtere: neve Chriſti carnem putaveris ſpiritualem; aut deſcendiſſe e cælis, aut alterius quam noſtræ ſubſtantiæ. Hæc enim omnia ſibi quidam animo fingentes, ac ſe Dominum per hæc honorare arbitrantes, non intelligunt, ſe blaſphemos eſſe prætextu gratiarum actionis, falſique crimen veritati inferre. Præterquam quod mendacium eſt, a ratione prorſus alienum. Si enim aliud aſſumſit corpus, quid hoc ad meum attinet quod ſalute indi- C get? Si carnem e cælis devexit, quid ad meam carnem, quæ de terra ſumta fuit?

Ibid. pag. 101.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Διὰ ταῦτα μὲν οὖν, οὐ πρὸ τοῦ πάθους, ἀλλὰ μετὰ τὸ πάθος, τῶν θυρῶν κεκλεισμένων ἔστη τῶν μαθητῶν μέσος ὁ κύριος, ἵνα γνῷς, ὅτι καὶ σοῦ τὸ ψυχικὸν σῶμα σπαρέν, ἐγείρεται σῶμα πνευματικόν· ἵνα δὲ μὴ πάλιν ἄλλο νομίσῃς εἶναι τὸ ἀνιστάμενον, τοῦ Θωμᾶ πρὸς τὴν ἀνάστασιν ἀπιστήσαντος, δείκνυσιν αὐτῷ τοὺς τύπους τῶν ἥλων, δείκνυσιν αὐτῷ τῶν τραυμάτων τὰ ἴχνη. ἆρ᾽ οὐκ ἴσχυεν ἑαυτὸν ἰάσασθαι, καὶ ταῦτα μετὰ ἀνάστασιν, ὁ πάντας καὶ πρὸ τῆς ἀναστάσεως ἰασάμενος; ἀλλὰ δι᾽ ὧν μὲν τοὺς τύπους τῶν ἥλων δείκνυσι, παραδίδωσιν ὅτι τοῦτο· δι᾽ ὧν δὲ κεκλεισμένων τῶν θυρῶν εἴσεισι, δείκνυσιν ὅτι οὐ τοιοῦτο· τοῦτο μέν, ἵνα πληρώσῃ τὸν τρόπον τῆς οἰκονομίας, ἐγείρας τὸ νενεκρωμένον· οὐ τοιοῦτον δέ, ἵνα μὴ πάλιν ὑποπέσῃ φθορᾷ, μὴ δὲ πάλιν ὑποστῇ θάνατον.

EJUSDEM, *ex eadem Oratione*.

Propterea igitur non ante paſſionem, ſed poſt paſſionem, januis clauſis ſtetit Dominus in medio diſcipulorum, quo fore noveris, ut etiam [c] animale corpus tuum ſeminatum, reſurgat ſpirituale. Ne autem rurſus aliud eſſe putaveris quod reſurgit, Thoma reſurrectionem non credente, [d] oſtendit ei fixuras clavorum oſtendit ei vulnerum veſtigia. An vero ſe ipſum ſanare non poterat, maxime poſt reſurrectionem, qui omnes etiam ante reſurrectionem ſanaverat? Sed per hoc quidem, quod clavorum fixuras oſtendit, ipſummet eſſe probat: D per hoc autem quod januis clauſis ingreditur, oſtendit non eſſe ejuſmodi. Ipſum quidem, ut diſpenſationis impleret modum, corpus mortuum reſuſcitando: non autem ejuſmodi, ut ne rurſus obnoxium eſſet corruptioni, neve iterum morti ſuccumberet.

Apud THEODORITUM Dial. III. *ibid. pag.* 166.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ λόγου τοῦ εἰς τό, οὐ δύναται ὁ υἱὸς ποιεῖν ἀφ᾽ ἑαυτοῦ οὐδέν.

Οὐδὲ γὰρ εἶχε φύσιν ὑπὸ φθορᾶς κατέχεσθαι τὴν ζωήν· διόπερ οὐχ ἡ θεότης εἰς πάθος κατεσπάσθη. πῶς γάρ; ἀλλ᾽ ἡ ἀνθρωπότης εἰς ἀφθαρσίαν ἀνεκαινίσθη. δεῖ γάρ φησι τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν. ὁρᾷς τὴν ἀκρίβειαν; τὸ θνητὸν τοῦτο ἔδειξε δεικτικῶς, ἵνα μὴ ἄλλης νομίσῃς σαρκὸς ἀνάστασιν.

EJUSDEM *ex Oratione in illud*, Non poteſt Filius ex ſe facere quidquam.

Non enim fieri poterat ut Vita a corruptione detineretur. Quare divinitas haudquaquam ad mor- E tem pertracta eſt. Quonam enim id modo? Sed humanitas ad incorruptionem renovata eſt. [e] *Oportet enim*, inquit, *mortale hoc induere immortalitatem: & corruptibile hoc, induere incorruptionem*. Vides quam accurate loquatur? *Mortale hoc*, quaſi digito monſtravit, ut ne putares alius carnis eſſe reſurrectionem.

[a] Joan. V. 19. [b] Joan. xx. 19. ſeqq. [c] I. Cor. xv. 44. [d] Joan. xx. 27. [e] I. Cor. xv. 53.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.



Ex cod. ms. R. P. SIRMONDI.

Ἀμφιλοχίου, ἐκ τοῦ [εἰς τὸ] οὐ δύναται ὁ υἱὸς ἀφ' ἑαυτοῦ ποιεῖν οὐδέν.

Εἰ γὰρ ὁ ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ ἁμαρτάνων ἅπαξ ἢ δεύτερον, ἐπὶ ὀκτὼ καὶ τριάκοντα ἔτη παρεδέδοτο τῇ νόσῳ. τίς ἀμφιβάλλη ὅτι ἀθάνατα οὐ κολάζονται, οἱ ὁλόκληρον αὐτῶν βίον ἐν ταῖς ἡδοναῖς ἀναλώσαντες;

A AMPHILOCHII, *ex tractatu in illud:* [a] Non potest Filius a se facere quidquam.

Nam si is qui semel aut iterum in præsenti sæculo peccasset, ad annos triginta & [b] octo morbo traditus est; quis æternum puniendos dubitaverit eos, qui vitam totam genio indulgentes ac voluptatibus insumsere?

X I.

Apud THEODORITUM Dial. III. *ibid. pag.* 165.

Τοῦ ἁγίου Ἀμφιλοχίου ἐπισκόπου Ἰκονίου, ἐκ τοῦ λόγου τοῦ εἰς τὸ, ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὁ τὸν λόγον μου ἀκούων, καὶ πιστεύων τῷ πέμψαντί με, ἔχει ζωὴν αἰώνιον.

Τίνος οὖν τὰ πάθη; τῆς σαρκός. οὐκοῦν [1] εἰ δίδως σαρκὶ τὰ πάθη, δὸς αὐτῇ καὶ τοὺς ταπεινοὺς λόγους. καὶ ᾧ τὰ θαύματα ἐπιγράφεις, τοὺς ἀνηγμένους ἀνάθες λόγους· ὁ γὰρ θαυματουργῶν Θεὸς, εἰκότως ὑψηλὰ λαλεῖ, καὶ τῶν ἔργων ἐπάξια· ὁ δὲ πάσχων ἄνθρωπος, καλῶς ταπεινὰ φθέγγεται, καὶ τῶν παθῶν κατάλληλα.

B *Sancti* AMPHILOCHII *episcopi Iconii, ex Oratione in illud:* [c] Amen amen dico vobis, qui audit sermonem meum, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam.

Cujus ergo sunt passiones? Carnis. Ergo si assignas carni passiones, assigna eidem etiam humiles sermones: cui vero adscribis miracula; sublimes tribue sermones. Nam Deus miracula edens, jure merito sublimia loquitur, & operibus congrua. Qui vero patitur homo, recte humilia sonat, & passionibus convenientia.

X I I.

Apud THEODORITUM Dial. I. & II. *ibid. pagg.* 43. 100.

Ἀμφιλοχίου ἐπισκόπου Ἰκονίου, ἐκ τοῦ λόγου τοῦ εἰς τὸ, πατήρ μου μείζων μου ἐστιν.

[2] Διάκρινόν μοι λοιπὸν τὰς φύσεις, τὴν τε τοῦ Θεοῦ, τήν τε τοῦ ἀνθρώπου· οὔτε γὰρ κατ' ἔκπτωσιν ἐκ Θεοῦ γέγονεν ἄνθρωπος· οὔτε κατὰ προκοπὴν ἐξ ἀνθρώπου Θεός. Θεὸν γὰρ καὶ ἄνθρωπον λέγω. [3] ὅταν δὲ τὰ παθήματα τῇ σαρκὶ, καὶ τὰ θαύματα τῷ Θεῷ δῷς, ἀνάγκη καὶ μὴ θέλων δίδως, τοὺς μὲν ταπεινοὺς λόγους τῷ ἐκ Μαρίας ἀνθρώπῳ, τοὺς δὲ ἀνηγμένους καὶ θεοπρεπεῖς, τῷ ἐν ἀρχῇ ὄντι λόγῳ· διὰ τοῦτο γὰρ, πῇ μὲν ἀνηγμένους, πῇ δὲ ταπεινοὺς φθέγγομαι λόγους· ἵνα διὰ μὲν τῶν ὑψηλῶν, τοῦ ἐνοικοῦντος λόγου δείξω τὴν [4] συγγένειαν· διὰ δὲ τῶν ταπεινῶν, τῆς ταπεινῆς σαρκὸς γνωρίσω τὴν ἀσθένειαν. ὅθεν πῇ μὲν ἑαυτὸν ἴσον λέγω τοῦ πατρὸς, πῇ δὲ μείζονα τὸν πατέρα· οὐ μαχόμενος ἑαυτῷ, ἀλλὰ δεικνὺς ὡς Θεός εἰμι καὶ ἄνθρωπος· Θεὸς μὲν ἐκ τῶν ὑψηλῶν, ἄνθρωπος δὲ, ἐκ τῶν ταπει-

C AMPHILOCHII *episcopi Iconii, ex oratione in illud,* [d] Pater major me est.

Discerne mihi deinceps naturas, Dei & hominis. Neque enim excidens ex Deo factus est homo, neque proficiens ex homine. Deum enim dico & hominem. Cum autem passiones carni, Deoque miracula dederis; necessario quamvis nolens tribuis, humiles quidem sermones homini ex Maria nato, sublimiores vero & Deo congruentes Verbo [e] *quod erat in principio*. Propterea enim, modo humili, nonnumquam sublimiori oratione utor: ut per sublimem, Verbi inhabitantis cognationem ostendam: per humilem vero, carnis infirmitatem aperiam. Unde alio loco [f], me ipsum Patri æqualem dico: alio [g], Patrem majorem: non mecum pugnans, sed quo me Deum & hoD minem ostendam: Deum quidem ex sublimibus: hominem vero ex humilibus. Si autem vultis sci-

a Joan. V. 19. *b* Joan. V. 5. *c* Joan. V. 24. *d* Joan. XIV. 28. *e* Joan. I. 1. 2. *f* Joan. V. 18. *g* Joan. XIV. 28.

1. Εἰ δίδως] Habes hunc locum apud Facundum Hermianensem lib. XI. cap. III. pag. 761.

2. Διάκρινον μοι] Exstat hic locus inter acta Concilii Chalcedon. part. III. cap. I. tom. IV. Concil. pag. 1769. edit. Ven-Labb. Præstat autem huc adferre quæ ex hac Amphilochiana Oratione recitat Facundus Hermianensis lib. XI. cap. III. pag. 761. quæque apud alios antiquiores nusquam reperias: „ Amphilochius itaque, inquit, de eo quod dictum est, *Qui misit me Pater, major me est*, quum sermonem faceret, cujus est principium, *Laborare nos fecit certamen hæreticorum*, sic ait: „ Vides quod major est Pater „ dicente, (*Matth.* XXVI. 46.) *Eamus*, non dicente, „ (II. *Cor.* VI. 16.) *Inhabitabo in eis & inambulabo*. Vides „ quod major est Pater dicente, (*Joan.* XV. I.) *Ego sum* „ *vitis*, non dicente, (*Jer.* II. 21.) *Ego plantavi vitem* „ *veram*. Et ut non longum extendam sermonem " & reliqua quæ habes superius Fragm. II. ex *Oratione adversus Arianos*. Hinc Sirmondus ad Facundum l. c. „ Theodoritus, inquit, *Dial.* III. membrum illud, Καὶ ἵνα μὴ μακρὸν, citat ἐκ τοῦ κατὰ Ἀρειανῶν λόγου. Leontius vicissim verba hujus loci, Διάκρινον λοιπὸν τὰς φύσεις, quæ Theodoritus, *Dial.* I. & II. citarat ἐκ τοῦ λόγου εἰς τό, ὁ πατήρ μου μείζων μου ἐστί, citat ipse (lib. I. contra Nestor. & Eutych.) ἐκ τοῦ πρὸς Ἀρειανοὺς λόγου. Ex quibus liquet, dupliE cem huic Amphilochii libro titulum fuisse. „ — Hinc porro, colligas hujusmodi fragmentum jungendum cum II. superius adductum: utrumque enim ex eodem opere desumtum esse nos docet Facundus.

3. Ὅταν δὲ κ. τ. λ.] Hæc & sequentia repetit Theodoritus *Dial.* III. pag. 165. seq.

4. Συγγένειαν] Sirmondus qui hanc vocem *Dial.* I. pag. 43. verterat *cognationem*, deinceps vero *Dial.* III. pag. 166. reddidit *nobilitatem*. Rectius fortasse: id enim antithesis postulare videtur.

νῶν. εἰ δὲ θέλητε γνῶναι πῶς ὁ πατήρ μου μείζων μού ἐστιν, [1] ἐκ τῆς σαρκὸς εἶπον, καὶ οὐκ ἐκ προσώπου θεότητος.

re, quomodo Pater meus major me sit, ex carnis id dixi, & non ex persona divinitatis.

XIII.

Ex collectione Barlabami reg. cod. Erat consequenter ad *Epist. ad Seleucum de Trinitate*, velut ejusdem.

Ἑρμηνεία εἰς τό, ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν.

Πάλιν ἐν εἴδει φαίνεται πυροφλόγῳ. ἴσως τὸ πῦρ ἐκεῖνο τῷ κόσμῳ φέρων, ὅπερ βαλεῖν ἔφησας ἐλθὼν ἐς χθόνα. καὶ τοῦτο γὰρ προεῖπας, ὡς ἐκ σοῦ λάβοι, καὶ τοῖς μαθηταῖς ἐκφράσοι σαφεστάτως, τῶν σῶν ἁπασῶν ἐντολῶν τὰς ἐκδόσεις. ἡ τοῦ παρακλήτου τε καὶ ζωαρχίου, χάρις τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὅπερ ἐκ τοῦ πατρὸς τὴν ἐκπόρευσιν ἀχρόνως, φέρειν ἔφησας· αὐτὸ ἀψευδεστάτως, σοῦ πνεῦμα θεῖον, τὴν πανάχραντον χάριν αἰτῶ, πόρευμα πατρὸς εὐλογημένον· ἄκτιστον, εὐκτόν, καὶ συνάναρχον πάλιν υἱῷ τε καὶ Θεῷ πατρί, τοῖς αἰωνίοις.

EXPOSITIO *in illud*: [a] De meo accipiet, & annuntiabit vobis.

Apparet rursus in specie linguæ igneæ. Forsan inferens mundo ignem illum, [b] ad quem mittendum in terram, dixisti venisse. Nam & hoc prædixisti, fore ut de tuo accipiat. planissimeque tuorum omnium mandatorum doctrinam discipulis exponat. Sane Paracleti, & vitæ auctoris est Gratia; ille, inquam, Spiritus veritatis, quem a Patre sine tempore dixisti procedere. Ipsum verissime, Spiritum tuum divinum, Gratiam illam intemeratam, peto, benedictam Patris Processionem, increatam, desiderabilem, simulque Filio & Deo Patri æternis coæternam.

XIV.

Apud FACUNDUM HERMIANENSEM *lib.* XI. *cap.* III. *pag.* 761.

„ In quodam Sermone (ait Facundus) cujus principium est, [2] *Adfer, hodie certativos attingamus sermones*, loquens de eo quod dictum est, [c] *Ascendo ad Patrem meum & Patrem vestrum, & Deum meum & Deum vestrum*, „ Communis „ est, inquit, Pater; Pater ipsius quidem propter „ naturam, noster autem propter gratiam. Com- „ muniter autem & [3] Deus dicitur: sed noster „ quidem Deus est, quia ex non exstantibus nos „ ut essemus fecit: ejus autem Deus est secundum „ carnem. Ipse enim eam formavit in Virgine, „ ipse eam unxit in Jordane, ipse eam prædica- „ vit, ipse eam glorificavit in passione, ipse eam „ suscitavit a mortuis, in nube vacua evexit, „ dextera sede dignam faciens. Hæc enim omnia „ qui ascendit ad Patrem sumens habet, non qui „ est in Patre. Et in hoc loco accusetur, quod „ non eum qui est in Patre, dicit esse qui ascen- „ dit ad Patrem. „

XV.

Ex collectione Barlabami reg. cod. ms.

Πρὸς Σέλευκον τὸν ἔγγονον Τραϊανοῦ τοῦ στρατηλάτου.

Πιστεύω εἰς ἕνα Θεὸν ἐν τρισὶ γνωριζόμενον προσώποις· αἴτιον καὶ δημιουργὸν τῶν ἁπάντων· ἀγέννητον· ἀκατάληπτον· ἀόρατον· ἀνεπινόητον· ἀπερίγραφον. ἄτρεπτον· ἀναλλοίωτον· ἀθάνατον· ἀπαθῆ· μίαν ἀρχὴν ἄναρχον· οὔτε ἐν ἑτέρῳ τινὶ πάθους εἶναι δεκτικὴν φημί· πάντη γὰρ ἀπαθὴς τυγχάνει ἡ θεία φύσις. ἕνα γὰρ Θεὸν λέγω, τὸν ὄντως ὄντα Θεόν. πολυθεΐαν ἑλληνισμοῦ φεύγων. ἐν τρισὶ δὲ προσώποις γνωρίζεσθαι τὸν ἕνα, Ἰουδαϊσμοῦ ἐστιν ἀνατροπή. πατὴρ γὰρ ἐν υἱῷ. καὶ υἱὸς ἐν πατρί. καὶ πνεῦμα ἐν υἱῷ, καὶ πατρὶ ὁμολογῶ. προσκυνῶ δὲ Ἰησοῦν Χριστόν, συναΐδιον τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα οὐκ οὐσίας, οὐχ ὑπάρξεως τρόπον, νεώτερον τοῦ πατρὸς κατὰ τὴν θεότητα. ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. τὸν μὲν γὰρ υἱόν φημι γεγεννημένον ἀχρόνως καὶ ἀνάρχως, συνυπάρχοντα ἀεὶ τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα. τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορευό-

Ad Seleucum Trajani prætoris nepotem.

CRedo in unum Deum, in tribus personis cognitum; universorum caussam & opificem: ingenitum: incomprehensibilem; invisibilem: superantem cogitatum: incircumscriptum: immutabilem: invariabilem: immortalem; passioni non obnoxium: principium unum absque principio; ac nec in alio quoquam passionis susceptivum dico: est enim natura divina prorsus a passione immunis. Unum siquidem Deum dico, qui est vere Deus, gentilismi deos multos fugiens. Quod vero unus cognoscatur in tribus personis, Judaismi est eversio. Nam Pater in Filio est; & Filius in Patre: Spiritum item in Filio & Patre confiteor. Porro Jesum Christum adoro, Patri secundum divinitatem coæternum; nec substantiæ, nec exsistentiæ modo juniorem Patre, quod attinet ad deitatem. Similiter vero & Spiritum sanctum. Equidem Filium genitum dico sine

a Joan. XV. 14. b Luc. XII. 41. c Joan. XX. 17.

1. Ex τῆς σαρκός] *Ex carnis id dixi, & non ex persona divinitatis.* Ita quidem hunc locum vertit cum Combefisio Sirmondus *Dial.* III. pag. 166. Sed castigatius forte idem Sirmondus *Dial.* I. pag. 43. sic reddiderat: *De carne dixi, & non de persona divinitatis.*

2. *Adfer hodie*] Φέρε, σήμερον cet. Vertendum fuerat, *Age*, non *Adfer*. Sed cujusmodi Græcorum versionibus uti soleat Facundus, jam monui. Hujus porro Amphilochianæ Orationis mentionem apud alios exstare non memini. SIRMOND.

3. *Deus dicitur*] Codex Veron. ex collatione Blanchiniana Venet. edit. *Deus Deus; sed.*

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 370.

μενον ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς ἀϊδίως πιστεύω. καὶ τὴν ἐκπόρευσιν τοῦ πνεύματος, οὐ φημι γέννησιν. καὶ τὴν γέννησιν τοῦ υἱοῦ, οὐ λέγω ἐκπόρευσιν. ὅταν δὲ τῶν λεγομένων ἡ ἀκολουθία ἀπαιτήσῃ, ἕνα Θεὸν λέγω, οὐ τὰς ὑποστάσεις ἀρνούμενος· ἀλλὰ τῷ τοῦ Θεοῦ ὀνόματι, τὸ κοινὸν τῆς οὐσίας σημαίνων. ὅταν δὲ τὸ ὁμοούσιον λέγω, οὐχ ἑνὸς προσώπου ὁμοουσιότητα, ἀλλὰ τριῶν φημι· πατρὸς, υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος, ἓν γὰρ πρόσωπον ὁμοούσιον ἑαυτῷ οὐ λέγεται· ἀλλὰ πατὴρ υἱὸς καὶ πνεῦμα. ἡ δὲ διαφορὰ ἐν προσώποις, οὐκ ἐν τῇ οὐσίᾳ· τὸ γὰρ, πατὴρ, υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τρόπου ὑπάρξεως ἤτουν σχέσεως ὀνόματα, ἀλλ᾽ οὐκ οὐσίας ἁπλῶς. δηλώσει, ὁ τὸ οὖν εἶναι τοῦ πατρὸς, τὸ, Θεός. τὸ δέ τινος εἶναι, τὸ, ὁ πατήρ· καὶ τὸ δέ τινος εἶναι τοῦ Θεοῦ, τὸ Θεός. τοῦ δέ τινος εἶναι τοῦ, υἱός. ὡσαύτως καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ὧν δὲ τὸ εἶναι ταὐτὸν, τούτων ἡ οὐσία μία. ταῦτα μὲν περὶ τῆς ὁμοουσίου τριάδος κατὰ τὴν ἐμὴν δύναμιν εἰρήσθω.

A tempore & principio, semper Patri qua Deus est, coexsistentem: At Spiritum sanctum ex Deo & Patre æternum procedentem credo: Nec Spiritus processionem, generationem dico: nec Filii generationem, processionem dico. Cum porro series orationis postulaverit, dico unum Deum, non negans hypostases, sed Dei nomine significans substantiæ communitatem. Cum autem dico consubstantiale, non unius personæ, sed trium dico consubstantialitatem; Patris nimirum, Filii & sancti Spiritus: una enim persona non dicitur sibi consubstantialis; sed Pater, Filius & Spiritus. Ceterum distinctio penes personas attenditur, non penes substantiam. Hæc enim, Pater Filius & Spiritus sanctus, nomina sunt modi exsistentiæ seu habitudinis, non substantiæ, absolute. Quod igitur est Patris declarabit nomen, *Deus*; quod vero est alicujus, nomen, *Pater*. Esse porro alicujus Dei, B Deus est: quod vero hic alicujus sit, Filius: similiter etiam Spiritus sanctus. Quorum autem est idem esse, horum una substantia est. Et hæc hactenus de consubstantiali Trinitate, quod mearum est virium.

Ex eadem Barlahami collect. reg. cod. Habet etiam Anastasius Sinaita *in* Hodego.

Ἀμφιλοχίου ἐπισκόπου Ἰκονίου, ἐκ τῆς πρὸς Σέλευκον ἐπιστολῆς.

Η [1] ληφθεῖσα πάσχει φύσις· ἡ δὲ λαβοῦσα, ἀπαθὴς μένει. οἰκειοῦται δὲ ὁ Θεὸς Λόγος [2] ἀπαθῶς, τὰ τοῦ ἰδίου ναοῦ ἀνθρώπινα πάθη· σταυρόν φημι καὶ θάνατον, καὶ τὰ ἄλλα, ὅσα περὶ αὐτὸν οἰκονομικῶς θεωρεῖται, οἰκειοῦται [3] αὐτὸς ὁ Θεὸς, αὐτὸς πάσχων οὐδέν.

Amphilochii *episcopi Iconii, ex epistola ad Seleucum.*

Patitur assumta natura: quæ autem assumsit, manet impatibilis. Ceterum Deus Verbum humanas sibi passiones, templo proprias, nulla passione adsciscit: sibi, inquam, crucem & mortem, & quæcumque alia circa ipsum dispensatione gesta C considerantur, Deus ipse, nihil ipse patiens, appropriat & sua facit.

Ἀμφιλοχίου, ἐκ τῆς πρὸς Σέλευκον ἐπιστολῆς.

Ἀλλ᾽ ἐπειδὴ εἰς ἓν πρόσωπον συντελοῦσιν αἱ [4] φύσεις· ἡ ἀπαθὴς, τὰ τῆς παθητοῦ οἰκειοῦται.

Amphilochii, *ex epistola ad Seleucum.*

Quia vero naturæ in unam personam coeunt; vendicat a passione immunis, quæ spectant ad naturam passioni obnoxiam.

Apud S. Joannem Damascenum *lib.* contra Jacobitas, *tom.* I. *pagg.* 423. 424. *edit. Paris.* 1712.

Τοῦ ἁγίου Ἀμφιλοχίου ἐπισκόπου Ἰκονίου, ἐκ τῆς πρὸς Σέλευκον ἐπιστολῆς.

D Οὕτω [5] Θεὸν καὶ ἄνθρωπον τὸν Χριστὸν ὁμολογῶ, τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, ἕνα υἱὸν, δύο φύσεων, παθητῆς τε καὶ ἀπαθοῦς, θνητῆς τε καὶ ἀθανάτου.

Καὶ μετ᾽ ὀλίγα. Ενα υἱὸν, δύο φύσεων φημὶ, ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, ἀδιαιρέτως. [6] πάσχει τοίνυν ὁ Χριστὸς, ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, οὐ θεότητι, ἀλλ ἀνθρωπότητι. τουτέστιν, ὁ Θεὸς ἔπαθε σαρκί· ἀλλ᾽ οὐχ ἡ θεότης σαρκὶ ἔπαθεν. ἄπαγε τὸ δυσμενὲς καὶ βλάσφημον, δείλαιε.

Sancti Amphilochii *episcopi Iconii, ex epistola ad Seleucum.*

Sic Christum Deum & hominem confiteor, Dei Filium, Filium unum, duarum naturarum, passibilis scilicet & impassibilis, mortalis & immortalis.

Et paucis interjectis. Unum Filium, duarum inquam naturarum, sine confusione, conversione, separatione. Patitur itaque Christus, Dei Filius, non deitate, sed humanitate. Hoc est, Deus passus est carne: haudquaquam vero passa est carne deitas. Facessat, miser, inimica blasphemaque isthæc opinatio.

Ex eadem Barlahami collect. ms.

Ἀμφιλοχίου ἐπισκόπου Ἰκονίου, ἐκ τῆς πρὸς Σέλευκον.

Εὰν εἴπωσι ὡς μιᾶς οὐσίας εἶναι, ἐρωτήσατε αὐτούς. πῶς οὖν κατὰ μὲν τὴν θεότητα ἀπαθῆ λέγε-

E Amphilochii *episcopi Iconii, ex epistola ad Seleucum.*

Cum tibi dixerint esse unius substantiæ, percontare illos: Quei ergo Christum dicitis impatibilem

1. Η ληφθ.] Hunc & proxime sequentem locum recitat Joannes Damascenus lib. *contra Jacobitas*, tom. I. pag. 424.
2. Ἀπαθῶς] Hæc vox deest apud Damascenum.
3. Οἰκειοῦται — οὐδέν] Sic Damascenus: *οἰκειοῦται αὐτὸς πάσχων οὐδέν*. Intermedia librario excidisse videntur ob repetitum *αὐτός*.
4. Αἱ φύσεις] Damasc. *αἱ διτταὶ φύσεις*. Reliqua desunt ibid.
5. Οὕτω κ. τ. λ.] Hæc desunt apud Combefisium.
6. Πάσχει — ἀλλ᾽ ἀνθρωπότητι] Huc usque Damascenus. Hinc autem rursus ad finem usque Combefisius ex laudata Barlahami collectione ms.

τι Χριστόν· κατὰ δὲ τὴν σάρκα, παθητόν; τὸ γὰρ μιᾶς ὑπάρχον οὐσίας, ὅλον ὅμοιον· ἢ γὰρ ἀπαθὲς ὅλον, ἢ παθητόν.

secundum divinitatem; secundum vero humanitatem, patibilem? Quod enim unius substantiæ est, totum simile est: nam vel impatibile totum, vel patibile.

Ex Elementis DAMASCENI *Rupefucaldinis.*

Τοῦ μακαρίου Ἀμφιλοχίου ἐκ τῆς πρὸς Σέλευκον ἐπιστολῆς.

B. AMPHILOCHII *ex epistola ad Seleucum.*

Λόγος ἦν περὶ τῆς ἑνώσεως· καὶ ὅτι ἀναθεματισθῆναι χρὴ τοὺς τὴν ἐκ μήτρας ἕνωσιν τῶν φύσεων λύοντας· ἔτι μὴν καὶ κατὰ σύγχυσιν ἢ τροπὴν νοοῦντας τὴν ἄῤῥητον ἕνωσιν. ὥσπερ γὰρ τὸ τὴν ἕνωσιν χωρίζειν, τῆς ὀρθοδοξίας [1] ἀλλότριον, καὶ ἔξω τῆς ἀληθείας καὶ τῆς ζωῆς· οὕτω καὶ τὸ συγχέειν τὰς φύσεις, τῆς θεότητος καὶ τῆς ἀνθρωπότητος, ἀλλότριον Χριστιανισμοῦ.

Erat sermo de unione: quodque ii sint anathemate percellendi, qui unionem naturarum ex utero solvunt: ad hæc vero, ii etiam qui ineffabilem illam & arcanam unionem confusione intelligunt & mutatione. Nam sicut unionis divisio alienum facit a recta fide, extraque veritatem & fidem constituit: ita & naturarum confusio, divinæ inquam & humanæ, alienum a Christianismo facit.

XVI.

Ex ms. codice R. P. SIRMONDI.

Ἀμφιλοχίου Ἰκονίου, ἐκ τῆς πρὸς Παγχάριον διάκονον Σίδης δογματικῆς ἐπιστολῆς· ἧς ἡ ἀρχή. ἥσθην ἐπί σοι δοκιμώτατε.

AMPHILOCHII *Iconiensis episcopi, ex epistola dogmatica ad Pancharium diaconum Sidensem. Incipit:* Gavisus sum de te, vir probatissime.

Ἀσεβὴς ὄντως ἐστὶ, καὶ τῆς ἀληθείας ἀλλότριος, ὁ μὴ λέγων [2] τὸν Χριστὸν τὸν σωτῆρα τῶν ὅλων καὶ ποιητὴν, κατ' ἄμφω τῶν ἐξ ὧν ἐστι κατὰ φύσιν, αὐτεξούσιον, καὶ ἐνεργῆ, καὶ πάσης ἀνάγκης ἐλεύθερον.

Plane impius est & alienus a veritate, qui non dicit, Christum omnium Salvatorem creatoremque, secundum ambas naturas quibus consistit, facultate arbitrii præditum, efficacemque, atque ab omni necessitate liberum.

XVII.

Ex Elementis DAMASCENI *Rupefucald.*

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς γραφείσης ὑπ' αὐτοῦ ἐπιστολῆς πρὸς τοὺς ἐν Συέδροις περὶ τῆς ἁγίας τριάδος.

EJUSDEM *ex epistola quam scripsit ad Suadrenses, de sancta Trinitate.*

Θεότης μία ἐν Μωϋσεῖ μάλιστα καταγγέλλεται· δυὰς δὲ ἐν προφήταις σφόδρα κηρύσσεται· τριὰς δὲ ἐν εὐαγγελίοις φανεροῦται· πλεῖον κατὰ καιροὺς καὶ γενεὰς ἁρμόζουσα τῷ δικαίῳ εἰς γνῶσιν καὶ πίστιν· γνῶσις δὲ αὐτῆς ἀθανασία. ἐκ πίστεως δὲ αὐτῆς υἱοθεσία γίνεται. ἀλλὰ πρῶτον δικαιώματα σαρκὸς ἐκφράζει. ὡς περιβόλαιον ναοῦ τὸν ἔξω διεγείρουσα ἐν Μωϋσεῖ· δεύτερα δὲ δικαιώματα ψυχῆς ἐκδιηγεῖται, ὡς τὰ ἅγια κοσμοῦσα, ἐν λοιπαῖς προφητείαις· τρίτον δὲ δικαιώματα πνεύματος, ὡς τὸ ἱλαστήριον, καὶ τὰ ἅγια τῶν ἁγίων ῥυθμίζουσα, ἐν εὐαγγελίοις κατοίκησιν ἑαυτῆς· σκηνὴν δὲ ἁγίαν, ναὸν ἅγιον, τὸν δίκαιον ἔχει νόμον, τὸν συνόντα τούτοις· κατοικεῖ ἔτι δὲ ἐν αὐτῷ μία θεότης ἄπειρος· μία θεότης ἄφραστος· ἀπερινόητος· ἀκατάληπτος· ἀνεκδιήγητος. ἀόρατος· ἑαυτὴν γινώσκουσα μόνη· καὶ ἑαυτὴν ἐμφανίζουσα οἷς βούλεται, μάρτυρας ἑαυτῇ διεγείρουσα, προορίζουσα· ἑνωποιοῦσα πάλιν πρὸς τὴν ἑαυτῆς δόξαν καὶ πίστιν. τὰ τρία ταῦτα· ἐπουράνια, ἐπίγεια, καὶ καταχθόνια.

Una potissimum in Moyse annuntiatur divinitas: in prophetis autem binarius plurimum prædicatur; sed in Evangeliis manifestatur Trinitas; magis secundum temporum generationumque successionem, justo congruens ad scientiam & fidem. Ejus porro scientia, immortalitas est. Oritur autem adoptio ex ejus fide. Primum nihilominus justitias carnis edicit, velut exteriorem templi ornatum in Moyse exsuscitet: post hæc autem secundas enarrat animæ justificationes, velut Sancta ex ornet in aliis prophetiis: tertio denique spiritus justificationes, velut propitiatorium, Sanctaque sanctorum, domicilium suum, in Evangeliis rite componat. Porro habet tabernaculum sanctum, templum sanctum, legem justam illis comitem. Habitat vero in illo divinitas una immensa: una divinitas ineffabilis, inconceptibilis, incomprehensibilis, inenarrabilis, invisibilis; quæ sola se ipsa cognoscat; seque quibus velit, testes sibi suscitans, manifestam prodat; prædestinans & præfiniens; ad suam rursum gloriam fidemque, unum faciens. Sunt tria hæc, [a] *cælestia, terrestria & inferna.*

[a] Phil. II. 10.

1. Τῆς ὀρθοδοξίας] His addenda vox τοῦτο, ut advertit Combefisius.

2. Τὸν Χριστὸν] Hæc desunt in edito Combefisiano. Ea vero restituimus ex ipso Sirmondo, a quo hujusmodi exceptum accepit Combefisius. Etenim vir ille doctissimus integrum hunc locum, prout illum edidimus, recitat ad *Facundum Hermian.* lib. XI. cap. III. pag. 760.

Sæcul. IV.
circa
Ann. Chr.
370.



Ex iisdem Elementis,

Εκ τῆς αὐτῆς.

Ο μὴ ὁμολογῶν τρεῖς ὑποστάσεις ἐν μιᾷ οὐσίᾳ· οὐχ ἑτέραν δὲ λέγω οὐσίαν παρὰ τὴν θεότητα· οὐχ ἑτέραν δὲ θεότητα παρὰ τὴν οὐσίαν. ἀλλὰ διὰ τὸ οὕτως ἀκριβοῦν, οὐσίαν καλοῦμεν· ἵνα μὴ ἄλλο καὶ ἄλλο ὁ τοιοῦτος ῥᾳδιουργεῖ.

Ex eadem epistola.

A Qui non confitetur tres hypostases & personas, in una substantia. Porro, haud aliam substantiam dico præter deitatem; haud aliam deitatem præter substantiam: sed quia sic exacte rem exquirimus, substantiam vocamus; ut ne aliud & aliud ejusmodi vafer obtendat.

XVIII.

Ex Concilio Nicæno II. *Act.* V. *pag.* 1014. *tom.* VIII. *Concilior. edit. Ven. Labb.*

Τοῦ ἁγίου Ἀμφιλοχίου ἐπισκόπου Ἰκονίου περὶ τῶν ψευδεπιγράφων τῶν παρὰ αἱρετικοῖς.

Δίκαιον δὲ ἡγησάμεθα πᾶσαν αὐτῶν γυμνῶσαι τὴν ἀσέβειαν, καὶ δημοσιεῦσαι αὐτῶν τὴν πλάνην. ἐπειδὰν καὶ βιβλία τινὰ προβάλλονται ἐπιγραφὰς ἔχοντα τῶν ἀποστόλων, δι᾽ ὧν ἁπλουστέρους ἐξαπατῶσι. καὶ μετ᾽ ὀλίγα. δείξομεν γὰρ τὰ βιβλία ταῦτα, ἃ προφέρουσι ἡμῖν οἱ ἀποστάται τῆς ἐκκλησίας, οὐχὶ τῶν ἀποστόλων πράξεις, ἀλλὰ δαιμόνων συγγράμματα· καὶ μεθ᾽ ἕτερα. ταῦτα μὲν ὁ ἀπόστολος Ἰωάννης οὐκ εἶπεν, ὁ γράψας ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, ὅτι ὁ κύριος ἀπὸ τοῦ σταυροῦ λέγει, ἰδοὺ ὁ υἱός σου· ὡς καὶ ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἐκείνης λαβεῖν τὸν ἅγιον Ἰωάννην τὴν Μαρίαν εἰς τὰ ἴδια, πῶς ἐνταῦθα λέγει μὴ παρεῖναι; ἀλλ᾽ οὐδὲν ξένον, ὥσπερ γὰρ ὁ κύριος ἀλήθειά ἐστιν, οὕτως ὁ διάβολος ψεύστης τυγχάνει. ἐκεῖνος γὰρ ψεύστης ἐστὶ, καὶ πατὴρ αὐτοῦ· καὶ ὅταν λαλῇ τὸ ψεῦδος, ἐκ τῶν ἰδίων λαλεῖ. καὶ ταῦτα μὲν περὶ τοῦ ψεύδους.

Sancti Amphilochii *episcopi Iconii*, de falsis superscriptionibus hæreticorum.

B Justum autem arbitrati sumus omnem eorum denudare impietatem, & publicare patenter errorem; quoniam & libros quosdam proponunt superscriptiones habentes Apostolorum, per quos simpliciores quosque decipiunt [*Et post pauca* [1]; Ostendemus enim hos libros, quos nobis ii proferunt qui ab Ecclesia desciverunt; non Apostolorum acta esse, sed dæmonum scripta.] *Et post alia*: Hæc quidem Joannes Apostolus nequaquam diceret, scribens in Evangelio, quia Dominus in cruce dicit: [a] *Ecce filius tuus*: ita ut a die illa acciperet Joannes Mariam in sua. Quomodo ergo hic dicit non adfuisse? Sed nihil extraneum. Sicut enim Dominus veritas est; ita diabolus mendax est. [b] *Ille enim mendax est, & pater ejus: & cum loquitur mendacium, ex suo loquitur.* Sed hæc quidem C de mendacio.

XIX.

Reliqua Amphilochiana excerpta quæ superant.

Ex Catena in Joannem.

Ἀμφιλοχίου.

Οὐκ ἐπειδὴ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου κατῆλθεν ἐκ τῶν οὐρανῶν, ἀλλ᾽ ἐπειδὴ ὁ κατελθὼν υἱὸς Θεοῦ, αὐτὸς ἀνῆλθε γενόμενος υἱὸς ἀνθρώπου, ἀσφαλιζόμενος ἔλεγεν· οὐδεὶς ἀνέβη εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ. Ἀπαθὴς γὰρ καὶ ἀθάνατος μετὰ τῆς ἀναστάσεως γενομένη ἡ σὰρξ διὰ τὴν πρὸς Θεὸν κοινωνίαν· ἀδιαιρέτως γάρ ἐστιν αὐτῷ τῆς αὐτῆς ἠξιωμένη καθέδρας· διὸ καὶ Παῦλος ἔλεγεν· ὁ καταβὰς, αὐτός ἐστι καὶ ὁ ἀναβὰς ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν, ἵνα πληρώσῃ τὰ πάντα.

Amphilochii.

Non quia Filius hominis descendit de cælo; sed quia qui descendit Dei Filius, is ipse ascendit factus Filius hominis, asseverans dixit: [c] *Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, Filius hominis qui est in cælo.* Christi enim caro post resurrectionem, immunis a passione & immortalis, communione ad Deum evasit. Eadem enim cum ipso, indivise, sessione honorata est. Quapropter etiam Paullus ait: [d] *Qui descendit,* D *ipse est & qui ascendit super cælos, ut impleret omnia.*

Apud Anastasium *in* Hodego *cap.* x.

Ἀμφιλοχίου.

Εἰς ἓν γὰρ πρόσωπον, καθὼς καὶ ὑμετέρα διδάσκει ἁγιοσύνη, συνέδραμον αἱ δύο φύσεις. ἅσπερ καὶ εἶναι, καὶ σώζεσθαι ἀτρέπτως καὶ ἀδιαιρέτως ἐν Χριστῷ ὁμολογοῦμεν.

Amphilochii.

In unam enim personam, sicut & vestra sanctitas docet, convenerunt duæ naturæ; quas & in Christo esse & conservari immutabiliter & indivisibiliter, confitemur.

a Joan. XIX. 6. *b* Joan. VIII. 44. *c* Joan. III. 13. *d* Eph. IV. 10.

1. *Et post pauca*] Desunt clausa in Latina Conciliorum editione. Combefis.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

Ex Elementis DAMASCENI *Rupefucald.*

Ἀμφιλοχίου. A

Ὥσπερ τινὰς παιδαγωγοὺς ἢ παιδονόμους ἐπιτεταγμένους τοῖς ἀνθρώποις τοὺς ἀγγέλους ἰδὼν ὁ ἀπόστολος, εἰς μαρτυρίαν ἐκάλεσεν.

AMPHILOCHII.

Cum Apoſtolus, Angelos ceu pædagogos quoſdam & inſtitutores hominibus præfectos conſideraret [a], vocavit in teſtes.

Ex iiſdem Elementis.

Τοῦ ἁγίου Ἀμφιλοχίου ἐπισκόπου Ἰκονίου.

Θεὸς [1] λέγεται, διὰ τὸ τεθεικέναι τὰ πάντα τῇ ἑαυτοῦ ἐξουσίᾳ ἢ ἀσφαλείᾳ· καὶ διὰ τὸ θέειν, ὅπερ ἐστὶ τρέχειν καὶ κινεῖν καὶ κυβερνᾷν, καὶ ζωογονεῖν τὰ πάντα.

Sancti AMPHILOCHII *epiſcopi Iconii.*

Dicitur Θεὸς, hoc eſt, Deus; quod omnia conſtituerit in ſua poteſtate, & conſtituta, protectione cuſtodiat: vel Θεὸς, *διὰ τὸ θέειν*, quod eſt currere, omniaque movere, & gubernare, & vivificare.

a Heb. I. 14.

1. Θεὸς λέγεται] Hujuſmodi excerptum exſtat quidem in *Parallelis* Damaſcenicis ex ms. cod. Rupefucaldino vulgatis, tom. II. pag. 785. ubi tribuitur Amphilochio Iconienſi epiſcopo. Sed pauculis immutatis idem occurrit apud Theophilum Antiochenum lib. I. *ad Autolycum* §. IV. unde ſua forte hauſerit Amphilochius. Adi ſis noſtræ biblioth. PP. tom. II. pag. 79. not. 6.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ
ΑΜΦΙΛΟΧΙΟΥ
ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΙΚΟΝΙΟΥ ΔΙΗΓΗΣΙΣ

Κατὰ Ἀρειανοῦ καὶ Εὐνομίου καὶ Μακεδονίου.

BEATI
AMPHILOCHII
EPISCOPI ICONII HISTORIA,

Adversus Arianum, Eunomiumque & Macedonium.

ΗΝ τις μοναχὸς ἀνὴρ ὀνόματι Ἀμφιλόχιος· καὶ οὗτος δίκαιος ἦν καὶ θεοσεβής. οὗτος ἐν σπηλαίῳ ἐποίησεν ἔτη μ'. διῆγε δὲ ξηροφαγίαν ἄρτου καὶ ὕδατος. οἴνου δὲ καὶ ἐλαίου, οὐδέποτε μετελάμβανεν. ἐγένετο δὲ ἐν τοῖς καιροῖς ἐκείνοις, τελευτῆσαι τὸν ἐπίσκοπον Ἰκονίου, καὶ ἐπέστη ὁ ἄγγελος κυρίου τῷ Ἀμφιλοχίῳ λέγων· Ἀμφιλόχιε· ἄπελθε εἰς τὴν πόλιν, ποίμανε τὰ πρόβατα τοῦ Χριστοῦ. ὁ δὲ, οὐκ ἐπείθετο· καὶ ἐπιστὰς πάλιν ὁ ἄγγελος κυρίου λέγει αὐτῷ· καὶ ἤδη λέγω σοι, πορεύου, τὸ κελευστὲν σοι ποίησον. ὁ δὲ, οὐδὲ οὕτως ἐπείθετο· ἔλεγε γὰρ ἐν ἑαυτῷ, ὅτι καὶ αὐτὸς ὁ Σατανᾶς μετασχηματίζεται, εἰς ἄγγελον φωτός. καὶ ἐγένετο τῇ τρίτῃ νυκτὶ, ἐπιστὰς πάλιν αὐτῷ ὁ ἄγγελος λέγει· ἐγείρου ἀπὸ τῆς στρωμνῆς σου ταύτης, καὶ πορεύου εἰς τὴν πόλιν, καὶ ποίμανε τὰ πρόβατα Χριστοῦ. καὶ ἀναστὰς κατέσχεν αὐτὸν λέγων· εἰ ἄγγελος εἶ τοῦ Θεοῦ, στῶμεν εἰς προσευχήν· καὶ εὐθέως κλίνει τὴν κεφαλὴν ὁ ἄγγελος κυρίου, καὶ ἐβόησε λέγων· ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος κύριος σαβαώθ· πλήρης ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ. καὶ ἐπιλαβόμενος τῆς δεξιᾶς Ἀμφιλοχίου, ἤγαγεν αὐτὸν εἰς τὴν ἐκκλησίαν· καὶ αὐτόματος ἠνοίγη αὐτοῖς· καὶ εἶδον φῶτα μεγάλα, ὡς ἐπὶ ἑορτῆς κυρίου. καὶ ἄνδρες μονάζοντες, ὧν οὐκ ἦν ἀριθμός· καὶ ἐπιλαβόμενοι αὐτὸν, ἤγαγον ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον· καὶ εἶχον ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν εὐαγγέλιον, καὶ ἀπέδωκαν αὐτῷ λέγοντες· ὁ κύριος μετὰ σοῦ. εἷς δὲ πρῶτος αὐτῶν λέγει πρὸς αὐτούς· εὔξασθε πάντες· καὶ ἤρξατο λέγειν· ἡ θεία χάρις προχειρίζεται τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν Ἀμφιλόχιον ἐπίσκο-

A I. ERat monachus quidam nomine AMPHILOCHIUS: fuitque vir ille, justus & pius. Is annos quadraginta vixerat in spelunca, quos sicco panis & aquæ epulo transegerat: vinum autem & oleum numquam sumsit. Accidit autem ut eo tempore decederet episcopus civitatis Iconii. Angelus vero Domini adstitit AMPHILOCHIO dicens, AMPHILOCHI, vade in civitatem, pasce oves Christi. At ille non acquiescebat. Rursumque adstans Angelus Domini, ait illi: Etiam nunc dico: Vade fac quod fuit præceptum. Ille autem nec sic parebat: dicebat enim apud se: [a] ipsum etiam Satanam in Angelum lucis se transfigurare. Factumque est nocte tertia, ut ei rursus adstans Angelus diceret: Surge a tuo B isto strato, & vade in civitatem, ac pasce oves Christi: Surgensque ille tenuit eum dicens: Si Angelus Dei es, stemus in oratione. Moxque Angelus Domini, demisso capite clamavit, dicens: [b] *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus sabaoth: plenum est cælum & terra gloria ejus* apprehensaque AMPHILOCHII dextera duxit eum in ecclesiam, quæ ultro eis aperta est: atque ingressi viderunt magna lumina, [1] perinde atque in festo Domini. [2] Erantque viri singulari eximioque amictu, quorum non erat numerus. Ii acceptum eum, duxerunt ad aram sanctam: ac præ manibus Evangelium habentes, tradiderunt ei, dicentes: Dominus tecum. Unus autem ex sanctis Angelis qui etiam erat in eis pri- C mus, dicit ad eos: Precemini omnes. Cœpitque dicere: [3] Divina gratia præficit, ordinatque fratrem

a II. Cor. XI. 4. *b* Isai. VI. 3.

1. *Perinde atque in festo Domini*] Ὡς ἐπὶ ἑορτῆς κυρίου: velut die dominico: vel forte, dominica ipsa Resurrectionis, a qua reliqui per annum habent ut sint Christianis solemnes & dominici, lætique omnino; quam eorum lætitiam & φαιδρότητα, μεγάλα illa & vere φαιδρὰ, in Ecclesiis lumina cereique, utcumque repræsentent.

2. *Erantque viri, singulari eximioque amictu*] Habuit noster codex μονάζοντες: nec movimus; quamquam ut minus congruum non reddidimus. Etsi enim plerique episcopi Græci jam olim assumti fuerint e cœtu monachorum, eoque potuerint Angeli convenisse monachorum specie, ad consecrandum in episcopum confratrem monachum: aptius tamen videtur ut cultiori & sacro habitu apparuerint, ac quali deceret tantum ministerium; idque auctor significare voluerit. Quare reddidimus velut esset μονόζωνοι, quomodo habuit sine dubio codex Lipomani, apud quem legimus: *Viri præclara veste induti, & cincti singulari cingulo*. Ubique Hieronymus eam vocem reddit, *Latrunculos*. Videtur sonare, eximie & singulariter cinctum, eoque ornatu reliquis militibus prælatum & honoratiorem, ut Suidas: quo sensu optime heic quadrat.

3. *Divina gratia præficit ordinatque*] Προχειρίζεται. Sic etiam apud Lipomanum, cui tamen alteram vocem addidimus, explicationis caussa, & quia primum, *Præficere*, usu Latino videatur minus determinatum ad ipsam consecrationem promoti ad talem gradum significandam, quam Græcis τὸ, προχειρίζεσθαι: quod sit χειροτονεῖν & χειροθετεῖν, non tantum cerimoniale; quidquid multis, totus maledictis infercitus, in Arcudium aliosque æmulos, Catoncyritus; sed vere sacramentale & substantiale sacræ Ordinationi; illa manuum impositione, accedente verborum forma satis exprimente tradendam eo actu potestatem, idemque præstante, atque apud Latinos præstant aliæ cerimoniæ, Christo tantum instituente, ut signo aliquo sensibili sufficienter significaretur traditio talis vel talis po- D testatis a legitimo ministro: quomodo etiam constat, aliter ordinatos primos Diacones, quam modo ordinentur, porrectione libri Evangeliorum, Matthæo qui primus scripsit Evangelium, aliquot postmodum annis, primum scribente. Sed de his pluribus, ecclesiasticarum rerum diligens scrutator Parisiensis ecclesiæ theoloqus. D. Isacius Habertus in ἀρχιερατικῷ, & Jacobus Goar in *Euchologio*.

του Ἰκονίε· ψήφῳ καὶ κινδύνῳ ἡμῶν παραγενομένων· δεξώμεθα οὖν, ἵνα ἔλθῃ ἐπ' αὐτῷ ἡ χάρις τȣ̃ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· καὶ μετὰ τὸ δέξασθαι αὐτῶν, ἔδωκαν αὐτῷ τὴν εἰρήνην· καὶ ἀφανεῖς ἐγένοντο ἀπ' αὐτȣ̃.

A nostrum AMPHILOCHIUM episcopum civitatis Iconii, [1] nostro qui adfuimus & suffragio & periculo. Precemur ergo, ut gratia Domini nostri Jesu Christi super eum veniat: peractisque precibus, dederunt ei pacem, & disparuerunt ab ejus oculis.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.



Καὶ ἰδοὺ ἐπίσκοποι ζ'. τὸν ἀριθμὸν, ἐκπεμφθέντες ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἐπηρώτων περὶ αὐτοῦ τοῦ Ἀμφιλοχίου, λέγοντες αὐτῷ· σὺ εἶ Ἀμφιλόχιος μοναχός; ὁ δὲ λέγει· πᾶν ψεῦδος ἐκ τοῦ πονηροῦ ἐστιν, κἂν ἐπὶ μεγάλȣ πράγματος γίνεται, κἂν ἐπὶ μικροῦ. καὶ εἶπεν· ἐγώ εἰμι Ἀμφιλόχιος μοναχός. καὶ λαβόντες αὐτὸν οἱ ἐπίσκοποι εἰσήγαγον εἰς τὴν ἐκκλησίαν. καὶ λέγει αὐτοῖς ἐκεῖνος· ἀκȣ́σατε, ἀδελφοὶ καὶ πατέρες, ὡς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λέγω. ἐν γὰρ τῇ νυκτὶ ταύτῃ, ἄγγελοι Θεοῦ ἐχειροτόνησάν με ἐπίσκοπον πόλεως Ἰκονίȣ. καὶ ἀκούσαντες ταῦτα οἱ ἐπίσκοποι, ἔστησαν ἐννεοί· ἐμβλέποντες εἰς τὸν ἕνα, καὶ λέγοντες· ὃν ὁ Θεὸς ἐχειροτόνησε διὰ τῶν ἁγίων αὐτοῦ ἀγγέλων, ἡμεῖς χειροτονῆσαι ἢ παρυβρίσαι οὐ δυνάμεθα· ἀλλ' ἔσται εὐλογημένος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· καὶ δώῃ αὐτῷ κύριος πᾶσαν χάριν καὶ ἀνάπαυσιν· καὶ υἱοὶ ἀνομίας οὐ κακώσουσιν αὐτῷ· καὶ δόντες αὐτῷ τὴν εἰρήνην, ἀνεχώρησαν ἀπ' αὐτοῦ· καὶ ἀπῆλθον ἕκαστος εἰς τὴν ἰδίαν πόλιν, καὶ διηγήσαντο τὰ περὶ Ἀμφιλοχίου· καὶ αὐτὸς ἦν ποιμαίνων τὸ ποίμνιον Χριστοῦ, ἐν πάσῃ ὁσιότητι, καὶ δικαιοσύνῃ.

II. Ecce autem septem numero episcopi, mittente Spiritu sancto, percontabantur de ipso AMPHILOCHIO, dicentes: Tu ne es AMPHILOCHIUS monachus? Qui ait: [2] Mendacium omne a malo est, sive quis mentiatur in re magna, sive in parva. Responditque, Ego sum AMPHILOCHIUS monachus. Tunc accipientes ipsum episcopi, duxerunt in ecclesiam. Ait vero illis: Audite fratres & patres, B ut vobis dicam veritatem: hac enim nocte Angeli Dei me civitatis Iconii ordinaverunt episcopum. Iis illi auditis, steterunt muti, in se invicem adspicientes, dicentesque; Quem Deus per sanctos Angelos suos ordinavit, non possumus ipsi ordinare aut afficere contumelia, sed erit benedictus in sæcula sæculorum; eique Dominus gratiam omnem & quietem dederit: [a] *nec filii iniquitatis nocebunt ei*. Data ergo ei pace, recesserunt ab eo: cumque in suam quisque civitatem reversi essent, narraverunt quæ circa AMPHILOCHIUM gesta erant. Ipse porro AMPHILOCHIUS Christi gregem pascebat in omnibus sanctitate & justitia.

Μετὰ δὲ τρία ἔτη, ἀνέστησαν οἱ λύκοι τῆς Ἀραβίας· Εὐνόμιος καὶ Ἀρειανὸς καὶ Μακεδόνιος· καὶ συζήτησιν ἐποιοῦντο περὶ τῆς πίστεως τῆς εἰς κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν· καὶ οὐδεὶς ἴσχυεν ἀντιστῆναι

C III. Post tres autem annos, [3] insurrexerunt lupi Arabiæ, Eunomius, inquam, Arianus, & Macedonius, quæstionemque moverunt de fide in Dominum Jesum Christum; [4] nec quisquam eorum ser-

a Psalm. LXXXVIII. 23.

Quod porro spectat ad miraculosam istam, & præter legem, ordinationem; constantissimum est, potuisse eam fieri, fuisseque omnino credendum sanctis Angelis, de ea testantibus, juxta doctrinam D. Thomæ 3. p. q. 64. a. 7. Neque enim id illi attentarent, nisi Christo jubente; qui potest quo maluerit ministro uti in sacramentis: quamquam secundum legem utatur solis hominibus, ut quibuscum ipse, sacramentorum auctor, communicat in natura: neque non factum, Spiritus veritatis, mendacio adstruerent. Vix autem fuerit aliquis, de quo majori specie probabilitatis, privilegium tantum credi pie posset, sive insignem Amphilochii sanctitatem & contemplationis excellentiam spectemus; sive malitiam temporis, quando ad petulantissimos hæreticos coercendos, major viro qui velut princeps catholicorum episcoporumque esset futurus, Athanasio Basilioque e vivis exemtis, jactatoque, ac tandem exauctorato Gregorio Theologo, auctoritas concilianda fuit.

Est in vitis Patrum Rosweydi, ut monachus sit redactus ad ordinem a patribus, qui sibi videbatur sic miraculose ordinatus in presbyterum. Magna certe in rebus tanti momenti opus cautione. Nullum apud antiquiores occurrit hujusce tam singularis ordinationis Amphilochii nostri monumentum: nisi forte Gregorius carm. parænetico ad Olympiadem ad eam respexerit ℣. 102. transmissione illa ad Deum, Θεκλῇ γε σὺν ἁγνῇ: *Cum virgine Thecla*: nam cum non possit intelligi de transmissione ad Deum per excessum a vita, ut satis bene Baronius an. 394. quidquid levius scholiastes Germanus carminis ad Seleucum: & evidenter colligitur ex Hieronymo de Scriptoribus Ecclesiasticis, loquente post Gregorii obitum de Amphilochio ut de superstite, exque Menologio longissimam ei ætatem tribuente: cum item transmissio spiritalis ob solam devotionem in Theclam minus sufficiens videatur intento Gregorii, qui totus mysteria loquitur, vixque habet syllabam aut vocem, cui non sit adjectus sublimis aliquis divinusque sensus, (ut egregie prosequitur ejus studiosissimus & ipse nervosissimus Maximus, ad primam quæst. in orat. de amore pauperum ejusdem Gregorii, propediem cum reliquis ipsius ab amicissimo regio interprete Alberto, jam ex Cyrilli magni editione non parum claro, in jus publicum; nonnihil etiam nobis vel conferentibus vel annitentibus celerando operi, & promtius fodientibus multis, eruendo thesauro, transferendus:) non absonum videri possit, ut eo dicat, ad Deum transmisisse cum virgine Thecla, quia sibi illa ipsum adscivisset, & suæ illi Ecclesiæ miraculose præfectum & ordinatum antistitem, velut jam non terrenum hominem, & pro vitæ hujus statu Ecclesiæ præsidem, sed tamquam cælestem virum, & jam in cælo & cum cælitibus Deoque peculiarissime versantem, & fere status beatifici cum ipsa consortem videri fecisset; eoque vere sibi amicum, quod dicebatur; omnibus jam quodammodo & mystice communibus, ostendisset. Eamdem D Nicephorus historiam ex communi fama refert; sed is junior est, nec forte ab alio accepit quam a Metaphraste, penes quem, cum quæstio facti sit, stet rei tantæ fides.

1. *Nostro qui adfuimus & suffragio & periculo*] Ψήφῳ καὶ κινδύνῳ ἡμῶν παραγενομένων. Loquuntur Angeli more hominum, quibus suffragantibus & imponentibus manus, non leve est periculum. Quamobrem Paullus Timotheo carissimo: *Nemini cito manus imposueris &c.* 1. Tim. 5. Angeli autem, cum divinæ tantum voluntatis executores, & jam beati, id muneris obierint, extra aleam fuerunt. Vel fuerit nonnullum eorum periculum, ne non satis digne sacerdotio fungeretur, velut adhuc ad malum vertibilis & viator, quem ipsi & consecrassent, & a Deo, sedis illius, cum Thecla, episcopum impetrassent. Nescii enim futurorum, cum aliquid a Deo, quod ad Dei gloriam putant, re minus succedente, quamquam nulla eorum culpa, velut peccare videntur, & in se ipsos id accersere periculi: quod omnino peculiarissima cura precibusque ad Deum conantur amoliri, velut quibus maximi sit, illa Dei taliter intenta gloria. Legenda apud Danielem pugna Angelorum præpositorum Hebræis & Persis, & E in eam expositores.

2. *Mendacium omne a malo est*] Πᾶν ψεῦδος ἐκ τȣ̃ πονηρȣ̃ ἐστι. In hoc sanius, multis præsertim Græcis; in quorum partes magnus concessit Hieronymus; qua de re pluribus Aug. lib. contra mendacium.

3. *Insurrexerunt lupi Arabiæ*] Ἀνέστησαν οἱ λύκοι τῆς Ἀραβίας. Incertus auctor inter Amphilochii opera orat. in Circumc. Gregorius quoque orat. 34. ubi Billius n. 3. alludunt omnes ad illud Habac. 1. juxta LXX. *Velociores lupis Arabiæ*: ubi Vulg. *Lupis vespertinis*. Sola punctorum diversitas discrepantiam facit. Videri potest Cornel. eo loci.

4. *Nec quisquam eorum sermoni poterat resistere*] Maxime Eunomii disertissimi, cujus cum Theodosio congressionem verita Placilla (contendit Baronius an. 385. dictam Flacillam ex veteri numismate) quantum potuit, prohibuit, ut Sozom. l. 7. c. 6. Ut merito potuerint orthodoxi, ma-

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

τῷ λόγῳ αὐτῶν. ϗ ἐγένετο σύνοδος ἐπισκόπων, ρνγ'. ἐν Κωνσταντινουπόλει περὶ τοῦ ζητήματος τούτου. ϗ ἀναμνησθεὶς, πρὸς τὸν βασιλέα εἶπον οἱ ἐπίσκοποι· κύριε βασιλεῦ, κέλευσον οὖν ἐλθεῖν τὸν ἐπίσκοπον Ικονίου· καὶ ἐὰν ἐκεῖνος, ἡττήθημεν πάντες. κελευσθέντος δὲ τοῦ βασιλέως, ἦλθεν ὁ Αμφιλόχιος, ὡς μὴ ἀνθιστάμενος βασιλικοῖς προστάγμασιν, ἔχων μετ' αὐτοῦ καὶ Θεόδουλον τὸν ἀρχιδιάκονον αὐτοῦ. τούτου δὲ ἐξερχομένου ἐκ τοῦ Ικονίου, ἦρεν ἐκ τῆς ἀνθρακίας καρβουνίαν μεμεστωμένην πυρὸς, καὶ ἔδωκεν τῷ ἀρχιδιακόνῳ αὐτοῦ λέγων· τοῦτο φύλαξον παρὰ σεαυτῷ, ἕως ἂν εἴπω σοι. καὶ καθεσθεὶς ἐπὶ πῶλον ὄνου, ἐπορεύετο ἐν Κωνσταντινουπόλει· καὶ οὐκ ἔφαγεν, οὐδὲ ἔπιεν, ἕως ἂν εἰσῆλθεν ἐν Κωνσταντινουπόλει. καὶ εἰσῆλθεν ὥρᾳ θ'. κατέλυσε παρά τινι γυναικὶ χήρᾳ· καὶ εὐθέως ἐξώρμησεν ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν εὐλογῶν τὸν Θεόν. αἱ δὲ θύραι πᾶσαι ἠσφαλισμέναι ἦσαν. θεὶς δὲ γόνατα προσηύξατο· καὶ αἱ θύραι ἀνεῴχθησαν παραχρῆμα, καὶ εἰσέλαβον αὐτὸν ἔσω. ἀρχόμενος δὲ ἔλεγεν οὕτως· κύριε Ιησοῦ Χριστὲ ὁ Θεός· ὅτι οὐκ ἔστιν ἐν ἐμοὶ λόγος σοφίας· ϗ τί εἴπω ἢ τί λαλήσω ἔμπροσθεν τοῦ βασιλέως οὐκ οἶδα. καὶ εὐθέως παρέστη αὐτῷ ὁ Χριστός· ὁ διὰ τῶν προφητῶν λαλήσας, λέγων· ἐγγὺς κύριος τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτὸν ἐν ἀληθείᾳ· καὶ λέγει αὐτῷ, Αμφιλόχιε· μὴ φοβοῦ, μὴ δὲ δειλιάσῃς· * μετὰ σοῦ ὥσπερ δεῖ σε ἐνώπιον τῆς συγκλήτου· καὶ ταῦτα εἰπὼν, ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτοῦ· καὶ ἐξελθὼν ὁ ἀνὴρ, ἐπορεύετο ἐν τῷ καταλύματι αὐτοῦ.

A moni poterat resistere: factaque est Constantinopoli ad inquirendum de ea re, [1] centum quinquaginta trium episcoporum Synodus. Cumque AMPHILOCHIUS in memoriam venisset, dixerunt episcopi ad imperatorem: Domine imperator, jube igitur episcopum Iconii venire: & siquidem fuerit ille victus, ipsi omnes victi fuerimus. Imperatore autem jubente venit AMPHILOCHIUS, ut qui non resisteret imperialibus mandatis, Theodulo ejus archidiacono comite. Porro, cum Iconio egrederetur, [2] tulit ex strue plenum igne carbonem, traditque archidiacono, dicens: Hoc apud te serva, usque dum dixero. Conscensoque pullo asini, pergebat Constantinopolim: ac neque comedit neque bibit, donec urbem ingrederetur. B Quam ingressus hora nona, divertit apud quamdam mulierem viduam: ac confestim, Deum benedicens, ad ecclesiam est profectus. Erant autem portæ omnes obseratæ: at ipso, positis genibus precante, statim apertæ eum intus susceperunt. Ille vero sic orare cœpit: Domine Jesu Christe, Deus. Non est in me sermo sapientiæ: nec novi quid dicam loquarve coram imperatore. Hæc cum dixisset, adstitit Christus, qui per prophetas locutus est, dicens: [a] *Prope est Dominus invocantibus eum in veritate*, aitque illi: AMPHILOCHI, noli timere, neque trepidaveris: sum ego tecum, ut per te loquar, quæ te oportet loqui coram senatu. Iisque dictis, ab eo discessit. At ille egressus, in suum se C hospitium contulit.

Ηκουσαν δὲ οἱ λύκοι τῆς Αραβίας, καὶ ἐπέστησαν ἐν τῷ καταλύματι· καὶ εὐθέως προσέῤῥηξαν τῇ πέτρᾳ, ὡς ἄγρια κύματα, καὶ ὡς ἀφρὸς ἐξελύθησαν. πεπετρωμένος γὰρ τῇ πίστει ὑπῆρχεν ὁ Αμφιλόχιος. καὶ λέγει ὁ Εὐνόμιος. σὺ εἶ ὁ Αμφιλόχιος, ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ; ὁ δὲ λέγει, ἐγώ εἰμι ὁ Αμφιλόχιος ἁμαρτωλός. Εὐνόμιος εἶπεν. καὶ τί διαστρέφεις τὸν Ισραήλ; Αμφιλόχιος εἶπεν· οὐκ ἐγὼ διαστρέφω, ἀλλὰ σύ. Εὐνόμιος λέγει· πῶς οὖν ἡ πρώτη φωνὴ τοῦ εὐαγγελίου λέγει· ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν· καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος. πρὸ τῆς ἀρχῆς ἦν, ἢ οὐκ ἦν; Αμφιλόχιος εἶπεν· οὐχ ὡς σὺ ὑπολαμβάνεις κτίσμα ἐστὶν ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος· ἀλλ' ὡς ἠθέλησεν ἡ αὐτοῦ θεότης, μετεποιήθη. Εὐνόμιος λέγει. πῶς οὖν καὶ ἐν παλαιᾷ διαθήκῃ λέ-

IV. Cum audivissent autem lupi Arabiæ, invaserunt hospitium; moxque tamquam feri fluctus ad petram allisi, ut spuma soluti sunt. Erat enim AMPHILOCHIUS, fide in petram duratus. Ait vero Eunomius: Tu ne es ille AMPHILOCHIUS, Dei servus? Qui ait: Ego sum AMPHILOCHIUS peccator. Eunomius dixit: [b] *Quid vero subvertis Israel?* AMPHILOCHIUS dixit: *Non ego subverto, sed tu*. Eunomius ait: Quei ergo habet prima vox Evangelii: [c] *In principio erat Verbum: & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum?* Num ante principium erat, D nec ne? AMPHILOCHIUS dixit: Non sicut tu existimas, creatura est Dei Verbum; [3] sed est factum creatura, ut ejus divinitas voluit. Eunomius ait: Quei ergo etiam in veteri testamento, dicit[d]: [4] *Duo*

* Μετὰ σοῦ] Deest heic aliquid.

a Ps. CXLIV. 18. *b* III. Reg. XVIII. 17. 18. *c* Joan. I. 1. *d* Eccli. XXXIII. 15.

gna jam apud omnes opinione, & Basilii nuper defuncti amicitia & studiorum societate clarum Amphilochium requirere, atque in eo plurimum præsidii ponere.

1. *Centum quinquaginta trium*] ρνγ. Alii tantum, centum quinquaginta: sed potuit facile omitti minor numerus, ut fit passim in aliis. Apud Lipomanum non exprimitur numerus.

2. *Tulit ex strue plenum igne carbonem*] Καρβουνίαν μεμεστωμένην πυρός. Seu titionem, totum ignitum: vox communi jam usu Græcis recepta. Non habet vita a Lipomano edita hoc miraculum, vere illud grande, etsi non sine exemplo. Sæpius enim se divina virtus, eo modo prodidit in illo elemento; ut in fornace Babylonica, in Brictio, in Francisco de Paula &c.

3. *Sed est factum creatura, ut ejus divinitas voluit*] Ἀλλ' ὡς ἠθέλησεν ἡ αὐτοῦ θεότης, μετεποιήθη: Sic visum est & interpungere & reddere, ut stet sensus catholicus, quo certum est, non solum Amphilochium esse olim locutum, sed & Metaphrasten scripsisse. Significat ergo, Verbum non esse creaturam, sed factum creaturam, ea phrasi qua dicitur, *factum caro*, Joan. 1. seu sibi adsciviste rationem illam creaturæ; quæ est propria & trita illius verbi significatio: idque ut voluit ejus divinitas; modo plane nobis incomperto, & in quo tota facti ratio, voluntas sit facientis. Interpres Lipomani sic reddebat: *Sed ut voluit, ejus divinitas transmutata est*; cujus propositionis non occurrit sensus catholicus, clamante Jacobo: *Apud quem non est transmutatio* &c. Jac. 1. 7. Plane cohibenda in rebus tam arduis calami festinatio; nec tam sancta, non initiatis ac solum Grammaticulis, permittenda.

4. *Duo duo, unum contra unum*] Δύο δύο, ἓν κατέναντι τοῦ ἑνός. Est *Eccli.* XXXIII. 15. vixque apparet, quid eo loco vellet Eunomius conficere: nisi Anomœorum ipse coryphæus ac velut pater contendebat, non tantum in creatis, quod significat scriptura, ut bene ibi Jansenius, sed in divinis, esse diversa paria, quorum unum alteri E esset velut contrarium, nec per omnia simile; eoque non esse personas divinas ὁμοουσίους: ejusdem per omnia substantiæ, & summe unas. Responsio Amphilochii, etsi non ita litteralis, non omnino tamen debet videri insufficiens. Satis enim fuit ut perversæ expositioni, nec ulla fultæ veritatis specie, suam nonnihil verisimilem, nec ullo modo sanis dogmatis adversam, opponeret. Ceterum occurrit post hæc scripta, nondum tamen edita, excerptum Amphilochianum ex codice Emin. Card. Rupifucaldii, quod & aliis ejusdem excerptis adjunximus, quo vir sanctus rem melius explicat, docens non esse in divinis, Unum & unum, duo & duo, sed Unitatem in Trinitate, & Trinitatem in unitate: quibus nimirum significetur distincta subsistantia trium personarum, in individua summeque una substantia, & ἀμέριστος ἐν μεμερισμένοις θεότης: ut Gregorius loquitur, & citavimus in superioribus.

γει, δύο καὶ δύο, ἓν κατέναντι τοῦ ἑνός; Αμφιλόχιος εἶπεν· ἄκουσον, ὦ ταλαίπωρε καὶ δυσωδέστατε. δύο ϗ δύο τέσσαρά εἰσιν. Μάρκος, Ματθαῖος, Λουκᾶς, ϗ Ιωάννης· οἱ τέσσαρες εὐαγγελισταὶ, οἱ εὐαγγελισάμενοι τὴν ὑφήλιον πᾶσαν, τὴν σωτηρίαν ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν. ὁ δὲ ἅγιος πατὴρ ἀποστείλας τὸν μονογενῆ καὶ ὁμόθρονον, καὶ ὁμοούσιον καὶ αἴδιον αὐτοῦ λόγον, τοῦ σαρκωθῆναι, ἔφη· αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου· καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς, καὶ τὰ ἑξῆς. Εὐνόμιος εἶπε· πῶς οὖν διὰ τοῦ προφήτου λέγει, οὐκ ἐκρύβη τὸ ὀστοῦν μου ὃ ἐποίησας ἐν κρυφῇ. Αμφιλόχιος λέγει· μὴ γὰρ περὶ τοῦ Χριστοῦ τοῦτο λέγει; οὐχί· ἀλλὰ περὶ τοῦ Αδὰμ, ἡνίκα [σάρξ] χοῦν λαβὼν ἀπὸ τῆς γῆς ὁ Θεὸς, ἔπλασε τὸν ἄνθρωπον, καὶ εἶπεν. οὐ καλὸν εἶναι τὸν ἄνθρωπον μόνον· ποιήσωμεν αὐτῷ βοηθὸν κατ' αὐτόν· καὶ ἐπέβαλεν ὁ Θεὸς ἔκστασιν ἐπὶ τὸν Αδὰμ, καὶ ὕπνωσε· καὶ ἔλαβε μίαν τῶν πλευρῶν αὐτοῦ, καὶ ἀνέπλασεν αὐτῷ εἰς γυναῖκα, καὶ ἔδωκεν αὐτῷ. διὰ τοῦτο ὁ προφήτης ὡς ἐκ τοῦ Αδὰμ εἶπεν· οὐκ ἐκρύβη τὸ ὀστοῦν μου ἀπὸ σοῦ, ὃ ἐποίησας ἐν κρυφῇ. ὑπολαβὼν δὲ Εὐνόμιος λέγει· κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ· πῶς τοῦτο λέγει ὁ προφήτης; ὁρᾷς ὅτι ποίημά ἐστιν ὁ υἱὸς, ϗ οὐχὶ ὁμοούσιος; Αμφιλόχιος εἶπε· μὴ γὰρ ϗ τοῦτο περὶ τοῦ Χριστοῦ λέγει; οὐχί· ἀλλ' ὅτε συνήντησε ταῖς γυναιξὶ, λέγω δὴ Μαριὰμ καὶ Μάρθαν· λέγουσιν αὐτῷ ἐκεῖναι μὴ γνωρίσασαι αὐτὸν, κύριε, εἰ εἶδας ποῦ ἔθηκαν αὐτὸν, εἰπὲ ἡμῖν· καὶ ὁ κύριος ἔφη· Μαρία, μή μου ἅπτου· πορεύου δὲ πρὸς τοὺς ἀδελφούς μου, καὶ εἰπὲ αὐτοῖς· καὶ τὰ ἑξῆς. ταῦτα ἀκούσας ὁ Εὐνόμιος ἔφη· αὔριον ἐπὶ τοῦ βασιλέως καὶ τῆς συγκλήτου διαλεγόμεθα· καὶ ἀνεχώρησαν ἀπ' αὐτοῦ. ϗ ἦν πᾶσα ἡ πόλις αἰδουμένη εἰς ἀκρόασιν Αμφιλοχίου ϗ Εὐνομίου· ἔλεγον γὰρ ἀμφιβάλλοντες πρὸς ἀλλήλους, καὶ λέγοντες· ἆρα ποῖος νικᾷ; οὗτος ἢ ἐκεῖνος; δι' ὅλης δὲ τῆς νυκτὸς προσηύχετο ὁ Αμφιλόχιος, λέγων· κύριε Ιησοῦ Χριστὲ, ἃ ἐπηγγείλω μοι, ποίησον, ἵνα δοξασθῇ σου τὸ πανάγιον ὄνομα, τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. καὶ ταῦτα αὐτοῦ προσευχομένου καὶ λέγοντος, παρῆλθεν ἡ νύξ.

Πρωΐας δὲ γενομένης, ἐπιλαβόμενος τῆς χειρὸς τοῦ διακόνου λέγει αὐτῷ· ἀδελφὲ Θεόδουλε· σήμερον θάνατος καὶ ζωὴ ἡμῖν πρόκειται. καὶ ὁ διάκονος ἔφη· καὶ τίς ἐστιν ὁ λόγος οὗτος πάτερ; Αμφιλόχιος εἶπεν. ἐπειδὴ [οὐκ] ἔστιν ἔθος ἐν τῷ εἰσιέναι ἡμᾶς εἰς τὸν

A *& duo, & unum contra unum?* AMPHILOCHIUS dixit: Audi miser & putentiſſime: Duo & duo, quatuor, ſunt. Marcus, Matthæus, Lucas & Joannes; quatuor Evangeliſtæ, qui terræ univerſæ ſalutem noſtram Chriſtianorum annuntiaverunt. Pater autem ſanctus, miſſo Unigenito, ejuſdemque throni conſorte & conſubſtantiali atque æterno Verbo ſuo, ut carnem ſumeret, dixit: [a] *Poſtula a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ*, & quæ ſequuntur. Eunomius dixit: Quei ergo ait per prophetam, [b] *Non eſt occultatum os meum, quod feciſti in occulto?* AMPHILOCHIUS ait: Quaſi vero hoc dicat de Chriſto: non de Adam, quando Deus accepto de terra pulvere, formavit hominem, B & dixit: [c] *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum: Faciamus ei adjutorium ſecundum ipſum. Et immiſit Deus ecſtaſim in Adam, & dormivit. Et accepit unam coſtarum ejus, & ædificavit ei in mulierem, quam dedit illi.* Idcirco propheta velut ex perſona Adæ dixit: *Non eſt occultatum os meum a te, quod feciſti in occulto.* Suſcipiens vero Eunomius dicit: [1] *Dominus* [d] *creavit me, initium viarum ſuarum:* quomodo hoc dicit Propheta? Vides ut Filius creatura ſit, non ejuſdem ſubſtantiæ? AMPHILOCHIUS dixit: Num vero etiam hoc dicit de Chriſto? minime: ſed quando occurit mulieribus, dico autem Mariæ & Marthæ, dicunt illæ, cum eum non cognoviſſent, [e] *Domine, ſi ſcis ubi poſuerunt eum,* C *dicito nobis. Jeſus autem dixit: Maria, noli me tangere: Vade autem ad fratres meos & dic illis, &c.* Cum Eunomius illa audiſſet, dixit: Diſputabimus craſtina die coram imperatore & Senatu: diſceſſitque ab illo. Tota porro [2] civitas reverentia quadam & metu tenebatur, ad AMPHILOCHII Eunomiique auditam diſputationem. Dicebant enim ad invicem hæſitantes: uter porro victor futurus eſt? Hic ne an ille? At AMPHILOCHIUS totam noctem precabatur dicens: Domine Jeſu Chriſte, præſta quæ mihi es pollicitus, ut glorificetur [3] ſanctiſſimum nomen tuum Patris & Filii & Spiritus ſancti. Hæc autem eo precante & dicente, nox pereffluxit.

D V. Mane autem facto, apprehenſo manu diacono, dicit ei: Theodule frater, nobis hodie mors & vita propoſita eſt. Dixitque diaconus: Ecquid vero ſibi vult ſermo iſte, pater? AMPHILOCHIUS dixit: [4] Quoniam mos eſt, ut nobis ad imperato-

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.



a Pſal. II. 8. *b* Pſal. CXXXVIII. 15. *c* Gen. II. 18. 21. 22. *d* Prov. VIII. 12. *e* Joan. XX. 15. 17.

1. *Dominus creavit me*] Ita juxta LXX. niſi in illis eſt mendum, nempe ἔκτισε, ἀντὶ τοῦ, ἐκτήσατο: *Poſſedit*, quomodo reddit Hieronymus ex Hebræo. Porro eſt reſponſio obſcurior: in hoc tamen videtur conſiſtere, ut Dominus, alio modo ſibi & nobis, Deum & Patrem eſſe ſignificaverit, eoque non adcenſendum creatis. Vel etiam, & forte melius, ut illis verbis, *Noli me tangere*: ad aliquid altius de ipſo ſapiendum quam præ ſe ſerret, vereque divinum, humilius cogitantem, quamquam amantem Mariam, evexerit, quo Eunomius blaſphemiam caſtiget, & Deum agnoſcat, quamquam ſpecie tantum hominem. Lapſu memoriæ, apparitionem ſoli Mariæ factam, communem Marthæ, Amphilochius facit: duaſque etiam in unam confundit.

2. *Reverentia quadam & metu tenebatur*] Αἰδουμένη: Interpres Lipom. *Mirabantur*. Sequentia anxios ſignificant de pugnæ exitu, & cujuſnam partium eſſet futura victoria; ut fere in ſimilibus accidit.

3. *Sanctiſſimum nomen tuum, Patris, & Filii, &c.*] Unum nomen eſt ſuperadorandum, quod Chriſtus ſubſtantive & abſolute dicitur & eſt, id ipſum Patris, & Spiritus ſancti nomen, ut eſt una tribus natura & eſſe: quod ſubtiliſſime Amphilochius iis verbis innuit. Utrum vero unum nomen Chriſti diſtincte invocatum, ſufficiens ſit Trinitatis invocatio, aut ſaltem fuerit aliquando ex quadam indulgentia, ad valorem baptiſmi; controverſia eſt in qua D. Ambroſius, & eum ſecutus Nicolaus, velut ex ejus ſententia approbans baptiſmum a Judæo collatum in nomine tantum Chriſti, a parte affirmante videntur ſtare. Sed quidquid ſit de Ambroſio qui aliter forte potuerit exponi, quod ſpectat ad Nicolaum, conſtans eſt erraſſe, qui ſua etiam ætate, quando conſtat diſpenſationem ceſſaſſe, ſi qua umquam fuit, ejuſmodi baptiſmum ratum E habuerit.

4. *Quoniam moris eſt, ut nobis ingredientibus*] Significatur fuiſſe id moris in aula, ut omnes aſſurgerent ingredientibus epiſcopis ob reverentiam ordinis: quo facit incendium illud divinitus excitatum apud Sulpicium, quo Valentinianus, renuens id honoris deferre Martino, cella deturbatus eſt. Facit etiam, quæ in Euchologio habetur oratio ſuper imperatorem, patriarcha ingrediente palatium, cui is proinde ut benedicendus humiliter aſſurgens, reverentiam haberet. Porro illud, *Recti omnes*, ſeu, Stent omnes & aſſurgant; non epiſcopi erat ingredientis, ſed ſuſcipientis imperatoris. Amphilochius vero ſuum fecit, ad ipſius totiuſque aulæ animos, in magni alicujus exſpectationem ex rei novitate erigendos, concilandamque dicendis auctoritatem, pro quibus tanta fiducia notæ ſanctitatis epiſcopus imperatorem adiret: adjectis maxime illis verbis: *Sive mors, ſive vita*. Velut caput ad pedes ipſius deponeret, lubenſque vitæ aleam ſubiret.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

βασιλέα εἰπεῖν τὲ, ὀρθοὶ πάντες. σὺ οὖν τέκνον μου, ἐν τῷ εἰσιέναι ἡμᾶς ἐν τῇ εἰσόδῳ τοῦ παλατίου, κράξον μεγάλῃ τῇ φωνῇ· ὀρθοὶ πάντες, εἴτε ζωὴ εἴτε θάνατος. ὁ διάκονος ἔφη· καὶ πάντως ἐὰν εἴπω οὕτως, ἀποκτενεῖ με ὁ βασιλεύς. καὶ ὁ Ἀμφιλόχιος ἔφη· μὴ φοβοῦ τέκνον τὸν βασιλέα τοῦτον τὸν δυνάμενον σῶμα ἀποκτεῖναι, καὶ τὴν ψυχὴν μὴ ἀποκτεῖναι. ἀλλὰ μᾶλλον φοβήθητι ἐκεῖνον τὸν ἀποκτείνοντα τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα, ἐν γεέννῃ. ὁ διάκονος ἔφη· καὶ πάτερ καθὼς ἔφησας, οὕτω ποιήσω. εἴτε ζωὴ, εἴτε θάνατος. ταῦτα λέγοντες, ἤγγισαν τῇ εἰσόδῳ τοῦ παλατίου. καὶ μηνύσασι ταχυδρόμοις τὴν παρουσίαν Ἀμφιλοχίου, ἐκελεύσθη τοῦ εἰσιέναι· καὶ λέγει τῷ ἀρχιδιακόνῳ αὐτοῦ· ἄλλαξόν μου τὴν στολὴν τῆς ἑαυτοῦ. καὶ τούτου γενομένου λέγει αὐτῷ, ἀπόδος μοι τὴν παρακαταθήκην ἣν παρεθέμην σοι ἐν τῷ ἐξιέναι ἡμᾶς ἐκ τοῦ ἡμετέρου τόπου. καὶ λύσας αὐτοῦ τὸ ἐγχείριον, ἔδωκε τὴν ἀνθρακίαν ζῶσαν ὥσπερ ἦν τὸ πρότερον. καὶ τοῦτο εἰδὼν ὁ διάκονος, ἐθαρσωποιήθη. καὶ βαλὼν θυμίαμα ἀνέκραξεν μεγάλῃ τῇ φωνῇ ὁ διάκονος, ὀρθοὶ πάντες. καὶ ἐσαλεύθη τὸ παλάτιον ὅλον, καὶ ἐξέστησαν ἅπαντες. πλησίον δὲ γενάμενος τοῦ βασιλέως ἔφη. εἰρήνη τῷ βασιλεῖ· τὸ δὲ παιδίον παρέδραμε. καὶ ὁ βασιλεὺς· Ἀμφιλόχιε· ναί, φησιν, διὰ τί ἐνύβρισας τὸ βασίλειόν μου; καὶ ἐμοὶ μὲν ἀπέδωκας τὴν εἰρήνην· τὸν δὲ υἱόν μου παρῆλθες; οὐκ οἶδας ὅτι καὶ οὗτος μετ᾽ ἐμοῦ βασιλεύσει; καὶ ὁ Ἀμφιλόχιος, ἀποκριθεὶς εἶπεν. ἄκουσόν μου βασιλεῦ ἀγαθώτατε· εἰ σὺ ὁ σύνδουλός μου, ὁ σήμερον ὢν καὶ αὔριον μὴ ὑπάρχων. ἠγανάκτησας ὑβριζομένου τοῦ υἱοῦ σου, ὁ δὲ Θεὸς ὁ οὐράνιος οὐκ ἀγανακτήσει ὑβριζομένου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ; καὶ ὁ βασιλεὺς ἔφη· ἀναιδέστατε γέρων καὶ κύων· διὰ τί ἀγανακτήσει; καὶ ὁ Ἀμφιλόχιος ἔφη· βασιλεῦ ἀγαθώτατε· ἄκουσον τοῦ παιδός σου· τὸ μὲν γῆρας, διὰ τῶν χρόνων· ἡ δὲ ἀναιδία, διὰ τοὺς ἀτάκτους· κύων δὲ, ὅτι τρεῖς λῃστὰς θεωρῶν, οὐ παύομαι ὑλακτῶν· λέγω δὴ Εὐνόμιον, Ἀρειανὸν, καὶ Μακεδόνιον· οὓς ἐκκόψει κύριος ἐκ τοῦ λαοῦ τούτου, ὅτι ἐνύβρισαν αὐτοῦ τὴν θεότητα. καὶ ὁ βασιλεὺς ἐν ἑαυτῷ γενόμενος, εἶπεν· ἀληθῶς εἴρηκεν ὁ γέρων οὗτος. εἰ γὰρ ἐγὼ ἠγανάκτησα ὑβριζομένου τοῦ υἱοῦ μου· ὁ οὐράνιος Θεὸς οὐκ ἀγανακτήσει, ὑβριζομένου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ; πολλῷ μᾶλλον ἀγανακτήσει καθ᾽ ἡμῶν· καὶ λέγει ὁ βασιλεὺς τοῖς παρεστῶσιν αὐτῷ. κατασπάσατε αὐτοὺς ἀπὸ τῶν θρόνων αὐτῶν. ἦσαν γὰρ παρακαθήμενοι οἱ διδάσκαλοι τῆς ἀπωλείας οἱ τρεῖς. καὶ ὁ δῆμος ἔκραζον, λέγοντες. τὰς κεφαλὰς αὐτῶν ἀποτμηθήτωσαν ξίφει. ὁ δὲ Ἀμφιλόχιος εἶπεν· κύριε βασιλεῦ, μὴ κελεύσῃς τοῦτο γενέσθαι, ἀλλὰ δέομαί σου τοῦ κράτους, ἐξορισθῆναι αὐτοὺς ἕκαστον ἐν τῇ ἰδίᾳ πατρίδι. καὶ προσέταξεν ὁ βασιλεὺς, γενέσθαι καθὼς ἔταξεν ὁ πατὴρ ἡμῶν Ἀμφιλόχιος. ὁ δὲ δῆμος ἔκραζον λέγων· εἰς τὸ ἐξώτερον πῦρ ἀπελθέτωσαν.

rem ingredientibus, dicatur: *Recti omnes*. Tu igitur, fili mi, ingredientibus nobis, in introitu palatii clama voce magna: *Recti omnes: ſive vita ſive mors*. Reſpondit Diaconus: Plane vero, ſi ita dixero, me imperator occidet. Ait AMPHILOCHIUS: [a] Ne, fili, imperatorem iſtum timueris, qui poteſt corpus, non item animam occidere, potius autem illum time, qui corpus & animam in gehenna occidit. Dixit Diaconus: Ita pater, faciam ut dixiſti, ſive vita ſive mors propoſita eſt. Inter eos ſermones cum prope acceſſiſſent ad palatii atrium, nuntiantibus curſoribus adventum AMPHILOCHII, juſſus eſt ingredi: aitque archidiacono ſuo: [1] Stolam meam, tua commuta. Quo facto dicit: Redde quod dum noſtra urbe egrederemur, fuit depoſitum: [2] Solutoque ſtrophiolo, tradidit æque ardentes prunas ac acceperat initio. Quo viſo, Diaconus factus eſt fidentior: [3] adolenſque thymiama, voce magna clamavit. *Recti omnes*: Univerſa porro regia mota eſt, [4] omneſque ſtupuerunt. Cum autem AMPHILOCHIUS appropinquaſſet imperatori, ait: *Pax imperatori*: Puerum autem præteriit. Tum imperator: AMPHILOCHI, cur etiam imperium meum contumelia affeciſti? Meque ſalutans, pace impertiſti, filium autem meum præteriſti. Neſcis fore poſt me regnaturum? At AMPHILOCHIUS reſpondens ait: Audi me, optime imperator. Si tu conſervus meus, qui es hodie, cras vero non es, ægre tuliſti, affectum contumelia tuum filium: Deus ne cæli non ægre feret, cum Filius ejus contumelia afficiatur? Aitque imperator, [5] Senex impudentiſſime & canis, cur ægre feret? At AMPHILOCHIUS: Optime imperator, audi, rogo puerum tuum: Senex quidem ſum, propter tempus: impudens autem, propter inſolentes: canis denique, quod tres latrones videns, nempe Eunomium, Arianum & Macedonium, latrare non deſinam. Eos Dominus exſcindet ex populo iſto, quod ejus divinitatem affecerint contumelia. Imperator autem in ſe reverſus, dixit: Vere locutus eſt iſte ſenex. Si enim ego ægre tuli quod filius meus contumelia afficeretur: Deus cæli non ægre feret, cum ejus Filius contumelia afficiatur? Plane potiori jure adverſum nos ſuccenſuerit. Aitque adſtantibus, ut illos ſedibus deturbarent. Aſſidebant enim tres illi perditionis magiſtri. Clamavit autem populus dicens: Gladio animadvertantur. At AMPHILOCHIUS dixit: Domine imperator, ne hoc juſſeris fieri: ſed rogo tuam potentiam, ut unuſquiſque relegetur in ſuam patriam. Præcepit vero imperator ut fieret, quemadmodum pater noſter AMPHILOCHIUS ſtatuerat. Porro populus clamavit dicens: Abeant in ignem exteriorem. Cumque apprehendiſſent, & impoſuiſſent plagas, triumpho circumegerunt per civitatem dicentes: *Hi Chri-*

a Luc. XII. 4.

1. *Stolam meam, tua commuta*] Forte ut ornatior appareret coram imperatore. Non enim ſpernit gratia, iſthæc & humana media, ut in ejus operibus aliquid etiam ſit noſtræ induſtriæ, quod paſſim proſequitur Chryſoſtomus, & obſervat in Chriſti in Apoſtolos diſpenſatione. Sic Eſther, Judithque adhibuerunt mundum muliebrem: ſic cavit Raphael ne quid ſordidius in Tobiæ afflicta domo, novam ſponſam offenderet: cavitque Paullus ne vilior Tribuno factus flagellatione, neci traderetur, &c.

2. *Solutoque ſtrophiolo*] Λύσας αὐτοῦ τὸ ἐγχείριον: linteo quo carbonem accenſum depoſuerat, ſic dicto quod habeatur ad manus. S. Germanus manutergium exponit, quod primo datur ſubdiacono, & pendet ſacris miniſtris, a ſiniſtro femore: De quo in Euchologicis.

3. *Adolenſque thymiama*] Καὶ βαλὼν θυμίαμα: Simili phraſi, atque, βαλὼν μετάνοιαν: quod Damaſceno, Joanni Hieroſolymitano in ejus vita, aliiſque medii ævi ſcriptoribus creberrimum eſt: velut, Suffiens & incenſum offerens, eadem forte cerimonia, qua nos etiam, perſonis in altiori gradu poſitis, maxime ſacris, ſeu in quibus Deum peculiarius agnoſcamus, & in ſignum devoti affectus cum reverentia, tus & thymiama offerimus. Modus tamen ille Amphilochii ſingularis fuit, ipſo a prunis illæſo: quod plane vel unum omnibus percellendis erat.

4. *Omneſque ſtupuerunt*, ἐξέστησαν] Dicta maxime jam ratione. Sic *Marc*. V. 42. ἐξέστησαν ἐκστάσει μεγάλῃ. *Stupuerunt ſtupore magno*.

5. *Senex impudentiſſime & canis*] Ἀναιδέστατε γέρων καὶ κύων: Procacius quam pro imperatoris moderatione, & reverentia tanti ſenis. Adde fuiſſe Theodoſium, quamquam virum admirabilem, promtioris iræ, quod præter cædem Theſſalonicenſium, etiam indicta ab Ambroſio illius occaſione pœna, innuit. Sozomenus ait tantum juſſum foras exturbari cum contumelia.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.



ϗ παραλαβόντες αὐτοὺς, ϗ πληγὰς ἐπιθέντες, ἐθριάμβευσαν αὐτοὺς ἐν τῇ πόλει λέγοντες· οὗτοί εἰσιν οἱ ἐχθροὶ τοῦ Θεοῦ, καὶ τῶν Χριστιανῶν· καὶ ἐπιβάντες αὐτοὺς εἰς τὴν ἑπτάλωφον, ἐξεδίωξαν αὐτοὺς μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτῶν, εἰς τὰς χώρας αὐτῶν. τὸν δὲ δοῦλον τοῦ Θεοῦ Ἀμφιλόχιον, χρήματα πολλὰ δοὺς αὐτῷ ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιος, ἀπέλυσεν αὐτὸν ἐν τῇ ἰδίᾳ πόλει, εὐλογηθεὶς ὑπ' αὐτοῦ, καὶ πᾶσα ἡ σύγκλητος. ὁμοίως ϗ πάντες οἱ ἐπίσκοποι ἀπῆλθον εἰς τὰς πόλεις αὐτῶν. ὁ δὲ Ἀμφιλόχιος, μετὰ τοῦ ἀπολῦσαι ἀπὸ τῆς ὁδοῦ, ἔζησεν ἔτη γ'. καὶ οὕτω πρὸς κύριον ἐπεδήμησε· δοξάζων τὸν πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα, νῦν καὶ ἀεὶ ϗ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A *sti hostes sunt, & Christianorum:* [1] impositosque in vehiculum, expulerunt cum discipulis in suas ipsorum provincias. Imperator autem Theodosius, servum Dei AMPHILOCHIUM, multis pecuniis donatum in propriam dimisit civitatem: benedictionem cum toto senatu ab eo consecutus. Similiter etiam episcopi omnes reversi sunt in suas civitates. Cum autem AMPHILOCHIUS, [2] tres ab itinere annos in vivis egisset, est & ipse peregrinatus ad Dominum: glorificans Patrem & Filium & Spiritum sanctum: nunc & in sæcula sæculorum Amen.

B

1. *Impositosque in vehiculum*] Ἐπιβάντες εἰς τὴν ἑπτάλωφον: Non habuimus quo eam vocem melius redderemus: *ἀπὸ τοῦ λωφᾷν: Onere levor*. Num sit vitiosa scriptio, divinare non possumus. Dicitur Roma ἑπτάλοφος apud Plutarchum in probl. propter septem colles; sed nihil ad propositum. — *Εἰς τὴν ἑπτάλωφον*] Hic locus Cangium haud fugit in Append. ad *Glossarium Græcit.* pag. 73. nosque remittit ad suam *Constantinopolim Christ.* lib. I. sect. VIII. tametsi nihil ad hunc locum faciat.

2. *Tres annos ab itinere*] Plures annos vixisse, docet Baronius ann. 394. qui potest consuli; ut & quæ diximus initio. Nihil facilius quam ut numeri mutentur vitio scriptorum.

INDEX
OPERUM
SANCTI AMPHILOCHII
EPISCOPI ICONIENSIS.

FRAGMENTORUM EX OPERIBUS DEPERDITIS.

SANCTI
GREGORII
EPISCOPI NYSSENI
OPERA ET EPISTOLÆ,
Quæ in ejus operum editionibus desiderantur.

* * * * * * * * * * * * * * * *

ACCESSERUNT

NONNULLA FRAGMENTA

EX EJUSDEM S. PATRIS SCRIPTIS DEPERDITIS.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΝΥΣΣΗΣ

[1] ΑΝΤΙΡΡΗΤΙΚΟΣ

ΠΡΟΣ ΤΑ ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ.

SANCTI

GREGORII

EPISCOPI NYSSENI

ANTIRRHETICUS

ADVERSUS APOLLINAREM.

Interprete & scholiaste Laurentio Zacagnio V. C.

A ΚΑλὸν ἂν γένοιτο προοίμιον ἡμῖν τοῦ λόγου ἡ τοῦ Κυρίου φωνὴ, κελεύουσα προσέχειν ἀπὸ τῶν ψευδοπροφητῶν, οἵτινες ἔρχονταί φησι πρὸς ὑμᾶς ἐν [2] ἐνδύματι προβάτων, ἔσωθεν δέ εἰσι λύκοι ἅρπαγες· ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς. εἰ οὖν ὁ καρπὸς διακρίνει τό, τε ἀληθινὸν πρόβατον, καὶ τὸν τῶν προβάτων φθορέα, τὸν ἐν [3] ἡμέρῳ σχήματι πρὸς τὸ σύστημα τῆς ποίμνης ἀφυλάκτως παραδυόμενον, καὶ τὸ ὑποκεκρυμμένον τῷ ἡμέρῳ πολέμιον στόμα εἰς τοὐμφανὲς ἄγει, ζητεῖν προσήκει τοὺς καρποὺς τούς τε καλοὺς, καὶ τοὺς χείρονας, δι' ὧν τὸ σχῆμα τῆς ἀπάτης ἀνακαλύπτεται. φησὶ γὰρ, ὅτι ἐκ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς. πάσης τοίνυν διδασκαλίας ὁ μὲν ἀγαθὸς καρπὸς κατά γε τὴν ἐμὴν κρίσιν ἡ προσθήκη τῶν κατὰ τὴν Ἐκκλησίαν σωζο- B μένων ἐστίν· ὁ δὲ φθαρτικὸς καὶ δηλητήριος ἡ τῶν συνεστώτων διάλυσις. εἰ τοίνυν τις αὔξοι διὰ τῶν λόγων τὸ ποίμνιον, καὶ εἰς πάντα τὰ κλίτη τῆς οἰκίας ἐκτείνει τὸν ἄμπελον, καὶ περιφυτεύσει τῇ δεσποτικῇ τραπέζῃ [4] τοὺς ἀπὸ τῆς ἀγριελαίου πλάνης, εἰς [5] ἐλαιῶν μεταποιούμενος νεόφυτον, καὶ τὰς μυστικὰς ῥάβδους ἐμβάλῃ τῷ γλυκεῖ καὶ ποτίμῳ νάματι τῆς διδασκαλίας, δι' ὧν πολυγονεῖται τὰ ποίμνια, ὥστε τοῦ μὲν Λαβὰν ἐλαττοῦσθαι τὴν κτῆσιν, εὐθηνεῖσθαι δὲ τὸ μέρος τοῦ Ἰακὼβ, καὶ πληθύνεσθαι τῇ [6] ἐπισήμῳ γονῇ· εἰ τοιοῦτόν τις τὸν καρπὸν τῆς διδασκαλίας ἐπιδεικνύοιτο· καρπὸς γάρ ἐστι, καθὼς εἴρηται, ἡ τῆς ἀληθείας ἐπαύξησις· ἀληθῶς ἐστι προφήτης, κατὰ τὸν θεῖον σκοπὸν ὑποφητεύων τῷ πνεύματι. εἰ δέ τις ἀπο- C τίλλει τῆς ἀμπέλου τὰς κληματίδας, [7] ἐρημοίη δὲ τὴν θείαν τράπεζαν, ἀναρριζῶν τὴν φυτείαν· ἐπιβουλεύοι

A Aptum convenienſque ſermoni noſtro exordium erit Domini vox, quæ jubet cavere a falſis prophetis, [a] *Qui veniunt*, inquit, *ad vos in veſtimentis ovium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces: a fructibus eorum cognoſcetis eos*. Si igitur veras oves ab ovium perditore, qui manſuetudinem præ ſe ferente habitu ſecurus irrepit in ovilis cœtum, fructus diſcernit, & ſub manſuetudinis ſpecie latens os inimicum omnibus palam facit; fructuum qualitatem, tam bonorum quam malorum præſtat expendere, quorum ope deceptionis ſpecies detegitur; ait enim, *Ex fructibus eorum cognoſcetis eos*. Omnis itaque doctrinæ bonus quidem, meo judicio, fructus eſt, cum ad eorum numerum, qui in Eccleſiam B ſalvantur fit acceſſio; noxius vero atque pernicioſus, cum ii, qui in ea jam permanent, diſſipantur. Si igitur quis prædicatione ſua gregem adaugeat, & ad omnia domus latera vitem extendat, & circum dominicam menſam plantet, erraticos oleaſtri ramos in olivarum novellas transmutans, myſticas denique virgas in dulcia & grata doctrinæ fluenta injiciat, per quas ita greges fœcundantur, ut [b] Laban poſſeſſio minuatur, abundet vero pars Jacob, & inſigni fœtu multiplicetur; ſi quis talem doctrinæ ſuæ fructum oſtendat (fructus enim, ut diximus, veritatis incrementum eſt) hic vere propheta eſt, utpote qui juxta Dei conſilium legem ſpiritu interpretetur. At e contrario ſi quis vitis ramos evellat, divinam vero C menſam, extirpata plantatione, deſertam reddat, & inſidias circum ſpirituale aquarium tendat, ut non amplius oves ante Patriarchæ virgas concipiant,

a Matth. VII. 15. b Gen. XXX. 50.

1. Egregium hoc ſancti Gregorii Nyſſeni opus adverſus Apollinarem ex Vaticano ſeptingentorum circiter annorum codice eruimus. Illud autem valde notandum habet hic codex, quod æque veteri manu a ſcriptorum forſan codicum correctore atque emendatore (quem δοκιμάζοντα τὰ γεγραμμένα vocat idem Nyſſenus inter epiſtolas infra editas epiſtola XI.) ad aliud exemplar ea cautione collatus fuerit, ut quæ in prioris lectionis locum poſtmodum ab ipſo ſuperinducta fuere, adeo eleganter cinnabari ſcripta fuerint, ut prior etiam lectio atramento delineata non obliteraretur. Nos itaque priore lectione in contextu plerumque ſervata, antiquas haſce emendationes, variaſque lectiones in notis retulimus; niſi tamen tanti ponderis extitere, ut in orationis contextum eas transferre neceſſarium viſum fuerit; tunc enim lectionem a correctore indicatam in orationis contextum retuli, indicata tamen in meis notis lectione, quæ prius in codice reperiebatur.

2. Forte ἐνδύμασι, ut in textu græco S. Matthæi.

3. Corrector ἡμέρῳ τῷ σχήματι.

4. Ita Corrector, male antea τῆς ἀπὸ τῆς.

5. Et hæc Correctoris emendatio eſt, prius enim erat ἔλαιον.

6. Ἐπίσημος γονὴ tam hic, quam infra aliquis forſitan verteret, *varii coloris fœtus*, vel *diverſo colore reſperſus fœtus*, ut Sacræ Scripturæ narrationi prorſus reſpondeat; ſed mihi alia verſio magis arridet.

7. In Vaticano codice ἐρημῴη inflexione Attica, neſcio an ſimili exemplo.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.



δὲ τῷ πνδυματικῷ ποιμενικῷ, [1] ὡς μηκέτι τὰ πρόβατα κατὰ τὰς ῥάβδους τοῦ Πατριάρχου κισσᾶν, μηδὲ ταῖς ἐπισήμοις γοναῖς πληθύνειν τὸ ποίμνιον· ἀλλ' ἀποβουκολεῖσθαι τῆς τροφίμου νομῆς, τουτέστι τῶν πατρικῶν παραδόσεων, καὶ ἔξω τῆς μάνδρας αὐλίζεσθαι, καὶ πρὸς ἀλλοτρίας νομὰς διασκίδνασθαι· ὅτ' ἂν τοιοῦτος τῆς διδασκαλίας καρπὸς ᾖ, πρόδηλον ἂν γένοιτο τὸ λύκειον σχῆμα, τὸ ἀποκεκρυμμένον τῇ τοῦ προβάτου δορᾷ.

A & insigni fœtu augeant gregem; sed ab alibilibus pascuis, paternis videlicet traditionibus, abigat, & extra mandram stabulare faciat, & per aliena pascua dispergi: quando, inquam, talem doctrina fructum protulerit, tunc utique lupina forma, sub ovis pelle latens, manifestabitur.

Οὐκοῦν ἐξετάσωμεν τί ἡμῖν ἡ τοῦ Ἀπολιναρίου τοῦ Σύρου διδασκαλία ἐβλάστησε, προσθήκην τῶν ποιμνίων, ἢ μείωσιν· συναγωγὴν τῶν διεσκορπισμένων, ἢ τῶν συνεστώτων διάλυσιν· συνηγορίαν, ἢ ἀνατροπὴν τῶν πατρῴων δογμάτων. εἰ μὲν οὖν πρὸς τὸ B κρεῖττον ἡ σπουδὴ τοῦ προειρημένου βλέπει, πρόβατον πάντως, καὶ οὐχὶ λύκος ἐστίν. εἰ δὲ τὸ ἔμπαλιν· προσέχετε ἀπὸ τῶν ψευδοπροφητῶν, φησὶν ὁ Κύριος· μὴ λανθανέτω τὸ στόμα, τὸ ἐπὶ λώβῃ καὶ ἀφανισμῷ τοῦ προσεγγίζοντος σώματος τεθηγμένον τοῖς τῆς καινοτομίας ὀδοῦσι, καὶ κατασπαράσσον τὸ ὑγιὲς σῶμα τῆς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας. ὡς δ' ἂν μὴ δοκοίη λοιδορία τὸ λεγόμενον εἶναι, ἕνα τῶν παρ' αὐτοῦ περιφερομένων λόγων προσθήσομεν, οὗ ἡ ἐπιγραφή ἐστιν αὕτη. Ἀπόδειξις, φησὶ, περὶ τῆς θείας σαρκώσεως τῆς καθ' ὁμοίωσιν ἀνθρώπου. Τάχα δ' ἄν τις δι' ἀκριβείας τὸν τῆς ἐπιγραφῆς νοῦν ἀπογυμνώσας, οὐκ ἂν δεηθείη δι' αὐτῆς τῆς [2] λογογραφίας ἐλέγξαι τὴν ἀτοπίαν τοῦ δόγματος. Ἀπόδειξίς, φησι, περὶ τῆς C θείας σαρκώσεως τῆς καθ' ὁμοίωσιν ἀνθρώπου. Κρεῖττον δ' ἂν εἴη τὰς θείας παραθέσθαι φωνὰς εἰς ἔλεγχον τῆς καινῆς ταύτης ὀνοματοποιΐας. ὁ λόγος, φησὶ, σὰρξ ἐγένετο· καὶ, ἡ δόξα κατεσκήνωσεν ἐν τῇ γῇ ἡμῶν· καὶ, ὁ Θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκί· ὡς ἂν δι' ἑκάστου μάθοιμεν τῶν εἰρημένων, ὅτι ἀεὶ ἄτρεπτον ὂν τὸ θεῖον τῇ οὐσίᾳ, καὶ ἀναλλοίωτον, ἐν τῇ τρεπτῇ, καὶ ἀλλοιουμένῃ γίνεται φύσει, ἵνα τῷ ἰδίῳ ἀτρέπτῳ τὴν ἡμετέραν πρὸς τὸ κακὸν τροπὴν ἐξιάσηται. οὗτοσὶ δέ, φησιν, οὐ Θεὸν ἐν σαρκὶ πεφανερῶσθαι, ὅπερ ταὐτόν ἐστι [3] τῷ, μὴ τὸν λόγον σάρκα γενέσθαι, τὸν ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπου καὶ σχήματι, τῇ ζωῇ τῶν ἀνθρώπων διὰ τοῦ δουλικοῦ προσώπου καθομιλήσαντα· ἀλλὰ θείαν τινὰ σάρκωσιν ἀνατυποῦται τῷ λό- D γῳ, οὐκ οἶδα τί σημαίνων τῷ ῥήματι, πότερον τροπὴν τῆς θεότητος ἀπὸ τῆς ἁπλῆς αὐτοῦ καὶ ἀσυνθέτου φύσεως εἰς σαρκώδη ἀντιτυπίαν ἀλλοιωθείσης· ἢ μενούσης τῆς θείας οὐσίας ἐφ' ἑαυτῆς, ἄλλην τινὰ σάρκωσιν θείαν μεθόριον τῆς τῶν ἀνθρώπων τε, καὶ τοῦ Θεοῦ φύσεως ἀναφαίνεσθαι, οὔτε ἄνθρωπον οὖσαν, οὔτε Θεὸν, μετέχουσαν δέ [4] πως ἀμφοτέρων· ἥτις [5] τῷ μὲν σάρκωσις εἶναι, συγγενῶς πρὸς τὸ ἀνθρώπινον ἔχει, [6] τῷ δὲ θεία εἶναι, κρείττων ἐστὶν, ἢ κατ' ἄνθρωπον. ἀλλὰ μὴν Θεὸς εἶναι οὐ δύναται· ἁπλοῦν γὰρ τῇ φύσει τὸ θεῖόν ἐστι, καὶ ἀσύνθετον· [7] οὗ δὲ ἡ ἁπλότης, τούτου κατὰ τὸ ἴσον πάντως καὶ ἡ θεότης κεχώρισται. ἄνθρωπος δὲ αὖ πάλιν οὐκ ἔστι. ὁ γὰρ ἐκ ψυχῆς νοερᾶς, καὶ σώματος E συνεστηκὼς, ἄνθρωπος λέγεται, ᾧ δὲ μὴ συνεπινοεῖται τὰ δύο, πῶς ἡ τοῦ ἀνθρώπου κλῆσις ἐφαρ-

II. Inquiramus ergo quid nobis Apollinaris Syri doctrina protulit, incrementum ne gregis, an diminutionem; dispersorum ne collectionem, an collectorum dispersionem; defensionem ne paternorum B dogmatum, an subversionem. Si itaque ad id, quod melius est, Apollinaris studium respicit, ovis utique, & non lupus erit. Si vero contra; *Attendite a falsis Prophetis*, ait Dominus: non lateat os illud peracutis novitatis dentibus in damnum perniciemque appropinquantium armatum, & sanum Ecclesiæ Dei corpus lacerans. Ne autem, quod dicimus, convicium esse videatur, unum ex ejus, qui circumferuntur, tractatibus subjungamus, cujus inscriptio talis est, *Demonstratio*, inquit, *divinæ incarnationis ad similitudinem hominis*. Et fortasse quidem accurate patefacto inscriptionis sensu, non esset ulterius alicui laborandum, in dogmatis absurditate per singulas ipsius tractatus partes redarguen- C da. *Demonstratio*, inquit, *divinæ incarnationis ad similitudinem hominis*. Verum satius fuerit divinas voces apponere in novæ hujus fictionis nominum confutationem. [a] *Verbum*, ait, *caro factum est*: &, [b] *Gloria inhabitavit in terra nostra*: &, [c] *Deus manifestatus est in carne*: ut ex unoquoque horum dictorum discamus, divinitatem, quæ semper substantia immutabilis est, mutationi obnoxiam induisse naturam, ut propria immutabilitate nostræ in malum mutationi mederetur. At hic Deum asserit non fuisse in carne manifestatum, quod idem est ac si diceret, carnem factum non fuisse Verbum, quod [d] in hominum forma, & similitudine per servilem habitum cum hominibus conversatum est; sed divi- D nam quamdam incarnationem Verbo affingit, idque dubio adeo sermone, ut incertum mihi sit, utrum mutationem divinitatis e simplici ejus, & compositionis experte natura in carneam soliditatem transformatæ intelligat: an potius, manente in se ipsa divina substantia, aliam quamdam apparuisse dicat incarnationem divinam, in humanæ, & divinæ naturæ confinio positam, quæ nec Deus esset, nec homo, sed ex utroque quodammodo participaret; & prout incarnatio est, humanitati affinis atque cognata exsisteret; prout vero divina est, longe multo humanæ naturæ modulum superaret. Verum enim vero substantia hujusmodi Deus esse non potest. Divinitas enim res est ex sui natura simplex, & a E compositione prorsus aliena: a quo autem simplicitas abest, ab eo æque etiam divinitatem abesse necessarium prorsus est. Contra vero neque homo es-

a Joan. I. 14. *b* Psalm. LXXXIV. 10. *c* I. Tim. III. 16. *d* Philipp. II. 7.

1. Corrector ὥστε.
2. Nyssenus in toto hoc opere Apollinarem λογογράφον, ejusque de Incarnatione tractatum λογογραφίαν vocat; quin & Eunomium, ejusque scripta λογογράφον, & λογογραφίαν itidem vocat lib. I. adversus eumdem, & alibi. Videtur autem iis nominibus verbosos, atque prolixos utriusque Hæretici libros sugillare voluisse Nyssenus. Nam Gregorius alter Nazianzenus Episcopus in oratione 51. prope finem Apollinarem inter alia redarguit, quod μακροὺς λόγους scripserit, eademque de Eunomii libris Nysseni querela est lib. I. adversus eumdem prope initium. Utitur & λογογράφου voce malo sensu Demosthenes in oratione de falsa legatione pag. 232. Hervagianæ editionis quarta græcolatinæ, cum Æschini exprobrat, quod λογογράφους, & σοφιστὰς alios per contumeliam cognominare solitus esset, cum ipsum talem esse constaret. Verba Demosthenis sunt Λογογράφους τοίνυν καὶ σοφιστὰς ἀποκαλῶν τοὺς ἄλλους, καὶ ὑβρίζειν πειρώμενος αὐτὸς ἐξελεγχθήσεται, τούτοις ὢν ἔνοχος. Wolfius vertit, *Cum autem orationum scriptores, & sophistas alios cognominet, atque exagitare studeat, eum ipsum talem esse constabit*.
3. Ita Corrector, τὸ erat antea.
4. Corrector πόσως.
5. 6. Ita Corrector antea τὸ utrobique.
7. Ita Corrector, antea obscuro sensu, οὐ δέ ἡ ἁπλότης, τούτου.

κατασθήσεται; ἀνθρώπου γὰρ σῶμα λέγομεν, καὶ ψυχὴν ἀνθρώπου, ἕως ἂν ἐφ᾽ ἑαυτοῦ ἑκάτερον τούτων θεωρῆται. ἡ δὲ συνδρομὴ τούτων τῶν δύο ἄνθρωπος καὶ ἔστι, καὶ λέγεται.

Τί οὖν ἐστιν ἡ θεία σάρκωσις, ἡ μήτε ἄνθρωπος οὖσα, μήτε Θεὸς, [1] ἣν ἀναπλάσσει ἡ τοῦ λόγου ἐπιγραφὴ, οὐκ ἔστιν ἐκ τῶν ἐξητασμένων εὑρεῖν. Ἀπόδειξίς, φησι, περὶ τῆς θείας σαρκώσεως, τῆς καθ᾽ ὁμοίωσιν ἀνθρώπου. Τί τοῦτο πάλιν ἐνδείκνυται, τὸ, καθ᾽ ὁμοίωσιν ἀνθρώπου; ὅτι ἡ θεία σάρκωσις ὁμοίως τῇ ἀνθρωπίνῃ συνίσταται. πότε τοῦτο; ἆρα ἐπ᾽ ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν; καὶ ποῦ τὸ τῆς παρθενίας μυστήριον; οὐ γὰρ καθ᾽ ὁμοίωσιν ἀνθρώπου σαρκοῦται ὁ Κύριος, καθὼς ὁ λογογράφος φησίν· ἀλλὰ θείᾳ δυνάμει, καὶ Πνεύματι ἁγίῳ, καθὼς τὸ Εὐαγγέλιον λέγει. ἀλλὰ πρὸ τῶν αἰώνων· καὶ πῶς ὁμοιοῦται τῷ μὴ ὄντι, τὸ ὄν; πλαστὸς μὲν γὰρ τῶν κατὰ τὴν κτίσιν ὁ ἄνθρωπος· ὁ δὲ Κύριος [2] βασιλεὺς πρὸ αἰώνων. κατὰ ποίαν τοίνυν ἀνθρώπου ὁμοίωσιν ἐκείνη ἡ θεία σάρκωσις κατὰ τὸ προαιώνιον γίνεται; κατὰ τὴν τοῦ Ἀδάμ; ἀλλ᾽ οὔπω ἦν. ἀλλὰ καθ᾽ ἕτερόν τινα ἄνθρωπον; καὶ τίς οὗτος ὁ προνοούμενος τοῦ Ἀδὰμ ἄνθρωπος, ἵνα κατὰ τὸ ἐγκείμενον ὑπόδειγμα ὁμοιωθῇ τοῦ Θεοῦ ἡ σάρκωσις; τὸ γὰρ ὅμοιον τῷ ὄντι πάντως οὐ τῷ μὴ ὄντι ὅμοιον γίνεται· ὥστε δύο [3] κατ᾽ αὐτὸν φαίνεται τῷ λόγῳ τὰ ἄτοπα· ἢ γὰρ πρεσβύτερον εὑρίσκεται τὸ πλάσμα τοῦ πλάσαντος, ἢ τῷ μὴ ὄντι ὁμοιοῦται τὸ θεῖον σαρκούμενον. [4] κατ᾽ ἀρχὰς γὰρ ἡ μὲν θεότης ἦν, ὁ δὲ Ἀδὰμ οὐκ ἦν. οὐκοῦν εἰ καθ᾽ ὁμοίωσιν ἀνθρώπου σαρκοῦται ἡ θεία φύσις, τῷ μὴ ὄντι ὁμοιοῦται ἡ θεία σάρκωσις· τὸ δὲ τῷ μὴ ὄντι ὁμοιούμενον, οὐδ᾽ αὐτὸ πάντως εἴη, ἀλλ᾽ ἕτερόν τινα τρόπον παρὰ τὸν ἀνθρώπινον τὴν σάρκωσιν ἐκείνην γεγενῆσθαί φησι· καὶ [5] τίς τῶν ἑτεροφυῶν ἡ ὁμοίωσις; εἰ οὖν μήτε κατὰ τὸ προαιώνιον ἐνδέχεται τὴν θείαν σάρκωσιν καθ᾽ ὁμοίωσιν ἀνθρώπου γενέσθαι, μήτε ἐπὶ τοῦ ἐσχάτου τῶν χρόνων, [6] ὅτε κατὰ ἄνθρωπον ἡ τοῦ Κυρίου οἰκονομία, καθ᾽ ἣν ἐν σαρκὶ Θεὸς ἐφανερώθη, καθ᾽ ὁμοίωσιν ἀνθρώπου ἡ σάρκωσις γίνεται· οὐ γὰρ παραδέχεται τὴν τοιαύτην ἔννοιαν [7] τὸ κατὰ τὴν παρθενίαν μυστήριον· μάτην ἂν εἴη, κατ᾽ ἀμφοτέρας τὰς ἐννοίας ταύτην τοῦ λόγου τὴν ἐπιγραφὴν ποιησάμενος. ὅτι μὲν οὖν ἀνεπίσκεπτος ἡ ἐπιγραφὴ, καὶ οὐδενὶ συνεστῶτι ἐπερειδομένη νοήματι, μετρίως οἶμαι διὰ τῶν εἰρημένων πεφανερῶσθαι τοῖς ἐπιστατικῶς ἐπαΐουσι.

[8] Καιρὸς δ᾽ ἂν εἴη καὶ αὐτὸν προθεῖναι τῇ ἐξετάσει τὸν λόγον, τὸν ὑπὸ τῆς [9] ἐπιγραφῆς ταύτης δηλούμενον. γράψω δὲ τὰ πρῶτα τῇ ἐμαυτοῦ λέξει, δι᾽ ὀλίγων ἐπιδραμὼν τὴν διάνοιαν, ἐν οἷς ἀκίνδυνόν ἐστι τὸ παραδραμεῖν τῶν γεγραμμένων τι ἀνεξέταστον. Μόνον, φησὶ, τὴν εὐσεβῆ πίστιν ἀγαθὸν [10] ἦν νομίζεσθαι· μηδὲ γὰρ τῇ Εὔᾳ συνενεγκεῖν τὴν ἀνεξέταστον πίστιν. ὥστε προσῆκε καὶ τὴν τῶν Χριστιανῶν ἐξητασμένην εἶναι, μή πῃ λάθῃ, τὰς τῶν Ἑλλήνων

A se poteſt. Homo enim dicitur qui ex corpore, & anima intellectuali componitur; ei autem, in quo hæc duo ſimul conjuncta non intelliguntur, quomodo hominis nomen conveniet? Hominis enim corpus, & animam hominis dicimus, quoad in ipſo horum utrumque conſideratur. Harum autem duarum rerum concurſus, homo & eſt, & dicitur.

III. Quid ſit itaque divina incarnatio, quæ nec homo eſt, neque Deus, quam in tractatus titulo comminiſcitur auctor, non licet nobis per ea, quæ accurate hactenus indagavimus, invenire. *Demonſtratio*, inquit, *divinæ incarnationis ad ſimilitudinem hominis*. Rurſus quid ſibi vult illud, *ad ſimi*-B *litudinem hominis?* Divinam, nempe, incarnationem ſimili modo, atque humanam conſtare. Et quando nam factum eſt hoc? In ultimis ne diebus? Et ubi virginitatis myſterium? Neque enim ad ſimilitudinem hominis incarnatus eſt Dominus, quemadmodum Scriptor noſter ait; ſed divina poteſtate, & Spiritu ſancto, quemadmodum in Evangelio dicitur. An potius ante ſæcula? Et quomodo rei non exſiſtenti, quod exſiſtit, aſſimilatur? Poſtremus enim omnium rerum, ſecundum creationis ordinem, homo eſt; Dominus vero rex ante ſæcula. Ad cujus itaque hominis ſimilitudinem divina illa incarnatio, ſi omnia ſæcula præceſſit, facta fuerit? Adami fortaſſe? At hic nondum exſtiterat. An potius ad al-C terius hominis ſimilitudinem? Et quinam confictus iſte, Adamo prior homo, ut juxta propoſitum exemplar, ei divina incarnatio ſimilis efficeretur? Quod enim ſimile eſt, rei exſiſtenti, non autem rei non exſiſtenti aſſimilatur: quare duo in eo Apollinaris ſermone abſurda apparent; nam vel res condita antiquior ſuo conditore deprehenditur, vel rei non exſiſtenti incarnata divinitas ſimilis eſſe dicitur; ab initio enim divinitas exſiſtebat, Adam vero non erat. Itaque ſi ad ſimilitudinem hominis divina natura carnem aſſumſit, rei non exſiſtenti divina incarnatio aſſimilatur: quod autem rei non exſiſtenti comparatur, id ipſum nequaquam exſiſtere neceſſe eſt. Sed alio quam humano modo incarnationem illam D factam fuiſſe dicet. At quænam inter res diverſæ naturæ ſimilitudo intercedit? Si itaque ante ſæcula divina incarnatio ad hominis ſimilitudinem fieri nequit, atque etiam in plenitudine temporum, quando benigna Dei erga homines diſpenſatione Verbum carne indutum apparuit, nullo pacto ad ſimilitudinem hominis divina incarnatio facta fuit (id enim ſentire conceptus virginei myſterium non ſinit) fruſtra, & inepte ſecundum alterutrum horum ſenſuum eam operi inſcriptionem auctor præfixerit. Itaque ex his, quæ hactenus diximus, probe intelligentibus ſatis liquere arbitror, quid ſibi hæc inſcriptio velit, certo indagari non poſſe, utpote quæ nulli ſecum conſtanti mentis conceptui innitatur.

E IV. Tempus autem eſſet, ut ipſum quoque examini tractatum ſubjicerem cujus argumentum tali inſcriptione deſignatur; verum meis primum verbis eorum, quæ in ipſo opere continentur, ſenſum paucis percurram, ubi tamen nullum periculum eſt, ne quidquam inexploratum omittamus. *Solum*, inquit, *piam fidem bonum quid eſſe cenſendum eſt, neque enim Evam quidpiam juviſſe indiſcuſſam inexploratamque fidem; quare & Chriſtianos in ipſo*-

1. Ita Corrector, antea ἣ ἀναπλάσει ὁ τοῦ λόγου ἀναγραφή.
2. Corrector iterum, Κύριος.
3. Corrector κατὰ ταυτόν.
4. Ita Corrector, antea ſcriptum fuerat κατ᾽ ἀρχὰς ἡμεῖν δείκνυσι.
5. Corrector τῇ: & mox ὁμοιώσει.
6. Ita Corrector, prius erat ὅτ᾽ ἡ κατ᾽ ἄνθρωπον. Forte ὅτι ἡ.
7. Hæc lectio a Correctore eſt; primæva enim manu ſcribitur τὸ γὰρ κατὰ.
8. Corrector, καιρὸς.
9. Ita Corrector, antea γραφῆς.
10. Corrector, δεῖ νομίζεσθαι.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.



[1] ἢ τῶν Ἰουδαίων συνεμπεσοῦσα δόξαις. Ταῦτα διὰ πλειόνων προοιμιασάμενος, ἐπάγει τὸν λόγον εἰπὼν, ὅτι παρὰ τοῖς ἀπίστοις καὶ ταῖς αἱρέσεσι προτεθρύλληται τὸ, μὴ δυνατὸν εἶναι Θεὸν ἄνθρωπον γενέσθαι, καὶ πάθεσιν ὁμιλῆσαι, ὃ καὶ παρὰ ταῖς αἱρέσεσιν ἐπὶ σχήματι πίστεως εἰσάγεται, ἄνθρωπον ἔνθεον διὰ τὴν ἐκ γυναικὸς [2] γέννησιν, καὶ διὰ τὰ πάθη λεγούσαις τὸν Χριστόν. Τίνας μὲν οὖν οἶδεν αἱρέσεις, αἳ τὸν Χριστὸν ἔνθεον ἄνθρωπον λέγουσιν, αὐτὸς ἂν εἰδείη, καὶ εἴ τις τὰ ἐκείνου πεπαίδευται. ἡμεῖς δὲ πολλοῖς ἐπιδεδημηκότες τόποις, καὶ κατὰ σπουδὴν τοῖς τε κοινωνοῦσι τοῦ δόγματος, τοῖς τε ἀφεστηκόσι, περὶ τῶν κατὰ τὸν λόγον ζητουμένων, καθομιλήσαντες, οὔπω τινὸς ἀκηκόαμεν τὴν τοιαύτην ῥήξαντος περὶ τοῦ μυστηρίου φωνὴν, ὅτι ἄνθρωπος ἔνθεος ὁ Χριστὸς ἦν. τὸν τοίνυν μέλλοντα διορθοῦσθαι μὲν τὰς ἡπατημένας περὶ τοῦ δόγματος ὑπολήψεις, ἀντεισάγειν δὲ τὰς εὐσεβεστέρας, μὴ ἀναπλάσσειν ἑαυτῷ τὰ μὴ ὄντα, καὶ πρὸς τὰ ἀνύπαρκτα μάχεσθαι προσῆκον ἦ· ἀλλὰ πρὸς τὰ λεγόμενα παρὰ τῶν ἀντιδιατιθεμένων ὁπλίζεσθαι. οὐδὲ γὰρ τῶν ἰατρῶν οἱ ἐπιστήμονες πρὸς τὰ μὴ ὄντα πάθη τὴν ἑαυτῶν τέχνην ἀντεισάγουσιν· ἀλλὰ πρὸς τὸ γεγονὸς ἤδη νόσημα διὰ τῆς ἐπιστήμης ἵστανται. ἢ τοίνυν δειξάτω τὸν εἰρηκότα μὴ Θεὸν ἐν σαρκὶ πεφανερῶσθαι, ἀλλ᾽ ἔνθεον ἄνθρωπον τὸν [3] Χριστὸν, εἶτα καὶ τὸν λόγον αὐτοῦ, ὡς οὐ μάτην πεποιημένον παραδεξόμεθα. [4] ἢ ἕως ἂν ἡ τοιαύτη μὴ εὑρίσκεται νόσος, ματαῖον εἶναι πάντες ὁμολογήσουσι [5] τὸ τοῖς μὴ οὖσι συμπλέκεσθαι.

rum religionem accurate inquirere oportet, *ne alioqui imprudenter in Ethnicorum, & Judæorum opiniones incidat.* Hæc ubi pluribus in tractatus procemio disseruit, statim hæc subdit, *Apud infideles & hæreticos jamdudum promulgatum fuit, Deum hominem fieri non posse, neque in humanis passionibus versari; quod quidem ab hæreticis veræ fidei specie in Ecclesiam inducitur, dum Christum per ortum ex Virgine, & per quos pertulit cruciatus, divinum hominem exstitisse dicunt.* Porro quasnam sciat hæreses, quæ Christum divinum hominem dicant, ipse noverit, & si quis ejus falsa dogmata callet; nos vero multa per loca peregre profecti, & cum iis, qui communis nobiscum sententiæ sunt, & cum aliis, qui a nobis circa quæstiones de Verbo agitari solitas, dissident, studiose conversati, nondum quempiam audivimus, qui talia de hoc mysterio proferret, Christum nempe divinum hominem esse. Errantes itaque circa fidei dogmata opiniones corrigere, eorumque loco religiosiores inducere cogitantem, non decebat sibi confingere quæ non sunt, cumque rebus minime subsistentibus pugnare; sed adversus ea quæ ab adversariis re vera proferuntur, armari; neque enim peritus quisquam Medicus morbis, qui numquam exstiterunt artem opponit, sed invalescenti morbo scientia qua pollet, occurrit. Vel itaque proferat quempiam, qui Deum in carne non apparuisse, sed divinum hominem Christum esse affirmaverit, & tunc tractatum istum non abs re conscriptum ab ipso fuisse fatebimur; vel quousque hujuscemodi morbus inveniatur, stultum esse omnes fatebuntur cum iis, qui non exsistunt, erroribus confligari.

Ἀλλ᾽ οὐκ εἰκῇ τὴν τοιαύτην τῆς λογογραφίας ἀνάγκην ἑαυτῷ [6] σχηματίζεται· ἀλλ᾽ [7] ὡς ἂν ὁδόν τινα καὶ ἀκολουθίαν πρὸς τὴν κατασκευὴν τοῦ καθ᾽ ἑαυτοῦ δόγματος λάβοι, τὸ μὴ λεχθὲν, ὡς εἰρημένον ὑπέθετο, ἵνα τῷ πρὸς ταῦτα δοκεῖν ἀγωνίζεσθαι, διὰ τῆς ἐσχηματισμένης ἀντιρρήσεως κατασκευάσει τὸ, θνητὸν εἶναι τὸ θεῖον. ἅπας γὰρ αὐτῷ τῆς λογογραφίας ὁ σκοπὸς πρὸς τοῦτο βλέπει, τὸ, θνητὴν τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τὴν θεότητα, καὶ οὐχὶ τῷ ἀνθρωπίνῳ τὸ πάθος δέξασθαι· ἀλλὰ τὴν ἀπαθῆ καὶ ἀναλλοίωτον φύσιν πρὸς πάθους μετουσίαν ἀλλοιωθῆναι. ὅθεν πρὸς τί μὲν αὐτῷ χρήσιμον ὁ λόγος βλέπει εἰδεῖεν ἂν τῶν μυστηρίων αὐτοῦ [8] ἐπίστορες. ἃ δὲ ἡ ἀκολουθία καὶ τοῖς ἄγαν νηπίοις προσδείκνυσι τοιαῦτά ἐστιν, οἷα μηδ᾽ ἂν τοὺς ἀθεωτάτους τῶν Ἑλλήνων εἰπεῖν. [9] εἰ γὰρ αὐτὴ τέθνηκε τοῦ μονογενοῦς ἡ θεότης, [10] συναπέθανε ταύτῃ πάντως καὶ ἡ ζωὴ, καὶ ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ δικαιοσύνη, καὶ ἡ ἀγαθότης, καὶ τὸ φῶς, καὶ ἡ δύναμις. ταῦτα γὰρ κατὰ διαφόρους ἐπιβολὰς ὁ μονογενὴς Θεὸς καὶ ἔστι, καὶ λέγεται· ἁπλοῦς δὲ ὢν καὶ ἀμερὴς καὶ ἀσύνθετος, ὅπερ ἂν λέγηται, ὅλος ἐστὶν, οὐκ [11] ἐν μέρει τοῦτο, καὶ ἐν μέρει τὸ ἕτερον· ὥστε ἑνὸς ὄντος, πάντα ἐν αὐτῷ νοεῖσθαι, καὶ μὴ ὄντος, τὰ πάντα συνδιαγράφεσθαι. εἰ οὖν ἠφανίσθη τῷ θανάτῳ τὸ θεῖον, συνηφανίσθη τῷ θανάτῳ πάντα τὰ συνημμένως περὶ τὴν αὐτοῦ θεότητα θεωρούμενα. ἀλλὰ μὴν οὐχ ἁπλῶς δύναμις ὁ Χριστὸς, ἀλλὰ Θεοῦ δύναμις, καὶ Θεοῦ σοφία. ὅτε

V. Verum enim vero talem scribendi necessitatem non temere prætexuit Apollinaris; sed ut ad proprium suum dogma adstruendum, gradum quemdam, atque aditum sibi faceret, quod a nemine dictum fuit, tamquam dictum supposuit, ut dum adversus hanc imaginariam hæresim certare videretur, simulata contradictione divinitatem mori posse firmaret: tota quippe ejus scriptio eo tendit, ut unigeniti Filii divinitatem mortalem esse, eumdemque non in humanitate passionem suscepisse, sed impassibilem ejus immutabilemque naturam, ad passionem participandam mutatam fuisse adstruat. Quare ad quamnam utilitatem Apollinaris sermo respiciat, qui ejus callent mysteria, nosse poterunt: quæ autem ex ejus dictis consequi vel ipsi infantes agnoscunt, talia sunt, qualia nec irreligiosiores Ethnicorum dixerint. Si enim ipsa unigeniti divinitas obiit, necessario una cum ipsa mortem subiit & vita, & veritas, & justitia, & bonitas, & lux, & potentia; hæc enim omnia secundum diversas notiones unigenitus Deus & est, & dicitur. Cum autem simplex, & divisionis atque compositionis expers sit, quodcumque ex illis rebus esse dicatur, totus illud est, & non in parte hoc, in parte aliud; ita ut si una ex eisdem rebus exsistat, omnia in ipso exsistere intelligantur; sin autem una non exsistat, omnia simul perimantur. Si igitur per mortem interierit Christi divinitas, per eamdem quoque mor-

1. Sic legendum: In cod. Vat. scribitur, ἡ τῶν Ἰουδαίων. Corrector καὶ τῶν Ἰουδαίων. Sed legendum ἢ τῶν Ἰουδαίων; nam diversissimæ sunt Ethnicorum, & Judæorum de religione sententiæ.
2. Corrector, γένεσιν.
3. Corrector, Χριστὸν εἶναι, εἶτα:
4. Corrector, ἕως δὲ ἂν.
5. Ita Corrector, antea erat, τῷ.
6. Ita Corrector, prius enim scriptum fuerat, σχηματίζεσθαι; sed fortasse non nemo legendum censuerit, ἐσχημάτισεν.
7. Ita Corrector, nam antea erat, ὡς ἄνοδόν τινα.
8. Corrector, ἐπίστορες.
9. Totam hanc Nysseni argumentationem usque ad finem capitis in epitomen redactam Euthymius Zigabenus inseruit in parte secunda Panopliæ Dogmaticæ adversus hæreses, tit. 13. pag. 529. Versiculo, *Si quemadmodum*, cum sequentibus.
10. Ita Corrector, antea enim συνέπαθε.
11. Ita Corrector, antea scriptum fuerat, οὐκ ἐν μέρει τὸ ἕτερον.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

ὖν ταῦτα τῇ θεότητι τοῦ Υἱοῦ διὰ τȣ͂ θανάτȣ συγκαπεσβέσθη, οὐκ ἦν παρὰ τῷ Πατρὶ Θεοῦ σοφία, ȣ̓ δύναμις, ȣ̓ ζωὴ, οὐκ ἄλλό τι τῶν πρὸς τὸ κρεῖττον ὀνομαζομένων, οὐδέν. [1] Θεοῦ γὰρ πάντα ταῦτα εἶναι, τὰ τȣ͂ Πατρὸς ἐν αὐτῷ εἶναι πιστεύεται, ἅπερ ὄντος μὲν τοῦ Υἱοῦ, ἐστί· μὴ ὄντος δὲ, πάντως οὐκ ἔστι, διὰ τὸ ἐν αὐτῷ εἶναι πάντα τὰ τοῦ Πατρὸς ὁμολογεῖσθαι. εἰ ȣ̓͂ν [2] ἀπεσβέσθη τῷ θανάτῳ ἡ δύναμις, Χριστὸς δὲ Θεοῦ ἐστι δύναμις· ποῖα πάλιν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος ἀνεκλήθη δύναμις, τῆς μὲν οὔσης τῷ θανάτῳ ἀφανισθείσης, ἑτέρας δὲ οὐχ ὑπολειφθείσης; τὴν γὰρ τοῦ Πατρὸς δύναμιν ἐν τῷ Υἱῷ εἶναι καὶ παρὰ τῶν μαχομένων ἡμῖν [3] ὁμολογεῖται. εἰ ȣ̓͂ν μία ἡ δύναμις, αὕτη δὲ ὑπὸ τοῦ θανάτου δυναστευθεῖσα, εἰς ἀφανισμὸν μετεχώρησεν ἐν τῷ καιρῷ τῆς τοῦ πάθους οἰκονομίας, τίς ἄλλη δύναμις παρ' αὐτὸν ἀναπλάττεται, ἡ ταύτην ἐκ τοῦ θανάτου ἀνακαλουμένη τὴν δύναμιν; εἰ γὰρ τοῦτο λέγοιεν, ὅτι ἡ μὲν ἀπέθανεν, ἡ δὲ ἀθάνατος ἔμεινεν, ȣ̓κέτι ἐν τῷ Υἱῷ τὴν τȣ͂ Πατρὸς δύναμιν εἶναι ὁμολογήσουσι. καὶ οὕτως ἐκ τοῦ ἀκολούθȣ τὰς [4] αὐτοῦ τοῦ Κυρίου φωνὰς παραγράφονται, ὡς ȣ̓κ ἀληθῶς ἐχȣ́σας, αἳ πάντα τὰ τοῦ Πατρὸς [5] τὰ τοῦ Υἱοῦ εἶναι διαμαρτύρονται. ὁ γὰρ πάντα ἔχων τὰ τοῦ Πατρὸς, καὶ τὴν ἀθανασίαν πάντως τοῦ Πατρὸς ἐν [6] αὐτῷ ἔχει· ἡ δὲ ἀθανασία, [7] ἕως εἴ τοῦτο, ὃ λέγεται, ἀμίκτως τι καὶ ἀκοινωνήτως πρὸς τὸν θάνατον ἔχει. εἰ οὖν θνητὴν λέγȣσι τοῦ Υἱοῦ τὴν θεότητα, τὸ μὴ [8] ἔχειν ἐν αὐτῷ τὴν τοῦ Πατρὸς ἀθανασίαν κατασκευάζουσιν. ἀλλὰ μὴν ἀληθεύει ὁ λέγων, [9] ὅλον ἔχειν ἐν ἑαυτῷ τὸν Πατέρα, ψεύδεται ἄρα ὁ θνητὸν κατασκευάζων τοῦτον, ᾧ πᾶσα ἡ τοῦ Πατρὸς ἀϊδιότης ἐγκαθορᾶται. ἐπεὶ οὖν μία Πατρὸς καὶ Υἱοῦ κατὰ τὸν λόγον τῶν εὐσεβούντων ἡ δύναμις· ἐν γὰρ τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν βλέπομεν, καὶ ἐν τῷ Υἱῷ τὸν Πατέρα, σαφῶς ἀποδείκνυται, ὅτι τὸ μὲν ἐμπαθὲς τῇ φύσει τὸν θάνατον δέχεται, τὸ δὲ ἀπαράδεκτον πάθους ἐν τῷ παθητῷ τὴν ἀπάθειαν ἐνήργησεν.

A tem omnia interierint, quæ conjuncta cum ejus divinitate intelliguntur. Atqui non simpliciter potestas est Christus, sed Dei potestas, & Dei sapientia. Quando igitur hæc una cum Christi divinitate per mortem exstincta sunt, non erat apud Patrem sapientia Dei, non potentia, non vita, non aliud quidpiam eorum, quæ boni nomine appellantur: nam Dei hæc omnia propria esse, & cuncta quæ Patris sunt, Filio quoque inesse credimus; quæ, si Filius quidem exsistat, & ipsa exsistunt; sin minus, nec ipsa exsistunt, propterea quod in ipso omnia, quæ Patris sunt, contineri fatemur. Si igitur per mortem exstincta est potentia, Christus autem Dei potentia est; qualis ergo ex eo, quod non exsistit, B restaurata est potentia, cum ea, quæ exsistebat, morte sublata sit; alia vero ab ea diversa non superfit? Patris enim potentiam in Filio esse adversarii etiam nostri non diffitentur. Si itaque una est Dei potentia, hæc autem a morte oppressa, in nihilum tempore dispensationis, a Deo per Filii passionem institutæ, redacta fuit, quænam alia ab Apollinare effingitur potentia, quæ hanc a morte potentiam revocet? Si enim dicatur, aliam quidem potentiam mortem subiisse, aliam vero immortalem permansisse, nequaquam in Filio Patris potentiam esse fatebuntur, & consequenter ejusdem Domini voces veluti falsas explodunt, quæ cuncta, quæ Patris sunt, Filii quoque esse testantur. Qui enim cuncta C quæ Patris sunt, habet, Patris quoque immortalitatem omnino possidet; immortalitas vero, quamdiu id est quod esse dicitur, nullam cum morte communionem atque mixtionem habet. Si igitur mortalem esse dicunt Filii divinitatem, ipsum in se non habere Patris immortalitatem adstruunt. Atqui verum asserit Filius, qui totum in se ipso Patrem habere dicit; itaque mentitur, qui mortalem illum esse probare conatur, in quo tota Patris æternitas conspicitur. Quoniam igitur juxta pie credentium sententiam una Patris & Filii potentia est, in Patre enim Filium agnoscimus, & in Filio Patrem; hinc manifeste ostenditur, id quod sui natura pati poterat, mortem admisisse: quod autem passioni non erat obnoxium, impassibilitatem in eo quod passioni obnoxium erat, operatum fuisse.

Ἀλλὰ πρός [10] τὸ ἐφεξῆς τοῦ λόγου προέλθωμεν. λέξω δὲ πάλιν τῇ ἑαυτοῦ φωνῇ, συνελὼν ἐν βραχεῖ τὴν διάνοιαν· φησὶ γὰρ, τὸ ἄνθρωπον ἔνθεον τὸν Χριστὸν ὀνομάζειν, ἐναντίον εἶναι ταῖς ἀποστολικαῖς διδασκαλίαις· ἀλλότριον δὲ τῶν συνόδων· Παῦλον δὲ, καὶ Φωτεινὸν, καὶ Μάρκελλον τῆς τοιαύτης διαστροφῆς κατάρξαι. εἶτα κατὰ τȣ̀ς δεινοὺς τῶν ἀγωνιστῶν, ὡς προσεμπλακεὶς τῷ [11] διαλεγομένῳ, καὶ εὑρὼν τὸν αὐθέντην τοῦ ῥήματος, τοῦτό φησι. Πῶς ἐρεῖς ἐκ γῆς ἄνθρωπον, τὸν ἐξ οὐρανοῦ καταβεβηκέναι μαρτυρούμενον ἄνθρωπον, καὶ [12] υἱὸν ἀνθρώπου ἀναγορευόμενον; Πάλιν ἐν τούτοις ἡ κατασκευὴ τῶν προλαβόντων, ἑτέρας ἀτοπίας ἐστὶν ἀρχή. ἵνα γὰρ δείξῃ Θεὸν τεθνηκότα, ȣ̓δὲν ὅλως καταδέχεται τῆς γηΐνης φύσεως περὶ αὐτὸν θεωρεῖσθαι. [13] ἐπειδὴ ὅλως τῇ γῇ συγγενῶς ἔχειν δοκεῖ τὸ κατὰ θάνατον πάθος, Οὐκ ἔστι, φησίν, ἐκ γῆς ἄνθρωπος, ὁ ἐξ οὐρανοῦ καταβὰς ἄνθρωπος. ἄνθρωπος μέντοι, καὶ εἰ ἐξ οὐρανοῦ καταβέβηκεν· οὐ γὰρ ἀρνεῖται τὴν τοιαύτην προσηγορίαν ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις ὁ Κύριος. Πῶς οὖν ἐν τοῖς εἰρημένοις τὸ ἀκόλουθον σώζει; εἰ μὴ ἐκ γῆς ὁ ἄνθρωπος, ἀλλ' ἐξ οὐρανοῦ

D VI. Sed ad illa quæ in Apollinaris tractatu sequuntur, progrediamur, cujus sententiam, in epitomen redactam, propriis ejusdem verbis rursus referam. *Christum enim*, inquit, *divinum hominem nuncupare, apostolicæ doctrinæ contrarium, & a Synodorum sententia alienum esse: Paullum autem Samosatenum, Photinum, atque Marcellum, perversitatis hujus auctores fuisse.* Deinde acerrimorum athletarum instar, cum colloquente veluti implicatus, & sententiæ illius adstipulatorem nactus, ita subjungit. *Quomodo terrenum dices hominem, quem e cælo descendisse Scriptura testatur, quique Filius hominis appellatur?* Rursus in his præcedentis orationis confirmatio alterius absurditatis initium est. Nam E ut ostendat Deum mortem subiisse, nihil prorsus naturæ terrenæ in ipso spectari posse concedit; sed quoniam mortis perpessio suapte natura ad terram pertinere omnino videtur, *Non est*, inquit, *homo terrenus, qui e cælo descendit; sed nihilominus homo, quamvis ex cælo descenderit; neque enim in Evangeliis nomen hoc Dominus respuit.* Quomodo igitur in dictis suis sibi consentaneus est? Si non

1. Corrector, Θεȣ͂ γὰρ πάντα εἶναι ταῦτα ὁ Υἱὸς λέγεται, καὶ πάντα τοῦ Πατρός. Forte, ταῦτα εἶναι, καὶ τὰ τοῦ Πατρός.
2. Corrector, ἐνατεσβέσθη. 3. Corrector, ὁμολόγηται.
4. Corrector, αὐτάς.
5. Corrector delet hoc postremum, τά.
6. Corrector. ἑαυτῷ.
7. Corrector, ἕως ἂν ᾖ.
8. Corrector, ἔχειν αὐτὸν ἐν ἑαυτῷ.
9. Ita Corrector, prius ἄλλω.
10. Corrector, τά
11. Corrector, προσδιαλεγομένῳ.
12. Corrector legit, υἱὸν ἀνθρώπȣ τὸν Θεὸν, καὶ Θεȣ͂ υἱὸν ἀναγορευόμενον.
13. Videtur legendum, ἐπεὶ δ' ὅλως.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.



καταβαίνει πρὸς ἡμᾶς, πῶς ἀνθρώπου υἱὸς, ὁ ἐξ οὐρανοῦ καταβαίνων, λέγεται; δώσει γὰρ πάντως, ὥσπερ ἐπὶ τῆς γῆς προεπινοοῦμεν τῶν υἱῶν τοὺς πατέρας, οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ κατ' αὐτὸν οὐρανόθεν ἥκοντος ἀνθρώπου, ἐπειδὴ υἱὸς ἀνθρώπου λέγεται, μὴ εἰκῇ πατρόθεν κατονομάζεσθαι· ἀλλ' εἶναι αὐτοῦ, κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, ἐν οὐρανῷ προθεωρούμενον πατέρα ἄλλον ἄνθρωπον· [1] εἰ γὰρ στηρίζεται τούτῳ τῷ ῥήματι τῷ εἰρηκότι, οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐξ οὐρανοῦ καταβὰς, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, καὶ διὰ τοῦτο τῆς πρὸς τὸν γήϊνον ἄνθρωπον συγγενείας αὐτὸν ἀποσχίζει, ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἥκοντα υἱὸν ἄνθρωπον λέγων, δώσει τινὰ πάντως τοῦ καταβάντος πρὸς ἡμᾶς ἄλλον ἐν οὐρανῷ τοιοῦτον πατέρα· ὥστε καὶ ἐν τῇ οὐρανίῳ ζωῇ ἔθνη ἀνθρώπων, [2] καὶ δήμους, καὶ πάντα, ὅσα κατὰ τὸν τῇδε βίον ἐστὶν ὑπονοεῖσθαι. εἰ οὖν τὸ ἐξ οὐρανοῦ ἧκον, ἀνθρώπου ἐστὶν υἱός· τὸ δὲ ἐκ Μαρίας ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα γεγεννημένον, ἄνωθεν δὲ, ἀνθρώπου υἱὸς ὠνόμασται· ψευδῶς κατ' αὐτοὺς υἱὸς Θεοῦ λέγεται, μήτε τοῦ οὐρανίου, μήτε τοῦ γηΐνου πρὸς τὸ θεῖον οἰκειουμένου. ἀλλὰ συναγαγὼν ἑαυτῷ πρὸς τὸ κεφάλαιον τὰ εἰρημένα, ἐν τούτῳ συμπεραίνει τὸν λόγον. Εἰ δὲ καὶ ἐξ οὐρανοῦ υἱὸς ἀνθρώπου, καὶ ἐκ γυναικὸς υἱὸς Θεοῦ, πῶς οὐχ ὁ αὐτὸς Θεὸς καὶ ἄνθρωπος; Ἐγὼ δὲ τὸ μὲν τὸν αὐτὸν ἄνθρωπον καὶ Θεὸν πιστεύειν εἶναί φημι, καὶ παντὸς εἶναι τοῦ τὸν ὀρθὸν λόγον πρεσβεύοντος, οὐ μὴν κατὰ τὴν τοῦ λογογράφου διάνοιαν. οὔτε γὰρ τὸ θεῖον γήϊνον, οὔτε ἀνθρώπινον τὸ οὐράνιον, καθὼς ἐκεῖνος οἴεται· ἀλλ' ἄνωθεν μὲν ἡ τοῦ ὑψίστου δύναμις, διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐν τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει ἐνεσκιάσθη, τουτέστιν, ἐνεμορφώθη, ἐκ δὲ τῆς ἀμιάντου Παρθένου ἡ τῆς σαρκὸς μοῖρα συνηρανίσθη· καὶ οὕτως τὸ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν, Υἱὸς ὑψίστου κατωνομάσθη· τῆς μὲν θείας δυνάμεως τὴν πρὸς τὸν ὕψιστον ἀγχιστείαν, τῆς δὲ σαρκὸς τὴν ἀνθρωπίνην οἰκειουμένης συγγένειαν,

A terrenus homo, sed e cælo ad nos descendit, quomodo Filius hominis, qui e cælo descendit nuncupatur? Illud enim omnino concedet, quemadmodum in terra priores filiis patres esse intelligimus, ita etiam in homine, qui, ut ipse putat, e cælo venit, quandoquidem filius hominis dicitur, non temere a patre nomen sumere; sed ejus patrem in cælo esse alium hominem, quem humano more priorem esse filio intelligamus. Si enim verbis illis innititur, *Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, filius hominis*; & idcirco illum a terreni hominis cognatione sejungit, & e cælo ad nos venisse filium hominis dicit; aliquem alium prorsus dabit in cælo hominem, patrem illius hominis, qui B ad nos descendit, ita ut in cælesti vita, nationes hominum, & populi, & omnia quæcumque in hac vita sunt, reperiri arbitremur. Si igitur qui e cælo venit, filius hominis est; qui autem ex Maria de semine David secundum carnem natus est, quamvis e cælo venerit, Filius hominis appellatur, falso secundum ipsos Dei filius dicitur, cum nec terrestris, nec cælestis ille filius cum divinitate commune quicquam habeat. Sed in summam veluti colligens, quæ ab ipso dicta sunt, hisce verbis sermoni finem imponit. *Si autem & e cælo filius hominis, & ex muliere filius Dei, quomodo non idem Deus & homo censetur?* Ego sane & eumdem Deum atque hominem credere, omnibus rectæ fidei assertoribus C convenire ajo, non tamen secundum Apollinaris sententiam; neque enim divinitas res terrena, naque humanitas cæleste aliquid exsistit, quemadmodum ille opinatur; sed e cælo quidem [a] virtus Altissimi per Spiritum sanctum humanæ naturæ obumbravit, hoc est, in ea efformata fuit; ex immaculata vero Virgine carnis portio coaluit; & hoc pacto, quod in ea natum est, Filius Altissimi vocatus est, divina quidem potentia humanæ naturæ cum Altissimo affinitatem, carne vero cum homine cognationem Deo conciliante.

Ἀλλὰ Θεὸς μὲν, φησι, τῷ Πνεύματι τῷ σαρκωθέντι· ἄνθρωπος δὲ τῇ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ προσληφθείσῃ σαρκί. Τί ἐστιν πάλιν τοῦ Πνεύματος σάρκωσις, ἐκτὸς τῆς πρὸς τὴν ἡμετέραν σάρκα ἑνώσεως; πόθεν δὲ προσελήφθη ἄνθρωπος, εἰ μὴ ἐκ τοῦ πρώτου ([3] ἀνθρώπου, οὗ τὴν πρώτην γένεσιν ἐκ γῆς, οὐκ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ) γενεαλογοῦντος τοῦ Μωϋσέως ἠκούσαμεν; λαβὼν γὰρ ὁ Θεὸς χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς, τὸν ἄνθρωπον ἔπλασεν· ἄλλην δὲ ἀνθρώπου κατασκευὴν ἐξ οὐρανοῦ [4] συστῆσαι παρ' οὐδενὸς μεμαθήκαμεν. εἶτα ἐπάγει τοῖς εἰρημένοις, ὅτι τὸ μυστήριον ἐν σαρκὶ ἐφανερώθη. καλῶς τοῦτο λέγων, οὗτος ὁ ἡμέτερος λόγος. καὶ ὅτι ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο κατὰ τὴν ἕνωσιν. καὶ ταῦτα τῆς ὑγιαινούσης φωνῆς ἐστι τὰ ῥήματα. ὁ γὰρ ἡνῶσθαι τῇ σαρκὶ τὸν λόγον εἰπὼν, οὐδὲν ἕτερον ἢ τῶν δύο τὴν συνδρομὴν λέγει. Ἀλλ' οὐκ ἄψυχός, φησιν, ἡ σάρξ· στρατεύεσθαι γὰρ κατὰ τοῦ Πνεύματος εἴρηται, [5] καὶ ἀντιστρατεύεσθαι τῷ νόμῳ τοῦ νόμου. Ὑπέρβαγε τῆς ἀγνωμοσύνης· οὐκ ἄψυχον τῷ Θεῷ περιπλάσσει τὴν σάρκα. οὐκοῦν ἐρωτήσωμεν, εἰ ἔμψυχος προσελήφθη παρὰ τοῦ Θεοῦ λόγου ἡ σὰρξ, καθώς φησιν ὁ λογογράφος· ἔμψυχα δέ φαμεν καὶ τῶν ἀλόγων τὰ σώματα· ὁ ἀνθρωπίνην σάρκα, καὶ ταύτην ἔμψυχον,

VII. *Sed Deus quidem est*, inquit Apollinaris, *per spiritus incarnationem, homo autem per carnem* D *a Deo assumtam*. Quid est rursus incarnatio Spiritus, præterquam unio cum carne nostra inita? Et unde nam assumtus est homo, nisi ex primo homine, cujus primam generationem e terra, non e cælo factam fuisse, a Moyse ejus genealogiam describente, didicimus? E terra enim Deus pulvere accepto, hominem finxit; aliam autem hominis constructionem e cælo exstitisse, nemo unquam nos docuit. Deinde his dictis subjungit Apollinaris, *Mysterium in carne manifestatum fuisse*; recte quidem, nam & nos idem dicimus: additque, *Verbum carnem factum fuisse secundum unionem*; quæ quidem etiam sane loquentis sunt verba; qui enim carni unitum fuisse Verbum dicit, nil aliud quam dupli- E cis rei concursum asserit. [b] *Sed caro*, inquit, *non caret anima, militare enim adversus spiritum dictum est, ac repugnare legi legem mentis*. O miram inscitiam! Non inanimem Deo affingit carnem. Itaque interrogemus, an animata caro a Deo Verbo fuerit assumta, quemadmodum noster scriptor ait, anima autem prædita esse dicimus & animalium ratione carentium corpora. Qui autem hu-

a Luc. I. 35. *b* Rom. VII. 23.

1. Locum hunc usque ad illa verba, τοιοῦτον πατέρα, laudat Euthymins Zigabenus in Panopliæ tit. 13. par. 2. pag. 524.
2. Corrector, καὶ δήμους, καὶ πατριὰς, καὶ πάντα.
3. Quæ semicirculis includuntur, addita sunt a Correctore.
4. Corrector, συστῆναι.
5. Primæva manu in Vaticano codice scribitur, καὶ πάντα στρατεύεσθαι τῷ νόμῳ τοῦ νόμου. Corrector autem vetus emendavit, καὶ ἀντιστρατεύεσθαι τῷ νόμῳ τοῦ νόμου. Vide tamen an legendum sit, καὶ ἀντιστρατεύεσθαι τῷ νόμῳ τὸν νόμον νοός μου, vel potius, ἀντιστρατεύεσθαι τῷ νόμῳ τοῦ νοός, ut habet D. Paullus.

προσοικίζων τῷ λόγῳ, οὐδὲν ἕτερον, ἢ ὅλον συνάπτει τὸν ἄνθρωπον· οὐδὲν γὰρ ἄλλο παρὰ τὴν νοερὰν φύσιν τῆς ἀνθρωπίνης ψυχῆς ἐστιν ἰδίωμα, διὰ τὸ ἐν πᾶσι τοῖς ἄλλοις κοινωνίαν εἶναι ἡμῖν πρὸς τὰ ἄλογα. τὸ ἐπιθυμητικὸν, τὸ θυμοειδὲς, ἡ κατὰ τροφὴν ὄρεξις, ὁ κόρος, ὁ ὕπνος, ἡ πέψις, ἡ ἀλλοίωσις, ἡ τοῦ ἀχρειωθέντος ἐκποίησις, πάντα κατὰ τὸ ἴσον ἐν ἡμῖν, καὶ τοῖς ἀλόγοις διά τινος ψυχικῆς δυνάμεως οἰκονομεῖται. ὁ τοίνυν λέγων ἄνθρωπον εἶναι τὸν προσειλημμένον· ἔμψυχον δὲ τοῦτον διδούς· οὐδὲν ἕτερον [1] ἢ καὶ νοητὴν αὐτῷ προσεμαρτύρησε δύναμιν, ὅπερ ἴδιον τῆς ἀνθρωπίνης ἐστὶ ψυχῆς, ἐξ αὐτῶν, ὧν παρέθετο ἡμῖν, τῶν τοῦ ἀποστόλου ῥημάτων. ὁ γὰρ εἰπὼν, ὅτι τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς ἔχθρα εἰς Θεόν· τῷ γὰρ νόμῳ τοῦ Θεοῦ οὐχ ὑποτάσσεται· τῆς προαιρετικῆς τε καὶ διανοητικῆς δυνάμεως ἐναργῆ τὰ ἰδιώματα λέγει. τὸ γὰρ ἐπιπειθῶς, ἢ ἀντιτύπως πρὸς τὸν νόμον ἔχειν, προαιρέσεως ἴδιον· αὐτό τε τὸ τοῦ φρονήματος ὄνομα, οὐκ ἄν τις τῆς κατὰ τὸ φρονεῖν ἐνεργείας ἀποχωρίσειε. τὸ δὲ φρονεῖν ταυτὸν εἶναι [2] τῷ νοεῖν, οὐδ' ἂν τῶν κομιδῇ τις νηπιαζόντων ἀντείποι· ὅ, τε ἀντιστρατευόμενος, καὶ αἰχμαλωτίζων, πῶς ἂν τῆς ἐνεργείας τοῦ νοεῖν ἀμοιρήσειεν; οὐ γὰρ [3] πρὸς τὰ φαῦλα κινεῖσθαι τοῖς κακοῖς τὴν προαίρεσιν, ἀπόδειξις τοῦ μὴ εἶναι νοῦν ἐν ἐκείνοις ἐστίν· ἀλλὰ καλῆς μὲν διανοίας ἐκτός εἰσι, νοοῦσι δὲ ὅμως· ἐπεὶ καὶ τὸν ὄφιν ἐκεῖνον, ὃν δὴ τῆς κακίας ἀρχηγὸν καὶ εὑρετὴν παρὰ τῶν γραφῶν ἐδιδάχθημεν, οὐκ ἀνόητον εἶναί φησιν ὁ θεόπνευστος λόγος, πλείονα τῶν ἄλλων προσμαρτυρῶν τούτῳ τὴν φρονιμότητα.

A manam carnem eamque animatam Verbo attribuit, nil aliud quam integrum hominem Verbo copulat; nihil enim tam proprium eſt humanæ animæ, quam intellectu prædita natura, eo quod in aliis omnibus communionem cum brutis habeamus. Concupiſcentia, ira, cibi appetentia, ſatietas, ſomnus, digeſtio, alteratio, excrementorum egeſtio, hæc omnia tam in nobis, quam in animalibus ratione carentibus per quamdam animæ facultatem ex æquo diſpenſantur. Qui igitur dicit hominem eſſe, qui aſſumtus eſt, eumque anima præditum eſſe concedit, nil aliud, quam intelligendi facultatem teſtimonio ſuo ipſi impertitur; quod humanæ tantum animæ convenire, vel ex ipſis, quæ nobis in me- B dium adducit, Apoſtoli verbis apparet. Qui enim dicit, [a] *Sapientiam carnis inimicitiam eſſe in Deum; legi enim Dei non ſubjicitur*, manifeſtas eligentis, & cogitantis potentiæ proprietates exprimit: nam obſequi legi, vel repugnare, eligentis proprium eſt voluntatis, ipſumque φρονήματος, hoc eſt, ſapientiæ, vel intelligentiæ nomen nemo a cogitandi, vel intelligendi facultate ſecreverit: φρονεῖν autem idem eſſe ac intelligere, & animo verſare, nec parvorum infantium quiſpiam inficias iverit: & qui alteri repugnat, eumque in ſervitutem redigit, quomodo intelligendi actuoſitate carebit? Neque enim quod libera eligendi facultas ad mala in improbis movetur, propterea illos mente deſtitutos eſſe demon- C ſtratur; ſed bene quidem non cogitant, at nihilominus cogitant. Quare & ſerpens ille, quem malitiæ principem, inventoremque fuiſſe Scriptura nos docet [b], non caruiſſe mente a Deo inſpiratus ſermo dicit, qui prudentiorem cæteris animantibus ipſum fuiſſe teſtatur.

Οὐκοῦν ἐξ αὐτῶν, δι' ὧν οἴεται συνιστᾶν τὸν ἑαυτοῦ λόγον, αἱ παρατιθεῖσαι ἡμῖν φωναὶ, τὸ ἀσεβὲς τοῦ κατ' αὐτὸν δόγματος διελέγχουσιν. οὐ γὰρ ἐν τούτοις [4] μόνοις ὁ ἀπόστολος ἀνθίστησι τὴν σάρκα τῷ πνεύματι, τουτέστι, τὴν πονηρὰν προαίρεσιν τῇ ἀστειοτέρᾳ ζωῇ. ἀλλὰ καὶ πρὸς Κορινθίους φησὶ, τὸ ἐμπαθὲς αὐτοῖς ὀνειδίζων, ὅτι σαρκινοί ἐστε. ἆρα κατὰ τὸν χρόνον ἐκεῖνον, καθ' ὃν πρὸς αὐτοὺς ὁ λόγος ἐγένετο, κατὰ τὴν τριμερῆ τοῦ Ἀπολιναρίου τῶν ἀνθρώπων τομὴν, ἀμέτοχοι τῆς κατὰ τὸν νοῦν ἐνεργείας ἦσαν οἱ ἄνθρωποι; ἢ πάντως ἐκ τῆς ἀμέτρου πρὸς τὴν σάρκα διαθέσεως σαρκινοι παρὰ τοῦ Παύλου προσηγορεύθησαν, ἐκ τοῦ πλεονάζοντος τὴν ἐπωνυμίαν λαβόντες; καὶ δείκνυσι τὸν τοιοῦτον λόγον ἡ σύμφρασις τῶν γεγραμμένων· ὅπου γὰρ ἐν ὑμῖν, φησι, ζῆλος καὶ ἔρις, οὐχὶ [5] σαρκικοί ἐστε. τὸ δὲ ζηλοῦν καὶ ἐρίζειν τῆς κατὰ τὸν νοῦν ἐνεργείας ἐστί. Τὰ δὲ τούτων ἐχόμενα τῆς λογογραφίας, ἀπόδειξιν δῆθεν περιέχει διὰ πλειόνων μαρτυριῶν, τοῦ ἐκ τριῶν συνιστᾶναι τὸν ἄνθρωπον, ἀπὸ σαρκός τε, καὶ ψυχῆς, καὶ νοῦ, ἅπερ οὐ πόῤῥω τοῦ καθ' ἡμᾶς ἐστι λόγου. ταυτὸν γάρ ἐστιν ἐκ νοερᾶς ψυχῆς καὶ σώματος τὸν ἄνθρωπον λέγειν, καὶ ἰδιαζόντως τὸν νοῦν ἐφ' ἑαυτοῦ ἀριθμήσαντα, τριχῆ διελεῖν τὴν περὶ τὸν ἄνθρωπον θεωρίαν· εἰ καὶ ὅτι πολλὰς τοῖς αἱρετικοῖς δίδωσιν ὁ λόγος ἐν τούτῳ λαβάς. δύναται γὰρ, εἰ τὸ νοητικὸν ἐφ' ἑαυτοῦ τις ἀριθμοίη, ἑτέραν τοῦ θυμοειδοῦς τὴν περιγραφὴν λέγειν, καὶ τοῦ ἐπιθυμητικοῦ πάλιν ἑτέραν. ἴσως δ' ἄν τις καὶ τὰ λοιπὰ τῆς ψυχῆς κινήματα κατὰ τὸν λόγον ἐξαριθμούμενος,

VIII. Prolata itaque a nobis in medium ejuſdem verba, quibus opinionem ſuam confirmari putat, impietatem dogmatis ab ipſo prædicati palam redarguunt. Neque enim in hiſce ſolis verbis ſpiritui carnem, malum, videlicet, propoſitum honeſtæ probæque vitæ opponit Apoſtolus; ſed & in epiſtola ad Corinthios eiſdem exprobrans, quod ani- D mi perturbationibus ſuccumberent, [c] *Carnales*, inquit, *eſtis*. Numquid eo tempore, quo ita Corinthios alloquebatur Apoſtolus, mentis operationum compotes non erat homines illi ſecundum tripertitam hominum diviſionem ab Apollinari excogitatam? Vel potius ex immodica ad carnis opera proclivitate carnales a Paullo vocati ſunt, appellatione ex eo, quod in ipſis abundabat, deſumta? Sane poſtremam hanc illius dicti veram eſſe rationem, quæ uno tenore, eodemque conſilio ſtatim addit Apoſtolus luculenter oſtendunt: [d] *Cum enim*, inquit, *ſit inter vos zelus & contentio, nonne carnales eſtis?* Zelare autem & contendere ad mentis operationes pertinet. Ceterum quæ in verboſa Apollinaris ſcri- E ptione ſequuntur, id unum fere per teſtimonia plura demonſtrant, ex tribus, videlicet, rebus conſtare hominem, carne, anima, atque mente, quæ quidem a noſtra ſententia minime diſtant. Ex corpore namque & anima intellectu prædita compoſitum eſſe hominem dicere, idem eſt atque ſeparatim mentem per ſe ſolam numerando, tripliciter quæ in homine conſiderantur dividere; tametſi multas hæc loquendi ratio hæreticis errandi anſas præbeat. Si enim partem rationalem per ſe ſolam quis enumeraverit, aliam iraſcibilis partem a ceteris ſegregatam aſſerere poterit, & concupiſcibilis rurſus aliam, & fortaſſe non nemo reliquos etiam

[a] Rom. VIII. 7. [b] Gen. III. 1. [c] I. Cor. III. 2. [d] Ibid. ℣. 3.

1. Ita Corrector, prius, εἰ καί.
2. Ita Corrector, prius, τὸ νοεῖν.
3. Ita Corrector, τὸ πρός.
4. Corrector, μόνοις.
5. Corrector, σαρκινοί.

Saecul. IV. circa Ann. Chr. 370.

[1] πολυσχιδῆ τινα καὶ πολυσυνθετον ἀντὶ τοῦ τριμεροῦς ἀποδείξει τὸν ἄνθρωπον.



Ἀλλ' ἐάσθω ταῦτα, ὡς ἂν μὴ τοῖς καθ' ἕκαστον ἐπεξιόντες εἰς ἀμετρίαν ἐκτείνωμεν τὴν ἀντίῤῥησιν, πρὸς δὲ τὰ ἐφεξῆς τοῦ λόγου προΐωμεν. κατασκευάσας γὰρ διὰ πολλῶν τὸ τριφυὲς, ἢ τριμερὲς, ἢ ὅπως ἂν ἐθέλῃ τις ὀνομάζειν τὸ ἀνθρώπινον σύγκριμα, μέμνηταί τινων [2] καὶ δογμάτων συνοδικῶν, τῶν τε κατὰ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως συνειλεγμένων, [3] λέγοντος, ἐξ οὐρανοῦ ἀποτεθεῶσθαι τὸν Κύριον. καὶ τοῦ κατὰ Νίκαιαν ἐκφωνηθέντος, οὗ τὴν ῥῆσιν ἐπὶ λέξεως τοῦτον τὸν τρόπον εἰρημένην παρέθετο, τὸ, B [4] ἐξ οὐρανοῦ καταβάντα, καὶ σαρκωθέντα, καὶ ἐνανθρωπήσαντα. καὶ ταῦτα εἰπὼν, ὡς προκατασκευάσας τὸν μέλλοντα ῥηθήσεσθαι λόγον, οὕτως ἀπογυμνοῖ τοῦ ἰδίου βουλήματος τὴν διάνοιαν, καί φησιν, οἱονεὶ προσοικειῶν τοῖς [5] ἀποδεδειγμένοις, οὕτως κατὰ τὴν λέξιν, Τὸ δὴ πνεῦμα, τουτέστι τὸν νοῦν, Θεὸν ἔχων ὁ Χριστὸς μετὰ ψυχῆς καὶ σώματος, εἰκότως ἄνθρωπος ἐξ οὐρανοῦ λέγεται. Τί κοινὸν ἔχει τὰ εἰρημένα πρὸς τὰ προάγοντα; ποῦ τοῦτο ἡ κατὰ τοῦ Σαμοσατέως ἐδογμάτισε Σύνοδος; ἀλλ' [6] ἐῶ τὰ τῆς γνώμης ἡμῶν πρεσβύτερα. Τί τοιοῦτον ἐν τοῖς κατὰ Νίκαιαν δόγμασιν ἔδειξε τὸν καταβάντα ἐκ τῶν οὐρανῶν ἡ πίστις λέγειν, καὶ σαρκωθέντα, ὡς μὴ πρὸ τῆς καθόδου νοεῖσθαι τὴν σάρκα, ἀλλὰ C δευτερεύειν μετὰ τὴν κάθοδον; τοῦτο παρὰ πάντων ἐν Ἐκκλησίαις κηρύσσεται, τὸν σαρκωθέντα καὶ ἐνανθρωπήσαντα, καὶ οὗτος ἡμέτερος, μᾶλλον δὲ τῆς Ἐκκλησίας ὁ λόγος. ποῦ τοίνυν ἐν τοῖς εἰρημένοις ἐστὶν, ὅτι τὸ πνεῦμα, τουτέστι τὸν νοῦν, Θεὸν ἔχων ὁ Χριστὸς μετὰ [7] ψυχῆς, καὶ σώματος, ἐξ οὐρανοῦ ἄνθρωπος λέγεται; εἴτε γὰρ ἐπὶ τῆς λέξεως ψιλῆς ἐξετάζοις τὸν λόγον, εἴτε καὶ τὴν τῶν εἰρημένων διάνοιαν, ἐν οὐδ' ἑτέρῳ τὸ ῥηθὲν εὑρεθήσεται. ἡ μὲν γὰρ λέξις τοσοῦτον ἀπέχει τῆς λέξεως, καθ' ὅσον ἀπέχουσι, ψαλμικῶς εἰπεῖν, ἀνατολαὶ ἀπὸ δυσμῶν· ἡ δὲ διάνοια τῶν εἰρημένων τί κοινὸν πρὸς τὰ δι' ἐκείνης δηλούμενα, δείκνυσι; φησὶν οὗτος, τὸν σαρκωθέντα τῇ ἀνθρωπίνῃ σαρκὶ Χριστὸν ἐν ἑαυτῷ Θεὸν, D τὸ πνεῦμα, τουτέστι τὸν νοῦν ἔχειν· λέγει δὲ τοῦτο ὁ κελεύων [8] ἔνθεον ἄνθρωπον μὴ λέγειν τὸν Χριστὸν, Θεὸν ἔχοντα ἐν ἑαυτῷ, ὡς ἄλλον ἐν ἄλλῳ, αὐτὸς πρὸ τῶν ἄλλων τοῦτο κατασκευάζων. ἡ δὲ τῆς Συνόδου φωνὴ τὸν ἐξ οὐρανοῦ καταβάντα λέγει. νοείτω μὲν οὖν ὁ πολὺς καὶ ἀκέραιος τὴν ἐκ τῶν οὐρανῶν πρὸς ἡμᾶς κάθοδον, οὐδὲν γὰρ πρὸς τὴν τοιαύτην ὑπόληψιν διοισόμεθα, [9] κἂν ὑψηλοτέραν ὁ νοῦς ἐμφαίνῃ διάνοιαν, μὴ τοπικῶς λέγων καταβαίνειν τὸ θεῖον, πανταχοῦ ὂν, καὶ περιδεδραγμένον τῶν ὄντων· ἀλλὰ τὴν πρὸς τὸ ταπεινὸν τῆς φύσεως ἡμῶν παραδηλῶν συγκατάβασιν· πλὴν ὅπως ἂν ᾖ φίλον τῷ βουλομένῳ [10] δέχεσθαι τὴν κάθοδον, τὸν σαρκωθέντα πάλιν ὁ τῆς Συνόδου λόγος φησὶ, καλῶς καὶ

A animi motus ratione dinumerans, hominem non tribus, sed quodammodo longe pluribus compositum partibus, & in multas pariter partes dissectum ostenderit.

IX. Sed hæc missa faciamus, ne singulis immorantes, in longum plus æquo confutationem nostram extendamus, ad ulteriora autem progrediamur. Dum enim triplicis naturæ, vel tripertitam, vel quocunque alio quis nuncupare voluerit nomine, hominis compositionem pluribus adstruere conatur, quarumdam etiam synodalium definitionum mentionem facit, earum nempe Synodorum, quæ adversus Paullum Samosatenum collectæ fuerunt, B in quarum una dicitur. *E cælo Deum factum fuisse Christum*; item alterius fidei definitionis apud Nicæam promulgatæ, cujus dictum hisce disertis verbis conceptum allegat, *Qui de cælo descendit, & incarnatus est, & homo factus est*. Et ubi hæc dixit, quasi jam antea adstruxisset, quæ mox dicturus erat, propositi sui sensum hoc pacto aperit, & veluti demonstratis jam rebus sequentia accomodans, hæc ad verbum ait: *Spiritum sane, hoc est, mentem Deum habens Christus una cum anima & corpore, jure merito homo e cælo veniens dicitur*. Quid hæc dicta cum præcedentibus commune habent? Ubinam hoc congregata adversus Samosatenum Synodus definivit? Sed quæ circa nostrum dogma vetustiora C sunt, omittamus. Quidnam tale verba illa, *Qui de cælo descendit, & incarnatus est*, in Nicæni Concilii dogmatibus significare fides ostendit, nisi quod ut non ante Filii e cælo descensum carnem exstitisse, sed posteriorem eodem descensu esse intelligamus? Hoc in Ecclesiis ab omnibus prædicatur, incarnatum nempe & hominem factum fuisse Christum; & hic noster, imo potius Ecclesiæ sermo est. Ubi nam igitur in dictis Concilii Nicæni dogmatibus reperitur, Spiritum, hoc est, mentem Deum, una cum anima & corpore habentem Christum, jure merito venientem e cælo hominem vocari? Sive enim, prout nuda verba sonant, hanc Apollinaris sententiam examines, sive in eorumdem sensum in- D quiras, neutro modo id, quod ipse animo intendit, in illis Synodi verbis invenies. Verba enim Synodi ab Apollinaris verbis tantum differunt, quantum, ut Psalmorum verba usurpem, oriens distat ab occidente; eorumdem vero sensus quidnam commune cum his, quæ Synodi verba præseferunt, exprimit? Ait hic, incarnatum humana carne Christum in se ipso Deum habere, qui ejus spiritus, hoc est, mens exsistat; & hæc ille idem asserit, qui divinum hominem Christum dici vetat, & eumdem Christum in se ipso Deum habere, tamquam alium in alio, primus omnium conatur adstruere: Synodi vero vox ait, *Qui de cælo descendit*. Intelligat itaque eximius E hic atque sincerus vir Christi e cælo ad nos descensum; in nullo enim circa hoc ad invicem discrepabimus, quamvis sublimiori sensu hæc intelligenda sint, non quasi divinitatem, quæ ubique est, & cuncta creata continet, localiter ad nos descendisse dicat, sed quod eo loquendi modo Dei ad nostræ naturæ humilitatem condescensio significetur. Sed quocumque modo quis voluerit descensionem istam accipere, Synodi textus subjungit, *Qui incarnatus est*, pulcre & hoc ipsum asserens; quonam enim

1. Ita Corrector, antea πολυχιδῆ.
2. Plures Synodos adversus Paullum Samosatenum Antiochiæ habitas fuisse restatur Eusebius lib. 7. Hist. Eccl. cap. 18. & 19.
3. Paullus Samosatenus Christum non e cælo descendisse; sed ut cæteros homines, κάτωθεν, hoc est, e terra ortum duxisse affirmabat, ut in Synodicæ Antiocheni Concilii fragmentis apud Eusebium lib. 7. hist. Eccl. c. 19. legimus. Quare vel legendum hic est λεγόντων, vel vox λέγοντος non ad Paullum Samosatenum; sed ad postremam fortasse synodicarum adversus eumdem Paullum definitionum, cujus Eusebius meminit, referenda est.
4. Nicænum Symbolum habet solum διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα καὶ σαρκωθέντα, tam apud Socratem, quam in Codice Canonum Ecclesiæ Africanæ.
5. Cor. προαποδεδειγμένοις, οὕτως τὰ κατὰ.
6. Ita Corrector, antea ἐα.
7. Corrector, ψυχῆς τε καὶ.
8. Vide supra capite 4.
9. Similia habet Nyssenus in Orat. de Deitate Filii & Spiritus Sancti Tom. 3. pag. 741. a. b.
10. Corrector, δεχέσθω.

τοῦτο λέγων· πῶς γὰρ ἂν οἰκειότερον τὴν ἐκ γυναικὸς ἡρμήνευσε γέννησιν; οὐ γάρ, ᾗ Θεός ἐστιν, αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν ἐκ γυναικὸς ἐγεννήθη. ὁ γὰρ πρὸ τῆς κτίσεως ὤν, [1] τὸ διὰ σαρκὸς γεγενῆσθαι, αὐτὸ τὸ εἶναι οὐκ ἐπιδέχεται· ἀλλὰ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι προοδοποιήσας τὴν τῆς ἰδίας δυνάμεως εἴσοδον, καὶ μηδὲν τῆς ὑλικῆς ἀφορμῆς πρὸς τὴν κατασκευὴν τοῦ οἰκείου σκήνους προσδεηθείς, κατὰ τὸ εἰρημένον περὶ τῆς σοφίας, ἑαυτῷ ᾠκοδόμησεν [2] οἶκον, τὸν ἐκ τῆς παρθένου χοῦν ἀνθρωποποιήσας, δι' οὗ συνεκράθη πρὸς τὸ ἀνθρώπινον.

pacto magis proprie nativitatem ex muliere interpretata esset? Non enim, prout Deus est, ipse per semet ipsum ex muliere genitus est; nam qui ante creatarum rerum conditionem exsistebat, per carnis nativitatem non cœpit esse; sed Spiritu sancto viam ad ipsius virtutis ingressum præparans, & materiæ subsidio ad proprii habitaculi constructionem nihil indigens, juxta illud, quod de Sapientia dicitur, ædificavit sibimet ipsi domum, terram ex Virginis utero acceptam, per quam cum humanitate commixtus fuit, in hominem efformans.

Ποῦ τοίνυν ἐν τούτοις φησὶν ὁ λόγος, ὅπερ τῷ Ἀπολιναρίῳ δοκεῖ, τὸ πνεῦμα, τουτέστι τὸν νοῦν, Θεὸν ἔχων ὁ Χριστὸς μετὰ ψυχῆς καὶ σώματος, εἰκότως ἐξ οὐρανοῦ ἄνθρωπος λέγεται; εἰ μὲν γὰρ ἔξεστι κατ' ἐξουσίαν αὐτῷ πρὸς τὸ δοκοῦν ἕλκειν τὰ θεῖα λόγια, καὶ κατὰ τοὺς τῶν ὀνείρων ὑποκριτάς, ὅπερ ἂν ἐθέλῃ, τοῦτο τῷ γράμματι προσαρμόζειν τὸ νόημα, ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα τοῖς θείοις λόγοις ἐπιφημιζέτω νοήματα. εἰ δὲ τοὺς γραώδεις μύθους, καὶ τὰς βεβήλους κενοφωνίας κατὰ πάντα τρόπον ἀπωθεῖσθαί φησι δεῖν ὁ Ἀπόστολος, οὐδαμῶς συγχωρητέον αὐτῷ συναρμόζειν ἀλλήλοις τὰ ἀκοινώνητα, καὶ προσκολλᾷν τὰ ἀσύμβατα· καὶ μᾶλλον δ' ἂν ἡμῖν αὐτοῖς, δι' ὧν ἐπαγωνίζεται τοῖς εἰρημένοις, πρὸς ἀνατροπὴν τοῦ δόγματος [3] αὐτοῦ συμμαχήσειε. φησὶ γάρ, ὅτι καὶ ὁ Παῦλος τὸν πρῶτον Ἀδὰμ ψυχὴν καλεῖ μετὰ σώματος οὖσαν· καλῶς τοῦτο καὶ ὑπὲρ τῆς ἀληθείας εἰπών. ἆρα οὖν ὁ πρῶτος ἄνθρωπος, ὁ εἰς ψυχὴν ζῶσαν παρὰ τοῦ Παύλου μνημονευθείς, κτηνείαν τινὰ ψυχὴν εἶχε, καὶ ἄλογον; καὶ μὴν οὐκ ὀλίγην αὐτῷ προσμαρτυρεῖ τὴν διανοητικὴν χάριν ἡ ἱστορία· προσήγετο μὲν γὰρ αὐτῷ παρὰ τοῦ Θεοῦ τὰ ζῶα, τῆς δὲ τῶν ὀνομάτων αἱρέσεως ἐκεῖνος κύριος ἦν, τὸ προσφυές, καὶ ἁρμόδιον ἑκάστῳ περινοῶν. ἀλλὰ καὶ ἡ παρακοή, καὶ ἡ περὶ τὰ μὴ δέοντα συνδιάθεσις, καὶ ἡ ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις αἰσχύνη, καὶ τὸ πρόσφορον ἐπὶ τοῖς ἐγκλήμασιν ἀπολογίαν εὑρεῖν, πάντα ταῦτα τῆς κατὰ τὸν νοῦν ἐνεργείας ἀπόδειξις γίνεται. τί δήποτε τοίνυν παρεσιωπήθη παρὰ τοῦ Παύλου τὸ νοερὸν τῆς ψυχῆς ἐπὶ τοῦ Ἀδάμ; ἢ δηλονότι τῷ μέρει συνονομάζεται τὸ λειπόμενον, ὡς τό, πρὸς σὲ πᾶσα σὰρξ ἥξει· διὰ τῆς σαρκὸς ὅλον σημαίνων ὁ Δαβὶδ τὸ ἀνθρώπινον. καὶ ὁ Ἰακὼβ ἐν ἑβδομήκοντα πέντε ψυχαῖς τοῖς Αἰγυπτίοις ἐπιξενούμενος, οὐκ ἄνους, οὔτε ἄσαρκος κατὰ τὸν χρόνον ἐκεῖνον ὑπὸ τῆς γραφῆς ἱστορεῖται.

X. Ubinam igitur in his verbis Synodi sermo asserit, quod Apollinaris censet, nempe Spiritum, hoc est, mentem Deum, una cum anima atque corpore habentem Christum jure merito cælestem hominem vocari? Si enim ipsi fas est pro libitu ad ea, quæ sibi visa fuerint, divina eloquia pertrahere, & somniorum interpretum more, quamcumque voluerit significationem sacris scriptis aptare, hos aliosque his similes sensus divinis sermonibus adscribat. Si vero [a] *aniles fabulas & profanas vocum novitates* omnimodis explodi oportere ait Apostolus, non est ipsi permittendum, ea simul jungere, quæ inter se diffident, & invicem componere, quæ communionem secum habere non possunt. Sed & rationibus illis, quibus sua dicta uberius confirmare conatur, nobis ad suimet ipsius dogmatis subversionem auxilium potius, opemque suppeditat. Ait enim, Paullum quoque primum hominem Adam, etsi corpore præditum, animam vocare [b]: pulcre quidem & perquam vere id afferens. Numquid ergo primus homo in animam viventem factus, uti Paullus commemorat, aliquam rationis expertem animam, brutorum instar habuit? Atqui non vulgarem intelligendi vim atque facultatem in ipsum collatam fuisse sacra testatur historia. Deus [c] enim cuncta quidem animalia ad eum adduxit; ipse vero quod ad singulorum naturam designandam aptum conveniensque esset, animo concipiens, unicuique nomen imponendi arbitrium habuit. Sed & inobedientia, & ad ea quæ non decebat fieri, proclivitas, & male factorum pudor, & delictorum excusatio promte adinventa, hæc omnia mentis facultatem satis superque demonstrant. Cur nam igitur intelligendi vim in Adamo Paullus silentio præteriit? Num, scilicet, unius partis denominatione, quod reliquum est, complectitur? ut in illo, [d] *Ad te omnis caro veniet*, per carnem David omne humanum genus significat: & Jacob [e] cum septuaginta quinque animabus ab Ægyptiis hospitio exceptus, nec carne, nec mente per illud tempus in sacra Scriptura destitutus exhibetur.

Ἀλλά, φησὶν ὁ λογογράφος· ὅτι ὁ δεύτερος ἄνθρωπος ἐξ οὐρανοῦ πνευματικὸς λέγεται, καὶ τοῦτο σημεῖον ποιεῖται τοῦ ἄνουν εἶναι τὸν τῷ Θεῷ συγκραθέντα ἄνθρωπον. καίτοι πρόχειρος τῆς ἀτοπίας ὁ ἔλεγχος, ἐξ αὐτῶν, ὧν παρέθετο. ὁ γὰρ εἰπών, οἷος ὁ ἐπουράνιος, τοιοῦτοι καὶ οἱ ἐπουράνιοι, πόῤῥω τῆς τοιαύτης ὑπονοίας ἡμᾶς ἀφίστησιν. εἰ γὰρ οἱ πεπιστευκότες τῷ ἐξ οὐρανῶν ἥκοντι, καὶ αὐτοὶ παρὰ τοῦ Παύλου ἐπουράνιοι λέγονται, οἱ μετατεθεικότες, καθώς φησιν, εἰς οὐρανοὺς τὸ πολίτευμα, καὶ οἷος ἐκεῖνος ὁ ἐπουράνιος, τοιούτους εἶναι καὶ τούτους τοὺς ἐπουρανίους φησὶν ὁ Ἀπόστολος. οὐδεὶς δὲ ἄνους τῶν παραδεξαμένων τὴν πίστιν, ἀ-

XI. Sed inquit Apollinaris, [f] *Secundus homo de cælo spiritualis dicitur, quod utique hominem, qui cum Deo commixtus est, mente carere significat.* Verum ex his quæ mox apponit verbis, facile hujus ineptiæ confutatio desumitur. Qui enim ait, *Qualis cælestis, tales & cælestes*, longe ab hujuscemodi opinatione nos removet. Si enim qui in venientem e cælo credunt, a Paullo [g] & ipsi cælestes vocantur, utpote qui in cælos, ut alibi ait, per vitæ institutum transmigraverint, & qualis ille cælestis est, tales & hos cælestes dicit Apostolus; nemo vero eorum qui fidem amplexi sunt, mentis est expers; necessario itaque ex hac comparatione demonstratur,

a I. Tim. IV. 7. & VI. 20. b I. Cor. XV. 45. c Gen. II. 19. d Psalm. LXIV. 2. e Gen. XLVI. f I. Cor. XV. 47. g Philipp. III. 20.

1. In Vaticano codice scribitur, uti editum est. Corrector tamen antiquus emendavit hoc pacto, τῷ διὰ σαρκὸς γεγενῆσθαι, αὐτὸ τὸ εἶναι οὐκ ἐπέχεται. Sed legendum videtur τῷ διὰ σαρκὸς γεγενῆσθαι αὐτὸ τὸ εἶναι οὐκ ἐπιδέχεται.
2. Corrector τὸν οἶκον. 3. Ita Corrector, antea αὐτῶν.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.



νάγκη πᾶσα τὴν ὁμοιωτικὴν ταύτην σύγκρισιν ἀπόδειξιν γενέσθαι τοῦ, καθ' ὁμοιότητα τῶν ἀνθρώπων καὶ ἐν ἐκείνῳ τὸν νοῦν εἶναι. οἷος γάρ, φησιν, ὁ ἐπουράνιος, τοιοῦτοι καὶ οἱ ἐπουράνιοι. ὥστε ἢ ἐν πᾶσι τὸν νοῦν, ἢ ἐν οὐδενὶ κατ' ἀνάγκην ὁμολογήσουσιν. ὥσπερ γὰρ τὰ τοῦ χοϊκοῦ ἰδιώματα τοῖς ἐξ ἐκείνου ἐνθεωρεῖται, οὕτως ἐπάναγκες κατὰ τὴν τοῦ Ἀποστόλου ἀπόφασιν, τὸν κατὰ πάντα πεπειραμένον τοῦ ἡμετέρου βίου, καθ' ὁμοιότητα, χωρὶς ἁμαρτίας, ὁ δὲ νοῦς ἁμαρτία οὐκ ἔστι, πρὸς πᾶσαν ἡμῶν οἰκείως ἔχειν τὴν φύσιν. οὕτω γὰρ τὸ ἀποστολικὸν ἀληθεύεται, τὸ, ἡμᾶς κατ' ἐκεῖνον εἶναι, εἰ ὁμολογηθείη κἀκεῖνο καθ' ἡμᾶς γεγενῆσθαι, ἵνα ἐκ τοῦ γενέσθαι οἷος ἡμεῖς, ἡμᾶς ποιήσει οἷος ἐκεῖνος.

A Christum in similitudinem hominum factum esse; adeoque ei mentem inesse; *Qualis* enim, inquit, *cælestis, tales & cælestes*; ita ut vel omnes mente præditos esse, vel nullos necessario fatendum sit. Quemadmodum enim terreni hominis proprietates in his qui ex illo progeniti sunt, conspiciuntur; ita etiam juxta Apostoli dictum, qui per omnia, quæ ad nostram vitam pertinent, tentatus fuit, pro similitudine, absque peccato (mens autem peccatum non est) necessarium omnino est, eum cum omnibus naturæ nostræ proprietatibus convenientiam, conjunctionemque servare; nam hoc pacto illud Apostoli verum esse monstratur, nos videlicet similes illi esse, si fateamur & illum similem nobis factum B fuisse, ut ex eo quod talis factus est, quales nos sumus, nos tales efficeret, qualis est ipse.

Πάλιν τοίνυν τῶν παρ' αὐτοῦ ῥηθέντων ἐπιμνησθησώμεθα. Καθὸ καὶ τὸν πρότερον Ἀδὰμ ὁ Παῦλος ψυχὴν καλεῖ μετὰ σώματος οὖσαν, καὶ οὐκ ἄνευ σώματος, τῷ δὲ ὅλῳ τὴν ἐπωνυμίαν διδοῦσαν, κἂν ἀφ' ἑαυτῆς καὶ αὕτη, κατὰ σύλληψιν τοῦ πνεύματος, καλῆται ψυχή. Ὁ ταῦτα λέγων ὁμολογεῖται τρία κατὰ σύλληψιν τῷ τῆς ψυχῆς καλεῖσθαι ὀνόματι, ὡς περιειλημμένης τῆς τε ([1] τοῦ σώματος καὶ τῆς) τοῦ πνεύματος ἐν τῷ αὐτῷ σημασίας. Ἀλλὰ τὸν ἔσχατόν, φησι, πνεῦμα ζωοποιοῦν ὁ Παῦλος καλεῖ. Ὅπερ οὖν ἐν ἐκείνῳ διὰ τοῦ πλεονάζοντος κεκρατηκέναι τὴν ἐπωνυμίαν κατὰ τῶν λοιπῶν τῶν σημαινομένων ἔδειξε, τοῦτο πάντως καὶ ἐπὶ τούτου [2] τὸ ἰσοδύναμον ἔχει. εἰ γὰρ ὁ Ἀδάμ, ἐπειδὴ ἥμαρτε, ψυχὴ λέγεται, ὁ τῷ Θεῷ ἐγκραθεὶς ἄνθρωπος, ἐπειδὴ ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησε, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ, πνεῦμα τὸ ὅλον κατονομάζεται. ἀλλ' οὐ καταδέχεται τὴν τοιαύτην διάνοιαν· φησὶ γὰρ ἐκεῖνον μὲν ἐκ γῆς χοϊκὸν, διότι τὸ σῶμα ἐκ τοῦ χοῦ πλασθὲν ἐψυχώθη. ἆρα ὁ νοῦς, ὅπερ ὀνομάζει πνεῦμα, οὐ συγκατεβλήθη τῷ κατὰ τὸν Ἀδὰμ πλάσματι; οὐκοῦν ἐν τίνι [3] αὐτῷ ἡ πρὸς τὸν Θεὸν ὁμοιότης; τίς δὲ ἡ ἐκ τοῦ θείου [4] ἐμφυσήματος ἀποῤῥοὴ, εἰ μὴ ὁ νοῦς ταῦτα εἶναι πιστεύοιτο; τοῦτον δέ, φησιν, ἐξ οὐρανοῦ διὰ τοῦτο καλεῖσθαι, διότι τὸ πνεῦμα τὸ οὐράνιον ἐσαρκώθη. τίς γραφὴ ταῦτα λέγει; [5] εἰς τίνα τῶν ἁγίων (ἀναφέρει τὸν λόγον) ὅτι πνεῦμα ἐσαρκώθη; οὐχ οὕτως παρὰ τῶν Εὐαγγελίων ἠκούσαμεν. οὐχ' οὕτως παρὰ τῆς μεγάλης τοῦ Ἀποστόλου φωνῆς ἐδιδάχθημεν· ἀλλ' ὅτι μὲν ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, λέγει τὸ κήρυγμα, καὶ ἐν εἴδει περιστερᾶς τὸ πνεῦμα καταβῆναί φησιν ἡ εὐαγγελικὴ ἱστορία. σάρκωσιν δὲ πνεύματος οὐδεὶς εἶπε τῶν τῷ πνεύματι λαβόντων μυστήρια. Ἡ δόξα κατεσκήνωσεν ἐν τῇ γῇ ἡμῶν, καὶ ἡ ἀλήθεια ἐκ τῆς γῆς ἀνέτειλε. καὶ Θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκί. καὶ δικαιοσύνη ἐκ τοῦ οὐρανοῦ διέκυψε, καὶ ἄλλα τοιαῦτα πολλά. Πνεῦμα δὲ σαρκούμενον ἡ θεόπνευστος οὐκ οἶδε γραφή. Καὶ προϋπάρχει, φησὶν, ὁ ἄνθρωπος Χριστὸς, οὐκ ὡς ἑτέρου ὄντος παρ' αὐτὸν τοῦ Πνεύματος, τουτέστι τοῦ Θεοῦ· ἀλλ' ὡς τοῦ Κυρίου, ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ ἀνθρώπου φύσει θείου Πνεύματος ὄντος. Ταῦτα μὲν ἐπὶ λέξεως τοῦ λογογράφου τὰ ῥήματα. ἐπειδὴ [6] δέ πως τῇ ἀτονίᾳ τῆς ἑρμηνευτικῆς δυνάμεως οὐκ ἄγαν ἔκδηλόν ἐστι ἐν σαφηνείᾳ τὸ νόημα· πρότερον ἀπογυμνώσω τοῦ ζόφου τῆς λέξεως

XII. Sed & Apollinaris verba iterum commemoremus, [a] *Quemadmodum & priorem Adam corpore præditum, non vero carentem, Paullus animam vocat, quæ tamen toti denominationem impertiatur; licet & hæc per se sola, secundum quod spiritum comprehendit, anima nuncupetur*. Qui hæc dicit, tria per complexionem uno animæ nomine designari fatetur, ac si spiritus, & corporis significationem simul involvat. *Sed postremum Adam*, inquit, *Spiritum vivificantem*, Paullus vocat. Quod igitur ostendit Adamum ex eo maxime denominatum fuisse, quod ceteris C rebus, ex quibus denominari poterat, præstantius esset, illud idem prorsus in Christo pari ratione obtinet. Si enim Adam quoniam peccavit, dicitur anima; homo Deo commixtus, [b] *quoniam peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus*, spiritus absolute appellatur. Verum Apollinaris hanc interpretationem non recipit; ait enim, *Illum quidem e terra terrenum dici, quoniam corpus e limo formatum animam accepit*. Nonne mens, quam spiritum vocat, efformato Adami corpore conjuncta fuit? Quanam itaque in re ipsi similitudo cum Deo intercedit? Ecquod in ipsum divini spiraculi effluvium, nisi mens hoc ipsum esse credatur? Hunc autem secundum Adamum, ait Apollinaris, cælestem propterea vocari, quoniam cælestis Spiritus incarnatus D est. At in quonam sacræ Scripturæ loco dicitur? cuinam sacrorum auctorum acceptum refert Apollinaris, quod ipse asserit, Spiritum nempe incarnatum fuisse? Istud sane ex Evangeliis non hausimus, non ita a præclara Apostoli voce edocti sumus; sed [c] Verbum quidem carnem factum fuisse Apostolorum prædicatio asserit, & [d] in columbæ specie Spiritum in Jesum descendisse refert Evangeliorum historia; incarnationem vero Spiritus nemo eorum dixit, qui spiritu fidei nostræ mysteria perceperunt. [e] *Gloria habitavit in terra nostra. Veritas e terra orta est.* [f] *Deus manifestatus est in carne*: &, [g] *Justitia e cælo prospexit*; & alia multa hujus generis legimus; E Spiritum vero incarnatum, divino afflatu edita Scriptura non novit. *Et antea quidem exsistit*, inquit Apollinaris, *homo Christus, non ac si Spiritus, hoc est Deus, aliud ab ipso esset; sed ac si Dominus in Dei hominis natura divinus spiritus foret*. Hæc ad verbum sunt ejus dicta. Quoniam vero præ quodam eloquutoriæ facultatis torpore, quid in his sibi velit non admodum patet, primum verborum cali-

a I. Cor. xv. 45. b Isa. LIII. 9. c Joan. I. 14. d Matth. III. 16. e Psalm. LXXXIV. 10. 12. f I. Tim. III. 16. g Psalm. LXXXIV. 12.

1. Quæ semicirculis includuntur, adjecta sunt a Correctore.
2. Corrector τὴν ἴσην δύναμιν.
3. Corrector, ἦν αὐτῷ.
4. Corrector, προσφυσήματος.
5. Ita Corrector: prius autem in textu deerant verba semicirculis inclusa, quæ tamen sermonis series necessario sibi postulare videtur; nam Scripturæ, Patres adjungit.
6. Particulam δὲ Corrector addidit.

τὴν ἐγκειμένην διάνοιαν, εἶθ' οὕτω προσθήσω τῇ ἐξετάσει τὸν λόγον.

Προϋπάρχει, φησὶν, ὁ ἄνθρωπος Χριστός. Συνεπινοεῖ τῷ ἐν ἀρχῇ ὄντι λόγῳ τὸν φανέντα ἄνθρωπον, ὡς προϋπάρχοντα πρὸ τῆς φανερώσεως, καὶ ἐπεξεργάζεται διὰ τοῦ ἀκολούθου τὸ νόημα. φησὶ γὰρ ὅτι οὐχ ἕτερόν ἐστι παρ' αὐτὸν τὸ πνεῦμα, κατασκευάζων διὰ τούτου, αὐτὴν τοῦ Υἱοῦ τὴν θεότητα ἐξ ἀρχῆς ἄνθρωπον εἶναι, ὅπερ σαφέστερον διὰ τοῦ ἐφεξῆς δείκνυται λόγου. φησὶ γὰρ ὅτι ὁ Κύριος ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ ἀνθρώπου φύσει, θεῖον Πνεῦμα ἦν. Μίαν ἐποίησε τοῦ Θεοῦ τε καὶ τοῦ ἀνθρώπου τὴν φύσιν, καὶ [1] ἀνθρώπων δύο τὴν συναλοιφὴν κατωνόμασεν, ἡ μὲν οὖν διάνοια τῶν εἰρημένων αὕτη, ὅτι τὸ διὰ σαρκὸς ἐκ τῆς παρθένου φανερωθὲν, οὐ μόνον κατὰ τὴν τῆς θεότητος ἀϊδιότητα προεπινοεῖται τῶν ὄντων, καθὼς πάντες πιστεύομεν, ἀλλὰ καὶ κατ' αὐτὴν τὴν σάρκα. [2] ἐπάγει γὰρ τοῖς εἰρημένοις εἰς τὴν τῆς τοιαύτης ὑπολήψεως μαρτυρίαν, τὸ, πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι, ἐγώ εἰμι· καὶ τὴν τοῦ Ἰωάννου φωνὴν, τὸ, πρῶτός μου ἦν· καὶ εἷς Κύριος, δι' οὗ τὰ πάντα· καὶ αὐτός ἐστι πρὸ πάντων· καί τινα [3] τοῦ Ζαχαρίου φωνὴν, ἣν, ὡς βεβιασμένως πρὸς τὸν σκοπὸν τοῦτον ἐπισυρεῖσαν, παρήσωμεν. ἐγὼ τοίνυν εἰ μὲν ἐλάνθανε διά τινος νοημάτων περιβολῆς ἡ τοῦ ἀτόπου κατασκευὴ, καλῶς ἂν περὶ τὸν ἔλεγχον τῶν κεκρυμμένων ἐσπούδαζον· ἐπεὶ δὲ διαῤῥήδην βοᾷ τὴν ἀσέβειαν, οὐκ οἶδα τί ἂν πλέον ἐκ τῶν ἡμετέρων γένοιτο λόγων. εἰ προαιώνιος ἡ σὰρξ, εἰ πρὸ τοῦ Ἀβραὰμ γενέσθαι, τὸ ἐκ Μαρίας ἦν, ἄρα πρεσβυτέρα [4] τοῦ Ναχὼρ ἡ παρθένος· ἄρα καὶ πρὸ τοῦ Ἀδὰμ ἡ Μαρία. καί τοι τί τοῦτο λέγω, αὐτῆς, ὡς ἔοικε, πρεσβυτέρα τῆς τῶν ὄντων συστάσεως, καὶ αὐτῶν τῶν αἰώνων ἀρχαιοτέρα. εἰ γὰρ ἐσαρκώθη μὲν ἐν τῇ παρθένῳ· ἡ δὲ σὰρξ Ἰησοῦς λέγεται· ἐκεῖνον δὲ πρὸ πάντων εἶναι διὰ τοῦ Ἀποστόλου μαρτύρεται· ὡς ἔοικε, τῇ τοῦ Πατρὸς ἀϊδιότητι συνεπινοεῖσθαι καὶ τὴν Μαρίαν, ὁ γενναῖος κατασκευάζει. καὶ σιωπῶ τὰ λίαν ἀπεμφαίνοντα, πρὸς ἃ κατὰ τὸ ἀκόλουθον ἡ ἀτοπία [5] τῆς καινοφωνίας ἐκφέρεται. ἴδοι γὰρ ἂν ὁ ἀγχίνους ἐκ τοῦ ἀκολούθου τὸ ἄτοπον, κἂν μὴ τῇ λέξει τὴν ἀσχημοσύνην [6] παραδηλώσωμεν.

Ἀλλὰ παραδράμωμεν τὴν τῶν νοημάτων τούτων δυσωδίαν, τοσοῦτον παρασημηνάμενοι μόνον, [7] ὅτι εἰ προαιώνιος ἡ σὰρξ, οὐ κεκένωται ἡ θεότης, οὐχ ὑπῆρχεν ἐν Θεοῦ μορφῇ ὁ Υἱὸς, οὐ μετημφιάσατο τὸ δουλικὸν πρόσωπον· ἀλλ' ὅπερ ἦν τῇ φύσει, τοῦτο ἐφανερώθη νῦν, οὐκ ἐταπεινώθη. ἵλεως δὲ εἴη τῷ λόγῳ ὁ λόγος· ἀλλὰ σιωπῶ τὸ λειπόμενον. εἰ πρὸ πάντων ἡ σὰρξ, ἐξ ἀσθενείας ἄρα τὰ πάντα, οὐκ ἐκ δυνάμεως· τὸ γὰρ πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής. ἄρα καὶ μέχρι τούτου τὴν ἀτοπίαν ἵστησι. καὶ τίς οὐκ ἂν ἐκ τοῦ ἀκολούθου [8] τὰ συνημμένα τούτοις κατανοήσειε; πάντως γὰρ πάντα τὰ τῆς σαρκὸς ἰδιώματα συνεπινοήσει τῷ

A gine discussa, insitum ipsis sensum in lucem proferam, ac deinde ejus sententiam examini subjiciam.

XIII. *Antea quidem*, inquit, *exsistit homo Christus*. Hæc duo tamquam simul conjuncta intelligit, Verbum, quod in principio erat, & hominem, qui apparuit in tempore, quasi ante exstitisset, quam manifestaretur, & clarius in his, quæ sequuntur, mentis suæ sensum aperit, dum ait, *Aliud ab ipso non esse spiritum*; adstruens hisce verbis ipsam Filii divinitatem ab initio hominem esse; quod manifestius deinceps declarat, dum inquit, *Dominus in Dei hominis natura divinus Spiritus erat*. Unam Dei & hominis naturam constituit, & duorum hominum con- B fusionem vocat. Ejus itaque verborum sensus hic est, illum, scilicet, qui per Virginem manifestatus est in carne, non modo secundum Deitatis æternitatem, quemadmodum omnes credimus; sed & secundum ipsam carnem cunctis creatis rebus priorem intelligi: mox enim subjungit ad hanc suam opinionem confirmandam illud Christi, [a] *Antequam Abraham fieret, ego sum*; illud Joannis Baptistæ, [b] *Prior me erat*; & illud Apostoli, [c] *Et unus Dominus per quem omnia*; *& ipse est ante omnes*; ac præterea alia quædam Zachariæ prophetæ verba, quæ utpote per vim ad hunc ejus scopum pertracta, omittemus. Equidem si aliquo sententiarum involucro absurdæ hujus opinionis probatio tegere- C tur, recte utique in confutandis, quæ occulta forent, operam ponerem; quoniam vero aperte impietatem vociferatur, non video quid amplius nostris sermonibus conficeretur. Si ante sæcula caro est, si antequam Abraham fieret, jam erat quod de Virgine natum est; ergo Nachor ætate præcedit Virgo; ergo & ante Adam Maria. Verum quid hoc dico? vel ipsa, ut videtur, omnium rerum creatione antiquior erit, ipsisque sæculis vetustior. Si enim incarnatus est in Virgine; caro autem Jesus dicitur; Jesum autem ante omnia esse affirmat Apostolus; ut Mariam coæternam Patri intelligamus, egregius iste scriptor suis, ni fallor, argumentis efficit. Sed incredibilia valde, & plane absona, ad quæ in ope- D ris progressu hujus novitatis vocum perversitas provehitur, silentio prætermitto; sagacibus enim viris facile erit absurda hæc ex iis, quæ inde consequuntur, cognoscere, quamvis eorum turpitudinem nostris verbis non explicemus.

XIV. Sed hujusmodi sententiarum fœtorem prætereamus, hoc tantum obiter adnotantes. Si ante sæcula caro fuit, non exinanita est divinitas, non erat in Dei forma filius, non servi formam induit; sed quod erat natura, id nunc apparuit; non humiliatus fuit. Ignoscat autem meis verbis Verbum: sed quod reliquum est silentio prætereo. Si ante omnium rerum creationem caro fuit, ergo per infirmitatem, non per potentiam cuncta creata sunt; E [d] *Spiritus enim promtus est, caro autem infirma*. Ergo & huc usque hominis istius ineptiæ procedunt. Et quisnam quæ his consentanea sunt, ex consequentiis, quæ inde deducuntur, non animadverte-

a Joan. VIII. 58. b Joan. I. 15. c I. Cor. VIII. 6. Coloss. I. 17. d Matth. XXVI. 41.

1. Corrector, ἀνθρώπων.
2. Similia refert ex hoc Nysseni opere Euthymius Zigabenus in laudato Panopliæ capite 13. pag. 525. versiculo, *Ut probet*, licet præcisa Nysseni verba non servet.
3. De his agit infra initio capitis 18.
4. Nachor Abrahami avus, & Nachor alter Abrahami frater ex Thare prioris Nachor filio, memorantur in libro Geneseos cap. 11. quare cum Christus antequam Abraham fieret se exstitisse affirmet, Mariam secundum falsam Apollinaris hypothesim, Nachor Abrahami avum ætate præcessisse a Nysseno dicitur.
5. Corrector, κενοφωνίας.
6. Corrector, παραγυμνώσωμεν.
7. Hic locus usque ad illa, ἐφανερώθη νῦν laudatur totidem verbis ab Euthymio Zigabeno ubi supra pag. 524. in sequentibus autem usque ad nostræ editionis pag. seq. 528. lin. 20. sensum tantum quorumdam Nysseni argumentorum, non etiam verba refert.
8. Cor. καὶ τὰ συνημμένα.

μετὰ τῆς σαρκὸς ὄντι πρὸ τῶν αἰώνων, τὸν κόπον, τὴν λύπην, τὸ δάκρυον, τὴν δίψαν, τὸν ὕπνον, τὴν κατὰ πεῖναν ἔνδειαν, [1] καὶ τὸ ἔστι τούτου παραλογώτερον. ἐπειδὴ δὲ παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, καθὼς ἡ θεία φωνὴ [2] λέγει, καὶ ὤφθη παρὰ τῶν ποιμένων ἐν σπαργάνοις ὁ Κύριος, [3] καθὼς φησιν ὁ Λουκᾶς, ὅτι προέκοπτεν Ἰησοῦς ἡλικίᾳ, καὶ σοφίᾳ, καὶ χάριτι, πλειούμενος [4] ὡς ἐπὶ τὸ μέτρον προῆλθε τῆς ἀνθρωπότητος, ὁδῷ βαδίζων διὰ τῆς φύσεως· τί ἐροῦσι πρὸ τῶν αἰώνων τὴν σάρκα βλέποντες, ποίῳ μέτρῳ τοῦ σώματος πρὸ τῶν αἰώνων ἦν; διὰ πάσης γὰρ ἐν τῷ κατ᾽ ἄνθρωπον βίῳ διεξῆλθε τῆς ἡλικίας. ἆρα παῖς ἦν ἐκεῖνος ὁ ἄνθρωπος, ὁ πρὸ πάσης τῆς κτίσεως ὤν, ἢ βρέφος νήπιον, ἢ μειράκιον, ἢ εὐθὺς ἐν τελείῳ τῷ σώματι; ἀλλ᾽ εἰ παῖδα λέγουσι, πάντως καὶ αἰτίαν προσθήσουσι, πῶς τοσούτου παρελθόντος αἰῶνος ἐπὶ τὸ τέλειον τῆς ἡλικίας οὐκ ἔφθασεν; [5] εἰ δὲ τέλειον λέγουσι, τοῦτο μαθεῖν ἀξιώσομεν, πῶς ἐν τῇ ἀνθρωπίνῃ γενέσει συστέλλεται εἰς τὴν νηπιώδη βραχύτητα; ποῦ καταλείπει τὸ περιττεῦον τοῦ σώματος; πῶς εἰς ὀλίγην περιγραφὴν ὁ ὄγκος ἀποσμικρύνεται, εἶτα πάλιν πῶς πρὸς τὸ ἴδιον μέτρον ἐπανάγει τὸν ὄγκον τοῦ σώματος; πότερον ὅπερ εἶχεν ἐξ ἀρχῆς ἀναλαμβάνων διὰ τῆς κατ᾽ ὀλίγον αὐξήσεως, ἢ ἕτερον ἐν ἑαυτῷ διὰ τῆς τροφῆς προστιθείς; ἀλλ᾽ εἰ μὲν τὸ ἀρχαῖον φήσουσι, περιττὴν πάντως τὴν τροφὴν ἀποδείξουσιν. εἰ δὲ οὐκ [6] ἀρνοῦνται τροφῆς μετεσχηκέναι τὸν Κύριον, τί ἐροῦσι περὶ τῆς ἄνω καταλειφθείσης σαρκός; ἧς τὸ πολὺ κατὰ τὸ εἰκὸς [7] κατελήφθη· μόνον δὲ τοσοῦτον ἀπ᾽ αὐτῆς [8] ἐλήφθη, ὅσον ἡ νηδὺς τῆς παρθένου ἐχώρησε· πάντως γάρ τι καὶ περὶ αὐτῆς τερατεύσονται, καὶ συνθήσουσι διὰ τούτων ἕτερα δόγματα, ἐφ᾽ ἅπερ αὐτοὺς ἡ ἀκολουθία τῆς ἀτοπίας τῶν μύθων [9] κατ᾽ ἀνάγκην προάγηται.

rit? cuncta enim, quæ carni sunt propria, in eo, qui ante sæcula carnem habuit, omnino simul intelligere oportet, laborem, tristitiam, lacrymas, sitim, somnum, famem, & si quid his absurdius. Quoniam vero [a] *Parvulus natus est nobis*, quemadmodum Scriptura dicit, & pannis involutus a pastoribus visus est Dominus, & sicuti Lucas inquit, [b] *Jesus proficiebat ætate, sapientia & gratia*, & tunc in perfectum hominem evasit, cum per consuetos naturæ gradus ad virilitatem pervenit: quid dicent qui ante sæcula carnem in Christo conspiciunt? Quonam in corporis statu ante sæcula erat? nam dum in humanis ageret, omnes humanæ vitæ ætates pertransiit. Numquid puer erat homo ille omnium rerum creatione vetustior, vel parvus infans, vel adolescentulus, vel statim perfecto corpore præditus? At puerum si dicunt, omnino caussam eos adjungere oportet, cur tot, tantorumque seculorum transcursu ad perfectam non pervenerit ætatem. Sin vero perfectum hominem dicunt, hoc petimus, ut nos doceant, quomodo dum e Virgine nascitur, in infantis corpusculum contrahitur? Ubi nam residuam corporis partem reliquit? Quomodo ejusdem moles sic est imminuta, ut terminis exiguis circumscriberetur? Deinde quomodo rursus in pristinum statum eamdem corporis molem restituit? Eam ne, quam ab initio habebat, carnem, paulatim crescendo, iterum sumens, an aliam sibi ipse per nutritionem adjungens? Si pristinam dixerint, ostendent plane supervacaneum illi fuisse nutrimentum; sin vero Dominum nutrimenti participem fuisse concesserint, quid dicent de carne in cælo relicta? Magnam enim, ut par est, partem reliquit, & tantum ex illa sibi dumtaxat reservavit, quantum Virginis uterus capere poterat; sane portentosum aliquid de ipsa quoque effutient, & ex assertionibus istis gradum vel inviti sibi facient ad alia conflanda dogmata, quæ ex hujusmodi fabularum vanitate necessario consequuntur.

Ἀλλὰ παρείσθω καὶ ταῦτα· ἐκεῖνο δέ τις [10] οὐκ ἂν ἀλόγως ἐπιζητήσειε παρὰ τῶν τὴν θείαν ἐκείνην σάρκωσιν προαιώνιον δογματιζόντων. [11] εἰ γὰρ πάντοτε τὴν σάρκα περὶ αὐτὸν οἴονται, Θεὸν [12] εἶναι τὴν σάρκα φασί. πᾶσα δὲ [13] ἡ σὰρξ ἀντίτυπός ἐστι τῷ ἁπτομένῳ· τὸ δὲ ἀντίτυπον ὑλῶδες, καὶ σύνθετον· τὸ δὲ σύνθετον καὶ διάλυτον· πάντως ἀνάγκη πᾶσα διὰ τούτων, καὶ ὑλινὸν αὐτὸν ἐγκατασκευάζεσθαι, καὶ ἐκ διαφόρων συγκείμενον, καὶ ἀναμένοντα φυσικῶς τὴν διάλυσιν. οἴδαμεν γὰρ ὅτι ἀνθρωπικῶς τοῖς ἀνθρώποις ἐπεχωρίαζεν, ἐκ τίνων εἶχε τὸ σῶμα τὴν σύνθεσιν. ὅτι διὰ σαρκῶν καὶ ὀστέων καὶ αἵματος καθ᾽ ὁμοιότητα τῶν ἄλλων κἀκεῖνο ἦν, ἔκ τε τοῦ τύπου τῶν ἥλων, καὶ ἐκ τοῦ προχεθέντος διὰ τῆς λόγχης αἵματος, καὶ ἐκ τοῦ [14] πρὸς ἀπιστοῦντας τῷ φαινομένῳ εἰπεῖν ταῦτα τὸν Κύριον, ὅτι ψηλαφήσατέ με, καὶ ἴδετε, καὶ γνῶτε, ὅτι τὸ πνεῦμα σάρκα καὶ ὀστέα οὐκ ἔχει, ὥσπερ ἐμὲ θεωρεῖτε ἔχοντα. εἰ οὖν ἡ θεία σάρκωσις, καθὼς ὁ Ἀπολινάριος λέγει, οὐ τὴν ἀρχὴν ἐκ τῆς παρθένου ἔσχεν, ἀλλὰ καὶ πρὸ τοῦ Ἀβραὰμ,

XV. Sed & hæc missa faciamus. Hoc autem ab istis, qui divinam illam incarnationem sæculis anteriorem prædicant, quispiam jure merito postulaverit. Si enim carnem in ipso semper exstitisse opinantur, Deum utique carnem esse dicunt; omnis autem caro tactui renititur, quod autem tactui renititur, ex materia constat, & compositum est; quod autem compositum est, dissolutionem admittit; necesse ergo omnino est, ut his omnibus ipsum ex materia constare, & diversis e rebus esse compositum, & dissolutionem naturaliter exspectare confirment. Neque enim ignoramus, quibus ex rebus Christi corpus, quando humano more cum hominibus conversatus est, constaret, nam ex carne, ossibus, sanguine, aliorum hominum instar, & illud conflatum fuisse, ex clavorum vestigiis, & ex profuso per lanceæ vulnus sanguine aperte colligimus; ac præsertim quod illis, qui post resurrectionem apparenti non credebant, Dominus dixerit, [c] *Palpate me, & videte, & cognoscite, quoniam spiritus carnem, & ossa non habet, sicut me videtis*

a Isa. IX. 6. b Luc. II. 12. 52. c Luc. XXIV. 39.

1. Lege, καὶ ὅ, τι ἐστί, vel potius, καὶ εἴ τι.
2. Corrector, βοᾷ.
3. Corrector, καὶ καθώς.
4. Corrector, ἕως.
5. Hunc etiam locum usque ad verba illa, ἡ νηδὺς τῆς παρθένου ἐχώρησεν, ad verbum adducit Euthymius loco mox laudato, pag. 525. linea 1.
6. Ita Corrector, antea, ἀρνοῦνται.
7. Ita Corrector, antea, καταλελεῖφθαι.
8. Ita Corrector, antea εἰλῆφθαι.
9. Tria hæc postrema verba Corrector addidit.
10. Ita omnino videtur legendum, licet in Vaticano codice scribatur contrario sensu, οὐκ ἂν εὐλόγως.
11. Hæc iterum Euthymius ibidem refert usque ad illa verba, φυσικῶς τὴν διάλυσιν.
12. Corrector delendam esse monet, δέ, quod ante εἶναι, erat in textu Vaticani codicis.
13. Et hic delendum esse articulum monet Corrector.
14. Corrector, πρὸς τούς.

καὶ πρὸ πάσης κτίσεως ἦν, τοιαύτη πάντως ἦν, οἵα τοῖς [1] μαθηταῖς ἑωρᾶτο στερρὰ, καὶ ἀντιτυπὴς, σαρκί τε καὶ ὀστέοις διειλημμένη. οὐκοῦν ταῦτα πάντοτε ἦν, καὶ οὐδὲ μία πρὸς τὸ ταπεινὸν αὐτῷ γέγονε κάθοδος· ἀλλὰ τὸ λανθάνον, θεῖον κατὰ φύσιν ὄν, τοῦτο τῷ τῆς ἐνανθρωπήσεως ἐφανερώθη καιρῷ. τί τοιοῦτον Ἄρειος, τί δὲ ὁ τούτου χείρων Εὐνόμιος ἐπὶ καθαιρέσει τῆς δόξης τοῦ μονογενοῦς ἐνενόησεν, οἷον διὰ τῆς τοιαύτης ἡμῖν λογογραφίας ὑπὸ τοῦ Ἀπολιναρίου κατασκευάζεται; Θεὸς ἔνσαρκος πρὸ αἰώνων, ὀστώδης τις καὶ δέρματι, καὶ νεύροις, καὶ σαρκὶ, καὶ πιμελαῖς διειλημμένος, καὶ ἐκ διαφόρων συγκείμενος, καὶ τὸ ἁπλοῦν τε καὶ ἀσύνθετον ἐν ἑαυτῷ μὴ ἔχων. ὁ λόγος ὁ ἐν ἀρχῇ ὢν, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν ὢν, καὶ λόγος καὶ Θεὸς ὢν, ὁ ἐπ' ἐσχάτων ἡμερῶν τῇ [2] πρὸς τὸ ταπεινὸν τῆς φύσεως ἡμῶν κοινωνίᾳ σὰρξ ὑπὸ φιλανθρωπίας γενόμενος, διὰ τοῦτο τῷ ἀνθρώπῳ ἀνακραθεὶς, [3] πᾶσαν ἐν ἑαυτῷ τὴν ἡμετέραν φύσιν δεξάμενος, ἵνα τῇ πρὸς τὸ θεῖον ἀνακράσει [4] συναποθεωρηθῇ τὸ ἀνθρώπινον, διὰ τῆς ἀπαρχῆς ἐκείνης παντὸς συναγιαζομένου τοῦ τῆς φύσεως ἡμῶν φυράματος.

A *habere*. Igitur si divina incarnatio, ut Apollinaris ait, initium non habuit ex Virgine; sed ante Abraham & ante omnium rerum conditionem exstabat; talis omnino fuerit necesse est, qualis a Discipulis visa fuit, solida, nempe, & tactui renitens, & carne ossibusque constans. Hæc itaque omnia numquam non exstitere, nullusque ad humilitatem nostram Christo descensus; sed quod eo usque manebat occultum, cum divinum quid sua natura esset, in incarnationis tempore manifestatum fuit. Quid tale Arius, quid etiam tale Ario pejor Eunomius ad delendam Unigeniti gloriam excogitavit, quale in hoc suo tractatu Apollinaris nobis conatur adstruere? Deus quidam ante sæcula carne & ossibus constans, capillatus, & ex pelle, nervis, carne, & B pinguedine coagmentatus, ex diversis rebus compositus, & simplicitate destitutus, dicitur esse [a] *Verbum* illud, quod *in principio est*, *& apud Deum est*, *& Verbum & Deus est*; qui in ultimis diebus, communione cum naturæ nostræ humilitate inita, caro præ amore, quo humanum genus complectitur, factus est, & propterea cum humanitate temperatus est, omnem in seipso naturam nostram suscipiens, ut humanitas cum divinitatis admixtione in ipso conspiceretur, & per primitias illas tota naturæ nostræ massa sanctificaretur.

Ἀλλὰ παραδραμεῖν οἶμαι χρῆναι τὴν ἐφ' ἑκάστῳ τῶν εἰς τοῦτο παρατεθέντων αὐτῷ θείων λογίων πεπλανημένην ὑπόληψιν. τὰ γὰρ ἐκ τοῦ προχείρου ὄντα καταφανῆ, περιττὸν ἂν εἴη διεξετάζοντα μηκύνειν τὸν λόγον. εἰς γὰρ μαρτυρίαν τοῦ ἀεὶ αὐτὸν ἐν σαρκί τε, καὶ αἵματι εἶναι, τὴν ἀποστολικὴν παρέθετο ῥῆσιν, τὴν λέγουσαν, δι' αὐτοῦ ἡμᾶς εἰληφέναι τὴν ἀπολύτρωσιν, διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ, τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν, διὰ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ. ὅπερ ὅτι πρὸς ἑτέραν βλέπει διάνοιαν, οὐκ ἂν οἶμαί τινας τῶν νοῦν ἐχόντων ἀμφιβάλλειν. τίς γὰρ οὐκ οἶδε τὸ θεῖον μυστήριον, ὅτι ὁ ἀρχηγὸς τῆς σωτηρίας [5] ἡμῶν τὸ πεπλανημένον πρόβατον μέτεισιν; ἡμεῖς δὲ οἱ ἄνθρωποί ἐσμεν ἐκεῖνο τὸ πρόβατον, οἱ τῆς λογικῆς ἑκατοντάδος ἀποβουκοληθέντες, διὰ τῆς ἁμαρτίας. καὶ λαμβάνει ἐπὶ τῶν ἰδίων ὤμων, ὅλον τὸ πρόβατον· οὐδὲ γὰρ ἐν μέρει ἦν τοῦ προβάτου ἡ πλάνη, ἀλλ' ἐπειδὴ ὅλον ἀπεφοίτησε, καὶ ὅλον ἐπανάγεται· οὐχ ἡ μὲν δορὰ βαστάζεται, τὸ δὲ ἐντοσθίδιον καταλείπεται, καθὼς Ἀπολινάριος βούλεται. τοῦτο δὲ ἐν τοῖς ὤμοις τοῦ ποιμένος, τουτέστιν ἐν τῇ θεότητι τοῦ Κυρίου γενόμενον, ἓν πρὸς ἐκεῖνον διὰ τῆς ἀναλήψεως γίνεται, διὰ τοῦτο θέλων ἐπιζητῆσαι, καὶ σῶσαι τὸ ἀπολωλός· ἐπειδὴ εὗρε τὸ ζητούμενον, ἀνέλαβεν ἐφ' ἑαυτοῦ τὸ εὑρημένον. οὐ γὰρ ἐπὶ τοῖς ἰδίοις ποσὶ, τοῖς πλανηθεῖσιν ἅπαξ, ἐκινεῖτο τὸ πρόβατον, ἀλλ' ὑπὸ τῆς θεότητος ἐκομίζετο. διὰ τοῦτο τὸ μὲν φαινόμενον, πρόβατον, τουτέστιν ἄνθρωπος. τὰ δὲ ἴχνη αὐτοῦ, κατὰ τὸ γεγραμμένον, οὐκ ἐγινώσκετο. οὐδὲν γὰρ ἁμαρτίας ἢ πλάνης ἴχνος τῷ ἀνθρωπίνῳ βίῳ ἐνεσημήνατο, ὁ ἐφ' ἑαυτοῦ φέρων τὸ πρόβατον· ἀλλ' οἷα εἰκὸς ἦν, Θεοῦ ἴχνη διὰ τῆς τοῦ βίου πορείας ἐντυπωθῆναι, ταῦτα ἐφαίνετο, ἅτινα ἦν διδασκαλίαι, καὶ θεραπεῖαι, καὶ νεκρῶν ζωοποιήσεις, καὶ τὰ ἄλλα θαύματα. τοῦτο τοίνυν τὸ πρόβατον ἐφ' ἑαυτοῦ λαβὼν ὁ ποιμὴν ἓν πρὸς ἐκεῖνο ἐγένετο· διὰ τοῦτο καὶ τῇ τοῦ προβάτου φωνῇ τοῖς ποιμνίοις λαλεῖ· πῶς

XVI. Verum prætereunda censeo quæ ex singulis C sacræ Scripturæ locis male intellectis in sui dogmatis confirmationem Apollinaris adducit; nam in iis, quæ ultro se se produnt, discutiendis, confutandisque superfluum esset in longum protrahere sermonem. Ad demonstrandum enim numquam Verbum carne & sanguine caruisse, Apostoli verba profert, quibus inquit, [b] *Per ipsum nos accepisse redemtionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum per carnem ejus*; quæ verba alio respicere, neminem sanæ mentis dubitaturum fore arbitror. Quis enim divinum mysterium ignorat, quod videlicet princeps auctorque salutis nostræ [c] errantem ovem inquirit; illa autem ovis nos homines sumus, qui a centeno illo rationalium creaturarum grege, quo D humanum omne genus significatur, per peccatum erravimus. Sumit autem super humeros suos totam ovem; neque enim in parte tantum aliqua ovis error erat; sed quoniam tota aberravit, tota ad gregem reducitur: non pellis a pastore portatur, & quod intra pellem est deseritur, quemadmodum vult Apollinaris. Hæc autem pastoris humeris, hoc est, Domini divinitate, gestata, una per assumtionem cum illo efficitur, ut eo pacto quæreret, atque salvaret, quod perierat. Postquam autem ovem, quam quæsiverat, reperit, eamdem in semet ipso assumsit; neque enim propriis qui semel erraverant, pedibus ovis incedebat, sed a divinitate gestabatur; & propterea quod quidem apparebat, ovis, E hoc est, homo erat; [d] *ejus* vero *vestigia*, juxta id, quod scriptum est, *non cognoscebantur*. Qui enim ovem in se ipso portabat, nullum peccati, aut erroris in humana vita vestigium impressit; sed qualia par erat Dei vestigia in vitæ cursu fieri, talia re ipsa apparebant, salutares, videlicet, doctrinæ, morborum curationes, mortuorum ad vitam revocatio, ceteraque miracula. Hanc igitur ovem in se

[a] Joan. I. 1. [b] Ephes. I. 7. [c] Luc. XV. 14. Matth. XVIII. 12. [d] Psalm. LXXVI. 20.

1. Corrector, μαθηταῖς ἑωρᾶτο, ἑωρᾶτο δὲ στερρὰ καὶ ἀντιτυπ[illegible].
2. Ita Corrector, antea πρό.
3. Corrector, καὶ πᾶσαν.
4. Corrector emendavit συναποθεωθῇ, quæ lectio si magis arridet, vertendum est, *Ut per mixtionem cum divinitate, humana natura ejus divinitatis quodammodo [illegible]*.
5. Corrector, ἡμῶν ὡς ποιμὴν τὸ πεπλανημένον.
6. Hunc locum in epitomen redactum laudat Euthymius Zigabenus sæpe laudatus pag. 528. in §. *Si nos homines*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

γὰρ ἂν ἐχώρησεν ἀνθρωπίνη ἀσθένεια θείας φωνῆς A προσβολήν; ἀλλ' ἀνθρωπικῶς, ὡς δ' ἄν τις εἴποι προβατικῶς, ἡμῖν διαλέγεται λέγων, [a] Τὰ ἐμὰ πρόβατα τῆς ἐμῆς φωνῆς ἀκούει. ὁ οὖν ἀναλαβὼν ἐφ' ἑαυτοῦ τὸ πρόβατον ποιμὴν, καὶ δι' ἐκείνου ἡμῖν φθεγγόμενος, καὶ πρόβατόν ἐστι καὶ ποιμήν· ἐν μὲν τῷ ἀναληφθέντι, πρόβατον· ἐν δὲ τῷ ἀνειληφότι, ποιμήν.

ipso pastor assumens, unum cum illa evasit, & propterea ovis voce gregem alloquitur (quomodo enim humana imbecillitas divinæ vocis impressionem sustineret?) sed humano, & ut quispiam dixerit, ovium more nobiscum differit, dicens, [a] *Oves meæ vocem meam audiunt*. Pastor igitur, qui in se ipso ovem assumsit, & ejusdem ore nobiscum loquitur, ovis est simul & pastor; ovis quidem, quantum ad illud pertinet, quod in se assumsit; pastor vero quatenus assumsit.

Ἐπεὶ οὖν ἔδει τὸν καλὸν ποιμένα τὴν ψυχὴν [1] αὐτοῦ θεῖναι ὑπὲρ προβάτων, ἵνα διὰ τοῦ ἰδίου θανάτου καταλύσῃ τὸν θάνατον, τότε γίνεται τὸ συναμφότερον ὁ ἀρχηγὸς τῆς σωτηρίας ἡμῶν τῇ ἀνθρωπίνῃ B φύσει, καὶ ἱερεὺς, καὶ ἀμνὸς, ἐν τῷ δυναμένῳ δέξασθαι τὴν κοινωνίαν τοῦ πάθους, ἐνεργήσας τὸν θάνατον. [2] Ἐπειδὴ γὰρ οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ὁ θάνατος, εἰ μὴ διάλυσις ψυχῆς τε καὶ σώματος, [3] πρὸς ἀμφότερα ἑαυτὸν ἑνώσας, πρός τε τὴν ψυχὴν, φημι, καὶ τὸ σῶμα, οὐδ' ἑτέρου χωρίζεται, [b] ἀμεταμέλητα γὰρ τοῦ Θεοῦ τὰ χαρίσματα, καθώς φησιν ὁ ἀπόστολος· ἀλλὰ καὶ τῷ σώματι καὶ τῇ ψυχῇ ἑαυτὸν ἐπιμερίσας, διὰ μὲν τῆς ψυχῆς ἀνοίγει τῷ ληστῇ τὸν παράδεισον, διὰ δὲ τοῦ σώματος ἵστησι τῆς φθορᾶς τὴν ἐνέργειαν· καὶ τοῦτο ἔστιν ἡ τοῦ θανάτου κατάλυσις, τὸ, ἀνενέργητον γενέσθαι τὴν φθορὰν, ἐν τῇ ζωοποιῷ φύσει ἀφανισθεῖσαν· τὸ γὰρ ἐπὶ τούτων γενόμενον κοινὴ τῆς φύσεως ἡμῶν εὐεργεσία, καὶ χάρις C γίνεται· καὶ οὕτω πάντα τὰ διεστῶτα συνάπτει διὰ τῆς ἀναστάσεως, ὁ ἐν ἀμφοτέροις ὢν, ὁ κατ' ἐξουσίαν [c] τὸ μὲν σῶμα διδοὺς τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς, καθὼς γέγραπται, [4] [d] τὴν δὲ ψυχὴν ἀφ' ἑαυτοῦ τιθεὶς, ὡς μὲν πρὸς τὸν Πατέρα φησὶν, ὅτι [e] ἐν ταῖς χερσί σου παρατίθημι τὸ πνεῦμά μου· ὡς δὲ πρὸς τὸν ληστὴν, [f] ἐν τῷ παραδείσῳ· ἀληθεύων δι' ἑκατέρων· οὐ γὰρ ἄλλοθί που πιστεύειν χρὴ τὴν θείαν ἐκείνην εἶναι διαγωγὴν, [5] εἴπερ παράδεισος λέγεται, εἰ μὴ ἐν τῇ πολυχώρῳ τοῦ Πατρὸς παλάμῃ, καθώς φησι καὶ ὁ προφήτης, πρὸς τὴν ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἐκ προσώπου Κυρίου τὸν λόγον ποιούμενος, [g] ἐπὶ τῶν χειρῶν μου ἐζωγράφηκά σου τὰ τείχη, [6] ἐνώπιόν μου εἶ διὰ παντός. οὕτω τοίνυν καὶ ἐν τῷ θανάτῳ γίνεται, καὶ D ὑπὸ τοῦ θανάτου οὐ κυριεύεται. τὸ μὲν γὰρ σύνθετον μερίζεται· τὸ δὲ ἀσύνθετον λύσιν οὐκ ἐπιδέχεται· ἀλλὰ παραμένει μὲν τῷ μερισμῷ τοῦ συνθέτου ἡ ἀσύνθετος φύσις, καὶ τῆς ψυχῆς τοῦ σώματος ἀποχωρούσης, οὐδ' ἑτέρου χωρίζεται. τεκμήριον δὲ ἡ ἐνέργεια, καθὼς εἴρηται, ἐπὶ μὲν τοῦ σώματος τὴν ἀφθαρσίαν, ἐπὶ δὲ τῆς ψυχῆς τὴν ἐν παραδείσῳ διαγωγὴν ἐνεργήσασα. οὐ μὴν συνδιασχίζεται τῷ χωρισμῷ τούτων, ὁ ἁπλοῦς καὶ ἀσύνθετος, ἀλλὰ τὸ ἐναντίον, ἓν ἐργάζεται· τῷ γὰρ καθ' ἑαυτὸν ἀδιαιρέτῳ καὶ τὸ διῃρημένον εἰς ἕνωσιν ἄγει, καὶ τοῦτο ἐνδείκνυται [7] εἰπὼν, ὅτι, [h] ὁ Θεὸς αὐτὸν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν. οὐ γὰρ ὥσπερ Λάζαρος, ἤ τις ἄλλος τῶν ἀναβεβιωκότων, ἀλλοτρίᾳ δυνάμει πρὸς τὸ ζῆν E ἐπανάγεται, [8] οὕτως εὐαγὲς καὶ ἐπὶ τῆς τοῦ Κυρίου ἀναστάσεως οἴεσθαι. ἀλλ' ὁ μονογενὴς Θεὸς, αὐτὸς ἀνίστησι τὸν ἀνακραθέντα ἄνθρωπον αὐτῷ, καὶ χωρίσας τοῦ σώματος τὴν ψυχὴν, καὶ ἑνώσας πάλιν ἀμφότερα, καὶ οὕτως ἡ κοινὴ γίνεται σωτηρία τῆς φύσεως· ὅθεν καὶ ἀρχηγὸς ζωῆς ὀνομάζεται· ἐν γὰρ τῷ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντι, καὶ ἐγερθέντι, τὸν κόσ-

XVII. Quoniam vero oportebat bonum pastorem animam ponere pro ovibus, ut moriendo mortem aboleret, ideo salutis nostræ auctor in humana natura utrumque simul evasit, Sacerdos scilicet, & agnus, in id, quod passionis capax erat, vim morti atque efficacitatem impertiens. Nam cum mors aliud non sit, quam animæ a corpore dissolutio; cum utroque, anima, inquam, & corpore se ipsum uniens Christus, ab eorum neutro sejungitur: [b] *Sine pœnitentia enim*, ut ait Apostolus, *sunt dona Dei*. Quin immo corpori, & animæ se ipsum impertiens, anima quidem latroni paradisum aperit, corpore autem vim atque efficaciam corruptionis infringit: & hoc est mortem perimere, corruptionis scilicet vires, per vivificantem naturam e medio sublatas, irritas reddere. Quod enim corpore animaque operatur, in commune naturæ nostræ beneficium gratiamque cedit, eoque pacto omnia disjuncta resurgendo conjungit, qui ex utroque, hoc est, corpore & anima constat, qui potestate sua [c] *corpus* quidem *tradit in cor terræ*, quemadmodum scriptum est, animam [d] vero a se ipso posuit, ut Patri quidem dicit, [e] *In manus tuas commendo Spiritum meum*; ut autem ad latronem ait, [f] *in paradiso*, vera utrobique afferens; neque enim divinam illam mansionem, cum Paradisus dicatur, ullo alio in loco esse credendum est, præterquam in amplissima Patris manu, uti Propheta ait, ex Domini persona cælestem Jerusalem alloquens, [g] *In manibus meis descripsi muros tuos, coram oculis meis semper es*. Sic igitur & mortem obiit, & mors ei non dominatur. Quod enim compositum est dividitur, quod autem compositionis expers est, dissolutionem non admittit; sed in divisione quidem compositi, integra natura permanet, quæ compositionem non recipit, animaque a corpore separata, ab eorum neutro sejungitur. Hoc autem ita se habere indicio atque argumento est vis atque potestas illa, quæ in corpore quidem incorruptionem, in anima vero Paradisi incolatum operatur: verumtamen qui simplex est, & ab omni compositione alienus, horum separatione nequaquam una cum ipsis scinditur; imo e contrario unum quid ex eis efficit; nam insita sibi indivisibilitate, quod secretum est, unit; idque verum esse ostendit Paullus, cum inquit, [h] *Deus suscitavit ipsum a mortuis*; neque enim sicuti Lazarus, aut alius quispiam eorum, qui revixerunt, alterius ope ad vitam rediit, ita fas est de Domini resurrectione opinari; sed unigenitus Deus suam a corpore animam propria potestate separando, & rursus cum corpore eamdem conjungendo, ipse suscitavit hominem sibi commixtum; eoque pacto totius naturæ nostræ salus peragitur, unde & vitæ auctor ac princeps vo-

a Joan. x. 16. *b* Rom. xi. 29. *c* Matth. xii. 40. *d* Joan. x. 18. *e* Luc. xxiii. 46. *f* Ibid. ℣. 43. *g* Isa. xlix. 16. *h* Coloss. II. 12. I. Thess. I. 10.

1. Corrector, ἑαυτοῦ.
2. Similia prorsus de Christi passione, de latronis salute, deque Paradiso habet idem Nyssenus in Orat. 1. in Christi resurrectionem paullo post medium.
3. Corrector, ὁ πρός.
4. Similia quoque habet Nyssenus in Orat. 1. in Christi resurrectionem circa medium.
5. Forte legendum, ἧπερ.
6. Corrector, καὶ ἐνώπιον.
7. Corrector, ὁ εἰπών. 8. Corrector, οὐχ οὕτως.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

μον ἑαυτῷ κατήλλαξεν ὁ μονογενὴς Θεὸς, οἷόν τινας δορυαλώτους, ἡμᾶς διὰ τοῦ συγγενοῦς ἡμῶν αἵματος, πάντας τοὺς κεκοινωνηκότας αὐτῷ τῆς σαρκὸς καὶ τοῦ αἵματος ἐξωνησάμενος, ὡς πρὸς τοῦτο βλέπειν τὴν ἀποστολικὴν ῥῆσιν, ἥ φησιν, ἔχειν ἡμᾶς τὴν ἀπολύτρωσιν διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ· τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν διὰ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ. οὗτος ὁ ἡμέτερος λόγος, ὃν ἐκ τῶν παρατεθέντων τοῦ ἀποστόλου [1] ῥημάτων ἐνοήσαμεν, [2] καὶ οὐχ᾽ ὡς Απολινάριος ἐκεῖνος. δοκιμαζέτω δὲ ὁ κρίνειν ἐπεσκεμμένος τὸν ἀσεβέστερον, εἴτε καθὼς ἡμεῖς φαμεν, ἡ δόξα οἰκονομικῶς κατασκηνοῖ ἐν τῇ γῇ ἡμῶν, εἴτε καθὼς ἐκεῖνός φησιν, οὐχὶ ἐπίκτητος ἐπὶ τῇ εὐεργεσίᾳ γίνεται ἡ σὰρξ τῇ θεότητι· ἀλλὰ συνουσιωμένη καὶ σύμφυτος.

Εἰ δὲ Ζαχαρίας ὁ προφήτης εἰς [3] τούτων ἕτερον τοῖς αἰνίγμασι φέρεται, οὐδὲν οἶμαι δεῖν ἐξετάζειν τῷ λόγῳ, εἴτε πρὸς τὸν Κύριον, εἴτε πρὸς ἕτερόν τινα βλέπει τὸ νόημα. λέγει γὰρ ὅτι, ῥομφαία, ἐξεγέρθητι ἐπὶ νομέα μου, καὶ ἐπὶ ἄνδρα σύμφυλόν μου. ἡμεῖς μὲν γὰρ ἀπειλητικῶς οἰόμεθα κατὰ τῶν τῇ ἀδικίᾳ πρὸς τὸ ὁμόφυλον κεχρημένων κινεῖν τὴν ῥομφαίαν τὸν λόγον· Απολινάριος δέ φησι κατὰ τοῦ Κυρίου τὴν ῥομφαίαν ἐγείρειν διὰ τὴν τοῦ νομέως προσηγορίαν, οὐκ εἰδὼς ὅτι πολλαχῇ τῆς γραφῆς τοὺς εἰς ἀρχὴν τεταγμένους, καὶ ποιμένας καὶ νομέας κατονομάζει ὁ λόγος· ὅσα δὲ πάλιν τῆς πρὸς Εβραίους ἐπιστολῆς πρὸς τὸν αὐτὸν σκοπὸν ἐπισύρεται, οὕτως ἔκδηλον τὴν ἐν ταῖς κατασκευαῖς ἀτοπίαν ἔχει, ὡς παντὶ συνιδεῖν [4] ῥᾴδιον, καὶ εἰ μικρόν τις μετέχοι φρονήσεως. ἐπειδὴ γὰρ γέγραπται, ὅτι, ἐπ᾽ ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν ἐν Υἱῷ ἐλάλησεν ἡμῖν ὁ Θεὸς, ὁ πολυμερῶς, καὶ πολυτρόπως ἐν τοῖς προφήταις λαλήσας τοῖς πατράσι τὸ πρότερον, ἀπόδειξίς ἐστί φησι τοῦ, τὸ ἀνθρώπινον τοῦ φανέντος ἡμῖν Θεοῦ προαιώνιον εἶναι· φησὶ γὰρ οὕτω κατὰ τὴν λέξιν, ἑρμηνεύων δῆθεν τὸν ἀπόστολον. Εστι δὲ ἐν τούτοις καταφανὲς, ὅτι αὐτὸς ὁ ἄνθρωπος, ὁ λαλήσας ἡμῖν τὰ τοῦ πατρὸς, Θεός ἐστι ποιητὴς τῶν αἰώνων, ἀπαύγασμα δόξης, χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, ἅτε δὴ τῷ ἰδίῳ πνεύματι Θεὸς ὢν, καὶ οὐ Θεὸν ἔχων ἐν ἑαυτῷ ἕτερον παρ᾽ αὐτὸν, αὐτὸς ὁ δι᾽ ἑαυτοῦ, τουτέστι διὰ τῆς σαρκὸς, καθαρίσας κόσμον ἁμαρτιῶν. Ταῦτά φησιν ὁ Απολινάριος ἐπὶ λέξεως, καὶ οὐδὲν παρ᾽ ἡμῶν ἐν τοῖς εἰρημένοις παραπεποίηται. εἰ οὖν [5] ἄνθρωπος ὁ λαλήσας, ποιητής ἐστι τῶν αἰώνων, καθὼς τῷ λογογράφῳ δοκεῖ, καὶ ἡ σάρξ ἐστι τὸ ἀπαύγασμα, καὶ ἡ τοῦ δούλου μορφὴ χαρακτηρίζει τοῦ Θεοῦ τὴν ὑπόστασιν, οὐκέτι μοι δοκεῖ καλῶς ἔχειν μάχεσθαι πρὸς τὸ εἰρημένον· θρηνεῖν δὲ μᾶλλον τῆς ἀναισθησίας, τοὺς τὴν τοιαύτην παραδεχομένους [6] καινοφωνίαν. ἄνθρωπος ὁ λαλήσας ἡμῖν ἀνθρωπικῶς διὰ τῆς ἡμετέρας φωνῆς, ὁ πτύσας τῷ [7] στόματι, καὶ τῇ χειρὶ πηλουργήσας, ὁ ἐμβαλὼν τοὺς δακτύλους ἐν ταῖς τῶν κωφῶν ἀκοαῖς, καὶ τῶν ἀῤῥωστούντων τε, καὶ τεθνεώτων ἁπτόμενος, καὶ ὕπνῳ καὶ καθέδρᾳ [8] ἀναπαύων τὸν κόπον, καὶ δακρύων, καὶ ἀδημονῶν, καὶ λυπούμενος, καὶ πείνας αἴσθησιν ἔχων, καὶ τροφὴν προσιέμενος, καὶ ὕδωρ αἰτῶν· οὗτος κατ᾽ αὐτὸ τὸ σαρκῶδές τε καὶ ἀνθρώπινον, τῆς τῶν ὄντων προεπινοεῖται συστάσεως, καὶ Θεὸς ἡ σαρκὸς φύσις λέγεται ἡ σύνθετος, καὶ στερ-

catur: nam per eum, qui pro nobis mortem obiit, ac resurrexit, mundum sibi ipsi reconciliavit unigenitus Deus, nos omnes, qui cum eo carne ac sanguine communicamus, veluti captivos quosdam, proprio sanguine qui ejusdem atque noster naturæ est, redimens: ad id enim respicere videtur Apostolus, cum inquit, [a] *Per ipsum nos accepisse redemtionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum per carnem ejus*. Hæc est sententia nostra, quam secus atque Apollinaris ille, ex allegatis Apostoli verbis expressimus. Perpendat autem qui hac de re judicium ferre potis est, utra ex hisce opinionibus pia magis sit, an scilicet ut nos dicimus, divina gloria per dispensationem in terra nostra habitaverit; an vero quemadmodum ille putat, caro non adscititia divinitati ad benefaciendum hominibus, sed eidem consubstantialis, atque connaturalis exstiterit.

XVIII. An autem in alteram ex duabus hisce sententiis Zacharias Propheta suis obscuris locutionibus propendeat, supervacaneum esse arbitror nostris sermonibus inquirere, sive ad ipsum Dominum, sive ad alium quempiam ejus verba spectent: ait enim, [b] *Framea suscitare super pastorem meum, & super virum cohærentem mihi*. Nos enim verba ista in illos, qui erga contribules & populares suos injuste se gerunt, gladium intentare putamus: Apollinaris vero ob Pastoris nomen frameam adversus Dominum excitare ait, ignorans, eos qui in Principum ordine censentur, Pastores in multis Scripturæ locis nuncupari. Ceterum quæ ex epistola ad Hebræos rursus ad id probandum per vim trahit, manifestam adeo in argumentis inde deductis absurditatem continent, ut eam unicuique, etsi modicum sapiat, facile sit deprehendere. Quoniam enim scriptum est, In novissimis [c] diebus nobis in Filio locutum fuisse Deum, qui multifariam, multisque modis olim loquutus fuerat Patribus in Prophetis; hoc inquit ille, luculenter ostendit, Dei, qui nobis apparuit, humanitatem ante sæcula exstitisse; ita enim disertis verbis, Apostolum scilicet interpretans, ait, *Per hæc autem manifestum est, illum hominem, qui, quæ Patris sunt, nobis loquitur, Deum esse sæculorum conditorem, splendorem gloriæ, & figuram substantiæ ejus, utpote qui spiritu proprio Deus exsistat, & non Deum in se ipso diversum a se habeat, ipseque per se ipsum, hoc est, per carnem, mundum a peccatis purget*. Hæc iisdem verbis Apollinaris, nec quidquam a nobis in ejus dictis mutatum fuit. Si igitur homo, qui loquitur, sæculorum, ut Scriptor iste censet, conditor est, & caro paternæ gloriæ splendor est, & servi forma substantiam Dei repræsentat, non amplius adversus hæc ejus dicta pugnandum mihi videtur; sed satius existimo eorum deflere stoliditatem, qui ejusmodi novitatibus se se abduci patiuntur. Homo, qui nobiscum humano more, nostraque voce loquitur, qui ore expuit, & manu lutum facit, qui digitos in surdorum aures infert, qui ægrotos, & mortuos tangit, qui somno & sessione a labore requiescit, qui lacrymatur, qui mærore & tristitia afficitur, qui fame laborat, cibumque appetit, & aquam poscit; homo iste quantum ad ipsam carnem, & humanitatem pertinet, prior omnium rerum creatione esse intelligitur, Deusque dicitur carnis natura, quæ composita ac solida est, ta-

a Ephes. I. 7. *b* Zach. XIII. 7. *c* Hebr. I. 1.

1. Corrector, τῶν ῥημάτων.
2. In margine scribitur eadem Correctoris manu, γρ. καὶ ὁ Απολινάριος ἐκεῖνος.
3. Corrector, αὐτῶν.
4. Corrector, ῥᾴδιον εἶναι καί.
5. Corrector, ὁ ἄνθρωπος. 6. Corrector, κενοφωνίαν.
7. Ita Corrector, antea σώματι.
8. Corrector, διαναπαύων.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.



ρὰ καὶ ἀντίτυπος; ἐπιφραξάσθω πᾶσα τῶν ἀσεβῶν ἀκοή· μηδὲ μολυνθείη τὰ θεῖα, καὶ ἀκήρατα δόγματα τοῖς σαρκωδεστέροις πάθεσι παρὰ τῶν [1] ἐξυβριζόντων τὸ θεῖον καθυβριζόμενα. τίς γὰρ οὐκ οἶδεν, ὅτι ὁ φανερωθεὶς ἡμῖν [2] ἐν σαρκὶ Θεὸς, κατὰ μὲν τὸν λόγον τῆς εὐσεβοῦς παραδόσεως ἄϋλος, καὶ ἀφανὴς, καὶ ἀσύνθετος, καὶ ἦν καὶ ἔστιν [3] ἀόριστος, καὶ ἀπερίγραπτος, πανταχοῦ ὢν, καὶ διὰ πάσης τῆς κτίσεως διήκων. κατὰ δὲ τὸ φαινόμενον, ἐν ἀνθρωπίνῃ περιγραφῇ ἑωρᾶτο· ἀνάγκη γὰρ πᾶσα, πᾶν σῶμα ὑπὸ ἐπιφανείας τινὸς περιέχεσθαι. αὐτὴ τοίνυν ἡ ἐπιφάνεια τοῦ ἐν αὐτῇ [4] περιειλημμένου σώματος ὅρος ἐστί· πᾶν δὲ [5] τῷ ὅρῳ περιεχόμενον, ὡρισμένῃ τινὶ ποσότητι περιείργεται· τὸ δὲ ὡρισμένον, ἀόριστον εἶναι οὐ δύναται. ἀλλὰ μὴν ὁ προφήτης φησὶν, ὅτι τῆς μεγαλοσύνης αὐτοῦ οὐκ ἔστι πέρας. εἰ οὖν ἡ θεία φύσις, καθώς φησιν ὁ λογογράφος σάρξ ἐστιν· αὕτη δὲ ἀναγκαίως τῷ τῆς ἐπιφανείας περιλαμβάνεται πέρατι, πῶς ἡ τοῦ Θεοῦ μεγαλοσύνη κατὰ τὸν προφήτην εἰς ἄπειρον πρόεισιν; ἢ πῶς διὰ τοῦ ὡρισμένου νοεῖται τὸ ἀόριστον, διὰ τοῦ πεπερασμένου τὸ ἄπειρον; μᾶλλον δὲ, ὃ καὶ φθάσαντες ἐν τοῖς προλαβοῦσιν εἰρήκαμεν, πῶς ἐκ τοῦ θανάτου τὸ ἰσχυρόν; εἰ γὰρ, καθώς φησιν, αὐτὸς ὁ ἄνθρωπος, [6] ὁ λαλήσας, ποιητὴς τῶν αἰώνων ἐστὶν, αὐτὸς, ὁ δι᾽ ἑαυτοῦ, τουτέστι, διὰ τῆς σαρκὸς, καθὼς ὁ Ἀπολινάριος ἑρμηνεύει, τὰ πάντα ποιῶν. ἀσθενὴς δὲ παρ᾽ αὐτῆς τῆς θείας φωνῆς ἡ σὰρξ ὠνομάσθη· οὐδὲν ἕτερον, εἰ μὴ τὸ κράτος, καὶ τὴν ἰσχὺν, καὶ τὴν δύναμιν, καὶ ὅσα ὑψηλὰ, καὶ θεοπρεπῆ [7] νοήματα, ἔκγονα τῆς ἀσθενείας ὁ λογογράφος οἴεται.

ctuique renititur? Obstruantur omnium pie credentium aures, neque divina & incorrupta dogmata ab his fædentur, qui petulanter elati, carnalium affectionum attributis divinitatem dedecorant. Quis enim ignorat, Deum qui in carne nobis manifestatus est, juxta piæ quidem traditionis rationem incorporeum, invisibilem, simplicem, infinitum, non circumscriptum & fuisse semper, & esse, ac ubique exsistere, & creata cuncta pervadere; juxta id vero, quod apparebat, ut ceteri homines corpore circumscriptus conspiciebatur: quippe necessarium prorsus est, omne corpus superficie quadam contineri. Hæc itaque superficies, corporis in ipsa contenti terminus est; quidquid autem aliqua re terminatur, definita quadam quantitate concluditur. Quod autem definitum est, infinitum esse non potest. Atqui Propheta inquit, [a] *Magnitudinis ejus non est finis*. Si igitur divina natura, ut Scriptor noster ait, caro est; hæc autem necessario superficie terminatur, quomodo Dei magnitudo, ut Propheta ait, in infinitum procedit? vel quomodo ex finita re, quod infinitum est, cognoscitur, & immensum ex eo, quod terminum habet, intelligitur? vel potius, quod & superius jam diximus, quomodo ex morte fortitudo? Si enim, ut ait, homo ipse, qui loquutus est, sæculorum est conditor, & idem ille est, qui per semet ipsum, videlicet, per carnem, ut Apollinaris interpretatur, cuncta creavit; caro autem divino oraculo infirma & imbecillis vocatur; nihil aliud quam potentiam, fortitudinem, virtutem, & quotquot sublimes Deoque dignæ notiones animo concipi possunt, ab imbecillitate & infirmitate ortum ducere Apollinaris opinatur.

Καὶ οὔπω τοσοῦτον, τοῦτο δεινόν· [8] ἀλλὰ προϊὼν ὁ λόγος διὰ τῆς κατὰ τὸ ἀκόλουθον ἐξετάσεως, αὐτῆς ἅπτεται τῆς κατὰ τοῦ Πατρὸς βλασφημίας. λέγει γὰρ τὸν ἄνθρωπον εἶναι τῆς τοῦ Θεοῦ δόξης ἀπαύγασμα, καὶ ἐν τῷ σαρκίνῳ Θεῷ, ὃν διὰ τῆς ματαιότητος τῶν λογισμῶν εἰδωλοποιήσας ἀνέπλασε, τὴν τοῦ Θεοῦ [9] ὑπόστασιν χαρακτηρίζεσθαι. [10] ὥσπερ τοίνυν συγγενῶς ἔχει πρὸς τὸν ἥλιον ἡ ἀκτὶς, καὶ πρὸς τὸν λύχνον [11] τὸ ἐκ τῆς λαμπάδος ἀπαυγαζόμενον φῶς, καὶ ὁ τοῦ ἀνθρώπου χαρακτὴρ ἀνθρωπίνην ὑπόστασιν δείκνυσιν, οὕτως πάντως, εἴπερ τὸ ἡμῖν φανὲν παρὰ τῆς δόξης τοῦ Πατρὸς ἀπηυγάσθη, καὶ ὁ χαρακτὴρ αὐτοῦ τῆς ὑποστάσεως σάρξ ἐστι, σαρκώδης ἐκ τοῦ ἀκολούθου καὶ ἡ τοῦ Πατρὸς φύσις κατασκευάζεται. οὐ γὰρ ἂν εἴποι χαρακτηρίζεσθαι μὲν σώματι [12] τὸ ἀσώματον· ἐκ δὲ τοῦ ἀοράτου τὸ ὁρατὸν ἀπαυγάζεσθαι. ἀλλ᾽ οἵα ἡ δόξα, τοιοῦτον δηλονότι καὶ τὸ ἀπαύγασμα, καὶ οἷος ὁ χαρακτὴρ, τοιαύτη πάντως καὶ ἡ ὑπόστασις, ὥστε εἰ τοῦτο σῶμα, μηδὲ ἐκεῖνο πάντως ἀσώματον οἴεσθαι. ἀλλὰ καὶ τοῦ κατὰ Νίκαιαν μέμνηται δόγματος, ἐν ᾧ τὸ ὁμοούσιον ἡ κοινὴ τῶν Πατέρων ἐξεφώνησε Σύνοδος. οὐκ ἂν δέ τις εἴποι τι ἑτερογενὲς, ὁμοούσιον· ἀλλ᾽ ὧν εἷς καὶ ὁ αὐτός ἐστι τῆς οὐσίας λόγος, τούτοις ἐφαρμόζει πάντως τὸ ὁμοούσιον. εἰ οὖν σάρ-

XIX. Et istud quidem non adeo impium est: sed ad ulteriora progrediens oratio, in ea quæ postmodum sequitur disputatione, Patrem ipsum blasphemiis appetit. Ait enim hominem esse Dei gloriæ splendorem, & in carnali Deo, quem inanibus suarum rationum commentis, tamquam simulacrum a se effictum obtrusit, Dei substantiam repræsentari ait. Quemadmodum igitur radius cognationem habet cum sole, & cum lucerna lumen, quod ex ea resplendet, & hominis figura substantiam refert humanam: ita plane si quod per incarnationem nobis apparuit, a Patris gloria resplenduit, & figura ejus Patris substantiæ caro est; efficitur profecto, ut ex consequenti carnalis quoque sit Patris natura. Neque enim dici potest incorporeum a corpore exprimi, & ab invisibili id, quod oculis cernitur, resplendere; sed qualis est gloria, talis nimirum & splendor ejus, & qualis figura, talis utique & substantia; quare si corpus est hoc, nec illud quidem ullo pacto incorporeum censendum est. Sed & fidei apud Nicæam conscriptæ mentionem facit, in qua communis Patrum conventus Homousion magna voce confessus est. Nemo autem quod diversi generis est, Homousion & consubstantiale appellavit; sed quibus una eademque substantiæ ratio est, iis prorsus

a Psalm. CXLIV. 3.

1. Corrector, ἐξανθρωπιζόντων.
2. Corrector, ἐν τῇ σαρκί.
3. Corrector, ἀόριστός τε καί.
4. Ita Corrector, prius erat, πεπλημμελημμένου, nullo sensu.
5. Corrector, τὸ ὅρῳ περιεχόμενον.
6. Plenius infra cap. 20. ὁ λαλήσας ἡμῖν τὰ τοῦ Πατρός, *qui loquutus est nobis, quæ Patris sunt*. Vide autem an Apollinaris respexerit ad locum *Joan.* VIII. 40.
7. Corrector, νοήματα καὶ ὀνόματα ἔκγονα.
8. Quæ sequuntur usque ad lin. 54. immutato non nihil ordine, edita sunt inter Nysseni opera tomo secundo pag. 47. tamquam pars libri alicujus adversus Apollinarem. Eadem quoque in nonnullis breviora leguntur apud Euthymium Zigabenum in toties laudato Panopliæ capite decimo tertio pag. 526. Versiculo, *Dicit præterea*.
9. Corrector, ὑπόστασιν εἶπε.
10. Hac eadem ratione Patrem Filio secundum divinitatem æqualem esse probat idem Nyssenus in Oratione de Deitate Filii, & Spiritus sancti non longe ab initio.
11. Edita inter Nysseni opera legunt, τὸ ἀπαυγαζόμενον φῶς.
12. Heic in editis inter Nysseni opera lacuna est, ibi enim ita legitur, χαρακτηρίζεσθαι μὲν σώματι τὸ ἀόρατον ἀπαυγάζεσθαι.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 370.

κιν۞ Θεὸς ὁ υἱὸς, αὐτὸ ὅπερ ἐστὶ τῇ φύσει σὰρξ A ὢν κατὰ τὸ προαιώνιον [1] ὄνομα· ὁμοούσι۞ δὲ τῷ Πατρὶ καὶ παρ' αὐτοῦ τοῦ λογογράφου [2] οὐκ ἀμφιβάλλεται. ἐκεῖνα δὲ ἀλλήλοις ἐστὶν ὁμοούσια, τὰ τῷ αὐτῷ λόγῳ τῆς οὐσίας ὑπογραφόμενα· ἄρα καὶ τὴν τοῦ Πατρὸς φύσιν, ἀνθρωπίνην τινὰ καὶ σαρκικὴν ὁ Ἀπολινάρι۞ ὑποτίθεται, ἵνα σώσῃ ἐπ' ἀμφοτέρων τοῦ ὁμοουσίου τὸ ὄνομα· ὡς τοῖν δυοῖν θάτερον, [3] ἢ ἀσώματον τὸν Πατέρα λέγων, σαρκίνην δὲ [4] τοῦ Υἱοῦ τὴν θεότητα, τῷ ἑτεροουσίῳ συνθήσεται· ἢ τὸ κοινὸν τῆς θεότητός τε, καὶ τῆς οὐσίας ὁμολογῶν ὁμοίως ἐπὶ Πατρός τε καὶ Υἱοῦ, ἀποσαρκώσει καὶ ἐπὶ Πατρὸς τὴν τῆς θεότητ۞ φύσιν. ἀλλ' ὥσπερ διορθούμενος τὴν ἀτοπίαν ταύτην, ἐν τοῖς πρὸ τούτου φησὶ, τοῦ Ζαχαρίου τὴν ῥῆσιν πρὸς τὸ B δοκοῦν ἑρμηνεύων, ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Πατρὸς περὶ τοῦ Υἱοῦ λέγων εἰρῆσθαι τὸ σύμφυλον, ὅπερ ἐστὶ συμφυῆ τε καὶ ὁμοούσιον· εἰ μὲν οὖν ὀρθῶς, ἢ μὴ τοῦτο ὑπείληφεν, ἑτέρου λόγου. ὃ δ' οὖν κατασκευάζει, τοῦτό ἐστι. Δηλοῖ, φησι, διὰ τούτων ὁ προφητικὸς λόγ۞, ὅτι οὐ κατὰ τὴν σάρκα ὁμοούσιος τῷ Θεῷ, ἀλλὰ κατὰ τὸ πνεῦμα, τὸ ἡνωμένον τῇ σαρκί. Πῶς τοίνυν ἑνοῦται σαρκὶ πρὸ τῆς τοῦ κόσμου συστάσεως ὁ σαρκώδης αὐτοῦ Θεός; ὅτε [5] γὰρ οἱ αἰῶνες οὐκ ἦσαν, οὐδὲ ἄλλό τι τῶν τῆς κτίσεως ἦν· ἡ δὲ σὰρξ πολλοστόν τε καὶ ἔσχατον τῶν ἐν τῇ κτίσει γεγονότων ἐστί. ποίᾳ τοίνυν ἡνώθη σαρκὶ, μήπω τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως παρελθούσης εἰς γένεσιν; ἀλλ' ἑτέραν τινὰ οἶδε σάρκα παρὰ τὸν ἄνθρωπον. C καὶ πῶς φησιν, ὅτι αὐτὸς ὁ ἄνθρωπος, ὁ λαλήσας ἡμῖν τὰ τοῦ Πατρὸς, ἐκεῖνός ἐστι Θεὸς ποιητὴς τῶν αἰώνων; τίς ἡμῖν ἑρμηνεύσει τῶν καινῶν τούτων αἰνιγμάτων τὴν ἀτοπίαν; ἄνθρωπος πρὸ τοῦ γενέσθαι ἄνθρωπον, καὶ σὰρξ τῆς ἰδίας δημιουργίας προγενεστέρα, καὶ προαιώνιον τὸ ἐπ' ἐσχάτων χρόνων γενόμενον, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα κατὰ τὸν λόγον συγκεχυμένως διέξεισιν.

A consubstantialis nomen convenit. Si igitur carnem habens Deus, est Filius, idque ipsum propria sui natura exsistit, ut pote qui caro fuerit juxta nomen, quod ipsi ab æterno competit; consubstantialem autem esse Patri nec Apollinaris ipse dubitat; illa autem inter se consubstantialia sunt, quæ una eademque substantiæ definitione declarantur: Ergo humanam quamdam, & carneam Patris naturam Apollinaris ponit, ut in utroque, Patre, videlicet, & Filio consubstantialis nomen servet: quare ex duobus absurdis alterum sequetur, vel enim Patrem quidem incorporeum, Filii vero divinitatem carneam asserens, iis utique astipulabitur, qui diversæ a Patre substantiæ Filium esse dicunt; vel si Patris ac Filii B unam eamdemque esse divinitatem atque substantiam fateatur, carneam quoque in Patre faciet divinitatis naturam. Sed ineptias hasce veluti corrigens superius, ubi Zachariæ verba, prout sibi visum fuit, interpretatur, ex persona Patris, ait, de Filio dictum fuisse σύμφυλον, quod idem est ac connaturalem, atque consubstantialem. Recte itaque, an non id opinatus fuerit, alterius est inspectionis; quod autem adstruere conatur, hoc est, *Ostendit*, inquit, *his verbis sermo propheticus non secundum carnem, sed secundum spiritum, qui carni unitus fuit, consubstantialem esse Filium Deo*. Quonam igitur pacto carnalis ejus Deus ante mundi constitutionem carni unitur? Nam quando sæcula non erant, nec ulla C etiam alia creatarum rerum exstabat. Atqui caro, eorum, quæ in creatione facta sunt, minima atque postrema pars est. Cuinam igitur carni unita fuit Divinitas, humana natura nondum e nihilo educta? Sed aliam quamdam carnem præter hominem novit Apollinaris. Et quomodo illum ipsum hominem, qui nobis quæ Patris sunt loquutus est, Deum esse sæculorum conditorem dicit? Quis nobis novorum istorum ænigmatum ineptias explicabit? Homo antequam homo fieret, & caro sui creationem antiquitate præcedens, & anterius sæculis, quod in ultimis temporibus factum est, & quotquot alia his consentanea in suo tractatu confuse edisserit.

Ἀλλ' ὁ μὲν λογογράφος κατὰ τὸ δοκοῦν ἐν ταῖς D τῶν λογισμῶν ἀνοδίαις διαπλανάσθω· ἡμεῖς δὲ τὴν ἀποστολικὴν διδασκαλίαν, τὴν παρ' αὐτοῦ τούτου μνημονευθεῖσαν, εἰς ἔλεγχον τῶν ἀσεβῶν ὑπολήψεων παραθέντες, πρὸς τὰ ἑξῆς τοῦ λόγου δραμούμεθα. ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ, φησιν, ὑπάρχων. οὐκ εἶπε μορφὴν ἔχων ὁμοίαν Θεοῦ, ὅπερ ἐπὶ τοῦ καθ' ὁμοίωσιν Θεοῦ γεγονότος λέγεται· ἀλλ' ἐν αὐτῇ ὑπάρχων τῇ τοῦ Θεοῦ τῇ μορφῇ· πάντα γὰρ τὰ τοῦ Πατρὸς ἐν τῷ Υἱῷ· οὐκοῦν καὶ τὸ ἀΐδιον, καὶ τὸ ἄποσον, καὶ τὸ ἄϋλον, καὶ ἀσώματον, ὡς ἂν διὰ πάντων σώζοιτο τοῦ πατρικοῦ χαρακτῆρος ἐν τῷ Υἱῷ ἡ μορφή· καὶ ὢν ἴσα Θεῷ, ποίαν ἡ ἰσότης διαφορᾶς τινὸς, ἢ παραλλαγῆς ἔννοιαν ὑπολείπεται; πῶς δ' ἂν ἐφαρμοσθείη τοῖς κατὰ τὴν φύσιν παρηλλαγμένοις τὸ ἴσον; E εἰ γὰρ ὁ μὲν σαρκώδης τὴν φύσιν, ὁ δὲ καθαρεύων

D XX. Sed Scriptor noster, prout sibi visum fuerit, per suarum ratiocinationum salebras pro libitu aberret: nos autem postquam apostolicam doctrinam, cujus & ipse meminit, ad impias ejus opiniones confutandas in medium adduxerimus, ad alias ejus tractatus partes properabimus. [a] *Qui cum in forma Dei*, inquit, *esset*. Non ait, cum formam Deo similem haberet, quod de eo, qui ad similitudinem Dei factus est, dicitur; sed cum in ipsa Dei forma esset, nam omnia, quæ Patris sunt, in Filio reperiuntur; itaque & æternitas, & quantitatis, materiæ, corporisque expertem esse, ut per omnia paternæ figuræ forma in Filio servetur. *Et cum esset*, inquit, *æqualis Deo*. Ecquam differentiam vel di- E screpantiam inter Patrem, Filiumque nos intelligere sinit æqualitas? Qua ratione etiam rebus secundum

[a] Philipp. II. 7.

1. Ονομα, heic accipi videtur pro, ἰδίωμα, ut idem sit ac divinæ naturæ proprietas, quæ nomine aliquo designatur. Sane utramque vocem in uno eodemque sensu simul jungit Timotheus Apollinarista Episcopus Beryti in Epistola ad Homonium itidem Episcopum Apollinaristam apud Leontium Byzantinum in libro adversus fraudes Apollinaristarum tomo 4. Antiq. Lect. Canis. pag. 119. ex Turriani latina versione, græca enim videre nobis non licuit, ubi sic inquit, *Quia igitur naturam carnis recte confessus es nobis esse homousion, nullo autem modo, συνουσιώσθαι, id est, esse factam consubstantialem divinitati, scripsisti, sed solum unionem nominasti, qualis sit hominis sancti cum Deo, non in unam vitam & hypostasim copulari, sed a divina natura separati; cum tamen beatus Episcopus magister noster Apollinarius dicat in variis libris, carnem Domini communia habere nomina & proprietates Verbi, manere autem in unione carnem neque mutatam, nec a natura propria alienatam; & Verbum etiam nomina carnis & proprietates habere communia, manereque in incarnatione Verbum & Deum, neque mutatum, nec in naturam corporis transfusum.*

2. Corr. λογογράφου εἶναι οὐκ ἀμφιβάλλεται.

3. Biceps hoc adversus Apollinarem Nysseni argumentum usque ad illa verba, θεότητος φύσιν, laudat Euthymius Zigabenus in sæpe memorato capite decimotertio Panopliæ pag. 525. in fine.

4. Corrector, διὰ τοῦ Υἱοῦ.

5. Corrector addidit, γάρ.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

ἀπὸ σαρκός· πῶς ἄν τις εἰς ἴσον ἄγοι τὸ τοιοῦτον τῷ μὴ τοιούτῳ; ἐκένωσεν ἑαυτόν, φησι, μορφὴν δούλου λαβών. τίς ἡ δουλικὴ μορφή; πάντως τὸ σῶμα· οὐ γὰρ ἕτερόν τι παρὰ τούτου παρὰ τῶν Πατέρων ἠκούσαμεν. οὐκοῦν ὁ εἰπών, ὅτι μορφὴν ἔλαβε δούλου· σὰρξ δέ ἐστιν ἡ μορφή, ἄλλό τι ὄντα αὐτὸν κατὰ τὴν θείαν μορφήν, ἄλλό τι οὖσαν τῇ φύσει τὴν δουλικὴν μορφὴν εἰληφέναι λέγει. ἀλλὰ καὶ ἡ τοῦ ἐκένωσεν λέξις σαφῶς παρίστησι, τὸ μὴ ἀεὶ τοῦτο εἶναι, ὅπερ ἡμῖν ὤφθη· ἀλλ' εἶναι μὲν ἐν τῷ πληρώματι τῆς θεότητος ἴσα Θεῷ, ἀπρόσιτον, καὶ ἀπροσπέλαστον, καὶ μάλιστά γε τῇ βραχύτητι τῆς ἀνθρωπίνης οὐδενείας [1] ἀχώρηστον. χωρητὸν δὲ τῇ ἐπικήρῳ τῆς σαρκὸς φύσει τότε γενόμενον, ὅτε ἐκένωσε, καθώς φησιν ὁ ἀπόστολος, τὴν ἄφραστον αὐτοῦ τῆς θεότητος δόξαν, καὶ τῇ βραχύτητι ἡμῶν συγκατεσμίκρυνεν, ὥστε ὃ μὲν ἦν, μέγα καὶ τέλειον, καὶ ἀπερίληπτον ἦν· ὃ δὲ ἔλαβεν, ἰσομέγεθες ἦν τῷ ἡμετέρῳ μέτρῳ τῆς φύσεως. ἐν ὁμοιώματι γάρ, φησιν, ἀνθρώπου γενόμενος καὶ σχήματι, ὡς οὐκ ἔχων δηλονότι ἐξ ἀρχῆς [2] περὶ αὐτὸν τῆς τοιαύτης φύσεως τὸ ὁμοίωμα, οὐδὲ πρός τινα σωματώδη τύπον σχηματιζόμενος· πῶς γὰρ ἂν περιτυπωθείη τῷ ἀσωμάτῳ σχήματος τύπος; ἀλλὰ τότε ἐν σχήματι γίνεται, ὅτε σχηματιζόμενος ἑαυτῷ περιτίθησι. τοῦτο δέ ἐστιν ἡ τοῦ σώματος φύσις.

A naturam inter ſe diſcrepantibus æqualitas convenire poterit? Si enim alter quidem natura carneus eſt, alter vero carnis expers, quomodo id, quod tale eſt, ei, quod tale non eſt, æquale quiſquam faciet? *Exinanivit*, inquit, *ſemet ipſum formam ſervi accipiens*. Quænam eſt ſervi forma? Corpus utique; neque enim aliud quidquam præter hoc eam eſſe a Patribus accepimus. Ergo qui Filium ſervi formam accepiſſe dicit; quæ quidem forma ſit ipſa caro, ille profecto etiam aſſerit eum, cum aliud quid eſſet divina forma, ſervilem formam, quæ itidem natura aliud quidquam Dei forma ſit, aſſumſiſſe. Sed & verbum *Exinanivit*, clare oſtendit, ipſum non id ſemper fuiſſe, quod nobis apparuit; ſed eſſe quidem B in divinitatis plenitudine æqualem Deo, & omni prorſus creaturæ inacceſſum, multoque minus brevi & anguſto humanæ naturæ ambitu comprehenſum; tunc autem a fluxa fragilique carnis natura circumſcriptum fuiſſe, quum, ut Apoſtolus ait, ineffabilem divinitatis ſuæ gloriam exinanivit, & ad noſtræ naturæ modulum imminuit, ita ut quod quidem per ſe erat, magnum eſſet atque perfectum, & incomprehenſibile; quod autem aſſumſit, naturæ noſtræ modulum non excederet; ait enim, *In ſimilitudinem, & habitum hominis factus*, utpote qui ab initio non habuerit in ſe ipſo hujuſcemodi naturæ ſimilitudinem, neque ad ullam corporalem formam configuratus ſit. Quomodo enim rei incorporeæ alicujus C figuræ forma impreſſa fuiſſet? ſed tunc in corporis ſpeciem factus eſt, quum ea ſe ipſum induit: hæc autem eſt ipſa corporis humani natura.

Εὑρεθεὶς τοίνυν ὡς ἄνθρωπος. καὶ γὰρ καὶ ἄνθρωπος, εἰ καὶ μὴ δι' ὅλου ἄνθρωπος, ἀλλ' ὡς ἄνθρωπος, διὰ τὸ κατὰ τὴν παρθενίαν μυστήριον. ὡς ἂν φανερὸν διὰ τοῦτο γένοιτο, ὅτι οὐ διὰ πάντων τοῖς νόμοις τῆς ἀνθρωπίνης ἐδούλευσε φύσεως· ἀλλὰ θεϊκῶς ἑαυτὸν εἰσοικίσας τῷ βίῳ, [3] καὶ μὴ δεηθεὶς τῆς ἐκ τοῦ γάμου ἐνεργείας πρὸς τὴν κατασκευὴν τοῦ ἰδίου πλάσματος, εὑρίσκεται οὐ διὰ πάντων κοινὸς ἄνθρωπος, διὰ τὸ παρηλλαγμένον αὐτοῦ τῆς συστάσεως, ἀλλ' ὡς ἄνθρωπος. καὶ οὕτως ἐταπείνωσεν ἑαυτόν, ἀτρέπτως γενόμενος ἄνθρωπος· εἰ γὰρ ἀπ' ἀρχῆς τοῦτο ἦν, ἐν τίνι γέγονεν ἡ ταπείνωσις; νῦν δὲ ὁ ὕψιστος διὰ τῆς πρὸς τὸ ταπεινὸν τῆς φύσεως ἡμῶν ἑνώσεως ἑαυτὸν ἐταπείνωσεν. ἑνωθεὶς γὰρ τῇ μορφῇ τοῦ δούλου, ἣν ἔλαβε, καὶ ἓν πρὸς αὐτὴν γενόμενος, οἰκειοῦται τὰ τοῦ δούλου πάθη, καὶ καθάπερ καὶ ἐν ἡμῖν γίνεται διὰ τῆς πρὸς τὰ μέλη συμφυΐας, ἐάν τι τῷ ἄκρῳ συμπέσῃ τοῦ ὄνυχος, τὸ πᾶν τῷ πεπονθότι συνδιατίθεται, ἐφ' ὅλον τὸ σῶμα διηκούσης τῆς συναισθήσεως, οὕτως ὁ ἑνωθεὶς ἡμῶν τῇ φύσει, οἰκειοῦται τὰ ἡμέτερα πάθη, καθώς φησιν Ἡσαΐας, ὅτι αὐτὸς τὰς ἀσθενείας ἡμῶν ἀνέλαβε, καὶ τὰς νόσους ἐβάστησε, τὴν ὑπὲρ ἡμῶν ὑποστὰς πληγήν, ἵνα τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰαθῶμεν· οὐχ ὅτι ἡ θεότης ἐμωλωπίσθη, ἀλλ' ὁ προσφυεὶς διὰ τῆς [4] ἑνώσεως τῇ θεότητι ἄνθρωπος, οὗ ἡ φύσις δεκτικὴ μώλωπος γενέσθαι δύναται. [5] ταῦτα δὲ γίνεται, ὅπως ἂν διὰ τῶν αὐτῶν πάλιν ὁδῶν ἡ τῆς κακίας ὁδὸς ἀναλυθείη. ἐπειδὴ γὰρ διὰ τῆς παρακοῆς [6] τοῦ ἀνθρώπου, ὁ θάνατος [7] (εἰσῆλθε, τούτου χάριν διὰ τῆς ὑπακοῆς τοῦ δευτέρου ἀνθρώπου) ἐξοικίζεται. διὰ τοῦτο ὑπήκοος μέχρι θανάτου γίνεται, ἵνα διὰ μὲν τῆς ὑπακοῆς [8] (τὸ ἐκ τῆς παρακοῆς) θερα-

XXI. *Inventus* itaque *ut homo*; nam & homo erat, quamvis non per omnia homo, ſed ut homo, ob maternæ virginitatis myſterium; ut nempe hinc manifeſtum eſſet, ipſum non omnibus humanæ naturæ legibus inſerviiſſe; ſed ea, quæ Deum deceret, ratione vitam ingreſſum, & ad proprii corporis conſtitutionem nuptiarum opere non indigentem, reperiri non ut omnino vulgarem hominem, eo quod diverſo a ceteris hominibus opificio conditus eſſet, ſed ut hominem; eoque pacto humiliavit ſe- D met ipſum, ſine ulla ſui mutatione factus homo. Si enim ab initio id exſtitiſſet, quanam in re humiliatus eſſet? Nunc autem Altiſſimus per unionem cum naturæ noſtræ humilitate initam, ſe ipſum humiliavit. Nam formæ ſervi, quam aſſumſit, unitus, & unum quid cum ipſa factus, ſervi paſſiones ſibi proprias reddidit; & quemadmodum ob membrorum inter ſe connexionem nobis evenire ſolet, ut ſi quid mali in ſummitate unguium acciderit, totum una cum læſa parte pariter afficiatur, dolore per univerſum corpus pervagante; ita naturæ noſtræ unitus, paſſiones noſtras proprias ſibi fecit, & quemadmodum ait Eſaias, [a] *Ipſe infirmitates noſtras accepit, & ægrotationes noſtras portavit*, plagas pro nobis E ſuſtinens, ut ejus livore nos ſanaremur; non quod divinitas vibices ex vulneribus contraxerit; ſed hæc paſſus eſt homo, qui per unitionem ipſi divinitati conjunctus eſt, quique ſui natura vibicibus accipiendis patet: hoc autem fit, ut per eaſdem rurſus vias antiqua peccati ſemita evertatur. Quoniam enim per hominis inobedientiam mors ingreſſa eſt in mundum, propterea per ſecundi hominis obedientiam eliminatur; & ea de cauſſa obediens fit uſque ad mortem, ut

a Iſa, LIII. 4.

1. Corrector, ἀχώρητον;
2. Corrector, περὶ ἑαυτόν.
3. Ita Corrector, antea enim erat, καὶ μὴ συνεργείας πρὸς τὴν κατασκευήν. manifeſto veteris librarii errore.
4. Corrector, ἀνακράσεως.
5. Corr. addidit δέ; & mox ἵνα διά.
6. Corrector, τοῦ ὑπ' ἀνθρώπου. Forte legendum, τοῦ πρώτου ἀνθρώπου.
7. 8. Quæ ſemicirculis includuntur, a Correctore ſunt addita.

πάσῃ πλημμέλημα· διὰ δὲ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως τὸν συνεισελθόντα τῇ παρακοῇ θάνατον ἐξαφανίσῃ· ἀφανισμὸς γάρ ἐστι θανάτου [1] ἡ ἐκ θανάτου τοῦ ἀνθρώπου ἀνάστασις· διό, φησιν, καὶ ὁ Θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε. τοῦτο καθάπερ σφραγίς τις τῆς προλαβούσης διανοίας ἐστί. δῆλον γάρ, ὅτι τὸ ὕψιστον τοῦ ὑψωθῆναι οὐκ ἐπιδέεται, ἀλλὰ τὸ ταπεινὸν εἰς ὕψος αἴρεται, νῦν [2] γενόμενον, ὃ μὴ πρότερον ἦν. ἑνωθεῖσα γὰρ τῷ Κυρίῳ ἡ ἀνθρωπίνη φύσις συνεπαίρεται τῇ θεότητι, καὶ τὸ ὑψούμενον ἐκεῖνό ἐστι τὸ ἐκ τοῦ ταπεινοῦ ἐπαιρόμενον· ταπεινὸν δὲ ἡ τοῦ δούλου μορφή, διὰ τῆς ὑψώσεως γινομένη Χριστός τε καὶ Κύριος. καὶ ἐπειδὴ ὁ κατὰ Χριστὸν ἄνθρωπος κατὰ τὴν ἀνθρωπίνην ἀκολουθίαν ὀνόματι κατὰ τὸ ἰδιάζον προσηγορεύθη, διὰ τῆς γενομένης τῇ παρθένῳ παρὰ τοῦ Γαβριὴλ μυσταγωγίας, καὶ τὸ ἀνθρώπινον, καθὼς εἴρηται, Ἰησοῦς ὠνομάσθη· ἡ δὲ θεία φύσις ἀπερίληπτός ἐστιν ὀνόματι· ἓν δὲ τὰ δύο διὰ τῆς ἀνακράσεως γέγονε· τούτου χάριν καὶ ὁ Θεὸς ἐκ τοῦ ἀνθρωπίνου κατονομάζεται. ἐν γὰρ τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψει, καὶ ὁ ἄνθρωπος ὑπὲρ [3] πᾶν ὄνομα γίνεται, ὅπερ ἴδιόν ἐστι τῆς θεότητος, τῆς δουλωθῆναι μὴ δυναμένης ὑπό τινος ὀνομαστικῆς σημασίας, ἵν' ὥσπερ ἐν τῷ ταπεινῷ τὸ ὑψηλὸν γίνεται, οὕτως ἀντιλάβῃ τὸ ταπεινὸν τὰ ὑψηλὰ ἰδιώματα. ὡς γὰρ διὰ τοῦ ἀνθρώπου ὀνομάζεται ἡ θεότης, οὕτως ὑπὲρ ὄνομα γίνεται τὸ ἐκ τοῦ ταπεινοῦ συνεπαρθὲν τῇ θεότητι· καὶ ὥσπερ ἡ ἀτιμία τῆς δουλικῆς μορφῆς εἰς τὸν Θεὸν τὸν ἀνακραθέντα τῷ δούλῳ τὴν ἀναφορὰν ἔχει· οὕτως καὶ ἡ προσκύνησις τῆς θεότητος, ἡ παρὰ πάσης κτίσεως προσαγομένη, τῷ ἑνωθέντι πρὸς τὴν θεότητα γίνεται, καὶ οὕτως ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ πᾶν γόνυ κάμπτει ἐπουρανίων [4] καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται, ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρός. ἀμήν.

A per obedientiam quidem inobedientiæ peccato mederetur, per reſurrectionem vero a mortuis mortem deſtrueret, quæ una cum inobedientia mundum ingreſſa eſt. Deſtructio enim mortis, eſt hominis a morte reſurrectio; *Propter quod*, inquit, *& Deus exaltavit illum*. Hoc velut quædam præcedentis ſententiæ confirmatio eſt. Nemini enim latet Altiſſimum exaltatione non indigere; at vero, quod humile eſt, ſi fiat, quod antea non fuerat, ſublimitatem acquirere. Natura enim hominis Deo conjuncta ad divinitatis celſitudinem evehitur; illud autem exaltatur, quod ex humili ſublime fit; humile autem quid eſt forma ſervi, quæ per exaltationem Chriſtus, Dominuſque evadit: & quoniam Chriſtus, B quatenus homo erat, proprio, ut humanæ naturæ conveniebat, nomine debuit appellari; ideo humanitas Verbi in divini myſterii annuntiatione a Gabriele ad Virginem facta, Jeſus, uti diximus, vocata fuit; cumque divina natura nullo explicari nomine poſſit, & alioquin duo per commixtionem unum quid fiant; hinc eſt quod & Deus in Chriſto ex eo quod humanum eſt, denominetur. [a] *In nomine* enim *Jeſu omne genu flectetur*, & homo *eſt ſuper omne nomen*, quod divinitatis proprium eſt, quæ nulli denominationi ſubjecta eſſe poteſt, ut quemadmodum quod ſublime eſt in humili ſubſiſtit, ita viciſſim, quod humile eſt, ſublimis proprietates ſuſcipiat. Nam ſicuti per hominem divinitas nomen C obtinet, ita ſupra nomen fit, quod ex humili ſtatu una cum divinitate exaltatur; & quemadmodum ſervilis formæ vilitas ad Deum cum ſervo commixtum refertur, ita & adoratio, quæ a cunctis creatis rebus Deo exhibetur, ad eum, qui cum divinitate unitus eſt, dirigitur; & hoc pacto in nomine Jeſu Chriſti omne genu flectitur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum, & omnis lingua confitebitur, quia Dominus Jeſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris. Amen.

Ἀλλ' ἔοικεν, οἷον ἐπερυθριῶν αὐτὸς ἑαυτῷ, καὶ τῇ ἀτοπίᾳ τῶν εἰρημένων ἐπαισχυνόμενος, ἀνατίθεσθαι τρόπον τινὰ τὰ κατεσκευασμένα, καὶ [5] ἐπιγεννητικὴν τοῦ Υἱοῦ τὴν πρὸς τοὺς ἀνθρώπους ὁμοιότητα βούλεσθαι [6] κατασκευάζειν. φησὶ γάρ, Ἰδοὺ τοῦ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡ πρὸς Πατέρα [7] ἰσότης προϋπάρχουσα, ἡ πρὸς ἀνθρώπους ὁμοιότης ἐπιγινομένη. μεταγινώσκειν ἔοικε ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις, καὶ ποιείτω γε τοῦτο· μόνον ἀπὸ καρδίας τῆς ἀτόπου δόξης μεταβαλλόμενος, καὶ ἡμεῖς τῶν ἐλέγχων παυσόμεθα· ἀλλὰ δοκεῖ δι' ὧν ποιεῖ, ἄλλης ἀτοπίας διὰ τῆς ἐν τούτοις ἀγνωμοσύνης τὰς ἀφορμὰς καταβάλλεσθαι. φησὶ δὲ οὕτως κατὰ τὴν λέξιν, Καὶ τί τούτων σαφέστερον, εἰς τὸ μὴ ἕτερον μεθ' ἑτέρου εἶναι, Θεὸν τέλειον μετὰ τελείου ἀνθρώπου; ὅτι [8] μὲν οὖν οὐδὲ μίαν κοινωνίαν ὁ λόγος οὗτος ἔχει πρὸς τὰ προάγοντα, φανερὸν ἂν εἴη πᾶσι τοῖς ἐπισταμένοις ἕπεσθαι λόγῳ. πῶς γὰρ ἀποδείκνυσιν ἡ πρὸς Πατέρα ἰσότης προϋπάρχουσα, καὶ ἡ πρὸς ἀνθρώπους ὁμοιότης ἐπιγινομένη, καθὼς αὐτός φησι, τό, μὴ εἶναι ἄνθρωπον τέλειον, δι' οὗ ὁ τέλειος Θεὸς ἐνηνθρώπη-

XXII. Sed veluti de ſemet ipſo erubeſcens, & præ ſuorum dictorum ineptiis pudore affectus Apollinaris, ſubvertere quodammodo, quæ variis arguD mentis adſtruxerat, neque in Filio aliam hominum ſimilitudinem quam adventitiam admittere velle videtur: ait enim, *Ecce ejuſdem Jeſu Chriſti cum Patre æqualitas præexſiſtens, & cum hominibus ſimilitudo ſuperveniens*. Eorum, quæ antea dixit, pœnitere videtur, & utinam hoc fieret, modo abſurdam opinionem ex animo dimitteret, & nos ab ejus confutatione deſiſteremus. Sed ex his, quæ facit, apparet per bonam, quam in his præſefert mentem, ſibi ad alteram abſurditatem gradus moliri: ita enim ad verbum ait, *Et quid his manifeſtius ad oſtendendum, non alterum cum altero unitum eſſe, hoc eſt, perfectum Deum cum perfecto homine?* Sane ſermonem hunc nullam cum præcedentibus E connexionem habere, clarum utique erit iis omnibus, qui ſcriptorum mentem aſſequi ſciunt. Quomodo enim præexſiſtens æqualitas cum Patre, & ſimilitudo cum hominibus ſuperveniens, quemadmo-

a Philipp. II. 10.

1. Hæc verba ſuper illis aliis, τοῦ ἀνθρώπου, de more ſcripſit Corrector; incertum tamen an iis ſubſtituenda, an potius una cum eiſdem in contextum referenda eſſe cenſuerit; ſed utrovis modo legatur, integer eſt auctoris ſenſus.

2. Corrector, γινόμενον.

3. Verbum πᾶν addidit Corrector, illudque habet etiam Apoſtolus.

4. Particula hæc cum ſequenti additæ ſunt a Correctore, & extant in ſacro textu.

5. Secuti hic ſumus Correctoris emendationem, quam veluti ex ejus ingenio profectam, in margine adnotavit hoc pacto, γρ. καὶ ἐπιγεννητικὴν; nam in operis contextu erat, καὶ δογματικὴν, nullo, ut patet, vel ad minus parum obvio ſenſu.

6. Corrector, κατασκευάσαι.

7. In contextu ſcribitur, ἰσότης ὑπάρχουσα, ἡ πρὸς ἀνθρώπους ἐπιγινομένη. Sed ſatius viſum eſt Correctoris emendationem ſequi, utpote quæ paullo poſt in ipſo etiam contextu retineatur.

8. Corrector, addidit particulam ἂν.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

σεν; ὅμοιον γὰρ ὥσπερ ἂν εἴ τις ἀφεστάναι τὸν οὐρανὸν τῆς γῆς λέγων, ἔπειτα διὰ τούτων εἴποι φανερὸν γίνεσθαι τὸ, βαρύτερον εἶναι τοῦ κασσιτήρου ἐν ἴσῳ [1] σηκῷ τὸν μόλυβδον, καὶ βάρος νομίσει τὴν οὐρανίαν ἀπόστασιν· οὕτως οὐδὲ τὸ ἐλλιπὲς τῆς ἀνθρωπότητος, δι' ἧς ἐν τῇ φύσει ἡμῶν ὁ Θεὸς γίνεται, εἴποι τις ἂν ἀποδείκνυσθαι ἐκ τοῦ ἐπιγεννηματικὴν ὁμολογεῖσθαι τὴν πρὸς ἀνθρώπους τοῦ Υἱοῦ ὁμοιότητα. ἀλλὰ τὴν μὲν ἀσέβειάν τε καὶ τὴν ἄνοιαν τῆς τοιαύτης ὑπολήψεως ἐπιδεῖξαι, μικρὸν ὑπερθήσομαι. νυνὶ δὲ καθεξῆς τοῖς γεγραμμένοις κατὰ λέξιν διελθοῦσαι τὸν λόγον πειράσομαι, ὅσαπερ ἂν ὑπαίτια κατὰ τὸ πρόχειρον ᾖ. φησὶ γὰρ μὴ εἶναι Θεὸν τέλειον μετὰ ἀνθρώπου τελείου. πῶς ἐνταῦθα [2] πότερον ἀτελῆ τῶν εἰρημένων ὠνόμασεν, ἀφῆκεν ἀμφίβολον, καὶ τῷ ἀδήλῳ τοῦ σημαινομένου πρὸς ἑκάτερον ἐπίσης ἡ διάνοια βλέπει, καὶ οὐκ ἔστιν ἐξ ὧν ἠκούσαμεν περί τινα [3] νομίζειν τὸ ἀτελὲς διδαχθῆναι, περὶ τὸν Θεὸν, ἢ τὸν ἄνθρωπον, ἢ καὶ περὶ ἀμφοτέρων τὸ ἴσον οἴεται. αὐτὸν εἶναί, [4] φησι, Θεὸν μὲν πνεύματι, τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν ἔχοντα· ἄνθρωπον δὲ σώματι τὴν τῶν ἀνθρώπων ἄδοξον φορέσαντα μορφήν. εἶπε Θεὸν, εἶπε καὶ ἄνθρωπον· φανερὸν δὲ πᾶσι, [5] ὅτι οὐ ταυτὸν τῶν ὀνομάτων τούτων τὸ σημαινόμενον· ἀλλ' ἴδιος μὲν ὁ τῆς θεότητος, ἕτερος δὲ ὁ τῆς ἀνθρωπότητος ἑρμηνευτικός ἐστι λόγος. Θεὸς μὲν γάρ ἐστι τὸ ἀεὶ ὡσαύτως ἔχον πάντων ἀγαθῶν αἴτιον, οὔτε [6] ποτὲ μὴ ὂν, οὔτε ποτὲ μὴ ἐσόμενον· ἄνθρωπος [7] δὲ τὰ μὲν ἄλλα συγγενῶς πρὸς τὴν τῶν ἀλόγων φύσιν διάκειται, καὶ διὰ σαρκὸς, καὶ αἰσθήσεως παραπλησίως αὐτοῖς διοικούμενος· τῇ δὲ τοῦ νόου προσθήκῃ τῶν ἀλόγων κεχωρισμένον, ἐν τούτῳ τὸ ἰδιάζον ἔχει τῆς φύσεως. οὐ γὰρ ἄν τις ἄνθρωπον ὁριζόμενος, ἀπὸ σαρκῶν τε καὶ ὀστέων καὶ αἰσθητηρίων ὁρίσαιτο, οὐδὲ [8] τὴν βρωτικήν τε, καὶ ἀλλοιωτικὴν δύναμιν εἰπών τις, τὸ ἴδιον τῆς ἀνθρωπίνης ἐνεδείξατο φύσεως· ἀλλὰ τὸ [9] διανοητικὸν, καὶ λογικὸν, τὸν ἄνθρωπον ἔδειξεν. ἴσον οὖν ἐστιν ἢ διὰ τοῦ ὀνόματος ἑρμηνεῦσαι τὴν φύσιν, ἢ διὰ τοῦ ἰδίως παρεπομένου τῇ φύσει. ὅ, τε γὰρ ἄνθρωπον εἰπὼν, τὸ λογικὸν ἐνεδείξατο· ὅ, τε λογικὸν ὀνομάσας, τὸν ἄνθρωπον διὰ τῆς φωνῆς ταύτης [10] ἀπέδειξεν. οὐκοῦν καὶ ὁ Ἀπολινάριος Θεὸν καὶ ἄνθρωπον ὀνομάσας, [11] εἴπερ τὰς ἐμφαινομένας τῇ θεότητι σημασίας τῇ φωνῇ ταύτῃ συμπεριέλαβεν, οὐδ' ἂν τοῦ ἀνθρώπου τὸ σημαινόμενον διὰ τῆς ἑρμηνείας λωβήσαιτο· ἀλλ' εἴπερ ἄνθρωπος λέγεται, ἔστι πάντως ἡ κλῆσις ἀληθὴς καὶ οὐ ψευδώνυμος· τὸ δὲ ἀληθὲς τοῦ ὀνόματος ἐν τῷ λογικὸν εἶναι ζῶον, τὸν οὕτω κατονομαζόμενον, ἐπιδείκνυται· ὁ δὲ λόγος ἐκ διανοίας πάντως, ὥστε εἰ ἄνθρωπος, καὶ διανοητικὸς ἐξ ἀνάγκης· εἰ δὲ οὐ διανοητικὸς, οὐδὲ ἄνθρωπος.

A dum loqui amat, illum minime perfectum esse hominem ostendit, per quem perfectus Deus homo factus est? Perinde enim est ac si quis distare cælum a terra dicens, deinde ex eo manifestum fieri afferat, gravius stanno in æquali mole plumbum esse, & gravitatem idem esse, ac cæli a terra distantiam existimet: sic imperfectam esse humanitatem, per quam naturæ nostræ particeps efficitur Deus, nemo unquam dixerit ex eo demonstrari, quod Filii cum hominibus similitudinem de novo ei advenisse concedatur. Sed impietate, atque stultitia hujuscemodi opinionis demonstranda paullisper supersedebo: nunc autem, quæ deinceps ab eo scripta sunt, ad verbum persequens, ejus tractatum refutare conabor, B ubi tamen in promtu est, quod redarguam. Ait enim, *Non esse Deum perfectum cum homine perfecto*. Hactenus utrum ex duobus istis imperfectum vocaverit, incertum reliquit, & præ significati ambiguitate ad utrumque ex æquo mens respicit, nec ex his, quæ audivimus, discere licet, utrum eorum inperfectum esse censeat, Deum ne, an hominem, an vero de utroque pariter æqualiterque id dici opinetur. *Ipsum esse*, ait, *spiritu quidem Deum, Dei gloriam possidentem; hominem vero corpore ignobilem hominum formam gestantem*. Dixit Deum, dixit hominem, omnibus autem notum est, non eamdem esse nominum istorum significationem; sed aliis verbis divinitatem, aliis vero humanitatem explicari. Deus C etenim est bonorum omnium caussa semper una & eadem, & sui similis, quæ numquam non fuit, & numquam non erit. At homo alia quidem cum animalibus ratione carentibus communia habet, & non secus ac illa, carne sensibusque regitur, sola vero mentis accessione a brutis animantibus secretus, in hoc positam naturæ suæ proprietatem habet. Nemo enim hominem definiturus, carne, ossibus, atque sensoriis definiet; nec aliquis comedendi, cibumque alterandi facultatem recensens, humanæ umquam naturæ proprietates designavit; sed cogitandi atque differendi facultas hominem denotat. Idem itaque est alicujus naturam vel solo nomine, vel ex eo quod peculiariter illi naturæ convenit, explicare; D nam qui hominem dicit, quod rationis capax est, exprimit, & qui rationale vocat, hominem hac voce significat. Apollinaris itaque Deum & hominem nominans, si earum rerum significationes, quæ in divinitate conspiciuntur, hac voce complectitur, profecto nec id quod hominis vocabulo significatur, suis interpretationibus adimere poterit. Sed si homo dicitur, vero prorsus, & non ementito nomine sic appellatur; veram autem hujus nominis significationem esse ex eo demonstratur, quod rationale animal illud sit, quod ita appellatur; ratio autem ex mente prorsus oritur, ita ut si homo est, necessario mente præditus esse dicatur; si vero mente careat, neque homo esse potest.

Ἀλλ' ἄνθρωπος ἦν, τῷ σώματί, φησι, [12] τὴν τῶν ἀνθρώπων ἄδοξον φορέσας μορφήν. Ταῦτα μὲν οἴκοθεν, καὶ οὐκ ἐκ τῆς γραφικῆς ἡμῖν διδασκαλίας προβάλλεται· πλὴν ὡς ἂν καὶ ἀπ' αὐτῶν, ὧν λέγει, πρὸς τοὐναντίον αὐτῷ περιτραπείη τὸ σπουδαζόμενον, οὑτωσὶ τὸν λόγον κατανοήσωμεν. τὴν ἄδοξόν, φησιν, ἐφόρεσε τῶν ἀνθρώπων μορφήν. τίς δόξα ἀνθρώπου πρῶτον ἐπισκεψώμεθα, καὶ οὕτως ἐκ τοῦ

E XXIII. *Sed homo*, inquit, *erat corpore vilem hominum formam gestans*. Hæc de suo, non ex sacræ Scripturæ doctrina nobis obtrudit. Verum ut hæc quoque Appollinaris effata in contrarium atque ipse intendit, convertamus, ita sermonem instituemus. *Ignobilem*, inquit, *gessit hominum formam*. Quænam hominum gloria sit primum videamus, eoque pacto quænam eorumdem ignobilitas sit consequenter intel-

1. Corrector, ὄγκῳ. 2. Corrector, ὁπότερον.
3. Lego, νομίζει.
4. Ita Corrector, prius enim erat, φασί.
5. Corrector addidit particulam ὅτι.
6. Adverbium, ποτὲ, Corrector addidit utroque in loco.
7. Ita Corrector, prius erat, μέν.
8. Secuti sumus heic antiqui Correctoris lectionem; nam in Vaticani codicis textu scribitur, οὐδὲ τὴν βροτικὴν δύναμιν, nullo, ut mihi videtur, sensu, nam ex morte nulla oriri potest in homine δύναμις.
9. Corrector, διανοητικόν τε, καὶ.
10. Corrector, ἐπέδειξεν.
11. Corrector, εἴπερ πάσας τὰς;
12. Corrector, ὁ τὴν.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.



ἀκολούθου τὴν ἀδοξίαν νοήσομεν. οὐκοῦν δόξα ἀνθρώπου ἥγε ἀληθὴς δόξα, ἡ κατὰ ἀρετήν ἐστι πάντως ζωή. τὸ γὰρ εὐχροίᾳ τινὶ, ἢ ὥρᾳ σαρκὸς, ἢ τὸ ἔμπαλιν ἀμορφίᾳ σώματος, τὴν δόξαν τῶν ἀνθρώπων, ἢ τὴν ἀδοξίαν ὁρίζεσθαι, τῶν διατεθρυμμένων ἂν εἴη. εἰ οὖν ἡ ἀρετὴ τὸ ἔνδοξον ἐπ' ἀνθρώπων [1] ὁμολογεῖται, ἡ κακία πάντως [2] τὸ ἄδοξον. ἀλλὰ μὴν, φησι, τὸν Θεὸν ὁ Ἀπολινάριος τὴν ἄδοξον τῶν ἀνθρώπων ὑπεληλυθέναι μορφήν. εἰ οὖν ἐν κακίᾳ τὸ ἄδοξον· κακία δὲ προαιρέσεως αἶσχός ἐστι· προαιρεῖται δὲ ἡ διάνοια· διάνοια δὲ νοῦ [3] τι κίνημα· ἄρα τὴν ἀνθρωπίνην ἀδοξίαν περὶ τὸν Θεὸν βλέπων, οὐκ ἀποσχίζει τῆς διανοίας τὸν ἄνθρωπον, δι' οὗ ὁ Θεὸς τῇ ἀνθρωπίνῃ ζωῇ καθωμίλησε. καὶ συμβαίνει γε τοῦτο ταῖς θείαις γραφαῖς, τὸ, δι' ἡμᾶς αὐτὸν ἁμαρτίαν γενέσθαι, τουτέστιν τὴν ἁμαρτικὴν τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴν πρὸς ἑαυτὸν ἑνῶσαι. Κύριόν, φησιν, ἐν δουλικῷ φανέντα σχήματι· ἆρα [4] ὁ δοῦλος οὗτος, οὗ τὸ σχῆμα ὑπέδυ ὁ Κύριος, ἄρτιος ἦν, ἢ λελώβητο; τὸ γὰρ ἐλλειπές τε, καὶ ἠκρωτηριασμένον κατὰ τὴν τοῦ ζώου συμπλήρωσιν, λώβην ἄν τις εἰκότως προσαγορεύσειεν. οὐκ ἄνθρωπός, φησιν, ἀλλ' ὡς ἄνθρωπος, διότι οὐχ ὁμοούσιος τῷ ἀνθρώπῳ [5] κατὰ τὸ κυριώτατον. εἰ μὴ ὁμοούσιος, ἑτεροούσιος πάντως· ὧν δὲ ὁ λόγος τῆς οὐσίας ἕτερος, τούτοις οὔτε ἡ φύσις κοινὴ, οὔτε ἡ κλῆσις. ἄλλη πυρὸς οὐσία, καὶ ὕδατος ἄλλη, καὶ αἱ προσηγορίαι τῶν δύο, διάφοροι· Πέτρος δὲ καὶ Παῦλος, ἐπειδὴ φύσις μία, καὶ τὸ ὄνομα τῆς οὐσίας κοινόν· ἄνθρωπος γὰρ τούτων ἑκάτερος. εἰ οὖν ἄλλό τι κατὰ τὴν οὐσίαν ἦν, καὶ οὐκ ἄνθρωπος, ἀλλὰ [6] μέχρι τοῦ φαινομένου κατὰ ἄνθρωπον ἐσχηματίζετο, τῇ δὲ ἀληθείᾳ κατὰ τὴν φύσιν παρήλλακτο· λεγέτω πάντα δόκησιν εἶναί τινα, καὶ ἀπατηλὴν φαντασίαν, ψευδὴς κατ' αὐτὸν ἡ βρῶσις, ψευδὴς ὁ ὕπνος, ἀνύπαρκτα πάντα τὰ κατὰ τὰς ἰάσεις θαύματα, οὐ γέγονεν ὁ σταυρὸς, οὐχ ἡ ἐν μνημείῳ θέσις, οὐχ ἡ ἐκ τοῦ πάθους ἀνάστασις· ἀλλὰ δοκήσει μὲν τὰ πάντα ἐφαίνετο, ἦν δὲ κατὰ τὸν τοῦ λογογράφου λόγον τῶν φαινομένων οὐδέν. εἰ γὰρ ἄνθρωπος οὐκ ἦν, πῶς τὰ περὶ αὐτὸν ἱστορούμενα ἦν; πῶς δ' ἂν εἴποι τις εἶναι ἄνθρωπον, τὸν τῆς ἀνθρωπίνης οὐσίας ἀλλότριον; οὐ γὰρ [7] ἦν, φησιν, ὁμοούσιος τῷ ἀνθρώπῳ κατὰ τὸ κυριώτατον· ὁ δὲ τὸ κυριώτατον ἀφαιρῶν τοῦ ἀνθρώπου, τοῦτο δέ ἐστιν ὁ νοῦς, κτῆνος ἀπέδειξε τὸ λειπόμενον. τὸ δὲ κτῆνος, οὐκ ἄνθρωπος. εἶτά φησι, Ταπεινώσαντα [8] σαρκί. ὑπερυψωθέντα δὲ ὑπὸ Θεοῦ τὴν θείαν ὕψωσιν. τουτὶ πάλιν τῶν προλαβόντων μετὰ ἀσεβείας ἀνοητότερον. ἄλλόν φησι τεταπεινῶσθαι, καὶ ἕτερον ὑπερυψῶσθαι. ἡ σάρξ, φησι, τεταπείνωται, καίτοι οὐδὲν τοῦ ταπεινωθῆναι προσδεομένη, ἢ τὸ ταπεινὸν ἐκ φύσεως ἔχουσα. τὴν δὲ θεότητα ὑπερυψῶσθαι λέγει. καὶ μὴν τὸ ὕψιστον ἀνεπιδεὲς τῆς ὑψώσεως. ποῦ τοίνυν ὑπερυψώθη ἡ θεότης, ἡ τοῦ παντὸς ὑπερκειμένη, καὶ ὑπερανεστῶσα πάσης ὑψώσεως; ἀλλὰ τὸ τῇ φύσει ταπεινὸν ὑψοῦται, κἂν ὁ λογογράφος μὴ βούληται, καθὼς μικρῷ πρόσθεν ὁ περὶ τούτων λόγος διῄρηται.

A ligemus. Vera itaque hominis gloria vita est, ad virtutis normam instituta; effœminatorum enim erit ex quadam coloris venustate, vel carnis flore, aut e converso ex corporis deformitate hominum gloriam, vel ignobilitatem metiri. Si itaque gloriam hominis fatemur esse virtutem, eorum ignobilitas prorsus erit vitium. Verumtamen Apollinaris ait, ignobilem hominum formam Deum suscepisse. Si igitur in vitio ignobilitas, vitium autem eligentis voluntatis turpitudo est; eligit autem cogitatio, eaque mentis quidam motus est; qui igitur humanam circa Deum ignobilitatem agnoscit, hominem, per quem in humana vita conversatus est, mente non spoliat. Et hoc sane cum divinarum Scripturarum B eloquiis convenit, ipsum nempe propter nos peccatum esse factum, hoc est, peccatis obnoxiam hominis animam sibi ipsi copulasse: *Dominum*, inquit, *in servili forma apparentem*. Servus iste, cujus formam Dominus induit, omnibus ne numeris absolutus erat, an depravatus? quod enim mancum est, ac partibus ad animalis perfectionem necessariis orbatum, non immerito quis depravatum nuncupaverit. *Non homo*, inquit, *sed ut homo, quia consubstantialis non erat homini ea ex parte, quæ potissima est in homine*. Si non consubstantialis, ergo diversæ omnino substantiæ; in quibus autem ratio est diversa substantiæ, his neque eadem natura, neque idem nomen. Alia est ignis, & alia aquæ substan- C tia, & horum quoque diversa sunt nomina: Petrus autem & Paullus, quoniam unius, ejusdemque naturæ sunt, ideo & commune eorumdem substantiæ nomen habent; uterque enim horum homo est. Si igitur aliud quid Christus substantia erat, non autem homo, & specie quidem tenus hominem referebat, re autem vera secundum naturam differebat ab homine; dicat omnia, quæ de Christo narrantur, vanam quamdam speciem falsamque visionem esse: non verum juxta ejus sententiam cibum, nec verum somnum cepit, quotquot etiam in curandis morbis miracula perpetravit, inanes exstitere visiones, crucifixio nequaquam fuit, nec in monimento depositus est, nec resurrexit; sed ista omnia ita D quidem esse videbantur, re autem vera, juxta Scriptorem nostrum, eorum quæ conspiciebantur, nihil omnino erat. Si enim homo non erat, quomodo, quæ de ipso narrantur exstitere? Qua ratione autem quis eum esse hominem dixerit, qui ab humana substantia alienus est? Neque enim, inquit, consubstantialis est homini secundum potissimam ejus partem. Qui autem potissimam partem, hoc est, mentem aufert ab homine, is quod superest, jumentum esse definit; jumentum autem non est homo. Deinde inquit, *Humiliatum in carne, superexaltatum vero a Deo divina sublimitate*. Hoc rursus ultra impietatem, iis quæ antea protulit, dementius est. Aliud dicit humiliatum fuisse, & aliud su- E perexaltatum. Caro, inquit, humiliata fuit, cum tamen quæ suapte natura humilis est, humiliari opus non habeat; divinitatem vero superexaltari dicit, quamvis quod altissimum est, exaltatione non egeat. Ubi nam igitur superexaltata est divinitas, quæ omnia supereminet, omnemque sublimitatem excedit? sed quod sui natura humile est, exaltatur, velit nolit Scriptor noster, ut in paullo ante habito hisce de rebus sermone disserui.

Πάλιν κατὰ τοὺς ἐν ὕπνῳ παραφθεγγομένους, ἀφεὶς

XXIV. Sed rursus illorum instar, qui in somniis

1. Corrector, ὡμολόγηται.
2. Corrector, ἐστὶ τὸ.
3. Corrector, ἐστί τι κίνημα.
4. Locum hunc usque ad pag. seq. D. lin. 5. partim ad verbum, partim ad sententiam, sæpe laudato Panopliæ titulo decimo tertio inseruit Euthymius pag. 528. Versiculo, *Dominum in servili forma*, cum sequenti cujus initium. *Qui quod maxime*.
5. Corrector, διὰ τό.
6. Ita Corrector, prius erat μὲν χρὴ, vel χρὴ τοῦ φαινομένου. Forte legendum, ἀλλὰ μὲν μέχρι τοῦ φαινομένου.
7. Ita Corrector, antea ἂν φησιν.
8. Corrector, ἑαυτὸν σαρκί.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

τῆς κατασκευῆς τὸ ἀκόλουθον, τοῖς ἡμετέροις λόγοις συγκέχρηται. καὶ ἅπερ ἄν τις εἴποι τῶν ὑγιῶς φρονούντων περὶ τοῦ δόγματος, ταῦτα καὶ αὐτὸς τοῖς ἰδίοις καταμίγνυσι λόγοις. διακρίνει γὰρ τὸ δοξαζόμενον, καὶ τὸν τὴν δόξαν ἔχοντα. Δοξάζεται γάρ, φησιν, ὡς ἄνθρωπος· δόξαν δὲ ἔχει πρὸ τοῦ κόσμου, ὡς Θεὸς προϋπάρχων τῶν αἰώνων. Μέχρι τούτων [1] ἀγνωμονῶν· ἀλλ᾽ εἰ μὲν τούτοις τὰ λεγόμενα παρ᾽ αὐτοῦ περιώριστο, ἴσως ἄν τις αὐτὸν ἐκ μεταμελείας ᾠήθη πρὸς τὰς ἀσεβεστέρας ἐλθεῖν τῶν ὑπολήψεων· νυνὶ δὲ καθάπερ καμπτήν τινα τὴν ὑγιῆ ταύτην διάνοιαν τῷ λόγῳ περιοδεύσας, πάλιν ἐπὶ τὸ τῆς πλάνης ἐπανατρέχει στάδιον, καὶ πολλαῖς καθ᾽ ἡμῶν λοιδορίαις χρησάμενος, καὶ Ἰουδαίοις, καὶ Ἕλλησι τὸ καθ᾽ ἡμᾶς παρισώσας, αὖθις ἐπαναλαμβάνει τῷ λόγῳ τὸν ἔμετον, ὃν ἐν τοῖς προλαβοῦσι φθάσας ἐξήμεσε, τὴν [2] προαιώνιον σάρκα διὰ τῆς ματαιότητος τῶν λόγων τῷ Χριστῷ περιπλάσσων, καὶ λέγων, [3] νοῦν ἔνσαρκον ὄντα τὸν υἱὸν ἐκ γυναικὸς τεχθῆναι, οὐκ ἐν τῇ παρθένῳ σάρκα γενόμενον· ἀλλὰ παροδικῶς δι᾽ αὐτῆς διεξελθόντα, οἷος πρὸ τῶν αἰώνων ἦν, τότε φανερωθῆναι αὐτὸ τὸ φαινόμενον, σάρκινον ὄντα Θεόν, ἢ καθὼς αὐτὸς ὀνομάζει, ἔνσαρκον νοῦν. διό, φησιν, αὐτὸν Κύριον δόξης τὸν ἐσταυρωμένον κατονομάζεσθαι, καὶ Κύριον δυνάμεων παρὰ τῆς προφητείας λέγεσθαι, καὶ τὰς αὐθεντικὰς ἐκείνας καὶ δεσποτικὰς ποιεῖσθαι φωνάς, τό, ἐγὼ λέγω σοι, καὶ ἐγὼ ἐπιτάσσω σοι, καὶ ἐργάζομαι ἐγώ, καὶ ὅσα ἄλλα τῆς ὑψηλοτέρας ἐμφάσεως ἔχεται. τί οὖν ὁ γεννάδας; ποῦ θήσει τὴν θηλήν, τὰ σπάργανα, τὴν ἐπίρρυτον ζωὴν καὶ ἀπόρρυτον, τὴν κατ᾽ ὀλίγον τοῦ σώματος αὔξησιν, τὸν ὕπνον, τὸν κόπον, τὴν τῶν γονέων ἐπιταγήν, τὴν ἀδημονίαν, τὴν λύπην, τὴν ἐπιθυμίαν τοῦ πάσχα, τὴν τοῦ ὕδατος αἴτησιν, τὴν μετουσίαν τῆς βρώσεως, τὰ δεσμά, τὰ ῥαπίσματα, τὰς ἐκ μαστίγων πληγάς, τὴν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἀκανθοφορίαν, τὴν τοῦ κοκκίνου περιβολήν, τὴν διὰ τοῦ καλάμου ὕβριν, τὴν [4] λόγχην, τὸ ὄξος, τοὺς ἥλους, τὴν χολήν, τὴν σινδόνα, τὸν ἐνταφιασμόν, τὸ μνημεῖον, τὸν λίθον; πῶς ταῦτα συναρτήσει τῷ Θεῷ; εἰ γὰρ ὁ ἔνσαρκος αὐτοῦ Θεός, ὅπερ διὰ τῆς Μαρίας ὤφθη, τοῦτο πάντοτε ἦν, καὶ τὸ φαινόμενον θεότης ἦν, πάντα ταῦτα ἡ θεότης πάσχει, θηλάζει, σπαργανοῦται, τρέφεται, κοποῦται, αὔξεται, πληροῦται, κενοῦται, ὑπνοῖ, λυπεῖται, ἀδημονεῖ, στενάζει, δίψης καὶ πείνης αἰσθάνεται, πρὸς τὴν συκῆν [5] τρέχει, ἀγνοεῖ τοῦ δένδρου καὶ τῆς ὥρας τὴν καρποφορίαν, τὴν ἡμέραν, καὶ τὴν ὥραν οὐκ οἶδε, τύπτεται, [6] δεσμεύεται, ῥαπίζεται, ἥλους δι᾽ ἑαυτῆς δέχεται, αἱμάσσει, νεκρὰ γίνεται, ἐνταφιάζεται, μνήματι καινῷ ἐναποτίθεται· ἆρα συντίθεται οἰκεῖα καὶ κατὰ φύσιν εἶναι τῇ προαιωνίῳ θεότητι ταῦτα, καὶ μὴ ἀνατραφῆναι, εἰ μὴ ἐθήλασε, μηδ᾽ ἂν ὅλως ἐν τῷ ζῆν εἶναι, μὴ [7] τῷ διαπνευσθέντι τῆς δυνάμεως, τῆς τροφῆς μετουσίᾳ παρεμυθήσατο; πῶς δὲ καὶ ἀγνοεῖ ὁ ἔνσαρκος αὐτοῦ Θεὸς τὴν ἡμέραν καὶ τὴν ὥραν ἐκείνην; πῶς δὲ οὐκ ἐπίσταται τὸν τῶν συκῶν καιρόν, ὅτι κατὰ τὸ πάσχα [8] οὐχ᾽ ἂν ἐφάρε-

A perverse loquuntur, eo prætermisso, quod consequens erat, ut probaret, verba nostra usurpat, & quæ recte de fide sentientium aliquis diceret, hæc & ipse propriis immiscet sermonibus. Id enim, quod glorificatur, ab eo qui gloriam possidet, discernit. *Glorificatur enim*, ait, *ut homo; gloriam vero habet antequam mundus conderetur, utpote Deus ante secula exsistens*. Hactenus quidem recte sentiens: atqui si intra hosce tantum terminos Scriptoris dicta consisterent, fortasse aliquis ipsum pœnitentia ductum ad rectæ fidei magis conformes accessisse sententias censuerit: nunc vero illorum instar, qui per flexuosas, & in se redeuntes vias incedunt, sanam hanc rectamque sententiam verborum conversione comple-
B ctens, mox in idem erroris stadium recurrit, multisque adversus nos convitiis usus, & cum Judæorum, tum ethnicorum erroribus fidem nostram æquiparans, sordes, quas in antecedentibus evomuerat, sequenti sermone resorbet, dum carnem sæculis antiquiorem, suorum vanitate verborum Christo affingit, dicens, Filium, qui carne prædita mens erat, ex muliere genitum fuisse; non quod in Virgine caro factus fuerit, sed quod per ipsam, quasi per canalem, transiens, talis tunc exterius apparuerit, qualis ante sæcula erat, carnalis, videlicet, Deus, & ut ipse loquitur, mens carne prædita; quamobrem subdit, ipsum Cruci suffixum Dominum gloriæ nuncupari, & a Propheta Dominum potestatum dici;
C indeque fieri, ut voces illas imperii & potestatis indices proferat, nempe, Ego dico tibi, & Ego præcipio tibi, & Ego operor, & quotquot alia subliminiorem speciem præseferunt. Quid igitur eximius iste vir dicet? Ubi nam ponet materni lactis haustum, pannos quibus involutus fuit, crescentem atque decrescentem vitam, corporis incrementum paulatim factum, somnum, laborem, parentibus obtemperationem, mærorem, tristitiam, Paschatis comedendi desiderium, aquæ postulationem, cibi sumtionem, vincula, alapas, plagas flagellis inflictas, spinas capite gestatas, coccineum indumentum, contumeliam arundine illatam, lanceam, acetum, clavos, fel, sindonem, sepulturam, monimentum, lapidem
D eidem superimpositum? Quomodo hæc Deo aptabit? Si enim carneus ejus Deus id semper erat, quod ex Maria apparuit, & quod apparuit divinitas erat; hæc omnia divinitas patitur, lac sugit, pannis involvitur, nutritur, laborat, crescit, impletur, excrementa egerit, dormit, tristitia atque mærore afficitur, suspirat, famem, sitimque sentit, [a] ad ficum currit, arboris illius fructus, eorumque tempus ignorat, diem atque horam nescit, verberatur, vinculis constringitur, alapis cæditur, clavis configitur, sanguinem fundit, moritur, sepelitur, in novo monimento collocatur. Numquid hæc omnia divinitati ante sæcula exsistenti propria & connaturalia esse concedit, eamque corporis incrementum recepturam non
E fuisse fatetur, nisi lactasset, nec prorsus vivere potuisse, ni vires collapsas cibi sumtione reparasset? Quomodo etiam carneus ejus Deus diem horamque illam ignorat? Quomodo nescit ficorum tempus, & quod imminente Paschate fructus ad vescendum aptus illa in arbore non inveniretur? Dicat, quisnam est

a Marc. XI. 13.

1. Corrector emendasse videtur, ἀγνώμων; ejus enim emendatio, obscuris quibusdam linearum ductibus exprimitur, non potest clare legi in codice Vaticano.

2. Corrector, τὴν προαιώνιον ἐκείνην σάρκα.

3. Exstat apud Euthymium Zigabenum in parte secunda Panopliæ dogmaticæ tit. 13. inter alia excerpta ex hoc Nysseni opere, locus quidam pag. 527. Versiculo, *Nunc ait*, cujus nonnulla tantum verba hic reperiuntur; cetera vero nec hic, nec in reliquo opere apparent: at nihilominus censendum est, multa ibi de suo Euthymium addidisse, cum suspicari nemo possit, mutilum aut mancum esse exemplar illud, ex quo egregium hoc Nysseni opus primi in lucem edimus.

4. Corrector, primo loco ponit χολήν, secundo loco λόγχην.

5. Corrector, ἔρχεται.

6. Corrector, δεσμεῖται.

7. Corrector, τὸ διαπνευσθέν, & mox παραμυθούμενον. Sed potius legendum videtur εἰ μὴ τὸ διαπνευσθὲν &c.

8. Ita Corrector, antea, οὐκ εὑρεθείη.



θείη τῷ δένδρῳ καρπὸς εἰς ἐδωδὴν ἐπιτήδειος; τίς ὁ ἀγνοῶν, εἰπάτω; τίς ὁ λυπούμενος; τίς ὁ ἐν ἀμηχανίᾳ στενοχωρούμενος; τίς ὁ ἐγκαταλελεῖφθαι παρὰ τοῦ Θεοῦ βοήσας; εἰ μία θεότης Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, καὶ παρὰ τίνος ἡ ἐγκατάλειψις γίνεται, ἣν ἐπὶ τῷ σταυρῷ ἐξεφώνησεν; εἰ γὰρ τὸ πάσχον ἡ θεότης· μιᾶς δὲ εἶναι θεότητος τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν οἱ εὐσεβοῦντες συντίθενται· φησὶ δὲ ὁ πάσχων, ὅτι Θεέ μου, Θεέ μου, ἵνα τί με ἐγκατέλιπες; πῶς [1] μία οὐσία ἡ θεότης ἐν τῷ πάθει μερίζεται, καὶ ἡ μὲν καταλείπει, ἡ δὲ καταλείπεται· ἡ μὲν ἐν θανάτῳ γίνεται, ἡ δὲ [2] ἐν ζωῇ διαμένει· ἡ μὲν νεκροῦται, ἡ δὲ τὸ νεκρωθὲν διανίστησιν; ἢ γὰρ οὐχ ὁμολογήσει μίαν ἐπὶ Πατρός τε καὶ Υἱοῦ τὴν θεότητα, καὶ συνήγορος Ἀρείου διὰ τοῦτο ἀναφανήσεται. ἤ, εἴπερ Ἀρείῳ μαχόμενος, μίαν λέγοι, οὐδὲ ἑαυτῷ πάντως συνθήσεται, στῆσαι τὸν ἀναπλασθέντα μῦθον ἐν ἑαυτῷ μὴ δυνάμενος· ἀλλὰ κατ' ἀνάγκην τὰς ἐμπαθεῖς ταύτας καὶ ταπεινοτέρας φωνάς τε, καὶ διαθέσεις τῷ ἀνθρωπίνῳ προσμαρτυρήσει, ἄτρεπτόν τε καὶ ἀπαθῆ τοῦ Θεοῦ τὴν φύσιν, καὶ ἐν τῇ κοινωνίᾳ τῶν ἀνθρωπίνων παθημάτων διαμεμενηκέναι συνθήσεται. καὶ τούτων μάρτυς αὐτὸς, ὁ εἰπὼν περὶ αὐτοῦ· ὅτι δοξάζεται μὲν, ὡς ἄνθρωπος, ἐξ ἀδοξίας ἀναβαίνων, ἔχει δὲ τὴν δόξαν πρὸ τοῦ κόσμου, ὡς Θεὸς προϋπάρχων· ἡ γὰρ ἀδοξία πάντως, ἡ παθητὴ τῆς σαρκὸς φύσις ἐστί· δόξα δὲ ἄρα αἰώνιος, ἡ ἀπαθής τε καὶ ἀκήρατος δύναμις.

Ὡς δ' ἂν μὴ συκοφαντεῖν ἐν τοῖς εἰρημένοις δοκοίημεν, αὐτῶν τῶν [3] κατὰ νοῦν ἡμῖν προεξετασθέντων καὶ τὴν λέξιν ἐκθήσομαι. Ἕλληνες [4] γάρ, φησι, καὶ Ἰουδαῖοι προφανῶς ἀπιστοῦσι, μὴ καταδεχόμενοι Θεὸν ἀκούειν τὸν ἐκ γυναικὸς τεχθέντα. διὰ τί νῦν ἐν τῷ τόπῳ τὴν σάρκα παρεσιώπησε, καίτοι τὸ γεγεννημένον ἐκ τῆς σαρκὸς σάρξ ἐστι πάντως, καθώς φησί που ὁ Κύριος; ἀλλ' ἐπειδὴ βούλεται αὐτὴν τὴν τεχθεῖσαν σάρκα θεότητα εἶναι, καὶ κατασκευάσαι οὐκ ἐν σαρκὶ πεφηνέναι τὸν Θεὸν, λέγει, Ἀλλὰ Θεὸν ἔνσαρκον πρὸ αἰώνων ὄντα, μετὰ ταῦτα διὰ γυναικὸς τετέχθαι, καὶ πρὸς τὴν τῶν παθημάτων πεῖραν, καὶ [5] πρὸς τὴν τῆς φύσεως ἀνάγκην ἐλθεῖν. καὶ ταῦτα λέγων, οὐ δίδωσιν αὐτῷ οὐδὲ τὸ ἄνθρωπον εἶναι· ἀλλὰ τοῖς μὲν πάθεσιν ὑπάγει ὡς ἄνθρωπον, τῆς δὲ ἀνθρωπίνης οὐ μεταδίδωσι φύσεως· πῶς γὰρ ἄνθρωπος τὸ μὴ ἐκ γῆς εἶναι λεγόμενον; ἐκ γὰρ τοῦ Ἀδὰμ λέγει ἡ γραφὴ τὸ ἀνθρώπινον γενέσθαι, καὶ πρῶτον ἐκεῖνον διὰ τῆς θείας δυνάμεως ἐκ γῆς φῦναι· διὰ τοῦτο καὶ ὁ Λουκᾶς τὸν νομιζόμενον τοῦ Ἰωσὴφ υἱὸν γενεαλογῶν, φησι, τοῦ Ἀδὰμ, ἐξάπτων καθ' ἕκαστον τῶν πατέρων τὴν ἀρχὴν τῆς γενέσεως. ὁ τοίνυν μὴ ἐκ τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων γενόμενος, ἄλλό τι πάντως ἐστὶ, καὶ οὐκ ἄνθρωπος. ὁ οὖν μήτε ἄνθρωπος, τῷ μηδὲν ἔχειν τοῦ ἀνθρωπίνου γένους, μήτε Θεὸς, τῷ μὴ εἶναι ἀσώματος, ἐκεῖνος ὁ ἔνσαρκος τοῦ λογογράφου Θεὸς τί ἂν εἴη, λεγέτωσαν οἱ τῆς ἀπάτης αὐτοῦ μαθηταὶ, καὶ συνήγοροι. Ἀλλ' ἐδέξαντο ἄν, φησιν, Ἕλληνες, καὶ Ἰουδαῖοι, εἴπερ ἄνθρωπον ἔνθεον εἶναι τὸν τεχθέντα ἐλέγομεν, ὥσπερ Ἡλίαν· καὶ τίς τῶν Ἑλλήνων τὰ κατὰ τὸν Ἡλίαν θαύματα ὡς ἀληθῆ παρεδέξατο; ὅτι πῦρ διχῇ τῷ σχήματι τυπωθὲν, τὸ μὲν εἰς ἅρματος εἶδος, τὸ δὲ εἰς ἵππων μορφὴν, τὴν ἐναντίαν τῇ οἰκείᾳ φύσει κινεῖται φορὰν, ἄνωθεν ἐπὶ

A ille, qui ignorat? Quisnam tristitia afficitur? Quisnam consilii inopia in angustias adducitur? Quisnam se a Deo derelictum fuisse clamat? Si una est Patris Filiique divinitas, a quonam derelinquitur, quemadmodum in Cruce clamavit? Si enim patiebatur divinitas; unam autem esse Patris & Filii divinitatem rectæ fidei cultores confitentur; & qui patiebatur ait, [a] *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me*; quomodo una divinitatis substantia in passione dividitur, & alia quidem derelinquit, alia vero derelinquitur; alia quidem moritur, alia in vita permanet; alia quidem necatur, alia vero, quod obiit, a mortuis excitat? Vel enim unam non esse fatebitur Patris, & Filii divinitatem, & per hæc Ario B astipulari deprehendetur; vel si Arium oppugnans unam eamdemque divinitatem utriusque esse dicat, a se ipso prorsus dissentiet, cum nullo pacto possit efficere, ut ne fabula a se conficta undique nutet; sed humiliores hasce, & ad concitationem motumque animi pertinentes tum voces, tum affectiones humanitati adscribet; divinam vero naturam in ipsa humanarum affectionum communione omnis perturbationis affectusque immunem, nullique mutationi obnoxiam perstitisse consentiet. Hujus autem rei testis est vel ipse Apollinaris, qui de Filio loquens, ait, *Glorificatur quidem ut homo, ex ignobilitate sursum evectus; gloriam vero possidet ante mundi opificium, ut Deus, ante omnia existens*. Nam ignobilitas prorC sus est, patibilis natura carnis: æterna itaque gloria erit impatibilis potentia, atque immortalis.

XXV. Verum ne quis nos in his, quæ diximus, calumniari existimet, ipsiusmet Apollinaris verba referam, in quorum sensum modo inquisivimus. *Ethnici enim*, inquit, *& Judæi manifeste infideles sunt, utpote qui Deum ex muliere genitum vel fando audire renuunt*. Cur nunc de partu loquens, carnem silentio præteriit, quamvis [b] *quod natum est ex carne, caro omnino sit*, ut alicubi Dominus ait? Sed quoniam ipsam carnem, quæ ex muliere nata est, divinitatem esse vult; ac insuper adstruere intendit, Deum in carne manifestatum non fuisse, idcirco dicit, *Sed Deum carne* D *ante secula præditum, postea ex muliere genitum fuisse, & ad passionum experimenta, ceterasque humanæ naturæ necessitates subeundas in mundum venisse*. Hæc autem afferens nec ipsi hominem esse largitur; sed passionibus quidem subdit, ut hominem, humanam vero naturam eidem non impertitur. Quonam enim pacto homo esse poterit, quod e terra non esse dicitur? Ex Adam enim ait Scriptura humanum genus ortum habuisse, eumque primum e terra creatum divina virtute fuisse: quapropter & Lucas, Christi qui putabatur Josephi filius esse, genealogiam texens, ait, [c] *Qui fuit Adam*, per singulos Patres ordinata serie generationis ejus initium repetens. Porro qui ex hominum genere non oritur, non homo, sed aliud E quid omnino est. Cum itaque carneus ille nostri Scriptoris Deus neque homo sit, utpote qui nihil humani generis habeat; neque Deus cum incorporeus non sit; quidnam revera sit, dicant ejus erroris discipuli, atque defensores. *Sed nobis assentirentur*, inquit, *Ethnici atque Judæi, si eum, qui natus est, divinum hominem esse diceremus, quemadmodum Eliam*. Sed quis ethnicorum, quæ de Elia narrantur miracula [d] pro veris habuit, ignem nempe duplici forma indutum, alium quidem currus, alium vero equorum specie, e cælo deorsum versus delatum, alieno ab ejus

a Matth. xxvii. 46. b Joan. III. 6. c Luc. III. 38. d iv. Reg. II.

1. Corrector, μία ἴσα.
2. Corrector, ἐν τῇ ζωῇ.
3. Corrector, κατὰ τὸν νοῦν.
4. Corrector, μὲν γάρ.
5. Corrector, κατὰ τὴν αὐτ.



τὸ κάτω φερόμενον, καὶ ὅτι μετάρσιος ἐπὶ τοῦ φλογίνου ἅρματος ἡνιοχῶν τὸ πῦρ ὁ Ἠλίας, ἀπαθὴς ἐν τῇ φλογὶ διασώζεται, τοῦ πυρὸς τὸ πῦρ ἕλκοντος, τοῦ ἐν τοῖς ἵπποις τὸ ἐν τῷ ἅρματι; εἰ γὰρ ταῦτά τις δέξαιτο καθ' ὃν δεῖ τρόπον, δι' αὐτῶν δὴ τούτων [1] τὸν λόγον πρὸς τὴν τοῦ μυστηρίου παραδοχὴν [2] ἀναδειχθήσεται, τυπικήν τινα προφητείαν περὶ τῆς τοῦ Κυρίου ἐνανθρωπήσεως ἐν τῷ διηγήματι βλέπων, διὰ τῶν γεγονότων προτυπουμένην· ὡς γὰρ ἀνωφερὲς ὂν τῇ φύσει τὸ πῦρ, θείᾳ δυνάμει πρόσγειον γίνεται· ὁ δὲ Ἠλίας περισχεθεὶς τῷ οὐρανίῳ πυρὶ, πάλιν πρὸς τὴν κατὰ φύσιν ἐπανατρέχοντι κίνησιν, καὶ αὐτὸς συνεπαίρεται· οὕτως ἄϋλός τις [3] οὐσία, καὶ ἀειδὴς, ἡ τοῦ ὑψίστου δύναμις, τὴν δουλικὴν μορφὴν, τὴν διὰ τῆς παρθένου B ὑπόστασιν, διαλαβοῦσα, πρὸς τὸ ἴδιον ὕψος ἀνήγαγεν, εἰς τὴν θείαν τε καὶ ἀκήρατον μεταστοιχειώσασα φύσιν· ὥστε ὁ πρὸς τοῦτο δυσπειθῶς ἔχων, οὐδ' ἂν τῇ κατὰ τὸν Ἠλίαν θαυματοποιΐᾳ προσθοῖτο· ὁ δὲ ἐν ἐκείνῳ προκαταμαθὼν σκιαγραφηθεῖσαν τὴν ἀλήθειαν, οὐδ' ἂν πρὸς αὐτὴν τὴν ἀλήθειαν ἀντιτύπως ἔχοι.

A natura impetu moveri; & Eliam, ignem aurigæ instar moderantem, flammeo in curru sursum evectum, illæsum in igne servari, igne ignem trahente, eo scilicet qui equos exprimebat, illum qui currus speciem repræsentabat? Si quis enim hæc eo quo decet pacto accipiat, ex hac utique Eliæ historia accommodatam ad suscipiendum incarnationis mysterium rationem eliceret, quamdam de Christi incarnatione prophetiam in eadem narratione, per ea quæ Eliæ contigerunt, præfiguratam agnoscens. Nam quemadmodum ignis, cum suapte natura sursum tendat, divina potestate contrario motu terram versus defertur, & ipse Elias cælesti igne, naturalem motum sursum recipiente, circumfusus, cum illo in altum tollitur; B ita materiæ & cujusvis formæ expers essentia, Altissimi videlicet virtus, servilem formam, eam nempe quam ex Virgine habuit substantiam accipiens, illam ad propriam sibi sublimitatem evexit, in divinam atque immortalem naturam transmutans; ita ut qui hæc non credit, neque etiam Eliæ miraculis fidem habiturus sit, qui vero in eodem Elia adumbratam fuisse veritatem antea didicerit, ipsimet veritati non admodum sit repugnaturus.

Εἶτα ἐφ' ἡμᾶς στρέφει τὴν λοιδορίαν, τοὺς μὴ παραδεχομένους αὐτοῦ τὸν ἀναπλασθέντα μῦθον, καὶ φησίν. Οἱ δὲ ἐν σχήματι πίστεως ἄπιστοι τῷ ἐκ γυναικὸς τεχθέντι Θεῷ, καὶ σταυρωθέντι πρὸς Ἰουδαίων, ὁμοίως ἐκείνοις ἐπαισχύνονται· ([4] διὸ καὶ αὐτὸς C ἐπαισχυνθήσεται αὐτούς.) τὸ μὲν οὖν ἀραῖς κατὰ τῶν ὑπεναντίων χρῆσθαι, τίς οὐκ οἶδεν, ὅτι τῶν ἀτονούντων ἐστὶ, περὶ ἃ σπουδάζουσιν, ἴδιον; ἡμεῖς δὲ τοσοῦτόν φαμεν, ὅτι δύο προκειμένων βαράθρων, ἔνθεν μὲν τοῦ κατὰ τὸν Ἀπολινάριον, ἑτέρωθεν δὲ τοῦ κατὰ τὸν Ἄρειον πτώματος, ἴσον μὲν [5] καθ' ἕτερον τοῖς καταπίπτουσίν ἐστι τὸ σύντριμμα· πλὴν ἐν κακῶν ἐκλογῇ, κουφότερον δοκεῖ τὸ κατὰ τὸν Ἄρειον κλάσμα. ἀμφότεροι μὲν γὰρ πρὸς τὸ ταπεινότερον τὴν ἀκήρατον τοῦ μονογενοῦς φύσιν καθέλκουσιν· ἀλλ' ὁ μὲν Ἄρειος τῇ ἀσωμάτῳ τῶν Ἀγγέλων φύσει προσοικειοῖ τὸν τῶν Ἀγγέλων δεσπότην, κατὰ τὸ ἴσον ἠλαττῶσθαι τῆς τοῦ ἀκτίστου φύσεως, καὶ τοῦτον κἀκείνους διὰ κτίσεως εἶναι ἀποφηνάμενος· [6] οὗτος D δὲ τοσοῦτον ἐπιτείνει τὴν ἀτοπίαν, ὥστε καὶ ἀνθρώπῳ τῷ παρ' Ἀγγέλους ἠλαττουμένῳ κρίνειν ὁμότιμον, καὶ σαρκώδη εἶναι τὴν φύσιν αὐτοῦ διορίζεσθαι. ὅσῳ δὲ κρείττων τῶν σωμάτων ἡ ἀσώματος φύσις, τοσοῦτον ἡ κατὰ Ἄρειον ἀσέβεια, τῆς Ἀπολιναρίου πλάνης αἱρετωτέρα. τίς οὖν ἐν σχήματι πίστεως ἄπιστος, [7] ἑρμηνεύων τὸ ἐκ τῆς παρθένου μυστήριον; προθήσω γὰρ τῷ κοινῷ τήν τε κωμῳδουμένην ἡμῶν παρὰ τοῦ λογογράφου πίστιν, καὶ τὴν ἐκείνου ὑπόληψιν. ἡμεῖς γάρ φαμεν· ὅτι ἄϋλός τε καὶ ἀειδὴς, καὶ ἀσώματος κατ' οὐσίαν [8] Θεὸς ὢν, οἰκονομίᾳ τινὶ φιλανθρώπῳ πρὸς τῷ τέλει τῆς τοῦ παντὸς συμπληρώσεως, ἤδη τῆς κακίας [9] εἰς τὸ ἀκρότατον αὐξηθείσης, τότε ἐπὶ καθαιρέσει τῆς ἁμαρτίας, τῇ ἀνθρωπίνῃ κατακιρνᾶται φύσει, E [10] οἷόν τις ἥλιος ἐν γνοφώδει σπηλαίῳ εἰσοικιζόμενος, καὶ διὰ τοῦ φωτὸς ἐξαφανίζων τῇ παρουσίᾳ τὸ σκότος. τὸν γὰρ ἡμέτερον ῥύπον εἰς ἑαυτὸν ἀναλαβὼν, οὐκ αὐτὸς ἐμμολύνεται τῷ μιάσματι· ἀλλ' ἐν ἑαυτῷ καθαρίζει τὸν ῥύπον. τὸ γὰρ φῶς, φησιν, ἐν τῇ σκοτείᾳ ἔλαμψεν· ἡ δὲ σκοτία αὐτὸ οὐ κατέλαβεν. ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῆς ἰατρείας γί-

XXVI. Deinde adversus nos, qui fabulam ab ipso confictam explodimus, sua convicia convertit his verbis: *Qui autem fidei specie infideles sunt, Deum ex muliere genitum, & a Judæis crucifixum, similiter atque Ethnici erubescunt; quare & ipse eos erubescet.* Atqui maledictis contra adversarios uti, quis ignorat eorum esse, qui quod sibi proposuerunt, perficere non possunt? Nos vero tantum dicimus, duobus propositis errorum barathris, ex una quidem parte Apollinaris, ex altera vero Arii, æque illos lædi, qui in alterutrum cadunt; nisi quod in malorum delectu, minus lædi videantur, qui in Arianum errorem dilabuntur. Uterque enim immortalem unigeniti naturam ad id, quod humilius est, deprimit: sed Arius quidem incorporeæ Angelorum naturæ Dominum Angelorum æquiparat, & tam hunc, quam illos per creationem exstitisse, & increata natura ex æquo minores esse pronunciat. Hic autem eousque insaniam promovet, ut Christum non amplioris quam hominem, qui Angelis inferior est, dignitatis esse judicet, ejusque naturam carneam esse definiat. Quanto autem præstantior est corporibus incorporea natura, tanto minus absurda Apollinaris errore est Arii impietas. Quisnam igitur est, qui dum Incarnationis ex Virgine mysterium exponit, fidei specie infidelis apparet? Omnium autem oculis nostram fidem, ab Apollinare derisam, ejusque opinamenta subjiciam. Nos enim dicimus, Deum cum sua substantia, materiæ expers, invisibilis, & incorporeus exsistat, benigna quadam erga homines dispensatione, vergente ad consummationem sæculo, malitia jam ad summum provecta, tunc ad peccatum delendum cum humana temperatum fuisse natura, quemadmodum si quis solem in tenebrosam speluncam induceret, & luminis præsentia tenebras dissiparet. Nostras enim sordes in semet ipso assumens, earum spurcitiis non inquinatur; sed in se ipso sordes purificat. [a] *Lux enim*, inquit, *in tenebris luxit, & tenebræ eam non comprehenderunt:* id quod & in medendi arte accidit; siquidem curatione morbo adhibita, ægritudo evanescit, non

[a] Joan. I. 5.

1. Corrector, τῶν λόγων:
2. Corrector, ἐνδειχθήσεται.
3. Corrector, ὅσα.
4. Quæ semicirculis includuntur, Corrector addidit.
5. Corrector, καθ' ἑκάτερον.
6. Corrector, οὑτοσί.
7. Corrector, ὅπως ἑρμηνεύων,
8. Corrector, ὁ Θεός.
9. Corrector, πρός τό.
10. In Vaticano codice erat οἷόν τις ἥλιον γνοφώδει. Corrector autem emendavit ἥλιος ἐν ζοφώδει, & in margine eadem veteri manu scribitur γρ. καὶ λύχνος, ut sensus sit, tam ἥλιος, quam λύχνος eo in loco legi posse.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

νεται. ἐπαχθείσης γὰρ τῷ νοσήματι τῆς ἰάσεως, εἰς ἀφανισμὸν μεταχωρεῖ τὸ ἀῤῥώστημα, οὐκ εἰς τὴν ἰατρικὴν τέχνην ἀντιμεθίσταται. οὗτος ὁ ἡμέτερος λόγος· ὁ δέ φησιν, ἔνσαρκον [1] εἶναι τὸ καταρχὰς τὸν Θεὸν, καὶ οὕτως ἐπ᾽ ἐσχάτων ἡμερῶν τὸ τεχθὲν ἐκεῖνο τὸ ὁρατὸν, καὶ ψηλαφητὸν σῶμα, τὸ διὰ τῆς ἀνθρωπίνης τροφῆς ταῖς κατ᾽ ὀλίγον προσθήκαις αὐξανόμενον, ἐκεῖνο εἶναι, ὃ πρὸ τῶν ὄντων ἁπάντων ἦν, ὃ καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἐποίησε, καὶ πᾶσαν κτίσιν ὁρατήν τε, καὶ ἀόρατον, ὃ καὶ τοῦ κόπου αἰσθάνεται, καὶ ἐν ἀδημονίᾳ θανάτου δέχεται πεῖραν. οὐκ οἶδα πῶς ὁ σοφὸς, ὅτε μὲν οἱ οὐρανοὶ, καὶ ἡ γῆ, καὶ πάντα τὰ ἐν τῇ κτίσει συνίστατο θαύματα, κόπον οὐδένα προσμαρτυρῶν τῷ ποιήσαντι, ἵνα δὲ διέλθῃ ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας ἐπὶ τὴν Γαλιλαίαν, ἐν κόπῳ αὐτὸν γεγενῆσθαι λέγων· καὶ τοῖς μὲν Ἰσραηλίταις στρέφειν τὴν πέτραν εἰς λίμνας ὑδάτων, αὐτὸν δὲ πιεῖν αἰτεῖν παρὰ γυναικὸς σαμαρείτιδος· καὶ ἐν τεσσαράκοντα ἔτεσι μὴ κάμνειν, τοσαύταις μυριάσι τὴν οὐρανίαν τροφὴν ἐπιχέοντα, αὐτὸν δὲ πρὸς τὴν συκῆν δραμεῖν ἐλπίδι βρώσεως, τῆς μὴ οὔσης. τοιαύτης οὔσης παρ᾽ ἑκατέροις τῆς τοῦ δόγματος ὑπολήψεως, ὁ συνετὸς ἀκροατὴς ἐφ᾽ ἑαυτοῦ κρινέτω, τίς ὁ σχήματι πίστεως ἄπιστος.

in medicam artem transfertur. Hæc nostra sententia est. At iste carneum ab initio Deum esse ait, atque ita corpus visibile & palpabile, quod in ultimis diebus ex muliere genitum est, & paullatim factis humano alimento accessionibus crevit, non aliud esse putat quam illud, quod ante creata cuncta exsistebat, quod hominem ceterasque res tam visibiles, quam invisibiles condidit, quod & defatigationem sentit, & in animi tristitia mortis experimentum capit. Nescio autem quomodo sapiens iste, cum cælum, terra, cunctaque alia admiranda, in rerum creatione condita sunt, nihil laboris eorum factorem subiisse testetur: cum autem e Judæa in Galilæam ivit, ipsum in labore fuisse dicat, & Israelitis quidem petram in stagna aquarum convertisse, eumdem vero a Samaritana muliere aquæ potum postulasse; & qui per quadraginta annos cælestem cibum tot tantisque Judæorum myriadibus profundens, non defatigatus fuit, illum ipsum spe cibi, qui non aderat, ad ficum cucurrisse. Hæc cum sit utriusque partis circa fidem sententia, prudens cordatusque auditor secum ipse judicet, uter fidei specie sit infidelis.

Ἀλλά, φησι, λέγειν ἡμᾶς, ὅτι ὁ σταυρωθεὶς οὐδὲν εἶχε θεϊκὸν ἐν τῇ ἑαυτοῦ φύσει, οὐδὲ αὐτὸ τὸ κυριώτατον, ὅ ἐστι πνεῦμα. πρὸς δὲ τὴν τοιαύτην συκοφαντίαν πρόχειρος ἡ ἐκ τῆς ἀρνήσεώς ἐστιν ἀπολογία. εἰ γὰρ τὸ πνεῦμα νοῦν ὁ Ἀπολινάριος οἴεται, οὐδεὶς τῶν Χριστιανῶν λέγει, τὸν ἀνακραθέντα τῷ Θεῷ ἄνθρωπον ἥμισυν εἶναι· ἀλλ᾽ ὅλον προσφῦναι τῇ θείᾳ δυνάμει. πᾶσιν οὖν ἂν ἐθέλῃ τις τὰ μέρη τοῦ ἀνθρώπου προσαγορεύειν ὀνόμασι, εἴ τε νοῦν, εἴτε πνεῦμα, εἴτε καρδίαν· λέγεται γὰρ παρὰ τῆς γραφῆς ἐπὶ τοῦ ἡγεμονικοῦ τὰ τρία· τὸ, καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοὶ ὁ Θεός· καὶ, ὁ νοήμων κυβέρνησιν κτήσεται· καὶ, οὐδεὶς οἶδε τὰ τοῦ ἀνθρώπου, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα, τὸ ἐν αὐτῷ. οὔτε οὖν [2] ἄπνους, οὔτε ἄνους, οὔτε ἀκάρδιος τῇ ἐπισκιάσει τῆς τοῦ ὑψίστου δυνάμεως, [3] καὶ ἐπελεύσει τοῦ ἁγίου Πνεύματος. οὐκοῦν οὐ πρὸς ἡμᾶς ἂν βλέποι ἡ λοιδορία, ὡς τὸν ἄνθρωπον ἐκεῖνον οὐκ ἔχοντα ἐν ἑαυτῷ τὸ πνεῦμα, ὅ ἐστιν ὁ νοῦς, γεγενῆσθαι λέγοντας· ἀλλὰ πρὸς αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν τῆς λοιδορίας ἐργάτην, τὸν τοῖς ἰδίοις ὀνείδεσιν ἡμᾶς βάλλοντα. ὁ γὰρ πνεῦμα τὸν νοῦν ὀνομάζων, μὴ ἔχειν δὲ νοῦν τὸν κατὰ Χριστὸν ἄνθρωπον λέγων, ἐκεῖνός ἐστιν, ὁ μὴ ἔχειν πνεῦμα κατασκευάζων τὸν Κύριον. ἀλλὰ τί τὸ ἐπαγόμενον ἔγκλημα; φησὶν ἐκεῖνος, ἀδικεῖν ἡμᾶς τοῦτο λέγοντας, ὅτι ὑπὲρ [4] τὴν αὐτοῦ φύσιν ὁ ἄνθρωπος ἔσχε τι μεῖζον ἕτερον, τὴν [5] ἐν αὐτῷ κατοικοῦσαν θεότητα. εἰ δὲ τοῦτο ἐν ἐγκλήμασι τίθεται, οὐ φεύγομεν τὴν κατηγορίαν, τῷ Ἀποστόλῳ συνεκβαλλόμενοι. παρ᾽ αὐτοῦ γὰρ [6] τὸ τοιοῦτον μαθόντες, πιστεύομεν, ὅτι Θεοῦ μορφὴ κατὰ τὸ νοούμενον ([7] ὑπάρχων, ἐν δούλου μορφῇ κατὰ τὸ φαινόμενον) γίνεται. εἰ δὲ προτιμοτέρα ἡ θεία μορφὴ τοῦ δουλικοῦ προσώπου, οὐχ᾽ ὁμότιμον πάντως τῷ κρυπτῷ τὸ φαινόμενον. οὐκοῦν τὸ κατὰ σάρκα βλεπόμενον, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναναστρεφόμενον, εἶχέ τι ἐν ἑαυτῷ ἑαυτοῦ τιμιώτερον, ὅπερ ὁ λογογράφος ἔγκλημα ποιεῖται κατὰ τῆς πίστεως. ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῷ, φησὶν ὁ Ἀπόστολος, κατοικεῖν πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς· ὁ δὲ ἐν αὐτῷ εἰπὼν, οὐ τὸ ἥμισυ τοῦ δηλουμένου ἐσήμανεν, ἀλλ᾽ ὅλον τὸ ὑποκείμενον τῇ

XXVII. Sed nos affirmare ait, eum qui crucifixus fuit in sua ipsius natura nil divinum habuisse, nec illud ipsum, quod potissimum est, nempe spiritum. Sed adversus hanc calumniam petita ex negatione defensio in promtu est. Si enim Apollinaris spiritum mentem esse putat, nullus Christianorum dicit hominem Deo contemperatum, media sui parte hominem esse; sed integrum hominem adjunctum fuisse divinæ virtuti. Quibuscumque igitur quis hominis partes nominibus appellare voluerit, sive mentem, sive spiritum, sive cor, (hæc enim tria de principali hominis parte dicuntur, nempe, [a] *Cor mundum crea in me Deus*, &, [b] *Intelligens gubernacula possidebit*. &, [c] *Nemo scit quæ sunt hominis, nisi spiritus qui in ipso est*) certe quidem, nec sine spiritu, nec sine mente, nec sine corde, per obumbrationem virtutis Altissimi, & superventum Spiritus sancti Christum fuisse dicimus. Ad nos itaque convicium non respicit, ac si hominem illum spiritu, hoc est, mente destitutum fuisse diceremus; sed ad illum ipsum convicii auctorem, qui injuriis, quibus ipse merito afficiendus esset, nos impetit. Qui enim mentem spiritum vocans, mentem non habere Christum hominem dicit, ille ipse Dominum non habere spiritum adstruit. Sed quale nobis præterea intendit crimen? Ait ille, inique agere nos, qui hoc dicamus; nempe quod præter suam ipsius naturam homo ille aliud quiddam majus habuit, habitantem scilicet in ipso divinitatem. Si autem hoc nobis crimini datur, accusationem non refugimus, una cum Apostolo rejecti. Ab illo enim talia edocti credimus, Christum, cum Dei forma secundum id quod mente percipitur, esset, in servi forma, secundum id quod exterius apparebat, factum fuisse. Quod si divina forma excellentior est servili persona, profecto quod exterius apparebat, nequaquam æqualis erat dignitatis cum eo, quod intus latebat. Quod igitur secundum carnem conspiciebatur, & cum hominibus conversabatur, in se ipso aliquid semet ipso præstantius habuit, quod tamen Scriptor noster crimen adversus fidem esse fingit. Atqui etiam *in ipso* ait Apostolus [d] *inhabitare*

a Psalm. L. 12. b Prov. I. 5. c I. Cor. II. 11. d Coloss. II. 9.

1. Corrector, *εἶναί τε καταρχάς*.
2. Ita Corrector, male in textu Vaticani codicis *ἁπλῶς*.
3. Corrector, *καὶ τῇ*.
4. Corrector, *τὴν ἑαυτοῦ*.
5. Corrector, *ἐν ἀνθρώπῳ*.
6. Ita Corrector, male antea *τῷ τοιούτῳ*.
7. Quæ semicirculis includuntur, addita sunt a Correctore.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 370.

σημασίᾳ συμπεριέλαβεν. εἰ οὖν ἀνθρώπινον σῶμα, A ἐν ᾧ κατῴκησεν ἡ θεότης· σῶμα δὲ οὐκ ἄψυχον· ἴδιον δὲ τῆς ἀνθρωπίνης ψυχῆς τὸ νοερόν ἐστι μέρος· εἰ γὰρ τοῦτο χωρισθείη, καθὼς πολλάκις εἰρήκαμεν, κτηνῶδές ἐστι τὸ [1] λεγόμενον. ἆρ' οὐχ ἡμῶν ὁ γεννάδας, ἀλλὰ τοῦ Ἀποστόλου ταῖς λοιδορίαις καθάπτεται· μᾶλλον δὲ καὶ τῆς μεγάλης τοῦ Ἰωάννου φωνῆς, ἥ φησιν, ὅτι, ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. οὐ γὰρ ἐν μέρει ἡμῶν, ἀλλὰ πάντα τὰ ἐν τῇ φύσει νοούμενα τῇ πληθυντικῇ φωνῇ [2] συνεσήμανε, καὶ τὸν λόγον, τῆς σαρκὸς πρότερον μὲν προδιέστειλεν, εἶθ' οὕτως εἰς ἕνωσιν ἤγαγεν. ἦν γὰρ ἐφ' ἑαυτοῦ ὁ λόγος, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν ἦν. καὶ ὅπερ [3] ὁ Θεὸς ἦν, ([4] τοῦτο καὶ ὁ λόγος ἦν.) Θεὸς γὰρ καὶ οὗτος ἦν. ἀλλ' ὅτε εἰς τὰ ἴδια ἦλθε, B καὶ ἐν τῇ σκοτίᾳ ἔλαμψε, τότε ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, τῇ ἑαυτοῦ δυνάμει ἐν τῇ παρθένῳ σὰρξ γενόμενος. οὐκοῦν φειδέσθω τῆς καθ' ἡμᾶς λοιδορίας, ὡς ἂν μὴ συμπεριλάβοι τοὺς ἁγίους διὰ τῆς ὕβρεως.

Τὰ δὲ διὰ μέσου παρεὶς, δι' ὧν ἀρνήσασθαι τὰ κατὰ τὸ μυστήριον οἴεται τοὺς μὴ τὰ αὐτὰ φρονοῦντας αὐτῷ, ἑνὸς τῶν ἐν τῇ καταφορᾷ πρὸς διαβολὴν ἡμετέραν εἰρημένων ἐπιμνησθήσομαι. φησὶ γὰρ, ἡμᾶς, εἰ μὴ ἐκεῖνο λέγομεν, μήτε προϋπάρχειν τῆς ἐν γῇ γεννήσεως, μήτε πρὸ πάντων εἶναι λέγειν, μήτε σύμφυλον εἶναι Θεοῦ. ἀλλὰ τὸ μὲν προϋπάρχειν αὐτὸν C τῆς γηΐνης αὐτοῦ [5] γεννήσεως ὁμολογοῦμεν, εἴπερ ἐκ τῆς γηΐνης συστάσεως ἡ σὰρξ εἶναι οὐκ ἀμφιβάλλεται· τὸ δὲ σύμφυλον εἶναι Θεοῦ, ἄπαγε, μηδεὶς οὕτως ἐν Χριστιανοῖς ταπεινά τε καὶ ἔκφυλα τῆς θείας μεγαλοπρεπείας ὀνοματοποιήσειε ῥήματα, ὥστε τὸν ὄντως ὄντα Θεὸν, σύμφυλον Θεοῦ, καὶ μὴ ἀληθινὸν ἀνακηρύσσειν Θεόν. οὐδ' ἂν ὁ Εὐνόμιος τῆς [6] τοιαύτης σου φείσαιτο ἐπὶ Κυρίου φωνῆς. εἴποι γὰρ ἂν καὶ ἐκεῖνος μὴ παραδεχόμενος αὐτῷ τὸ ἀληθινὸν τῆς θεότητος, τὸ σύμφυλον αὐτὸν εἶναι Θεοῦ, καθὸ καὶ σύσσωμοι τοῦ Χριστοῦ, καὶ συμμέτοχοι, οἱ τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν παραδεξάμενοι, γίνονται· οὐκ ἐκεῖνο ὄντες, ὅπερ ἐστι [7] Κύριος, ἀλλ' ἐκείνου μετέχοντες, καὶ τῷ μετεχομένῳ συνονομαζόμενοι· ὥστε ὁ ταῦτα D αἰτιώμενος μὴ λέγειν ἡμᾶς, ὅσα παρὰ τῶν ἀσεβούντων ὁμολογεῖται, τὸ ἀσεβές τε καὶ ἀνεπίληπτον τῷ καθ' ἡμᾶς λόγῳ προσεμαρτύρησεν. εἶτα εἰς κατασκευὴν τοῦ εἶναι τὴν σάρκα θεότητα, καὶ ταῦτα τοῖς εἰρημένοις προστίθησι, τίς γὰρ, φησιν, ὁ ἅγιος ἐκ γεννητῆς; ὥσπερ οὐκ ἀνεγνωκὼς τὴν κατὰ τὸν Ἱερεμίαν γραφὴν, περὶ οὗ φησιν, ὅτι [8] πρὶν ἐμὲ πλάσαι σε [9] ἐκ κοιλίας ἡγίακά σε. οὐ γὰρ μόνον ἐκ γεννητῆς, ἀλλὰ καὶ πρὸ γενέσεως ἐκεῖνος παρὰ τῆς γραφῆς μαρτυρεῖται ἅγιος. ἀλλὰ καὶ ὁ ἐν τῇ γαστρὶ τῇ μητρῴᾳ σκιρτήσας, ὁ τοῦ ἀσπασμοῦ τῆς μητρὸς τοῦ Κυρίου τὴν φωνὴν ἐν ἀγαλλιάσει δεξάμενος, καὶ αὐτὸς ἂν εἴη ἐκ γεννητῆς ἅγιος, καθὼς ἡ τοῦ Ἀγγέλου περὶ αὐτοῦ μηνύει φωνὴ, λέγουσα, E καὶ Πνεύματος ἁγίου πλησθήσεται ἔτι ἐκ κοιλίας μητρός. ἀλλ' ἐπάγει καὶ τοῦτο τοῖς εἰρημένοις· Τίς ἀδίδακτος σοφός; ἡμεῖς δὲ τὴν ἐκ τοῦ Θεοῦ σοφίαν,

omnem plenitudinem divinitatis corporaliter; qui autem *in ipso* dicit, non dimidium, sed integrum subjectum significatione complectitur. Si igitur humanum corpus est, in quo divinitas habitavit; corpus autem non est inanimum, ac præterea humanæ tantum animæ proprium est habere partem intelligentem & rationalem; si enim hæc ab homine sejungatur, quemadmodum sæpe diximus, quod remanet, brutorum est: ergo non nos egregius iste, sed Apostolum potius maledictis incessit, imo vero Joannem ipsum clare dicentem, [a] *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis.* Non enim in aliqua nostri parte dixit; sed omnia pariter quæ in humana intelliguntur natura, plurali voce significavit; & Verbum quidem prius a carne separavit; deinde vero eidem univit: nam Verbum in semet ipso erat, & apud Deum erat, & quod Deus erat, hoc & Verbum erat, nam & hoc Deus erat; sed quando in propria venit, & in tenebris luxit, tunc Verbum caro factum est, propria virtute in Virginis utero caro factum. Cesset itaque nobis conviciari, ne Sanctos eisdem contumeliis involvat.

XXVIII. Porro prætermissis iis, quæ hic ab Apollinare interjecta sunt, quibus incarnationis mysterium inficias ire illos censet, qui eadem ac ipse non sentiunt, unam tantum earum rerum, quas in accusationis æstu ad conflandam nobis calumniam profert, commemorabo. Ait enim, *Nos nisi ejus dicta approbemus, necesse esse, ut dicamus, Christum nec ante terrenam suam nativitatem, nec ante omnem creaturam fuisse, neque etiam ejusdem ac Deum generis esse.* Atqui Christum antequam in terra nasceretur jam fuisse fatemur, si modo ejus carnem terrestris naturæ, atque constitutionis esse non dubitatur; ejusdem autem eum generis ac Deum esse, absit ut dicamus: nemo Christianorum adeo humilia & a divina majestate aliena verba confinxerit, ut qui re vera Deus est, ejusdem cum Deo generis, seu cognatum Deo, & non verum Deum esse prædicet. Nec Eunomius ipse ab hac tua de Domino voce usurpanda abhorreret. Nam & ille veram in Christo divinitatem negans, cognatum eo modo ipsum Deo esse diceret, quemadmodum [b] *concorporales & comparticipes* Christi fiunt, qui ejus fidem amplectuntur; non quod illud idem sint, quod Dominus est; sed quod illi communicent, & unum idemque cum eo, cujus participes sunt, nomen obtineant: ita ut dum nobis crimini vertit, quod ea non dicamus, quæ apud omnes veræ fidei cultores in confesso sunt, eo ipso sententiam nostram piam esse, nullique reprehensioni obnoxiam confirmat. Deinde ut carnem esse divinitatem probet, hæc etiam superius dictis addit. *Quis enim*, inquit, *sanctus a nativitate?* Perinde ac si, quod apud Jeremiam scriptum est, ignoraret, de quo dicit Dominus, [c] *Priusquam te formarem, ex utero sanctificavi te.* Non modo enim a nativitate, sed & ante nativitatem illum sanctitate præditum fuisse Scripturæ testimonio comprobatur. Quin & infans ille [d] qui in matris utero exsultavit, qui salutationem matris Domini cum lætitia suscepit, ipse quoque a nativitate sanctus exstitit, quemadmodum angelicus sermo de ipso declarat his verbis, [e] *Et Spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris suæ.* Sed & illud dictis modo relatis subjungit, *Quis sapiens nisi doctus fuerit?* At nos Dei sapientiam, quæ Christus est, non ab alio quopiam edoctam fuis-

a Joan. I, 14. b Ephes. III. 6. c Jer. I. 5. d Luc. I. 41. e Ibid. ℣. 15.

1. Lege, λειπόμενον.
2. Corrector, συνεσημῆνε.
3. Corrector articulum addidit.
4. Quæ semicirculis includuntur, Correctoris manu sunt addita.
5. Corrector, γενέσεως.
6. Corrector, τοιαύτης ἂν φείσαιτο;
7. Corrector, ὁ Κύριος.
8. Corrector, πρὶν ἤ με.
9. In Vaticano codice male interpungitur post verba illa ἐκ κοιλίας. Vide tamen an lectio, quam idem codex hic exhibet antiqua sit, an potius librariorum oscitantia omissa sint alia quædam verba, quæ in Vulgata editione, & apud LXX. Interpretes leguntur.

ἥτις ἐστὶν ὁ Χριστὸς, οὐχὶ διδακτὴν, ἀλλὰ διδακτικὴν εἶναί φαμεν· τὴν δὲ ἑνωθεῖσαν τῇ θείᾳ σοφίᾳ τῆς σαρκὸς ἡμῶν μοῖραν, ἐκ μετοχῆς δέξασθαι τὸ ἀγαθὸν τῆς σοφίας οὐκ ἀμφιβάλλομεν, πειθόμενοι τῷ Εὐαγγελίῳ οὑτωσὶ διεξιόντι, ὅτι Ἰησοῦς δὲ προέκοπτεν ἡλικίᾳ, καὶ σοφίᾳ, καὶ χάριτι. ὥσπερ ἐν τῷ σώματι ἡ κατ' ὀλίγον προσθήκη [1], τροφῆς συνεργίᾳ πρὸς τὸ τέλειον τῆς φύσεως πρόεισιν, οὕτως καὶ ἐν τῇ ψυχῇ ἡ ἐπὶ τὸ τέλειον τῆς σοφίας πρόοδος δι' ἀσκήσεως τοῖς μετιοῦσι προστίθεται. Τίς, φησιν, ἐν ἐξουσίᾳ τὰ τοῦ Θεοῦ ἐργαζόμενος; πῶς κατασμικρυνεῖ τοῖς βρεφικοῖς ἐπιχειρήμασι τὴν ἄφραστον τοῦ Κυρίου μεγαλειότητα; τὸ γὰρ ἐν ἐξουσίᾳ τὰ τοῦ Θεοῦ ποιεῖν καὶ ἀνθρώπων ἐστὶ [2] ἠξιωμένων θείας δυνάμεως, οἷος ἦν ὁ Ἠλίας κατ' ἐξουσίαν ἀνιείς τε καὶ ἀποκλείων τοῖς ἀνθρώποις τὸν ὄμβρον, πῦρ ἐπάγων τοῖς ὑπεναντίοις, γεωργῶν ἐν τῷ κεράμῳ τὸ ἄλευρον, καὶ βρύειν ποιῶν ἐν τῷ [3] καμψάκῃ τὸ ἔλαιον, καὶ διὰ προσφυσήματος τῷ ἀψύχῳ ζωὴν χαριζόμενος, καὶ ὅσα ἄλλα περὶ αὐτοῦ ὁ λόγος κατέχει. ὥστε οὐδὲν ὑπὲρ ἄνθρωπον, τὸ ἐν ἐξουσίᾳ τοῦ Θεοῦ ποιεῖν τι τῶν θαυμάτων ἐκ θείας δυνάμεως· ἀλλὰ τὸ αὐτὸν εἶναι τὴν ὑπερέχουσαν δύναμιν. ὅπερ δὴ καὶ παρ' ἡμῶν καὶ παρὰ πάντων τῶν ἐν ἀληθείᾳ δεξαμένων τὸν λόγον πεπίστευται.

A ſe, ſed alios docendi poteſtate præditam eſſe dicimus; eam vero carnis noſtræ portionem, quæ divinæ Sapientiæ unita eſt, ſapientiæ bonum per participationem ſuſcepiſſe non dubitamus, Evangelii auctoritate freti, hæc de Jeſu narrantis, [a] *Jeſus autem proficiebat ætate, & ſapientia, & gratia.* Nam veluti in noſtro corpore, paullatim factum incrementum cibi opera ad naturæ perfectionem procedit, ita & in anima exercitatione fit, ut qui ſapientiæ ſtudio tenentur, ad apicem ejus faſtigiumque progrediantur. *Quis*, inquit, *ex poteſtate, quæ Dei ſunt operatur?* Quomodo puerilibus argumentis ineffabilem Domini magnitudinem deprimit? Nam ex poteſtate, quæ Dei ſunt facere, eorum quoque hominum eſt, qui divina virtute B digni habiti ſunt, cujuſmodi erat Elias [b], qui pro arbitrio cadere hominibus atque ceſſare fecit pluviam, qui ignem immiſit in hoſtes, & in vaſe fictili farinam mira agricolatione multiplicavit, qui ſcatere fecit oleum in lecytho, & afflatu vitam mortuo largitus eſt, & quotquot alia de ipſo in ſacris paginis narrantur. Quamobrem nihil ſupra hominem, ſi quis Dei poteſtate præditus, aliquod miraculum ex divina virtute operetur: ſed illud vere ſupra hominem, ut quis ſit ipſa met prima, ceteriſque aliis ſuperior poteſtas; quod quidem cum a nobis, tum ab aliis omnibus, qui in veritate verbum Dei ſuſcipiunt, de Chriſto Domino creditur.

Τὴν δὲ ἀδιανοήτως αὐτοῦ προστεθεῖσαν τοῖς εἰρημένοις διαίρεσιν, ὡς οὐ πρέπον ἡμῖν ὂν τὸ κατὰ σπουδὴν διελέγχειν, ταῖς ἐννοίαις τῶν ἐπιστημόνων παρήσομεν. τί γὰρ βούλεται αὐτῷ τὸ, διαιρῶν μὲν τὴν ἐνέργειαν κατὰ σάρκα, ἐξισῶν δὲ κατὰ πνεῦμα· ὅπερ ἐπήγαγε τῇ εὐαγγελικῇ φωνῇ τῇ λεγούσῃ, ὅτι ὁ Πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι; εἴ τις ἔχει δύναμιν πρὸς τὴν τῶν ἀνοήτων συνηγορίαν, συνιστάσθω τῷ λόγῳ, καὶ λεγέτω, τί νοῶν ἐπάγει τοῖς εἰρημένοις πάλιν τὸ ὅμοιον, οὑτωσὶ [4] καὶ τὴν λέξιν ἔχον. ὅπερ ἔχει, φησὶ, τὴν ἐν δυνάμει πάλιν ἰσότητα, καὶ τὴν κατὰ σάρκα τῆς ἐνεργείας διαίρεσιν, καθ' ἣν, φησιν, οὐ πάντας ἐζωοποίησεν, ἀλλά τινας, οὓς ἠθέλησεν. [5] ἡμεῖς γὰρ τὴν ἁπλῆν τε καὶ ἀκατάσκευον ἐξειληφότες τῆς θείας γραφῆς διάνοιαν, οὕτως [6] περὶ τῶν εἰρημένων γινώσκομεν· ὅτ' ἂν τοῦ Κυρίου διεξιόντος ἀκούσωμεν, ὅτι ὁ Πατὴρ ἐγείρει τοὺς νεκροὺς, καὶ ζωοποιεῖ, καὶ ὁ Υἱὸς οὓς θέλει ζωοποιεῖ, οὐχ' ὥς τινων ἀποβαλλομένων τοῦ ζωοποιοῦ θελήματος, ἐκ τούτου νοοῦμεν· ἀλλ' ἐπειδὴ πάντα τὰ τοῦ Πατρὸς, τοῦ Υἱοῦ εἶναι, καὶ ἠκούσαμεν καὶ πιστεύομεν, δηλονότι καὶ τὸ θέλημα τοῦ Πατρὸς, ὡς ἓν τῶν πάντων, ἐν τῷ Υἱῷ καθορῶμεν. [7] εἰ οὖν ἐν τῷ Υἱῷ τὸ πατρικόν ἐστι θέλημα· ὁ δὲ Πατὴρ, καθὼς φησιν ὁ Ἀπόστολος, πάντας θέλει σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν· δηλαδὴ ὁ πάντα τὰ τοῦ Πατρὸς κεκτημένος, καὶ ὅλον ἔχων ἐν ἑαυτῷ τὸν Πατέρα, ὅλον ἔχει πάντως ἐν ἑαυτῷ μετὰ τῶν ἄλλων τῶν τοῦ Πατρὸς ἀγαθῶν, καὶ τὸ σωτήριον θέλημα. εἰ οὖν οὐκ ἀπολείπεται τοῦ τελείου θελήματος, πάντως δῆλον, ὅτι οὓς ὁ Πατὴρ θέλει ζωοποιηθῆναι καὶ αὐτὸς ζωοποιεῖ, οὐκ ἐλαττούμενος ἐν τῷ φιλανθρώπῳ θελήματι, καθώς φησιν ὁ Ἀπολινάριος, ὅτι τινὰς ἠθέλησεν, οὐ πάντας [8] ζωοποιηθῆναι· οὐ γὰρ παρὰ τὴν τοῦ κυρια-

C XXIX. Porro cum obſcuram & incomprehenſibilem, quam adjungit, diſtinctionem minime deceat nos accuratius confutare, illam Doctorum judicio examinandam relinquemus. Quid enim ſibi vult illud, *Diſtinguens quidem operationem ſecundum carnem; exæquans vero ſecundum ſpiritum*; quod dictum hiſce Evangelii verbis ſubjunxit, [c] *Pater meus uſque modo operatur, ut ego operor?* Si quis ſtultorum cogitatis patrocinium præbere potis eſt, huic aſtipuletur ſermoni, & dicat, quo ſenſu allatis modo dictis ſimilia iterum addat, quæ ad verbum ita ſe habent, *Qui quidem*, inquit, *in poteſtate rurſus æqualitatem obtinet, & diſtinctionem operationis ſecundum carnem, qua*, inquit, *non omnes vivificavit, ſed nonnullos, quos voluit.* Nos enim ſimplicem D & obvium ex divina ſcriptura ſenſum deſumentes, ita de ejus dictis ſtatuimus, ut cum Dominum in hæc verba loquentem audimus, [d] *Pater ſuſcitat mortuos & vivificat, & Filius, quos vult vivificat*, hæc non ita accipiamus, ac ſi aliqui a vivificante voluntate rejiciantur; ſed quoniam omnia, quæ Patris ſunt, Filii quoque eſſe accepimus, & credimus; ideo & Patris voluntatem, tamquam illorum omnium unum, in Filio conſpicimus. Si igitur in Filio Patris voluntas eſt; Pater autem, quemadmodum ait Apoſtolus, [e] *Omnes vult ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire*; profecto qui cuncta Patris poſſidet, totumque in ſe ipſo Patrem habet, omnino una cum ceteris Patris ſui bonis, in ſe ipſo ſalvandi etiam vo- E luntatem habet. Si itaque hac perfecta voluntate non caret, manifeſtum prorſus eſt, eos omnes quos Pater vivificari vult, ipſum quoque vivificare, & benefica in homines voluntate Patre inferiorem non eſſe, ut Apollinaris cenſet, dum ait, non omnes, ſed aliquos tantum ſalvari voluiſſe. Neque enim divina voluntas in cauſſa eſt, cur alii ſalventur, alii vero pereant,

a Luc. II. 52. b III. Reg. XVII. & IV. Reg. I. c Joan. V. 17. d Ibid. ✝. 21. e I. Tim. II. 4.

1. Corrector, τῇ τῆς τροφῆς.
2. Corrector, τῶν ἠξιωμένων.
3. Ita Corrector, antea, καμψάκῃ. Sacer tamen textus habet, καψάκῃ.
4. Videtur hic legendum, κατὰ τὴν λέξιν.
5. Ita Corrector, prius erat, οἶμαι γάρ.
6. Licet in Vaticano codice ſit, οὕτως παρὰ τῶν εἰρημένων γινώσκομεν, quo pacto vertendum eſſet, *Nos enim, &c. ſecus ac Apollinaris cenſuit, ita ſtatuimus, ut cum, &c.* nos tamen emendandum eſſe putavimus, οὕτως περὶ τῶν εἰρημένων γινώσκομεν, cum iſta lectio planior atque commodior altera videatur.
7. Ita Corrector, antea, εἰ ἐν.
8. Corrector, ζωοποιῆσαι.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 370.



τοῦ θελήματος αἰτίαν οἱ μὲν σώζονται, οἱ δὲ ἀπόλλυνται· ἢ οὕτω γ' ἂν εἰς [1] ἐκεῖνο ἐπανίοι ἡ τῶν ἀπολλυμένων αἰτία· ἀλλὰ παρὰ τὴν προαίρεσιν τῶν δεχομένων τὸν λόγον, συμβαίνει τὸ σώζεσθαί τινας, ἢ ἀπόλλυσθαι. ὁ δὲ προστίθησι ταῖς κατασκευαῖς, ὅτι οὐδεὶς κατ' ἐξουσίαν ἀπέθανεν, [2] ἢ ἀνέστη· καὶ τοῦτο εἰπὼν, ἐπάγει τὴν τοῦ Εὐαγγελίου φωνὴν, τὸ οὐδεὶς αἴρει τὴν ψυχήν μου ἀπ' ἐμοῦ. [3] ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι αὐτὴν, καὶ ἐξουσίαν ἔχω πάλιν λαβεῖν αὐτήν. [4] ποίαν ψυχὴν, λογικὴν, ἢ ἄλογον; εἴποιμι ἂν πρὸς τοὺς τὴν ἀνόητον ψυχὴν τῷ Θεῷ συνοικίζοντας. εἰ ἄλογόν φασι, κτῆνος ἐροῦσιν εἶναι περὶ τὸν Χριστὸν καὶ οὐκ ἄνθρωπον· εἰ δὲ λογικὴν, τί ἄλλο παρὰ τὸν λόγον τὴν διάνοιαν οἴονται; οὐ γὰρ φωνὴ ἄσημος ὁ λόγος ἐστὶν, ἀλλὰ νοήματος κίνησις, ἀρχὴ καὶ ὑπόθεσις τοῦ λόγου γίνεται. οὐκοῦν ὁ λογικὴν ψυχὴν εἰπὼν, καὶ διανοητικὴν ὡμολόγησεν· ἡ δὲ διάνοια, νοῦ κίνησίς ἐστι, καὶ ἐνέργεια· πῶς ἂν ὁ νοῦς μὴ παρὼν ἐνεργήσειεν, εἴπερ ἀμέτοχον τοῦ νοῦ τὴν τοῦ Κυρίου ψυχὴν διορίζοιντο; ὥστε εἰ ψυχὴν ἔχει ὁ Κύριος, ἣν κατ' ἐξουσίαν καὶ λαμβάνει καὶ ἀποτίθεται· ψυχὴν δὲ οὐ κτηνώδη καὶ ἄλογον, ἀλλὰ τοῦ ἀνθρωπίνου συγκρίματος, ὁμολογεῖται πάντως ἐν τῷ ἀνθρωπίνην προσειληφέναι, καὶ διανοητικὴν εἶναι.

A alioquin ad illam voluntatem, tamquam ad caussam, horum perditio referenda esset; sed ex libera voluntate suscipientium verbum Dei, alios salvari, alios perire contingit. At iste argumentationibus suis hæc insuper addit, *Nemo pro arbitrio suo mortuus est, aut resurrexit*; idque ubi dixit, illud Evangelii statim profert, [a] *Nemo tollit animam meam a me: potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo iterum sumendi eam.* Ecquam animam, rationalem ne, an irrationalem hic intelligere debeamus, ex his quæsierim, qui animam mentis expertem Deo copulant. Si ratione carentem dicant, in Christo jumentum dicent esse, non hominem. Sin rationalem, quid aliud putant esse rationem, quam mentis agitationem, seu cogitationem; nam ratio B non est vox obscura, aut significatione vacua; sed mentis motus initium est, ac fundamentum rationis. Quare qui rationalem animam dicit, eam quoque cogitationis compotem fatetur; cogitatio autem, mentis est motus, & operatio. Quomodo autem mens, quæ non aderat, operationes suas edidisset, si Domini animam mente destitutam fuisse affirmaverit? Itaque si Dominus animam habet, quam pro suo arbitrio & sumit, & ponit, eamque non e pecudum genere, & irrationalem, sed conditionis humanæ fatetur esse; necessario consequitur, humanam animam a Christo assumtam, mente præditam exstitisse.

Ταῦτα εἰπὼν, ὅσα περὶ τοῦ κόκκου φησὶ, τοῦ ἀποθνήσκοντος, καὶ οὕτως μετὰ πλειόνων κόκκων ἀναβλαστάνοντος, ἐπειδὴ πρὸς ἡμῶν ἐστι, καὶ τὸν ἡμέτερον βεβαιοῖ λόγον, ἑκὼν ὑπερβήσομαι. τίς γὰρ ὁ ἀποθνήσκων κόκκος, καὶ τῷ ἰδίῳ τῆς ἀναστάσεως στάχυϊ σώρειαν κόκκων ἐν ἑαυτῷ συνεγείρων; οὐκ οἶμαί τινα τοσοῦτον τῶν θείων δογμάτων εἶναι ἀμύητον, ὡς μὴ περὶ τὸν ἄνθρωπον [5] τὸ κατὰ πάθος βλέπειν μυστήριον. ἀπόδειξις δὲ τοῦ λόγου τὸ, καὶ ἡμᾶς συναποθνήσκειν αὐτῷ, καὶ συνθάπτεσθαι, καὶ συνεγείρεσθαι. πρὸς γὰρ τὸ ὁμογενὲς ῥᾳδία γίνεται τοῖς βουλομένοις ἡ μίμησις· τοῦ δὲ ὑπερβεβηκότος ἡ ὁμοίωσις ἄπορος, ὥστε εἰ μὲν σάρξ ἐστιν ἡ ὑποστᾶσα τὸν θάνατον, καὶ ἡμᾶς τοὺς ἐν σαρκὶ ζῶντας, ἀκολουθότερον ἂν εἴη μιμήσασθαι τῷ θανάτῳ τὸν θάνατον. εἰ δὲ θεότης τέθνηκε, πῶς συντεθνηξόμεθα οἱ ἐν σαρκὶ, τῇ θεότητι; σαρκὶ σὰρξ συναποθνήσκει, καὶ συνεγείρεται· θεότητος δὲ τοῦτο παθούσης, καθὼς Ἀπολινάριος βούλεται, ἄλλας θεότητας ἐπιζητεῖν προσήκει, αἳ συντεθνήξονται, καὶ συναναστήσονται τῇ θεότητι. [6] ὥσπερ γὰρ Χριστὸς ἀπέθανε, καὶ ἀνέστη, οὕτως καὶ ἡμεῖς, φησιν ὁ Ἀπόστολος. τί ὄντες ἡμεῖς κατὰ τὴν ἑαυτῶν φύσιν; θεία δύναμις, ἢ αἷμα καὶ σὰρξ, καθὼς φησιν ἡ [7] γραφή; διὸ κεκοινώνηκεν ἡμῖν, ἡμῶν ἕνεκεν, σαρκὸς καὶ αἵματος, ὁ δι' ἡμᾶς καθ' ἡμᾶς γενόμενος. οὐκοῦν ὅπερ ἡμεῖς ἐσμεν κατ' οὐσίαν, καὶ ὁ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανὼν ἦν, οὗ πρόκειται τοῖς ὁμογένεσιν ἡ μίμησις. ἀπόδειξις δὲ τῆς ἀσεβείας τοῦ λόγου τοῦ θνητὴν ἀποδεικνύντος τὴν θεότητα, αὐτὸ τὸ ἐν ἡμῖν αὐτοῖς γινόμενον. ἐν γὰρ τῷ κοινῷ τῶν ἀνθρώπων θανάτῳ τί τὸ ἀποθνῆσκόν ἐστι, καὶ φθειρόμενον; οὐχὶ σὰρξ μὲν εἰς τὴν γῆν ἀναλύεται, ὁ δὲ νοῦς τῇ ψυχῇ παραμένει, οὐδ' ἐν τῇ μεταστάσει τοῦ σώματος πρὸς τὸ

XXX. Porro ea, quæ de grano dicit [b], quod C moriendo ita demum cum sui multiplicatione repullulat, quandoquidem pro nobis faciunt, nostramque firmant sententiam, lubens prætereo. Quid enim est moriens granum, & sua, qua resurgit, spica, acervum granorum, in se ipso simul suscitans? Non arbitror quempiam usque adeo ignarum divinorum dogmatum esse, ut in humanitate passionis mysterium adimpletum fuisse non videat. Hujus autem assertionis veritas inde ostenditur, quod nos commoriamur cum ipso, & consepeliamur, & simul resurgamus. Nam ea, quæ ejusdem generis sunt, facile est volentibus imitari; iis vero, quæ longe supereminent, vix ac ne vix quidem ea, quæ inferioris sunt naturæ, assimilari possunt. Quamobrem si caro D est, quæ mortem sustinuit, nobis etiam, qui in carne vivimus, facilius utique erit morte mortem imitari. Sin vero divinitas mortua est, quomodo commoriemur divinitati, qui carnei sumus? Caro una cum carne moritur, & una cum carne resurgit. Si autem divinitas, ut Apollinaris vult, id passa sit, alias divinitates inquirere oportet, quæ una cum divinitate moriantur & resurgant. Nam sicut Christus mortuus est, & resurrexit, sic & nos, inquit Apostolus [c]. Quid nos secundum naturam nostram sumus? Divina ne potentia, an sanguis & caro, ut Scriptura dicit? Quamobrem communicavit nobis, nostri caussa, carne, & sanguine, qui propter nos similis nobis factus est. Quod ergo nos sumus secundum essentiam, id E etiam erat is, qui pro nobis mortuus est, cujus imitatio nobis, qui ejusdem ac ipse generis sumus, proponitur. Porro impietatem opinionis, quæ mortalem esse divinitatem asserit, id quod nobis ipsis usu evenit, clare demonstrat. Quid enim est illud, quod in

a Joan. x. 18. *b* Joan. xii. 24. *c* 1. Cor. xv. 1. Thess. iv. 14.

1. Ita Corrector, antea ἐκεῖνον.
2. Corrector, καὶ ἀνέστη.
3. Corrector, καὶ ἐξουσίαν.
4. Et ista Nysseni verba usque ad finem hujus capitis, nonnullis resectis, vel mutatis, Panopliæ suæ inseruit Euthymius Zigabenus loco superius indicato pag. 527. Versiculo, *Ab istis ergo*. In codice autem Vaticano legitur, ποίαν ψυχικὴν, λογικὴν, ἢ ἄλογον; εἴ πως μίαν πρὸς τοὺς, &c. Corrector postrema hæc verba emendanda esse censuit hoc pacto, εἴποιμι ἂν πρὸς τοὺς, quam lectionem sequitur etiam Euthymius, ac præterea pro ψυχικὴν, habet recte ψυχήν. Legit enim ποίαν ψυχὴν λέγετε ἔχειν τὸν Κύριον, εἴποιμ' ἂν πρὸς τοὺς, &c.
5. Corrector, τὸ κατὰ τὸ πάθος βλέπειν, antea erat, τὸ κατὰ πάθος βλέπει.
6. Et hunc locum usque ad finem hujus capitis, quibusdam tamen resectis Euthymius refert pag. 529. in fine.
7. Secuti sumus Correctoris emendationem, Euthymio quoque probatam; nam in textu est ἐπιγραφή.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

εἶναι βλαπτόμενος; τεκμήριον δὲ, ὅτι μέμνηται τῶν ὑπὲρ γῆς ὁ πλούσιος, καὶ δεῖται τοῦ Αβραὰμ περὶ τῶν [1] κατὰ γένος συνημμένων αὐτῷ. τοῦτο δὲ οὐκ ἄν τις ἀνοίας εἴποι, τὸ, ἐπειδὴ τὸ καθ' ἑαυτὸν ἀφύλακτον ἔγνω, πρόνοιάν τινα τῶν ἐπιτηδείων ποιήσασθαι. εἰ τοίνυν ὁ ἡμέτερος νοῦς διαμένει καὶ μετὰ θάνατον ἀπαθής τε καὶ ἀναλλοίωτος, πῶς εἰκὸς τὸν τετραμόριον ἐκεῖνον τοῦ Απολιναρίου Θεὸν τὸν σαρκώδη [2] θάνατον ὑπομεῖναι; πῶς ἀποθανόντα, [3] (ἢ τίνα τρόπον παθόντα) τὴν τοῦ θανάτου διάλυσιν; οὐδενὶ γὰρ τῶν πάντων τὸ τοιοῦτον ἄγνωστον, ὅτι θάνατός ἐστι ψυχῆς καὶ σώματος ἡ ἀπ' ἀλλήλων διάζευξις, αὐτὴ δὲ ἡ ψυχὴ, καὶ ἡ διάνοια πῶς ἀφ' ἑαυτῆς μερίζεται, ἵνα [4] καὶ αὐτὴ τὸν θάνατον δέξηται; εἰ οὖν ἀνεπίδεκτος ἡ ἡμετέρα ψυχὴ τοῦ θανάτου, πῶς δέχεται θάνατον, εἰπάτωσαν οἱ εἰς μοῖραν τὸν Χριστὸν κερματίζοντες.

A communi hominum morte occidit, atque corrumpitur? Nonne caro quidem in terram resolvitur; mens autem cum anima permanet, neque in corporis dissolutione, quantum ad essentiam pertinet, læditur? Huic autem rei argumento est, quod eorum qui adhuc in terris exstabant, dives ille meminit, precaturque Abraham pro his, qui sibi genere conjuncti erant. Profecto amentiæ nemo adscripserit, quod aliquam propinquorum & necessariorum curam gerat, postquam de rebus suis actum esse cognovit. Si igitur mens nostra citra detrimentum ullum, aut mutationem, post mortem quoque permanet, quomodo consentaneum est tripartitum illum Apollinaris Deum carnis mortem oppetiisse? B Quonam pacto mortuus est, vel ex morte dissolutionem est passus? Neminem enim prorsus latet, mortem esse, mutuam animæ & corporis separationem; ipsa autem anima & mens, quomodo a semet ipsa disjungitur, ut & ipsa mortem suscipiat? Si igitur anima nostra mortis capax non est, quomodo mortem recipere possit, dicant illi, qui Christum in plures dissecant partes.

[5] Ἀλλὰ ταράσσονταί, φησι, τὴν τῶν ἀπίστων ταραχήν. καθ' ἡμῶν χρῆται τῇ λοιδορίᾳ, ταρασσομένους καὶ ἀπίστους ἀποκαλῶν τοὺς τῇ εὐαγγελικῇ φωνῇ ἀνεξετάστως προσέχοντας, ἡ φησιν, εἰ δυνατὸν, παρελθέτω τὸ ποτήριον τοῦτο ἀπ' ἐμοῦ· πλὴν μὴ τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ σὸν γενέσθω θέλημα. τούτοις δὲ προστίθησι τὴν ἰδίαν λέξιν ἔχουσαν οὕτως· Καὶ οὐ μνημονεύουσί, φησιν, ὅτι τὸ θέλημα τοῦτο ἴδιον εἴρηται οὐκ ἀνθρώπου τοῦ ἐκ γῆς, καθὼς αὐτοὶ νομίζουσιν, ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ τοῦ καταβάντος ἐξ οὐρανοῦ. Τί ἂν ἐξεύροι τις τοιοῦτον εἰπεῖν; οὐ λέγω τούτων τινὰ τῶν ἐπὶ αἱρέσει κατεγνωσμένων· ἀλλ' οὐδ' αὐτὸν οἶμαι τὸν ἀσεβείας τι, καὶ τοῦ ψεύδους πατέρα εὑρεῖν τι τῶν εἰρημένων εἰς βλασφημίαν δεινότερον. ἆρα οἶδεν ὁ λογογράφος, ἃ φθέγγεται; ὁ Θεὸς ἐξ οὐρανοῦ καταβὰς τὸ ἴδιον τῆς θεότητος θέλημα παραγράφεται, καὶ οὐ βούλεται εἰς ἔργον ἐλθεῖν, ὅπερ βούλεται. οὐκοῦν μεμέρισται τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ Πατρὸς τὰ θελήματα, καὶ πῶς ἂν εἴη κοινὸν ἐπ' ἀμφοτέρων τὸ θέλημα; πῶς δ' ἂν ἡ τῆς φύσεως ταυτότης τῇ διαφορᾷ τῶν θελημάτων ἐμφαίνοιτο; ἀνάγκη γὰρ πᾶσα σύνδρομον εἶναι τῇ φύσει τὴν βούλησιν, καθὼς φησί που ὁ Κύριος, οὐ δύναται δένδρον καλὸν καρποὺς πονηροὺς ποιεῖν, οὐδὲ δένδρον σαπρὸν καρποὺς ἀγαθοὺς ποιεῖν. καρπὸς δ' ἂν εἴη φύσεως ἡ προαίρεσις, ὥστε ἀγαθῆς μὲν, [6] ἀγαθὴν εἶναι· κακῆς δὲ, τοιαύτην. εἰ οὖν διάφορος ἐπὶ [7] Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ ὁ καρπὸς τοῦ θελήματος, διάφορον ἐξ ἀνάγκης εἶναι καὶ τὴν ἑκατέρων φύσιν [8] ὁμολογοῦσι. τί οὖν πολεμεῖται ὁ Ἄρειος; τί δὲ οὐκ αὐτομολοῦσι πρὸς τὸν Εὐνόμιον; ὃς διαιρῶν τοῦ Πατρός τε, καὶ τοῦ Υἱοῦ τὴν φύσιν, [9] συντέμνει τῇ φύσει τὴν βούλησιν, καὶ διὰ τοῦτο μάλιστα κατασκευάζει τὸ τῆς οὐσίας ἀλλότριον, τῷ ὑποβεβηκότι πρὸς τὸ προέχον, συνδιχάζων τὸν τῆς θεότητος λόγον.

XXXI. *Sed turbantur*, inquit, *infidelium perturbatione*. Adversus nos contumeliis utitur, turbatos infideles nos vocans, qui evangelica illa verba citra examen accipimus, [a] *Si possibile est, transeat a me calix iste: verumtamen non mea, sed tua voluntas fiat.* His autem sua propria adjungit verba, quæ ita se habent: *Et non recordantur*, ait, *voluntatem hanc non, sicut ipsi putant, terreni hominis propriam* C *dictam fuisse; sed Dei, qui de cælo descendit.* Quisnam tale commentum umquam protulit? Non horum aliquem dico, qui ob hæresim damnati fuere; sed nec ipsum falsitatis, atque mendacii patrem aliquid adinvenire posse arbitror, quod atrociorem his, quæ Apollinaris protulit, blasphemiam præ se ferat. Putas ne, quæ loquitur, nostrum ea Scriptorem intelligere? Deus, qui e cælo descendit propriam divinitatis voluntatem circumscribit, & non vult effici, quod illa vult. Ergo diversæ sunt Patris & Filii voluntates? Quomodo ergo erit communis in utroque voluntas? Quo pacto eamdem esse naturam ex voluntatum diversitate demonstrari poterit? Necesse enim prorsus est voluntatem congruere naturæ, D sicut alicubi Dominus ait, [b] *Non potest arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala bonos fructus facere.* Naturæ autem fructus est voluntatis propositum, ita ut bonæ quidem bonum, malæ vero sit malum. Si itaque diversus in Patre, & Filio voluntatis est fructus, necessario diversam esse utriusque naturam confitentur. Cur igitur oppugnatur Arius? Cur ad Eunomium non accedunt, qui Patris & Filii naturam dividens, simul cum natura voluntatem dividit, & ex eo potissimum eorumdem substantiæ diversitatem adstruit, quia dum inferiorem subjectumque, nempe Filium, a prælato cunctaque excellente, hoc est Patre, separat, ipsam quoque divinitatis rationem simul discerpit?

E

Πάλιν δὲ τὸ παρ' αὐτοῦ ῥηθὲν ἀναλάβωμεν. [10] οὐ μνημονεύουσί, φησιν, ὅτι τὸ θέλημα τοῦτο ἴδιον εἴρηται, οὐκ ἀνθρώπου τοῦ ἐκ γῆς, καθὼς αὐτοὶ νομίζουσιν· ἀλλὰ Θεοῦ τοῦ καταβάντος ἐξ οὐρανοῦ.

XXXII. Sed quod ab eo dictum est, iterum repetamus. *Non recordantur*, ait, *voluntatem hanc non, sicut ipsi putant, terreni hominis propriam dictam fuisse; sed Dei, qui de cælo descendit.* De

a Luc. XXII, 42. *b* Matth. VII, 18.

1. Corrector, κατὰ τὸ γένος.
2. Corrector, θάνατον αὐτὸν ὑπομεῖναι.
3. Verba semicirculis inclusa Corrector supplevit.
4. Corrector, καὶ ἐν αὐτῇ.
5. Caput hoc cum sequenti, integrum refertur inter Patrum testimonia de duplici in Christo voluntate, ab Apostolica Sede ad sextam generalem Synodum transmissa, in cujus actione decima recitantur, & ad Patriarchii Constantinopolitani codices conferuntur.
6. Ita in editis. Vaticanus vero codex legit ἀγαθόν.
7. Corrector, Πατρός τε, καὶ Υἱοῦ.
8. Corrector, ὁμολογήσουσι. Sexta Synodus, δεῖ ὁμολογεῖν.
9. Cor. συνδιατέμνει. Ita & sexta Synod.
10. Sexta Synodus, καὶ οὐ μνημονεύουσι, ut supra.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

A ποῖον θέλημά, φησὶν ὁ λογογράφος; ὃ βούλεται [1] δηλαδὴ μὴ γενέσθαι ὁ Κύριος, λέγων πρὸς τὸν Πατέρα, μὴ τὸ ἐμὸν θέλημα, ἀλλὰ τὸ σὸν γενέσθω. ἆρα συνίησιν [2] οἵᾳ περιπέπτωκεν αὐτῷ ὁ λόγος ἐναντιότητι; ἐγγίζει τὸ πάθος, καὶ [3] ὅσον οὔπω μέλλει ὁ προδότης ἐφίστασθαι μετὰ τοῦ πλήθους, καὶ τότε γίνεται ἡ τοιαύτη εὐχή. ὁ εὐχόμενος, ἄνθρωπος, ἢ Θεός; [4] εἰ Θεὸν εἶναι τὸν εὐχόμενον οἴεται, ἴσην αὐτῷ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους ἐνορᾷ τὴν ἀσθένειαν. πῶς οὖν Θεὸς, μηδὲν οἴκοθεν ἀγαθὸν ἔχων, ἀλλὰ τῆς ὑπερκειμένης συμμαχίας δεόμενος; εἶτα καὶ πῶς καταγινώσκει ἡ θεότης τοῦ ἰδίου θελήματος; ἀγαθὸν ἦν, ἢ κακὸν, ὃ [5] ἠβούλετο; εἰ μὲν γὰρ ἀγαθὸν, διὰ τί οὐκ εἰς πέρας ἄγεται [6] ὃ ἠβούλετο; B εἰ δὲ κακὸν, [7] (τίς πρὸς τὸ κακὸν) τῇ θεότητι ἡ οἰκείωσις; ἀλλ' ὅπερ ἔφην, [8] ὅτι οὐ συνίησιν εἰς τὸ ἐναντίον περιτρέπων τὸν λόγον. εἰ γὰρ τοῦ μονογενοῦς ἐστι Θεοῦ ἡ φωνὴ, ἡ λέγουσα, μὴ τὸ ἐμὸν θέλημα γενέσθω, ἀλλὰ τὸ σὸν, αὐτὸς ὁ λόγος [9] περὶ ἑαυτὸν, ἀεὶ διά τινος ἐναντιότητος στρέφεται, καὶ οὐδαμοῦ τὸ στάσιμον ἔχει· [10] ὁ γὰρ μὴ βουλόμενος τὸ ἴδιον θέλημα γενέσθαι, αὐτὸ τοῦτο [11] βούλεται πάντως, τὸ μὴ γενέσθαι, ὃ βούλεται. πῶς οὖν ἡ εὐχὴ πρὸς πέρας ἀχθήσεται λέγοντος, ὅτι τοῦτο θέλω, ἵνα ὃ θέλω μὴ γένηται; πρὸς τοὐναντίον πάντως [12] τοῦ σπουδαζομένου περιτραπήσεται, καὶ ἀμηχανήσει καθ' ἑκάτερον ὁ τῆς τοιαύτης ἐπαΐων εὐχῆς. ὅπερ γὰρ ἂν ποιήσῃ, πρὸς τὸ ἀβούλητον τῷ εὐχομένῳ περιτρέπει τὴν ἔκβασιν. [13] ποιήσει τὸ βούλημα τοῦ εὐχομένου; C ἀλλ' ἡ εὐχή ἐστι τὸ μὴ γενέσθαι, [14] ἃ βούλεται. [15] μὴ ποιήσει, ὃ βούλεται; ἀλλὰ ὁ εὐχόμενος βούλεται γενέσθαι [16] αὐτῷ, ὃ μὴ βούλεται· ὥστε κατὰ πάντα τρόπον πάντῃ μεταλαμβανόμενον ἀστατήσει τὸ νόημα, αὐτὸ ἑαυτῷ μαχόμενον, καὶ ὑφ' ἑαυτοῦ καθαιρούμενον. τῆς δὴ τοιαύτης κατὰ τὸν λόγον ἀμηχανίας μία γένοιτο ἂν παραμυθία, ἡ ἀληθὴς τοῦ μυστηρίου ὁμολογία, ὅτι τὸ μὲν δειλιᾶν πρὸς τὸ πάθος, τῆς ἀνθρωπίνης ἀσθενείας ἐστὶ, καθὼς φησι καὶ ὁ Κύριος, τὸ πνεῦμα πρόθυμον εἶναι λέγων, ἀσθενῆ δὲ τὴν σάρκα· τὸ δὲ [17] ἀνέχεσθαι τὸ ἐξ οἰκονομίας πάθος, τῆς θείας ἐστὶ καὶ βουλῆς καὶ δυνάμεως. ἐπειδὴ τοίνυν ἄλλο τὸ ἀνθρώπινον [18] βούλημα, καὶ τὸ θεῖον ἄλλο, D [a] φθέγγεται μὲν, ὡς ἐκ τοῦ ἀνθρώπου, [b] τὸ τῆς ἀσθενείας τῆς φύσεως πρόσφορον, ὁ τὰ ἡμέτερα πάθη οἰκειωσάμενος· ἐπάγει δὲ τὴν δευτέραν φωνὴν, τὸ ὑψηλόν τε καὶ θεοπρεπὲς βούλημα κυρωθῆναι παρὰ τὸ ἀνθρώπινον ὑπὲρ τῆς τῶν ἀνθρώπων σωτηρίας θέλων. ὁ γὰρ εἰπὼν, [19] μὴ τὸ ἐμὸν, τὸ ἀνθρώπινον τῷ λόγῳ ἐσήμανε. προσθεὶς δὲ, τὸ σὸν, [20] ἔδειξε τὸ συναφὲς τῆς ἑαυτοῦ πρὸς τὸν Πατέρα θεότη-

A quanam voluntate Scriptor noſter loquitur? De ea profecto, quam Dominus fieri non vult, dum ad Patrem ait, [a] *Non mea voluntas, ſed tua fiat.* Intelligit ne in qualem ſuus ſermo contradictionem incidat? Appropinquat paſſio, & proditor cum armatorum multitudine propemodum imminet, tumque hujuſmodi precatio fit. Qui ita deprecatur, homo ne eſt, an Deus? Si Deum eſſe, qui deprecatur, exiſtimat, parem in ipſo imbecillitatem, atque in hominibus conſpicit. Quomodo igitur erit Deus, qui nullum ex ſe ipſo bonum habet, ſed ſuperno auxilio indiget? Deinde quomodo divinitas propriam voluntatem reprobat? Bonum ne erat, an malum, quod volebat? Si enim bonum, cur ad B exitum non perducitur quod volebat? Si vero malum, quænam cum malo divinitati conjunctio intercedit? Sed, quod antea dixi, non animadvertit auctor in contrarium, ac intendit, ſenſum, ſermonem ſuum converti. Quippe ſi unigeniti Dei vox eſt, quæ dicit: *Non mea voluntas fiat, ſed tua.* Sermo iſte contrarietate quadam ſemper in ſe ipſum vertitur, & nullatenus ſibi conſtat. Qui enim non vult propriam voluntatem fieri, hoc ipſum vult omnino, ut quod vult, id nequaquam fiat. Quomodo ergo effectum ſortietur precatio dicentis, hoc volo, ut quod volo non fiat? Sane circa contrarium prorſus ei, quod intendit, precatio verſabitur, & circa utrumque hæſitabit, qui hujuſmodi preces exau- C dit. Quidquid enim fecerit, ſemper precantis voluntati contrarius erit eventus. Faciet voluntatem orantis? Sed hic orat, ut minime fiat, quod vult. Non faciet quod vult? Sed qui orat, ſibi vult fieri, quod non vult; ita ut quocumque modo, & quocumque ſenſu accipiatur, numquam ejus ſenſus conſtabit, cum ſibimet repugnet, & a ſemet ipſo deſtruatur. Porro perplexam adeo ſermonis hujus ambiguitatem explicare tantummodo poterit vera myſterii confeſſio; quod nempe paſſionem quidem formidare, humanæ imbecillitatis eſt, ſicut etiam ait Dominus [b], *ſpiritum promtum eſſe* dicens, *carnem autem infirmam*; ſufferre vero eamdem ex diſpenſatione paſſionem, divini conſilii atque virtutis eſt. Quoniam igitur D alia eſt humana voluntas, alia vero divina; qui proprias ſibi fecit infirmitates noſtras, loquitur quidem ut homo quæ naturæ infirmitati congruunt; ſubjungit vero poſteriora verba, quibus ſublimem Deoque dignam voluntatem potius, quam humanam, propter ſalutem hominum ratam haberi vult. Nam cum dixit, *Non mea*, humanam his verbis ſignificavit; cum autem ſubjunxit, *Tua*, conjunctionem divinitatis ſuæ cum Patre denotavit, in qua nulla

a Luc. XXII. 42. b Matth. XXVI. 41.

1. Sexta Synodus non habet adverbium, δηλαδή.
2. Sexta Synodus, ποίᾳ πέπτωκεν αὐτῷ ὁ λόγος, & ad marginem, αὐτῷ.
3. Corrector, ὅσον δὲ μέλλει.
4. Corrector, ἢ Θεὸν εἶναι, & mox, ἢ ἴσην.
5. Corrector, ἐβούλετο.
6. Corrector, ὃ ἐβούλετο, ut ſupra. Hæc tamen verba deſunt quidem in vulgato ſextæ Synodi græco textu; ſed habentur in latina veteri verſione.
7. Quæ ſemicirculis includuntur, addita ſunt a Correctore, & reperiuntur quoque in ſexta Synodo.
8. Vetus ſextæ Synodi latinus interpres vertit. *Sed quod dixi, quis non intelligit, quod in contrarium circumvertit illum ſermonem?* ac ſi græce eſſet, τίς οὐ συνίησιν, &c. ſed ejuſdem Synodi textus græcus cum Vaticani codicis lectione concordat.
9. In textu Vaticani codicis legitur, περὶ ἑαυτοῦ ἀεὶ διά τινος γράφεται. Corrector emendavit, περὶ ἑαυτὸν ἀεὶ διά τινος ἐναντιότητος γράφεται, & in margine addit, γρ. καὶ στρέφεται. Nobis huic poſtremæ ſimilem lectionem, quæ in ſexta etiam Synodo exhibetur, utpote clariorem, ſequi viſum eſt.

E

10. Ita Corrector, & Synodus ſexta; male in textu codicis Vaticani, εἰ γὰρ βουλόμενος.
11. Et hic ſecuti ſumus antiqui Correctoris, & ſextæ Synodi lectionem; nam in Vaticani codicis textu eſt, γίνεται.
12. Ita Corrector, & ſexta Synodus; ſed in Vaticani codicis textu legitur, τὸ σπουδαζόμενον.
13. Corrector, τὸ θέλημα, ſexta Synodus, ποιήσῃ τὸ θέλημα.
14. In ſexta Synodo, ὃ βούληται.
15. Corr. & ſexta Synodus, μὴ ποιήσῃ.
16. In ſexta Synodo legitur, αὐτό.
17. In ſexta Synodo, ἀναδέχεσθαι.
18. Corrector, θέλημα. Ità & ſexta Synodus.
19. Corrector, ὅτι μὴ τὸ, & mox, ἐσήμηνε.
20. In ſexta Synodo, καὶ ἔδειξε.

a Φθέγγεται — διὰ τὴν κοινωνίαν τῆς φύσεως] Hæc recitat S. Joannes Damaſcenus lib. *de duab. volunt.* cap. XXXV. opp. tom. I. pag. 548. ſeq.
b Τὸ τῆς ἀσθ.] Damaſc. τῇ ἀσθενείᾳ.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.



τος, ἧς οὐδεμία θελήματός ἐστι διαφορὰ διὰ τὴν κοινωνίαν τῆς φύσεως. [1] τὸ γὰρ τοῦ Πατρὸς εἰπὼν θέλημα, καὶ τὸ τοῦ Υἱοῦ ἐνεδείξατο. τοῦτο δέ ἐστι, τὸ πάντας ἀνθρώπους θέλειν σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν· ὅπερ οὐκ ἦν ἄλλως γενέσθαι, μὴ [2] τοῦ θανάτου καταποθέντος, τοῦ πρὸς τὴν ζωὴν ἐμποδίζοντος. [3] τὰ δὲ ταπεινὰ τῆς ἀνθρωπίνης δειλίας καὶ ῥήματα, καὶ πάθος οἰκειοῦται ὁ Κύριος, δεικνὺς, ὅτι [4] ἀληθὲς ἦν περὶ αὐτὸν τὸ ἡμέτερον, ἐκ τῆς τῶν παθημάτων κοινωνίας τὴν φύσιν πιστούμενος.

A est voluntatis differentia ob communionem naturæ; nam cum Patris voluntatem dixit, Filii quoque voluntatem designavit. Hæc autem est omnes homines velle salvos fieri, & ad cognitionem veritatis venire, quod aliter fieri non poterat, nisi morte absorta, quæ ad vitam pervenire præpediebat. Humilia autem humanæ formidinis verba, atque affectiones sibi asciscit Dominus, ut ostendat, vere in se ipso voluntatem nostram habuisse, ex affectionum communione humanam in se naturam esse confirmans.

Ἀλλ' οὐκ ἦν, φησὶν ὁ Ἀπολινάριος, ἀνθρώπου τοῦ ἐκ γῆς, ὡς αὐτοὶ νομίζουσι, ἀλλὰ Θεοῦ τοῦ καταβάντος ἐξ οὐρανοῦ, τὸ εἰς ἕνωσιν αὐτοῦ προσειλημμένον. ἐν τούτοις δὲ, τὸ μὲν ἄτονόν τε καὶ ἀσήμαντον τῆς ἑρμηνείας, παράγει τῆς κατὰ τὸν νοῦν ἀκολουθίας [5] τὸν τοῖς γεγραμμένοις ἑπόμενον· πλὴν οὐ παντελῶς ἀποκέκρυπται ἡ διάνοια [6] τῇ συγχύσει τῆς λέξεως. οὐκ ἀνθρώπου, φησὶ, τοῦ ἐκ γῆς εἰσιν αἱ περιπαθεῖς ἐκεῖναι φωναὶ, ἀλλὰ Θεοῦ τοῦ καταβάντος ἐξ οὐρανοῦ. μέχρι τούτου δῆλον ἐκ τῶν εἰρημένων τὸ βούλημα, ὅτι τὴν θεότητα ἐμπαθῆ εἶναι κατασκευάζει. εἶτα συγχεῖ τῇ [7] ἀτοπίᾳ τῆς λέξεως τὴν διάνοιαν. εἰπὼν γὰρ, ὅτι Θεοῦ τοῦ καταβάντος ἐξ οὐρανῶν, προστίθησι τὸ, εἰς ἕνωσιν αὐτοῦ προσειλημμένον· ὡς ἄν τις ἐπὶ τὸ σαφέστερον [8] μεταβαλὼν εἴποι τὸν λόγον, ὅτι οὐκ ἄνθρωπος ἦν ὁ λαλῶν· ἀλλὰ Θεὸς διὰ τοῦ ἀνθρώπου ἐφθέγγετο, ὁ εἰς τὴν ἑαυτοῦ ἕνωσιν προσλαβὼν τὸ φαινόμενον. πόθεν οὖν [9] προσελήφθη ἐκεῖνος ὁ ἄνθρωπος; ἐκ γῆς; οὔ φησιν· ἐν οὐρανοῖς δὲ γενόμενος, [10] ἀνθρώπων οὐκ ἔστι. λείπεται τὸ μηδαμόθεν λέγειν, ᾧ συγκατασκευάζεται, τὸ δόκησιν τὸ φαινόμενον εἶναι, καὶ οὐκ ἀλήθειαν. τὸ γὰρ μηδαμόθεν ὂν, οὐδέ ἐστιν ὅλως. ἀλλ' ἐξ ὧν παρέθετο λόγων, ἐξ οὐρανοῦ καταβεβηκέναι τὸν ἄνθρωπον λέγει, καὶ μὴν ἐπὶ γῆς ἡ Μαρία, καὶ ἐν γῇ τὸ σπήλαιον, καὶ γηΐνη ἡ φάτνη. καὶ πῶς ἡμῖν [11] αὐτὸς οὐρανόθεν ἄνθρωπον ἐπὶ τὴν γῆν μετοικίζει; πάσης γὰρ ὁμολογούσης γραφῆς τὴν παρθένον, τὸν τόκον, τὴν σάρκα, τὰ σπάργανα, τὴν θηλὴν, τὴν φάτνην, τὴν ἀνθρωπίνην διασκευὴν, οὗτος πάντα καταλιπὼν, ἕτερον ἄνθρωπον ἄρριζον καὶ ἀσυναφῆ πρὸς τὴν ἡμετέραν φύσιν ἀναπλάσσει τῷ λόγῳ.

XXXIII. *Atqui*, ait Apollinaris, *terreni hominis non erat, sicut ipsi putant, quod in ejus unione* B *assumtum fuerat; sed Dei, qui de cælo descendit.* In his autem verbis elocutionis defectus, & obscuritas efficit, ut qui nuda verba attendit, auctoris mentem non assequatur, nisi quod sermonis confusione, ejus sensus ex toto non occultatur. *Non sunt terreni hominis*, inquit, *voces illæ, quæ humanas passiones exprimunt; sed Dei, qui de cælo descendit.* Ex his, quæ hactenus diximus, patet, Apollinarem in id unum intendere, ut scilicet divinitatem passibilem esse demonstret. Mox locutionis absurditate mentis suæ sensa confundit; nam postquam dixit *Dei, qui de cælo descendit*, statim subdit, *Quod in ejus unionem assumtum fuerat*. Quæ verba non nemo clariori sensu reddens dixerit, non erat homo, C qui loquebatur; sed Deus per hominem loquebatur, qui in sui ipsius unionem, quod apparebat, assumserat. Unde nam igitur assumtus fuit homo ille? Ex terra? Negat. At si in cælis exstitit, ex hominibus non est. Superest itaque, ut nullo ex loco advenisse dicat; qua cum assertione simul adstruitur, opinione tantummodo, non veritate exstitisse quod apparebat; quod enim ex nullo loco est, id nec prorsus exsistit. Atqui ex his, quæ subjungit, verbis, hominem illum e cælo descendisse dicit. Et sane in terra exstitit Maria, & in terra spelunca exstitit, terrenum & præsepe. Quomodo ergo hic hominem e cælo in terram deducit? Nam cum omnis Scriptura fatetur, Virginem, partum, carnem, fascias, ubera, D præsepe, omnemque apparatum humanum; hic omnibus istis rejectis, alium nobis confingit hominem cujusvis originis expertem, nullaque affinitate cum natura nostra conjunctum.

Ἀλλ' ὅσας διὰ μέσου λοιδορίας τοῖς λόγοις συμπλέκων, διὰ τούτων οἴεται κρατύνειν τὴν ἀτοπίαν τοῦ δόγματος, δι' ὧν ἂν σφοδρότερον ἡμῶν ταῖς βλασφημίαις [12] καθικνεῖται, παριδεῖν οἶμαι χρῆναι τόν γε νοῦν ἔχοντα, καὶ τῇ ἀκοῇ τῶν ἐντυγχανόντων ἐπιτρέψαι τὴν κρίσιν, τίνες οἱ παραχαράκται τῆς ἀποστολικῆς εἰσι πίστεως, ἡμεῖς οἱ κατὰ τὴν τοῦ Παύλου φωνὴν γνόντες μὲν κατὰ σάρκα Χριστὸν, νῦν δὲ οὐκ ἔτι γινώσκοντες· ἢ ὁ πάντοτε, καὶ πρὸ τῆς κατὰ ἄνθρωπον οἰκονομίας, καὶ μετὰ τοῦτο τὸν σάρκινον ἑαυτοῦ Θεὸν περιφέρων τῷ λόγῳ· [13] προστίθησι δὲ τὴν παρὰ τῶν Ἰουδαίων γεγενημένην κατ' αὐτοῦ βλασφημίαν, τὸ, φάγον αὐτὸν λέγεσθαι παρ' ἐκείνων, καὶ οἰνοπότην, καί φησιν ἀναγκαῖα εἶναι ταῦτα ἐπὶ τοῦ ἀνθρώπου. [14] τίς οὖν ὁ ἄνθρωπος ὁ παρὰ τῶν Ἰουδαίων

XXXIV. Porro convicia illa, quæ suis sermonibus inserit, ratus dogmatis sui falsitatem veritati per ea præpollere posse, per quæ nos maledictis acrius impetit, contemnenda esse arbitror cuique sana mente prædito, ac Lectorum judicio relinquendum, quinam vere apostolicam fidem adulterent; nos ne qui juxta Paulli verba [a] *cognovimus quidem secundum carnem Christum, nunc vero jam non cognoscimus;* an iste, qui semper tum ante, tum E post dispensationem, quæ humanæ naturæ assumtione facta est, Deum carne præditum a se confictum prædicat. Addit autem his, quæ modo dixit, Judæorum adversus Christum blasphemiam, qua ipsum, voracem hominem, & vini potatorem vocabant, aitque, hæc necessario esse de homine di-

[a] II. Cor. V. 16.

1. In sexta Synodo, ὁ γάρ.
2. Ita Corrector, legit. Ita & sexta Synodus, quæ tamen pro καταποθέντος, habet, καταγωνισθέντος. In Vaticano autem codice antea erat, τῷ θανάτῳ.
3. In sexta Synodo, τὸ δὲ ταπεινὸν; & mox, καὶ ῥῆμα.
4. Corrector, ἀληθῶς, atque ita legisse videtur vetus Synodi sextæ interpres, licet in vulgatis ejusdem exemplaribus sit, ἀληθές.
5. Ita Corrector, antea τό.
6. Corrector, ἐν τῇ.
7. Corrector, ἀτοπίᾳ.
8. Ita Corrector, antea legebatur, μεταλαβών.
9. Ita Corrector, in codice est, προσελείφθη.
10. Legendum videtur, ἄνθρωπος.
11. Corrector, οὗτος.
12. Corrector, καθίκνυται.
13. Corrector, προστιθείς.
14. Locum hunc usque ad illa verba διὰ τῶν γηΐνων οὐ

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.



ἐπὶ βρώσει τι, καὶ τῇ πόσει ὀνειδιζόμενος; μετέχων τούτων, ἢ ἀμέτοχος ὤν; ἀλλ' εἰ μὲν μὴ μετεῖχε, δόκησις ἦν· εἰ δὲ μετεῖχε, γήϊνον τὸ μετεχόμενον· τὸ δὲ οὐράνιον διὰ τῶν γηΐνων οὐ τρέφεται. ὢ τῆς τῶν ἀτόπων ἐναντιότητος· πῶς ἐν τῷ αὐτῷ τοῖς ἐναντίοις καταβάλλεται πτώμασι; νῦν μὲν λέγει, κρείττονα τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως εἶναι [1] τὸν σωματικῶς προφαινόμενον· πάλιν δὲ καὶ τῶν ἀνθρώπων καταδεέστερον δείκνυσιν, ἠκρωτηριασμένον τῷ κρείττονι. τῶν γὰρ ἐν ἡμῖν τὸ ὑπερέχον ἐστὶν ἡ διάνοια, ἧς ἄμοιρον εἶναι τὴν σάρκα λέγει, ἐν ᾗ ὁ Θεὸς ἐφανερώθη, καὶ τοῦτο σαφῶς διὰ τῶν ἐφεξῆς ἀγώνων κατασκευάζων, ἐφ' ὧν εἰ μή τις περιττὸν ἡγοῖτο τὴν ἐπιμελῆ τῶν ματαίων ἐξέτασιν, δι' ὀλίγων τοῖς εἰρημένοις ἐπιδραμούμεθα. πάλιν γὰρ πλῆθος ὕβρεων ἐπαντλήσας τῇ συγγραφῇ, τοιοῦτον καθ' ἡμῶν λόγον προτείνεται, ἀδικεῖν λέγων τοὺς ταὐτὸν εἶναι φάσκοντας σαρκὸς ἕνωσιν, καὶ ἀνθρώπου πρόσληψιν. ἐγὼ δὲ κἂν ἀγροικότερον εἶναι δοκῇ τὸ λεγόμενον, οὐκ ἐπικρύψομαι τὴν ἀλήθειαν, ὅτι οὐδ' ἕτερον τῶν εἰρημένων ὁ καθ' ἡμᾶς ἰδιωτισμὸς δι' ἀκριβείας συνίστησι. τί γὰρ διαφέρει σαρκὸς ἕνωσις, καὶ ἀνθρώπου πρόσληψις, οὑτωσὶ κατὰ τὸ πρόχειρον ἑρμηνεύειν οὐκ εὔπορον. διότι πολλαχῶς νοεῖται ἡ ἕνωσις, καὶ ἀριθμῷ, καὶ εἴδει, καὶ φύσει, καὶ ἐπιτηδεύμασι, καὶ μαθήμασι, καὶ τοῖς [2] κατὰ κακὰ, ἢ ἀρετὴν ἰδιώμασι, καὶ ἐπιτηδεύμασι. τίς οὖν ἐστιν ἡ τῆς σαρκὸς ἕνωσις, εἴτε πρὸς ἑαυτὴν, εἴτε πρὸς ἕτερον [3] ἑνουμένη, τῶν ἑρμηνευόντων τὸν λόγον δεόμεθα. ἥ τε τοῦ ἀνθρώπου πρόσληψις πῶς γίνεται, ποίου, καὶ πόθεν, καὶ πῶς, καὶ παρὰ τίνος, καὶ τίνα τρόπον [4] προσειλημμένου, ἐπίσης τῷ [5] προλαβόντι ἡμῖν ἐν τοῖς ἀγνοουμένοις ἐστίν. ἕως γὰρ ἂν μὴ τῷ θείῳ τῆς γραφῆς ἅλατι τὸν [6] περὶ μυστηρίου λόγον ἐπαρτύων προφέρῃ, τὸ μεμωραμμένον τῆς ἔξω σοφίας ἅλας πατεῖσθαι παρὰ τῶν πιστῶν καταλείψομεν. τίς τῶν Εὐαγγελιστῶν σαρκὸς ἕνωσιν διηγήσατο; ποῖον δὲ τῶν ἀποστολικῶν διηγημάτων τὴν τοῦ ἀνθρώπου πρόσληψιν, οὑτωσὶ κατὰ τὴν λέξιν ἐδίδαξε; τίς νόμος, ποῖοι προφῆται, τίς θεόπνευστος λόγος, ποῖον συνόδου δόγμα, τοιοῦτον [7] ἡμῖν παρακατέθετο; ἐκ τούτων τοίνυν τῶν δύο ῥημάτων τὸ μὲν ἡμῖν προσνέμει, τὸ δὲ ἴδιον εἶναι λέγει· πότερον δὲ τούτων ἑαυτοῦ ποιεῖται, μέχρι τοῦ νῦν ἀμφιβάλλομεν. ἡμεῖς γὰρ ἢ οὐδ' ἕτερον οἰκειούμεθα, ἢ ἀμφότερα, διὰ τὸ μηδεμίαν ἐν θατέρῳ πρὸς τὸ ἕτερον διαφορὰν ἐξευρίσκειν. ἥ τε γὰρ ἕνωσις πρός τι γίνεται, ἥ τε πρόσληψις τινὸς πάντως ἐστίν· ἑκάτερον δὲ τὴν πρὸς ἕτερον σχέσιν [8] ὑποσημαίνει, καὶ ὁ προσλαβὼν ἥνωται τῷ προσληφθέντι, καὶ τὸ ἑνωθὲν διὰ προσλήψεως ἥνωται.

A cenda. Ecquis igitur homo ille est, cui ob Judæis potus cibique aviditas exprobratur? Cibo ne, potuque utebatur, an secus? Atqui si non utebatur, inanis ille & simulata species erat; sin autem utebatur, terrenus utique erat cibus ille atque potus, quem capiebat; quod autem cæleste est, terrenis rebus non alitur. O miram absurdarum rerum repugnantiam! Ut circa unam eamdemque rem in contrarios errores delabitur! Modo quidem asserit eum, qui corpore præditus apparebat, præstantiorem humana exstitisse natura. Mox vero eumdem hominibus inferiorem exhibet, ac potiore sui parte mutilatum. Cuncta enim quæ in nobis sunt, mens dignitate præcellit, cujus expertem esse carnem, in B qua Deus manifestatus est, asserit; idque multis deinceps conatibus palam adstruit, in quibus, modo ne quis stulta atque inepta accurate discutere supervacaneum existimet, quæ ab ipso dicta sunt, breviter percurremus. Rursus enim magna injuriarum copia suam scriptionem referciens, talem adversus nos sermonem in medium profert, ut impie eos sentire dicat, qui unum idemque esse ajunt, carnis unitionem & hominis susceptionem. Ego autem etsi rusticius loqui videar, veritatem non abscondam, neutrum nempe eorum, quæ modo dicta sunt, nostræ linguæ idiotismo exacte comprobari. Quid enim different carnis unitio, & hominis susceptio, haud ita in proclivi est verbis explicare. C Quandoquidem multifariam, variisque in rebus unio consideratur, in numero scilicet, in specie, in natura, in institutis, in doctrinis, in malitiæ vel virtutis proprietatibus, & erga alterutram studiis. Interpretum itaque explicatione nobis opus est, ut intelligamus, quænam sit hæc carnis unio, sive cum semet ipsa, sive cum alio inita. Hominis etiam susceptio quomodo, ex quali, & unde fiat; ac præterea quomodo, undenam, & quanam ratione homo susceptus sit, æque ac præcedentia nobis ignotum est. Nam quamdiu divinæ Scripturæ sale conditum de hoc mysterio sermonem non proferet, evanidum externæ sapientiæ salem fidelibus conculcandum relinquemus. Ecquisnam Evangelistarum carnis uni- D tionem commemoravit? Quænam apostolica scripta hominis susceptionem hisce, quibus ipse utitur, verbis nos edocuere? Quæ lex, qui Prophetæ, quænam a Deo inspirata scriptura, quænam synodica sanctio tale quid nobis custodiendum commisit? Ceterum ex his duobus verbis unitione videlicet carnis, & susceptione hominis, unum quidem nobis adscribit, aliud vero sui proprium esse dicit; utrum autem horum sibi vindicet, adhuc ambigimus. Nos enim vel neutrum eorum verborum usurpamus, vel utrumque; propterea quod nulla in re alterum ab altero differre deprehenditur. Nam & unitio cum aliqua re fit, & susceptio non nisi alicujus rei susceptio est; utrumque autem relationem ad alterum denotat, qui enim suscipit, cum suscepto unitur, & quod unitur, utique per susceptionem copulatur.

Ἀλλ' ἡμᾶς, φησι, δύο πρόσωπα λέγειν τὸν Θεὸν, καὶ [9] τὸν παρὰ τοῦ Θεοῦ προσληφθέντα ἄνθρωπον· αὐτὸν δέ, φησι, μὴ οὕτως ἔχειν, ἀλλὰ φάσκειν τὸν σαρκωθέντα, καὶ ὄντα οὐχ' ἕτερον παρὰ τὸν ἀσώματον, ἀλλὰ τὸν αὐτὸν καθ' ὁμοίωσιν [10] ἡμετέρας ἐν σαρκὶ ζωῆς. ἔτι ἰδίᾳ τῶν ἀσυστάτων ἡμῖν τοὺς φληνάφους διέξεισιν. ὁ σάρκινος αὐτοῦ Θεὸς

E XXXV. Sed duas personas, Deum, & a Deo susceptum hominem nos dicere ille asserit; se vero haud ita prorsus sentire, quin immo dicere incarnatum fuisse Christum, eumque non esse ab incorporeo diversum, sed unum eumdemque ad similitudinem nostræ, quam in carne vivimus vitæ. Adhuc nugas suas per ea, quæ stare nequeunt, nobis edisserit. Carneus ejus Deus

τρέφεται, laudat Euthymius in toties laudata Panoplia adversus hæreses parte secunda tit. 13. pag. 526. Versiculo *Christus*.

1. Ita Corrector, antea autem erat τὸ σωματικῶς προφαινόμενον.

2. Ita Corrector, prius erat κατὰ κακὴν ἀρετὴν: mala lectio.

3. Corrector, ἑνουμένως.

4. Ita Corrector, antea προσειλημμένος.

5. Corrector, προλαβόντι καὶ τοῦτο ἡμῖν.

6. Corrector, περὶ τοῦ μυστηρίου τὸν λόγον. Et mox ἅλα.

7. Pronomen ἡμῖν Corrector addidit.

8. Corrector, ἀποσημαίνει.

9. Ita ex Correctoris emendatione: nam in textu erat τὸν πατέρα.

10. Et hic Correctoris emendationem secuti sumus; antea enim erat ἡμετέραν τῆς ἐν σαρκὶ ζωῆς.

ἁπλοῦς εἶναι φύσιν οὐκ ἔχει. οὐ γὰρ ἄν τις ἐν τῇ σαρκὶ τὸ ἁπλοῦν θεωρήσειε· τὸ δὲ μὴ ἁπλοῦν, ἀσύνθετον εἶναι οὐ δύναται. ἀλλ' οὗτος εἶναι τὸ ἓν λέγει, ὡς καὶ ἡμῶν ἕκαστον, ἐκ πνεύματός, φησι, καὶ ψυχῆς καὶ σώματος. Νῦν πρώτως τὸ καινὸν εἶδος τοῦ ἀριθμοῦ ἐδιδάχθημεν, μαθόντες ὅτι τὰ εἰς τρία ἑτερογενῆ διῃρημένα μονάς ἐστιν. ἀλλ' ὁ μὲν περὶ τοῦ ἀναπλασθέντος αὐτῷ πνεύματος, ὑπερκείσθω λόγος. κατὰ δὲ τὴν παχυμερεστέραν τοῦ ἀνθρώπου τομὴν, καθὼς οἱ πολλοὶ [1] διαιροῦσιν, ἐδιδάχθημεν ἐκ νοερᾶς ψυχῆς καὶ σώματος εἶναι τὴν τοῦ ἀνθρόπου σύστασιν ὁμολογοῦντες, πῶς εἴπωμεν τὰ δύο ἓν, τοῦ Ἀποστόλου σαφῶς, δύο ἀνθρώπους περὶ ἕκαστον βλέποντος, ἐν οἷς φησιν, εἰ καὶ ὁ ἔξωθεν ἡμῶν ἄνθρωπος διαφθείρεται, τὸ σῶμα λέγων. ἀλλ' ὁ ἔσωθεν ἀνακαινοῦται ἡμέρᾳ καὶ ἡμέρᾳ, τὴν ψυχὴν αἰνισσόμενος. καί τοι εἰ τρεῖς ἦσαν κατὰ τὸν Ἀπολινάριον ἄνθρωποι, δύο πάντως ἂν τοὺς ἀφανεῖς, καὶ ἕνα ἐποίησε τὸν φαινόμενον, ὥστε κἂν ἐν τῷ καθ' ἡμᾶς ἐπιδείγματι κρατύνει τὸν ἴδιον λόγον, ἓν ὀνομάζων τὰ δύο, παραγράφεται αὐτὸν ὁ Παῦλος, διαιρῶν τὸν ἄνθρωπον ἐν τῇ δυϊκῇ σημασίᾳ. ἐπεὶ οὖν διὰ τοῦ ἀνθρωπίνου τὸν τοῦ δόγματος ἑαυτοῦ λόγον συνίστησι, τῇ τούτου ἀνατροπῇ κἀκεῖνο πάντως συναπελέγχεται· ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστι, ὅτι ὥσπερ [2] ἄνθρωπος, εἷς ἐστιν ἐκ πνεύματος καὶ ψυχῆς, καὶ σώματος. [3] ἐγὼ μὲν ἠξίουν πρότερον στῆναι ποίου σώματος, καὶ πόθεν εἰλημμένου, καὶ πότε πλασθέντος, καὶ ποδαπῆς ψυχῆς, [4] ἢ λογικῆς, ἢ ἀνθρωπίνης, ἢ ἀλόγου, τουτέστιν, εἰ [5] κτηνείας εἶναι τὸν ἄνθρωπον ἐκεῖνον οἴεται, εἶθ' οὕτως ἐπεμβαλεῖν τὸ νοερὸν, ὅπερ ἄλλό τι παρὰ τὸ πνεῦμα εἶναί φησιν· ἐπὶ μὲν ἡμῶν νοῦν, ἐπὶ ἐκείνου δὲ Θεὸν ὀνομάζων. εἰ γάρ τις οὐρανίου ἀνθρώπου πλάσις, καθ' ὁμοιότητα τοῦ χοϊκοῦ, παρ' αὐτοῦ πρότερον ἐπεδείχθη, προήχθημεν ἂν δι' ἀκολουθίας τῷ μύθῳ, μαθόντες παρὰ τῆς καινῆς ταύτης σοφίας, ὅτι τὸ μὲν ἐπίγειον τῶν ἀνθρώπων φῦλον ἐκ νοερᾶς ψυχῆς, καὶ σώματος τὴν σύστασιν ἔχει· [6] γένος δέ ἐστιν ἐπουρανίων ἀνθρώπων, οἷς ἄλογος μὲν ἡ ψυχὴ, σῶμα δὲ [7] ἀνθρώπινον, καὶ Θεὸς ἀντὶ νοῦ τῷ λόγῳ τοῦ σώματος, καὶ τῆς ψυχῆς ἀνακιρναται, ἐξ ὧν εἶναι τὸν ἐπὶ γῆς φανέντα Ἀπολινάριος οἴεται. ἐκείνου δὲ μή τι ἀποδειχθέντος, μή τε ὄντος, τοῦ δὲ διὰ τῆς παρθένου γεννηθέντος ἀθετουμένου, ὡς οὐδὲ τῆς ἡμετέρας μετασχόντος φύσεως· ἀλλότριον ἡγοῦμαι καὶ ἀνακόλουθον, σῶμα μὲν ὀνομάζεσθαι τὸ μὴ σῶμα, ψυχὴν δὲ ἀνθρώπου τὴν μὴ ψυχήν. εἰ γὰρ μὴ νοεράν αὐτήν τις εἶναι ὁμολογοίη, οὐδὲ ἀνθρώπου αὐτὴν ὅλως συνθήσεται. τούτων δὲ μὴ ὄντων, τίνα καιρὸν ἔχει ἡ τριμερὴς ἐκείνη τοῦ [8] ἀνθρώπου τομὴ, ἧς τὸ μὲν δίμοιρον ἄνθρωπος, Θεὸς δὲ τὸ τριτημόριον. οὐ γὰρ ἂν, φησιν, ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπου γεγονὼς εἴη, εἰ μὴ τυγχάνοι, καθάπερ ἄνθρωπος, νοῦς ἔνσαρκος ὤν· ἐγὼ δὲ εἰ μὲν ἐκεῖνος ὁ ἄνθρωπος ἄνους ἦν, ἐν ᾧ Θεὸς κατήλλαξε τὸν κόσμον ἑαυτῷ, εἰπεῖν οὐκ ἔχω· ὅτι δὲ ὁ ταῦτα γράφων, ἔξω διανοίας ἦν, καθ' ὃν ἔγραφε ταῦτα χρόνον, κἂν ἐγὼ μὴ εἴπω, τὰ γεγραμμένα βοᾷ. πῶς γίνεται ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπου, ὃ ἄλλό τι παρὰ τὸν ἄνθρω-

A simplex natura esse non potest; nemo enim est, qui in carne simplicitatem possit conspicari. Quod autem simplex non est, compositionis expers esse nequit. At iste unum esse dicit, eodem prorsus modo, ac unusquisque nostrum unus est, qui ex corpore, inquit, spiritu, & anima constamus. Novum numeri genus nunc primum addiscimus, unum ea esse edocti, quæ in tria diversi generis dividuntur. Sed in aliud tempus sermonem de spiritu, quem Apollinaris confingit, differamus. Nos vero crassiorem hominis divisionem, qua plerique utuntur, edocti, ex anima intelligente, & corpore hominem constitui fatemur. Quomodo itaque dicemus duo unum esse, cum Apostolus manifeste duos homines in unoquoque nostrum B observet, dum inquit, [a] *Licet is, qui foris est, noster homo corrumpitur*, corpus intelligens, *tamen is qui intus est, renovatur de die in diem*, animam his verbis subobscure innuens. Atqui si tres erant secundum Apollinarem homines, duos omnino invisibiles, & unum visibilem statuisset Apostolus; ita ut, quantumvis ille juxta divisionem nostram humanæ naturæ exemplo ad firmandam sententiam suam uteretur, unum vocans, quæ duo sunt, a Paullo nihilominus, hominem duas in partes dividente, refelleretur. Quoniam itaque exemplo ex humana natura desumto proprium suum dogma confirmat, hoc semel everso, & illud, quod de Christo censet, una prorsus confutatur. Quod autem asserit, hujusmodi est: *Quemadmodum* C *homo, unum quid est ex spiritu, anima, & corpore constans*. Equidem ab Apollinare postularem, ut prius statueret, ex quonam corpore, undenam sumto, quando nam condito, & ex quali anima, rationali ne & humana, an irrationali, hoc est, belluina, hominem illum compositum esse arbitretur, & an deinde inditam illi fuisse censeat intellectivam partem, quam diversam a spiritu esse dicit, eamque in nobis quidem mentem, in Christo autem Deum vocat. Si enim aliquod cælestis hominis opificium ad terreni hominis similitudinem reperiri, prius ab ipso ostensum fuisset, consequentia inde sumta, adduci forsitan potuissemus ad fidem fabulæ huic ab eodem confictæ accomodandam; novæ hujus sapientiæ magisterio edocti, terre- D num hominum genus ex anima intellectu prædita, atque corpore constare; aliud vero quoddam cælestium hominum genus esse, quibus ratione carens inest anima, corpus autem humanum, & Deus loco mentis commiscetur animæ, atque corporis constitutioni; e quorum numero hominem illum esse, qui in terra apparuit, Apollinaris arbitratur. Verum cum istud hominum genus nec esse ostendatur, nec revera sit, ac præterea qui ex Virgine natus est, tamquam nulla in re naturæ nostræ particeps, rejiciatur; absurdum & inconsequens esse arbitror, corpus quidem vocare, quod corpus non est, animam vero hominis, quæ itidem anima non est. Nam si quis eam mente præditam non esse fateatur, is prorsus nec eam hominis esse con- E cedet. Cum autem hæc nullatenus esse possint, cui bono est tripertita illa hominis divisio, cujus duæ quidem partes essent homo, tertia vero pars Deus? *Neque enim, ait, in similitudinem hominum factus fuisset, nisi instar hominis mens carne prædita esset*. Ego sane, an ille quidem homo, per quem Deus sibi mundum reconciliavit, mente careret, non dixerim; illum vero qui hæc scribit, mente captum eo, quo scribebat, tempore fuisse, quamquam ipse non dicam, ejus tamen scripta clamant. Quomodo in similitudinem hominis fit, qui aliud quid ab homine diversum est, & a nostra prorsus natura discrepat? Nam si ex anima, & corpore homo constat, & corpus hoc, animaque illa

[a] II. Cor. IV. 16.

1. Corrector, διαιρεῖν.
2. Corrector, ὁ ἄνθρωπος.
3. Corrector, ἐγὼ μὲν ἂν ἠξίουν αὐτὸ πρότερον.
4. Ita Corrector, in codice enim est ἡ λογικῆς.
5. Ita Corrector, antea κτηνίας.
6. Corrector, γένος δέ τι ἐστιν.
7. Corrector, ἀνθρώπινον, Θεὸς δὲ ἀντὶ νοῦ.
8. In textu Vaticani codicis scribitur ἀνθρώπου ψυχῆς.

που ὢν, καὶ πάντη τῆς ἡμετέρας [1] φύσεως; εἰ γὰρ νοερὰ ψυχὴ καὶ σῶμα, τὸ ἀνθρώπινον σύγκριμα· μήτε δὲ τὸ σῶμα τοῦτο, μήτε ἡ ψυχὴ ἐκείνη ἐν τῷ παρ' αὐτοῦ ἀναπλασθέντι ἐστὶ, πῶς δέχεται τὴν ὁμοίωσιν τοῦ ἀνθρώπου τὸ τῆς ἡμετέρας ἔκφυλον φύσεως; ἀλλ' οὐκ ἄνθρωπον αὐτὸν εἶναί φησιν, ἀλλὰ καθάπερ ἄνθρωπον, ἄνουν, ἔνσαρκον ὄντα. Ταῦτά ἐστιν, ἅ με πείθει ἔξω διανοίας εἶναι τὸν γράφοντα. πῶς ὁμοιοῦται τῇ φύσει, τὸ μὴ μέτοχον τῆς φύσεως; τίς δέ ἐστιν ὁ ἔνσαρκος ἐκεῖνος νοῦς, [2] ὁ συμφυὴς τῆς σαρκὸς, καὶ ἀχώριστος, ἀεὶ τοιοῦτος ὤν; οὐκοῦν καὶ ἐκ τοιούτου πάντως ἐστίν; οὐ γὰρ ἂν εἴη γεννητὴ σάρξ, εἰ μὴ ἀπὸ σαρκὸς γένοιτο, καθὼς φησί που ὁ Κύριος, ὅτι τὸ γεγεννημένον ἐκ τῆς σαρκὸς σάρξ ἐστιν. ἀλλ' ὕστερον γίνεται. ποίαν οὖν [3] περιτιθειμένος σάρκα, ἔνσαρκος γίνεται; τὴν οὖσαν; ἀλλ' ἐκ τῆς αὐτῆς. τὴν μὴ οὖσαν; οὐκοῦν οὐ λέγεται ἔνσαρκος· οὐ γὰρ [4] ἂν τῷ μὴ ὄντι ἐπονομάζοιτο.

Ἀλλ' ἴδωμεν τὰς ἀφύκτους αὐτοῦ τῶν συλλογισμῶν ἀνάγκας, δι' ὧν ἡμᾶς πρὸς συγκατάβασιν τοῦ ἔνσαρκον εἶναι νοῦν τὸν μονογενῆ Θεὸν συναναγκάζει. εἰ μὴ νοῦς φησιν ἔνσαρκός ἐστιν ὁ Κύριος, σοφία ἂν εἴη. ὢ τῆς ἀμάχου προτάσεως; τὸ ἕτερον ἐξ ἀμφοτέρων οἴεσθαι πάντως εἶναι τὸν Κύριον, ἢ νοῦν ἔνσαρκον, ἢ σοφίαν. διὰ τοῦτό, φησιν [5] ἐκεῖνον εἶναι, εἰ μὴ τοῦτό ἐστιν· ὅτ' ἂν μὴ νοῦς ἔνσαρκος ᾖ, πᾶν ὃ μὴ ἔστι νοῦς ἔνσαρκος, σοφία ἐστί. τί οὖν ὁ λίθος; τί δὲ ὁ κάνθαρος; τί δὲ τὰ λοιπὰ τῶν φαινομένων; δώσει γὰρ ἐπὶ τούτων πάντως τῶν δύο τὸ ἕτερον, ἢ νοῦν αὐτὰ ἔνσαρκον, ἢ σοφίαν εἶναι. ἀλλὰ μὴν οὔτε νοῦς, οὔτε σοφία τούτων ἐστὶν οὐδέν· διαπέπτωκεν ἄρα τῷ λογογράφῳ ἡ πρότασις, καὶ διεῤῥύη πᾶν τὸ σχημάτισμα, τῇ τῆς ἀρχῆς διαλύσει [6] διαπεπτωκότος τοῦ λόγου· οὐδὲν γὰρ ἐδείχθη ταῦτα τὴν ἀντιδιαστολὴν πρὸς ἄλληλα ἔχοντα, ὥστε εἰ τὸ ἕτερον τούτων εἴη, μὴ εἶναι τὸ ἕτερον, ἢ τὸ ἔμπαλιν, εἰ τὸ ἓν μὴ ὑπάρχοι, τὸ λειπόμενον [7] ὑπάρχει πάντως. ἀλλὰ κωλύει οὐδὲν καὶ ἀμφότερα εἶναι κατὰ ταυτὸν, καὶ οὐδ' ἕτερον. ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ ἀντιστρόφου τὸ τῆς προτάσεως ἀσύστατον ἴδωμεν, εἰ γὰρ ὡς ἀληθὲς προτείνεται τὸ, εἰ μὴ νοῦς ἐστιν ἔνσαρκος, σοφία ἂν εἴη, ἀληθὲς καὶ τὸ ἐκ τοῦ ἀντιστρόφου ἀναφαινόμενον, ὅτι εἰ σοφία ἐστὶ, νοῦς ἔνσαρκος οὐκ ἔστιν· ἀλλὰ μὴν σοφίαν εἶναι τὸν Χριστὸν πᾶς ὁ παραδεξάμενος τὴν πίστιν συντίθεται· ἄρα κατὰ τὴν τοῦ σοφοῦ πρότασιν, τὸ μὴ εἶναι αὐτὸν νοῦν ἔνσαρκον ὁμολογεῖται. ὥστε κατ' ἀμφότερα κατά τε τὸν πρῶτον, καὶ τὸν δεύτερον, καὶ κατὰ τὸν νῦν λόγον αὐτὸς ὁ λογογράφος, δι' ὧν κατασκευάζει, ὃ βούλεται, τὸ μὴ εἶναι ἔνσαρκον νοῦν τὸν Κύριον ἀποδείκνυσι. τοιαύτη ἡ πρότασις, τοιαύτη καὶ ἡ διὰ μέσου κατασκευὴ, ἄξιον ἀμφοτέρων [8] καὶ τὸ συμπέρασμα τί λέγει; [9] οὐκ ἦν ἐπιδημία Θεοῦ ἡ Χριστοῦ παρουσία, ἀλλ' ἀνθρώπου [10] γέννησις. γελάτωσαν ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις ὅσοι ἀγέρωχοι. ἡμεῖς δὲ δακρύειν εὔκαιρον [11] ἐπὶ τῇ ἀπάτῃ τῶν εἰρημένων, καὶ τῇ ματαιότητι κρίναντες, ἐπὶ πλεῖον διελέγχειν τὸν λόγον, ὡς ἂν μὴ γελοιάζειν δόξαιμεν, παραιτούμεθα.

in homine, quem ipse confinxit, non reperitur; Quomodo simile homini esse poterit, quod a nostra natura alienum est? *Sed illum non esse hominem*, dicit, *sed instar hominis, mente destitutum, carne præditum*. Hæc sunt quæ mihi suadent mentis non esse compotem, qui hæc scribit. Quomodo naturæ alicui assimilatur, quod ejusdem particeps non est? Quænam etiam est mens illa carne prædita, quæ eidem carni congenita est, & ab ea separari non potest, semperque talis exsistit? Numquid etiam ex alia re sibi simili prorsus derivatur? neque enim unquam caro gigni potest, nisi ex carne nascatur, quemadmodum alicubi ait Dominus, [a] *Quod natum est ex carne, caro est*. Sed inquiet, mens illa deinceps carne prædita est. Qualem igitur carnem induens, carne prædita evadit? Quæ jam exsistebat? Sed hæc nonnisi ejusdem generis esse potest. Quæ non exsistebat? Ergo carne prædita dici non potest; neque enim ex re non exsistente denominaretur.

XXXVI. Sed videamus inevitabilem ejus argumentorum vim, quibus nos cogit, ut unigenitum Deum mentem esse carne præditam concedamus. *Si mens, inquit, carne prædita non est Dominus, sapientia utique erit*. O invincibilem propositionem! Alterum ex duobus omnino esse Dominum censet, vel mente carne præditam, vel sapientiam: propterea, inquit, necesse est eum illud esse, nisi hoc est, quoniam cum mens carne prædita non sit, sapientia haud dubio est, quodcumque hujusmodi mens non est. Quid igitur lapis? Quid scarabeus? Quid denique cetera omnia, quæ sub oculos cadunt? Omnino enim duorum alterum dabit, vel eam mentem carne præditam esse, vel sapientiam. Atqui neque mens, neque sapientia aliquid horum est; corruit itaque Scriptoris nostri propositio, omnesque ejus machinationes dissolutæ sunt, cum ipsius principii subversione, tota ejus argumentatione simul concidente. Ostensum siquidem non est, hæc duo ita inter se differre, ut si alterum horum exsistat, alterum esse non possit, vel contra, si unum non exsistat, alterum esse omnino necesse sit. At nihil obstat, quin vel eidem utrumque insit, vel neutrum. Sed & hæc propositio quam infirma sit, ex altera, quæ huic contraria ex parte respondet, videamus. Si enim tamquam verum hoc asseritur, si non est mens carne prædita, sapientia erit; verum quoque erit id, quod e contrario dicitur, nempe, si sapientia est, mens carne prædita non erit. Atqui sapientiam esse Christum, quicumque fidem amplexus est, ultro concedit: ergo juxta Sapientis hujus assertionem, eumdem Christum mentem carne præditam non esse fatebimur; ita ut ex utriusque rationibus, quas primo, & secundo loco protulit, & ex aliis, quas ad sententiam suam confirmandam in præsenti subjungit, Dominum non esse mentem carne præditam Scriptor ipse demonstret. Talis est propositio, talis & assumtio, ecquid vero utraque dignum conclusio complectitur? *Christi ad nos accessus non fuit adventus Dei, sed hominis ortus*. Hæc dicta illi rideant, quibus aliena superbe contemnere moris est; nos vero eorumdem fallaciam, & fatuitatem lugere opportunius esse judicantes, ab eorum pro-

[a] Joan. III. 6.

at in margine, eadem, qua reliquæ correctiones, manu adnotatur γρ. καὶ τομὴ, ut indicaretur utroque modo legi posse. Nos tamen corrigendum censuimus ἀνθρώπου τομὴ, ut sub initium hujus capitis Nyssenus loquitur.

1. Supplendum heic videtur ἔκφυλον φύσεως, ut mox subdit, vel ἀλλότριον, aut aliquid simile, ut auctoris sensus constet.
2. Corrector, ἢ συμφυής.
3. Corrector, περιτιθέμενος.
4. Particulam ἂν Corrector addidit.
5. Corrector, ἐκεῖνον εἶναι.
6. Corrector, συμπεπτωκότος & mox habet οὐδὲ γάρ.
7. Corrector, ὑπάρχοι.
8. Ita Corrector, antea καὶ τῷ συμπεράσματι λέγει.
9. In textu Vaticani codicis, nihil monente Correctore, legitur οὐκ ἦν σοφία Θεοῦ. sed legendum omnino esse ἐπιδημία ex integro Apollinaris argumento, quod mox subdit, manifeste apparet.
10. Corrector, γένεσις.
11. Ita Corrector, antea ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις.

τίς γὰρ οὐκ ἂν εἰκότως γελάσειεν ἐπὶ τῇ ἀσυναρτήτῳ τοῦ [1] συλλογισμοῦ πλοκῇ. ἐκθήσομαι δὲ τὴν λέξιν αὐτὴν, κατὰ τὸ ἀκόλουθον οὕτως ἔχουσαν. Εἰ μὴ νοῦς ἔνσαρκός ἐστιν ὁ Κύριος, σοφία ἂν εἴη, φωτίζουσα νοῦν ἀνθρώπου· [2] αὕτη δὲ καὶ ἐν πᾶσιν ἀνθρώποις· εἰ δὲ ταῦτα, οὐκ ἦν ἐπιδημία Θεοῦ ἡ Χριστοῦ παρουσία, ἀλλ' ἀνθρώπου [3] γέννησις· τὸ μὲν οὖν σοφίαν εἶναι τὸν Κύριον ὑπερέχουσαν πάντα νοῦν, οὐδεὶς ἂν τῶν εὐσεβούντων ἀρνήσαιτο, ταῖς φωναῖς τῶν ἁγίων Πατέρων καὶ Ἀποστόλων πρὸς ταῦτα χειραγωγούμενος. καὶ γὰρ ὅτι σοφία ἐγενήθη ἡμῖν παρὰ τοῦ Θεοῦ, διαῤῥήδην ὁ Παῦλος βοᾷ, καὶ ὅτι ἐπεφάνη ἡμῖν ἡ σωτήριος χάρις, παιδεύουσα ἡμᾶς ἀρνήσασθαι μὲν τὴν ἀσέβειαν, δι' ὁσιότητος δὲ καὶ δικαιοσύνης προσδέχεσθαι τὴν μακαρίαν ἐλπίδα. καὶ ταῦτα τοῦ Ἀποστόλου διεξιόντος ἠκούσαμεν· νοῦν δὲ ἔνσαρκον τὸν μονογενῆ Θεὸν, τὸν ἐπὶ πάντων, καὶ διὰ πάντων, καὶ ἐν πᾶσιν, οὔτε ἠκούσαμεν τῶν ἁγίων τινὸς, οὔτε παρεθεῖναι ταῖς θείαις [4] φωναῖς τὴν ἀλλόκοτον ταύτην καινοφωνίαν καταδεχόμεθα, καὶ μάλιστα πρὸς τὸν σκοπὸν ὁρῶντες τοῦ καινοῦ λογογράφου, ὃς βούλεται διὰ τῆς ψυχρῆς ταύτης κατασκευῆς τοῦ σοφίσματος, ἐκβαλεῖν μὲν ἐπὶ τοῦ Κυρίου τὴν τῆς σοφίας ὁμολογίαν, δι' ἧς πάντα [5] νῦν σοφίζεσθαι πεπιστεύκαμεν· ἀντεισαχθῆναι δὲ τὴν παράλογον ταύτην [6] καινοφωνίαν, ἵνα νοῦς ἔνσαρκος ὁ μονογενὴς, καὶ μὴ σοφία κατονομάζηται. ἐὰν γὰρ σοφία, [7] φησὶν, ἐμπιστευθῇ εἶναι ὁ Κύριος, ἡ [8] ἐν πᾶσι δηλαδὴ δεχομένοις τὴν χάριν, οὐκέτι ἐπιδημίαν Θεοῦ τὴν Χριστοῦ παρουσίαν ὁμολογήσομεν, ὡς ἠλλοτριωμένη τοῦ Θεοῦ τῆς σοφίας. τίς οὐκ ἂν τὸν ἄνδρα τῆς μελαγχολίας ταύτης [9] οἰκτείροιεν; ἐὰν σοφίαν, φησὶν, εἶναι πιστεύσωμεν, [10] οὐκ ἔσται Θεοῦ ἐπιδημία ἡ Χριστοῦ παρουσία, ὃς ἐγενήθη ἡμῖν σοφία ἀπὸ Θεοῦ, ἀλλὰ ἀνθρώπου γένεσις. ἐὰν [11] σοφία ᾖ; οὐκ ἤκουσας τοῦ Προφήτου βοῶντος, ὅτι ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ ὅτι παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, καὶ ὅτι υἱὸς τὴν ἀρχὴν ἐπὶ τοῦ ὤμου ἔχει, ὡς ἰσχυρὸς καὶ δυνατὸς, καὶ οὐ μόνον τοῦ παρελθόντος, ἀλλὰ καὶ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος πατήρ.

Ἀλλ' ἐάσωμεν τοῦτον τὸν ὀνειρώδη λῆρον, [12] διὸ ἀπεφήνατο νοῦν ἔνσαρκον αὐτὸν δεῖν εἶναι λέγειν, μήτε σοφίαν φωτίζουσαν, [13] οὔτε τὴν διὰ γεννήσεως εἰς τὴν ζωὴν ἡμῶν πάροδον. ἕτερον ἐπιχείρημα· Εἰ μὴ νοῦς ἔνσαρκός, φησι, γέγονεν ὁ λόγος, ἀλλὰ σοφία. ἐν ᾧ τί πάλιν [14] παθὼν ὁ σοφὸς ἀντιδιαστέλλει τὸν νοῦν τῇ σοφίᾳ, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἀντιδιακειμένων; οἱ δι' ἀκριβείας τὰ ὄντα διαιροῦντές φασι, τὰ ἀντιδιαστελλόμενα τῶν ὀνομάτων τῆς ἀλλήλων ὑποχωρεῖν παρουσίας, ὡς τῷ θανάτῳ τὴν ζωὴν, καὶ τῇ ζωῇ πάλιν τὸν θάνατον, τῇ ἀρετῇ τὴν κακίαν, κἀκείνῃ ταύτην, καὶ ὅσα ἄλλα κατὰ τὸν αὐτὸν λέγεται τρόπον. πῶς τοίνυν οὗτος κατὰ τὸ ἴσον τοῖς ἀντιθέτοις ἀντιδιαστέλλει τῷ νῷ τὴν σοφίαν, ὥσπερ ἀμήχανον ἐν τῷ αὐτῷ, καὶ περὶ τὸν αὐτὸν εἶναι τὰ δύο; διό φησιν, [15] εἰ μὴ νοῦς ἔνσαρκος ἦν, σοφία ἦν. ὡς εἴτις λέγοι, εἰ μὴ ὑγεία ἐστὶ, νόσον εἶναι. τίς οὖν ἡ κατασκευή; Εἰ σοφία, φησὶν, ἦν ἐν τῷ νῷ, οὐ κατέβη ὁ Κύ-

A lixiori confutatione, ne derisores esse videamur, temperamus. Quis enim nequaquam sibi cohærentem syllogismi complexum jure merito non riserit? Ipsa autem verba eo prorsus ordine, quo ille dispofuit, hic afferam, quæ ita se habent: *Nisi Dominus mens esset carne prædita, sapientia esset, hominis mentem illuminans. Hæc autem in omnibus hominibus reperitur. Si autem hæc vera sunt, Christi ad nos accessus non fuit adventus Dei, sed hominis ortus.* Atqui Dominum esse sapientiam, cunctis mentibus præcellentem, nemo pius inficias iverit, Sanctorum Patrum, & Apostolorum dictis ad id credendum adductus. Diserte namque Paullus clamat, [a] *Factus est nobis sapientia a Deo:* &, [b] *Apparuit nobis gratia salutaris, erudiens nos, ut abne-*
B *gemus quidem impietatem, sancte vero, & juste exspectemus beatam spem.* Hæc sane Apostolum loquentem audivimus; unigenitum vero Filium, qui super omnia, & per omnia, & in omnibus, mentem esse carne præditam, nec a quopiam Sanctorum accepimus, neque inter verba divinis rebus significandis accomodata recenseri hanc a vera fide alienam vocum novitatem sinemus; eo vel maxime si ad scopum novi hujus Scriptoris respiciamus, qui frigido isto sui sophismatis apparatu rejicere quidem vult eam confessionem, quam de Domini sapientia habemus, & qua omnem humanam mentem sapientem effici credimus; in ejus vero locum inducere absurdam hanc vocum novitatem, ut Unigenitus mens carne prædita, non vero sapientia
C appelletur. *Si enim*, inquit, *Dominum credamus esse sapientiam, eam nempe, quæ in omnibus divinæ gratiæ consortibus reperitur, nullo pacto Christi ad nos accessum, Dei adventum fuisse fatebimur:* ac si alienum quid esset a Deo sapientia. Quis hominis hujus insaniæ non misereatur? Si sapientiam, inquit, eum esse credemus, Christi ad nos accessus, [c] *Qui factus est nobis sapientia a Deo*, non erit Dei adventus, sed hominis ortus. Si sapientia erit? Non audisti Prophetam ita clamantem, [d] *Virgo in utero concipiet, & pariet filium:* &, [e] *Parvulus natus est nobis?* Quin & ab eodem filius principatum super humeros habens dicitur, utpote fortis & potens, & non modo præteriti, sed & futuri sæculi pater.

D XXXVII. Sed omittamus nugas hasce somniantium deliriis similes, quibus mentem carne præditam, non vero sapientiam illuminantem, Christum dici oportere, nec eumdem in vitam nostram nascendo ingressum fuisse pronuntiat. En aliud argumentum: *Nisi mens*, inquit, *carne prædita Verbum fuit, sapientia utique fuit.* Qua in argumentatione quid caussæ rursus est, cur sapiens iste mentem a sapientia distinguat, quemadmodum in oppositis fieri solet? Verum qui accurate differentias rerum explicant, ajunt, Ea quæ per oppositionem distinguuntur inter se, ejus esse naturæ, ut præsenti uno, alterum cedat, veluti morti vita, & vitæ vicissim mors, virtuti vitium, & huic vicissim illa, & quot-
E quot alia eadem ratione dicuntur. Quomodo igitur hic ad instar oppositorum ita mentem a sapientia distinguit, quasi impossibile sit in una eademque re, & circa unum eumdemque duo illa simul esse? Nam ideo dicit, si mens carne prædita non esset, sapientia esset, ac si quis diceret, morbum esse, si sanitas non sit.

a I. Cor. I. 30. b Tit. II. 11. c I. Cor. I. 30. d Isa. VII. 14. e Isa. IX. 6.

1. Ita Corrector, male antea λογισμοῦ.
2. Ita Corrector, antea αὕτη δὲ τὸ ἐν πᾶσιν.
3. Corrector, γένεσις.
4. Corrector in margine γρ. γραφαῖς & mox κενοφωνίαν.
5. Corrector, τὸν φωτίζεσθαι.
6. Corrector, κενοφωνίαν.
7. Corrector, φησὶ, πιστευθῇ.
8. Corrector, ἐν πᾶσι γινομένη τοῖς δεχομένοις.
9. Corrector, οἰκτείρειεν.
10. Ita Corrector, antea οὐκ ἔσται δὲ Θεοῦ.
11. Corrector, σοφία ἦν. Ego tamen per interrogationem locum hunc legendum esse censeo.
12. Corrector in textu δι' ὃ emendavit, sed in margine διὸ iterum scripsit.
13. Corrector, μήτε τὴν.
14. Corrector, μαθών.
15. Et hic Correctoris emendatio nobis necessaria visa est: nam antea scriptum fuerat, εἰ μὴ νοῦς ἔνσαρκος ἦν, ὁ.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.



ριος, οὐδὲ ἐκένωσεν ἑαυτόν. ὢ τῆς ἀνανταγωνίστου ἀνάγκης· πῶς κατασκευάζει τὸ μὴ καταβεβηκέναι τὸν Κύριον ἐκ τοῦ δεῖξαι, ὅτι σοφία ἦν; οὐκοῦν εἰ ἐκ τοῦ σοφίαν αὐτὸν εἶναι, ἀθετεῖ καὶ ἡ κάθοδος, ὁ τὴν κατάβασιν ὁμολογῶν, τὸ μὴ εἶναι σοφίαν ἐξ ἀνάγκης κατασκευάζει. ἀλλὰ μὴν ὁμολογεῖται παρὰ τοῦ Ἀπολιναρίου κάθοδος· ἄρα [1] καὶ τὸ μὴ εἶναι σοφίαν τὸν κατεληλυθότα παρ' ἐκείνου [2] συνομολόγηται. τοιαῦτα τοῦ γεννικίου τὰ σοφὰ κατὰ τῆς ἀληθείας ἐπιχειρήματα. εἶτα ἐπάγει διὰ τῆς ἀσυναρτήτου ἀκολουθίας τῇ προτάσει [3] ταύτῃ τὴν ἐκ τῶν μὴ τεθέντων κατασκευήν, ἔχουσαν οὕτως. Διὰ τοῦτο καὶ ἄνθρωπος ἦν· ἄνθρωπος γὰρ νοῦς ἐν σαρκὶ κατὰ τὸν Παῦλον. Παραιτοῦμαι δὲ τοὺς ἐντυγχάνοντας μὴ παρ' ἡμῶν οἴεσθαι κατά τινα παιδιὰν ἐπὶ γέλωτι τὰ τοιαῦτα, ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Ἀπολιναρίου συμπλάσσεσθαι· ἔξεστι γὰρ καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν παρ' αὐτοῦ γεγραμμένων μαθεῖν, ὅτι κατὰ τὴν λέξιν ὁ παρ' ἐκείνου προενήνεκται λόγος, οὕτως ἔχων. κατὰ ποῖον τοίνυν Παῦλον νοῦς ἔνσαρκος ἄνθρωπος λέγεται; εἰπάτω τίνα ἕτερον ἐν κρυπτῷ ἔχει Παῦλον; ὁ γὰρ δοῦλος Ἰησοῦ Χριστοῦ ὁ κλητὸς Ἀπόστολος, ἐν πᾶσι τοῖς παρ' αὐτοῦ γεγραμμένοις τοιοῦτον εἶπεν οὐδέν. εἰ οὖν μήτε ἡ ἀκολουθία, μήτε ἡ μαρτυρία τὸν λόγον συνίστησι, πόθεν ἡ ἀλλόκοτος αὕτη δογματοποιΐα τὸ πιστὸν ἔχει; πάλιν ἕτερον τοῖς εἰρημένοις ἐπάγει νόημα. Ἐπειδὴ ἄνθρωπός, φησιν, ἦν καὶ ἐπουράνιος, οὗτος ὁ χοϊκός. Πάλιν λέγω ἐπιλελῆσθαι τῆς Μαρίας, ἣ εὐαγγελίζεται ὁ Γαβριήλ, ἐφ' ἣν ἐληλυθέναι τὸ ἅγιον Πνεῦμα πιστεύεται, ἣ ἐπισκιάζει τοῦ ὑψίστου ἡ δύναμις, ἀφ' ἧς τίκτεται ὁ Ἰησοῦς, ὁ ἔχων τὴν ἀρχὴν ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ, τουτέστιν, ὁ βαστάζων ἐφ' ἑαυτοῦ τὴν ἀρχήν. ἀρχὴ δὲ πάντως ἐστὶν ὁ Θεὸς λόγος, [4] ὁ ἐν ἀρχῇ ὤν, καὶ ἀρχὴ ὤν, καθὼς φησί που τῆς γραφῆς ὁ λόγος, ὅτι ἐγώ εἰμι ἡ ἀρχή. ἢ τοίνυν δειξάτω μὴ ἐν γῇ τὴν παρθένον, ἢ ἄνθρωπον οὐράνιον μὴ πλασσέτω, μηδὲ φοβείτω τοὺς ἀμαθεστέρους, ὡς εἰς τὸ θεῖον ἐξαμαρτάνοντας, [5] ὡς τὸ ἀνθρώπινον παραδεξάμενοι, μὴ συνομολογοῖεν τὸ θεῖον. ἡ μὲν γὰρ ἐκ γυναικὸς γέννησις τὸ ἀνθρώπινον ἔχει. ἡ δὲ παρθενία ὑπηρετήσασα τῷ τόκῳ, τὸ ὑπὲρ ἄνθρωπον ἔδειξεν. ὥστε τὸ μὲν γεννηθὲν ἄνθρωπος, ἡ δὲ πρὸς τὴν γέννησιν δύναμις, οὐκ ἐξ ἀνθρώπων, ἀλλὰ διὰ Πνεύματος ἁγίου, καὶ τῆς τοῦ ὑψίστου δυνάμεως. οὐκοῦν κατὰ τὸν ἀληθῆ λόγον, καὶ ἄνθρωπός ἐστι, καὶ Θεὸς, τῷ ὁρωμένῳ ἄνθρωπος, τῷ νοουμένῳ Θεός. ὁ δὲ οὐ τοῦτό φησιν ἐν τῷ συμπεράσματι, τῷ φαινομένῳ τὸ θεῖον, οὐ τῷ νοητῷ ὁριζόμενος.

Ἀλλὰ πρὸς τὸ ἐφεξῆς ἐπιχείρημα τῷ λόγῳ μετέλθωμεν. Εἰ μετὰ τοῦ Θεοῦ, [6] φησι, νοῦ ὄντος, καὶ ἀνθρώπινος νοῦς ἦν ἐν Χριστῷ. τοῦτο ἡ πρότασις· ἡμεῖς δὲ τῷ εἰρημένῳ ἀντιπροτείνομεν. τίς τῶν ἁγίων νοῦν τὸ θεῖον ὡρίσατο; παρὰ ποίαις γραφαῖς ταὐτὸν εἶναι τῷ νῷ τὸν Θεὸν ἐδιδάχθημεν, [7] ὥστε παραδέξασθαι τὸ λεγόμενον, ὅτι ὁ μὲν κατὰ Χριστὸν ἄνθρωπος, ἄνους, ὁ Θεὸς δὲ νοῦς τῷ ἀνοήτῳ γίνεται; ἄρα χρὴ καὶ ὅλον τοῦ ἐπιχειρήματος τούτου καταγράψαι τὸν ὄνειδον· ἀλλὰ δέδοι-

A Quænam itaque est argumentatio ista? *Si in mente*, inquit, *sapientia inerat*, *non descendit ad nos Dominus*, *neque se ipsum exinanivit*. O vim argumenti ineluctabilem! Quomodo adstruit non descendisse ad nos Dominum ex eo, quod ostendatur ipsum sapientiam esse? Itaque si ex eo quod Dominus sapientia sit, ejus ad nos descensus rejicitur, necessario sequitur eum qui descensum Domini ad nos confitetur, eumdem Dominum non esse sapientiam affirmare. Atqui Apollinaris Dominum descendisse fatetur; itaque illum, qui descendit, non esse sapientiam idem etiam confiteatur. Talia sunt egregii hujus viri scita adversus veritatem argumenta. Deinde huic propositioni per ineptam consecutionem subdit illationem aliam ex non concessis B petitam, quæ ita se habet: *Propterea & homo erat; nam homo secundum Paullum mens est in carne posita.* Lectores obsecro, ne a nobis per jocum talia ad risum provocandum, tamquam ex Apollinaris persona, conficta fuisse arbitrentur; ex ipsis enim ejus scriptis discere licet, memoratam modo sententiam ad verbum ab illo prolatam fuisse. Secundum quemnam itaque Paullum mens carne prædita homo dicitur. Dicat an aliquem alium latentem adhuc Paullum habeat? Nam servus Jesu Christi vocatus Apostolus, in omnibus ab ipso exaratis epistolis nihil tale affirmavit. Si itaque neque series ipsa sermonis, neque testimonium ullum ejus assertiones comprobat, unde nam absurda hæc dogmatis confictio fidem habet? Sed rursus recensitis C jam argumentis aliud subjungit: *Quoniam*, inquit, *terrenus homo iste*, *homo erat*, *& quidem cælestis*. Iterum dico hominem hunc oblitum esse Mariæ, cui annunciat Gabriel, super quam venisse Spiritum sanctum creditur, cui obumbrat virtus Altissimi, quæ Jesum parit, qui principatum habet super humeros suos, hoc est, qui in se ipso principatum gerit. Principium autem cunctarum rerum Deus Verbum est, qui & in principio erat, & principium erat, quemadmodum alicubi ait Scriptura, nempe, [a] *Ego sum principium*. Vel itaque ostendat in terra Virginem non exstitisse, vel hominem cælestem fingere desinat; nec de rudioribus solicitus sit, quasi in divinitatem peccaturi sint, ut qui humanitatem admittentes, simul etiam divinitatem in Christo non sint confessuri. Nam ex muliere D nasci humanæ conditionis est; virginitas vero partui inserviens, quod est supra humanam conditionem ostendit; ita ut qui natus est ex ipsa, homo quidem sit; generandi vero facultas non ex hominibus, sed ex Spiritu sancto, & Altissimi virtute profluxerit. Secundum veram itaque rationem, & homo, & Deus est, eo quidem, quod cernitur, homo; eo autem, quod mente percipitur, Deus. Iste autem hoc in sui argumenti conclusione non dicit: divinitatem eo quod cernitur, non eo quod mente contemplatur, definiens.

XXXVIII. Sed ad argumentum, quod sequitur, nostra progrediatur oratio. *Si cum Deo*, ait, *qui mens est*, *humana quoque mens erat in Christo*. Hæc prima E propositio. Nos autem huic assertioni hæc vicissim opponimus. Quisnam Sanctorum mentem esse divinitatem statuit? Quænam Scripturæ unum idemque esse Deum ac mentem nos docuere, ut ei assentiamur, dum ait, Hominem quidem, qui Christus erat, mente caruisse, Deum vero eidem mente destituto mentem factum fuisse? Oporteret sane contumeliosum hoc argu-

a Apoc. I, 8.

1. Particula καὶ, addita est a Correctore.
2. Corrector, συνωμολόγηται.
3. Ita Corrector, antea ταύτην.
4. Ita Corrector, antea enim erat, ὁ ἐν ἀρχῇ (ita) ὢν καθὼς, &c.
5. Corrector, εἰ τὸ ἀνθρώπινον. Porro in sequentibus legendum censeo, μὴ συνομολογοῖεν, licet contrarium sensum præ se ferat cod. Vatic. qui negativa particula caret.
6. Verbum φησὶ, Corrector addidit.
7. Ita Corrector, male antea, ὥστε τὸ λεγόμενον, & mox, ὁ Θεὸς νοῦς.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
370.



κα μὴ χλδασαί τινες τοῖς ἐντυγχάνουσι δόξωμεν ὡς ἐπὶ γέλωτι τὴν ἀσχημοσιώlω τοῦ λογογράφου δημοσιδόοντες. πλὴν ὡς ἂν μὴ ἀτελὴς μένοι ἡ πρότασις, τὸ συμπέρασμα μόνον ἐπαγαγεῖν δέον, [1] τὸν διὰ μέσου συρφετὸν ὑπερβήσομαι. Εἰ μετὰ τοῦ Θεοῦ, φησι, νοῦ ὄντος, [2] καὶ ἀνθρώπινος ἦν ἐν Χριστῷ νοῦς, οὐκ ἄρα ἐπιτελεῖται ἐν αὐτῷ τὸ τῆς σαρκώσεως ἔργον· εἰ δὲ μὴ ἐπιτελεῖται τὸ τῆς σαρκώσεως ἔργον ἐν τῷ αὐτοκινήτῳ καὶ μὴ ἀναγκάστῳ νοΐ, ἐν τῷ ἑτεροκινήτῳ, καὶ ὑπὸ τοῦ θείου νοῦ ἐνεργουμένῃ σαρκὶ τελεῖται τὸ ἔργον, ὅ ἐστι λύσις ἁμαρτίας· μεταλαμβάνει δὲ τῆς λύσεως ὁ ἐν ἡμῖν αὐτοκίνητος νοῦς, καθ᾽ ὅσον οἰκειοῖ ἑαυτὸν Χριστῷ· Ὁρᾷς πῶς οἰκεῖα τῇ προτάσει τὰ συμπεράσματα; τάχα δέ τινος ἐπαοιδοῦ [3] καὶ γαλλοῦ [a] προσδεόμενα πρὸς τὸ διακρῖναι ἡμῖν τὰ τῶν ἐνυπνίων αἰνίγματα, ὥστε εἰπεῖν τί σημαίνει ἡ τῶν ῥημάτων τούτων [4] καινοφωνία, ὁ αὐτοκίνητος νοῦς, καὶ ἑτεροκίνητος, σὰρξ [5] ἡ ἐπιτελοῦσα τὸ ἔργον τῆς λύσεως. ἀλλ᾽ ἀφείσθω καὶ ταῦτα τῇ ἀγερωχίᾳ τῶν νέων καταχλευάζεσθαι. ἡμεῖς δὲ πρὸς τὰ ἐφεξῆς τοῦ λόγου προΐωμεν. Εἴ τι [6] πλέον φησὶν ἕτερος ἑτέρου κομίζεται, τοῦτο δι᾽ ἄσκησιν γίνεται· οὐδεμία δὲ ἄσκησις ἐν Χριστῷ· οὐκ ἄρα νοῦς ἐστιν ἀνθρώπινος. Πῶς μέμνηται τῆς θεοπνεύστου γραφῆς; ποία τοῦ Βεσελεὴλ ἄσκησις τῶν τεχνῶν καθηγήσατο; πόθεν δὲ τῷ Σολομῶντι τῶν τοσούτων ἡ γνῶσις; ὁ δὲ τὰ συκάμινα κνίζων Ἀμὼς, πῶς ἐξ αἰπόλων τοσαύτlω ἔσχεν ἐν προφητείᾳ τὴν δύναμιν; καὶ ὅμως οὐδεὶς τῶν εἰρημένων ἐξ οὐρανοῦ καταβέβηκεν, οὔτε ἐν ἀρχῇ ἦν, οὔτε ἴσα Θεῷ ἦν.

A mentum integre describere; sed vereor ne Lectoribus irrisores esse videamur, ac si Scriptoris nostri deformitatem omnium cachinnis exponeremus. Verum ne imperfecta remaneat propositio illa, conclusionem, tantummodo in medium proferendam censeo, quisquiliis, quas auctor interjecit, omissis. *Si cum Deo*, ait, *mentis vicem supplente, humana quoque mens erat in Christo, non ergo in ipso conficitur incarnationis opus. Si autem non conficitur incarnationis opus in mente, quæ sua sponte movetur, & a nemine cogitur, certe in carne, quæ per alium movetur, & a divina mente agitur, idem incarnationis opus conficitur, quod est abolitio peccati; hujus autem abolitionis nostra mens quæ sua sponte movetur, particeps fit, quatenus adjungitur Christo.* Vides quam affines pri- B mæ propositioni conclusiones sint. Fortasse autem incantatore, vel gazaro aliquo opus erit ad explicanda nobis hujusmodi somniorum ænigmata, & ut nobis edisserat, quid horum verborum novitas significet, *Mens, quæ per se movetur; Mens, quæ pulsu alieno agitur; Caro, quæ abolitionis peccati negotium perficit.* Sed & hæc juvenum petulantiæ deridenda relinquantur; nos vero ad ea, quæ in ipsius tractatu sequuntur, discutienda procedamus. *Si quid*, ait, *aliud plus alio acquirit, id exercitatione fit; nulla autem exercitatio in Christo; ergo mens humana non est in Christo.* Siccine divinitus inspiratæ Scripturæ sermonum reminiscitur? Quænam exercitatio [a] Beseleel artes edocuit? Unde nam Salomoni tot tantarumque rerum cognitio? Qui C vero sycomoros carpebat Amos [b], quo pacto armentarius cum esset, tantam fuit prophetandi facultatem adeptus? Et tamen nec eorum quisquam ex cælo descendit, nec in principio fuit, nec Deo æqualis.

Ἀλλὰ σιγάσθω καὶ τοῦτο τὸ ἐπιχείρημα, μάλιστα διὰ τὸ προσφυὲς τοῦ προτεθέντος αὐτῷ συμπεράσματος, οὕτως κατὰ τὴν λέξιν ἔχοντος· οὐκ ἄρα σώζεται τὸ ἀνθρώπινον γένος δι᾽ ἀναλήψεως νοῦ, καὶ ὅλου ἀνθρώπου, ἀλλὰ διὰ προσλήψεως σαρκός. Τὸ μὲν συμπέρασμα τοῦτο. τὴν δὲ τῆς ἀναλήψεως, [7] (καὶ προσλήψεως) διαφορὰν ἑρμηνευόντων οἱ ταῖς γραμματικαῖς ψυχρολογίαις ἐμμελετήσαντες, ὥστε τῶν τοιούτων τοῦ λόγου μορίων, ἃ προθέσεις κατονομάζονται, τεχνολογεῖν ἐν μειρακίοις τὴν ἐν ὀλίγῳ διαφωνίαν. ἡμεῖς γὰρ καὶ τὸν προσειλημμένον ἀνειλῆφθαι νομίζομεν, καὶ τὸν ἀνειλημμένον προσειλῆφθαι οὐκ ἀμφιβάλλομεν, παρὰ τῆς γραφῆς τὴν τοιαύτην χρῆσιν τοῦ λόγου μεμαθηκότες. μετὰ δόξης προσελαβόν με φησιν ὁ Δαβίδ. καὶ πάλιν ἑτέρωθι, ἐξελέξατο Δαβὶδ τὸν δοῦλον αὐτοῦ, καὶ ἀνέλαβεν αὐτὸν ἐκ τῶν ποιμνίων [8] τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. οὐκοῦν καὶ ὁ μετὰ δόξης προσληφθεὶς ἀνελήφθη, καὶ ἐκ τῶν ποιμνίων ἀναληφθεὶς, προσελήφθη. περὶ γὰρ τοῦ αὐτοῦ [9] τὰ δύο λέγει, ὥστε τί βούλεται ὁ λέγων, οὐκ ἀναλήψει, ἀλλὰ προσλήψει τῷ μονογενεῖ τὸ κατὰ τὸν ἄνθρωπον οἰκονομεῖσθαι μυστήριον, οὐδ᾽ ἂν αὐτὸς εἴποι τάχα. ἐγὼ δὲ φεύγων τῇ ἰλύϊ τῶν ἀσυναρτήτων αὐτοῦ ῥημάτων συνδιαβαπτίζειν τὸν λόγον, τὰ πολλὰ τῆς φλυαρίας ἀφίημι, ἱκανὸν ἔλεγχον εἶναι τῆς ἀτοπίας τῶν λεγομένων οἰόμενος, αὐτὴν ἐπὶ λέξεως αὐτοῦ τὴν τῶν γεγραμμένων ἀνάγνωσιν, ὡς καὶ τὸν σφοδρῶς καταδραμεῖν τῆς αἱρέσεως ἐθέλοντα,

XXXIX. Sed & hoc argumentum silentio prætereamus, ea potissimum ratione, quod affine sit ei, quæ ipsum præcedit, conclusioni, cujus verba ita se habent: *Ergo non salvatur humanum genus, per mentis & totius hominis assumtionem; sed per carnis susceptionem.* Hæc quidem est argumenti conclusio; differentiam vero inter assumtionem, & susceptionem illi exponant, qui sedulam grammaticis frigiditatibus operam navant, ut pueris secun- D dum artem edisserant hujuscemodi partium sermonis, quæ propositiones vocantur, in modico positam discrepantiam: nos enim promiscue, & susceptum assumi, & assumtum itidem suscipi non dubitamus, cum Scriptura talem istarum vocum usum nos doceat. [c] *Cum gloria susceperunt me*, inquit David; & rursus alio in loco, [d] *Elegit David servum suum, & assumsit eum de gregibus patris sui.* Igitur qui cum gloria susceptus est, is etiam assumtus est, & qui de gregibus assumtus est, is etiam susceptus est: ad unam enim eamdemque rem significandam duo illa verba usurpat; ita ut quid sibi velit, qui Unigenitum ait non assumtione, sed susceptione incarnationis mysterium dispensasse, nec E ipse qui iis vocibus usus est, fortasse explicaverit. Ego autem in ejus absurdorum verborum cœno sermonem refugiens immergere, potiorem ejus nugarum partem lubens omitto, ratus vel ex ipsa libri lectione ejus dictorum ineptiam satis superque redargui; ita ut qui acriter adversus hanc hæresim invehi velit, non tam excogitatis a se argumentis, quam ex ipsismet adversarii verbis, ejusdem fatui-

a Exod. XXXI. 1. b Amos VII. 55. c Psalm. LXXII. 24. d Psalm. LXXVII. 70.

1. Corrector, τὸν δὲ διά.
2. Ita Corrector, male antea, καὶ ἄνθρωπος.
3. Corrector, καὶ γαζαρῦ, quam lectionem in versione nostra secuti sumus, quamvis quid vox ista significet ignoremus.
4. Corrector, κενοφωνία.
5. Ita Corrector, antea enim erat, ἡ ἐπιτέλουσα.
6. Verbum φησί, Corrector scite addidit.
7. Quæ semicirculis includuntur, Corr. manu sunt addita.
8. Super verba illa, τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, Corrector scripsit, προβάτων, ut cum LXX. Interpretum editione concordet, quæ habet, ἐκ τῶν ποιμνίων τῶν προβάτων.
9. Corrector articulum addidit.

a Γαλλοῦ] Scripserit Corrector γαζαρηνοῦ, non γαζαρῦ. Quæ quidem vox occurrit apud LXX. *Dan.* IV. 4. Ubi Theodotio pro *Gazarenis* vertit θύτας, *sacrificulos*. Vide iis Nobilium ad *Dan.* l. c.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.



μὴ ἂν τοσοῦτον ἐξ οἰκείων λογισμῶν διελέγξαι τὴν ἀτοπίαν, ὡς αὐτὸς ὁ λόγος· δι' ὧν γὰρ κατασκευάζει τὸ ψεῦδος, ἐν τῇ ἀτονίᾳ τῆς συνηγορίας ἀπογυμνοῖ τὴν ἀσέβειαν. καὶ γὰρ εἰ ἀνθρώπῳ τελείῳ, φησὶ, συνήφθη Θεὸς τέλειος, δύο ἂν ἦσαν. Τὸ δὲ ἀτελὲς ἄρα τῷ τελείῳ συντεθειμένον, [1] οὐκ ἐν δυάδι παρ' αὐτοῦ θεωρεῖται. οὐκ εἶδεν ὁ γεννάδας, οὐδὲ παιδία ποτὲ τοὺς ἐπὶ τῆς παλάμης δακτύλους ἐξαριθμούμενα, ὁ τὸν μικρὸν τῷ μείζονι συναριθμῶν, ἕνα μὲν ὀνομάζει τὸν ἐλαττούμενον, καὶ ἕνα τὸν ὑπερέχοντα· δύο δὲ ὅμως εἶναί φησιν, εἰ μετ' ἀλλήλων ἀμφοτέρους [2] λογίζοιτο. πᾶς γὰρ [3] ἀριθμὸς μονάδων ἐστὶ σύνθεσις, τὸ ἀθροιζόμενον ἐκ τούτων ἐν κεφαλαίῳ σημαίνων. εἰ δὲ τὸ ἀριθμητὸν, ὅ, τι περ ἂν ᾖ, τῷ συναριθμουμένῳ παρατιθέμενον, [4] κατὰ τὴν πηλικότητα πλεονάζει τῷ ὄγκῳ παρὰ [5] τὸ ἔλαττον, ἓν καὶ τὸ ἐλαττούμενον ἔσται, κἂν ἐλλείπῃ τὸ μέγεθος· ὅτ' ἂν μὲν οὖν ἰσομεγέθη δύο τῷ ἀριθμῷ διαλάβωμεν, δύο τέλεια λέγομεν· ὅτ' ἂν δὲ τῷ τελείῳ τὸ λειπὸν συναριθμήσωμεν, δύο μὲν καὶ [6] οὕτω φαμέν· ἀλλὰ τὸ μὲν ἐλλειπὲς, τὸ δὲ τέλειον. ὁ δὲ πολὺς οὗτος κατὰ τὴν ἀριθμητικὴν ἐπιστήμην, εἰ μὲν τελείως ἑκάτερον κατὰ τὴν αὐτοῦ φύσιν ἔχει, δύο φησὶ λέγεσθαι τὰ οὕτω λεγόμενα· εἰ δὲ τὸ μὲν ἐλλείποι, τὸ δὲ ἕτερον τέλειον εἴη, ἓν ἀμφότερα [7] γενέσθαι, οὐκ οἶδα ὅπως τὸ ἀτελὲς συναλείφων τῷ περιττεύοντι, καὶ διὰ τῶν ἐναντίων ἐπινοῶν τοῖς ἀσυμβάτοις [8] τὴν ἕνωσιν. τέλειον γὰρ τελείῳ, καὶ ἀτελὲς ἀτελεῖ μᾶλλον ἁρμόζεται τῇ ὁμοιότητι· τῆς δὲ τοῦ ἐναντίου πρὸς τὸ ἐναντίον ἑνώσεως, τοῦ ἀτελοῦς φημι πρὸς τὸ τέλειον, λεγέτω τὸν τρόπον ὁ τῆς καινῆς ταύτης ἀριθμητικῆς νομοθέτης.

A tatem coarguere possit; quibus enim rationibus mendacium adstruere conatur, iisdem ipsis præ infirma & imbecilli defensione impietatem dogmatis sui palam facit. *Etenim si homini*, inquit, *perfecto unitus est perfectus Deus, duo utique, non unum essent.* Imperfectum itaque cum perfecto conjunctum pro duobus ab ipso non habentur. Vidit ne umquam eximius iste vir pueros manus digitos enumerantes? Qui parvum una cum magno numerat, unum quidem minorem, majorem alterum nominat; sed duo tamen esse dicit, si utrumque simul numeret. Omnis enim numerus unitatum est aggregatio, summatim, quod ex iis congeritur, denotans. Etsi autem quod numerari potest, qualecumque fuerit, B alteri, quod una cum ipso numeratur, adjunctum, quantitate superet id quod minus est; nihilominus unum quoque per se erit, quod minus est, quamvis magnitudine superetur ab altero. Quando igitur duo æqualis magnitudinis supputamus, duo perfecta dicimus: quando vero quod minus est una cum majori numeramus, duo equidem tunc etiam dicimus; sed illud quidem imperfectum, hoc vero perfectum vocamus. At iste in arithmetica excellens facultate, si utrumque sua natura perfectum est, duo dici ait; si vero unum quidem imperfectum, alterum vero perfectum sit, ex utroque unum fieri putat, nescio quo pacto imperfectum cum præstantiori confundens, & his quæ simul stare non C possunt, vel ex eo quod inter se contraria sint, unionem affingens: nam perfectum cum perfecto, & imperfectum cum imperfecto potius ob similitudinem copulantur; qua ratione autem contrarium cum contrario, hoc est, imperfectum cum perfecto junctum, unum fiat, novæ hujus arithmeticæ regularum conditor dicat.

[9] Ἀλλ' οὐχ ἡγεῖται πρέπειν ἀνθρώπινον νοῦν περὶ τὸν μονογενῆ Θεὸν ἐννοεῖν, καὶ τὴν αἰτίαν λέγει, ὅτι τρεπτὸς ὁ νοῦς ὁ ἀνθρώπινος. οὐκοῦν ὁ αὐτὸς λόγος μηδὲ τὴν σάρκα τῷ Θεῷ συγχωρείτω. τὸ γὰρ τρεπτὴν αὐτὴν εἶναι, οὐδὲ ὁ λογογράφος ἀντείποι, ἀπὸ νεότητος μέχρι τελειώσεως, ὥσπερ ἐνδύματα, μετενδυομένην τὰς ἡλικίας. ἢ πῶς οὐκ ἦν τρεπτὸς, ὁ [10] πρότερον ἐπ' ὠλένης ὑπὸ τῆς μητρὸς κομιζόμενος, εἶτα ἐν παιδίοις, εἶτα ἐν μειρακίοις [11] γινόμενος, καὶ οὕτω κατ' ὀλίγον προελθὼν εἰς τὸ τέλειον, [12] ὥστε εἰς τὸ μέτρον τῆς ἀνθρωπίνης ἡλικίας ἐλθεῖν; εἰ οὖν ὁ νοῦς διὰ τὸ τρεπτὸν [13] ἀναβάλλεται, διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν, μηδὲ ἡ σὰρξ ὑπ' αὐτοῦ συγχωρείσθω, καὶ οὕτω ψευδὲς] κατ' αὐτὸν [14] δειχθήσεται τὸ Εὐαγγέλιον ἅπαν, καὶ κενὸν τὸ κήρυγμα, καὶ ματαία ἡ πίστις. εἰ δὲ οὐκ ἀπιστεῖται τὸ ἐν σαρκὶ πεφανερῶσθαι, καὶ ταύτῃ τρεπτῇ, [15] οὐδὲ τὸ νοῦ πάντως διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν [16] ἀπόβλητον ἔχει· ἀλλ' ὥσπερ ἐν σαρκὶ γενόμενος οὐκ ἐμολύνθη, οὕτως οὐδὲ τὸν νοῦν παραδεξάμενος, εἰς τροπὴν ἠλλοιώθη. πάλιν δὲ τὸν αὐτὸν [17] ὑπολήψομαι λόγον, ἐκθέμενος τὴν ῥῆσιν αὐτοῦ ἐπὶ λέξεως. Οὐκ ἄρα, φησὶ, σώζεται τὸ ἀνθρώπινον γένος δι'

XL. Sed haud decere putat, humanam mentem in unigenito Deo agnoscere, cujus rei rationem reddit, quod scilicet mens hominis est mutabilis. Atqui eadem ratione neque carnem Deo concedet: nam & carnem mutabilem esse nec iste Scriptor negabit, cum ea, vestimentorum instar, ab adolescen- D tia usque ad perfectum hominis incrementum, varias ætates induat. Vel quomodo mutationi non erat obnoxius, qui prius in ulnis a matre gestabatur, & deinde infans, mox adolescens evasit, atque ita paullatim eo usque maturitatis provectus fuit, ut ad virilis ætatis statum pervenerit? Itaque si ob mutabilitatem mens rejicitur, eadem quoque de caussa nec caro ab ipso admitti debet in Christo; eoque pacto falsum ex ejus sententia esse monstrabitur omne Evangelium, inanem quoque prædicationem, & vanam fidem. Itaque si credit Christum in carne, eaque mutabili manifestatum fuisse, pari quoque ratione mentem in eodem omnino debet agnoscere; sed quemadmodum carnem assumens E pollutus non est; ita & mentem suscipiens, non est in alium conversus. Rursus autem hac de re sermonem instituam, sed antea ejus orationem eisdem verbis referam. *Humanum itaque genus*, ait,

per assumtionem mentis, atque totius hominis non salvatur, sed per susceptionem carnis, cui a natura ita comparatum est, ut ab alio regatur; opus autem carni erat immutabili mente, quæ ipsi præ-

1. Particulæ, οὐκ ἐν, a Correctore, sensu ita poscente, sunt additæ.
2. Ita Corrector, antea, νομίζοιτο.
3. In margine, ἀριθμὸς, manu æque veteri notatur.
4. Ita Corrector, antea, παρὰ τὴν.
5. In margine Corr. addit, οὐδὲν ἧττον, quæ voces addendæ sunt forte post ἔλαττον.
6. Corrector, ὅπως.
7. Corrector, γίνεσθαι.
8. Verba illa, τὴν ἕνωσιν, Corrector addidit.
9. Laudat hunc locum usque ad illa verba, εἰς τροπὴν ἠλλοιώθη, quibusdam tamen omissis, Euthymius Zigabenus pag. 527. Versiculo *Haud decet*.
10. Corrector, πρότερον μέν.
11. Corrector, γενόμενος.
12. Corrector, ἕως εἰς, & mox, ἦλθε.
13. Corrector, ἀποβάλλεται.
14. Corrector, ἀποδειχθήσεται.
15. Corrector, οὐδὲ νοῦς.
16. Corrector, τὸ ἀπόβλητον ἔχει.
17. Corrector, ἐπαναλήψομαι.

ἀναλήψεως νοῦ, καὶ ὅλου ἀνθρώπου· ἀλλὰ διὰ προσλήψεως σαρκὸς, ᾗ φυσικὸν μὲν τὸ ἡγεμονεύεσθαι· ἐδεῖτο δὲ ἀτρέπτου νοῦ, μὴ ὑποπίπτοντος αὐτῇ διὰ ἐπιστημοσύνης ἀσθένειαν, ἀλλὰ συναρμόζοντος αὐτὴν ἀβιάστως ἑαυτῷ. Τίς οὐκ οἶδεν, ὅτι τὸ δεόμενον τοῦ ἀνενδεοῦς ἕτερον τῇ φύσει πάντως ἐστί; καὶ τὸ πεφυκὸς ἡγεμονεύεσθαι, τοῦ ἐν τῇ φύσει τὸ ἄρχειν ἔχοντος. ὁμοίως κατὰ τὸν λόγον τῆς οὐσίας παρήλλακται, ὡς ἡ τῶν ἀλόγων φύσις ὑποχειρίως ἔχειν τῇ τῶν ἀνθρώπων κατεσκευάσθη, καὶ [1] ὁ ἄνθρωπος οὐκ ἐπίκτητον τὴν κατὰ τῶν ἀλόγων ἀρχὴν, ἀλλ' οἰκείαν ἔχει. [2] εἰ οὖν φυσικὸν τῇ σαρκὶ τὸ ἡγεμονεύεσθαι, καθώς φησιν ὁ Ἀπολινάριος, ἡγεμονικὸν δὲ τῇ φύσει τὸ θεῖον· πῶς ὁ ταῦτα διδοὺς, ἓν ἐξ ἀρχῆς εἶναι τὰ ἀμφότερα τῇ φύσει διορίζεται, πᾶσιν ὄντος προδήλου, ὅτι ἕτερος τοῦ ὑποχειρίου, καὶ ἄλλος τοῦ ἐπιστατοῦντος ὁ λόγος, καὶ ἄλλο τὸ πεφυκὸς ὁδηγεῖσθαι, καὶ ἕτερον πάλιν, ᾧ φύσις τὸ ἡγεμονεύειν ἐστίν; εἰ οὖν ἐν τοῖς ἐναντίοις ἰδιώμασιν ἡ θατέρου τούτων θεωρεῖται φύσις, τῆς σαρκὸς λέγω, καὶ τῆς θεότητος, πῶς μία αἱ δύο φύσεις εἰσί; πῶς δὲ θείαν τινὰ καὶ οὐρανίαν σάρκα περιπλάσσει τῷ λόγῳ; μᾶλλον δὲ αὐτὸν προαποσαρκοῖ τὸν λόγον, οὐκ οἰκονομικῶς ἐπ' ἐσχάτων ἡμερῶν τὴν ἡμετέραν ὑπελθόντα μορφὴν· ἀλλ' ἀεὶ τοῦτο ὄντα, καὶ ἀεὶ ἐν τῷ αὐτῷ διαμένοντα. ὁ γὰρ ἐπιδεᾶ λέγων εἶναι τοῦ ἀτρέπτου τὴν σάρκα, [3] καὶ τοῦ καθηγουμένου προσδέεσθαι, τὴν ἡμετέραν ἄντικρυς λέγει σάρκα, τὴν διὰ τὸ τρεπτὸν τῆς φύσεως εἰς ἁμαρτίαν πεσοῦσαν. εἰ δὲ ὑπερουράνιόν τι καὶ θεῖον σῶμα, καθώς φησι, θεωρεῖται περὶ τὸν λόγον, οὐδὲ τὸ τρεπτὸν αὐτῷ πάντως κατὰ τὸ ἀκόλουθον δίδωσιν, οὔτε τὸ ἐπιδεὲς τοῦ εὐθύνοντος· καὶ οὗτος οὐχ ἡμέτερος, ἀλλὰ τῆς θείας φωνῆς ἐστιν [4] ὁ λόγος, ὁ εἰπὼν, μὴ δεῖσθαι τοὺς ὑγιαίνοντας ἰατροῦ, ἀλλὰ τοὺς κακῶς ἔχοντας. ἐν γὰρ τῷ οὐρανῷ ἡ ἐξ ἁμαρτίας νόσος οὐκ ἔστιν· ἀλλ' [5] ἡμεῖς μὲν οἱ τὴν ἁμαρτίαν νοσήσαντες, οἱ διὰ τῆς τοῦ κακοῦ παραδοχῆς ἀσθενήσαντες· ἡμεῖς διὰ τὸ τραπῆναι πρὸς τὸ κακὸν τοῦ ἀτρέπτου προσεδεήθημεν, οἱ τῆς σωζούσης ἀποπλανηθέντες ὁδοῦ, τοῦ καθηγουμένου πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἐν χρείᾳ γεγόναμεν. ὥστε εἰ ἀληθῆ ταῦτα τῇ περὶ τὸν Κύριον σαρκὶ προσμαρτυρεῖ ὁ λογογράφος, ὅτι καὶ πέφυκεν ἡγεμονεύεσθαι, καὶ ἀτρέπτου τοῦ καθηγουμένου χρήζει, οὐδὲν ἕτερον, ἢ τὸ ἡμέτερον σύγκριμα διερμηνεύει τῷ λόγῳ. εἰ δὲ ἐν τῇ σαρκὶ ὁρίζεται τὴν θεότητα· [6] τὸ δὲ Θεῖον, ἕως ἂν ᾖ τοῦτο, ὃ λέγεται, ἄλλου τοῦ ὁδηγοῦντος οὐκ ἐπιδέεται· οὐδὲ γὰρ ἐπιδέχεται τὴν πρὸς τὸ χεῖρον τροπὴν καὶ ἀλλοίωσιν. μάτην [7] οὖν αὐτῷ τὰ περὶ τῆς σαρκὸς νῦν εἰρημένα [8] διερράψῳδηται. [9] εἰ γὰρ θεία τις αὕτη, δῆλον ὅτι καὶ ἄτρεπτος, εἰ δὲ τρεπτὴ, πάντως οὐ θεία.

A *scientiæ defectu non obsequeretur, sed eamdem sine ulla coactione sibi ipsi aptaret.* Quis ignorat, id quod alterius ope indigeat, diversum prorsus natura esse ab eo, quod nulla re opus habet; & cujus natura ita comparata est, ut ab altero regatur, eum quoque ab illo prorsus differe, quod ad regendum natum sit? Simili modo pro essentiæ diversitate institutum est, ut animalium ratione carentium natura humanæ subjecta esset, & homo non adventitium, sed suæ innatum naturæ in bruta haberet imperium. Si igitur ea carnis natura est, ut ab alio regatur, quemadmodum ait Apollinaris; cunctis vero præesse natura convenit Deo; quonam pacto, qui hæc concedit, duo illa unum quid natura ab initio esse decernit, B cum manifestum sit omnibus, aliam subjecti, & aliam ejus qui præest, esse rationem, aliud cui natura inest ut ducatur, & aliud e converso, quod natum est ad ducendum? Si igitur contrariæ inter se proprietates in horum alterutro, carne, inquam, & divinitate conspiciuntur, quomodo duæ istæ naturæ sunt una? Quomodo etiam divinam quamdam, & cælestem carnem Verbo affingit? Imo potius, ipsum Verbum, antequam re vera incarnatum fuerit, carnem factum fuisse dicit, ac si in novissimis diebus per dispensationem indutum non fuerit formam nostram, sed semper id exstiterit, semperque in eodem illo statu permanserit. Qui enim immutabilitate, atque etiam C ductore opus habere carnem ait, nostram procul dubio carnem denotat, quæ propter naturæ mutabilitatem in peccatum labitur. Si vero cæleste & divinum corpus, sicut idem ait, in Verbo conspicitur, mutabilitatem, rectorisque indigentiam ei omnino, ut consequens est, non adscribit. Hic autem non noster, sed divini oris sermo est, qui *non opus esse* dicit [a] *valentibus medicum, sed male habentibus.* In cælo enim ortus ex peccato morbus non reperitur; sed nos quidem illi sumus, qui peccatorum morbo laboramus, qui ex malitiæ admissione ægrotamus: nos eo quod in malum mutati sumus, immutabilitate indiguimus, qui postquam a via salutari aberravimus, ductore, qui ad boni- D tatem iter ostenderet, opus habuimus; ita ut si re vera hæc dominicæ carni suo testimonio Scriptor iste tribuit, ipsam, nempe, & sua natura sic comparatam esse ut regatur, & duce mutationibus nequaquam obnoxio egere, nil aliud quam terrenam nostram massam suo sermone designat. Sin vero carne divinitatem circumscribit, divinitas autem, quousque id sit, quod esse dicitur, alio, qui eam ducat, ac regat, non indiget, cum conversionem & mutationem in pejus non admittat; ergo incassum Scriptor iste, quæ modo de carne dicta sunt, consarcinavit: nam si divina hæc aliqua caro fuit, ea utique & immutabilis; sin vero mutabilis divina omnino non fuit.

[a] Matth. VII. 12.

1. Artic. additur manu diversa veteri.

2. Leontius Byzantinus lib. 1. contra Eutychem, & Dioscorum apud Canisium tomo quarto Antiquarum Lectionum, pagina 28. inter alia testimonia Patrum, de duabus in Christo naturis, hunc Nysseni locum refert usque ad illa verba, οὔτε τὸ ἐπιδεὲς τοῦ εὐθύνοντος. Idem quoque, ut videtur Auctor in altero longe fusiori opere adversus eosdem Monophysitas adhuc inedito, quod cum aliis septem ejusdem libris exstat in ms. codice bibliothecæ Vat. breve argumentum ex hoc ipso Nysseni loco repetit, ab illis nempe verbis. Εἰ οὖν ἐν τοῖς ἐναντίοις, &c. usque ad illa, πῶς μία αἱ δύο φύσεις εἰσί.

3. In Vaticano codice est, τῷ δὲ. sed supra articulum, litteris a Correctoris, & totius etiam codicis charactere E diversis, sed antiquis, & atramento pictis scribitur, καὶ τοῦ, quam lectionem secuti sumus.

4. Verbum, ὁ λόγος, additum est eadem manu diversa veteri, ut in præcedenti emendatione.

5. Et hic eadem manu corrigitur, ἡμεῖς ἐσμεν.

6. Hæc lectio a Correctore est; nam antea erat, τὸ δὲ Θεὸν ἕως ἂν ᾖ.

7. Adverbium ἂν, delendum esse Corrector advertit.

8. In codice Vaticano scribitur, διερράπωδηται, nullo, quod sciam, sensu, nihilque monente veteri Correctore, nos emendandum censuimus, διερράψῳδηται.

9. Istum Nysseni locum usque ad illa verba, πάθη ὑπομείνῃ, laudat Euthymius in Panoplia pag. 526. Versiculo. *Si qua fuit.*

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 370.



[1] Τίς ἂν οὖν διεξέλθοι τὸν συγκεχυμένον τοῦτον, καὶ ἀσύστατον τῶν δογμάτων μῦθον, μηδέποτε ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ βαίνοντα, ἀλλὰ κατὰ τὰς ἐνυπνίους φαντασίας, ἄλλο τε ἄλλο φαινόμενον; νῦν μέν φησι θείαν εἶναι τὴν σάρκα τοῦ λόγου καὶ συναΐδιον, πάλιν, ἐπίκτητον καὶ προσειλημμένην, εἶτα ἀλλοτρίως ὡς πρὸς τὴν ἡμετέραν ἔχουσαν φύσιν, τὴν [2] παθητὴν καὶ ἐπίκηρον· πάλιν, ἐπιδεᾶ τοῦ εὐθύνοντος, καὶ τῷ κατὰ τροπήν τε καὶ ἀλλοίωσιν πάθει ἐνεχομένην, καὶ διὰ τοῦτο αὐτὴν ἄνουν ποιεῖ, ἵνα ἰατρευθῇ τῇ θεότητι, [3] ὥσπερ ἐμπόδιον ἡγούμενος τὸν νοῦν τῆς θείας ἐπ' ἀνθρώπων κηδεμονίας, καὶ προσφιλέστερον τῷ Θεῷ τὸ ἀνόητον· οὐκοῦν μακαριστότερον οἴεται τὸ νοῦν μὴ ἔχειν, εἴπερ προσλαμβάνεται, καθώς φησιν οὗτος, παρὰ Θεοῦ τὸ ἀνόητον. τί οὖν οὐ διορθοῦται τὸν Σολομῶντα, ὅς φησιν, ὁ δὲ νοήμων κυβέρνησιν κτήσεται; οὐδὲ γὰρ ἄλλην οἶμαι τὴν κυβέρνησιν ἐνταῦθα παρὰ τοῦ παροιμιακοῦ αἰνίγματος λέγεσθαι, εἰ μὴ τὴν ἡμετέραν φύσιν, τὴν ἐν κακίᾳ χειμασθεῖσαν, καὶ ναυαγήσασαν, τῇ ἐπιστασίᾳ τοῦ ἀληθινοῦ κυβερνήτου πρὸς τὸν λιμένα τοῦ θείου θελήματος εὐθυνομένην. εἰ οὖν ἐν τῇ ἀνοίᾳ ὁ ἄνθρωπος σώζεται, πῶς ὁ νοήμων κυβέρνησιν κτήσεται; τίνι δ' ἂν οἰκειότερον [4] ἐν φύσει εἴη τὸ θεῖον; πρὸς τί μᾶλλον καταλλήλως ἔχειν τὴν θείαν φύσιν ὁ λογισμὸς ὑποτίθεται; παχεῖά τις καὶ ἀντιτυπής ἐστιν ἡ σάρξ, καὶ πρὸς τὴν γεώδη φύσιν συγγενῶς ἔχει· νοερὸν δέ τι καὶ [5] ἀφανὲς καὶ ἀσχημάτιστον ἡ διάνοια. [6] τί ἂν μᾶλλον οἰκειότερον εὑρεθείη ἐκ τούτων πρὸς τὸ συναρμοσθῆναι Θεῷ τὸ παχὺ καὶ γεῶδες, ἢ τὸ ἀναφές τε καὶ ἀσχημάτιστον; πῶς δὲ συναρμόζεται τῷ Θεῷ σάρξ, ὥς φησιν, ἀβιάστως, ἡ μεταλαμβάνουσα τῆς καθαρᾶς ἀρετῆς; τίς γὰρ οὐκ οἶδεν ὅτι ἀρετὴ προαιρέσεώς ἐς ι κατόρθωμα; ἡ δὲ σὰρξ ὄργανόν ἐστι τῆς προαιρέσεως, τῇ ὁρμῇ τῆς διανοίας [7] ἐγκείμενον, πρὸς ὅπερ ἂν ὁ κινῶν ἄγῃ, πρὸς τοῦτο μετατιθέμενον· ἡ δὲ προαίρεσις οὐδὲν ἕτερον εἰ μὴ νοῦς τίς ἐστι, καὶ πρός τι διάθεσις. εἰ οὖν μεταλαμβάνειν [8] φήσει τὸν ἄνθρωπον καθαρᾶς ἀρετῆς, ἐν ᾧ νοῦς οὐκ ἔστι, τὸ τὴν ἀρετὴν ἑκουσίως ὑποδεχόμενον τί ἂν εἴη; εἰ μὴ ἄρα τὸ βεβιασμένον ἀβίαστον ὁ λογογράφος νοεῖ. ὅτ' ἂν γὰρ μὴ τοῦ νοῦ συντιθεμένου τῇ προτιμοτέρᾳ ῥοπῇ, ἔξω τῶν κατὰ κακίαν ἐνεργημάτων τὸ σῶμα γένηται, ἀνάγκης ἔργον οὐ προαιρέσεως ἔσται τὸ κατορθούμενον· ὁ δὲ διὰ τῆς τῶν λογισμῶν [9] ἐπικρίσεως τὸ ἀγαθὸν προαιρούμενος, κρείττων πάσης ἀνάγκης καὶ βίας ἐστὶν, οἴκοθεν ἔχων τὴν πρὸς τὸ κρεῖττον ῥοπήν. πῶς οὖν τῷ ἀπροαιρέτῳ ὁ λογογράφος [10] μαρτύρεται τὸ ἀβίαστον, οὗ μηδεὶς λογισμὸς ἴδιος πρὸς τὸ καλὸν καθηγήσατο; τὸ γὰρ μὴ ἐκ προαιρέσεως ἀναμάρτητον, οὐδὲ ἐπαινετόν ἐστι πάντως, ἢ οὕτως καὶ τοὺς ὑπὸ δεσμῶν πρὸς κακουργίαν κωλυομένους ἐπαινεσόμεθα, οὓς ἀφίστησι τῆς τῶν κακῶν ἐνεργείας ὁ δεσμὸς, οὐχ ἡ γνώμη. Ἀλλ' ἀβιάστως, φησὶ, τὴν σάρκα ἡ θεότης προσάγεται· τὸ ἀβίαστον, δηλαδὴ, τὸ ἑκούσιον λέγει. πῶς οὖν ἄν τις ἐθελοντὴς τῇ ἀρετῇ προσαχθείη, θέλημα οἰκεῖον μὴ κεκτημένος; τὸ γὰρ προαιρεῖσθαι, καὶ βούλεσθαι, καὶ ἡ τοῦ συμφέροντος ἐκλογὴ, καὶ ἡ τοῦ βλάπτοντος [11] μεταβολὴ, ταῦτα

A XLI. Quis unquam enarrare poterit confusam hanc, minimeque sibi constantem dogmatum fabulam, quæ undique nutat; & ad instar imaginum, quæ in somnis conspiciuntur, nunc hoc, nunc illo modo apparet? Siquidem nunc carnem Verbi divinam, & ipsi coæternam esse asserit, nunc adscititiam & aliunde assumtam, nunc veluti diversam a natura nostra, quæ passionibus subjacet, fluxaque & fragilis est; nunc rectore indigentem, nunc mutationis & variationis vitio obnoxiam, ac propterea ipsam mente destitutam fingit, ut per divinitatem huic malo medeatur, ratus humanam mentem impedimentum quodammodo fore divinæ erga homines providentiæ, & gratius id Deo esse, quod men- B te careat. Ergo beatius esse putat mente destitui, si a Deo, quemadmodum iste ait, quod sine mente est, assumitur. Quid ni igitur Salomonem redarguit ajentem, [a] *Intelligens gubernacula possidebit?* Neque enim alia arbitror gubernacula hic proverbiali ænigmate significari, præter quam naturam nostram peccati tempestate jactatam, naufragiumque passam, quæ veri gubernatoris inspectione atque cura ad voluntatis divinæ portum dirigitur. Si igitur per mentis carentiam homo salvatur, quomodo intelligens gubernacula possidebit? Cuinam aptius divinitas natura conveniet? Cuinam magis rei divinam naturam congruere ratio suggerit? Crassa quædam res atque solida est caro, & cum terrena natura cognationem C habet; at vero mens res est materiæ expers, nec tactum, figuramque ullam admittit: harum utra ad conjunctionem cum Deo habendam aptior invenietur crassa ne terrenaque caro, an mens, quæ nec tactum, nec figuram admittit? Quomodo etiam sine ulla sui, ut inquit, coactione caro Deo aptatur, quæ puræ virtutis particeps efficitur? Quis enim ignorat virtutem rectum esse eligentis voluntatis factum: caro autem est eligentis voluntatis instrumentum, motioni mentis inhærens, & iis omnibus, ad quæ movens agit, obsecundans. Libere autem eligens voluntas nil aliud, quam mens quædam est, & ad aliquid agendum affectio. Si igitur hominem, in quo mens non est, puræ virtutis participem fie- D ri dicet, quidnam erit, quod virtutem libere admittit? Nisi forte quod vi cogitur, pro eo quod nullam vim patitur, Scriptor intelligit. Quando enim corpus citra ullam mentis ad meliora propensionem atque assensum honestis in actibus versatur, non ex libera voluntate, sed ex necessitate, recte facta provenient; qui vero bonum exacto rationis judicio eligit, quacunque vi atque necessitate superior est, utpote qui ex semetipso ad meliora propensionem habeat. Quonam igitur pacto Scriptor noster eum, qui sine electione ac proposito operatur, libertate pollere testatur, quem nulla propriæ mentis actio ad benefaciendum induxit? Quod enim quis non libera mentis electione peccati sit expers, nullam pror- E sus laudem meretur; alioquin eos etiam, qui vinculis, ne male agant, impediuntur, laudabimus, quos utique a malis actibus non voluntas arcet, sed vincula: *Atqui carnem*, ait, *sine ulla ejusdem coactione divinitas sibi adscit*; nempe non coactum, quod voluntarium est, vocat. Quonam itaque pacto qui propria voluntate caret, virtutem sua sponte capesset? Nam deliberare, & velle, utilia elige-

[a] Prov. I. 5.

1. Ita Corrector, male antea, τίς ἂν ὦ.
2. Corrector, παθητικήν.
3. Et hæc idem Euthymius paullo aliter recitat usque ad illa verba τὸν νοῦν μὴ ἔχειν, pag. 528. Versiculo, *Si divinæ*.
4. Corrector in margine scribit ἔμφυν ἂ, nullo quod sciam sensu.
5. In textu Vaticani codicis est ἀφανὲς, Corrector ἀναφανὲς, emendavit; sed legendum videtur ἀναφὲς, ut paullo post habet.
6. Breve hoc Nysseni dictum usque ad illa verba ἀναφές τε καὶ ἀσχημάτιστον, laudatur ab eodem Euthymio pag. 528. Versiculo, *Utra magis*.
7. Forte legendum ἐκκείμενον.
8. Corrector, φῇς.
9. Corrector, ὑποκρίσεως.
10. Corrector, μαρτυρεῖται.
11. Corrector, ἀποβολή.

πάντα διανοίας ἐστί· τὸ δὲ διανοεῖσθαι τῶν ἀνοήτων οὐκ ἔστιν. εἰ οὖν ἀβιάστως τῷ Θεῷ προσοικειοῦται ἡ σὰρξ, μαρτυρεῖται παρὰ τούτων διὰ τοῦ λογογράφου μὴ [1] ἀπροαιρέτως εἶναι ἡ σὰρξ, μηδὲ ἀκρίτως τε καὶ ἀνεπισκέπτως τοῦ λυσιτελοῦντος [2] σχεῖν· τὸ δὲ τοιοῦτον οὐκ ἄν τις ἀλογίαν εἴποι. πῶς γὰρ ἂν γένοιτο ἐν τῷ ἀλόγῳ ὁ λόγος; ὥστε οὐ μόνον εἶναι τὸν νοῦν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, δι' ὧν λέγει, συντίθεται, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τοὺς ἄλλους εἶναι. ἡ γὰρ ἑκούσιός τε καὶ ἀβίαστος πρὸς τὸ ἀγαθὸν ὁρμὴ, μαρτυρία τῆς τοῦ νοῦ τελειότητος γίνεται, καὶ ὅτι διανοίας ἐστὶν ἡ πρὸς τὸ κρεῖττον οἰκείωσις, διὰ τῶν ἐφεξῆς εἰρημένων μάλιστα δείκνυται, οὑτωσὶ κατὰ τὴν λέξιν ἐχόντων, Μεταδιδόντος γάρ, φησι, τῆς καθαρᾶς ἀρετῆς παντὶ τῷ ὑποχειρίῳ νῷ. εἰ οὖν ἐν τῷ νῷ θεωρεῖ τὴν τῆς ἀρετῆς καθαρότητα, πῶς ἐξοικίζει τῆς σαρκὸς [3] ἐκείνης τὸν νοῦν, ἐν ᾗ τὴν καθαρότητα βλέπει; ἀνάγκη γὰρ ἓν ἐξ ἀμφοτέρων διημαρτῆσθαι τῷ λόγῳ, ἢ τὸ μεθεκτὴν εἶναι τῷ νῷ τὴν ἀρετὴν, ἢ τὸ ἄνουν εἶναι τὴν σάρκα, τὴν ἀβιάστως [4] τῇ ἀρετῇ προσαχθεῖσαν.

re, & noxia vitare, hæc omnia cogitationis actiones sunt; cogitare autem, qui carent mente, non possunt. Si itaque caro sine ulla sui coactione aptatur Deo, hac utique assertione Scriptor testatur, carnem eligendi potestate non destitui, nec temere & inconsiderate, quod sibi commodum est, appetere; quod autem tale est, ratione carere nemo affirmaverit: quomodo enim in eo, qui ratione caret, deliberatio aliqua fieret? Quare non mentem modo inesse homini, sed & præ cæteris inesse, dictis suis Scriptor affirmat; nam voluntarie aliquem, & non coacte ad bonum moveri, perfectam in eo mentem esse testatur; & quod bonum sibi comparare sit cogitantis facultatis actio, in sequentibus aperte demonstratur, quæ ad verbum ita se habent, *Largientis enim*, inquit, *puram virtutem omni subjectæ menti*. Si igitur in mente virtutis puritatem esse fatetur, quomodo mentem ab illa carne excludit, in qua puritatem agnoscit? Necesse enim est alterum de duobus falsum esse, aut nempe mentem virtutis participem esse posse, aut mente carere carnem, quæ libere sibi virtutem comparat.

Ὅσα δὲ προσέθηκε κατὰ τὸ [5] ἀπρόσκολλόν τι καὶ ἀνακόλουθον, περιττὸν οἶμαι διεξετάζειν, τοῦτον ἔχοντα τὸν τρόπον. Καὶ πᾶσί, φησι, τοῖς νοερῶς ὁμοιουμένοις Χριστῷ, καὶ μὴ σαρκικῶς ἀνομοιουμένοις. Τί γὰρ βούλεται ἡ τῶν εἰρημένων ναυτία, διδασκέτωσαν ταῦτα οἱ θαυμασταὶ τῆς ἀπάτης· ἡμεῖς δὲ πρὸς τὰ ἐφεξῆς τοῦ λόγου προέλθωμεν. Καὶ εἰ ἀνθρώπῳ, φησὶ, συνήφθη ὁ Θεὸς, τέλειος τελείῳ, δύο ἂν ἦσαν, εἷς μὲν φύσει υἱὸς Θεοῦ, εἷς δὲ θετός. Ἡδέως ἂν μάθοιμι παρὰ τῶν τὰ τοιαῦτα πεπαιδευμένων, [6] εἰ τὸν ἔννουν καὶ τέλειον ἄνθρωπον, υἱὸν θετὸν λέγουσι, τὸν ἀνόητον ἄνθρωπον, οὕτω γὰρ πάντως τὸν μὴ ἔχοντα νοῦν ὀνομάζουσι, τί προσεροῦσιν; ὁ γὰρ μονογενὴς Θεὸς αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν ἀνελλιπὴς καὶ τέλειος ὢν, τὴν τοῦ ἀληθινοῦ υἱοῦ προσηγορίαν ἔχει, ἐπαληθευούσης [7] τὴν κλῆσιν τῆς φύσεως· ἡ δὲ προσθήκη τοῦ ἡμιτελοῦς ἀνθρώπου ποῖον ὄνομα ἔχει; εἰ γὰρ ὁ τέλειος ἄνθρωπος θετὸς υἱὸς κατὰ τὸν Ἀπολινάριον λέγεται, καὶ ὁ ἡμιτελὴς ἄνθρωπος, καθ' ὃ ἄνθρωπος, ἡμίθετος δηλονότι υἱὸς καὶ οὗτος ὀνομασθήσεται, ἡμισεύων ἐφ' ἑαυτοῦ τὴν τοῦ θετοῦ κλῆσιν· ὥστε κυριώτερον εἰπεῖν, ἐκεῖνον μὲν τέλειον τὸν θετὸν εἶναι, τοῦτον δὲ ἥμισυ [8] τῷ τριτημορίῳ λείποντα, κατὰ τὸ βούλημα τῶν ταῖς τοιαύταις [9] τομαῖς μιστυλλόντων τὸν ἄνθρωπον. ἀλλ' εἰ ἀνάρμοστόν ἐστι τῷ Θεῷ τὸ θετὸν ἔχειν υἱὸν, ὁμοίως πάντως καὶ ἐπὶ τοῦ τελείου, καὶ ἐπὶ τοῦ ἀτελοῦς ἐστι τὸ ἀνάρμοστον· μᾶλλον δὲ καὶ πλέον ἐν τῷ ἠκρωτηριασμένῳ τὸ ἄτοπον. [10] εἰ γὰρ ἀμυδρόν τι, καὶ ἔξω τῆς θεοπρεποῦς ὑπολήψεως τὸ ἄρτιον τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἐνομίσθη, περὶ τὸ θεῖον βλεπόμενον· πολλῷ μᾶλλον αἰσχρὸν ἂν εἴη τὸ λελωβημένην περὶ αὐτὸν καθορᾶσθαι τὴν φύσιν; οὐ γὰρ ἐπειδὴ νοῦς οὐκ ἔστι, διὰ τοῦτο ἡ σὰρξ πρὸς τὴν τοῦ Πατρὸς φύσιν οἰκείως ἔχει· ἀλλὰ τῆς μὲν τοῦ Πατρὸς οὐσίας, ὁμοίως [11] ἄνθρωπος, καὶ ὅλος, καὶ τὸ μέρος κεχώρισται, κατὰ τὸν τῆς φύσεως λόγον, καὶ οὐθέτερον τῶν ἐν ἡμῖν, οὔτε ὁ νοῦς, οὔτε τὸ σῶμα πρὸς τὴν ὑπερκειμένην φύσιν τῷ λόγῳ τῆς οὐσίας ᾠκείωται· κἂν οὐράνιόν τι σαρκὸς εἶδος ἀνα-

XLII. Porro quæ præcedentibus nec cohærenter, nec consentanee subjungit, supervacaneum esse arbitror diligenter excutere, quæ in hunc modum se habet. *Et omnibus*, inquit, *qui secundum mentem efficiuntur similes Christo, & secundum carnem eidem non sunt dissimiles*. Quid enim sibi velit nausea ista verborum, admiratores erroris hujus edoceant; nos enim ad ea quæ subinde sequuntur excutienda progredimur. *Et si homini*, inquit, *copulatus est Deus, perfectus nempe perfecto, utique duo essent, alter quidem natura filius Dei, alter vero adoptione*. Lubenter hæc scire cuperem ab his, qui talia callent: si mente præditum, perfectumque hominem filium adoptivum vocant, hominem ἀνόητον, ita enim mente prorsus destitutum nuncupant, quomodo appellabunt? Unigenitus enim Deus, cum ex semetipso perfectus sit, nullaque re deficiat, veri quidem filii appellationem obtinet, natura ipsa verum illud nomen esse demonstrante; additamentum vero imperfecti hominis quale nomen habet? Si enim perfectus homo adoptivus filius juxta Apollinarem dicitur, imperfectus quoque homo, quatenus homo est, semiadoptivus utique filius vocabitur, cum dimidia tantum ex parte adoptivi appellationem obtineat; ita ut, si aptius loqui volumus, ille quidem perfectus homo adoptivus sit; hic vero semiadoptivus, utpote qui tertia sui parte ex eorum sententia deficiat, qui tam multis sectionibus hominem in minutas dividunt partes. Atqui si Deo non convenit adoptivum habere filium, pari prorsus ratione tam de perfecto, quam de imperfecto idem dicetur. Quin & id magis in mutilato absurdum esse deprehenditur: nam si integra atque imperfecta hominis natura, quum circa divinitatem consideratur, vile quid, & ab opinione quam de Deo habere nos decet, alienum censetur; multo magis turpe erit mancam mutilamque in eodem intueri naturam. Neque enim caro, quod mente careat, idcirco peculiarem aliquam cum Patris natura necessitudinem habet; sed a Patris quidem substantia tam totus homo, quam ejus pars, ratione naturæ, æque discernitur, & neutrum eorum, quæ nobis insunt, hoc est, neque mens, neque corpus illi naturæ, quæ omnes dignitate superat, substantiæ ratione conveniet. Et quamvis cæleste quoddam carnis genus divinitati hæc fabula af-

1. Corrector, ἀπροαίρετος. 2. Corrector, ἔχειν.
3. In codice Vaticano est σκηνῆς, nos emendavimus ἐκείνης. Vide tamen an legendum sit σκήνους.
4. Ita Corrector, prius erat τῇ ἀρχῇ.
5. Et hæc Correctoris emendatio est: nam antea scriptum fuerat ἀπρόσκολόν τι.
6. Correctoris hæc quoque emendatio est, nam in textu Vaticani codicis scribitur οἱ τὸν ἔννουν.
7. Ita Corrector, antea erat τῇ κλήσει.
8. Corrector, ἤτοι τῷ.
9. Ita Corrector, antea τόλμαις.
10. Corrector, ὁ γὰρ αἰσχρόν τι καὶ. 11. Corrector, ἄνθρωπος.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.



πλάσῃ περὶ τὸ θεῖον ὁ μῦθος, οὐδὲ μᾶλλον διὰ A τοῦτο ὁμοούσιον εἶναι τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ τὴν σάρκα ἐκείνην ὁ λελογισμένος συνθήσεται. εἰ δὲ ἠλλοτρίωται τῆς πατρικῆς οὐσίας ἡ σάρξ, πῶς ἂν εἴη υἱὸς τὸ ἀλλότριον; ἀνάγκη γὰρ πᾶσα [1] τὸ ἀληθῶς ἐκ τινὸς ὂν, ἐκεῖνο κατὰ τὴν οὐσίαν εἶναι, ὅπερ ὁ γεννήσας ἐστί. ἀλλὰ μὴν ὁ Πατὴρ σὰρξ οὐκ ἔστιν, οὐδ' ἂν ὁ ἐξ ἐκείνου πάντως σὰρξ εἴη· τὸ γὰρ γεγεννημένον ἐκ τοῦ πνεύματος, πνεῦμα, καὶ οὐχὶ σὰρξ εἶναι λέγεται. εἰ οὖν μή ἐστιν ἐκ τοῦ Πατρὸς ἡ σὰρξ, υἱὸς οὐκ ἔστι· τί οὖν ὀνομασθήσεται; ὅπερ γὰρ ἂν τῇ οὐρανίᾳ ἐκείνῃ τῇ μυθοποιηθείσῃ παρὰ τοῦ λογογράφου ἐπινοήσωσιν ὄνομα, τοῦτο ἡμεῖς τῇ ἐξ ἀνθρώπων ἀναληφθείσῃ σαρκὶ κατὰ τὸ ἀκόλουθον ἐπιθήσομεν, καὶ ὅπερ ἂν τὸ ἡμέτερον B ὀνομάσωσι, τῷ αὐτῷ ὀνόματι κἀκεῖνο κληθήσεται. οὐκ ἔστιν υἱὸς τὸ γήϊνον, οὐδὲ ἐκεῖνο πάντως. θετὸς υἱὸς τὸ γήϊνον, οὐκοῦν κἀκεῖνο. υἱὸν δυὰς ἐνταῦθα, κἀκεῖ πάντως. εἷς υἱὸς ἐν ἐκείνῳ ἡ σὰρξ καὶ ἡ θεότης, τοῦτο καὶ ὧδε. ἐπειδὴ γὰρ ὁμοίως ἀφέστηκε τῆς θείας οὐσίας ἡ κτίσις πᾶσα, τὸ μὲν ἔξω εἶναι τῆς τοῦ Πατρὸς φύσεως, [2] τό γε γήϊνον, καὶ οὐράνιον ἐπίσης συνωμολόγηται. λείπεται δὲ, ὅπερ ἂν τῷ σκοπῷ τῆς φιλανθρωπίας συμβαίνῃ, τοῦτο εὐλογώτερον περὶ τὸν Θεὸν οἴεσθαι. [3] ὄνομα δὲ αὐτῷ ἴδιον, [4] ἐφελκειν μηδὲν, ἀλλὰ τῷ πλεονάζοντι καὶ [5] ἐπικρατοῦντι συνονομάζεσθαι. [6] καθάπερ ἐπὶ τοῦ πελάγους γίνεται· εἰ γάρ τις σταγόνα ὄξους ἐπιβάλῃ θαλάττῃ, καὶ ἡ σταγὼν θάλασσα C γίνεται, συμμεταποιηθεῖσα τῇ θαλασσίᾳ ποιότητι· οὕτως ὁ ἀληθινὸς υἱὸς, καὶ μονογενὴς Θεὸς, τὸ ἀπρόσιτον φῶς, καὶ ἡ αὐτοζωὴ σοφία τε, καὶ ἁγιασμὸς, καὶ δύναμις, καὶ πᾶν ὑψηλὸν ὄνομά τε, καὶ νόημα, ταῦτα ὁ διὰ σαρκὸς φανερωθεὶς τοῖς ἀνθρώποις ἐστί· τῆς δὲ [7] σαρκὸς, τῇ ἰδίᾳ φύσει σαρκὸς οὔσης, μεταποιηθείσης δὲ πρὸς τὸ [8] τῆς ἀφθαρσίας πέλαγος, καθώς φησιν ὁ ἀπόστολος, ὅτι κατεπόθη τὸ θνητὸν ὑπὸ τῆς ζωῆς, συμμετεβλήθη καὶ πάντα, τὰ κατὰ τὴν σάρκα τότε φαινόμενα, πρὸς τὴν θείαν τε, καὶ ἀκήρατον φύσιν· οὐ βάρος, οὐκ εἶδος, οὐ χρῶμα, οὐκ ἀντιτυπία, οὐ μαλακότης, οὐχ ἡ κατὰ τὸ ποσὸν περιγραφὴ, οὐκ ἄλλο τι τῶν τότε καθορωμένων, οὐδὲν παραμένει, τῆς πρὸς τὸ θεῖον ἀνα- D κράσεως, εἰς τὰ θεϊκὰ ἰδιώματα τὸ ταπεινὸν τῆς σαρκώδους φύσεως ἀναλαβούσης, [9] ὥστε κίνδυνός ἐστιν οὐδεὶς εἰς τετράδα ἡμῖν τὸν τῆς Τριάδος λόγον πλατύνεσθαι, καθὼς ὁ Απολινάριος λέγει· οὐδὲ τοὺς Αγγέλους τῷ ἀνθρώπῳ δουλαγωγοῦμεν, ὡς ὁ ἐκείνου μῦθος καθ' ἡμῶν λέγει· οὐ γὰρ ἀνθρώπῳ δουλεύουσιν οἱ τῷ δεσπότῃ [10] ἑαυτοὺς ὑποκύπτοντες, οὐδὲ ἐπαισχύνονται προσκυνοῦντες τῷ διὰ σαρκὸς τῇ οἰκουμένῃ ἐπιδημήσαντι [11] (ὅτε γὰρ εἰσαγάγῃ τὸν πρωτότοκόν, φησιν, εἰς τὴν οἰκουμένην, λέγει, καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες [12] Αγγελοι αὐτοῦ) μία δὲ εἴσοδος [13] ἐπὶ τὴν οἰκουμένην, ἡ διὰ τοῦ τόκου ἐστὶ, καὶ οὐκ ἔστιν ἑτέρως [14] ἐντὸς τοῦ βίου

fingat, non ideo consubstantialem Deo carnem illam esse ullus rerum æquus æstimator fatebitur. Porro si caro aliena est a Patris substantia, quomodo filius erit, quod a Patre alienum est? Necesse enim prorsus est, eum qui vere ex aliquo est, non aliud plane secundum essentiam esse; quam quod est ille, qui genuit. Atqui Pater caro non est; igitur neque ille prorsus, qui ex ipso est, erit caro; quod enim natum est ex spiritu, spiritus utique, non caro esse dicitur. Si itaque non est ex Patre caro, neque Filius profecto erit ex Patre. Quid igitur caro illa vocabitur? Nam qualecunque nomen cælestis illius carnis, quam fabulose fingit Scriptor, excogitaverint, idipsum nos carni ex hominibus assumtæ, congruenter imponemus, & quocunque nomine nostram vocabunt, eodem prorsus & illa vocabitur. Non est filius, quod terrenum est; itaque nec illud cæleste omnino filius erit. Adoptivus est filius, quod terrenum est; itaque & illud cæleste talis erit. Duo hic filii; & illic quoque duo prorsus erunt. Unus in illo cælesti filius, caro & divinitas; istud & in terreno locum habet. Nam cum creatæ res universæ a divina substantia æqualiter distent, ideo a Patris natura tam alienum esse, terrenum quod est, quam quod cæleste, fatemur. Superest autem, ut quidquid proposito consilioque beneficiis homines afficiendi congruit, id omne potiore jure de Deo opinemur. Restat quoque ut cum nomen quod ei proprie conveniat, non reperiatur, ex eo quod in ipso eminet abundatque, appelletur. Et quemadmodum in mari accidit; ut si quis aceti guttam in illud injiciat, gutta quidem illa mare fiat, in aquæ marinæ qualitatem transmutata; ita qui in carne hominibus manifestatus est, verus quidem est Filius, & unigenitus Deus, itemque lumen inaccessibile, & per se ipsam vivens sapientia, & sanctificatio, & virtus, & quidquid sublime dici aut cogitari potest. At carne, quæ propria natura caro est, in incorruptibilitatis pelagus transmutata, quemadmodum ait Apostolus [a], *absorptum fuisse quod mortale est a vita*, una etiam cum ipsa carne cuncta quæ secundum eamdem carnem tunc apparuerunt, in divinam & immortalem naturam commutata sunt; non pondus, non forma, non color, non renitentia, non mollities, non corporeæ quantitatis circumscriptio, non aliud quidpiam eorum quæ tunc in ipso conspiciebantur, permansit; commixtione scilicet, quæ cum divinitate facta fuit, carneæ naturæ humilitatem in proprietatum divinarum consortium assumente. Itaque nullum nobis periculum est, ne in quaternarium numerum Trinitatis mysterium extendatur, ut Apollinaris ait, neque Angelos in hominis servitutem redigimus, ut in sua adversus nos fabula asserit. Non enim homini serviunt, qui Domino seipsos inclinant; neque eum adorare erubescunt, qui carne suscepta in hoc mundo versatus est. (Nam [b] *cum introducit primogenitum*, inquit, *in orbem terræ, dicit; Et adorent eum omnes Angeli ejus*) Porro præter partum nulla prorsus est in hanc vitam ingrediendi ratio, nec potest quispiam in hominum vi-

a II. Cor. V. 4. *b* Heb. I. 6.

1. Locum hunc usque ad illa verba σάρξ εἶναι λέγεται, in Panopliam adversus hæreses cum aliis hujus antirrhetici excerptis retulit Euthymius Zigabenus pag. 526. Versiculo, *Qui vere*.
2. Corrector, τό, τε.
3. Eadem fere habet Nyssenus in Orat. de Deitate Filii & Spiritus S. & de Abraham, prope finem.
4. Corrector, ἐφελκεσθαι.
5. Corrector ἐπικρατοῦντί τι.
6. Hanc similitudinem aceti guttæ mari immissæ, in simili sensu adhibet Nyssenus lib. 4. contra Eunomium tom. 2. ejus operum pag. 162. & in libro contra Apollinarem ad Theophilum, ibid. pag. 697. Vide Petavium in Theologicorum Dogmatum tom. 4. qui est de Incarnatione, E lib. 1. cap. 15. num. 8. & præsertim lib. 10. cap. 1. num. 6. & seqq. ubi Nyssenum hoc exemplo Eutychianorum erroribus non præivisse, erudite demonstrat; id quod multis ante Petavium sæculis Anastasius Synaita in *Hodegi* cap. 13. erudite præstitit.
7. Ita Corrector antiquus. Antea, σαρκός ἐστι, τῇ ἰδ.
8. Corrector, τῆς ἀθανασίας.
9. Locus iste usque ad finem hujus capitis, editus est in tomo 1. operum Nysseni pag. 879. tamquam fragmentum libri cujusdam adversus Apollinarem.
10. Edita ἑαυτῶν.
11. Hæc usque ad alium semicirculum desunt in editis.
12. Corrector, οἱ Αγγελοι. 13. Corrector, εἰς τὴν.
14. Edita ἐντὸς τοῦ βίου γενέσθαι τὸν ἄνθρωπον, μή.



τῶν ἀνθρώπων γενέσθαι, μὴ ταύτῃ τῇ εἰσόδῳ χρησάμενον. οὐκοῦν τὴν διὰ σαρκὸς αὐτοῦ γένεσιν, εἴσοδον εἰς τὴν οἰκουμένην ὀνομάζει ὁ λόγος. εἰ οὖν [1] εἰσελθόντι αὐτῷ εἰς τὴν οἰκουμένην, πάντες προσκυνοῦσιν οἱ Ἄγγελοι· ἡ δὲ εἴσοδος [2] διὰ σαρκός ἐστι γένεσις· οὐχ ἡμεῖς δουλαγωγοῦμεν τῷ δεσπότῃ τὸ ἴδιον κτῆμα· ἀλλ' αὐτὴ τῶν Ἀγγέλων ἡ φύσις οὐκ ἀγνοεῖ τὴν [3] ὑπερκειμένην ἑαυτῆς δεσποτείαν· ὥστε σιγάτω [4] προτιθεὶς ἐκεῖνα τῷ λόγῳ τὰ μάταια, τὰ ἄνω ποιοῦμεν κάτω, θεοφόρους Ἀγγέλους θεοφόρῳ ἀνθρώπῳ καταδουλοῦντες.

ta commorari, nisi hac via fuerit ingressus. Et hinc est quod ejus in carne nativitatem, ingressum in mundum Scriptura nuncupat. Si igitur ipsum, in orbem terrarum ingressum, Angeli omnes adorant, ac ejus ingressus ipsa est in carne nativitas, non ea, quæ Domini jam juris sunt, nos Domino subjicimus; sed ipsa Angelorum natura suam Domino subjectionem non ignorat. Itaque sileat ille, qui temere ac inaniter asserit, nos ea, quæ sursum sunt, deorsum vertere, dum deiferos Angelos homini deifero mancipamus.

Ἔτι πρὸς τούτοις φησίν· Εἰ ὁ Θεὸν δεξάμενος, Θεός ἐστιν ἀληθινὸς, πολλοὶ ἂν εἶεν Θεοὶ, ἐπειδὴ πολλοὶ δέχονται τὸν Θεόν. Τί οὖν καὶ πρὸς τοῦτο ἡμεῖς; ὅτι μὲν ὁ Θεὸς ἦν ἐν Χριστῷ, κόσμον ἑαυτῷ καταλλάσσων, ἱκανὸς εἰς μαρτυρίαν ὁ μέγας Παῦλος. εἰ δὲ διὰ τοῦτο οἴεται ὁ λογογράφος πλῆθος Θεῶν παρ' ἡμῶν ἐπεισάγεσθαι τῷ κηρύγματι, ὅτι ὁμολογοῦμεν ἐν Χριστῷ τὸν Θεὸν [5] ἑαυτῷ καταλλάσσειν τὸν κόσμον, ὡς καὶ ἐν ἀνθρώποις τοῦ Θεοῦ γινομένου, ταῦτα [6] ἀπολογούμεθα. εἰ πολλαὶ μητέρες παρθένοι, καὶ πρὸς πολλὰς ἡ μυσταγωγία τοῦ Γαβριὴλ, καὶ πρὸς ἑκάστην ἡ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπέλευσις, καὶ ἡ τῆς τοῦ ὑψίστου δυνάμεως παρουσία· καὶ εἰ [7] περὶ πολλῶν οἱ προφῆται τὴν χάριν κηρύσσουσιν, ὥστε πληθυντικῶς λέγειν, παιδία ἐγεννήθησαν ἡμῖν ([8] καὶ υἱοὶ ἐδόθησαν ἡμῖν) καὶ αἱ παρθένοι ἐν γαστρὶ λήψονται, καὶ τὰ ὀνόματα τῶν τεχθέντων πάντων Ἐμμανουήλ ἐστιν· εἰ πάντες πεζῇ τῶν κυμάτων ἐπιβατεύουσι, καὶ τῇ ἀφράστῳ δυνάμει τὰς τοσαύτας χιλιάδας ἐπ' ἐρημίας τρέφουσιν, αὔξοντες τῷ κόρῳ τὸν ἄρτον, τὸν ἐν ταῖς χερσὶ τῶν μαθητῶν γεωργούμενον· εἰ πάντες νεκροὺς τετραημέρους ἐκ τῶν χωμάτων ἐγείρουσιν· εἰ πάντες ἀμνοὶ τοῦ Θεοῦ γίνονται, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν πάσχα θύονται, καὶ τῷ σταυρῷ προσηλοῦσι τὴν ἁμαρτίαν, καὶ καταλύουσι τοῦ θανάτου τὸ κράτος, καὶ [9] εἰς ὀφθαλμοὺς τῶν μαθητῶν εἰς οὐρανοὺς ἀνατρέχουσι, καὶ ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς καθέζονται· εἰ πάντες ἐλεύσονται κρῖναι τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ ἐν ὀνόματι πάντων ἡ τῶν ἐπουρανίων τε, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων γλῶσσα ἐξομολογεῖται· δώσομεν τὸ πολλοὺς εἶναι Θεοὺς, εἴπερ ἐν τούτοις εἶεν οἱ πολλοὶ τοῖς γνωρίσμασιν. εἰ δὲ εἷς κύριος Ἰησοῦς, δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἐξ αὐτοῦ, καὶ δι' αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα, καὶ περὶ μόνον αὐτὸν ἡ τοιαύτη τῶν θεοπρεπῶν νοημάτων ἀπαρίθμησις, τίς κίνδυνος πολλοὺς ἀναπλασθῆναι Θεοὺς, ὅτ' ἂν λέγωμεν, Θεὸν διὰ σαρκὸς ἔμψυχον πεφανερῶσθαι; ὅτι γὰρ ἄνθρωπος τὸ φαινόμενον ἦν, τίς οὕτως τῶν εὐαγγελικῶν διδαγμάτων ἀνήκοος, ὡς ἀγνοεῖν τὸ παρ' αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος πρὸς τοὺς Ἰουδαίους λεγόμενον, νυνὶ δὲ ζητεῖτέ με ἀποκτεῖναι ἄνθρωπον, ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα; [10] ὁρᾷς ἐν τοῖς λεγομένοις, τί τὸ ἀποκτεινόμενον [11] ὅλως ὑπέδειξεν, εἰπὼν, ζητεῖτέ με ἀποκτεῖναι, οὐ τὴν ἀλήθειαν, ἀλλὰ τὸν ἄνθρωπον, δι' οὗ ἐφθέγγετο ἡ ἀλήθεια; οὐ γὰρ [12] ἄνθρωπος ἦν ὁ λαλῶν τὴν ἀλήθειαν· ἀλλὰ δηλονότι, ὁ μὲν λαλῶν, Θεὸς ἦν, ὁ δὲ ἄνθρωπος ἐμεσίτευε πρὸς τοὺς ἀνθρώπους τῇ ἰδίᾳ φωνῇ τὸ λεγόμενον. δι' ὃ καὶ μεσίτης [13] γέγονε Θεοῦ, καὶ ἀνθρώπων, ὡς οὐ δυναμένης τῆς [14] ἀνθρωπίνης φύσεως ἀκράτῳ προσμῖξαι

XLIII. His etiam Scriptor addit: *Si ille, qui Deum suscipit, Deus verus est, multi utique dii essent, quoniam multi Deum suscipiunt.* Nos vero quid ad hæc? Quod quidem [a] *Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi*, testis idoneus, ac locuples est Magnus Paullus. Si vero Scriptor autumat, Deorum multitudinem propterea a nobis induci, quod profitemur Deum sibi in Christo mundum reconciliare, quasi multis cum hominibus se Deus conjungeret; defensionem nostram ita instituimus. Si multæ matres simul ac virgines fuere; si multis mulieribus divinæ incarnationis mysterium Gabriel annuntiavit, earumque singulis Spiritus sanctus supervenit, & præsto fuit Altissimi virtus: Præterea si in multos homines tantam a Deo gratiam collatam fuisse Prophetæ prædicant, ut in plurali numero dicant, [b] Parvuli nati sunt nobis, (& filii dati sunt nobis;) & [c] Virgines in utero concipient; & omnibus, quos pepererint, nomen erit Emanuel; si omnes pedibus super undas incedunt, & ineffabili potestate tot tantaque hominum millia in deserto nutriunt, edentium satietate panem augentes, in discipulorum manibus, veluti agricultura quadam multiplicatum; si omnes quatriduanos mortuos e tumulis excitant; si omnes Dei agni fiunt, & pro nobis pascha immolant, & affigunt cruci peccatum, & mortis potentiam destruunt, & discipulis spectantibus cælos repetunt, & ad Patris dexteram sedent; si omnes venturi sunt judicare orbem terrarum in justitia, & in omnium nomine cælestium, terrestrium, & infernorum lingua confitetur: tunc utique dabimus multos esse Deos, si multos hujusmodi esse modo allatis indiciis dignosceretur. At vero si unus est Dominus Jesus, per quem omnia, & [d] *ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia*, & in ipso tantum hujusmodi indicia atque insignia divinitatis enumerare licet; ecquid periculi est, ne plures Deos comminiscamur, cum dicimus Deum humana præditum anima, per carnem manifestatum fuisse? Quod enim id, quod conspiciebatur, homo esset, quis Evangelicæ doctrinæ usque adeo ignarus est, ut nesciat dictum hoc ipsius Salvatoris nostri ad Judæos: [e] *Nunc autem quæritis me interficere hominem, qui veritatem vobis locutus sum?* Viden in his Christi verbis quidnam occisum fuerit, manifeste significari, dum ait, Quæritis me occidere, non veritatem; sed hominem per quem veritas loquebatur? Neque enim homo, sed Deus profecto erat, qui loquebatur veritatem; homo vero propria ipsius voce hujus sermonis apud homines interpretem atque internuntium agebat: quapropter mediator seu in-

[a] II. Cor. V. 19. [b] Isa. IX. 6. [c] Isa. VII. 14. [d] Rom. XI. 36. [e] Joan. VIII. 40.

1. Edita εἰσελθόντος αὐτοῦ.
2. Edita ἡ διὰ σαρκός.
3. Edita ὑπερκειμένῳ αὐτῷ δεσποτείαν.
4. Edita προτιθείς.
5. Ita Corrector, male antea αὐτῷ.
6. Corrector, ἀποκρινόμεθα.
7. Præpositionem περὶ Corrector addidit.
8. Quæ semicirculis comprehenduntur, Corrector addidit, qui etiam antea verbum παρθένοι articulum delet.
9. Corrector, ἐν ὀφθαλμοῖς.
10. Ita Corrector, antea ὁρῶ.
11. Hæc lectio nostra est, nam in codice scribitur, ὅλος.
12. Corrector, ἄνθρωπος ὁ λαλῶν.
13. Corrector, λέγεται.
14. Corrector, ἀνθρωπίνης.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.



τῇ τοῦ Θεοῦ συνουσίᾳ, καὶ διὰ τοῦτο δεομένης τῆς συγγενοῦς αὐτῇ καὶ κατὰ φύσιν φωνῆς, δι' ἧς εἰκὸς χωρεῖσθαι τὴν ἄνωθεν δύναμιν. καταλειπτέον καὶ τοῦτο, πρὸς δὲ τὸ ἐφεξῆς τρεπτέον τὸν λόγον. Οὐδὲν, φησιν, οὕτως ἥνωται πρὸς Θεὸν, [1] ὡς ἡ σὰρξ ἡ προσληφθεῖσα. ὢ τῆς περιεσκεμμένης αὐτοῦ ἀποφάσεως! οὐδὲν οὕτως ἥνωται πρὸς Θεὸν, ὡς ἡ σὰρξ, οὐδὲ ἡ ἀγαθότης, οὐδὲ ἡ [2] αἰδιότης, οὐδὲ ἡ ἀφθαρσία, οὐδὲ τὸ ἐπὶ πάντων κράτος, οὐδὲ ἄλλό τι τῶν θεοπρεπῶν νοημάτων· ἀλλὰ πάντα ταῦτα, τῆς σαρκός ἐστι δεύτερα, συγκρίσει τῇ πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ τῇ πρὸς ταύτην τῆς τοῦ Θεοῦ ἑνώσεως, καὶ σαρκὸς τῆς [3] ἐπικτηθείσης. ὁμολογεῖ αὐτὸ τοῦτο ὁ λογογράφος· ὁ γὰρ προσειλῆφθαι αὐτὴν εἰπὼν, τὸ ἐπιγεννηματικὸν αὐτῆς ἐνεδείξατο.

terpres Dei, hominumque factus est, quippe humanæ naturæ ad pura cum Deo colloquia fas non erat accedere, ac proinde affini ac ejusdem generis voce indigebat, cujus ope supernæ virtutis sensa posset percipere. Sed & his prætermissis, ad ea quæ sequuntur, convertendus est sermo: *Nihil*, ait, *æque conjunctum est Deo, atque caro illa, quam assumsit.* O cordatam hominis sententiam! Nil ita arcte conjunctum est Deo, atque caro, non bonitas, non æternitas, non incorruptio, non omnipotentia, non alia quæpiam earum notionum, quæ Deo maxime conveniunt; sed hæc omnia inferiora sunt carne, quippe quæ cum Deo commixta, & una cum ipso effecta fuerit, ob conjunctionem illam, quæ inter divinitatem, & carnem eidem adscititiam intervenit. Hoc autem ipsum Scriptor fatetur; nam qui carnem assumtam fuisse dicit, eamdem utique adventitiam esse declarat.

[4] Καὶ παραδραμούμεθα τὰ ἐφεξῆς, ὡς αὐτόθεν ἔχοντα τὸν ἔλεγχον τῆς ἀσυστάτου μυθοποιΐας, καὶ ἀβλαβῆ ὄντα τοῖς ἐντυγχάνουσι σιωπήσαντες· προθεὶς γὰρ τὸ, μηδὲν ἄλλο τῶν [5] ἐπὶ Θεοῦ λεγομένων οὕτως ἡνῶσθαι τῷ Κυρίῳ, ὡς ἥνωται πρὸς αὐτὸν ἡ προσληφθεῖσα σὰρξ, ἐπήγαγεν ἐν τῷ συμπεράσματι, ὅτι τὰ μὴ οὕτως ἡνωμένα, οὐδ' οὕτως προσκυνητὰ, ἑτέραν ἐπιτίθησι κορωνίδα· οὐδὲν δὲ οὕτως προσκυνητὸν, ὡς ἡ σὰρξ τοῦ Χριστοῦ. ταῦτα ὡς καὶ παιδίοις γνώριμον ἔχοντα τὴν ἀτοπίαν [6] μετὰ τῆς ἐννοίας σιωπησώμεθα. εἴποι γὰρ ἂν καὶ ταῖς ἀγοραῖς ἐγκαθήμενα παιδία, καὶ παίζοντα, ὅτι εἰ μηδὲν οὕτως ἐστὶ προσκυνητὸν, ὥσπερ ἡ σάρξ· ἄρα σεβασμιωτέρα ἐστὶν ἡ τοῦ Χριστοῦ σὰρξ, καὶ αὐτῆς τῆς τοῦ Πατρὸς μεγαλειότητος, καὶ τῆς παντοδυνάμου ἐξουσίας, καὶ τῆς πάντων ἀρχῆς, καὶ εἴ τι ἄλλο χωρεῖ ἡ φύσις ἡμῶν περὶ τῆς θείας δυνάμεως φθέγγεσθαι. ὥστε καταλιπόντας τὸ προσκυνεῖν τὸν Πατέρα, καὶ τὸν Υἱὸν, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, μόνην σέβεσθαι, καὶ προσκυνεῖν τὴν παρὰ τούτου προτετιμημένην σάρκα, [7] καὶ ἐκείνῃ τὸ κατὰ πάντων τίθεσθαι κράτος. ὅμοιον δὲ τοῖς προαποδεδομένοις καὶ τὸ ἐφεξῆς ἐπιχείρημα, [8] Ἡ σὰρξ τοῦ Κυρίου, φησὶ, προσκυνεῖται, καθὸ ἕν ἐστι πρόσωπον, καὶ ἓν ζῶον [9] μετ' αὐτοῦ. Δύο μνημονεύσας [10] πραγμάτων, Κυρίου, καὶ σαρκὸς Κυρίου, ἓν ζῶον τὰ δύο ἐποίησε. νῦν ἀποκαλύπτει σαφῶς τὸ ἐν τῇ ἐπιγραφῇ τοῦ λόγου δηλούμενον, ἐν ᾗ διδάσκειν καταπαγγέλλεται περὶ τῆς θείας σαρκώσεως, τῆς καθ' ὁμοίωσιν ἀνθρώπου· ἐπειδὴ γὰρ ψυχῆς σώματι συνδραμούσης, ἐκ τῆς τῶν ἑτερογενῶν τούτων μίξεώς τε καὶ κοινωνίας συνίσταται ἡ ἀνθρωπίνη ζωὴ, [11] καὶ οὐκ ἄν τις ἄλλό τι τὴν σύστασιν ἡμῶν ὁρίσαιτο, πλὴν σώματος καὶ ψυχῆς κοινωνίαν· τοῦτο αὐτὸ καὶ περὶ τὴν θείαν φύσιν φαντασθεὶς ὁ λογογράφος, εὐθὺς ἔν τε τῇ ἐπιγραφῇ τοῦ λόγου διδάσκειν καταπαγγέλλεται, ὅτι καθ' ὁμοίωσιν ἀνθρώπου καὶ τὸ θεῖον ἐν σαρκὶ θεωρεῖται, καὶ νῦν ἐν τῷ μέρει τούτου [12] τοῦ λόγου σαφῶς κατασκευάζει, ὅτι ἕν ἐστι πρόσωπον, καὶ ζῶον ἓν, ἥτε σὰρξ καὶ ὁ Κύριος, ὡσανεὶ λέγοι, Παῦλον τὸν αὐτὸν εἶναι τῷ

XLIV. Sed & his prætermissis, ea etiam, quæ sequuntur, silentio obvolvimus, utpote quæ minime Lectoribus nocere queant, & in se habeant, unde fabulæ, nulla ex parte sibi constantis, fictio redarguatur. Nam cum primum statuisset nullam aliam earum rerum, quæ de Deo affirmantur, æque Domino conjunctam esse atque carnem illam, quam assumsit; mox in conclusione subjungit, ea quæ hoc pacto conjuncta non sunt, nec eodem pacto adoranda esse, quin & hanc aliam coronidem addit, *Nihil autem ita adorandum est, quemadmodum caro Christi*. Hæc vero, utpote quæ vel pueris ipsis absurda statim videantur, consulto silebimus; ipsi enim qui sedent in foro, luduntque pueri, ita ratiocinarentur. Si tam adorandum nihil est, sicut caro, ergo magis veneranda est Christi caro, quam ipsa Patris majestas, & omnipotentia, & summum in res omnes imperium, & si quid aliud natura nostra de divina potentia eloqui valet, ita ut prætermissa Patris, Filii, & Spiritus sancti adoratione, solam venerari, atque adorare antelatam ceteris omnibus ab isto carnem, eidemque omnipotentiam adscribere debeamus. Porro antecedentibus similis est, quæ sequitur, ratiocinatio; *Caro*, inquit, *Domini adoratur, quatenus est una persona, & unum animal cum ipso*. Duarum rerum mentionem faciens, Domini, videlicet, & carnis Domini, ex his duobus unum animal efficit. Nunc jam patet quid in tractatus inscriptione significet, dum de divina incarnatione, ad similitudinem hominum facta, se nos docturum esse promittit. Quia namque anima ad corpus accedente, ex copulatione istarum diversi generis rerum, atque mixtione, hominum vita constat, nec aliter nos constitui, quam per animæ, & corporis conjunctionem jure merito quispiam affirmaverit; propterea hoc ipsum in divina etiam natura fieri, inepte animo suo fingens Scriptor, statim & in ipsa tractatus hujus inscriptione demonstraturum se pollicetur, divinitatis conjunctionem cum carne ad similitudinem hominis spectandam esse, & nunc in hac ejusdem tractatus parte manifeste adstruere nititur, carnem & Dominum unam personam, atque unum animal esse, quasi di-

1. Tam hic, quàm infra Corrector addidit particulam ὡς.
2. Ita Corrector, male antea παιδιότης.
3. Corrector, ἐπικτισθείσης, ὡς ὁμολογεῖ.
4. Corrector, καὶ τοῦτο παραδραμούμεθα, & interpungit ante τὰ ἐφεξῆς.
5. Corrector, περί.
6. Corrector, μετὰ τῆς ἀνοίας σιωπησόμεθα, & mox, καὶ τὰ ταῖς.
7. Corrector, καὶ ἐν ἐκείνῃ.
8. Hoc Apollinaris argumentum, cum Nysseni responsione, ex hoc opere desumta, refert Euthymius pag. 529. Versiculo, *Caro, inquit*. Sed argumentum Apollinaris iisdem verbis expressum ibi legimus; non vero Nysseni responsionem, cujus tantummodo sensum, non itidem verba Euthymius retulit.
9. Vide, an interpungendum sit ante illa verba, μετ' αὐτοῦ, ut sensus sit, carnem Domini adorari cum ipso, quatenus est una persona, & unum animal; nam proxime sequens Apollinaris argumentum huic interpretationi favere videtur.
10. Ita Corrector, antea, σωμάτων.
11. Ita Corrector, antea καὶ οὐκ ἄλλό τι.
12. Ita Corrector, antea τοῦ λογογράφου.

κρυπτῷ [1] τὸν φαινόμενον, διὰ τὴν τοῦ σώματος πρὸς τὴν ψυχὴν συμφυΐαν. τί οὖν ἄρα ἐπεξιέναι προσήκει τοῖς εἰρημένοις, καὶ ἀντιμάχεσθαι; καὶ πῶς οὐκ ἄν τις ἡμᾶς ἀφραίνειν κατηπάσατο τοῖς παρεξευρημένοις τῶν νοημάτων ἐνισταμένους; οὐκοῦν τὸ μετὰ τοῦτο κατανοήσωμεν. Εἰ μηδέν, φησι, ποίημα προσκυνητὸν μετὰ τοῦ Κυρίου, ὡς ἡ σὰρξ αὐτοῦ. Τίς ἀγωνοθετήσει περὶ τῶν ἐν ἀσεβείᾳ πρωτείων, ἀγωνιζομένῳ τῷ Ἀπολιναρίῳ πρὸς τὸν Εὐνόμιον; τίς ἄρα τῶν ἀριστείων ἐν τοῖς κατὰ τῆς ἀληθείας ἱδρῶσιν ἀξιωθήσεται; τάχα ἄκριτος ἐπ' ἀμφοτέρων ἡ νίκη τῷ [2] ἀμφηρίστῳ καὶ ἰσοπαλεῖ τῆς ἀσεβείας καταλειφθήσεται. ὁ μὲν γὰρ ποίημα τὸν μονογενῆ [3] Θεὸν λέγων, νοερόν τε αὐτὸν, καὶ ἔξω τῆς ἀντιτύπου φύσεως εἶναι οὐκ ἀπομάχεται· [4] αὐτὸς δὲ σύνθετον ἐξ ἀρχῆς αὐτὸν ἐξ ἑτεροφυῶν ἀναπλάσας, ἐκ σαρκός τε καὶ θεότητος συγκεκροτημένον ἓν εἶναι ζῶον κατασκευάζει, [5] καθ' ὁμοίωσιν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως. ἡ μὲν γὰρ τοῦ ποιήματος προσκύνησις ἐπ' ἀμφοῖν ἴση· ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν τὴν νοεράν τε καὶ ἀσώματον φύσιν πεποιῆσθαί φησιν· οὗτος δὲ προστίθησι καὶ τὸ, σαρκώδη φύσιν εἶναι περὶ τὸ ποίημα, καὶ ταύτην προσκυνεῖσθαι πλέον τῶν λοιπῶν ποιημάτων, ὡς καὶ ἄλλοις ποιήμασι προσαγομένης τῆς προσκυνήσεως, ὃ καὶ τοῖς τὰ Εὐνομίου πρεσβεύουσιν ἀσεβὲς εἶναι ὁμολογεῖται. οὐκοῦν ἐχέτω κατὰ τοῦ Εὐνομίου τὰ νικητήρια, καὶ [6] ἐπαγαλλιάσθω τοῖς τῆς ἀσεβείας στεφάνοις καλλωπιζόμενος· ὅσῳ γὰρ ἐν τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει τῆς ψυχῆς τὸ σῶμα καταδεέστερον, τοσοῦτον ἐν τοῖς τὰ ποιήματα προσκυνοῦσιν, ὁ τὴν σάρκα προσκυνεῖν νομοθετῶν, τῶν τὸ νοερὸν ποίημα σεβομένων ἐν τῷ λόγῳ τῆς ἀσεβείας ἐστὶν ἀτοπώτερος, καὶ μάλιστα εἰ καὶ ἄλλα προσκυνεῖσθαι ποιήματα λέγοι, ὧν τὸ πλέον ἡ σὰρξ διὰ συγκρίσεως κατὰ τὴν προσκύνησιν ἔχει· οὐδὲν γὰρ, φησι, ποίημα προσκυνητὸν, ὡς ἡ σὰρξ τοῦ Κυρίου. πάντα μὲν γὰρ ἐπίσης [7] κάτω τῆς θείας ἐστὶ δυνάμεως, ὅσα περ ἐν τῇ κτίσει καταλαμβάνεται, κἂν ἀσώματον ᾖ, κἂν μετὰ σώματος. ἀλλ' ἔχει πρὸς ἑαυτὴν ἡ κτίσις διὰ συγκρίσεως ὑπερβολὴν, καὶ ἐλάττωσιν, τῆς τῶν ἀσωμάτων φύσεως [8] προτερευούσης παρὰ τὴν αἰσθητήν τε καὶ σωματώδη κατάστασιν· ὥστε καθὸ μὲν τῷ ποιήματι λατρεύειν οἴονται δεῖν Εὐνόμιός τε, καὶ Ἀπολινάριος, ἰσοπαλεῖς ἐν τῷ λόγῳ τῆς ἀσεβείας εἰσὶ, καὶ ἀμφήριστοι· ὁ δὲ τῇ σαρκὶ παρὰ τὴν νοερὰν φύσιν τὰ πρωτεῖα νέμων, τὸ πλέον εἰς ἀσέβειαν ἔχει. ἀκουσάτωσαν οἱ μαθηταὶ τῆς ἀπάτης πρὸς τίνα τῷ διδασκάλῳ αὐτῶν, καὶ περὶ τίνων ἡ ἅμιλλα.

A ceret, in Paullo ob corporis & animæ conjunctionem idem esse, quod latet, atque illud quod omnium oculis cernitur. Quid ergo ea, quæ modo commemoravimus, accurata disquisitione refellere convenit? Quis etiam merito nos insipientiæ non accusaverit, quod hisce perperam excogitatis argumentationibus refutandis immoremur? Ergo quod sequitur, expendamus. *Si nulla*, inquit, *res creata æque adoranda una cum Domino est, ac ejus caro.* Ecquis certamini præerit, præmiaque ponet Apollinari, atque Eunomio, inter se de impietatis primatu certantibus? Uter eorum ob exantlatos adversus veritatem labores, palma dignus esse censebitur? Fortasse ob parem in asserenda impietate certantium ar- B dorem, anceps erit, ac neutram in partem inclinata victoria. Nam ille unigenitum Deum factum esse affirmans, eumdem mente præditum, & a corporea natura alienum esse non negat; hic vero illum ipsum unigenitum Deum ex diversæ naturæ rebus ab initio compositum fuisse fingens, eumdem unum esse ex carne, ac divinitate, humanæ naturæ instar, conflatum animal esse statuit. Uterque enim creaturam æque adorat; sed Eunomius quidem eam, etsi factam, nihilominus incorpoream, & intelligentia præditam esse dicit; hic vero non factam tantummodo, sed & carneam esse affirmat, eamque præ ceteris creaturis adorari oportere, quasi adoratio aliis quoque creatis rebus impertiretur, quod & illi, qui C Eunomii dogmata suspiciunt, impium esse non diffitentur. Victoriæ itaque adversus Eunomium præmia ferat, coronisque impietatis ornatus exsultet; nam quanto in humana natura corpus infra animam est, tanto inter creaturarum cultores, qui carnem adorandam esse statuit, illis, quantum ad impietatem, longe ineptior est, qui non nisi intelligentia præditam creaturam colunt; præsertim si non unam ipse, sed plures creaturas adorandas esse dicat, quibus comparata caro majorem præ illis adorationem consequi mereatur; nulla enim, inquit, creata res æque adoranda est, atque caro Domini. Nam omnia, quæ in rerum creatarum numero habentur, sive corporea sint, sive incorporea, æque infra potestatem D divinam sunt; at nihilominus res creatæ, si inter se comparentur, aliæ aliis plus minusve dignitatis habent, cum incorporea natura eam, quæ corpore sensibusque prædita est, longe antecellat. Quamobrem Eunomius, atque Apollinaris, quatenus quidem res creatas cultu divino dignas censent, in impietatis certamine ac pugna pares sunt; at vero qui carnem intellectivæ naturæ præfert, impietate alterum superat. Audiant erroris hujus discipuli cum quo, & quibus de rebus magistro eorum contentio sit.

Ἴδωμεν δὲ καὶ τὴν ἐφεξῆς ἀλυκτοπέδην, κατ' αὐτὸν εἰπεῖν τὸν Ἀπολιναρίου διδάσκαλον, ἣν ταῖς ἀλύτοις [9] σειραῖς τῶν συλλογισμῶν [10] διασφίγξας προτείνεται. Εἰ ἄνθρωπόν, φησιν, οἴεταί τις ἑνοῦσθαι Θεῷ παρὰ πάντας ἀνθρώπους, καὶ Ἀγγέλους. Ἄρα χρὴ καὶ τὴν ἐν τούτοις διεξετάζειν διάνοιαν· ἀλλ' ὅμοιον ἂν εἴη ψυχὴν ἐν λίθῳ ζητεῖν, καὶ ἐν ξύλῳ φρόνησιν, καὶ ἐν τοῖς ἐκτεθεῖσι ῥήμασιν ἔμφασίν τινος ἐνθυμήσεως, οὐ λέγω τῆς κρείττονος, ἀλλὰ τῆς γοῦν εἰς τὸ ἀσεβὲς συντελούσης. [11] μᾶλλον δὲ ἐκ τῆς συμφράσεως μαρτυρηθείη τὸ

XLV. Videamus modo compedes illas, ut cum Apollinaris magistro loquar, indissolubilibus syllogismorum catenis instructas, quibus Lectores con- E stringere nititur. *Si hominem*, inquit, *magis quam ceteros homines, atque Angelos, cum Deo conjungi quis putat.* Operæpretium itaque esset, horum quoque verborum sensum expendere; sed in allatis modo verbis sensum aliquem, si non bonum & exquisitum, at certe ad impii sui dogmatis confirmationem nonnihil saltem conducentem investigare, perinde omnino esset, ac in lapidibus animam, aut

1. Ita Corrector, antea τὸ φαινόμενον.
2. Ita Corrector, antea, ἀμφηρίστῳ.
3. Hæc lectio a Correctore est, nam antea erat Θεοῦ.
4. Corrector, οὗτος δέ.
5. Verba καθ' ὁμοίωσιν, a Correctore sunt addita.
6. Corrector, ἐπαγαλλίσθω.
7. Ita Corrector, prius erat κατὰ τὸ τῆς.
8. Ita Corrector, antea προτερεύσης.
9. Ita emendandum censeo Vaticanum codicem, in quo legitur, θηραῖς, nullo sensu.
10. Ita Corrector, antea διασφύγξας, manifesto librarii errore.
11. Corrector, μᾶλλον δ' ἄν.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

τῶν λεγομένων ἀδιανόητον. Ποιήσει μὴ [1] αὐτεξουσίους A τοὺς Ἀγγέλους, καὶ τοὺς ἀνθρώπους, ὡς οὐδὲ ἡ σάρξ αὐτεξούσιος· φθορὰ δὲ τοῦ αὐτεξουσίου ζώου, τὸ μὴ εἶναι αὐτεξούσιον· οὐ φθείρεται δὲ ἡ φύσις ὑπὸ τοῦ ποιήσαντος αὐτήν· οὐκ ἄρα ἑνοῦται ὁ ἄνθρωπος Θεῷ. Βαβαὶ τῆς ἀνάγκης· ὡς ἄλυτοι τῶν συλλογισμῶν αἱ πλεκτάναι· ἀφαιρεῖται τῶν ἀνθρώπων, καὶ τῶν Ἀγγέλων τὸ αὐτεξούσιον ἡ πρὸς τὸ θεῖον ἕνωσις, καὶ φθορὰ τοῦ αὐτεξουσίου ζώου τὸ μὴ εἶναι αὐτεξούσιον γίνεται, καὶ εἰ ταῦτα τεθείη, ἀποδείκνυται τὸ μὴ ἑνοῦσθαι ἄνθρωπον Θεῷ. τί τοιοῦτον οἱ ἐγγαστρίμυθοι; τί δὲ οἱ ἐκ γῆς φωνοῦντες, καὶ ἐγκαρδίους μαντείας πεπαιδευμένοι παραπλήσιον τούτοις ἀποφοιβάζουσιν; ἀφαιρεῖται τῶν ἀνθρώπων, καὶ τῶν Ἀγγέλων ἡ αὐτεξουσιότης, ἐὰν [2] ἑνωθῇ τῷ Θεῷ τὸ ἀνθρώπινον. μὴ οὐκ ἦν ἄνθρωπος ὁ εἰπὼν, νῦν δὲ ζητεῖτέ με ἀποκτεῖναι ἄνθρωπον, ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα; μὴ οὐκ ἀνεκράθη τῇ θείᾳ [3] φύσει ὁ πᾶσαν τὴν θείαν δύναμιν ἐν ἑαυτῷ δεικνὺς, κατ᾽ ἐξουσίαν ἐνεργῶν ὅπερ ἐβούλετο; εἰ μὲν οὖν οὐκ ἐγένετο τοῦτο ἐν ἐκείνῳ, [4] παραγραφέσθω τὴν εὐαγγελικὴν μαρτυρίαν, ψεύδους πάντως καὶ ὁ Παῦλος ἁλώσεται, καὶ οἱ Προφῆται, καὶ πάντες οἱ τὰ θαύματα περὶ τοῦ Κυρίου προκαταγγέλλοντες, καὶ οἱ τὰ μετὰ ταῦτα γεγονότα διηγησάμενοι. εἰ δὲ ἀληθῶς γέγονε τοῦτο, καὶ Θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκὶ, καὶ ἡ σὰρξ ἡ ἀνακραθεῖσα τῇ θείᾳ φύσει ἓν πρὸς ἐκείνην ἐγένετο, ἄρα κατὰ τὸν ποιητικὸν μῦθον, ἀπώλωλε τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει τὸ αὐτεξούσιον, καὶ κατεδουλώθησαν Ἄγγελοι, ἐπειδὴ τοῦτο ἐγένετο, [5] ζημιωθέντες τοῦ αὐτεξουσίου τὴν χάριν. ὢ τῆς παραλόγου [6] καινοφωνίας· οἷα δὴ καὶ ἡ ἐπαγωγὴ, τὸ λέγειν, [7] φθορὰ δὲ τοῦ αὐτεξουσίου ζώου ἐστὶ τὸ μὴ εἶναι αὐτεξούσιον. ἄρα οὐκ ἀριθμεῖ τὸ οἰκετικὸν ἐν τοῖς ζώοις, ὅτι μὴ αὐτεξουσίως οἰκονομεῖται παρὰ τὸν βίον, τῇ ἐπικρατούσῃ δυναστείᾳ δεδουλωμένον; ἐν γὰρ τῷ αὐτεξουσίῳ τὸ ζῶον εἶναι, [8] τίνα ὁ λογογράφος ὁρίζεται. ᾧ δὲ μὴ πάρεστιν ἡ αὐτοκρατὴς τοῦ θελήματος κίνησις, μηδὲ ζῶον οἴεσθαι τοῦτον εἶναι νομοθετεῖ. οὐκοῦν νεκρὸς ἦν ἐκεῖνος ὁ Χαναὰν, ὅτε τοῖς ἀδελφοῖς διὰ τὴν ἀταξίαν κατεδουλώθη, νεκρὸς ὁ οἰκέτης τοῦ Ἀβραὰμ, νεκρὸς Γιεζὶ τὸ τοῦ Ἐλισσαίου παιδάριον, καὶ ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα χρόνοις νεκρὸς ὁ Ὀνήσιμος, νεκροὶ πάντες οἱ Ἑκατοντάρχαι δουλεύοντες. καὶ τί ταῦτα λέγω, τεθνᾶσι πάντες οἱ ὑπεζευγμένοι ταῖς τῶν κρατούντων ἀρχαῖς, ἐν οἷς κωλύεται τὸ αὐτεξούσιον βούλημα. ἀλλὰ καὶ οἷς ὁ Παῦλος νομοθετεῖ ταῖς ὑπερεχούσαις ἐξουσίαις ὑποτάσσεσθαι, νεκροὶ πάντως εἰσὶ, κἂν ψυχαὶ ὦσι, τῇ ἀπουσίᾳ τοῦ αὐτεξουσίου φθαρέντες, καὶ μηκέτι ζῶα εἶναι δυνάμενοι· τοῦτο γὰρ κελεύει ὁ Ἀπολιναρίου μῦθος, ἵνα τὴν ἄψυχον ἐκείνην σάρκα συζεύξῃ τῷ ἐπὶ πάντων Θεῷ, εἴτ᾽ οὖν ἄψυχον, εἴτ᾽ οὖν ἀνόητον, πρὸς ἀμφότερα γὰρ ἐπίσης ὁ μῦθος βλέπει· ἀλλὰ τὸ μὲν ἄψυχον νεκρός ἐστι· τὸ δὲ δίχα διανοίας ἔμψυχον κτηνός ἐστιν, ὅπερ οὐδὲ αὐτὸς οὗτος ἀποφεύγει ὡς ἄτοπον, ἀφαιρούμενος τῆς σαρκὸς ἐκείνης τὸ αὐτεξούσιον. τῶν γὰρ ἀλόγων ἴδιον, τὸ μὴ ἐφ᾽ ἑαυτῶν εἶναι, ἀλλ᾽ ὑποτετάχθαι τῇ τοῦ ἀνθρώπου ἀρχῇ.

A in ligno intelligentiam quærere. Quin & ex his, quæ uno tenore, eodemque consilio subjungit, quam incomprehensibilia sint ejus verba, poterit confirmari. *Angelos*, inquit, *ac homines arbitrii libertate spoliabit, quemadmodum & caro libertate destituitur. Corruptio autem est animalis libero arbitrio præditi, non esse sui juris, suæque potestatis: natura autem ab ejus conditore non corrumpitur. Homo ergo nequaquam Deo conjungitur.* Papæ, quæ argumentorum vis! Quam indissolubiles syllogismorum laquei! Liberum homini Angelisque arbitrium tollit, quæ cum divinitate fit unitio, & ejusmodi libertate carere, corruptio est animalis libero arbitrio præditi; & si pro veris hæc ut habeantur, effecerit, homi- B nem Deo conjungi non posse ex hoc ipso demonstratur. Quid tale umquam ventriloqui effutiunt? Quid etiam his umquam simile hariolantur, qui e terra voces edunt, & ex imo pectore vaticinia fundere didicerunt? Homines, & Angeli arbitrii libertate spoliantur, si Deo humana natura conjungitur. Numquid homo non erat, qui dixit, [a] *Nunc autem quæritis me interficere hominem, qui veritatem vobis locutus sum?* Nonne divina fuit cum natura commixtus, qui omnem sibi inesse divinam virtutem ostendit, dum quidquid lubet, propria efficit potestate? Atqui si non ita res erat, explodatur Evangelii testimonium, mendacii omnino convincentur tum Paullus, tum Prophetæ, tum etiam ii omnes, C qui mirabilia de Domino pronuntiarunt, & qui patrata deinceps ab ipso miracula enarrarunt. Sin vero ita omnino res fuit, ut Deus in carne manifestatus sit, & caro divinæ naturæ commixta, unum quid cum ipsa effecta fuerit: ergo quoniam ita sese res habuit, periit juxta poeticam fabulam, in humana natura libertas arbitrii, & servi facti sunt Angeli, liberi arbitrii eadem de caussa jacturam passi. O absurdam vocum novitatem! Qualis etiam illatio est dicere, corruptio autem animalis arbitrii libertate præditi, est eadem libertate privatum esse. Numquid servos ex animalium albo tollit, quoniam hi sub dominorum potestate positi, per vitæ curriculum ab alterius arbitrio pendent? nam illum, qui D liberi arbitrii compos est, animal esse Scriptor decernit; at vero qui libero voluntatis motu destituitur, hunc neque animal censendum esse statuit. Igitur mortuus erat Chanaan ille quando [b] ob petulantiam servus effectus est fratrum, mortuus erat Abrahami famulus, mortuus & Giezi puer Elisæi, & in posterioribus temporibus mortuus erat Onesimus, mortui etiam Centuriones omnes sub alterius potestate constituti. Verum quid hæc ajo, mortui sunt omnes, qui Principibus rerum dominis subduntur, quorum voluntatis libertas impeditur. Sed & illi, quos Paullus mandat summis potestatibus subdi, mortui omnino sunt, tametsi anima præditi, quod libertate E arbitrii carentes perierint, neque amplius inter animantia locum habere possint; hoc enim conficta ab Apollinari fabula jubet, ut carnem illam anima destitutam, Deo qui cuncta supereminet, jungat, sive anima, sive mente orbata sit caro illa, utrumque enim æque respicit fabula. Atqui cadaver quidem est, quod anima caret; quod vero animam sine mente habet jumentum utique est; id quod nec Scriptor iste tamquam absurdum refugit, ab illa carne tollens libertatem arbitrii; irrationalium quippe animalium proprium est, hominis imperio subjici, non vero suæ potestatis esse.

a Joan. VIII. 40. b Gen. IX. 25.

1. In textu Vaticani codicis tam hic, αὐτεξουσίως, quam infra, σάρξ αὐτεξουσίως, scribitur, sed utrobique Correctoris emendatio necessaria nobis visa est.
2. Corrector, ἑνωθῇ.
3. Ita Corrector, antea φύσει ἅπασαν.
4. Corrector scripsit in margine sine ulla nota, καὶ ἐν πέτρῳ ἐκείνῳ. quare incertum est, an hæc verba subjungenda statim sint post, ἐν ἐκείνῳ, an potius adnotatione illa nos monere voluerit, ut legamus, οὐκ ἐγένετο ἐν πέτρῳ ἐκείνῳ.
5. Corrector, μειωθέντες.
6. Corrector, κενοφωνίας· οἷα δέ.
7. Secuti hic sumus Correctoris emendationem, nam in textu Vaticani cod. legitur, τὸ λέγειν, φθορὰ δὲ τοῦ αὐτεξουσίου ἐγένετο. ἄρα.
8. Dictio, τίνα, supervacanea videtur esse.

Ἀλλ' ἐάσθω καὶ ταῦτα. πρὸς δὲ τὰ ἐφεξῆς τοῦ λόγου μετέλθωμεν. λέξω δὲ τῇ ἐμαυτοῦ φωνῇ τὴν τοῦ ἐναντίου διάνοιαν συντομίας χάριν. ἐκ τριῶν εἶναι τὸν ἄνθρωπόν φησι, πνεύματος, καὶ ψυχῆς, καὶ σώματος, ὡς καὶ τοῦ Ἀποστόλου τοῦτο διὰ τῆς πρὸς Θεσσαλονικεῖς ἐπιστολῆς δογματίζοντος, καὶ ἐπάγει τῆς [1] ὑμνῳδίας τῶν τριῶν παίδων τοῦτο τὸ μέρος, τὸ, εὐλογεῖτε πνεύματα, καὶ ψυχαὶ δικαίων, εἶτα καὶ τὸ, ἐν πνεύματί, φησι, λατρεύειν τῷ Κυρίῳ, καὶ τὴν τοῦ Εὐαγγελίου φωνὴν παρατίθεται, δι' ἧς διδασκόμεθα, τοὺς προσκυνοῦντας [2] Θεῷ, ἐν πνεύματι δεῖν προσκυνεῖν. ταῦτα διεξελθὼν, [3] προστίθησι εἶναί τι παρὰ τοῦτο, τὴν σάρκα, τὴν ἀντιστρατευομένην τῷ πνεύματι· ταύτην δὲ οὐκ ἄψυχον λέγει, ὡς [4] διὰ τοῦτο δείκνυσθαι τρίτον εἶναι τὸ πνεῦμα παρὰ τὴν ψυχὴν, καὶ τὸ σῶμα. εἰ οὖν ἐκ τριῶν, φησιν, ὁ ἄνθρωπος· ἄνθρωπος δὲ καὶ ὁ Κύριος· ἐκ τριῶν πάντως ἐστὶ καὶ ὁ Κύριος, πνεύματος, καὶ ψυχῆς, καὶ σώματος. ἵνα τοίνυν τὸ διημαρτημένον αὐτοῦ τῆς περὶ τῶν θείων γραφῶν ὑπολήψεως γένηται δῆλον, ἐν ὀλίγῳ τὰ καθ' ἕκαστον τῶν εἰρημένων διαληψόμεθα, καὶ πρῶτόν γε τὸ ἀποστολικὸν ἐξετάσωμεν. οὐ γὰρ τὸν ἄνθρωπον τρισὶ τμήμασι καταμερίζων ὁ Παῦλος κατά γε τὸν ἡμέτερον λόγον, τοῖς Θεσσαλονικεῦσιν ἐκεῖνα γράφει, ὁλοτελῶς αὐτοὺς ἁγιασθῆναι εὐχόμενος τῷ Κυρίῳ, ἐν σώματι, καὶ ψυχῇ, καὶ πνεύματι. ἀλλά τίς ἐστι φιλοσοφία περὶ τῆς κατὰ τοῦτον τὸν βίον προαιρέσεως διαφόρως ὑψηλοτέρα, οὐκ ἐνταῦθα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν οἷς πρὸς τοὺς Κορινθίους ποιεῖται τὸν λόγον. οἶδε γὰρ ἐκεῖ τινα σάρκινον ἄνθρωπον, καὶ πνευματικὸν πάλιν ἕτερον, καὶ διὰ μέσου τῶν δύο τὸν ψυχικὸν, τὸν μὲν ἐμπαθῆ καὶ ὑλώδη, σάρκινον προσαγορεύων· τὸν δὲ μὴ βαρούμενον τῷ ἐφολκίῳ τοῦ σώματος, ἀλλ' ἐν τοῖς ὑψηλοῖς τὴν διάνοιαν ἔχοντα, πνευματικὸν ὀνομάζων· τὸν δὲ μηθέτερον [5] ἀκριβῶς ὄντα, καὶ πρὸς ἑκάτερον ἔχοντα τὴν κοινωνίαν, ψυχικὸν ἀποκαλῶν. ταῦτα δὲ λέγων, οὔτε τὸν σάρκινον τῆς κατὰ τὸν νοῦν, ἢ τὴν ψυχὴν ἐνεργείας ἐστερῆσθαι λέγει· οὔτε τὸν πνευματικὸν τῆς πρὸς τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν συμπλοκῆς ἀλλότριον δείκνυσιν· οὐδὲ τὸν ψυχικὸν, ἢ ἄνουν, ἢ ἄσαρκον ὑποτίθεται· ἀλλ' ἐκ τοῦ πλεονάζοντος τὰς ἐπωνυμίας ταῖς προαιρέσεσι τίθεται· ὅ, τε γὰρ ἀνακρίνων τὰ πάντα καὶ ὑπ' οὐδενὸς ἀνακρινόμενος, καὶ ἔνσαρκός ἐστι, καὶ ἔμψυχος, καὶ πνευματικὸς ὀνομάζεται· καὶ ὁ κατὰ τῆς εὐνῆς τῆς πατρῴας τῷ τῆς σαρκὸς πάθει λυσσήσας, οὔτε ἄψυχος ἦν, οὔτε διανοίας κεχώριστο· ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ μέσος ἔχων τοῦ τε ἐπαινετοῦ, καὶ τοῦ κατεγνωσμένου, ἐν ἑκατέροις ἐστὶ, καὶ νοῦν ἔχων ἐν ἑαυτῷ, καὶ τὴν φύσιν τῆς σαρκὸς περικείμενος· ἀλλὰ, καθὼς εἴρηται, πρὸς τὰ φαινόμενα τοῦ βίου γνωρίσματα τῆς προσηγορίας κυρίως ἐφαρμοζούσης, οἱ μὲν ἀπολαυστικοί τε, καὶ φιλήδονοι, καὶ πρὸς τὰς ἐριστικὰς φιλονεικίας ἐνθύμως ἔχοντες, σάρκινοι λέγονται· οἱ δὲ τὰ πάντα μὲν ἀνακρίνοντες, αὐτοὶ μηδεμίαν παρέχοντες τοῖς βουλομένοις ἀνακρίσεως λαβὴν, διὰ τὸ ὑψηλὸν τῆς πολιτείας πνευματικοὶ ὀνομάζονται· ψυχικὸν δὲ [6] τὸν μεταξὺ τούτων ἑστῶτά φησι, ὃς τοσοῦτον [7] ὑποβέβηκε τούτου, ὅσον ἐκείνου ὑπερανέστηκεν. ἐπειδὴ τοίνυν βούλεται τὸν δι' ἀρετῆς τελειούμενον, μὴ μόνον ἐν τῷ ὑψηλῷ μαρτυρεῖσθαι βίῳ· ἀλλὰ κἄν τι τῶν σωματικῶν ἐνεργῇ, πρὸς Θεὸν βλέπειν, κἄν τι τῶν μέσων, μηδὲ οὕτως τοῦ Θεοῦ

A XLVI. Sed & his omissis, ad alia pergamus; meis autem verbis adversarii sententiam referam, brevitatis caussa. Ex tribus rebus constare hominem dicit, spiritu, anima & corpore, quasi hoc Apostolus in epistola ad Thessalonicenses [a] definiat; subditque hanc trium puerorum cantici partem, nempe, [b] *Benedicite spiritus, & animæ justorum*. Deinde, & illud, [c] *In spiritu*, inquit, *servire Domino*. Et illa Evangelii verba insuper addit, quibus docemur, eos qui adorant Deum, in spiritu adorare oportere. Hæc ubi pluribus differuit, aliud quid præterea subdit exsistere, carnem videlicet, repugnantem spiritui; hanc autem non inanimem esse dicit, ut eo pacto ostendat tertium quid præter animam & corpus esse spiritum. B Si igitur ex tribus homo constat, Dominus autem homo est; ergo ex tribus prorsus constat & Dominus, spiritu nempe, anima, & corpore. Ut autem manifestum fiat, quibus in rebus non recte divinarum literarum sensum assequatur, breviter de singulis, quos allegat, Scripturæ locis tractabimus. Et primum quidem in illud Paulli Apostoli inquiramus; neque enim in tres illas, in quas nos distribuimus partes, hominem dividit Paullus, dum ad Thessalonicenses scribens [d], Dominum orat, ut ipsi per omnia in corpore, anima & spiritu sanctificentur; sed quædam longe sublimior de nostræ vitæ instituto philosophandi ratio est non solum hoc in loco, sed & ubi ad Corinthios verba facit. Novit enim ibi [e] carnalem quemC dam hominem, & rursus spiritualem alium, & medium inter hos duos animalem hominem; eum quidem, qui perturbationibus obnoxius est, terrenisque rebus inhæret, carnalem vocans; eum vero, quem corporis sarcina non aggravat, sed in excelsis mentem habet positam, spiritualem nominans; illum tamdem, qui neutrum eorum prorsus est, & tamen cum utroque communionem habet, animalem appellans. Hæc autem asserens, nec carnalem hominem mentis, vel animæ actionibus destitutum esse dicit, nec spiritualem a conjunctione cum anima & corpore alienum esse ostendit, neque animalem hominem vel mente, vel carne carere statuit; sed singulis vitæ institutis ex eo, quod in unoquoque eorum magis eminet, nomen imD ponit. [f] *Qui* enim *judicat omnia, & a nemine judicatur*, & si carnem atque animam habeat, spiritualis nihilominus nuncupatur; & qui libidinis furore abreptus, [g] cubile paternum invaserat, nec anima, nec mente orbatus erat: similiter etiam, qui inter probam, atque improbam vitæ rationem medium tenet, neutra caret, quippe qui & mente præditus est, & carne circumvestitur; sed quemadmodum diximus, ex eo, quod in unoquoque vitæ genere magis apparet, nomen apte desumens Apostolus, eos quidem qui voluptatibus, ac intemperantiæ serviunt, & ad rixosas contentiones proclives sunt, carnales vocat; illos vero, qui omnes quidem dijudicant, nullam vero judicii de se ferendi ansam aliis præbent, ob vitæ sublimitatem, E spirituales nominat: denique animalem nuncupat, qui in horum medio positus, tanto spirituali inferior est, quanto superior carnali. Quoniam igitur eum, qui virtute profecit, non solum vult vitæ sublimitatis testimonio comprobari; sed & insuper ad Deum respicere, cum vel corporis necessitatibus servire cogitur, ac præterea, si quid aliud agat, quod tam ad animæ, quam ad corporis facultates pertineat, nec tunc quidem Dei

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

a I. Thess. V. 23. b Dan. III. 86. c Rom. I. 9. d I. Thess. V. 23. e I. Cor. II. 13. & III. 1. & XV. 43. f I. Cor. II. 13. g I. Cor. V. 1.

1. Corrector, συνῳδίας.
2. Corrector, Θεόν.
3. Corrector, προστίθησι τὸ ἕτερον εἶναι.
4. Corrector, διὰ τίνα.
5. Corrector, ἀκριβώσαντα καὶ πρός.
6. Ita Corrector, antea τό.
7. Corrector, ὑποβέβηκε τοῦ τὸν ὅσον.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

ἀπολείπεσθαι. εἴτε γὰρ ἐσθίετε, φησιν, εἴτε πίνετε, A [1] εἴτε τι ποιεῖτε, πάντα εἰς δόξαν Θεοῦ ποιεῖτε. ὡς [2] καὶ διὰ τῶν σωματικῶν ἀσχολημάτων τοῦ σκοποῦ τῆς θείας δόξης μὴ ἀποπίπτειν· διὰ τοῦτο τοῖς Θεσσαλονικεῦσιν, ἤδη διὰ πάντων πρὸς τὸ κρεῖττον ὑπειλημμένοις, ὁλοτελῆ τὸν ἁγιασμὸν διὰ τῆς εὐλογίας χαρίζεται, εἰπών, ὁ δὲ Θεὸς ἁγιάσει ὑμᾶς ὁλοτελεῖς, καὶ ὁλόκληρον ὑμῶν τὸ σῶμα, καὶ ἡ ψυχή, καὶ τὸ πνεῦμα, τουτέστι, πᾶν τὸ σωματικόν, καὶ ψυχικόν, καὶ πνευματικὸν ἐπιτήδευμα πρὸς ἁγιασμὸν βλέποι. οὗτος ὁ ἡμέτερος λόγος. εἰ δέ φησιν ὁ Ἀπολινάριος, διὰ τούτου ἰδίως τὸν νοῦν εὐλογεῖσθαι, καὶ τὸ σῶμα πάλιν, καὶ τὴν ψυχὴν ἰδιαζόντως, [3] διαστεῖλαι τῆς ἐφ' ἑκάστου τούτων εὐλογίας τὴν δύναμιν, πῶς ὁλόκληρον τὸ σῶμα φυλάσσεται, τὸ πάντη, καὶ B πάντως ἐν τῷ θανάτῳ διαπεσούμενον; πῶς ὁλόκληρον τὸ δι' ἐγκρατείας ὑποπιεζόμενόν τε καὶ ῥικνούμενον, καὶ διὰ τῆς σκληροτέρας δουλαγωγίας σαθροποιούμενον; πῶς ἄν τις εἴποι τὸν πτωχὸν ἐκεῖνον Λάζαρον μὴ διημαρτηκέναι τῆς εὐλογίας, τοῖς τοιούτοις ἕλκεσι βρύοντα, καὶ διὰ τῶν ἰχώρων ἐκδαπανώμενον; ἀλλά, κἂν παράδοξον εἰπεῖν, ἐν ἐκείνῳ τῷ σώματι τῷ διεῤῥυηκότι τοῖς ἕλκεσιν, ἐντελὴς ἦν ἡ εὐλογία τοῦ Παύλου· ὁλόκληρον γὰρ αὐτοῦ τὸ σῶμα τῇ ψυχῇ διὰ τῆς πνευματικῆς πολιτείας [4] διεσώθη, ὅτι οὐ κατεσπάσθη ταῖς τῆς σαρκὸς ἀνάγκαις ἀπὸ τῆς ὑψηλοτέρας ἐλπίδος εἴς τι τῶν ἀπρεπῶν νοημάτων· οὐ γὰρ παρέσχεν ἡ σὰρξ τῇ ψυχῇ περισπασμόν, οὐδὲ ἐπεθορυβεῖτο πάθεσι τοῖς σωματικοῖς ἡ C διάνοια.

vult oblivisci; [a] *Sive enim*, inquit, *manducatis, sive bibitis, sive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite*; ita ut corporis etiam necessitatibus vacantes, glorificando Deo semper incumberent: idcirco Thessalonicensibus, qui jam per omnia ad perfectiora niti credebantur, integram sanctificationem sua benedictione largitur, inquiens; *Deus autem sanctificet vos per omnia, & integrum corpus vestrum, & anima, & spiritus*; hoc est, corporis, animæ, & spiritus cura atque studium omne ad sanctitatem respiciat. Hæc nostra de hoc Apostoli loco sententia est. Quod si Apollinaris dicat, propterea mentem seorsim a ceteris, atque itidem corpus, & animam privatim benedici, ut in unoquoque eorum propriæ benedictionis vim effectumque discernat; quomodo corpus integrum permanet, quod in morte usquequaque concidit? Quomodo integrum erit, quod abstinentia extenuatum redditur, atque rugosum, & præ duriori captivitate contabescit? Quomodo aliquis dixerit, pauperem illum Lazarum benedictione hac non frustratum fuisse, qui tot plagis affectus erat, & sanie consumebatur? sed, licet mirum dictu videatur, in illo tamen corpore, quod ulceribus diffluebat, Paulli benedictio plenum sortiebatur effectum; nam ejus corpus ab anima per spiritualis vitæ disciplinam integrum servabatur, quoniam a sublimiori spe ad inhonestum aliquid cogitandum violentia carnis non fuit adductus; nam caro animam ejus non distraxit, neque ejus mentem ullæ corporis perturbationes exagitarunt.

Ἥ τε τῶν τριῶν ὑμνῳδία παίδων, πνεύματα, καὶ ψυχὰς δικαίων πρὸς κοινωνίαν τῆς δοξολογίας παραλαμβάνουσα, οὐκ ἰδίᾳ τὰς ψυχὰς αἰνεῖν διακελεύεται, καὶ ἰδίᾳ τῶν ψυχῶν τὰ πνεύματα, καθὼς ὁ Ἀπολινάριος οἴεται. τίς γὰρ ἂν γένοιτο τῆς ψυχῆς ἰδιάζων αἶνος, [5] μὴ διὰ τῆς διανοίας πληρούμενος; ψυχὴ γὰρ διανοίας κεχωρισμένη, καθὼς ἤδη πολλάκις εἴρηται, κτῆνός ἐστι τῆς λογικῆς τε, καὶ διανοητικῆς ἐνεργείας ἀμέτοχον. τί οὖν ἄρα τὸν νοῦν, καθὼς οὗτός φησιν, ἀποχωρίζει τῆς [6] ψυχῆς ἡμῶν, δεδόσθω δυνατὸν εἶναι παρὰ τῶν πνευμάτων πληροῦσθαι τὸν αἶνον τῷ Θεῷ, διότι νοῦν εἶναι λέγει τὰ D πνεύματα. εἰ δὲ τὴν ψυχὴν ἄλλο τι παρὰ τὸν νοῦν οἴεται, πῶς αἰνέσει τὸν Θεὸν ὁ ἀνόητος; τίς ἐξ ἀνοίας [7] ἀρέσει τῷ Θεῷ ὑμνῳδία; τίς δ' ἂν ἔτι χρεία γένοιτο τοῦ νοῦ τῇ ψυχῇ, εἴπερ ἐπὶ τῆς θείας δοξολογίας αὐτάρκης [8] εἴη, καθ' ἑαυτὴν ὑμνῳδοῦσα, καὶ μηδὲν τῆς τοῦ νοῦ συνεργίας προσδεομένη; ἀλλ' οὐ ταῦτα παρὰ τῶν ἐξηγησαμένων ἡμῖν μεμαθήκαμεν· ἀλλ' ἐπειδὴ [9] ἰσάγγελοί εἰσιν αἱ ψυχαί, τῶν σωματικῶν λυθεῖσαι δεσμῶν, καθὼς ὁ Κύριος λέγει, διὰ τοῦτο τῇ μετὰ τῶν πνευμάτων συζυγίᾳ τὴν πρὸς τοὺς Ἀγγέλους τῶν ψυχῶν ὁμοτιμίαν ὁ λόγος ἐνδείκνυται· πνεύματα γὰρ οἱ Ἄγγελοι κατὰ τὸν εἰπόντα προφήτην, ὁ ποιῶν τοὺς Ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, μεθ' ὧν ὑμνῳδεῖν οἱ τρεῖς παῖδες καὶ τὰς E τῶν δικαίων ἀξιοῦσι ψυχάς. ὁ δὲ Σωτὴρ λέγων ἐν πνεύματι δεῖν προσκυνεῖν τὸν Θεόν, οὐ τὸν νοῦν δηλοῖ τῇ προσηγορίᾳ τοῦ πνεύματος· [10] ἀλλὰ τὸ μὴ δεῖν σωματικάς τινας περὶ τὸ θεῖον τὰς ὑπολήψεις

XLVII. Canticum quoque trium puerorum, in quo spiritus, & animæ justorum ad laudes simul Deo canendas advocantur, animas privatim, itemque spiritus seorsim ab animis Deum laudare non jubet, quemadmodum censet Apollinaris. Ecqua enim laude anima sola, sine ulla mentis actione, Deum prosequi poterit? nam anima, mente carens, quemadmodum jam sæpe diximus, jumentum est, ratiocinandi, & cogitandi facultate destitutum. Quoniam igitur juxta Scriptoris nostri sententiam, ab anima nostra mentem Scriptura sejungit, concedatur ergo fieri posse, ut a spiritibus Deo laudatio reddatur, cum ipse spirituum nomine mentem intelligat. Si autem animam aliud quidpiam a mente diversum esse putat, quomodo laudabit Deum mentis expers? Quomodo hymnus Deo placebit, quem mentis carentia concinnaverit? Præterea quid mente opus erit animæ, si Deo laudibus celebrando sibi sola sufficiat, per se solam hymnum canens, & mentis ad id peragendum auxilio nihil indigens? Atqui talia a sacris interpretibus numquam didicimus. Sed quoniam animæ corporeis solutæ vinculis, [b] æquales sunt Angelis, quemadmodum ait Dominus, propterea dum in illo trium puerorum cantico spiritibus animæ junguntur, animarum parem esse cum Angelis dignitatem Scripturæ sermo demonstrat: quippe Angeli spiritus sunt, juxta Prophetam dicentem, [c] *Qui facit Angelos suos spiritus*; quibuscum tres pueri justorum quoque animas hymnum Deo canere postulant. Denique Salvator dum ait, Deum adorari oportere in spiritu, mentem spiritus appellatione non de-

[a] Cor. x, 31. [b] Luc. xx, 36. [c] Psalm. CIII, 4.

1. Ita Corrector, & sacer textus, male Vaticani codicis scriptor omiserat, τι.
2. Ita Vaticanus codex; sed cum inter particulam καί, & articulum τῶν, vestigium lituræ paucarum quarumdam litterarum appareat, nos propositionem διά, hic expunctam a Correctore fuisse conjecimus.
3. Corrector, διαστέλλει; sed fortasse legendum, ἰδιαζόντως, ὡς διαστεῖλαι; facile enim fuit librario ob similem vocis antecedentis terminationem, particulam illam omittere.
4. Corrector, συνεσώθη.
5. Corrector, μὴ τῆς διανοίας.
6. Supra, ψυχῆς ἡμῶν, Corrector scripsit, γρ. καὶ ὑμνῳδία, quod indicare videtur legi etiam posse, ψυχῆς ὑμνῳδία.
7. Ita Corrector, antea ἁρμόσει.
8. Ita Corrector, antea εἰ.
9. Corrector, ἰσάγγελοι τῶν δικαίων εἰσὶν αἱ ψυχαί, & mox ἐκλυθεῖσαι.
10. In textu Vaticani codicis legitur ἀλλὰ τὸ δεῖν πνευματικάς τινας; sed nobis melior visa est Correctoris emendatio.



ἔχειν. ἐπειδὴ γὰρ ἡ Σαμαρεῖτίς φησι πρὸς τὸν Κύριον ἐν τῷ ὄρει δεῖν προσκυνεῖν τὸν Θεὸν, ὡς [1] ἐμπεριγεγραμμένον τόπῳ, ὅπερ οὐκ ἔξω τῆς σωματικῆς ὑπονοίας ἐστὶ, διὰ τοῦτό φησι πρὸς τὴν πεπλανημένην ἐκ τῆς ἀληθείας ὁ λόγος, [2] ὅτι πνεῦμα ὁ Θεὸς, τουτέστιν, ἀσώματος, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν, [3] μὴ σωματικῶς δύνασθαι προσεγγίζειν τῷ ἀσωμάτῳ· ἀλλ᾽ ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ πληροῦν τὴν προσκύνησιν. ἀντιδιαστέλλει γὰρ τὰς διορθωτικὰς φωνὰς ταῖς διπλαῖς ἀγνοίαις, τὴν μὲν ἀλήθειαν τῷ τύπῳ, τὸ δὲ πνεῦμα ἀντιδιαιρῶν ταῖς σωματικαῖς ὑπολήψεσι· τούτου χάριν καὶ ὁ Παῦλος οὔτε ἐν τύπῳ, οὔτε ἐν σώματι, ἀλλ᾽ ἐν πνεύματι λατρεύειν φησὶ τῷ Κυρίῳ, τῇ ἀληθείᾳ ἑπόμενος. τὸ δὲ λέγειν, ὅτι ἡ σὰρξ τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ οὐχ ὑποτάσσεται, αὐτόθεν ἔχει τῆς τοῦ δόγματος αὐτῶν ἀπάτης τὸν ἔλεγχον· τὸ γὰρ ἀντιστρατεύεσθαι, καὶ αἰχμαλωτίζειν, καὶ μὴ ὑποτάσσεσθαι, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα, προαιρέσεώς ἐστιν ἐνεργήματα· νοῦ δὲ μὴ ὄντος, οὐδ᾽ ἂν ἡ προαίρεσις εἴη. οὐκοῦν ἣν φησιν Ἀπολινάριος σάρκα [4] ἔμψυχον καὶ ἐμπροαίρετον, ταύτην οὐδὲ τοῦ νοῦ κεχωρίσθαι ὁμολογεῖ. ἀλλὰ κἂν σὰρξ λέγηται μόνον, [5] τὸν τῆς ἀνθρωπότητος λόγον ἐν ἑαυτῇ περιέχει, ὡς μὴ δύνασθαί τινος τῶν συμπληρωτικῶν τῆς φύσεως λείποντος, [6] ἄνθρωπον λέγεσθαι.

A notat; sed nil corporeis rebus conveniens de divinitate opinari oportere significat. Cum enim Samaritana mulier dixisset ad Dominum, [a] *in monte adorandum esse Deum*, veluti is loco circumscriberetur; quæ assertio illi opinioni consona est, quam de corporeis rebus habemus; propterea ad aberrantem a veritate mulierem Christus ait, Deum esse spiritum, hoc est, incorporeum, & eos qui adorant eum, non posse corporaliter ad incorporeum accedere, sed in spiritu, & veritate adorationem adimpleri debere. Admonitionem quippe suam, juxta duplicem mulieris ignorantiam Christus distinguit, dum veritatem quidem a figura, spiritum vero ab opinionibus, ad res corporeas accomodatis, discernit. Quapropter Paullus quoque B veritati assensum præbens, dicit [b], se non in figura, nec in corpore, sed in spiritu servire Domino. Quod autem idem Paullus ait, Carnem legi Dei non subjici, id ipsum ad eorumdem dogmatis errorem redarguendum apprime facit; nam repugnare, & captivare, & non subjici, aliaque omnia his similia, ad libere eligentis facultatis actus pertinent. Quod si mens non sit, profecto nec etiam libere eligendi facultas erit. Quam igitur carnem Apollinaris anima, & libere eligendi facultate præditam dicit, eam utique nec mente destitutam esse fatetur. Sed quamvis caro tantum dicatur, nihilominus cuncta, quæ humanæ naturæ conveniunt, in se ipsa continere dicendum est; ita ut homo dici non possit, si aliqua ex illis rebus deficiat, quæ ad ejus naturam omnibus numeris absolvendam requiruntur.

Ἀλλ᾽ ἐκ τριῶν, φησιν, ὁ ἄνθρωπος. δεδόσθω C τοῦτο, κἂν μὴ κατ᾽ ἀνάγκην ἡμᾶς ὁ λόγος τῇ συγκαταθέσει προσάγηται. ἀλλὰ καὶ ὁ Κύριος, ἄνθρωπός, φησι, λεγόμενος, ἐκ τριῶν κἀκεῖνος, πνεύματος, καὶ ψυχῆς, καὶ σώματος. Οὐδὲ τούτῳ πως ἀντιμαχόμεθα· πάντα γὰρ ὅσα τὴν ἡμετέραν συμπληροῖ φύσιν, καὶ περὶ ἐκεῖνον τὸν ἄνθρωπον εἶναί τις λέγων, οὐχ ἁμαρτήσεται. Ἀλλὰ καὶ ἐπουράνιος ἄνθρωπος, περὶ τοῦ Κυρίου τοῦτο λέγει, καὶ πνεῦμα ζωοποιοῦν. Καὶ ταῦτα δεχόμεθα. ἡμετέρα γὰρ, εἰ πρὸς τὸ δέον ἐκληφθείη [7] αὐτῷ ἡ διάνοια. ὁ γὰρ ἀνακραθεὶς τῷ ἐπουρανίῳ, καὶ μεταποιήσας διὰ τῆς πρὸς τὸ κρεῖττον ἐπιμιξίας τὸ γήϊνον, [8] οὐκ ἂν χοϊκὸς, ἀλλ᾽ ἐπουράνιος λέγοιτο. καὶ ὁ τῷ ζωοποιῷ Πνεύματι. [9] ὁ δὲ ποιῶν ἐφ᾽ ἡμῶν τὴν ἐνέργειαν, D καὶ πνεῦμά ἐστι ζωοποιοῦν. ἀλλ᾽ ἴδωμεν πρός τί [10] χρῆται τοῖς εἰρημένοις ὁ λογογράφος. Εἰ ἐκ πάντων, φησὶ, τῶν ἴσων ἡμῖν ἐστι τοῖς χοϊκοῖς ὁ ἐπουράνιος ἄνθρωπος, [11] (ὥστε καὶ τὸ πνεῦμα ἴσον ἔχειν τοῖς χοϊκοῖς) οὐκ ἐπουράνιος, ἀλλ᾽ ἐπουρανίου Θεοῦ δοχεῖον. Πολὺ μὲν ἐν τοῖς εἰρημένοις ἐστὶ τὸ ἀσαφὲς, καὶ [12] δυσφώρατον, διὰ τὴν ἑρμηνευτικὴν ἀτονίαν· πλὴν ἀλλὰ ῥᾴδιον ἀνακαλύψαι τὸ βούλημα. φησὶ γὰρ, εἰ μὲν [13] ἐλλειπὴς εἴη τῷ νῷ ἐκεῖνος ὁ ἄνθρωπος, ἐπουράνιον αὐτὸν εἶναι· εἰ δὲ ἄρτιος εἴη, μηκέτι ἐπουράνιον, ἀλλὰ δοχεῖον [14] γενέσθαι τοῦ ἐπουρανίου Θεοῦ· ἐν τούτοις δὲ τί ἄν τις τῶν εἰρημένων πρὸ τοῦ ἑτέρου βδελύξαιτο; τὸ ἐμποδίζεσθαι τῇ ἀρτιότητι τὸ θεῖον οἴεσθαι, ὡς οἰκειοτέρας παρὰ τὸν νοῦν τῆς σαρκὸς οὔσης πρὸς τὴν τῆς θεότητος ἕνωσιν· ἢ E τὸ τὸν Θεὸν μὲν ἐπουράνιον πιστεύειν εἶναι, τὸν δὲ

XLVIII. *Atqui ex tribus*, inquit, *rebus homo constat*. Concedatur hoc, quamvis ratio ista necessario nos ad assentiendum non adducat. *Sed & Dominus*, inquit, *cum homo dicatur, ex tribus & ille rebus constat, spiritu, nempe, & anima, & corpore*. Nec huic sententiæ admodum repugnabimus. Nam omnia, quæ naturam nostram completam reddunt, si quis in homine illo exstitisse dicat, non aberrabit a vero. *Sed & cælestis homo est* (de Christo hæc dicit) *itemque spiritus vivificans*. Et ista quoque probamus; nam & hæc nostra sententia est, si tamen ab ipso in eum, in quem decet, sensum, accipiatur. Qui enim cum eo, quod cæleste est, commiscetur, & per hanc cum re præstantiori commixtionem, quod terrenum est in melius transmutat, is jure merito non terrestris, sed cælestis dicitur. Idem de vivificante spiritu dicendum; qui autem bonos actus in nobis operatur, & ipse spiritus vivificans est. Sed videamus, ad quid probandum allatis modo rationibus Scriptor utatur. *Si ex illis omnibus*, inquit, *rebus, quæ in nobis, qui terreni sumus, pariter æqualiterque reperiuntur, cælestis homo constat*, (*ita ut spiritum quoque, perinde ac terreni homines, habeat.*) *non cælestis erit; sed tantum cælestis Dei receptaculum*. Multa quidem in hisce verbis obscuritas, nec quid sibi velit auctor, præ absurda ejusdem elocutione discernitur; sed nihilominus facile erit ejus sententiam palam facere. Ait enim, hominem illum, si mente quidem careat, cælestem esse; si vero nulla sui parte deficiat, non amplius cælestem, sed cælestis Dei receptaculum esse. In hocce Apollinaris effato, utrumnam quis magis abominetur? Perfectionem ne divinitati impedimento esse censere, quominus carni conjungatur, quasi caro mente destituta, aptior, convenientiorque ad recipiendam divinitatem exstiterit; an Deum qui-

a Joan. IV. 20. b Rom. I. 9.

1. Corrector, ἐμπεριγεγραμμένον τῷ τόπῳ.
2. Corrector, ὅτι εἰς τὸ πνεῦμα ὁ Θεός.
3. Necessariam particulam μὴ Corrector addidit.
4. Corrector, ἔμψυχόν τε καὶ.
5. Corrector, τὸν τελείας τῆς ἀνθρωπότητος.
6. Corrector, ἄνθρωπον ἔτι οὐ λειπόμενον λέγεσθαι.
7. Corrector, αὐτῶν. 8. Corrector, οὐκ ἔτι ἄν.
9. Corrector, κέχρηται.
10. Aut hic nonnulla desunt, aut mendosa est hujus loci lectio, cujus latinam versionem ita concinnavimus, ut integer, vel nulla in re depravatus esse videatur. Ceterum interpunctionem ante particulam καὶ, Corrector addidit.
11. Semicirculis inclusa Corrector addidit.
12. Ita Corrector, antea erat δυσφόρατον. Vide autem an legendum sit δυσφόρμοστον, quod verbum apud Suidam reperitur.
13. Corrector, ἐλλιπὴς ἦν τῷ νοΐ ὁ ἄνθρωπος, ἐπουράνιον αὐτόν.
14. Corrector, γίνεσθαι.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

δεξάμενον ἐν ἑαυτῷ τὸν Θεὸν τὸν οὐράνιον, μὴ ἐκεῖ A εἶναι, ὅπου ὁ Θεὸς εἶναι πιστεύεται· ἀλλ' ἑτέρωθι παρὰ τὸν [1] οὐρανὸν εἶναι, καὶ ἄλλό τι παρὰ τοῦτο κατονομάζεσθαι; εἰ γάρ, [2] φησιν ὁ Ἀπολινάριος, οὐρανίου Θεοῦ δοχεῖόν ἐστιν· ὁ δὲ Θεὸς ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω, καθὼς ὁ Ἐκκλησιαστὴς λέγει· [3] ἄρα ὁ χωρήσας ἐν ἑαυτῷ τὸν Θεὸν, μετὰ τοῦ χωρηθέντος ἐστὶν, ἐπουράνιος ἀντὶ χοϊκοῦ κυρίως λεγόμενος. ὡς καὶ δι' ὧν φησιν ὁ λογογράφος, εἴπερ τὸ ἀκόλουθον τοῖς ἰδίοις λόγοις [4] ἐπίστατο, σαφῶς τὸ δόγμα τῆς ἀληθείας κατασκευάζεται, τῇ σοφίᾳ τῶν ἐχθρῶν κρατυνόμενον.

dem cælestem esse credere, eum vero, qui cælestem Deum in semet ipso recipiat, non ibi esse, ubi Deus manere creditur; sed alio potius in loco, quam in cælo exsistere, & alio potius nomine, quam cælestis hominis nuncupari? Nam si, juxta Apollinarem, cælestis Dei receptaculum homo est, Deus autem in cælo sursum, quemadmodum Ecclesiastes ait [a]; ergo qui in semet ipso Deum recipit, uno eodemque in loco est, in quo ille manet, quem recipit, & pro terrestri cælestis proprie vocatur. Quamobrem si cohærenter loqui velit Apollinaris, suismet dictis palam adstruit verum dogma, quod vel ipsa adversariorum sapientia confirmatur.

Ἀλλὰ τὸ ἐφεξῆς ἐξετάσωμεν. Εἰ δὲ ἡμεῖς μέν, B φησιν, ἐκ τριῶν· αὐτὸς δὲ ἐκ τεσσάρων· οὐκ ἄνθρωπος, ἀλλὰ ἀνθρωπόθεος. Μὴ γελάτω πρὸς τὸ μωροφανὲς τοῦ ῥήματος καὶ ἀνόητον ὁ ἐντυγχάνων τῷ λόγῳ· στεναζέτω δὲ μᾶλλον πρὸς τὴν ἑκούσιον πήρωσιν τῶν τῇ ἀλογίᾳ ταύτῃ δεδουλωμένων. ἐὰν πᾶσα ἡ ἀνθρωπίνη φύσις τῇ ἐπισκηνώσει τῆς θείας δυνάμεως σώζηται, ἀνθρωπόθεος [5] ὁ Θεὸς λόγος ὀνομασθήσεται, καὶ καθάπερ οἱ μῦθοι, ἐκ διαφόρων συμπλέκοντες φύσεων, τερατεύονται ζῶον, καὶ σχήματα, καὶ ὀνόματα, ἱππελάφους, καὶ τραγελάφους, καὶ τὰ τοιαῦτα πλάσσοντές τε καὶ ὀνομάζοντες· οὕτως καὶ ὁ νέος μυθοποιὸς κατὰ τοὺς διδασκάλους αὐτοῦ τῆς ποιήσεως καταχλευάζει τὸ θεῖον μυστήριον, καὶ τοῦ ἀποστόλου διαῤῥήδην βοῶντος, ὅτι [6] δι' ἀν- C θρώπου ἀνάστασις ἐκ νεκρῶν, οὐχ ἡμίσεως ἀνθρώπου, οὐδὲ μικρόν τι ὑπὲρ τὸ ἥμισυ ἔχοντος, ἀλλὰ τῷ ἀπολύτῳ τῆς φωνῆς ἀμείωτον ἐνδειξαμένου τὴν φύσιν, τὴν σημαινομένην ἐν τῷ ὀνόματι. οὗτος μινώταυρον ἡμῖν διὰ τῆς αἰσχρᾶς ταύτης ὀνοματοποιΐας, [7] τερατεύεται τὸ μυστήριον, πολλὰς παρέχων τοῖς ἀλλοτρίοις τῆς πίστεως ἀφορμὰς, δι' ὧν εἴρηκεν, εἰς τὸ χλευάζειν τὸν λόγον τῆς πίστεως, οὐ γάρ ἐστι τὸν διασύρειν ἐπὶ γέλωτι τὰ δόγματα θέλοντα, τῆς ἀτόπου ταύτης συνθέσεως [8] τὸν λόγον ἀποτραπῆναι, κἂν τὸ τοῦ λογογράφου, κἂν τὸ ἡμέτερον ἐπικρατέστερον εἶναι δόξῃ. ὅ, τι γὰρ ἂν ἐξ ἀμφοτέρων εἴπῃς, τὴν ἐκ τῶν δύο φύσεων σύνθεσιν οὐκ ἀφαιρήσεις τοῦ λόγου. οὐ γὰρ [9] ὁ ἄνωθεν φήσας εἶναι D τὴν σάρκα, τὸ μηδὲ σάρκα αὐτὴν εἶναι κατασκευάζει· ἡ δὲ σὰρξ [10] ἐμψύχῳ τινὶ φύσει διοικουμένη, καὶ ζωτικὴν ἐν ἑαυτῇ δύναμιν ἔχουσα, καθὼς καὶ ὁ Ἀπολινάριος βούλεται, τὴν τοῦ ἀνθρώπου προσηγορίαν κυρίως [11] ἔχει· ὁ δὲ προσλαβόμενος αὐτὴν, καὶ ἑαυτὸν δι' ἐκείνης φανερώσας, ἕτερος τῇ φύσει πάντως [12] παρ' ἐκείνην ἐστίν· αὐτὸ γὰρ τὸ τῆς προσλήψεως ὄνομα τὴν κατὰ φύσιν ἑτερότητα τοῦ προσλαβομένου παρὰ τὸ προσειλημμένον ἐνδείκνυται. [13] (τί οὖν τὸ κωλῦον ἔσται,) κἂν ταῦτα κρατῇ, τὸν ἐν σαρκὶ φανερωθέντα Θεὸν διὰ τῆς ἀτόπου ἐκείνης ὀνοματοποιΐας ὑβρίζεσθαι, ὥστε καὶ τὸν οὕτως συνεστηκότα κατὰ τὴν τολμηρὰν τοῦ Ἀπολιναρίου φωνὴν ἀνθρωπόθεον λέγεσθαι; οὐδὲ γὰρ [14] τὸν τραγέλαφον, E ἐπειδὴ ὅλῳ τῷ ἐλάφῳ ἐξ ἡμίσεως προσεφύη τὸ τράγειον, ἢ τὸ ἔμπαλιν περὶ τὴν τῶν ζώων ἐγένετο μῖξιν, ὥστε ἀκεραίῳ τράγῳ προσφυῆναι τὸ ἐλάφιον μέρος, διὰ τοῦτο κατὰ τὸν εἰρημένον τρόπον ὁ μῦθος ὠνόμασεν. ἀλλὰ τὸ ὁπωσοῦν μετασχεῖν ἑκατέρας τῆς φύσεως ἡ τῶν ὀνομάτων σύνθεσις διερμηνεύει.

XLIX. Sed quæ deinceps sequuntur expendamus: *Si autem nos quidem*, inquit, *ex tribus constamus, ipse vero ex quatuor, non homo erit, sed homo-Deus*. Stultitiam atque dementiam, quam postremum hoc verbum redolet, lector ne rideat; sed potius voluntariam eorum cæcitatem deploret, qui ineptiis hisce mancipantur. Si humana natura, dum divina virtus in ipsa inhabitat, integra permanserit, Deus Verbum vocabitur homo-Deus; & quemadmodum fabulæ, diversas simul jungentes naturas, animal aliquod monstruosum commiscuntur, figuras, & nomina, equicervos, & hircocervos, aliaque his similia fingentes, atque nominantes; ita & novus iste fabularum inventor, juxta magistros, qui eum talia figmenta docuerunt, divinum mysterium subsannat; & cum Apostolus alta voce clamet, [b] *Per hominem resurrectio mortuorum*; quibus verbis non dimidium hominem, nec paullo plus dimidio habentem intelligit, sed absolute hominem dicendo, integram esse naturam, quæ illo nomine significatur, ostendit; hic minotaurum nobis per turpem hanc nominum fictionem incarnationis mysterium esse prodigiose confingit, multas suis in verbis ad deridendam fidem nostram, illis qui ab eadem dissentiunt, ansas præbens. Nullo enim pacto fieri potest, ut qui nostra dogmata deridenda cunctis præbere voluerit, absurdam hanc vocis compositionem prætermittat, sive Scriptoris sententiam, sive nostram meliorem esse censuerit: utram enim sententiam veram esse dixeris, numquam efficies, ut duarum naturarum compositio nomine illo non exprimatur; nam qui e cælo carnem esse dicit, eam utique veram carnem esse adstruit: caro autem, quæ ab animata quadam natura regitur, & vivendi in semet ipsa facultatem habet, quemadmodum etiam vult Apollinaris, appellationem hominis proprie obtinet: qui autem ipsam assumsit, perque eam se ipsum manifestavit, diversum prorsus quid ab illa carne natura est; nam & ipsum assumtionis nomen diversitatem naturæ tam assumti, quam assumentis ostendit. Quid igitur vetabit, etiam si hæc locum habeant, Deum qui in carne apparuit, absurda illa nominis fictione traduci, ut qui ita constitutus est, juxta temerarium Apollinaris vocabulum Homo-Deus nuncupetur? Nam nec Hircocervo, quoniam cervo integro media ex parte species hircirna adjuncta fuerit, vel e contrario in illorum animalium mixtione acciderit, ut integro hirco cervina pars accesserit, tale idcirco nomen ei fabula imposuit; sed illum utriusque naturæ

a Eccle. V. 2. *b* 1. Cor. xv. 21.

1. Corrector, ἐπουράνιον.
2. Corrector, καθώς φησιν.
3. Corrector, ἄρα καὶ ὁ.
4. Corrector, ἠπίστατο.
5. Articulum Corrector addidit.
6. Præpositionem Corrector hic etiam addidit.
7. Corrector, γρ. καὶ ποιεῖ τὸ μυστήριον, indicans hoc etiam modo legi posse.
8. Corrector, τῷ λόγῳ.
9. Corrector articulum addidit.
10. Corrector, ἐν ἀψύχῳ.
11. Ita Corrector, antea erat ἔχειν.
12. Ita Corrector, antea παρ' ἐκείνου.
A test; sed in alio quidem esse potest, aliud vero fieri non potest. Quid igitur, ut Apollinaris ait, mens illa in homine fuit? Numquid immutabilis naturæ majestatem retinuit; an vero e sublimi illo statu ad humilem transitu facto, ita humanæ naturæ angustiis se ipsam inclusit, ut quanta hæc est, tanta & ipsa evaserit? Igitur divinitati æqualis est mens humana, si quemadmodum ait Apollinaris, mens hominis facta est divina natura. Si enim peræque humana natura vel nostram mentem, vel mentis loco Deum recipit, magnitudine æquales ac pares inter se essent divinitas, & mens humana, quandoquidem in eo quod mentem capit, divinitas quoque contineretur. Veluti si quis vase aliquo vacuo frumentum, vel B quodpiam aliud semen dimetiatur, nemo utique dixerit, id quod eadem mensura æquatur, quantitate ab alio differre; æquale enim est frumentum avenæ, cum evacuatus illis seminibus modius, ad aliud opus adhibetur. Igitur si mentis locum divinitas occupat, nemo utique dixerit divinitatem mente excellentiorem esse, cum istam perinde ac illam humana natura capiat. Vel igitur æqualis est mens divinitati, ut Apollinaris censet, & e suo statu in illam conversa, non immutata fuit; vel divinitate mens est inferior, & quod in eam conversum est, in deterius est commutatum. Atqui cunctis notum est, natura illa quam nemo attingere, aut æquare potest, inferioris æque conditionis esse quidquid in creatarum rerum C numero habetur; ita ut par sit mutatio, si quis Deum vel in hominis mentem, vel in aliam quamcumque rem creatam mutatum fuisse affirmaverit. Quamobrem si ex Apollinaris sententia, non mutatur divinitas, dum humanæ mentis locum subit, profecto nec etiam mutabitur, si cum homine mente destituto conjungatur; sed si Verbum caro factum, non mutatum fuit, multo magis immutatum permansit, dum menti commixtum fuit. Quod si mutationem fieri ex eo arguitur, quod in mentis locum substituatur; eamdem prorsus mutationem fieri, ex eo quod carnem sibi copulaverit, constabit.

Ἔτι φησὶ, τὰ γὰρ ἐν τῷ μέσῳ παρίημι· Εἰ με- D τὰ τὴν ἀνάστασιν Θεὸς γέγονε, καὶ οὐκέτι ἐστὶν ἄνθρωπος, [12] πῶς υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἀποστελεῖ τοὺς Ἀγγέλους αὐτοῦ; καὶ πῶς ὀψόμεθα τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν; πῶς δὲ καὶ πρὶν ἑνωθῆναι, καὶ ἀποθεωθῆναι λέγει, ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν; Ταῦτα διέξεισιν ἐκεῖνος, διὰ τῶν εἰρημένων κατασκευάζων, [13] ὅτι οὐδὲν πρὸς τὸ θειότερον ἡ τοῦ σώματος φύσις μετεποιήθη· ἀλλ' ἔτι περὶ αὐτὸν αἱ τρίχες, οἱ ὄνυχες, [14] ἡ μορφὴ, τὸ σχῆμα, ἡ τοῦ ὄγκου περιγραφὴ, καὶ τὰ λοιπὰ, δηλονότι, ὅσα τε φαινόμενα, [15] καὶ ὅσα τε κρύφια τῶν μερῶν τῶν τοῦ σώματος. ἐγὼ δὲ τὸ μὲν [16] μὴ δεῖν οὕτως χαμαιερφῆ καὶ χαμαίζηλα περὶ τὸν Θεὸν ἐννοεῖν, περιττὸν ἡγοῦμαι λόγῳ κατασκευάζεσθαι, αὐτοῦ [17] τοῦ E

LVII. Præterea inquit; nam quæ in medio sunt, prætermitto: *Si post resurrectionem Deus evasit, & non amplius homo est, quomodo filius hominis mittet Angelos suos? & quomodo* [a] *videbimus Filium hominis venientem in nubibus cæli? Quomodo etiam priusquam unus cum Deo fieret, & deificaretur, ait,* [b] *Ego & Pater unum sumus?* Hæc ille ut adstruat, humani corporis naturam nullatenus in magis divinum quemdam statum transiisse; sed ungues, capillos, figuram, habitum, molemque, corporis denique ceteras sive exteriores, sive interiores ejusdem corporis partes in Christo adhuc immutatas permanere. Ego vero non oportere humilia adeo atque abjecta de Deo opinari, pluribus probare supervaca- E neum arbitror, cum ipsemet adversariorum sermo,

[a] Matth. XXIV. 30. 31. [b] Joan. X. 30.

1. Articulum Corrector addidit.
2. Corrector, τοσοῦτον.
3. Hunc locum in epitomen contractum usque ad illa verba, πρὸς τὸ ἀτελέστερον ἠλλοιώθη, refert Euthymius Zigabenus in Panoplia pag. 529. Versiculo primo.
4. Ita necessario mihi legendum videtur, licet in codice Vaticano sit καινῷ.
5. Vox ἐκείνων Corrector addidit.
6. Ita Corrector, male antea ὁ τοῦτο; sed legendum videtur καὶ τοῦτο.
7. Corrector, τὴν ἀπρόσιτόν τε καὶ ἀπροσπέλαστον φύσιν.
8. Corrector, ἴσην εἶναι τὴν.
9. Ita Corrector, male antea ἐν ᾧ.
10. Locus iste sine particula negativa legitur in codice Vaticano; sed eam necessario hic reponendam esse, non modo subsequens statim negatio indicat; sed tota Nysseni argumentatio, ac potissimum postrema ejus pars, aperte declarat.
11. Ita Corrector antea ὃς ἐπείπερ.
12. Corrector, πῶς ὁ υἱός.
13. In margine Vaticani codicis manu diversa a reliquo textu, sed veteri, ad hunc locum lector monetur his verbis, Σημείωσαι, ὅτι τὸ ῥητὸν αὐτὸ παραλέλειπται. *Nota, dictum hoc falsatum fuisse.* Quæ verba de Apollinaris ne, an Nysseni textu intelligenda sint, ignoro.
14. Corrector, ἡ τροφή.
15. Corrector, καὶ ὅσα κρύφια.
16. Necessariam particulam negativam Corrector addidit.
17. Articulum quoque τοῦ Corrector addidit.

τῶν ἐναντίων λόγου, καὶ δι' ἑαυτοῦ τὴν ἀτοπίαν κηρύσσοντος. ὡς δ' ἂν μὴ τὰ θεῖα λόγια συνεργεῖν αὐτῷ πρὸς τὴν μυθοποιΐαν λογίζοιτο, διὰ βραχέων ἕκαστον τῶν εἰρημένων [1] διαδραμοῦμαι. ἐπειδή, φησιν, ἐν τῇ συντελείᾳ τοῦ παντὸς ὁ τοὺς Ἀγγέλους ἀποστέλλων υἱὸς ἀνθρώπου λέγεται, διὰ τοῦτο μέχρι παντὸς οἴεται δεῖν ἐν τοῖς ἀνθρωπίνοις [2] (αὐτὸν ἰδιώμασι) πιστεύειν εἶναι· καὶ οὐ μέμνηται τῆς τοῦ Εὐαγγελίου φωνῆς, ὅπου πολλαχοῦ διὰ τῶν ἰδίων λόγων ὁ Κύριος, ἄνθρωπον τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν κατωνόμασεν. ἄνθρωπος ἦν οἰκοδεσπότης, ὁ τοῖς γεωργοῖς τὸν ἀμπελῶνα ἐκδόμενος, ὁ μετὰ τὴν τῶν οἰκετῶν ἀναίρεσιν, καὶ τὸν μονογενῆ αὐτοῦ υἱὸν ἀποστείλας, ὃν ἐκβαλόντες οἱ γεωργοὶ ἔξω τοῦ ἀμπελῶνος φονεύουσι. τίς δὲ ὑπῆρχεν ἐκεῖνος ὁ ἄνθρωπος, B ὁ τὸν μονογενῆ πέμψας; τίς δὲ ὁ ἔξω τοῦ ἀμπελῶνος φονευθεὶς υἱός; ὁ δὲ τοῦ υἱοῦ τοὺς γάμους ἐπιτελῶν, οὐκ αὐτὸς ἀνθρωπικῶς ὑπὸ τοῦ λόγου διεσκευάσθη; εἰ δὲ χρὴ καὶ τοῦ εἰπεῖν, ὅτι βοηθῶν τῇ ἀσθενείᾳ τῶν καταφρονούντων τῆς ὁμοιοειδοῦς αὐτοῖς φύσεως, καὶ διὰ τοῦτο πιστεῦσαι αὐτοῦ τῇ θεότητι μὴ δυναμένων, ὡς ἂν μάλιστα τὸ χαῦνον τῆς διανοίας αὐτῶν τῷ φόβῳ συστείλας, εἰς πίστιν τονώσειε, φησὶ τό, παρὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου τοὺς Ἀγγέλους ἐν τῇ κρίσει πέμπεσθαι, ἵν' ἡ τῶν φοβερῶν προσδοκία τὴν πρὸς τὸ φαινόμενον αὐτῶν ἀπιστίαν θεραπεύσειεν. ἀλλὰ καὶ ὄψεσθέ, φησι, τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ μετὰ δόξης, καὶ δυνάμεως πολλῆς. καὶ τοῦ- C το συνᾴδει τοῖς προαποδεδομένοις, εἴ τε ἐκείνου τοῦ ἀνθρώπου, τοῦ τὸν ἀμπελῶνα φυτεύσαντος, καὶ τὸν γάμον τῷ [3] υἱῷ ἐπιτελέσαντος, εἴτε κατὰ τὴν προαποδοθεῖσαν διάνοιαν. καὶ ὅτι πάντη τῆς ταπεινῆς τοῦ Ἀπολιναρίου ὑπολήψεως ὁ λόγος ἀπήλλακται, καὶ [4] οὐδὲν σωματικὸν περὶ αὐτὸν ἐννοεῖν ὁ τοιοῦτος ὑποτίθεται λόγος, σαφὴς ἡ ἀπόδειξις ἐκ τοῦ προσκεῖσθαι τῷ λόγῳ, τῷ τὴν ἐμφάνειαν αὐτοῦ, τὴν ἐπὶ τέλει τῶν αἰώνων μηνύοντι, ὅτι ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ ὀφθήσεται τῇ κτίσει ὁ Κύριος· ὡς ἀνάγκην εἶναι [5] τῶν εἰρημένων, ἢ καὶ τὸν Πατέρα νομίζειν ἀνθρωπικῶς διεσκευάσθαι, ἵνα ὁ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον σχῆμα φαινόμενος υἱός, ἐν τῇ τοῦ Πατρὸς φαίνηται δόξῃ· ἢ εἴπερ [6] καθαρεύῃ πάσης μορ- D φῆς, ἐν εἴδει θεωρουμένης, ἡ τῆς πατρικῆς δόξης μεγαλοπρέπεια, μηδὲ αὐτὸν ἀνθρωπικῶς σχηματίζεσθαι, τὸν ἐν τῇ τοῦ Πατρὸς ὀφθήσεσθαι δόξῃ ἐπαγγελλόμενον. ἄλλη γὰρ δόξα ἀνθρώπου, καὶ ἄλλη δόξα τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ. Ἀλλά φησι διὰ σαρκὸς διαλεγόμενος τοῖς ἀνθρώποις, ὅτι ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν. ὢ τῆς ἀνοίας, τοῦ ἀπόδειξιν οἴεσθαι, ἀνθρωπικὴν αὐτοῦ μετὰ ταῦτα γενήσεσθαι τὴν ἐμφάνειαν, τὸ εἰπεῖν, διὰ σαρκὸς φθεγγόμενον τὸν Κύριον ἓν εἶναι πρὸς τὸν Πατέρα. οὐκοῦν διὰ τούτων πάντως κατασκευάζει τῷ λόγῳ, τὸ ἀκριβῶς ἐν σαρκὶ καὶ τὸν Πατέρα ζῆν. εἰ γὰρ ὁ εἰπὼν [7] ἓν εἶναι ἑαυτὸν πρὸς τὸν Πατέρα, οὐ κατὰ τὸ πνευματικόν, ἀλλὰ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, καθὼς E ὁ Ἀπολινάριος οἴεται, νοεῖν ὑποτίθεται τὴν ἑνότητα· ἄρα τοῦτο ἐστὶν ὁ Πατήρ, ὅπερ τότε κατὰ ἄνθρωπον ὁ Υἱὸς ἑωρᾶτο· ἀλλὰ μὴν ἔξω πάσης σωματικῆς ἐννοίας τὸ θεῖον· ἄρα οὐ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον σχῆμα ἡ τοῦ Υἱοῦ πρὸς τὸν Πατέρα ἕνωσις ἦν, ἀλλὰ κατὰ τὴν κοινωνίαν τῆς θείας φύσεώς τε, καὶ δυνάμεως. καὶ ὅτι ταῦτα τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον,

A quam absurda sit hæc sententia, palam faciat. Verum ne divina eloquia ad fabulæ hujus confictionem quidpiam sibi conferre censeat, brevibus singula quæque ejus dicta percurram. Quoniam, ait, qui in universi consummatione Angelos mittit, Filius hominis dicitur, hinc credendum esse putat, illum in iis, quæ humano corpori propria sunt, numquam non esse per totam æternitatem permansurum: nec Evangelii verborum meminit, in quo multoties Christus Dominus ore proprio [a] *Deum qui est super omnia*, hominem appellavit. [b] Homo erat paterfamilias, qui vineam agricolis locavit, & facta servorum cæde, unigenitum quoque filium suum misit, quem iidem agricolæ extra vineam ejicientes, occiderunt. Ecquis fuit B homo ille, qui filium unigenitum misit? Ecquis etiam fuit filius ille, qui extra vineam necatus fuit? Quin & sub illius parabola [c] qui filio nuptias fecit, nonne hunc ipsum, tamquam hominem, Scriptura describit? Quid si diceremus, Christum eorum infirmitati consulturum, qui sibi ipsis similem in eo naturam despicientes, ad ejus divinitatem credendam induci non poterant, idcirco filium hominis in ultimo judicio missurum Angelos dixisse, quo imbecilles infirmasque eorum mentes timore correptas, in fide roboraret, ac terribilium rerum exspectatione eorumdem circa ea, quæ suismet oculis aspiciebant, incredulitati mederetur? [d] *Sed & videbitis*, inquit, *filium hominis venientem in nubibus cæli cum virtute multa & ma-* C *jestate*. Hoc sane apprime convenit cum iis, quæ antea tradidimus, sive de homine illo qui vineam plantavit, & de alio homine qui filio suo nuptias fecit, sive de sensu, quem illis Scripturæ locis tribui debere docuimus. Quin & evangelicum sermonem nequaquam abjectæ huic Apollinaris opinioni favere, neque nos in eam sententiam adducere, ut corporeum quidpiam in Christo esse censeamus, ex eo clare demonstratur, quod post sermonem illum, quo ejus in fine sæculorum apparitio significatur, statim subjiciat, cunctos tunc visuros esse Dominum [e] *in gloria Patris sui*; ut ex dictis necessario censendum sit, vel Patrem quoque humana præditum esse forma, ut Filius, qui in specie humana videndus est, in gloria D Patris appareat; vel si paternæ gloriæ majestas quacumque forma, aut specie visibili caret, fateri etiam debemus, Filium humana specie figuratum non esse, quem in gloria Patris appariturum Scriptura pollicetur; alia est enim gloria hominis, & alia gloria Dei, qui est super omnia. *Sed*, inquit, *per carnem homines allocutus est*, *dum ait*, [f] *Ego & Pater unum sumus*. O dementiam hominis, qui Christum in fine sæculi humana forma appariturum ex eo demonstrari putat, quod in carne positus dixerit, *Ego & Pater unum sumus!* Ergo sua hac ratiocinatione prorsus confirmat, Patrem quoque in carne plane vivere. Si enim qui ait, se ipsum unum esse cum Patre, unitatem illam non spirituali, sed humano modo, ut E Apollinaris censet, intelligendam esse significat; ergo Pater illud ipsum est, quod tunc secundum humanam naturam Filius esse apparebat. Atqui divinitas ab omni notione, quam corporearum rerum habemus, longe aliena est. Ergo non secundum humanam formam Filii cum Patre unitas erat, sed secundum communionem divinæ naturæ atque virtutis. Hæc autem ita se habere ex eo potissimum apparebit, quod ad

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

a Rom. IX. 5. b Matth. XXI. 35. c Matth. XXII. 2. d Matth. XXIV. 30. e Matth. XVI. 27. f Joan. X. 30.

1. Corrector, ἐπιδραμοῦμαι.
2. Duo hæc verba semicirculis inclusa, Corrector addidit.
3. Ita Corrector, male antea τῷ αὐτῷ ἐπιτελέσαντος.
4. Hæc Nysseni verba eo modo sunt intelligenda, quo superius in notis ad cap. 53. hujus operis similia ejusdem verba intelligi debere monuimus.
5. Corrector, διὰ τῶν εἰρημένων.
6. Corrector, καθαρεύει.
7. Ita Corrector, antea ὁ εἰπὼν εἶναι.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 370.

ἐκ τούτων ἂν γένοιτο μάλιστα δῆλον, ἐν οἷς φησι A πρὸς τὸν Φίλιππον, ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα. ἡ γὰρ ἀκριβὴς τῆς τοῦ Υἱοῦ μεγαλειότητος κατανόησις, καθάπερ ἐν εἰκόνι τὸ ἀρχέτυπον βλέπειν παρασκευάζει.

Philippum ait, [a] *Qui videt me, videt & Patrem:* nam qui perfecte Filii magnitudinem animo percipit, is facile ipsum primigenium ejus exemplar, hoc est, Patrem, quasi in imagine conspicit.

Τῶν δὲ ἐφεξῆς τὸ ἀσυνάρτητον καὶ ἀδιανόητον, ὡς ἂν μὴ μάτην ἐμφιλοχωροίην τοῖς ματαίοις, ὑπερβήσομαι, δι' ὧν οὐδὲ ὅ, τι βούλεται λέγειν φανερὸν ποιεῖ τοῖς ἐπιστατικῶς ἀκολουθοῦσι τῇ συγγραφῇ. τί γὰρ αὐτῷ συντελεῖ πρὸς τὸν λόγον τὸ, μηδένα ἁρπάζειν ἐκ τῆς χειρὸς αὐτοῦ τὰ δοθέντα αὐτῷ παρὰ τοῦ Πατρὸς πρόβατα, συνιδεῖν οὐκ ἔχω· καὶ ὅτι πατρικῇ θεότητι ἕλκει πρὸς ἑαυτὸν τὰ πρόβατα. καὶ εἰ πρὸς τὸν Πατέρα, φησὶν, ἥνωται Χριστὸς πρὸ ἀ- B ναστάσεως, πῶς πρὸς τὸν ἐν αὐτῷ Θεὸν οὐχ ἥνωται; τοῦτο γὰρ, ὥσπερ ἐξεπίτηδες αὐτὸς ἑαυτοῦ τὴν μυθοποιΐαν ἐλέγχων, παρεντίθησι ταῖς ἰδίαις κατασκευαῖς, δι' ὧν ἀποδείκνυται ἡ τοῦ ἀνθρώπου πρὸς τὸ θεῖον διαίρεσίς τε καὶ ἕνωσις. ὁ γὰρ εἰπὼν, ὅτι, εἰ πρὸς τὸν Πατέρα ἥνωται Χριστὸς, πῶς πρὸς τὸν ἐν αὐτῷ Θεὸν οὐχ ἥνωται; [1] οὕτως καὶ ὁ κατὰ Χριστὸν ἄνθρωπος, ἕτερος ὢν, τῷ ἐν αὐτῷ ἥνωται Θεῷ. ταῦτα τοίνυν, ὡς αὐτόθεν διὰ τῆς ἀναγνώσεως ἐλέγχοντα τὸ πεπλανημένον τοῦ δόγματος αὐτοῦ καὶ ἀσύστατον, παραδραμοῦμαι τῷ λόγῳ· ἐκείνου δὲ μόνου ἐπιμνησθήσομαι. Ὁ Σωτὴρ, φησι, πέπονθε πεῖναν, καὶ δίψαν, καὶ κάματον, καὶ ἀγωνίαν, καὶ λύπην. τίς ὢν ὁ Σωτήρ; ὁ Θεός, φησιν C ἐν τοῖς πρὸ τούτου, οὐ δύο πρόσωπα, ὡς ἑτέρου μὲν ὄντος Θεοῦ, ἑτέρου δὲ τοῦ ἀνθρώπου. οὐκοῦν ὁ Θεὸς πέπονθεν, ἅπερ παθεῖν αὐτὸν εἴρηκε, [2] καὶ πάσχει τὸ ἀπαράδεκτον πάθους, οὐκ ἀνάγκῃ φύσεως ἀβουλήτου, καθάπερ ἄνθρωπος, ἀλλ' ἀκολουθίᾳ φύσεως. ἆρα τίς ἐπαρκέσει διελέγχων τὰ μάταια; ἐν τίνι διαφέρειν βλέπει τὴν ἀνάγκην τῆς φύσεως, καὶ τὴν ἀκολουθίαν τῆς φύσεως; ἡ γὰρ ἀλήθεια ταὐτὸν ἐν ἑκατέρῳ βλέπει τὸ σημαινόμενον· οἷόν τι λέγω, ἀκόλουθόν ἐστι τὸν μὴ ὑγιαίνοντα τὰς ὄψεις, ἀσθενῶς ἔχειν περὶ τὴν ὅρασιν. καὶ πάλιν τὸ αὐτὸ τοῦτό φημι, ὅτι ἀναγκαῖόν ἐστιν, εἰ μή τις ὑγιῶς ἔχοι τῶν ὄψεων, ἀσθενεῖν τοῦτον περὶ τὴν ὅρασιν· ἆρ' οὐ ταὐτὸν ἐν ἑκατέροις ἐστίν; ὅ, τε γὰρ τὴν ἀνάγκην D εἰπὼν, τὸ ἐξ ἀκολούθου συμβαῖνον ἔνδειξεν· ὅ, τε τοῦ ἀκολούθου μνησθεὶς, τὸ ἀναγκαῖον ἐσήμανε. τί οὖν βούλεται ἡ σοφία τοῦ λογογράφου, μὴ ἀνάγκῃ φύσεως, ἀλλ' ἀκολουθίᾳ φύσεως [3] τῷ Σωτῆρι προσάπτειν τὰ πάθη τῆς φύσεως; ἔδει, φησὶ, καθ' ὁμοιότητα τῶν ἀνθρώπων τὰ πάθη κινηθῆναι. [4] ὅ, τε ἔδει εἰπὼν, οὐ φανερῶς τὴν ἀνάγκην ἐβόησεν; [5] οὐχ αὕτη τῆς γραφῆς ἡ χρῆσίς ἐστι; καὶ ἐξ αὐτῶν δὲ τῶν Εὐαγγελίων πάρεστι τὰς ἀποδείξεις τοῦ λόγου λαβεῖν. ἀνάγκη ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα· καὶ γὰρ δεῖ γενέσθαι ταῦτα. οὐχὶ μία ἑκατέρας ἐστὶ τῆς φωνῆς διάνοια; ὁ γὰρ εἰπὼν, ἀνάγκη εἶναι ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα, τὸ δεῖν ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα διὰ τῆς φωνῆς ἐνεδείξατο. καὶ ὁ εἰπὼν, [6] δεῖ γενέσθαι ταῦτα, E τὸ ἀναγκαίως ὀφεῖλον εἰς ἔργον ἐλθεῖν προεμήνυσεν.

LVIII. Porro eorum, quæ sequuntur, inconcinnitatem, obscuritatemque, ne stultis in rebus immorari videar, prætermittam; quippe qui adeo confuse, atque inepte scribat, ut ne eruditus quidem, doctusque lector, quid sibi velit, intelligentia & animadversione assequi possit. Quid enim ipsi ad sententiam suam confirmandam conferat, quod ait, *Neminem*, scilicet, *ex ejus manu oves rapere posse, quæ ipsi a Patre traditæ sunt*, intelligere nequeo, quemadmodum & illud, *Oves ad se ipsum paterna divinitate trahit*; ac præterea quod inquit, *Si unus cum Patre ante resurrectionem factus est Christus, quomodo unus cum Deo, qui in ipso est, factus non fuit*? Hoc enim tamquam data opera fabulosas fictiones suas ipsemet redarguere vellet, propriis probationibus inserit, quibus ostendere conatur, qua ratione humanitas in Christo & a Deo separetur, & cum eodem conjungatur: nam qui ait si unus cum Patre factus est Christus, quomodo unus cum Deo, qui in ipso est, non evasit? Ita & homo Christus, alius exsistens, Deo, qui in ipso est, conjunctus fuit. His igitur prætermissis, utpote quæ ex semet ipsis, solaque lectione, dogmatis hujus errores & inconstantiam refellunt, illud tantummodo commemorabo; *Salvator passus est*, inquit, *famem, sitim, laborem, angorem, & tristitiam*. Quis est Salvator iste? Deus est, inquit in præcedentibus, non duæ personæ, quasi una persona Deus esset, altera homo. Igitur Deus illa passus est, quæ eumdem passum fuisse dixit, *Et patitur, qui passionum nequaquam capax est, non repugnantis naturæ necessitate, quemadmodum homo; sed naturæ consequentia atque comitantia*. Numquid aliquis ineptiis hisce redarguendis par erit? Quanam in re differre videt necessitatem naturæ, & consequutionem naturæ? Re ipsa enim una eademque significatio in utroque deprehenditur, veluti cum dico, consequens est, ut qui oculorum morbo laborat, ægre videat; & rursus id ipsum ajo, dum inquio, necessarium est, ut qui oculis ægrotat, is hebetem oculorum aciem habeat. Numquid non idem est utriusque dicti sensus? nam qui necessitatem dixit, id quod ex consequutione contingit, significat; & qui ejus rei meminit, quæ naturæ proprietate consequens est ut accidat, is, quod necessarium est, denotavit. Cur igitur sapiens noster Scriptor, non naturæ necessitate, sed naturæ consequentia atque comitantia, nostræ naturæ passiones Salvatori vult adscribere? *Oportebat*, inquit, *ad similitudinem hominum passiones cieri*. Qui dixit, *oportebat*, nonne manifeste necessarium esse pronuntiavit? Nonne hic Scripturæ usus est? Quin & ex Evangeliis ipsis in promtu est locutionis hujus probationes desumere, [b] necessarium est ut veniant scandala, nam & [c] hæc esse oportet. Nonne una utriusque dicti sententia est? qui enim ait, necessarium esse, ut veniant scandala, is oportere ut scandala veniant verbis illis designat; & qui ait, hæc fieri oportet, quod necessario ad effectum debet perduci, significat.

Ἀλλὰ πάλιν καὶ τὸν ἐφεξῆς ὑπερβήσομαι ὕθλον, χύδην, καὶ ὡς ἔτυχεν, ἐκ ματαίων λογισμῶν συμπεφορημένον· φησὶ δὲ πρὸς τῷ τέλει τοῦ λόγου, ὅτι

LIX. Sed & nugas confuse, ac temere in stultis ejus ratiocinationibus congestas, quas deinceps profert, rursus prætermittam. Verum prope tractatus finem ita

a Joan. xiv. 9. b Matth. xviii. 7. c Luc. xvii. 1.

1. Hic nonnulla deesse videntur.
2. Corrector, καὶ πᾶς πάσχει.
3. Verbum τῷ σωτῆρι Corrector addidit.
4. Corrector, ὁ τὸ ἔδει.
5. Corrector, οὐχ αὕτη καὶ τῆς.
6. Corrector, δεῖ γὰρ γενέσθαι.

καὶ ἐν οὐρανῷ ὄντος τοῦ σώματος, μεθ' ἡμῶν ἐστι A μέχρι τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος. τίς ὁ μεθ' ἡμῶν ὢν, σαφῶς ὁ λογογράφος μερίζων τὸ ἀμέριστον, οὐ συνίησιν· εἰ γὰρ τὸ μὲν σῶμα [1] τῷ οὐρανῷ ἀποτίθεται, μεθ' ἡμῶν δὲ εἶναί φησι τὸν Κύριον, φανερῶς διάζευξίν τινα καὶ μερισμὸν τῇ τοιαύτῃ τοῦ λόγου διαστολῇ κατεργάζεται. οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι τὸ σῶμα αὐτοῦ καὶ ἐν οὐρανῷ μένει, καὶ μεθ' ἡμῶν ἐστίν· ἀλλὰ τοῦ σώματος ἐν οὐρανῷ ὄντος· [2] (ἡμῶν δὲ οὐκ ἐν οὐρανῷ ὄντων.) ἄρα [3] ἕτερόν τι παρὰ τὸ ἐν οὐρανοῖς ὂν σῶμα, μεθ' ἡμῶν, τῶν ἐπὶ γῆς ὄντων, πεπίστευκε. ταῦτα τὰ ὑψηλὰ τοῦ Ἀπολιναρίου διδάγματα· ἡμεῖς δέ φαμεν, ὅτι ταῦτα εἰπὼν ἀνελήφθη, [4] καὶ ὁ ἀναληφθεὶς μεθ' ἡμῶν ἐστι, καὶ μερισμὸς ἐν ἐκείνῳ οὐδείς. B [5] ἀλλ' ὥσπερ ἐν ἡμῖν ἐστιν, ἑκάστῳ παρὼν, καὶ ἐν μέσῳ [6] γενόμενος, οὕτω καὶ ἐπὶ πάντα διήκει τὰ τῆς κτίσεως πέρατα, ὁμοτίμως πᾶσι τοῖς τοῦ κόσμου μέρεσι ἐμφαινόμενος. [7] εἰ ἐν ἡμῖν τοῖς σωματικοῖς ἀσωμάτως, οὐδὲ τοῖς ὑπερκοσμίοις ἐν σώματι. νυνὶ δέ φησιν, οὕτως μερισθέντα τὸν Κύριον, ἀκαταλλήλως ἐν τοῖς ὑποχειρίοις διὰ τῶν ἐναντίων γίνεσθαι τοῖς μὲν σαρκίνοις [8] ἀσώματον, τοῖς δὲ ἀσωμάτοις, ἐν σώματι. ἐν γὰρ τῷ οὐρανῷ καθιδρύσας τὴν σάρκα, πνευματικῶς τοῖς ἀνθρώποις ἑαυτὸν καταμίγνυσιν. ὅσα δὲ ψυχορραγῶν [9] (πρὸς τῷ τέλει τοῦ λόγου, ὥσπέρ τισιν ἄσθμασι,) τοῖς ἀνυποστάτοις νοήμασι ἐνσυνέχεται, παραδραμεῖν οἶμαι δεῖν ἀνεξέταστα. ἐν οἷς στενοχωρούμενος, τοὺς Ἕλληνας C πρὸς συνηγορίαν τῶν ἰδίων μύθων καλεῖ. καὶ ὅσα ἄλλα τούτοις ἐστὶ παραπλήσια, ὅτῳ φίλον τὴν διὰ πάντων τῆς αἱρέσεως ἀτονίαν κατανοῆσαι, αὐτοῖς ἐπεξίτω τοῖς γεγραμμένοις. ἡμῖν δὲ οὐ τοσαύτη σχολὴ, ὥστε τοῖς τοιούτοις λόγοις ἐμβαθύνειν, ἃ πρόδηλον [10] ἀφ' ἑαυτῶν, καὶ πρὸ τῆς ἐξετάσεως, ἔχει τῆς ἀτοπίας τὸν ἔλεγχον.

ΤΕΛΟΣ.

A ait, *Corpore etiam in cælis exſiſtente, nobiſcum eſt uſque ad conſummationem ſæculi.* Quiſnam ille ſit, qui nobiſcum eſt, neſcit Scriptor, aperte ſeparans quod disjungi nequit. Nam ſi corpus quidem in cælo collocat, nobiſcum vero eſſe Dominum dicit, disjunctionem quamdam, atque ſeparationem hac ſua diſtinctione palam inducit. Nam non inquit, corpus ejus & in cælo manere, & nobiſcum eſſe; ſed corpore in cælis exſiſtente. Ergo cum nos in cælis non ſimus, aliud quid ab eo, quod in cælis eſt, corpore diverſum, nobiſcum, qui in terra degimus, eſſe credidit. Hæc ſunt ſublimes Apollinaris doctrinæ. Nos autem dicimus Chriſtum, poſtquam ea dixiſſet, aſſumtum fuiſſe in cælos, & eum qui aſſumtus fuit, B nobiſcum eſſe, nullamque in eo diviſionem reperiri; ſed quemadmodum eſt in nobis, unicuique adſtans, & in medio noſtri manens, ita & per omnes pervagatur creatarum rerum terminos, & in omnibus æque mundi partibus manifeſtatur. Si nobis corporeis incorporaliter adeſt, cæleſtibus utique corporaliter non aderit. Nunc autem ait, ita diviſum Dominum, in ſubjectis ſibi rebus, ſine ulla congruentia, ordineque prorſus contrario, eſſe quidem corporeis incorporeum, incorporeis vero corporeum. Nam collocata in cælis carne ſemet ipſum ſpiritualiter hominibus immiſcet. Ceterum quæ animam veluti efflans, in tractatus fine, infirmis ſuis argumentationibus, velut extremis quibuſdam halitibus, congerit, ubi & conſilii inops C Ethnicos ipſos in ſuarum fabularum confirmationem advocat, & quotquot alia ſunt his ſimilia, ſine ulla diſcuſſione prætermittenda eſſe arbitror. Quicumque hæreſis hujus futilitatem penitus cognitam, atque perſpectam habere cupit, is ejus ſcripta percurrat; nobis enim tantum otii non ſuppetit, ut multum immorari poſſimus in hujuſcemodi ſermonibus diſcutiendis, qui in ſemet ipſis manifeſte præſeferunt, unde eorum ineptias atque errores, citra examen ullum, redarguas.

FINIS.

1. Ita Corrector, antea τῷ ἐρανίῳ.
2. Quæ ſemicirculis includuntur Corrector addidit.
3. Ita Corrector, male antea ἕτερόν τινα παρὰ τὸ &c.
4. Articulum Corrector addidit.
5. Corrector, ἀλλ' ὥσπερ ἐν.
6. Corrector, γενόμενος, οὕτω καί.
7. Corrector, εἰ ἡμῖν τοῖς σωματικοῖς ἀσώματος.
8. Corrector, ἀσωμάτως.
9. Quæ ſemicirculis includuntur, Correctoris additamenta ſunt.
10. Corrector, ἐφ' ἑαυτῶν.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΝΥΣΣΗΣ.

SANCTI PATRIS NOTRI

GREGORII

EPISCOPI NYSSENI.

Ἐκλογαὶ μαρτυριῶν πρὸς Ἰουδαίους ἀπὸ τῆς παλαιᾶς, μετά τινος ἐπεξεργασίας περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος· ὅτι λόγον, καὶ πνεῦμα ἔχει ὁ Θεὸς, κατὰ τὰς γραφάς· λόγον ἐνυπόστατον, καὶ ζῶντα, καὶ πνεῦμα ὡσαύτως.

Ex Vetere Testamento delecta testimonia, cum adjecta quadam uberiori probatione adversus Judæos de sancta Trinitate; quod nempe Verbum & Spiritum habebat Deus secundum scripturas; Verbum subsistens atque vivens, & Spiritum similiter.

Interprete & scholiaste LAURENTIO ZACAGNIO V. C.

ΛΕγει [1] Δαβὶδ ἐν δευτέρῳ καὶ τριακοστῷ ψαλμῷ· Τῷ λόγῳ κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ, πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν· οὐ λόγος οὖν ὑπάρχει ἀέρος τύπωσις σημαντικὴ διὰ φωνητικῶν ὀργάνων ἐκφερομένη. οὔτε πνεῦμα στόματος ἀτμὸς, ἐκ τῶν ἀναπνευστικῶν μερῶν ἐξωθούμενος· ἀλλὰ λόγος μὲν ὁ πρὸς Θεὸν ἐν ἀρχῇ, καὶ Θεὸς ὤν· πνεῦμα δὲ στόματος Θεοῦ, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται. τρία τοίνυν νόει, τὸν προστάττοντα κύριον, τὸν δημιουργοῦντα λόγον, τὸν στερεοῦντα, τουτέστι, τὸ πνεῦμα, τὴν γὰρ στερέωσιν, τὸν ἁγιασμὸν εἶπε, καὶ τὴν συμπλήρωσιν. ἵνα δὲ μάθῃς, ὅτι οὐ τούτῳ λέγει τῷ προφορικῷ, ἀλλὰ τῷ ἐνυποστάτῳ, ὁ αὐτὸς ἀλλαχοῦ λέγει, Ἀποστελεῖ τὸν λόγον αὐτοῦ, καὶ τήξει αὐτά· πνεύσει τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, καὶ ῥυήσεται ὕδατα. Λόγος δὲ ἀνυπόστατος, οὐκ ἀποστέλλεται. καὶ πάλιν, Ἀπέστειλε τὸν λόγον αὐτοῦ, καὶ ἰάσατο αὐτοὺς, καὶ ἐρρύσατο αὐτοὺς ἐκ τῶν διαφθορῶν αὐτῶν. καὶ πάλιν, Ἐξαποστελεῖς τὸ πνεῦμά σου, καὶ κτισθήσονται, καὶ ἀνακαινιεῖς τὸ πρόσωπον τῆς γῆς. Τίς ἔστη ἐν [a] ὑποστήματι κυρίου, καὶ εἶδε τὸν λόγον αὐτοῦ; Λόγος δὲ ἀνθρώπου οὐ θεωρεῖται. ὁρᾷς, ὅτι οὐκ ἀκουστὸν, ἀλλ᾽ ὁρατὸν λόγον λέγει, δῆλον τὸν ἐνυπόστατον, ὁπότε κατὰ τὸν εἰκότα λογισμὸν, οὐδὲ χώραν ἔχει ἐπὶ Θεοῦ τὸ τοῦ ἀνυποστάτου λόγου· ἡμᾶς γὰρ ἐκόσμησεν ὁ δημιουργὸς λόγῳ, διὰ τὰς πρὸς ἀλλήλους συνουσίας, καὶ τὸ γινώσκειν ἡμᾶς τὰ ἀλλήλων διὰ τοῦ λόγου. συντελεῖ δὲ ἡμῖν καὶ τὸ πνεῦμα πρὸς τὴν τοῦ σώματος σύστασιν, διὰ τὸ προσίεσθαι, καὶ πάλιν ἀπωθεῖσθαι αὐτό· ἐπὶ δὲ Θεοῦ, τοῦ καὶ μόνου ἀσωμάτου, οὐ δυνατὸν ὑπολαβεῖν ταῦτα. Ἐπιτελεῖς ὁ Θεὸς τῇ δυνάμει σου. Χριστὸς δὲ Θεοῦ δύναμις, καὶ Θεοῦ σοφία. Ἐκ προσώπου τῆς σοφίας, τουτέστι, τοῦ υἱοῦ, Ἡνίκα ἡτοίμαζε τὸν οὐρανὸν, συμπαρήμην αὐτῷ· καὶ ἐγὼ ἤμην, [2] ᾗ ἔχαιρε· καθ᾽ ἡμέραν ηὐφραινόμην

A B C

DIcit [1] David in Psalmo trigesimo secundo: [a] *Verbo Domini cæli firmati sunt, & spiritu oris ejus omnis virtus eorum.* Igitur Verbum non est aeris percussio, rei cujuslibet significativa, quæ per instrumenta vocis edatur; neque Spiritus est oris anima, quæ ex partibus respirationis servientibus emittatur: sed Verbum quidem est id, quod in principio erat apud Deum, & Deus est; Spiritus vero oris Dei, Spiritus veritatis, qui a Patre procedit. Tria igitur intellige, jubentem & imperantem Dominum, creans Verbum, firmantem & solidantem, nempe Spiritum; firmare enim dixit pro sanctificare, & complere. Ut autem scias Davidem dicere, cælos non hoc verbo, quod in pronuntiatione consistit, firmatos esse; sed eo, quod re ipsa subsistit, idem alibi ait, [b] *Emittet Verbum suum, & liquefaciet ea: spirabit spiritus ejus, & fluent aquæ.* Verbum autem, quod subsistentia caret, non emittitur. Et rursus, [c] *Misit Verbum suum, & sanavit eos, & eripuit eos de corruptelis eorum.* Et rursus, [d] *Emittes spiritum tuum, & creabuntur, & renovabis faciem terræ.* [e] *Quis stetit in firmamento Domini, & vidit Verbum ejus?* At verbum hominis non cernitur. Vides a Davide verbum dici, non quod auditu, sed quod visu percipitur, nimirum, quod re ipsa subsistit, quandoquidem verbum substantia carens, locum, ut par est, in Deo nequit habere. Nos enim sermone ad mutuam consuetudinem Creator instruxit, & ut per sermonem alter alterius mentem intelligeremus. Confert autem nobis spiritus ad corporis quoque constitutionem conservandam, dum nempe attrahitur atque hauritur, idemque respiratur ac redditur; verum de Deo, qui solus incorporeus est, non possumus hujusmodi quippiam opinari. *Annos perficis Deus virtute tua.* [f] *Christus* autem *Dei virtus, Deique sapientia est.* Ex persona Sapientiæ, id est, Filii; [g] *Cum pararet cælum, aderam illi: & ego eram, qua* [2] *delecta-*

a Psal. XXXII. 6. *b* Psal. CXLVII. 18. *c* Psal. CVI. 20. *d* Psal. CIII. 30. *e* Jer. XXIII. 18. juxta LXX. *f* I. Cor. I. 24. *g* Prov. VIII. 30.

1. Exstat hoc Nysseni opus in duobus Vaticanæ Bibliothecæ codicibus signatis num. 451. & num. 1907. quorum primus ducentis circiter ab hinc annis scriptus est, & cum Siphani versione in omnibus fere concordat; alter vero sexcentos & amplius annos antiquitate superat. Itaque horum quidem primum in notis nostris recentiorem vocamus; secundum vero vetustiorem; nam ad utriusque codicis fidem, editionem versionemque nostram concinnavimus.

2. Romana LXX. Interpretum editio cum Justino Martyre in Dialogo cum Tryphone Judæo pag. 284. legit, ᾗ

a Ὑποστηρίγματι] LXX. *Jer.* XXIII. 18. *ὑποστήματι*. Quem in locum Nobilium adire juverit.

τῷ προσώπῳ αὐτοῦ. Ποίαν οὖν ἔχει χώραν ταῦτα, εἰ μὴ ἦν ἐνυπόστατον πρόσωπον; οὐ γάρ ἐστιν ἄλλος, πρὸς ὃν διαλεχθῇ· τίς γὰρ ἔγνω νοῦν κυρίου, ἢ τίς σύμβουλος αὐτοῦ ἐγένετο; ἀλλ' ἤρκεσεν αὐτῷ μόνη βούλησις εἰς τὴν τῶν πάντων δημιουργίαν. εἴρηται γὰρ, καὶ πνεῦμα Θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τῶν ὑδάτων. τὸ ἐνυπόστατον τοῦ ἁγίου πνεύματος θάλποντος, καὶ ζωογονοῦντος εἰς τὴν μέλλουσαν γονὴν τὰ πάντα, τῆς γραφῆς δηλούσης. ὧν οὕτως ἐχόντων, σαφὴς ἡ τῆς ἁγίας τριάδος, πατρός, φημι, καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος ἀπόδειξις. αὕτη γοῦν πρὸς ἑαυτὴν ἡ ἁγία καὶ ὁμοούσιος τριὰς τὸ, ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν· Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν. Μεμορφώμεθα γὰρ νοητῶς πρὸς τὴν εἰκόνα τοῦ μονογενοῦς. καὶ πάλιν, Ἰδοὺ Ἀδὰμ γέγονεν ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν. Ὅτι δὲ διὰ τοῦ λόγου τὰ πάντα ἐδημιούργησεν ὁ Θεὸς, σαφὲς ἀφ' ὧν ἐπὶ ἑκάστου τῶν δημιουργημάτων γέγραπται, τὸ, Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς, γενηθήτω, τῆς γραφῆς σημαινούσης τὴν διὰ τοῦ λόγου δημιουργίαν· εἰ γὰρ μὴ τοῦτο ἦν, ἤρκει εἰπεῖν, καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς οὐρανὸν, καὶ γῆν, καὶ τὰ λοιπά. Καὶ πάλιν, προστάξαντος τοῦ Θεοῦ ἐγενήθη τὸ στερέωμα· καὶ πάλιν, διεχώρισεν ὁ Θεός. καὶ ὅταν ἀκούσῃς τὸ, εἶπεν ὁ Θεὸς, εὐθὺς τῇ ἐννοίᾳ συνάγε τὸν ἀκούσαντα τοῦ εἰπόντος. Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς, γενηθήτωσαν φωστῆρες, καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τοὺς φωστῆρας. Τίς εἶπε, καὶ τίς ἤκουσε; καὶ ἐπὶ πλείοσι τόποις τῆς παλαιᾶς ἐστιν εὑρεῖν, ἠρέμα ὑποδεικνυμένης τῆς ἁγίας τριάδος τὴν ὑπόστασιν, καὶ τὸ ὁμοούσιον αὐτῆς· οἷον ὡς ἐπὶ τοῦ Ἀβραάμ· Ὤφθη γάρ, φησιν, αὐτῷ ὁ Θεὸς πρὸς τῇ δρυῒ τῇ μαμβρῇ, καθημένου αὐτοῦ ἐπὶ τῆς θύρας τῆς σκηνῆς αὐτοῦ μεσημβρίας· ἀναβλέψας δὲ τοῖς ὀφθαλμοῖς, εἶδε· καὶ ἰδοὺ τρεῖς ἄνδρες [1] παρειστήκεισαν ἐπάνω αὐτοῦ· καὶ ἰδοὺ προσέδραμεν εἰς συνάντησιν αὐτῶν, καὶ προσεκύνησεν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ εἶπε, κύριε, εἰ εὗρον χάριν ἐναντίον σου, μὴ παρέλθῃς τὸν παῖδά σου. Καὶ μεθ' ἕτερα, Εἶπε δὲ πρὸς αὐτὸν, ποῦ Σάῤῥα ἡ γυνή σου; ὁ δὲ εἶπεν, ἰδοὺ ἐν τῇ σκηνῇ. εἶπε δὲ, ἐπαναστρέφων ἥξω πρὸς σὲ, κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον εἰς ὥρας· καὶ ἕξει υἱὸν Σάῤῥα ἡ γυνή σου. Ἰδοὺ δὴ, φησιν, ὀφθῆναι μὲν αὐτῷ τὸν Θεὸν, εἶναί γε μὴν τρεῖς ἄνδρας τοὺς ἑωραμένους· αὐτὸν δὲ πάλιν οὐχ ὡς τρισὶν εἰπεῖν, κύριοι, εἰ εὕρηκα χάριν ἐναντίον ὑμῶν, μὴ παρέλθητε τὸν παῖδα ὑμῶν. κύριον δὲ μοναδικῶς τοὺς τρεῖς ὀνομάζοντα, καὶ ὡς ἕνα καταίρειν ἀξιοῦντα, καὶ ὡς εἷς φωνεῖ, ἥξω. ὅρα οὖν τοὺς ὀφθέντας τρεῖς μὲν ὄντας, καὶ ὑφεστῶτας ἰδιοσυστάτως ἕκαστον· τῷ γε μὴν τῆς ὁμοουσίου λόγῳ συνειλημμένους εἰς ἕνα, καὶ τὰς διαλέξεις ποιησαμένους. τίς δὲ πρὸς τίνα ἔλεγεν, Δεῦτε καταβάντες συγχέωμεν τὴν γλῶσσαν αὐτῶν; ἢ δῆλον πρὸς ὃν εἶπεν, Ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε. καὶ, [2] Πρὸ τοῦ ἡλίου τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ πρὸ τῆς σελήνης. καὶ πάλιν, Κύριος εἶπε πρός με, υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς. καὶ πάλιν, Ἐγὼ ἔσομαι αὐτῷ εἰς πατέρα, καὶ

A *batur: quotidie oblectabar facie ejus*. Quomodo hæc stare poterunt, si non subsistens revera facies erat? neque enim alius esse potest, cum quo collocuta fuerit; [a] *Quis enim cognovit mentem Domini, aut quis consiliarius ejus fuit?* sed satis fuit ei sola voluntas ad omnium rerum creationem. Ait enim Scriptura, [b] *Et spiritus Domini ferebatur super aquas*, quibus verbis subsistentiam Spiritus sancti omnia foventis, & ad futuram generationem vivificantis, Scriptura significat. Quæ cum ita se habeant, perspicua & clara est Sanctæ Trinitatis, Patris, inquam, & Filii, & Spiritus sancti demonstratio. Quippe hujus sanctæ, & consubstantialis Trinitatis, se ipsam alloquentis, est illud, [c] *Faciamus hominem ad imaginem nostram* B *& ad similitudinem. Et fecit Deus hominem, ad imaginem Dei fecit eum.* Formati enim sumus, prout intelligentia percipi potest, ad imaginem unigeniti. Et rursus, [d] *Ecce Adam factus est tamquam unus ex nobis*. Deum autem omnia per Verbum creasse, ex eo manifestum est, quod singularum rerum creationibus adscriptum est illud, *Et dixit Deus, Fiat*, quo loquendi genere, eam quæ per Verbum facta est, creationem Scriptura significat; nisi enim hoc esset, satis fuisset dicere, Et fecit Deus cælum & terram, & reliqua. Et rursus, Jussu Dei factum est firmamentum: & rursus, Divisit Deus. Præterea cum audieris, *Dixit Deus*, statim animo simul concipe eum, qui obaudiverit dicenti: [e] *Et dixit Deus, Fiant lu-* C *minaria. Et fecit Deus luminaria.* Quis dixit, & quis dicto obediens fuit? Quin & in pluribus Veteris Testamenti locis subobscure indicatam reperies Sanctæ Trinitatis subsistentiam, ejusque consubstantialitatem, quemadmodum in Abrahamo: nam inquit, [f] *Apparuit ei Deus ad quercum Mambre, cum ille sederet in ostio tabernaculi sui in meridie. Et respiciens oculis suis vidit: & ecce tres viri* [1] *adstabant super eum: & ecce procurrit obviam illis, & adoravit pronus in terram. Et dixit: Domine, si inveni gratiam ante te, ne prætereas servum tuum.* Et post alia, [g] *Dixit autem ad eum: Ubi est Sarra uxor tua? Ille autem dixit; Ecce in tabernaculo. Dixit autem: Revertens veniam ad te in tempore hoc in horas, & ha-* D *bebit filium Sarra uxor tua.* En utique refert scriptura apparuisse quidem Abrahamo Deum; & sane tres exstitisse viros illos, quos conspexit, ipsum vero non quasi tribus dixisse, Domini, si inveni gratiam coram vobis, ne prætereatis puerum vestrum; sed tres, tamquam unus essent, nominasse, & tamquam unum, ut apud ipsum diverterent, rogasse, iique tamquam unus dixere, Veniam. Vides igitur illos, qui apparuerunt, tres quidem exstitisse, & eorum singulos in propria hypostasi substitisse; sed consubstantialitatis ratione in unum fuisse contractos, & tamquam unum collocutos fuisse. Quisnam autem, & ad quemnam dicebat, [h] *Venite descendentes confundamus linguas eorum?* Num eum allocutum fuisse constat, ad quem E dixit, [i] *Ex utero ante luciferum genui te?* Et, [k] *Ante* [2] *solem nomen ejus, & ante lunam.* Et rursus, [l] *Dominus dixit ad me Filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula a me, & dabo tibi gentes heredi-*

a Isa. xl. 13. Rom. xi. 34. *b* Gen. I. 2. *c* Ibid. ℣℣. 26. 27. *d* Gen. III. 22. *e* Gen. I. 14. *f* Gen. xviii. 1-3. *g* Ibid. ℣℣. 9. 10. *h* Gen. xi. 7. *i* Psalm. cix. 3. *k* Psalm. lxxi. 17. *l* Psalm. II. 7. 8.

προσέχαιρεν, & mox, ἐν προσώπῳ αὐτοῦ. Quam lectionem sequuntur etiam Irenæus adversus hæreses lib. 4. cap. 37. Cyprianus lib. 2. testim. adversus Jud. c. 1. & Tertullianus adv. Hermogenem cap. 18.

1. Romana LXX. Interpretum editio & Justinus Martyr legit, εἱστήκεισαν ἐπάνω αὐτοῦ, καὶ ἰδὼν προσέδραμεν. Ita etiam legit Euseb. Dem. Evangel. lib. 5. c. 9. & alii.

2. In Romana LXX. Interpretum editione est tantum, *Ante solem permanebit nomen ejus*. Vel ut alii codd. Nobilio teste, legunt, *Permanet*; sed in edione illa Psalterii ex eorumdem LXX. Interpretum translatione, quam Romanam vocant, & Italæ antiquissimæ versionis partem esse credunt, legitur, *Ante solem permanebit nomen ejus: & ante lunam sedes ejus*, ut videre est in duplicis Psalterii editione a Clarissimo Viro Josepho Maria Caro, alias Thomasio procurata. Hanc itaque lectionem Nyssenus sequitur.

αὐτὸς ἔσται μοι εἰς υἱόν; Τί δὲ τὸ, Ἔβρεξε κύριος πῦρ καὶ θεῖον παρὰ κυρίου; Τί δὲ τὸ [1] ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ, Καὶ πᾶς ὁ ἐκχέων αἷμα, ἀντὶ τοῦ αἵματος αὐτοῦ ἐκχυθήσεται, ὅτι ἐν εἰκόνι Θεοῦ ἐποίησα τὸν ἄνθρωπον; Ὁρᾷς ὅτι ὁ Θεὸς ἐν εἰκόνι τοῦ Θεοῦ ἐποίησε; τὸ δὲ ἐν τῇ ἐξόδῳ πῶς νοητέον; Καὶ ὀρθρίσας Μωϋσῆς, ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος τὸ σινᾶ, καθότι συνέταξεν αὐτῷ κύριος· καὶ ἔλαβε Μωϋσῆς τὰς πλάκας τὰς λιθίνας, καὶ κατέβη κύριος ἐν νεφέλῃ, καὶ παρέστη ἐκεῖ, καὶ [2] ἐλάλησε τῷ ὀνόματι κυρίου. [3] καὶ παρῆλθε κύριος ἀπὸ προσώπου κυρίου. Ποῖος ἄρα ἐλάλησε κύριος, ἐν ὀνόματι κυρίου; καὶ ποῖος παρῆλθε κύριος ἀπὸ προσώπου κυρίου; τί δὲ τὸ πρὸς Ἰακὼβ εἰρημένον, [4] Ἐγώ εἰμι ὁ ὀφθείς σοι ἐν τόπῳ Θεοῦ; Πῶς δὲ τὸ, Προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι Θεοῦ; Τίνι, καὶ ποίου Θεοῦ; λέγει Μωσῆς· Καὶ ἔδωκε κύριος ὅρον, λέγων· ἐν τῇ αὔριον ἡμέρᾳ ποιήσει κύριος τὸ ῥῆμα τοῦτο ἐπὶ τῆς γῆς. καὶ πάλιν, Ἴσχυε Ζοροβάβελ, διότι ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι, καὶ ὁ λόγος μου ὁ ἀγαθὸς, καὶ τὸ πνεῦμά μου ἐν μέσῳ ὑμῶν. Τίς οὖν χρεία τριῶν μνησθῆναι, εἰ μὴ ἕκαστον ἐν ἰδίᾳ ὑποστάσει; καὶ πάλιν, Καὶ εἶπε κύριος πρὸς Μωϋσῆν, καταβὰς διαμάρτυραι τῷ λαῷ, καὶ ἅγνισον αὐτοὺς σήμερον, καὶ αὔριον· καὶ πλυνάτωσαν τὰ ἱμάτια αὐτῶν, καὶ ἔσωσαν ἕτοιμοι εἰς τὴν ἡμέραν τὴν τρίτην. τῇ γὰρ ἡμέρᾳ τρίτῃ καταβήσεται κύριος ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ σινᾶ, ἐναντίον παντὸς τοῦ λαοῦ. Καὶ οὐκ εἶπε, καταβήσομαι. Καὶ ἔσται ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις λέγει κύριος, ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα· καὶ προφητεύσουσιν οἱ υἱοὶ ὑμῶν, καὶ αἱ θυγατέρες ὑμῶν ἐνύπνια ἐνυπνιασθήσονται. καὶ μετά τινα, Ὁ ἥλιος μεταστραφήσεται εἰς σκότος, καὶ ἡ σελήνη εἰς αἷμα, πρὶν ἐλθεῖν τὴν ἡμέραν κυρίου τὴν μεγάλην καὶ ἐπιφανῆ. Οὐκ εἶπε τὴν ἡμέραν μου. Καὶ ἔσται ὃς ἂν ἐπικαλέσηται τὸ ὄνομα κυρίου, σωθήσεται. Καὶ οὐκ εἶπε τὸ ὄνομά μου. καὶ πάλιν, Κύριος ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐπὶ τὴν γῆν ἐπέβλεψε, [5] τοῦ ἰδεῖν τὸν στεναγμὸν τῶν πεπεδημένων, τοῦ λῦσαι τοὺς υἱοὺς τῶν τεθανατωμένων, τοῦ ἀναγγεῖλαι ἐν Σιὼν τὸ ὄνομα κυρίου. Οὐκ εἶπε τὸ ὄνομα αὐτοῦ. καὶ πάλιν, Ὁ κατοικῶν ἐν οὐρανοῖς ἐκγελάσεται αὐτούς· καὶ ὁ κύριος ἐκμυκτηριεῖ αὐτούς. καὶ πάλιν, Πρὸς σὲ κύριε κεκράξομαι, καὶ πρὸς τὸν Θεόν μου δεηθήσομαι. Τίς οὖν ὁ κύριος παρὰ τῷ Θεῷ; ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ, Κατέστρεψα ὑμᾶς, καθὼς κατέστρεψεν ὁ Θεὸς Σόδομα, καὶ Γόμορρα, [6] ὅτε εἶδε τὴν δόξαν αὐτοῦ. Κύριε τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν; καὶ ὁ βραχίων κυρίου, τίνι ἀπεκαλύφθη; Οὐκ εἶπε καὶ ὁ βραχίων σου. ἰδοὺ ἀποδέδεικται σὺν Θεῷ διὰ πλειόνων τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου Τριάδος αἱ ὑποστάσεις.

A *tatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.* Et rursus, [a] *Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium?* Quid item illud, [b] *Dominus pluit ignem & sulphur a Domino?* Quid vero ex [1] persona Dei etiam illud, [c] *Et omnis qui effuderit sanguinem hominis, pro sanguine ejus effundetur, quia in imagine Dei feci hominem?* Vides, Deum in imagine Dei fecisse? Quomodo autem intelligendum est illud, quod in Exodo scriptum est, [d] *Et mane surgens Moyses, ascendit in montem Sina, sicut præcepit ei Dominus. Et sumsit Moyses tabulas lapideas. Et descendit Dominus in nube, & adstitit illic, &* [2] *locutus est nomine Domini. Et* [3] *transiit Dominus a facie Domini?* Quis ergo Dominus locutus est in nomine Domini, & quis B Dominus transivit a facie Domini? Quid etiam sibi vult illud, quod ad Jacob dixit, [e] [4] *Ego sum, qui apparui tibi in loco Dei?* Quomodo item illud, [f] *Adorent eum omnes Angeli Dei?* Quem, & cujus Dei? Dicit Moyses, [g] *Et dedit Dominus terminum, dicens: Cras faciet Dominus verbum hoc super terram.* Et rursus, [h] *Confortare Zorobabel, quoniam ego vobiscum sum, & Verbum meum bonum, & Spiritus meus in medio vestrum.* Quid opus erat trium mentionem facere, nisi unumquodque in propria persona subsisteret? Et rursus, [i] *Dixit Dominus ad Moysem, Descendens testare populo, & purifica illos hodie, & cras, & lavent vestimenta, & sint parati in diem tertiam. Tertia autem die descendet Dominus in mon-* C *tem Sina coram omni populo.* Non dixit descendam. [k] *Et erit in novissimis diebus, dicit Dominus: effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filii vestri, & filiæ vestræ somnia somniabunt.* Et post nonnulla, [l] *Sol convertetur in tenebras, & luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus & illustris.* Non dixit diem meum. *Et erit, quicumque invocaverit nomen Domini, salvus erit.* Non dixit, nomen meum. Et rursus, [m] *Dominus de cælo in terram aspexit,* [5] *ut videret gemitum compeditorum; ut solvat filios mortificatorum. Ut annuntiet in Sion nomen Domini.* Non dixit nomen ejus. Et rursus, [n] *Qui habitat in cælis irridebit eos, & Dominus subsannabit eos.* Et iterum, [o] *Ad te* D *Domine clamabo, & ad Deum meum deprecabor.* Quis igitur Dominus apud Deum? Ex persona Dei, [p] *Subverti vos, sicut subvertit Deus Sodomam, & Gomorram.* (Et Isaias) [q] *quando* [6] *vidit gloriam ejus* [r]*: Domine, quis credidit auditui nostro? & brachium Domini cui revelatum est?* Non dixit, & brachium tuum. En, Deo juvante, hypostases sanctæ & consubstantialis Trinitatis, pluribus sunt demonstratæ.

a II. Reg. VII. 14. *b* Gen. XIX. 24. *c* Gen. IX. 6. *d* Exod. XXXIV. 4-6. *e* Gen. XXXI. 13. *f* Psal. XCVI. 7. Heb. I. 6. *g* Exod. IX. 5. *h* Aggæi II. 5. 6. *i* Exod. XIX. 10. 11. *k* Joel II. 28. *l* Ibid. ℣. 31. *m* Psal. CI. 20-22. *n* Psal. II. 4. *o* Psal. XXIX. 9. *p* Amos IV. 11. *q* Joan. XII. 41. *r* Isa. LIII. 1.

1. In Vaticano codice est, *ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ, καὶ πᾶς*, &c. nos postremum illud, *καὶ τὸ*, delendum censuimus, cum nec in Siphani versione reperiatur.

2. Romana LXX. Interpretum editio legit, *ἐκάλεσε*; sed & Eusebium Cæsariensem, *ἐλάλησε*, legisse notat ibidem Nobilius.

3. Eadem editio, *καὶ παρῆλθε Κύριος πρὸ προσώπου αὐτοῦ. Et transiit Dominus ante faciem ejus.*

4. In Vaticano codice recentiori, & in alio, quo usus est Siphanus, scribitur, *πρὸς Ἀβραάμ*, manifesto librarii errore; nam hic locus in iis Geneseos capitibus, in quibus de Abrahamo sermo est, non reperitur; nos autem mendum istud sustulimus, ex Gen. cap. 31. 13. in quo hæc verba Dominum Jacobo dixisse legimus.

E

5. Eadem editio, *τοῦ ἀκοῦσαι, ut audiret.*

6. Hæc verba nil ad rem facere videntur. Siphanus in sua versione sic habet, *Subverti vos, quemadmodum subvertit Deus Sodomam, & Gomorram.* (*Et Esaias*) *quando vidit gloriam ejus;* sed quia Esaiæ nomen semicirculis inclusit, clare satis indicare videtur, verba illa non exstitisse in scripto codice, quo utebatur; sed ex conjectura a se fuisse addita. —— Zacagnio minime assentior, cui verba hæc, *Quando vidit gloriam ejus*, nil ad rem facere visa sunt. Ea enim S. Pater desumsit ex *Joan.* XII. 4. ubi sic: Ταῦτα εἶπεν Ἡσαΐας, ὅτε εἶδε τὴν δόξαν αὐτοῦ: ut proinde recte Siphanus iis præmiserit in sua versione, *Et Esaias*, quæ in textu librario exciderint.

β'. Τȣ̃ αὐτȣ̃ ἕτερα περὶ τῆς ἐνσάρκȣ τȣ̃ κυρίȣ παρουσίας.

ΟΥτος ὁ Θεὸς ἡμῶν, ȣ̓ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν· ἐξεῦρε πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης, καὶ ἔδωκεν αὐτὴν Ιακὼβ τῷ παιδὶ αὐτοῦ, καὶ Ισραὴλ [1] τῷ ἠγαπημένῳ αὐτȣ̃· μετὰ δὲ ταῦτα, ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. Ο Θεὸς ἐμφανῶς ἥξει, ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐ παρασιωπήσεται. καὶ πάλιν, Οφθήσεται ὁ Θεὸς τῶν θεῶν ἐν Σιών. καὶ πάλιν, Θεὸς κύριος κ̀ ἐπέφανεν ἡμῖν. Εξαίφνης ἥξει εἰς τὸν ναὸν ἑαυτοῦ κύριος, ὃν ὑμεῖς ζητεῖτε, καὶ ὁ ἄγγελος τῆς διαθήκης, ὃν ὑμεῖς θέλετε. Χαῖρε σφόδρα θύγατερ Σιών· κήρυσσε θύγατερ Ιερȣσαλήμ. ἰδοὺ ὁ βασιλεύς σȣ ἔρχεταί σοι πραῢς, κ̀ ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὑποζύγιον, καὶ πῶλον [2] ὄνου. Τίς δέ ποτε τῶν βασιλέων, ὄνῳ καθήμενος, εἰς Ιερουσαλὴμ εἰσῆλθε; καὶ πάλιν, Τέρπου καὶ εὐφραίνου θύγατερ Σιὼν, διότι ἐγὼ ἔρχομαι, καὶ κατασκηνώσω ἐν μέσῳ σου, λέγει κύριος· καὶ καταφεύξονται ἔθνη πολλὰ ἐπὶ τὸν κύριον ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ· καὶ ἔσονται αὐτῷ εἰς λαόν· καὶ πάλιν, Ιδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου, ὃς κατασκευάσει τὴν ὁδόν σου ἔμπροσθέν σου. [3] καὶ πάλιν, Στήσονται οἱ πόδες αὐτοῦ ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐπὶ τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν, τὸ κατέναντι Ιερουσαλὴμ ἐξ ἀνατολῶν. καὶ μετὰ βραχέα, [4] Εδειξέ μοι κύριος τὸν Ιησοῦν, τὸν ἱερέα τὸν μέγαν, ἑστῶτα πρὸ προσώπου ἀγγέλου κυρίου· καὶ ὁ διάβολος εἱστήκει ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ τοῦ ἀντικεῖσθαι αὐτῷ· καὶ εἶπε κύριος πρὸς τὸν διάβολον· ἐπιτιμήσαι κύριος ἐν σοὶ διάβολε. Καὶ διεμαρτύρατο ὁ ἄγγελος κυρίου πρὸς τὸν Ιησοῦν, λέγων· τάδε λέγει κύριος παντοκράτωρ· [5], ἐὰν ταῖς ὁδοῖς μου πορεύσῃ, καὶ ἐὰν τὰ προστάγματά μου φυλάξῃ, [6] καὶ σὺ διακρινεῖς τὸν οἶκόν μου. καὶ πάλιν, Ακουε δὴ Ιησοῦς, ὁ ἱερεὺς ὁ μέγας. Ησαΐας, Εμφανὴς ἐγενόμην τοῖς [7] ἐμὲ μὴ ζητοῦσι, καὶ εὑρέθην τοῖς ἐμὲ μὴ ἐπερωτῶσι. ([8] καὶ πάλιν, Καὶ βασιλέα μέγαν ὄψεσθαι. Θεὸν δὲ οὐδεὶς ὁρᾷ.) καὶ πάλιν· Επιφανήσεται κύριος ἐπ' αὐτοὺς, καὶ ἐξολοθρεύσει πάντας τοὺς θεοὺς τῶν ἐθνῶν. καὶ πάλιν, Ιδȣ̀ πάρειμι τῷ ἔθνει, οἳ ȣ̓κ ἐπεκαλέσαντο τὸ ὄνομά μου. Δαβὶδ, Ο καθήμενος ἐπὶ τῶν χερουβὶμ ἐμφάνηθι· ἐξέγειρον τὴν δυναστείαν σου, καὶ ἐλθὲ εἰς τὸ σῶσαι ἡμᾶς. καὶ πάλιν, Καταβήσεται ὡς ὑετὸς ἐπὶ πόκον. τὸ ἀτάραχον, καὶ ἄνευ ψόφου τῆς καταβάσεως σημαίνων· ἐπὶ γὰρ τὴν γῆν ὑετὸς καταβαίνων, ψόφον ποιεῖ. ἐπὶ δὲ πόκον ἐρίου καταβαίνων, οὐ ποιεῖ. Μιχαίας, Καὶ σὺ Βηθλεὲμ γῆ Ιούδα, οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ιούδα· ἐκ γάρ σου ἐξελεύσεταί μοι ἡγȣ́μενος, [9] ὃς ποιμανεῖ τὸν λαόν μου τὸν Ισραήλ· καὶ ἔξοδοι αὐτȣ̃ ἀπ' ἀρχῆς ἀφ' ἡμερῶν [10] αἰῶνος. Μωσῆς, Προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει [11] κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐκ τῶν

II. *Ejusdem alia de adventu Domini in carne.*

HIC [a] *est Deus noster, & non æstimabitur alius ad eum. Adinvenit omnem viam scientiæ, & dedit eam Jacob puero suo, & Israel* [1] *dilecto suo. Post hæc autem in terris visus fuit, & cum hominibus conversatus est.* Item, [b] *Deus manifeste veniet, Deus noster, & non silebit.* Et rursus, [c] *Videbitur Deus Deorum in Sion.* Et rursus, [d] *Deus Dominus & illuxit nobis.* Item, [e] *Subito veniet in templum suum Dominus quem vos quæritis, & Angelus testamenti quem vos vultis.* Item, [f] *Gaude vehementer filia Sion, prædica filia Jerusalem. Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus, & ascendens super subjugalem, & pullum* [2] *asinæ.* Quis vero regum umquam asino insidens, Hierosolymam ingressus est? Et rursus, [g] *Lætare & gaude filia Sion, quia ego venio, & habitabo in medio tui, dicit Dominus. Et confugient gentes multæ ad Dominum in die illa, & erunt ei in populum.* Et rursus, [h] *Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.* [3] Et rursus, [i] *Stabunt pedes ejus in die illa super montem olivarum, qui est contra Hierusalem ab Oriente.* Et post pauca, [k] *Ostendit* [4] *mihi Dominus Jesum sacerdotem magnum stantem ante faciem Angeli Domini: & diabolus stabat a dexteris ejus, ut adversaretur ei. Et dixit Dominus ad diabolum: Increpet Dominus in te diabole.* [l] *Et contestabatur Angelus Domini ad Jesum, dicens, Hæc dicit Dominus omnipotens:* [5] *Si viis meis ambulaveris, & præcepta mea custodieris; & tu* [6] *judicabis domum meam.* Et rursus, [m] *Audi ergo Jesu sacerdos magne.* Esaias, [n] *Manifestus factus sum* [7] *non quærentibus me; inventus sum ab his qui me non interrogabant.* ([8] Et rursus, [o] *Et Regem magnum videbitis.* Deum autem nemo videt.) Et rursus, [p] *Apparebit Dominus super eos, & disperdet omnes deos gentium.* Et rursus, [q] *Ecce adsum genti, qui non invocaverunt nomen meum.* David, [r] *Qui sedes super Cherubim, appare. Excita potentiam tuam, & veni, ut salvos facias nos.* Et rursus, [s] *Descendet sicut pluvia in vellus.* Quibus verbis significat, descensionem ejus fore quietam, ac sine strepitu; pluvia enim super terram descendens, strepitum facit, secus vero si super lanæ vellus descendat, Michæas, [t] *Et tu Bethlehem terra Juda nequaquam minima es in principibus Juda; ex te enim exibit mihi dux,* [9] *qui pascat populum meum Israel: & egressus ejus ab initio, ex diebus* [10] *sæculi.* Moyses, [u] *Prophetam suscitabit vobis* [11] *Dominus Deus vester ex fratribus vestris, sicut me; ipsum audietis juxta omnia, quæcumque locutus fuerit vobis: & erit, quicumque non audierit Prophetam illum, disperdetur.* Multi Prophetæ suscitati sunt, de quo ergo eorum

a Baruch III. 36-38. *b* Psal. XLIX. 3. *c* Psal. LXXXIII. 8. *d* Psal. CXVII. 27. *e* Malach. III. 1. *f* Zach. IX. 9. *g* Zach. II. 10. 11. *h* Malach. III. 1. Matth. XI. 10. *i* Zach. XIV. 4. *k* Zach. III. 1. 2. *l* Ibid. ℣. 6. *m* Ibid. ℣. 8. *n* Isa. LXV. 1. *o* Isa. XXXIII. 17. *p* Soph. II. 11. *q* Isa. LXV. 1. *r* Psal. LXXIX. 2. 3. *s* Psal. LXXI. 6. *t* Mich. V. 2. *u* Deut. XVIII. 15. 19.

1. Romana editio, eodem sensu remanente, nonnihil variat in verbis.

2. Ita & apud Justinum martyrem legitur; sed in editione LXX. Interpretum est, πῶλον νέον, *pullum novum*. atque ita etiam legitur apud Euseb. Demon. Evang. lib. 2. c. 2. n. 28. Justini tamen lectionem sequi videtur Irenæus lib. 4. adversus Hæres. cap. 66. & Cyprianus lib. 2. testim. cap. 29.

3. Hic incipit antiquior Vaticanus codex num. 1907.

4. Male recentior codex Vaticanus, ἔδειξέ μοι τὸν Ιησοῦν.

5. Codex antiquior, ἐὰν ἐν ταῖς ὁδοῖς, quam lectionem in aliquibus codicibus, & apud Hieronymum quoque reperiri notat Nobilius.

6. Male recentior codex, κ̀ σὺ δὲ διακρινεῖς.

7. In Romana LXX. Interpretum editione priore loco est, ἐπερωτῶσιν, posteriore, ζητοῦσιν, secus atque legit Justinus martyr in Dialogo cum Tryphone pag. 242. D. Hieronymus, & S. Cyprianus lib. 1. testimon. adversus Judæos cap. 21. itemque Irenæus lib. 3. adversus Hæreses cap. 3. qui cum Nysseno concordant.

8. Quæ semicirculis includuntur, desunt in recentiori Vaticano codice, & in alio, quo usus est Siphanus. Videtur autem respicere Nyssenus ad locum, ni fallor *Esaiæ* XXXIII. 17. ubi ait, *Regem cum gloria videbitis*.

9. Comma istud usque ad illa verba, κ̀ ἔξοδοι, non habetur in Romana LXX. Interpretum editione, nec apud Cyprianum lib. 2. testim. adversus Judæos cap. 12. sed nihilominus exstant apud Justinum in dialogo cum Tryphone pag. 303. & Tertullianum adversus Judæos cap. 13. Ceterum antiquior Vaticanus codex ante verbum, ἔξοδοι, articulum ponit.

10. Codex recentior, ἕως αἰῶνος. Ita & Siphani codex.

11. Hæc de Christo prophetia diversis verbis exprimitur

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 370.

ἀδελφῶν ὑμῶν, ὡς ἐμέ· αὐτοῦ ἀκούσεσθε κατὰ πάντα, ὅσα ἂν λαλήσει πρὸς ὑμᾶς· καὶ ἔσται ὃς ἂν μὴ ἀκούσῃ τοῦ προφήτου ἐκείνου, ἐξολοθρευθήσεται. Πολλοὶ ἀνέστησαν προφῆται. ἆρα περὶ ποίου αὐτῶν λέγει; οὗτος δὲ ὁ ἀναστησόμενος, ἆρα τὰ Μωσέως διδάξει, ἢ ἕτερα; εἰ μὲν τὰ Μωσέως, τί τὸ περίεργον, ἄλλον ἀναστῆναι, ἀρκοῦντος Μωσέως; εἰ δὲ ἕτερα, εἰπάτωσαν, καὶ ποῖα ἦν τὰ διδάγματα αὐτοῦ, καὶ τίς ὁ προφήτης; τῶν γὰρ νενομισμένων οὐδεὶς ἔξωθεν, ἢ ἐδίδαξεν, ἢ ᾔτησε παρ' αὐτῶν τι. καὶ αὐτὸς δὲ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ἐκύρωσε [1] τὴν περὶ ἑαυτοῦ προφητείαν, εἰπὼν, Ὀρθῶς πάντα ἐλάλησαν· προφήτην αὐτοῖς ἀναστήσω ἐκ μέσου τῶν ἀδελφῶν αὐτῶν, ὥσπερ σε· καὶ δώσω τὸ ῥῆμά μου ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. Σκόπει οὖν τὴν δύναμιν τοῦ ῥητοῦ· οὐδὲ γὰρ ἄλλῳ προφήτῃ εἶπε δεδωκέναι ῥῆμα· αὐτοὶ γὰρ δουλοπρεπῶς διακονοῦντες ἔλεγον, τάδε λέγει κύριος· αὐτὸς δὲ κατὰ τὸ πατρικὸν ἀξίωμα, ἔλεγε τῷ λεπρῷ, Θέλω, καθαρίσθητι· τοῖς τεθνεῶσι, [2] Νεανίσκε, σοὶ λέγω, ἐγέρθητι. καὶ, Λάζαρε δεῦρο ἔξω. τῇ θαλάσσῃ ἐπιτιμᾷ, καὶ τοῖς πνεύμασιν ἐν ἐξουσίᾳ, λέγων, σιώπα, πεφίμωσο. τί δὲ τὸ, προφήτην ὥσπερ σε· ἀντιπαραθέντες τὰ Μωσέως [3] τοῖς Χριστοῦ εὑρήσομεν ἐπὶ σχολῆς, καὶ αὐτὸ δὲ τὸ εἰρημένον ὑπὸ Μωσέως ἐν τῷ νόμῳ, ὅτι οὐκ ἔστιν ἐπ' αὐτῶν προσθεῖναι, καὶ οὐκ ἔστιν ἀπ' αὐτῶν ἀφελεῖν· εἶτα καὶ εἰπὼν, αὐτοῦ ἀκούσεσθε κατὰ πάντα, ὅσα ἂν λαλήσῃ πρὸς ὑμᾶς, σημαίνει [4] τὸ ὑπέροχον τοῦ προφητευομένου. [5] Ἡσαΐας Ἰδοὺ ὁ Θεὸς [6] ἡμῶν· ἰδοὺ κύριος μετὰ ἰσχύος ἔρχεται, καὶ ὁ βραχίων μετὰ κυρίας. Δαβίδ, Ὤμοσε κύριος τῷ Δαβὶδ ἀλήθειαν, καὶ οὐ μὴ ἀθετήσει [7] αὐτήν· ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας σου θήσομαι ἐπὶ τοῦ θρόνου σου. καὶ πάλιν, Διεθέμην διαθήκην τοῖς ἐκλεκτοῖς μου· ὤμοσα Δαβὶδ τῷ δούλῳ μου, ἕως τοῦ αἰῶνος ἑτοιμάσω τὸ σπέρμα σου· καὶ οἰκοδομήσω εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν τὸν θρόνον σου. Ἐν τοῖς παραλειπομένοις· Καὶ ἔσται ὅταν πληρωθῶσιν αἱ ἡμέραι σου, καὶ κοιμηθήσῃ μετὰ τῶν πατέρων σου. καὶ ἀναστήσω τὸ σπέρμα σου μετὰ σὲ, [8] ὃ ἔσται ἐκ τῆς κοιλίας σου, καὶ ἑτοιμάσω τὴν βασιλείαν αὐτοῦ· αὐτὸς οἰκοδομήσει μοι οἶκον· καὶ ἀνορθώσω τὴν βασιλείαν αὐτοῦ [9] εἰς τὸν αἰῶνα· ἐγὼ ἔσομαι αὐτῷ εἰς πατέρα, καὶ αὐτὸς ἔσται μοι εἰς υἱὸν, καὶ τὸ ἔλεός μου οὐκ ἀποστήσω ἀπ' αὐτοῦ, καθὼς ἀπέστησα ἀπὸ τῶν ἔμπροσθέν σου· καὶ πιστώσω αὐτὸν ἐν οἴκῳ μου· καὶ [10] ἡ βασιλεία αὐτοῦ ἕως αἰῶνος· καὶ ὁ θρόνος αὐτοῦ ἔσται ἀνωρθωμένος ἕως αἰῶνος. Σολωμὼν, Καὶ νῦν κύριε ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ, πιστωθήτω δὴ τὸ ῥῆμά σου [11] τῷ Δαβὶδ τῷ πατρί μου· εἰ ἀληθῶς κατοικήσει ὁ Θεὸς μετὰ ἀνθρώπων ἐπὶ τῆς γῆς. Ἰερεμίας, Καὶ ἄνθρωπός ἐστι· καὶ τίς γνώσεται αὐτόν; Ἀμὼς [12] ἐπικαλεῖσθαι τὸν Θεόν σου· ἑτοιμάζου Ἱερουσαλὴμ, ὅτι ἐγὼ στερεῶν βροντὴν, καὶ κτίζων πνεῦμα, [13] καὶ ἀποστέλλων εἰς ἀνθρώπους τὸν Χριστόν μου· ποιῶν ὄρθρον, καὶ ὁμίχλην, καὶ ἐπιβαίνων ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ τῆς γῆς. Μιχαίας, [14] ἀκούσατε λαοὶ πάντες λόγον, καὶ προσεχέτω ἡ γῆ, καὶ παν-

A loquitur? Qui vero suscitabitur, legem ne Moysis docebit, an aliam? Si Moysis quidem legem, ad quid supervacanea alterius suscitatio, cum Moyses sufficiat? Sin autem aliam, dicant quæ sit, & quænam ejus doctrina, & quinam Propheta ipse? Nemo enim alienigena quidquam earum rerum, quæ ad legem pertinent, vel petiit, vel edoctus fuit ab eis. Quin & universi Deus prædictionem de semet ipso factam [1] confirmavit, dum inquit, [a] *Recte omnia loquuti sunt. Prophetam eis suscitabo ex medio fratrum ipsorum, sicut te: & dabo verbum meum in ore ejus.* Perpende igitur vim hujus dicti; neque enim alii Prophetæ dixit se dedisse verbum; nam illi servorum more ministrantes, dicebant: *Hæc dicit Dominus*; hic vero B eadem, qua Pater, auctoritate leproso dicebat, [b] *Volo, mundus esto.* Mortuis quoque dicebat, [c] *Adolescens* [2] *tibi dico, surge*, &, [d] *Lazare, veni foras.* Comminatur mari, & spiritibus cum potestate dicit, [e] *Tace, obmutesce.* Quid autem sibi velit illud, *Prophetam sicut te*, si Moysis [3] legem cum Christi lege comparaverimus, nullo negotio intelligemus, simulque eorum verborum mentem assequemur, quæ Moyses in lege protulit, dum ait [f], non licere ad ejus mandata quidpiam adjicere, nec ab eisdem auferre. Præterea dum ait, *Ipsum audietis juxta omnia, quæcumque locutus fuerit vobis*, significat [4] excellentiam ejus de quo prædicebatur. [5] Esaias: [g] *Ecce Deus no-* [6] *noster: Ecce Dominus cum fortitudine venit, & bra-* C *chium cum dominatione.* David, [h] *Juravit Dominus David veritatem, & non frustrabitur* [7] *eam: de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.* Et rursus, [i] *Disposui testamentum electis meis: juravi David servo meo: Usque in æternum præparabo semen tuum, & ædificabo in generationem, & generationem sedem tuam.* In Paralipomenis, [k] *Et erit, quando impleti fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, & suscitabo semen tuum post te,* [8] *quod erit de ventre tuo, & parabo regnum ejus. Ipse ædificabit mihi domum, & erigam regnum ejus* [9] *in sæcula: Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium, & misericordiam meam non removebo ab eo, sicut removi ab iis qui erant ante te. Et fideliter statuam eum in domo mea:* D [10] *& regnum ejus usque in sæculum: & thronus ejus erit erectus usque in sæculum.* Salomon, [l] *Et nunc Domine Deus Israel, fidele sit quæso verbum tuum* [11] *David patri meo, si vere habitavit Deus, cum hominibus super terram.* Hieremias, [m] *Et homo est, & quis cognoscet eum?* Amos, [n] *Invoca* [12] *Deum tuum: præparare Jerusalem, quoniam ego firmans tonitruum, & creans spiritum,* [13] *& mittens ad homines Christum meum, faciens mane, & nebulam, & ascendens super excelsa terræ.* Michæas, [o] *Audite* [14] *populi omnes*

a Deut. XIII. 17. 18. *b* Matth. VIII. 3. *c* Luc. VII. 14. *d* Joan. XI. 43. *e* Marc. I. 25. *f* Deut. XII. 32.
g Isa. XL. 10. *h* Psal. CXXXI. 11. *i* Psal. LXXXVIII. 4. 5. *k* 1. Paral. XVII. 11-14. *l* II. Paral. VI. 17. 18.
m Hier. XVII. 9. juxta LXX. *n* Amos IV. 12. 13. *o* Mich. I. 2. 3.

in Romana LXX. Interpretum editione; sed Nyssenus lectionem sequitur, quæ habetur *Act.* III. 22.

1. Codex recentior, τὴν περὶ αὐτοῦ, quo pacto & Siphanus legit.

2. In eodem codice deest, νεανίσκε, nec ista vox in Siphani versione apparet.

3. Codex antiquior, τοῖς τοῦ Κυρίου.

4. Codex vetustior, ὑπερέχον.

5. Male recentior codex, Σοφονίας.

6. Siphani codex, ὑμῶν, *vester*, juxta LXX. Interpretum editionem.

7. Codex recentior, & Siphanus legit, αὐτὸν, ut etiam legitur apud Irenæum lib. 3. adversus hæreses cap. 9.

8. In editione LXX. Interpretum est, ὅς, *qui*.

9. Codex antiquior, ἕως εἰς τοὺς αἰῶνας.

10. Editio Romana LXX. Interpretum, καὶ ἐν βασιλείᾳ E αὐτοῦ, *Et in regno ejus*.

11. Eadem editio, ὃ ἐλάλησας τῷ παιδί σου τῷ Δαβὶδ, ὅτι εἰ ἀληθῶς, *Quod locutus es puero tuo David, quoniam si, &c.*

12. Codex recentior, & Siphani, ἐπικαλεῖσθαι, ut & sacer textus, qui habet, ἑτοιμάζου τοῦ ἐπικαλεῖσθαι τὸν Θεόν σου Ἰσραήλ· διότι ἰδοὺ ἐγὼ, &c. *Præparare ut invoces Deum tuum Israel. Quia ecce ego, &c.*

13. In LXX. Interpretum editione legitur, καὶ ἀπαγγέλλων εἰς ἀνθρώπους τὸν Χριστὸν αὐτοῦ. *Et adnuntians in homines Christum suum*, quam lectionem sequitur Tertullianus adversus Hermogenem cap. 32. adversus Marc. lib. 3. c. 6. & alibi.

14. Locus iste Michææ variat nonnihil in editis, præsertim in fine, ubi legunt edita, καὶ καταβήσεται, καὶ ἐπιβήσεται, *Et descendet, & ascendet super excelsa terræ.*

τες οἱ κατοικοῦντες ἐν αὐτῇ· καὶ ἔσαι κύριος ἐν ἡμῖν εἰς μαρτύριον· κύριος ἐκ ναοῦ ἁγίου αὐτοῦ, διότι ἰδοὺ κύριος ἐκπορεύεται ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ· καταβήσεται ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ τῆς γῆς. Ο Ιακὼβ ἐν ταῖς ἐντολαῖς, Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ιούδα, καὶ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ· ἕως ἂν ἔλθῃ [1] ᾧ ἀπόκειται, καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν. Βαλαάμ, Ανατελεῖ ἄστρον ἐξ Ιακὼβ, καὶ ἄνθρωπος ἐξ Ισραὴλ, καὶ θραύσει τοὺς ἀρχηγοὺς Μωὰβ, καὶ προνομεύσει τοὺς υἱοὺς [2] Σὴθ· καὶ ἔσται Εδὼμ κληρονομία ἐθνῶν. Δαβὶδ δὲ [3] τούτων οὐ περιεγένετο· εἰ δὲ περὶ τῶν ἐξ αὐτοῦ, ἔδει εἰπεῖν, ἀνατελοῦσιν ἄστρα ἐξ Ιακὼβ, καὶ ἡγούμενοι ἐξ Ισραήλ. Ησαΐας, Ιδοὺ ὁ δεσπότης κύριος σαβαὼθ συνταράξει τοὺς ἐνδόξους μετὰ ἰσχύος, καὶ οἱ ὑψηλοὶ τῇ ὕβρει συντριβήσονται, καὶ ταπεινωθήσονται οἱ ὑψηλοὶ, καὶ πεσοῦνται μαχαίρᾳ· ὁ δὲ λίβανος σὺν τοῖς ὑψηλοῖς πεσεῖται. καὶ ἐξελεύσεται ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ιεσσαὶ, καὶ ἄνθος ἐκ τῆς ῥίζης ἀναβήσεται, καὶ ἀναπαύσεται ἐπ᾽ αὐτὸν πνεῦμα Θεοῦ, πνεῦμα σοφίας καὶ συνέσεως, πνεῦμα βουλῆς καὶ ἰσχύος, πνεῦμα γνώσεως καὶ εὐσεβείας· ἐμπλήσει αὐτὸν πνεῦμα φόβου Θεοῦ. οὐ κατὰ τὴν δόξαν κρινεῖ, οὐδὲ κατὰ τὴν λαλιὰν ἐλέγξει· ἀλλὰ κρινεῖ [4] ταπεινῷ κρίσιν, καὶ ἐλέγξει τοὺς ἐνδόξους τῆς γῆς, καὶ πατάξει τὴν γῆν τῷ λόγῳ τοῦ στόματος αὐτοῦ, καὶ ἐν πνεύματι διὰ χειλέων ἀνελεῖ [5] ἀσεβῆ· καὶ ἔσαι δικαιοσύνῃ ἐζωσμένος τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ, καὶ ἀληθείᾳ εἰλειμμένος τὰς πλευρὰς αὐτοῦ. Καὶ μετ᾽ ὀλίγα, Καὶ ἔσαι ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἡ ῥίζα τοῦ Ιεσσαὶ, καὶ ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν· ἐπ᾽ αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσι, καὶ ἔσαι ἡ ἀνάπαυσις αὐτοῦ τιμή. Δαβὶδ, Ο θρόνος σου ὁ Θεὸς εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος· ῥάβδος εὐθύτητος, ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου· ἠγάπησας δικαιοσύνην καὶ ἐμίσησας ἀνομίαν, διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς, ὁ Θεός σου, ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου. Ορᾷς ὅτι ὁ Θεὸς χρίεται παρὰ τοῦ Θεοῦ· ἐνανθρωπίσας γὰρ γέγονεν ἀρχιερεὺς, καὶ ἀπόστολος τῆς ὁμολογίας ἡμῶν. καὶ μετ᾽ ὀλίγα, Καὶ σὺ κύριε τὴν γῆν ἐθεμελίωσας, καὶ ἔργα τῶν χειρῶν σου εἰσὶν οἱ οὐρανοί. αὐτοὶ ἀπολοῦνται, σὺ δὲ διαμένεις· καὶ πάντες ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσονται, καὶ ὡσεὶ περιβόλαιον ἑλίξεις αὐτοὺς, καὶ ἀλλαγήσονται. σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ, καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσιν. Τοῦ χρισθέντος δηλαδή.

verba, & auscultet terra, & omnes qui habitant in ea; & erit Dominus in vobis in testimonium, Dominus ex templo sancto suo; quoniam ecce Dominus egreditur de loco suo, & descendet super excelsa terræ. Jacob in mandatis, [a] *Non deficiet princeps ex Juda, nec dux de femoribus ejus, donec veniat* [1] *cui repositum est, Et ipse est exspectatio gentium.* Balaam, [b] *Orietur stella ex Jacob, & homo ex Israel: & percutiet duces Moab, & prædabitur filios* [2] *Seth, & erit Edom hereditas gentium.* David [3] autem hos non devicit. Quod si de ejus posteris hæc intelligenda essent, dicere oportebat, Orientur sidera ex Jacob, & duces ex Israel. Esaias, [c] *Ecce dominator Dominus sabaoth conturbabit gloriosos cum fortitudine, & excelsi superbia conterentur, & sublimes humiliabuntur, & cadent gladio. Libanus autem cum excelsis cadet.* [d] *Et egredietur virga de radice Jesse, & flos de radice ascendet: & requiescet super eum spiritus Dei, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilii & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis: replebit eum spiritus timoris Dei. Non secumdum gloriam judicabit, neque juxta sermonem arguet; sed judicabit* [4] *humili judicium, & arguet gloriosos terræ, & percutiet terram verbo oris sui, & in spiritu per labia interficiet* [5] *impium. Et erit justitia cinctus lumbum suum, & veritate involutus costas suas.* Et post pauca, [e] *Et erit in die illa radix Jesse, & qui consurgit, ut princeps sit gentium; in ipso gentes sperabunt, & erit requies ejus honor.* David, [f] *Sedes tua Deus in sæculum sæculi: virga directionis virga regni tui. Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem; propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo exsultationis præ participibus tuis.* Vides a Deo Deum ungi; humana enim carne assumta factus est [g] *pontifex & apostolus confessionis nostræ.* Et paullo post, [h] *Et tu Domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cæli. Ipsi peribunt, tu autem permanes; & omnes sicut vestimentum veterascent; & sicut opertorium volves eos, & mutabuntur. Tu autem idem ipse es: & anni tui non deficient:* qui, videlicet, unctus es.

γ'. Περὶ τῆς γεννήσεως αὐτοῦ τῆς ἐκ παρθένου.

Ησαΐας, Ιδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐμμανουὴλ, ὃ ἑρμηνεύεται μεθ᾽ ἡμῶν ὁ Θεός. καὶ πρὶν ἐπιγνῶναι πατέρα, ἢ μητέρα, λήψεται δύναμιν Δαμασκοῦ, καὶ τὰ σκῦλα Σαμαρείας ἔδεται. Καὶ Σολομὼν προφητικῶς, [6] Παῖς ἤμην εὐφυὴς, ψυχῆς τε ἔλαχον ἀγαθῆς· μᾶλλον δὲ ἀγαθὸς ὢν, ἦλθον εἰς σῶμα ἀμίαντον. [7] (τίς οὖν πρὸ γεννήσεως ἦν ἀγαθός; καὶ τίς ἦλθεν εἰς σῶμα ἀμίαντον;) Ησαΐας, Καὶ θελήσουσιν εἰ ἐγενήθησαν πυρίκαυστοι, ὅτι παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, υἱὸς καὶ ἐδόθη ἡμῖν, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ· [8] καὶ καλεῖται τὸ

III. De Nativitate ejus ex Virgine.

Esaias, [i] *Ecce virgo in utero habebit, & pariet filium, & vocabunt nomen ejus Emanuel,* [k] *quod interpretatur; Nobiscum Deus.* [l] *Et prius quam cognoscat Patrem, vel matrem, tollet virtutem Damasci, & spolia Samariæ comedet.* Et Salomon prophetice, [m] *Puer* [6] *eram ingeniosus, & sortitus sum animam bonam: magis autem cum essem bonus, veni ad corpus incoinquinatum.* [7] (Quis igitur ante nativitatem bonus erat, & quis venit in corpus incontaminatum?) Esaias, [n] *Et cupient, si fiant igne combusti. Quia parvulus natus est nobis, filius & datus est nobis, cujus principatus super humerum ejus,* [8] *&*

a Gen. XLIX. 10. b Num. XXIV. 17. 18. c Isa. X. 33. 34. d Isa. XI. 1-5. e Ibid. ℣. 10. f Psal. XLIV. 7. 8.
g Heb. III. 1. h Psal. CI. 26-28. i Isa. VII. 14. k Matth. I. 23. l Isa. VIII. 4. m Sap. VIII. 19. 20.
n Isa. IX. 5. 6.

1. Codex Siphani, & Vaticanus recentior, ὃ ἀπόκειται, *quod reservatur*, quam lectionem in Theodoreti scriptis codicibus servari testatur doctissimus Nobilius in notis ad hunc locum.
2. Codex recentior Vaticanus, & alius Siphani codex, τοὺς υἱοὺς σοῦ: sed hanc lectionem nec Vulgata, nec LXX. Interpretes probant.
3. Male codex recentior, περὶ τούτων οὐ παρεγένετο, quam lectionem secutus est Siphanus, vertit enim, *David autem de his rebus non advenit.*
4. Ita antiquior codex Vaticanus, & LXX. Interpretum editio. In recentiori, & apud Siphanum est, ταπεινῶν. Sed mox LXX. habent, ἐλέγξει τοὺς ταπεινοὺς τῆς γῆς. Irenæus tamen lib. 3. adversus hæreses cap. 10. legit, *Judicabit humili judicium, & arguet gloriosos terra.*
5. Codex recentior, ἀσεβεῖς.
6. Male in vetustiori codice Vaticano, παῖς ἤμην.
7. Quæ semicirculis includuntur, desunt in vetustiori codice Vaticano, librarii errore manifesto.
8. In recentiori codice Vaticano, & in eo, quo usus est

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

ὄνομα αὐτοῦ μεγάλης βουλῆς ἄγγελος, θαυμαστὸς, A σύμβουλος, Θεὸς ἰσχυρὸς, ἐξουσιαστὴς, ἄρχων εἰρήνης, πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. Καὶ πάλιν, Ἰδοὺ ἡ [1] δάμαλις τέτοκε, καὶ οὐ τέτοκε, τοῦτο δὲ δηλοῖ τὴν παρθένον. Καὶ πάλιν, Βούτυρον, καὶ μέλι φάγεται· [2] Τούτῳ γὰρ ἐτρέφετο κατιούσης τῆς μητρὸς αὐτοῦ ἀπὸ τῆς ἀπογραφῆς· ὕστερον γὰρ ἐπόρησεν γάλακτος. Καὶ πάλιν, Οὕτως λέγει κύριος σαβαώθ· ἐκοπίασεν Αἴγυπτος, καὶ ἐμπορία Αἰθιόπων· καὶ οἱ Σαβαεὶμ ἄνδρες ὑψηλοὶ ἐπὶ σὲ [3] διαβήσονται, καὶ σοὶ ἔσονται δοῦλοι, καὶ ὀπίσω σου ἀκολουθήσουσι δεδεμένοι χειροπέδαις, καὶ διαβήσονται πρὸς σὲ, καὶ προσκυνήσουσί σοι, καὶ ἐν σοὶ προσεύξονται· ὅτι ὁ Θεὸς ἐν σοί ἐστι, καὶ οὐκ ἔστι Θεὸς πλὴν σοῦ· σὺ γὰρ εἶ Θεὸς, καὶ οὐκ ᾔδειμεν· Θεὸς [4] τοῦ Ἰσραὴλ B σωτήρ. Ἰεζεκιὴλ, Καὶ ἐπέτρεψέ με κύριος κατὰ τὴν ὁδὸν τῆς πύλης τῆς βλεπούσης κατὰ ἀνατολὰς, καὶ αὕτη ἦν κεκλεισμένη· καὶ εἶπε κύριος πρὸς μέ· υἱὲ ἀνθρώπου ἡ πύλη αὕτη κεκλεισμένη ἔσται, καὶ οὐδεὶς οὐ μὴ διέλθῃ δι' αὐτῆς, ὅτι κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ [5] εἰσελεύσεται, καὶ ἐξελεύσεται δι' αὐτῆς, καὶ ἔσται κεκλεισμένη. Ἡσαΐας, [6] Ἐκ κοιλίας μητρὸς ἐκάλεσα τὸ ὄνομα αὐτοῦ μάχαιραν ὀξεῖαν. Δανιὴλ, Ἰδοὺ ἐτμήθη λίθος ἄνευ χειρῶν, καὶ ἐπάταξε τὸν ἀνδριάντα, καὶ ἐγένετο εἰς ὄρος μέγα, καὶ ἐπλήρωσε τὴν οἰκουμένην. Ὁ οὖν τμηθεὶς λίθος ἄνευ χειρὸς, ἔστιν ὁ γεννηθεὶς ἄνευ σπορᾶς ἀνδρός. Ἡσαΐας πάλιν, Ἄκουε οὐρανὲ, καὶ ἐνωτίζου ἡ γῆ, ὅτι κύριος ἐλάλησεν· υἱοὺς ἐγέννησα, καὶ ὕψωσα, αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν· C ἔγνω βοῦς τὸν κτησάμενον, καὶ ὄνος τὴν φάτνην τοῦ κυρίου αὐτοῦ· Ἰσραὴλ δέ με οὐκ ἔγνω, οὐδὲ ὁ λαός με συνῆκε. Καὶ πάλιν, Λάβε [7] τόμον καινοῦ χάρτου μεγάλου, καὶ γράψον ἐν αὐτῷ γραφίδι ἀνθρώπου, τοῦ ὀξέως προνομὴν ποιῆσαι σκύλων· καὶ προσῆλθον πρὸς τὴν προφῆτιν, καὶ ἐν γαστρὶ ἔλαβε, καὶ ἔτεκεν υἱόν· καὶ εἶπέ μοι κύριος, κάλεσον τὸ ὄνομα αὐτοῦ, ταχέως σκύλευσον, ὀξέως προνόμευσον. Τόμον οὖν καινὸν νοοῦμεν τὴν παρθένον, ὥσπερ γὰρ ὁ χάρτης καινός ἐστι καθαρὸς, ἄγραφος ὢν, οὕτως καὶ ἡ παρθένος ἁγία ἀμύητος ἀνδρός. Καὶ πάλιν, [8] Πᾶν ἄρσεν διανοῖγον μήτραν, ἅγιον τῷ κυρίῳ κληθήσεται. Οὐδὲν δὲ ἄρσεν διανοίγει μήτραν, ἀλλ' ἡ κοινωνία ἀνδρὸς πρὸς γυναῖκα· τὸ οὖν εἰρημένον, περὶ τοῦ κυρίου νοητέον. D συμβαίνει δὲ πολλοὺς τῶν πρωτοτόκων εἶναι ἀσεβεῖς, καὶ ἁμαρτωλούς· πῶς οὖν οὗτοι ἅγιοι τῷ κυρίῳ, διὰ τοῦτο καὶ ἄμωμοι; διὰ τί δὲ μὴ καὶ πᾶν θῆλυ; δῆλον οὖν, ὅτι αὐτὸς [9] ἅγιος καὶ ἄμωμος μόνος. Δαβὶδ, Μήτηρ Σιὼν ἐρεῖ, ἄνθρωπος, καὶ ἄνθρωπος ἐγεννήθη ἐν αὐτῇ, καὶ αὐτὸς ἐθεμελίωσεν αὐτὴν ὁ ὕψιστος.

A *vocatur nomen ejus magni consilii angelus, admirabilis, consiliarius, Deus fortis, potens, princeps pacis, pater futuri sæculi.* Et rursus, *Ecce juvenca peperit & non* [1] *peperit.* Hoc autem virginem denotat. Et rursus, [a] *Butyrum, & mel comedet:* [2] his enim rebus alebatur, cum descenderet mater ejus a censu; nam postea abundavit lacte. Et rursus, [b] *Sic dicit Dominus sabaoth: Laboravit Ægyptus & negotiatio Æthiopum, & Sabaim viri excelsi ad te transibunt, & tui erunt servi, & post te sequentur vincti manicis, &* [3] *transibunt ad te, & adorabunt te, & in te orabunt: qnoniam in te Deus est, & non est Deus absque te. Tu enim Deus es, & nesciebamus,* [4] *Deus Israel salvator.* Ezechiel, [c] *Et* B *convertit me Dominus ad viam portæ respicientis ad orientem, & hæc erat clausa: Et dixit Dominus ad me: Fili hominis, porta hæc clausa erit, & nemo transibit per eam; quoniam Dominus Deus Israel* [5] *ingredietur, & egredietur per eam, & erit clausa.* Esaias, [d] *Ex* [6] *utero matris vocavi nomen ejus gladium acutum.* Daniel, [e] *Ecce abscissus est lapis sine manibus, & percussit statuam,* [f] *& factus est in montem magnum, & implevit universam terram.* Lapis igitur abscissus sine manibus, illum utique significat, qui genitus est absque viri semine. Esaias iterum, [g] *Audi cælum, & auribus percipe terra, quia Dominus locutus est: Filios genui & exaltavi, ipsi autem spreverunt me. Cognovit bos possessorem,* C *& asinus præsepe domini sui: Israel autem me non cognovit, & populus me non intellexit.* Et rursus, [h] *Sume* [7] *tibi tomum novæ chartæ magnæ, & scribe in eo hominis stylo, ut velociter deprædationem faciat spoliorum. Et accessi ad prophetissam; & in utero concepit & peperit filium. Et dixit Dominus mihi: Voca nomen ejus, Cito spolia, velociter deprædare.* Tomum igitur novum de Virgine intelligimus; quemadmodum enim nova charta pura est, cum nihil in ea scriptum est, ita & sancta Virgo viri consuetudinis expers est. Et iterum, [i] *Omne* [8] *masculinum adaperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur.* Nullus autem masculus aperit vulvam, sed consuetudo viri cum muliere: igitur dictum illud de Do- D mino est intelligendum. Contingit autem ut primogeniti non pauci impii sint & peccatores. Quomodo igitur omnes ii sancti erunt Domino, & propterea inculpati? Cur item non omne etiam femininum sanctum Domino vocabitur? Manifestum igitur est, ipsum [9] solum sanctum esse, & inculpatum. David, [k] *Mater Sion dicet: Homo & homo natus est in ea, & ipse fundavit eam Altissimus.*

a Isa. VII. 15. *b* Isa. XLV. 14. 15. *c* Ezech. XLIV. 1. 2. *d* Isa. XLIX. 1. *e* Dan. II. 34. *f* Ibid. ✝. 35. *g* Isa. I. 2. 3. *h* Isa. VIII. 1-3. *i* Exod. XIII. 2. Num. VIII. 17. *k* Psal. LXXXVI. 5.

Siphanus, καὶ καλεῖται τῆς μεγάλης βουλῆς ἄγγελος, Θεὸς ἰσχυρός; sed vetustioris Vaticani codicis lectionem, quam secuti sumus, plerique codices, & non pauci antiqui Patres exhibent. Vide Nobilium in adnotationibus ad eumdem locum.

1. Locum hunc non memini me legisse apud Esaiam, aut alium quempiam Prophetam. Δάμαλις autem vox, pro juvenca, sæpe reperitur apud LXX. Interpretes. Quare mirum est vel id ignorasse Siphanum, vel legendum censuisse δύναμις; nam alieno prorsus sensu interpretatus est, *virtus*.

2. Similia habet Nyssenus in oratione in illud Apostoli, *Quando sibi subjecerit omnia, tunc ipse quoque filius subjicietur ei*: ubi non longe ab initio hæc inquit, *Et quomodo cum esset infans, infantilem accepit cibum, butyrum & mel comedens;* E *ita etiam cum processisset ad adolescentiam, non recusavit, id quod huic ætati erat congruens & conveniens.*

3. Codex recentior, καταβήσονται. Ita & Siphani codex.

4. Iidem codices legunt, Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ καὶ σωτήρ.

5. Romana LXX. Interpretum editio, εἰσελεύσεται δι' αὐτῆς, *Ingredietur per eam*; cetera desunt.

6. Romana LXX. Interpr. editio aliter legit, *Ex utero matris meæ vocavit nomen meum, & posuit os meum quasi gladium acutum.*

7. Hanc lectionem a LXX. Interpr. editione diversam in quibusdam codicibus reperiri testatur Nobilius in notis ad hunc locum.

8. Hunc Exodi locum iisdem prope verbis laudat Tertullianus in lib. de carne Christi cap. 22.

9. Codex recentior, ἅγιος μόνος. Ita & Siphani codex.

A

δ'. Περὶ θαυμάτων, ὧν ἔμελλε ποιεῖν ἐνανθρωπίσας ὁ κύριος.

[1] ΙΕρεμίας, Ἰδοὺ τέθεικά σε εἰς διαθήκην γένους, καὶ εἰς φῶς ἐθνῶν, τοῦ καταστῆσαι τὴν γῆν, καὶ κληρονομῆσαι [2] κληρονομίαν ἐρήμου, λέγων τοῖς ἐν δεσμοῖς, ἐξέλθετε, καὶ τοῖς ἐν τῷ σκότει, ἀνακαλύφθητε. Καὶ ὅτι οὐ περὶ ψιλοῦ ἀνθρώπου λέγει, αὐτὸς ἦν ὁ εἰπών, Οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν. Ἡσαΐας, Ἰσχύσατε χεῖρες ἀνειμέναι, καὶ γόνατα παραλελυμένα· παρακαλέσατε οἱ ὀλιγόψυχοι τῇ διανοίᾳ· ἰσχύσατε, μὴ φοβεῖσθε· ἰδοὺ ὁ Θεὸς ἡμῶν, ἰδοὺ κύριος μετὰ ἰσχύος ἔρχεται. Καὶ πάλιν, Τότε ἀνοιχθήσονται ὀφθαλμοὶ τυφλῶν, B καὶ ὦτα κωφῶν ἀκούσονται· τότε ἁλεῖται, ὡς ἔλαφος, ὁ χωλὸς, καὶ τρανὴ ἔσται γλῶσσα [3] μογιλάλων. Καὶ πάλιν, Πνεῦμα κυρίου ἐπ' ἐμὲ, οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με, εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με, κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν.

IV. *De Miraculis, quæ, humana carne assumta, Dominus editurus erat.*

[1] Hieremias, [a] *Ecce posui te in testamentum generis, in lucem gentium, ut constitueres terram, & possideres* [2] *hereditatem deserti, dicens his qui in vinculis sunt, exite; & his, qui in tenebris, revelamini.* Hæc autem de puro putoque homine ab ipso non dici, inde patet, quod ipse erat, qui dixit, [b] *Hic est Deus noster, & non æstimabitur alius ad eum.* Esaias, [c] *Confortamini manus remissæ, & genua dissoluta; consolamini vos, pusillanimes mente, confortamini, nolite timere.* [d] *Ecce Deus noster. Ecce Dominus cum fortitudine venit.* Et rursus, [e] *Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum audient: tunc saliet claudus, sicut cervus, & expedita erit lingua* [3] *balborum.* Et rursus, [f] *Spiritus Domini super me, propter quod unxit me: evangelizare pauperibus misit me, prædicare captivis remissionem, & cæcis visum.*

ε'. Περὶ προδοσίας.

ΔΑβίδ, Ὁ ἐσθίων ἄρτους μου ἐμεγάλυνεν ἐπ' ἐμὲ πτερνισμόν.

V. *De proditione.*

DAvid, [g] *Qui comedebat panes meos, magnificavit super me supplantationem.*

ς'. Περὶ πάθους.

C

ΛΑός μου, οἱ μακαρίζοντες ὑμᾶς πλανῶσιν ὑμᾶς, καὶ τὴν τρίβον τῶν ποδῶν ὑμῶν ἐκταράσσουσιν· ἀλλὰ νῦν καταστήσεται κύριος εἰς κρίσιν, καὶ στήσει [4] τὸν λαὸν αὐτοῦ εἰς κρίσιν· αὐτὸς κύριος εἰς κρίσιν ἥξει μετὰ τῶν πρεσβυτέρων τοῦ λαοῦ, καὶ μετὰ τῶν ἀρχόντων αὐτῶν. Δαβίδ, Ἵνα τί ἐφρύαξαν ἔθνη, καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά; παρέστησαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ οἱ ἄρχοντες συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ, κατὰ τοῦ κυρίου, καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ. Ἱερεμίας, Πνεῦμα προσώπου ἡμῶν [5] Θεὸς κύριος συνελήφθη ἐν ταῖς διαφθοραῖς αὐτῶν, οὗ εἴπομεν, ἐν τῇ σκιᾷ αὐτοῦ ζησόμεθα ἐν τοῖς ἔθνεσιν. Ἡσαΐας, Αὐτὸς τὰς ἀνομίας ἡμῶν φέρει, καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται· καὶ ἡμεῖς ἐλογισάμεθα αὐτὸν ἐν πόνῳ, καὶ ἐν πληγῇ, D καὶ ἐν κακώσει· αὐτὸς δὲ ἐτραυματίσθη διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ μεμαλάκισται διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν. παιδεία εἰρήνης ἡμῶν ἐπ' αὐτόν· τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν. πάντες ὡς πρόβατα ἐπλανήθημεν· [6] ἕκαστος τὴν ὁδὸν αὐτοῦ ἐπλανήθη· καὶ κύριος παρέδωκεν αὐτὸν διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν· καὶ αὐτὸς διὰ τὸ κεκακῶσθαι οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα. ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη· καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείραντος αὐτὸν, ἄφωνος· οὕτως οὐκ ἀνοίγει [7] τὸ στόμα αὐτοῦ ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ· ὅτι αἴρεται ἀπὸ τῆς γῆς ἡ ζωὴ αὐτοῦ· ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν τοῦ λαοῦ μου, ἤχθη εἰς θάνατον. καὶ δώσω τοὺς πονηροὺς ἀντὶ ταφῆς αὐτοῦ, καὶ τοὺς πλουσίους ἀντὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ,

VI. *De Passione.*

POpule meus [h], *qui beatos vos dicunt decipiunt vos, & semitam pedum vestrorum turbant. Sed nunc stabit in judicio Dominus, & statuet ad judicium* [4] *populum suum. Ipse Dominus ad judicium veniet cum senioribus populi, & cum principibus ejus.* David, [i] *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Adstiterunt reges terræ, & principes convenerunt in unum, adversus Dominum, & adversus Christum ejus.* Hieremias, [k] *Spiritus faciei nostræ* [5] *Deus Dominus captus est in corruptionibus ipsorum, de quo diximus: in umbra ejus vivemus in gentibus.* Esaias, [l] *Ipse peccata nostra portat, & pro nobis dolet, & nos reputavimus eum esse in labore, & in plaga, & in afflictione. Ipse autem vulneratus est propter peccata nostra, & infirmatus est propter iniquitates nostras. Disciplina pacis nostræ super eum: livore ejus nos sanati sumus. Omnes, quasi oves erravimus;* [6] *unusquisque a via sua aberravit, Et Dominus tradidit ipsum propter peccata nostra: & ipse propter afflictionem non aperit os. Sicut ovis ad victimam ductus est, & sicut agnus coram tondente se mutus, sic non aperit* [7] *os suum in humiliatione ejus. Quia tollitur de terra vita ejus: ab iniquitatibus populi mei ductus est ad mortem. Et dabo malos pro*

a Isa. XLIX. 6-8. *b* Bar. III. 36. *c* Isa. XXXV. 3. 4. *d* Isa. XL. 9. 10. *e* Isa. XXXV. 5. 6. *f* Isa. LXI. 1.
g Psal. XL. 10. *h* Isa. III. 12-14. *i* Psal. II. 1. 2. *k* Thren. IV. 20. *l* Isa. LIII. 4-9.

1. Locus iste non Hieremiæ, sed Esaiæ est; eum tamen pro Hieremiæ loco accepisse Nyssenum, vel inde patet, quod Baruch testimonium, tamquam unius ejusdemque Prophetæ subjungat: Baruch autem sæpe ab antiquis sub Hieremiæ nomine laudari solet.

2. Codex recentior, *κληρονομίαν, λέγων*. Ita & Siphani codex. Sed in editione LXX. Interpr. est, *κληρονομίας ἐρήμους, hereditates desertas.*

3. Codex antiquior, *μογιλάλου.*

4. Codex antiquior, *τὸν λαὸν εἰς κρίσιν.*

5. Codex recentior, itemque codex, quo usus est Siphanus, habet *ἡμῶν κύριος*: sed in editione LXX. Interpr. est, *Χριστὸς κύριος*, quam lectionem Justinus, Irenæus, Cyprianus, & Tertullianus sequuntur.

6. In editione LXX. Interpretum est, *ἄνθρωπος τῇ ὁδῷ* E *αὐτοῦ*, & mox, *παρέδωκεν αὐτὸν ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν*, lectionem utramque sequitur Justinus Martyr in Apol. 2. pag. 86. & in dialogo cum Tryphone pag. 230. itemque alii; sed posteriori similem lectionem ex Hieronymo, & Cypriano in lib. 2. Testim. adversus Judæos cap. 13. refert Nobilius in notis ad hunc locum. Ceterum in recentiori Vaticano, & in alio Siphani codice male legitur, *παρέδωκεν ἑαυτόν*.

7. Hoc in loco longe diversa est LXX. Interpretum editio, quæ ita se habet, *οὕτως οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα. Ἐν τῇ ταπεινώσει ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη. Sic non aperit os. In humilitate judicium ejus sublatum est.* Hanc autem lectionem sequuntur Justinus Martyr, Irenæus, Tertullianus, & Cyprianus ceterique, nisi quod habent, *οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτοῦ, Non aperit os suum.* Sed Nyssenus videtur hic in epitomen redegisse Esaiæ verba.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

ὅτι ἀνομίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ [1] εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. Καὶ μετά τινα, Διὰ τοῦτο αὐτὸς κληρονομήσει πολλοὺς, καὶ τῶν ἰσχυρῶν μεριεῖ σκῦλα· ἀνθ᾽ ὧν παρεδόθη εἰς θάνατον ἡ ψυχὴ αὐτοῦ· ὅτι ἀνομίαν οὐκ ἐποίησε, καὶ ἐν τοῖς ἀνόμοις ἐλογίσθη· καὶ αὐτὸς ἁμαρτίας πολλῶν ἀνήνεγκε, καὶ διὰ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν παρεδόθη. [2] Ἐκ τούτων δῆλον, ὅτι οὐ περὶ τοῦ λαοῦ τοῦ ἀπαχθέντος ἐν Βαβυλῶνι ὁ προφήτης λέγει, ὥς τινες ὑπέλαβον. πῶς γὰρ ἂν ὁ λαὸς, ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν τοῦ λαοῦ ἤχθη εἰς θάνατον; ἢ ποῖος λαὸς, καὶ ποίου λαοῦ; Καὶ πάλιν, Τὸν νῶτόν μου ἔδωκα εἰς μάστιγας· τὰς δὲ σιαγόνας μου εἰς ῥαπίσματα. τὸ δὲ πρόσωπόν μου οὐκ ἀπέστρεψα ἀπὸ αἰσχύνης ἐμπτυσμάτων. Καὶ πάλιν, οὐκ εἶχεν εἶδος, οὐδὲ κάλλος, ἀλλὰ τὸ εἶδος αὐτοῦ ἄτιμον, ἐκλεῖπον παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. Καὶ πάλιν ὁ ταῦτα εἰπὼν, εἶπε, Τὴν δὲ γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; Δαβὶδ, Ὅτι ἐκύκλωσάν με κύνες πολλοί· συναγωγὴ πονηρευομένων περιέσχον με. ὤρυξαν χεῖράς μου, καὶ πόδας μου· ἐξηρίθμησαν πάντα τὰ ὀστᾶ μου. αὐτοὶ δὲ κατενόησαν, καὶ ἐπεῖδόν με· διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον. Ἱερεμίας, Ἐγὼ δὲ ὡς ἀρνίον ἄκακον ἀγόμενον τοῦ θύεσθαι, οὐκ ἔγνων. Καὶ πάλιν, Δεῦτε καὶ ἐμβάλλωμεν ξύλον εἰς τὸν ἄρτον αὐτοῦ· καὶ ἐκτρίψωμεν αὐτὸν [3] ἀπὸ τῶν ζώντων, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ οὐ μὴ μνησθῇ ἔτι. Ζαχαρίας, Καὶ ἔλαβον τὰ τριάκοντα ἀργύρια τὴν τιμὴν τοῦ τετιμημένου, ὃν ἐτιμήσαντο ἀπὸ υἱῶν Ἰσραήλ· καὶ ἔδωκαν αὐτὰ εἰς τὸν ἀγρὸν τοῦ κεραμέως, καθὰ συνέταξέ μοι κύριος.

A *sepultura ejus, & divites pro morte illius. Quia iniquitatem non fecit, neque* [1] *dolus inventus est in ore suo.* Et paullo post, [a] *Propterea ipse possidebit multos, & fortium dividet spolia: pro eo quod tradita est ad mortem anima ejus: quoniam iniquitatem non fecit, & in iniquis reputatus est: & ipse peccata multorum tulit, & propter iniquitates eorum traditus est.* [2] Ex his patet, Propheram non loqui de populo, qui in Babylonem adductus est, sicut nonnulli suspicati sunt. Quomodo enim populus propter peccata populi ductus est ad mortem, aut quis populus, & ob cujus populi peccata id passus est? Et iterum, [b] *Dorsum meum dedi ad flagella, & genas meas ad alapas, & faciem meam non averti a con-* B *fusione sputorum.* Et rursus, [c] *Non habebat speciem, neque decorem; sed species ejus inhonorata, & deficiens præ filiis hominum.* Et rursus cum hæc dixisset, ait, [d] *Generationem ejus quis enarrabit?* David, [e] *Quoniam circumdederunt me canes multi, concilium malignantium obsedit me. Foderunt manus meas, & pedes meos: dinumeraverunt omnia ossa mea. Ipsi vero consideraverunt & inspexerunt me: diviserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem.* Hieremias, [f] *Ego autem quasi agnus innocens ductus ad immolandum, non cognoscebam.* Et rursus, [g] *Venite, & mittamus lignum in panem ejus, & exteramus eum* [3] *e viventibus, & nomen ejus non memoretur amplius.* Zacharias; [h] *Et acceperunt tri-* C *ginta argenteos pretium appretiati, quem appretiaverunt a filiis Israel, & dederunt eum in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus.*

ζ'. Περὶ τοῦ σταυροῦ, καὶ τοῦ γενομένου σκότους.

VII. De Cruce, & tenebris, quæ in Christi morte factæ sunt.

[4] ΟΨεσθε τὴν ζωὴν ὑμῶν κρεμαμένην ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν ὑμῶν, καὶ οὐ μὴ πιστεύσητε, ἐάν τις ἐκδιηγεῖται ὑμῖν· τὸ πρωῒ ἐρεῖς, πῶς ἐγένετο ἑσπέρα, καὶ τὸ ἑσπέρας, πῶς ἐγένετο πρωΐ. Ἀμὼς, Καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, λέγει κύριος ὁ Θεὸς, δύσεται ὁ ἥλιος μεσημβρίας, καὶ συσκοτάσει ἐν ἡμέρᾳ τὸ φῶς. Ἱερεμίας, Ἐπέδυσεν ὁ ἥλιος ἔτι μεσούσης τῆς ἡμέρας. Ἡσαΐας, Ὅλην τὴν ἡμέραν διεπέτασα τὰς χεῖράς μου πρὸς λαὸν ἀντιλέγοντα, καὶ ἀπειθοῦντα. Καὶ πάλιν, Ἄρατε σύσσημον εἰς τὰ ἔθνη. Καὶ πάλιν, Καὶ τότε ταῦτα συντελεσθήσεται, λέγει κύριος, [5] ὅταν ξύλον ξύλων κλιθῇ, καὶ ἀναστῇ, καὶ ὅταν ἐκ ξύλου αἷμα στάξει. Ζαχαρίας, Καὶ ἔσται, ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ οὐκ ἔσται φῶς· καὶ ἡ ἡμέρα ἐκείνη γνωστὴ τῷ κυρίῳ· καὶ οὐχ ἡμέρα, [6] καὶ οὐ νὺξ, τὸ πρὸς ἑσπέραν ἔσται φῶς. Δαβὶδ, Καὶ ὑπέμεινα συλλυπούμενον, καὶ οὐχ ὑπῆρξε, καὶ [7] παρακαλοῦντα, καὶ οὐχ εὗρον· καὶ ἔδωκαν εἰς τὸ βρῶμά μου χολὴν, καὶ εἰς τὴν δίψαν μου ἐπότισάν με ὄξος. ὧν οὐδὲν ἔχουσι ἐπὶ Δαβὶδ δεῖξαι γενόμενον. Καὶ πάλιν, Ἔθεντό με ἐν λάκκῳ κατωτάτῳ. Ζαχαρίας, Ῥομφαία ἐξεγέρθητι [8] ἐπὶ τὸν ποι-

[4] *Videbitis* [i] *vitam vestram pendentem ante oculos vestros, & non credetis, si quis enarraverit vobis. Mane dices: quomodo facta est vespera? Et vesperi: quomodo factum est mane?* Amos, [k] *Et erit in die illa dicit Dominus Deus. Occidet sol meridie, & contenebrescet in die lux.* Hieremias, [l] *Occidit sol, cum adhuc medius dies esset.* Esaias, [m] *To-* D *ta die expandi manus meas ad populum incredulum, & contradicentem.* Et rursus, [n] *Levate signum in gentes.* Et rursus, *Et tunc hæc consummabuntur dicit Dominus,* [5] *quando lignum lignorum inclinatus fuerit, & resurget, & quando e ligno sanguis distillabit.* Zacharias, [o] *Et erit, in die illa non erit lux: & dies illa nota Deo: & non dies,* [6] *neque nox; ad vesperam erit lux.* David, [p] *Et sustinui, qui simul contristaretur, &* [7] *qui consolaretur, & non inveni, & dederunt in escam meam fel, & in siti mea potaverunt me aceto.* Quorum omnium nihil Davidi contigisse possunt ostendere. Et rursus; [q] *Posuerunt me in lacu infimo.* Zacharias, [r] *Framea consurge* [8] *su-*

a Isa. LIII. 12. *b* Isa. L. 6. *c* Isa. LIII. 3. *d* Ibid. ℣. 8. *e* Psal. XXI. 17-19. *f* Jer. XI. 19. *g* Ibid. *h* Zach. XI. 12. apud Matth. XXVII. 10. *i* Deut. XXVIII. 66. 67. *k* Amos VIII. 9. *l* Jer. XV. 9. *m* Isa. LXV. 2. *n* Isa. LXII. 10. *o* Zac. XIV. 6. 7. *p* Psal. LXVIII. 21. 22. *q* Psal. LXXXVII. 7. *r* Zach. XIII. 7.

1. Verbum, εὑρέθη, deest in editione LXX. Interpretum, sed habetur apud Justinum, & apud alios, quos laudat Nobilius in notis, quibus adde Tertullianum adversus Judæos cap. 10.

2. Codex antiquior, ἐκ τούτων.

3. Editio LXX. Interpr. ἀπὸ γῆς ζώντων, quam lectionem sequuntur Justinus in Dialog. cum Tryphone pag. 299. Tertullianus, Cyprianus, & alii.

4. Diversa est hujus loci lectio tam in editione LXX. Interpretum, quam apud Justinum, Tertullianum, & alios.

5. In Vaticano recentiore, & in alio Siphani codice legitur, λέγει κύριος, ὅτι ἐκ ξύλων αἷμα στάξει, *Dicit Dominus, quia de lignis sanguis stillabit.* Ceterum hic locus apud E Hieremiam non legitur; sed verba illa, *Et de ligno sanguis distillabit*, reperiuntur in Esdræ lib. 4. cap. 5. 5. An autem Nyssenus ad hunc Esdræ locum respexerit, videant Eruditi. Antiquos sane Patres quartum Esdræ librum fusiorem, quam nunc sit, habuisse, ex locis quos ex eodem libro laudat Ambrosius in libro *de bono mortis*, lucide apparet.

6. Codex antiquior, καὶ οὐχὶ νὺξ. Sequitur in editione LXX. Interpretum, καὶ πρὸς ἑσπέραν atque ita Cyprianus quoque legit.

7. In recentiori Vaticano, & apud Siphanum male, παρακαλοῦντας, καὶ οὐχ εὗρον· ἔδωκαν.

8. In vulgata LXX. Interpr. editione legitur, ἐπὶ τὸν

μένα, καὶ ἐπ' ἄνδρα τοῦ λαοῦ μου· πάταξον τὸν ποιμένα μου, καὶ διασκορπισθήσονται τὰ πρόβατα τῆς ποίμνης. Καὶ πάλιν, Καὶ ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, ἔσαι τὸ [1] ἐπὶ τὸν χαλινὸν τῦ ἵππυ ἅγιον τῷ κυρίῳ.

A per pastorem, & in virum populi mei. Percute pastorem meum, & dispergentur oves gregis. Et rursus, [a] *Et in die illa erit, quod* [1] *super frenum equi est, sanctum Domino.*

η'. Περὶ ἀναστάσεως Χριστοῦ.

Δαβὶδ τὴν ἀνάστασιν αὐτοῦ προορῶν ἔλεγεν· Ἐξεγέρθητι, ἵνα τί ὑπνοῖς κύριε· ἀνάστηθι, καὶ μὴ ἀπώσῃ εἰς τέλος. Καὶ πάλιν, Ἀνάστα κύριε, σῶσόν με ὁ Θεός μου. Καὶ πάλιν, Ἀνάστα κύριε βοήθησον ἡμῖν, καὶ λύτρωσαι ἡμᾶς ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου. Καὶ πάλιν, Ἀνάστα κύριε, κρῖνον τὴν γῆν, ὅτι σὺ κατακληρονομήσεις ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι. Ἡσαΐας, Νῦν ἀναστήσομαι λέγει κύριος, νῦν δοξασθήσομαι, [2] νῦν ὑψωθήσομαι, νῦν ὄψεσθε, νῦν σωθήσεσθε· ματαία ἔσται ἡ ἰσχὺς τοῦ πνεύματος ὑμῶν. Ὠσηὲ, Καὶ ζητήσουσι τὸ πρόσωπόν μου ἐν θλίψει αὐτῶν, [3] καὶ ὀρθριοῦσι πρός με, λέγοντες, πορευθῶμεν καὶ ἐπιστρέψωμεν πρὸς κύριον τὸν Θεὸν ἡμῶν· ὅτι [4] αὐτὸς ἥρπακε, καὶ ἰάσεται ἡμᾶς· πατάξει, καὶ μοτώσει ἡμᾶς· ὑγιάσει ἡμᾶς μετὰ δύο ἡμέρας· ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ ἀναστησώμεθα [5] ἐνώπιον αὐτοῦ, καὶ γνωσόμεθα, διώξωμεν τοῦ γνῶναι τὸν κύριον· ὡς ὄρθρον ἕτοιμον [6] εὑρήσομεν αὐτόν. Δαβὶδ, Ὅτι οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδην, οὐδὲ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν. Καὶ πάλιν, Ἐγενήθην ὡσεὶ ἄνθρωπος ἀβοήθητος, ἐν νεκροῖς ἐλεύθερος. Τίς δὲ ἐλεύθερος θανάτου, εἰ μὴ ὁ Θεός; γέγονε γὰρ ὡσεὶ ἄνθρωπος ἀβοήθητος, ταπεινώσας τὴν ἑαυτοῦ σάρκα μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ. Ἡσαΐας [7], Ἰδοὺ τίθημι ἐν Σιὼν λίθον ἀκρογωνιαῖον, ἐκλεκτὸν, ἔντιμον· καὶ ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν οὐ καταισχυνθήσεται. Γέγονε γὰρ εἰς κεφαλὴν γωνίας, ἑτέρας δηλαδὴ [8] οἰκοδομῆς τῆς κατὰ τὴν ἐκκλησίαν, [9] ἥτις ἐςὶ θαυμαςὴ ἐπὶ ὀφθαλμοῖς ἡμῶν.

VIII. De Christi resurrectione.

David resurrectionem ejus prævidens dicebat, [b] *Exsurge, quare obdormis Domine? exsurge, & ne repellas in finem.* Et rursus, [c] *Exsurge Domine; salvum me fac Deus meus.* Et iterum, [d] *Exsurge Domine, adjuva nos, & redime nos propter nomen tuum.* Et rursus, [e] *Exsurge Domine, judica terram; quoniam tu hereditabis in omnibus gentibus.* B Esaias, [f] *Nunc exsurgam dicit Dominus, nunc glorificabor,* [2] *nunc exaltabor, nunc videbitis, nunc salvabimini. Vana erit fortitudo spiritus vestri.* Osee, [g] *Et quærent faciem meam in tribulatione sua,* [3] *& mane vigilabunt ad me, dicentes: Eamus, & revertamur ad Dominum Deum nostrum, quia* [4] *ipse rapuit, & sanabit nos: percutiet, & curabit nos: sanos nos faciet post dies duos: in die tertio resurgemus* [5] *coram eo, & sciemus. Persequamur ut cognoscamus Dominum, quasi mane paratum* [6] *inveniemus eum.* David, [h] *Quoniam non derelinques animam meam in inferno: neque dabis sanctum tuum videre corruptionem.* Et rursus, [i] *Factus sum sicut homo sine adjutorio inter mortuos liber.* Quis vero liber a morte nisi C Deus? Factus est enim sicut homo auxilio destitutus, cum humiliavit carnem suam usque ad mortem, mortem autem Crucis. Esaias, [k] [7] *Ecce ego pono in Sion lapidem summum angularem, electum, honorabilem; & qui crediderit in eum, non confundetur.* [l] *Factum est* enim *in caput anguli*, alterius videlicet [8] ædificii Ecclesiæ [9] *quæ est mirabilis in oculis nostris.*

θ'. Περὶ τῆς ἀναλήψεως.

Δαβὶδ, Ἀνέβη ὁ Θεὸς ἐν ἀλαλαγμῷ, κύριος ἐν φωνῇ σάλπιγγος. Ὅτι δὲ περὶ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν λέλεκται, Δανιὴλ λέγει, Ἐθεώρουν φησὶ, καὶ ἰδοὺ θρόνοι ἐτέθησαν, καὶ παλαιὸς ἡμερῶν ἐκάθητο. Καὶ μετά τινα, Καὶ ἰδοὺ μετὰ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ, ὡς υἱὸς ἀνθρώπου ἐρχόμενος· καὶ ἕως τοῦ παλαιοῦ τῶν ἡμερῶν ἔφθασε, καὶ [10] προσήχθη·

IX. De Ascensione.

David, [m] *Ascendit Deus in jubilo, Dominus in voce tubæ.* Hæc autem de Salvatore nostro D afferi, ex eo colligitur, quod Daniel dicat, [n] *Ecce throni positi sunt, & antiquus dierum sedit.* Et paullo post, [o] *Et ecce cum nubibus cæli quasi filius hominis veniens, & usque ad antiquum dierum pervenit* [10] *& adductus est: Ipsi datus est honor, prin-*

a Zach. XIV. 20. *b* Psalm. XLIII. 23. *c* Psalm. III. 7. *d* Psaml. XLIII. 26. *e* Psalm. LXXXI. 8. *f* Isa. XXXIII. 10. 11. *g* Osee V. 15. VI. 1-3. *h* Psalm. XV. 10. *i* Psalm. LXXXVII. 6. *k* Isa. XXVIII. 16. *l* Psalm. CXVII. 22. *m* Psalm. XLVI. 6. *n* Dan. VII. 9. *o* Ibid. ℣℣. 13. 14.

ποιμένας μυ, καὶ ἐπὶ ἄνδρα πολίτην μυ *Super pastores meos, & super virum civem meum.* Sed apud Theodoretum, & alios a Nobilio in notis memoratos, legitur ut hic, ἐπὶ τὸν ποιμένα μυ, & mox, πάταξον τὸν ποιμένα. Justinus autem in Dialogo cum Tryphone pag. 273. habet, Ῥομφαία ἐξεγέρθητι ἐπὶ τὸν ποιμένα μυ, ἐπ' ἄνδρα τῦ λαῦ μυ, &c. πάταξον τὸν ποιμένα καὶ διασκορπισθήσονται τὰ πρόβατα αὐτῦ, quæ lectio similis est lectioni, quam hic sequitur Nyssenus, nisi quod habet, τὰ πρόβατα τῆς ποίμνης. Hieronymus quoque legit, *Dispergentur*. Nyssenus tamen in Antirrhetico adversus Apollinarem capite 18. legit, *Framea suscitare super pastorem meum & super virum contribulem meum*, hoc est, σύμφυλόν μυ, quod postremum verbum ex Aquilæ versione desumtum est.

1. Male in recentiori Vaticano, & apud Siphanum ἐπὶ τῶν χαλινῶν.

2. Codex Siphani & Vaticanus recentior habent νῦν ὑψωθήσομαι, νῦν σωθήσεσθε. Sed in editione LXX. Interp. est, νῦν ὑψωθήσομαι, νῦν ὄψεσθε, νῦν αἰσθηθήσεσθε. In nonnullis autem libris, ait Nobilius, est, αἰσθήσεσθε, In uno est, αἰσχυνθήσεσθε, cui lectioni suffragatur Hieronymus. Sed Cyprianus lib. 2. adversus Judæos cap. 26. utramque retinuit; legit enim, *Nunc videbitis, nunc intelligetis, nunc confundemini*. Sed lectio quam hic sequitur Nyssenus, nescio an apud alium quempiam scriptorem reperiatur.

3. In editione LXX. Interpr. deest, καὶ, & interpungitur ante, ἐν θλίψει, quibus verbis incipit caput 6. Tertullianus tamen lib. 4. adversus Marc. c. 43. Nysseni interpunctionem sequi videtur; nam legit. *Ut quærant faciem meam, ante lucem vigilabunt, &c.*

E 4. In recentiori Vaticano codice, & apud Siphanum est, ὅτι αὐτὸς πέπαικε, καὶ ἰάσεται. Postrema vox librarii videtur error; Sed, πέπαικε, licet cum hebraica lectione non concordet, in ceteris tamen libris ita scribi testatur Nobilius. Tertullianus alteram lectionem exprimit in lib. adversus Judæos cap. 13. scribit enim. *Quoniam ipse eripiet, & liberabit nos.* Vide eumdem in lib. 4. adversus Marc. c. 42.

5. Siphani codex & Vaticanus recentior, ἐνώπιον αὐτῦ. διώξωμεν.

6. Cod. antiquior Vatic. καὶ εὑρήσομεν.

7. In editione LXX. Interpr. diversa sunt hujus loci verba; sed idem fere sensus.

8. Codex Siphani, & Vaticanus recentior, οἰκονομίας.

9. Codex antiquior, ἐςὶ καὶ ἔςαι.

10. In editione LXX. Interpr. est, προσηνέχθη, *oblatus est*, sed Nobilius in notis præfert lectionem, quam hic Nyssenus sequitur.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

αὐτῷ ἐδόθη ἡ τιμὴ, καὶ ἡ ἀρχὴ, καὶ ἡ βασιλεία· καὶ πάντες οἱ λαοὶ, φυλαὶ, καὶ γλῶσσαι δουλεύσουσιν αὐτῷ· ἡ ἐξουσία αὐτοῦ, ἐξουσία αἰώνιος, ἥτις οὐ παρελεύσεται, καὶ ἡ βασιλεία αὐτοῦ οὐ διαφθαρήσεται. Καὶ ἀλλαχοῦ Δαβὶδ, Εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου, ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου.

cipatus, & regnum, & omnes populi, tribus, & linguæ ipsi servient. Potestas ejus, potestas sempiterna, quæ non pertransibit: & regnum ejus non corrumpetur. Et alicubi David, [a] *Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.*

ί. Περὶ τῆς δόξης τῆς ἐκκλησίας.

Δαβὶδ, Παρέστη ἡ βασίλισσα ἐκ δεξιῶν σου, ἐν ἱματισμῷ διαχρύσῳ, περιβεβλημένη, πεποικιλμένη.

X. *De Gloria Ecclesiæ.*

David, [b] *Adstitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circumamicta, variegata.*

ιά. Περὶ τῆς περιτομῆς.

Ἐροῦσι δὲ πάντες οἱ Ἰουδαῖοι, ὅτι εἰ τὸν αὐτὸν Θεὸν σέβεσθε, τί μὴ περιτέμνεσθε, ἢ ζῶα προσφέρετε εἰς θυσίαν, ἢ σαββατίζετε, τῶν γραφῶν περὶ τούτων διαγορευουσῶν; ἀκούσονται [1] οὖν, ὅτι ἡ περιτομὴ οὐκ ἦν ἐξ ἀρχῆς· ἀλλ' ἐν χρόνῳ ἐγένετο, ὡς καὶ ἐν χρόνῳ παυσομένη, ἔπειτα, ὅτι ὁ Θεὸς διαταξάμενος τοῖς πατράσι τὴν περιτομὴν, αὐτὸς εἶπεν, ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται λέγει κύριος, καὶ διαθήσομαι [2] τῷ οἴκῳ Ἰσραὴλ διαθήκην καινὴν, οὐ κατὰ τὴν διαθήκην, ἣν διεθέμην τοῖς πατράσιν [3] αὐτῶν, ἐπιλαβομένου μου, τῆς χειρὸς αὐτῶν, τοῦ ἐξαγαγεῖν αὐτοὺς ἐκ γῆς αἰγύπτου· ὅτι αὐτοὶ οὐκ ἐνέμειναν τῇ διαθήκῃ μου, κἀγὼ ἠμέλησα αὐτῶν, λέγει κύριος. Καὶ πάλιν αἰτιώμενος τοὺς Ἰουδαίους λέγει, Πάντα τὰ ἔθνη ἀπερίτμητα σαρκὶ, ὁ δὲ λαὸς οὗτος τῇ καρδίᾳ. Καὶ πάλιν, [4] Περιτέμνεσθε τὴν καρδίαν ὑμῶν, καὶ μὴ τὴν σάρκα τῆς ἀκροβυστίας ὑμῶν. Καὶ πάλιν. [5] Νεώσατε ἑαυτοῖς νεώματα, καὶ μὴ σπείρετε [6] ἐπ' ἀκάνθαις· ἀλλὰ περιτέμνεσθε τὸ σκληρὸν τῆς καρδίας ὑμῶν. [7] Ἱερεμίας, καὶ περιτέμνεσθε τῷ Θεῷ τὴν ἀκροβυστίαν τῆς καρδίας ὑμῶν. Ὅτι δὲ οὐδένα δικαιοῖ ἡ περιτομὴ, δῆλον ἐκ τούτων· Ἀβραὰμ ἀπερίτμητος [8] εὐηρέστησε, τῷ Θεῷ· πρῶτον γὰρ ὤφθη εὐαρεστῶν, καὶ τότε αὐτῷ τὴν περιτομὴν δίδωσι· καὶ οἱ ἐν τῇ ἐρήμῳ δὲ γεννηθέντες, ἐν τοῖς τεσσαράκοντα ἔτεσιν ἀπερίτμητοι ἦσαν· καὶ οἱ ἀπὸ Ἀδὰμ ὁμοίως ἕως Ἀβραὰμ εὐηρέστησαν τῷ Θεῷ, πάντες ἀπερίτμητοι ἦσαν· διὰ γὰρ τὸ ἐπιμίγνυσθαι τὸν λαὸν εἰς τὰ ἔθνη, ἐδόθη ἡ περιτομὴ, καὶ ἡ αἰτία δήλη· εἴληφε γὰρ τὴν ἀρχὴν τὰ τῆς περιτομῆς ἐκ τοῦ Ἀβραὰμ, ὃν ἀγαπήσας ὑπὲρ πάντας τοὺς τότε ὁ Θεὸς, ἐξ αὐτοῦ γεννηθήσεσθαι καὶ τὸν Χριστὸν κατὰ σάρκα προέθετο. [9] ἵνα δὴ ὅπερ ἐβουλήθη, καθαρῶς γενέσθαι δυνηθῇ, καὶ ἀνοθεύτως, τούτου χάριν [10] ἐδέησε περιτομῆς, καὶ τῆς περὶ τὰ λοιπὰ γένη ἀμιξίας, ἵνα ὥσπερ τι διάφραγμα, τῶν λοιπῶν αὐτοὺς ἀνθρώπων [11] χωρίζῃ ὁ νόμος. ὅθεν καὶ τεχθέντος τοῦ, δι' ὃν ταῦτα γέγονε, λοιπὸν ὡς περιττὰ, τῷ Θεῷ τὰ παρὰ τὴν ἀρχαίαν ξενίζοντα κατάστασιν ἐκβέβληνται.

XI. *De circumcisione.*

Dicent autem Judæi omnes; si eumdem ac nos Deum veneramini; cur non circumcidimini, animalia non offertis ad sacrificium, nec sabbatum celebratis, cum Scripturæ de his rebus expresse præcipiant? Sciant [1] igitur circumcisionem non fuisse ab initio, sed certo tempore institutam fuisse, ut quæ etiam certo tempore finem habitura esset. Deinde Deum, qui Patribus, ut circumciderentur, mandaverat, ipsum dixisse; [c] *Ecce dies veniunt, ait Dominus, & disponam* [2] *domui Israel testamentum novum, non juxta testamentum quod disposui patribus* [3] *eorum, cum apprehendi ego manum eorum ad educendum eos de terra Ægypti; quia ipsi non manserunt in testamento meo, & ego neglexi eos, ait Dominus.* Et rursus incusans Judæos ait, [d] *Omnes gentes incircumcisæ carne, populus autem iste incircumcisus est corde.* Et rursus, [4] *Circumcidite cor vestrum, & non carnem præputii vestri.* Et iterum, [e] [5] *Novate vobis novalia, & nolite serere super spinas; sed circumcidite duritiam cordis vestri.* [7] Hieremias, *Et circumcidite Deo præputium cordis vestri.* Porro per circumcisionem neminem justificari, ex his perspicuum est; Abraham incircumcisus [8] placuit Deo; nam prius visus est gratus & acceptus Deo esse, & tunc demum ipsi circumcisionem dedit. Qui etiam in deserto quadraginta annorum spatio nati sunt, & ipsi circumcisione caruerunt; quique ab Adam usque ad Abrahamum Deo placuerunt, similiter omnes incircumcisi erant; nam quia populus gentibus immisceri debebat, idcirco data est circumcisio. Hujus autem rei ratio manifesta est. Circumcisionis quippe usus ab Abrahamo initium habuit, quem cum Deus supra omnes illius ætatis homines dilexisset, ex ipso Christum quoque secundum carnem nasci prædestinavit. Itaque ut id, quod fieri voluerat, posset etiam sincere & legitime fieri, idcirco opus fuit circumcisione, & segregatione a reliquis gentibus, ut veluti quodam septo lex ipsos a ceteris hominibus separaret. Quamobrem eo nato, ob quem hæc facta sunt, tunc utique illa abrogata fuere, quæ a Deo præter antiquum rerum ordinem instituta fuerant.

a Psalm. CIX. 1. b Psalm. XLIV. 10. c Jer. XXXI. 31. 32. apud LXX, cap. XXXVIII. d Hier. IX. 26. e Hier. IV. 3. 4.

1. Codex recentior, γοῦν.
2. Codex antiquior ἐν τῷ οἴκῳ.
3. Siphani codex, & recentior Vaticanus, ὑμῶν. Sed mox antiquior codex legit, ἐπιλαβόμενος τῆς χειρός.
4. Locum hunc in sacro Textu non reperi. Vide an respiciat ad locum *Deut.* X. 16.
5. In recentiori codice additur, Ἱερεμίου.
6. Codex recentior, ἐπ' ἀκάνθαις·
7. Hieremiæ nomen deest heic in recentiori codice Vaticano. Vide an sit locus Deut. 10. 16. nam apud Hieremiam hæc verba me legisse non memini.
8. Idem codex & Siphanus, εὐηρέστησεν:
9. In recentiori codice deest οὖν.
10. Idem codex ἐδεήθη.
11. Idem codex διαχωρίζῃ.

ιβ'. Περὶ Θυσιῶν.

ΟΜοίως ὁ Θεὸς βοᾷ, λέγων· ζῶ ἐγὼ, λέγει κύριος, ὅτι περὶ θυσιῶν, καὶ ὁλοκαυτωμάτων οὐκ ἐνετειλάμην πρὸς τοὺς πατέρας ὑμῶν, ἀφ' ἧς ἡμέρας ἀνήγαγον αὐτὸς ἐκ γῆς αἰγύπτου, καὶ ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης. [1] Ησαΐας, Μὴ ἐγὼ ἐνετειλάμην τοῖς πατράσιν ὑμῶν, ἐκπορευομένοις ἐκ γῆς αἰγύπτου [2] προσενεγκεῖν μοι ὁλοκαυτώματα καὶ θυσίαν; Καὶ πάλιν, Τί μοι πλῆθος τῶν θυσιῶν ὑμῶν, λέγει κύριος; πλήρης εἰμὶ [3] ὁλοκαυτωμάτων κριῶν, καὶ στέαρ ἀρνῶν καὶ αἷμα ταύρων, καὶ τράγων οὐ βούλομαι· οὐδ' ἂν ἔρχησθε ὀφθῆναί μοι. τίς γὰρ ἐξεζήτησε ταῦτα ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν; πατεῖν τὴν αὐλήν μου οὐ προσθήσεσθε. ἐὰν φέρητέ μοι σεμίδαλιν, [4] μάταιον θυμίαμα βδέλυγμά μοι ἐστί. τὰς νεομηνίας ὑμῶν, καὶ τὰ σάββατα ὑμῶν, καὶ ἡμέραν μεγάλην οὐκ ἀνέχομαι· νηστείαν, καὶ ἀργίαν, καὶ τὰς ἑορτὰς ὑμῶν, μισεῖ ἡ ψυχή μου. [5] Καὶ πάλιν, Λούσασθε, καὶ καθαροὶ γίνεσθε, ἀφέλετε τὰς πονηρίας ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν. Δαβὶδ, Οὐ φάγομαι κρέα ταύρων, ἢ αἷμα τράγων πίομαι. Καὶ πάλιν, Οὐ δέξομαι ἐκ τοῦ οἴκου σου μόσχους, οὐδὲ ἐκ τῶν ποιμνίων σου χιμάρους. Καὶ πάλιν, Θῦσον τῷ Θεῷ θυσίαν [6] αἰνέσεως. Αμὼς, Μεμίσηκα, ἀπῶσμαι τὰς ἑορτὰς ὑμῶν, [7] (καὶ οὐ μὴ ὀσφρανθῶ ἐν ταῖς πανηγύρεσιν ὑμῶν· [8] διότι καὶ ἐὰν ἐνέγκητέ μοι ὁλοκαυτώματα καὶ θυσίας ὑμῶν,) οὐ προσδέξομαι αὐτὰ, [9] καὶ σωτηρίου ἐπιφανείας ὑμῶν οὐκ ἐπιβλέψομαι. μετάστησον ἀπ' ἐμοῦ ἦχον ᾠδῶν σου, καὶ ψαλμὸν ὀργάνων οὐκ ἀκούσομαι ([10] Μαλαχίας, Οὐκ ἔστι μου θέλημα ἐν ὑμῖν, λέγει κύριος παντοκράτωρ, καὶ θυσίαν οὐ προσδέξομαι ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν. διότι ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου, καὶ ἕως δυσμῶν τὸ ὄνομά μου δεδόξασται ἐν τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἐν παντὶ τόπῳ θυμίαμα [11] προσφέρεται τῷ ὀνόματί μου, καὶ θυσία καθαρά· διότι μέγα τὸ ὄνομά μου ἐν τοῖς ἔθνεσι, λέγει κύριος παντοκράτωρ.)

XII. *De Sacrificiis.*

SImiliter Deus clamat, dicens, [a] *Vivo ego, dicit Dominus, quoniam de ſacrificiis & holocauſtis non mandavi patribus veſtris, ex quo die reduxi eos de terra Ægypti & uſque ad hunc diem.* Eſaias, [1] *Numquid ego præcepi patribus veſtris exeuntibus e terra Ægypti,* [2] *ut offerent mihi holocauſta & ſacrificium?* Et rurſus, [b] *Quo mihi multitudinem ſacrificiorum veſtrorum, dicit Dominus? Plenus ſum* [3] *holocauſtis arietum, & adipem agnorum, & ſanguinem taurorum, & hircorum nolo: neque veniatis, ut appareatis mihi. Quis enim quæſivit hæc de manibus veſtris? Calcare atrium meum non apponetis. Si afferatis ſimilam;* [4] *vanum incenſum abominatio mihi eſt. Neomenias veſtras, & ſabbata veſtra, & diem magnum non fero; jejunium, & otium, & feſtivitates veſtras odit anima mea.* [5] Et rurſus, [c] *Lavamini, mundi eſtote, auferte mala ex animabus veſtris.* David, [d] *Non comedam carnes taurorum, aut ſanguinem hircorum potabo.* Et rurſus, [e] *Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos.* Et rurſus, [f] *Immola Deo ſacrificium* [6] *laudis.* Amos, [g] *Odio habui, repuli feſtivitates veſtras,* [7] *(nec odorabor in conventionibus veſtris.* [8] *Quia, ſi obtuleritis mihi holocauſta, & ſacrificia veſtra,) non ſuſcipiam ea,* [9] *& ſalutare præſentiæ veſtræ non reſpiciam. Transfer a me ſonitum carminum tuorum: & pſalmum organorum tuorum non audiam* [10] (Malachias, [h] *Non eſt voluntas mea in vobis, dicit Dominus omnipotens: & ſacrificium non ſuſcipiam de manibus veſtris: quia ab ortu ſolis, & uſque ad occaſum clarificatum eſt nomen meum in gentibus, & in omni loco incenſum* [11] *offertur nomini meo, & ſacrificium mundum: quia magnum eſt nomen meum in gentibus, dicit Dominus omnipotens.*)

ιγ'. Περὶ τοῦ σαββατίζειν.

ΤΟ σάββατον ἐδόθη αὐτοῖς, τοῦ [12] καταπαῦσαι τὴν φιλοχρήματον αὐτῶν ἐπιθυμίαν. τοῦ λαοῦ γὰρ [13] πενομένου, ἐξελθόντος ἐκ τῆς αἰγύπτου, καὶ μηδὲν ἔχοντος, πλὴν ὧν ἐχρήσαντο παρὰ τῶν αἰγυπτίων, σπουδὴν ἐποιεῖτο ἕκαστος διὰ τοῦ ἀνενδότου πόνου πλοῦτον ἑαυτῷ περιποιῆσαι· διὸ λέγει, Ἑξ ἡμέρας ἐργᾷ· τῇ δὲ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ οὐ ποιήσεις πᾶν ἔργον ἐν αὐτῇ. καὶ τὴν αἰτίαν ἐπιφέρει, ἵνα ἀναπαύσῃ σὺ, καὶ ἡ γυνή σου, καὶ ὁ υἱός σου, καὶ ἡ θυγάτηρ σου, καὶ ὁ παῖς σου, ὁ βοῦς σου, καὶ τὸ ὑποζύγιόν σου. ἐπεί τοι τίνος ἕνεκεν ὁ Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ κυκλῶν τὴν Ἱεριχὼ μετὰ

XIII. *De Sabbati celebratione.*

SAbbatum datum eſt eis ad [12] ſedandum nimium, quo tenebantur, pecuniæ ſtudium. Nam cum populus [13] pauper egreſſus eſſet ex Ægypto, & nihil haberet præter ea, quæ commodato acceperat ab Ægyptiis, unuſquiſque operam dabat, ut continenti atque aſſiduo labore ſibi divitias pararet. Quamobrem ait, [i] *Sex diebus operaberis; die autem ſeptimo non facies ullum opus in eo,* cauſamque ſubdit, ut requieſcas tu, & uxor tua, & filius tuus, & filia tua, & puer tuus, & ancilla tua, bos tuus, & ſubjugale tuum. Alioqui cujus rei gratia Jeſus filius Nave [k] ſeptem diebus circumdans Hiericho

a Hier. VII. 22. *b* Iſa. I. 11-14. *c* Ibid. ✠. 16. *d* Pſalm. XLIX. 13. *e* Ibid. ✠. 9. *f* Ibid. ✠. 14. *g* Amos V. 21-23. *h* Malach. I. 10. 11. *i* Exod. XX. 10. *k* Joſ. VI. 10.

1. Locum hunc apud Eſaiam me legiſſe non memini; ſimilia habentur apud Hieremiam cap. 7. 22. ex quo etiam loco præcedentia verba ſumta fuiſſe videntur.
2. Codex antiquior *προσενέγκαι*.
3. Male idem codex, *ὁλοκαυτώματα*.
4. Siphani codex, & Vaticanus recentior, *μάταιόν μοι βδέλυγμα ἐστί*. Siphanus vertit, *Vana mihi, & abominatio eſt*.
5. Codex antiquior, *καὶ μετ' ὀλίγα*.
6. Codex recentior & alius Siphani, *δικαιοσύνης*, ut videatur locus eſſe Pſalmi 4. 6.
7. Quæ ſemicirculis includuntur, Librarii, ut patet, errore deerant in Siphani codice, nec etiam habentur in recentiori Vaticano: licet in utroque codice quædam ex his loco non ſuo inſerantur.
8. In editione LXX. Interpretum additur vox, *θυσίας*, quæ tamen non habetur nec apud Juſtinum in Dialogo cum Tryphone pag. 238. nec apud Tertullianum, qui in lib. 5. adv. Marcionem habet, *Non odorabor in frequentiis veſtris*.
9. Siphani codex, & Vaticanus recentior, *σωτηρίας ἐπιφανείας αὐτῶν*, poſtrema vox videtur eſſe Librarii error. Priorem vocem habet etiam vulgata LXX. Interpretum editio; ſed alii codices & D. Hieronymus, ut ſcite Nobilius advertit, habent *σωτηρίου*, quibus addendus eſt Juſtinus modo laudatus.
10. Quæ ſemicirculis includuntur non habentur in recentiori Vaticano, nec apud Siphanum.
11. In Romana LXX. Interpretum editione eſt, *προσάγεται*; ſed apud Juſtinum in Dialogo cum Tryphone pag. 246. legitur, *θυσία προσφέρεται*; verum inferius pag. 260. cum Nyſſeno legit *θυμίαμα προσφέρεται*. Cyprianus lib. 1. adv. Jud. c. 16. *Odores incenſi offeruntur*.
12. Codex antiquior, *παῦσαι*.
13. Idem codex, *πενομένου ἐκ γῆς αἰγύπτου*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

σαλπίγγων ἐπὶ ἑπτὰ ἡμέρας, οὐκ ἐσχόλασε τῷ σαββάτῳ; πῶς δὲ τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ περιτέμνεται παιδίον; διὰ τί δὲ ἐν ἡμέρᾳ σαββάτου τίκτει γυνή; πῶς δὲ καὶ οἱ ἱερεῖς πᾶσαν θυσίαν ἐν σαββάτῳ ποιοῦσι; πῶς δὲ ἥλιος, καὶ σελήνη, καὶ ἄστρα τὸν ὡρισμένον δρόμον ἐκτελεῖ καὶ τῷ σαββάτῳ;

A cum tubis, in sabbato feriatus non est? Quomodo die octava circumciditur puer? Cur in die sabbati mulier parit? Quomodo etiam Sacerdotes omne sacrificium in sabbato faciunt? Quomodo item Sol, & Luna & astra definitum cursum etiam in sabbato conficiunt?

ιδʹ. Περὶ τοῦ κατασφραγίζεσθαι.

ΔΑβὶδ [1], Ἐσημειώθη ἐφ' ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου, κύριε. Καὶ πάλιν, Ποίησον μετ' ἐμοῦ σημεῖον εἰς ἀγαθόν· καὶ ἰδέτωσαν οἱ μισοῦντές με, καὶ αἰσχυνθήτωσαν· ὅτι σὺ, κύριε, ἐβοήθησάς μοι, καὶ παρεκάλεσάς με. Καὶ πάλιν, Ἔδωκας τοῖς φοβουμένοις σε σημείωσιν, τοῦ φυγεῖν ἀπὸ προσώπου τόξου. Ἰεζεκιὴλ, Υἱὲ ἀνθρώπου, δίελθε μέσον τὴν Ἰερουσαλὴμ, καὶ δὸς τὸ σημεῖον [2] ἐπὶ τὰ μέτωπα τῶν ἀνθρώπων, τῶν στεναζόντων, καὶ κατωδυνωμένων ἐπὶ ταῖς ἀδικίαις, ταῖς γινομέναις ἐν μέσῳ αὐτῶν. Καὶ πάλιν, Ἓξ ἄνδρες ἤρχοντο ἀπὸ τῆς πύλης τῆς βλεπούσης πρὸς βοῤῥᾶν, [3] καὶ ἑκάστου ἡ πέλυξ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ· [4] ἀκούοντες πορεύεσθε εἰς τὴν πόλιν, καὶ κόπτετε, καὶ μὴ φείσασθε τοῖς ὀφθαλμοῖς ὑμῶν, καὶ μὴ ἐλεήσητε· πρεσβύτερον, καὶ νεανίσκον, [5] καὶ παρθένον, καὶ νήπια, καὶ γυναῖκας [6] ἀποκτείνατε εἰς ἐξάλειψιν· ἐπὶ δὲ πάντας, ἐφ' οὓς ἐστι τὸ σημεῖόν μου, μὴ ἐγγίσητε. Περὶ δὲ τοῦ θύειν αὐτοὺς εἴρηται, οὐχ ὅτι ὁ Θεὸς ἐδεῖτο θυσιῶν, ἢ ὁλοκαυτωμάτων, ἀλλ' ἐπειδὴ ἡ λευιτικὴ φυλὴ οὐκ εἶχε κλῆρον ἐν τῇ γῇ τῆς ἐπαγγελίας, ὅτι αὐτὸς ὁ Θεὸς κλῆρος αὐτῆς, ταύτην ἔδωκεν αὐτοῖς εἰς τὸ τρέφεσθαι πρόφασιν· οὐκ ἐβούλετο γὰρ αὐτοὺς ἱερατεύοντας ἀπὸ πόνου, καὶ πραγματείας, ἤγουν καπηλείας, τρέφεσθαι.

XIV. De Signi impressione.

DAvid [1], [a] *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine*. Et rursus, [b] *Fac mecum signum in bono, & videant qui oderunt me, & confundantur. Quoniam tu Domine adjuvisti me: & consolatus es me*. Et rursus, [c] *Dedisti metuentibus te significatio-*
B *nem, ut fugiant a facie arcus*. Ezechiel, [d] *Fili hominis transi mediam Hierusalem, & da signum [2] super frontes virorum gementium, & dolentium super iniquitatibus, quæ fiunt in medio ipsorum*. Et rursus, [e] *Sex viri veniebant a porta excelsa, quæ respicit ad Aquilonem, & [3] uniuscujusque securis in manu ejus*. [4] *Audientes, ite in civitatem, & percutite, & non parcite oculis vestris, & non miseremini: senem, & adolescentem, [5] & virginem, & parvulos, & mulieres [6] interficite ad internecionem. Super omnes autem, super quos est signum meum, ne appropinquetis*. Sacrificia autem illis facienda præscripsit, non quod Deus sacrificiis, holocaustisque indigeret; sed quia cum Levitica tribus sortem in promissionis terra non
C haberet, quippe quod ipse Deus sors ejus erat, hanc eis alimenta sibi comparandi rationem tribuit; nolebat enim eos, qui sacerdotio fungerentur, labore manuum, negotiatione, aliisque fraudulentis artibus ali.

ιεʹ. Περὶ τοῦ εὐαγγελίου.

ΔΑβὶδ, Κύριος δώσει ῥῆμα τοῖς εὐαγγελιζομένοις δυνάμει πολλῇ. Καὶ πάλιν, Ὡς ὡραῖοι οἱ πόδες τῶν εὐαγγελιζομένων εἰρήνην.

XV. De Evangelio.

DAvid, [f] *Dominus dabit verbum evangelizantibus virtute multa*. Et rursus, [g] *Quam speciosi pedes evangelizantium pacem!*

ιςʹ Περὶ τῆς ἀπιστίας τῶν Ἰουδαίων, καὶ περὶ τῶν ἐθνῶν ἐκκλησίας.

D

ΗΣαΐας ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ, Οὔτε ἔγνως, οὔτε [7] ἠπίστασο, οὔτε ἀπ' ἀρχῆς [8] ἤνοιξά σου τὰ ὦτα· [9] ᾔδειν γὰρ, ὅτι ἀπειθῶν ἀπειθήσεις. Καὶ πάλιν, Μέγα τὸ ὄνομα αὐτοῦ [10] ἐν τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἐν παντὶ τόπῳ θυμίαμα προσφέρεται τῷ ὀνόματί μου, καὶ θυσία καθαρά. Μιχαίας, Καὶ ἔσται ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν ἐμφανὲς τὸ ὄρος κυρίου, ἕτοιμον ἐπὶ τὰς κορυφὰς τῶν ὀρέων, καὶ μετεωρισθήσεται ὑπεράνω τῶν βουνῶν· καὶ [11] σπεύσουσι πρὸς αὐτὸ λαοὶ, καὶ πορεύσονται ἔθνη πολλὰ, καὶ ἐροῦσι, δεῦτε ἀναβῶμεν εἰς τὸ ὄρος κυρίου, καὶ εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ Ἰακώβ· καὶ [12] φωτιοῦσιν ἡμᾶς ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ· ὅτι ἐκ Σιὼν ἐξελεύσεται νόμος, καὶ λόγος κυρίου ἐξ Ἱερουσαλήμ. [13] Ἱερεμίας,

XVI. De incredulitate Judæorum, & Ecclesia gentium.

ESaias Dei nomine, [h] *Neque nosti, neque [7] scisti, neque a principio [8] aperui aures tuas; [9] noveram enim quoniam prævaricans prævaricaberis*. Et rursus, [i] *Magnum nomen ejus [10] in gentibus, & in omni loco incensum offertur nomini meo, & sacrificium mundum*. Michæas, [k] *Et erit in novissimis dierum manifestus mons Domini, præparatus super vertices montium, & elevabitur super colles; & [11] festinabunt ad eum populi, & ibunt gentes multæ, & dicent: Venite ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Jacob; [12] & illuminabunt nos viis ejus: quia de Sion exiet lex, & verbum Domini de Hierusalem*.
E [13] Hieremias, [l] *Et dixit Dominus ad me, Ecce dedi verba mea in os tuum: ecce constitui te hodie super gentes*

a Psal. IV. 7. *b* Psal. LXXXV. 17. *c* Psal. LIX. 6. *d* Ezech. IX. 4. *e* Ibid. ℣℣. 2. 5. *f* Psal. LXVII. 12. *g* Isa. LII. 7. Rom. X. 15. *h* Isa. XLVIII. 8. *i* Malach. I. 11. *k* Mich. IV. 1. 2. ex Isa. II. 2. seqq. *l* Hier. I. 10.

1. Codex Vaticanus Antiquior, Δαβὶδ πρῶτος, Ἐσημειώθη·
2. Siphani codex, & Vaticanus recentior ἐπὶ τὸ μέτωπον.
3. Male in recentiori Vaticano, καὶ ἕκαστος πέλυξ ἐπὶ τῇ χειρὶ αὐτοῦ. Siphanus legit ἑκάστῳ.
4. Hic multum discrepat editio Romana, quæ habet, καὶ τούτοις εἶπεν ἀκούοντός μου. Apud Tertullianum tamen adv. Jud. c. 11. legitur, *Et in his dixit ad audientem*.
5. Codex antiquior, καὶ παρθένους: sed in singulari, παρθένον habet etiam Tertul. adv. Jud. cap. 11. Cyprianus adv. eosdem lib. 2. c. 22. & alibi.
6. Siphani codex & recentior Vat. καὶ ἀποκτείνατε; sed eam particulam nec editio LXX. Interpr. nec Tertullianus, nec Cyprianus habent.
7. Romana editio ἠπίστω.
8. Siphani codex, & Vaticanus recentior, ἤνοιξας, *aperuisti*.
9. Editio Romana LXX. Interpr. ἔγνων γὰρ ὅτι ἀθετῶν ἀθετήσεις.
10. Codex Vaticanus recentior, ἐπὶ τοῖς ἔθνεσι. Mox in vetustiori deest, τόπῳ librarii, ut videtur, errore.
11. Male codex antiquior, σπείσουσι.
12. Ita & Justinus legit in Dial. cum Tryphone pag. 336. sed habet, τὴν ὁδὸν αὐτοῦ.
13. Locus iste Hieremiæ paullo diversis verbis, sed eodem fere sensu legitur in Romana LXX. Interpretum editione,

Καὶ εἶπε κύριος πρὸς μὲ, ἰδοὺ δέδωκα τοὺς λόγους μου ἐν τῷ στόματί σου· ἰδοὺ κατέστησά σε σήμερον ἐπ' ἔθνη, καὶ βασιλεῖς, ἐκριζοῦν, καὶ κατακόπτειν, καὶ ἀπολλύειν, καὶ ἀνοικοδομεῖν, καὶ καταφυτεύειν. Καὶ εἰ ταῦτα περὶ Ἱερεμίου, ποίας βασιλείας ἐξερίζωσεν, ἢ ποῖα ἔθνη ἀπώλεσεν; ἀλλὰ περὶ τοῦ κυρίου εἴρηται, ἐκριζώσαντος ἀπὸ πάσης ψυχῆς πιστευούσης αὐτῷ τὴν βασιλείαν τοῦ ἀντικειμένου, ὃς κατέστρεψε τὰ οἰκοδομήματα τῆς κακίας, καὶ τῶν μοχθηρῶν [1] δογμάτων, καταφυτεύσας τὰ κρείττονα. Δαβὶδ, Ῥῦσαί με ἐξ ἀντιλογίας λαοῦ, καταστήσεις με εἰς κεφαλὴν ἐθνῶν· λαὸς, ὃν οὐκ ἔγνων, ἐδούλευσέ μοι· εἰς ἀκοὴν ὠτίου ὑπήκουσέ μου· υἱοὶ ἀλλότριοι ἐψεύσαντό [2] μοι· υἱοὶ ἀλλότριοι ἐπαλαιώθησαν, καὶ ἐχώλαναν ἀπὸ τῶν τρίβων αὐτῶν. Μωϋσῆς ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ πρὸς Ἀβραὰμ, Καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν σοὶ πάντα [3] τὰ πέρατα τῆς γῆς. Καὶ πάλιν, Ἀποστρέψω τὸ πρόσωπόν μου ἀπ' αὐτῶν· καὶ δείξω τί ἔσται αὐτοῖς [4] ἐπ' ἐσχάτων, ὅτι γενεὰ ἐξεστραμμένη ἐστίν. υἱοὶ, οἷς οὐκ ἔστι πίστις ἐν αὐτοῖς· αὐτοὶ [5] παρεζήλωσάν με ἐπ' οὐ Θεῷ, παρώργισάν με ἐν τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν, κἀγὼ παραζηλώσω αὐτοὺς ἐπ' οὐκ ἔθνει· ἐπ' ἔθνει ἀσυνέτῳ παροργιῶ αὐτούς. Καὶ ἀλλαχοῦ, [6] Δώσει, φησὶν, τοὺς πονηροὺς ἀντὶ τῆς ταφῆς αὐτοῦ. [7] Ἠσαΐας, Ἐμφανὴς ἐγενόμην τοῖς ἐμὲ μὴ ζητοῦσιν, εὑρέθην τοῖς ἐμὲ μὴ ἐπερωτῶσιν ([8] εἶπα, ἰδοὺ [9] πάρειμι ἔθνει, οἳ οὐκ ἐπεκαλέσαντο τὸ ὄνομά μου.) Δαβὶδ, Ἀπηλλοτριωμένος ἐγενήθην τοῖς ἀδελφοῖς μου, καὶ ξένος τοῖς υἱοῖς τῆς μητρός μου. Περὶ δὲ τῶν ἐθνῶν λέγει, [10] Ἀπαγγελῶ τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου, ἐν μέσῳ ἐκκλησίας ὑμνήσω σε. Περὶ Ἰουδαίων, Δι' ὑμᾶς βλασφημεῖται τὸ ὄνομά μου διὰ παντὸς ἐν τοῖς ἔθνεσι. Μαλαχίας, Οὐκ ἔστι μου θέλημα ἐν ὑμῖν, λέγει κύριος παντοκράτωρ. [11] (Περὶ ἐθνῶν δὲ, Ὅτι ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου μέχρι δυσμῶν τὸ ὄνομά μου δεδόξασται ἐν τοῖς ἔθνεσι, λέγει κύριος παντοκράτωρ·) καὶ ἐν παντὶ τόπῳ θυμίαμα προσάγεται τῷ ὀνόματί μου, καὶ μέγα τὸ ὄνομά μου ἐν τοῖς ἔθνεσι, λέγει κύριος παντοκράτωρ. (Περὶ δὲ Ἰουδαίων λέγει) Ὑμεῖς δὲ βεβηλοῦτε αὐτό. Δαβὶδ, Αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς. [12] Μωϋσῆς, Ἔασόν με ἐξαλεῖψαι τὸν λαὸν τοῦτον, καὶ δώσω σοι ἔθνος μέγα, καὶ πολὺ, μᾶλλον τούτου. Ἠσαΐας περὶ Ἰουδαίων, Ἀκούετε λόγον κυρίου [13] υἱοὶ Σοδόμων· προσέχετε νόμον Θεοῦ λαὸς Γομόῤῥας. Καὶ πάλιν, Τὰ σάββατα ὑμῶν, καὶ τὰς νεομηνίας μισεῖ ἡ ψυχή μου· καὶ τὰς εὐχὰς ὑμῶν οὐ προσδέξομαι. λούσασθε, καθαροὶ γίνεσθε· αἱ χεῖρες ὑμῶν μεμολυσμέναι αἵματι. Καὶ ὅτι τοῦ νόμου σαφῶς διαγορεύοντος, τὸ μὴ δεῖν ἔξω Ἱερουσαλὴμ, καὶ τοῦ ναοῦ ἑορτάζειν κατὰ τὸ, Σοὶ πρέπει ὕμνος, ὁ Θεὸς, ἐν Σιών· καὶ σοὶ ἀποδοθήσεται εὐχὴ ἐν Ἱερουσαλὴμ, γέγραπται, Ὅτι προσκυνήσουσι τῷ κυρίῳ ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ [14] ἕκαστος. Καὶ πάλιν ὁ προφήτης,

& super reges, ut eradices, & detrunces, & disperdas, & reædifices, & plantes. Si hæc de Hieremia dicta sunt, ecquæ regna iste evertit, aut quas gentes perdidit? Verum de Domino dicta sunt, qui in omni fideli anima adversarii regnum evertit, qui malitiæ molimina destruit, & perversorum loco meliora [1] dogmata plantat. David, [a] *Erue me de contradictionibus populi: constitues me in caput gentium. Populus quem non cognovi, servivit mihi: in auditu auris obedivit mihi. Filii alieni mentiti sunt* [2] *mihi; filii alieni inveterati sunt, & claudicaverunt a semitis suis.* Moyses Dei nomine ad Abraham, [b] *Et benedicentur in te* [3] *omnes termini terræ.* Et rursus, [c] *Avertam faciem meam ab eis: & ostendam quid erit* [4] *eis in novissimis; quoniam generatio perversa est. Filii quibus non est fides in eis. Ipsi ad zelum* [5] *provocaverunt me in non Deo, exacerbaverunt me in idolis suis: & ego provocabo eos ad zelum in non gente; in gente stulta irritabo illos.* Et alibi, [d] [6] *Dabit*, inquit, *pessimos pro sepultura ejus.* [7] Esaias, [e] *Manifestus factus sum non quærentibus me: inventus sum ab his, qui me non interrogabant.* [8] *(Dixi,* [9] *Ecce adsum genti, qui non invocaverunt nomen meum.)* David, [f] *Alienatus factus sum fratribus meis, & hospes filiis matris meæ.* De gentibus autem ait, [10] [g] *Annuntiabo nomen tuum fratribus meis, in medio Ecclesiæ laudabo te.* De Judæis, [h] *Propter vos blasphematur nomen meum semper in gentibus.* Malachias, [i] *Non est voluntas mea in vobis, dicit Dominus omnipotens.* [11] (De Gentibus autem, [k] *Quia a solis ortu usque ad occasum clarificatum est nomen meum in gentibus, dicit Dominus omnipotens:) & in omni loco incensum offertur nomini meo, & magnum est nomen meum in Gentibus, dicit Dominus omnipotens.* (De Judæis autem dicit,) [l] *Vos autem contaminatis illud.* David, [m] *Postula a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.* [12] Moyses, [n] *Sine me delere populum hunc, & dabo tibi gentem magnam, & multo magis quam hæc.* Esaias de Judæis, [o] *Audite verbum Domini* [13] *filii Sodomorum; attendite legi Dei populus Gomorræ.* Et rursus, *Sabbata vestra, & neomenias vestras odit anima mea: vota vestra non exaudiam. Lavamini, puri estote. Manus vestræ inquinatæ sunt sanguine.* Et cum lex aperte dicat, non oportere festum extra Hierosolymam ac templum celebrare, juxta illud, [p] *Te decet hymnus, Deus, in Sion; & tibi reddetur votum in Hierusalem;* nihilominus scriptum est, [q] *Adorabunt Dominum* [14] *unusquisque de loco suo.* Et rursus Pro-

a Psalm. XVII. 44-46. *b* Gen. XII. 3. *c* Deut. XXXII. 20. 21. *d* Isa. LIII. 9. *e* Isa. LXV. 1. *f* Psalm. LXVIII. 9. *g* Psalm. XXI. 23. *h* Isa. LII. 5. *i* Malach. I. 10. *k* Ibid. ℣. 11. *l* Ibid. ℣. 12. *m* Psalm. II. 8. *n* Exod. XXXII. 10. *o* Isa. I. 10. 13-16. *p* Psalm. LXIV. 2. *q* Soph. II. 11.

1. In recentiori codice Vaticano est, *δομημάτων*, inepta lectio. Siphanus legisse videtur, *βλαστημάτων*, vertit enim *stolones* & *malleoli*; sed legendum, *δογμάτων* juxta vetustiorem Vaticanum codicem.

2. In antiquiori Vaticano, *μέ*.

3. In Romana editione, *πᾶσαι αἱ φυλαὶ*, quemadmodum etiam legit Justinus in dial. pag. 348. Cyprianus.

4. Romana LXX. Interpr. editio, *ἐπ' ἐσχάτων ἡμερῶν*. Sed Justinus in Dial. cum Tryph. pag. 347. non habet, *ἡμερῶν*, neque etiam Tertul. adv. Marc. lib. 4. c. 31.

5. Ita Justinus quoque modo relatus legit, atque ita legisse videtur Tertullianus, nam habet hic *provocaverunt*, & mox *provocabo*; sed in Editione Romana LXX. Interpretum est, *παρώξυναν*.

6. De hac lectione Vide Nobilium in notis.

7. De hoc Isaiæ loco Vide supra in notis ad cap. 2. n. 5.

8. Quæ semicirculis includuntur desunt in recentiori Vaticano: sed habentur apud Siphanum.

9. In Vaticano cod. est *ἔθνει*, manifesto librarii errore. Editio Romana, & alii legunt, *ἰδοὺ εἰμι ἔθνει*. & Justinus in Dialogo cum Tryph. pag. 242. *εἰμι ἔθνεσιν*.

10. Editio Romana, *διηγήσομαι*, eamque lectionem sequuntur Tertullianus, & Cyprianus.

11. Quæ tam hic, quam infra semicirculis includuntur desunt in recentiori Vaticano & apud Siphanum.

12. Videtur Nyssenus respicere ad locum *Exod.* XXXII. 10. ejusque referre sensum, non verba.

13. In editione Romana, & apud alios est, *ἄρχοντες Σοδόμων*, post quæ verba Codex Siphani, & Vaticanus recentior addunt *καί*. Sequentia vero Prophetæ verba in epitomen redegit Nyssenus.

14. In vetustiori Vaticano deest, *ἕκαστος*: sed habebatur

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
370.



Μέγα τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐν τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἐν παντὶ τόπῳ θυμίαμα προσφέρεται τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, καὶ θυσία καθαρά. Ὑμᾶς δὲ ἀνελεῖ κύριος· τοῖς δὲ δουλεύουσί μοι κληθήσεται ὄνομα καινὸν, ὃ εὐλογηθήσεται ἐπὶ πάσης τῆς γῆς. Τί δὲ καινότερον τοῦ τῶν Χριστιανῶν ὀνόματος; Καὶ ὁ Δαβὶδ, Ἀναγγελοῦσι τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ λαῷ τῷ τεχθησομένῳ, ὃν ἐποίησεν ὁ κύριος. Καὶ ὅτι μὲν τὸ εἰπεῖν τὸν Δαβὶδ, τὸ, ὁ Θεὸς κατοικίζει μονοτρόπους ἐν οἴκῳ, σημαίνει τὸ πρὸς τὰ ἔθνη τὸ τῶν ὑπὸ νόμον ἄμικτον. Ἡσαΐας, Πληρωθήσεται πᾶσα ἡ γῆ τοῦ γνῶναι τὸν κύριον, ὡς ὕδωρ πολὺ [1] κατακαλύψαι θαλάσσας. Δαβὶδ, Μνησθήσονται καὶ ἐπιστραφήσονται πρὸς κύριον πάντα τὰ πέρατα τῆς γῆς, καὶ προσκυνήσουσιν ἐνώπιον αὐτοῦ πᾶσαι αἱ πατριαὶ τῶν ἐθνῶν· ὅτι τοῦ κυρίου ἡ βασιλεία, καὶ αὐτὸς δεσπόζει τῶν ἐθνῶν. Καλὸν δὲ καὶ τὸ πυθέσθαι [2] τῶν Ἰουδαίων, τίς ὁ κρατῶν ἐστι νῦν ἄρα, πότερον ὁ Μωσαϊκὸς νόμος, οὗ παράβασίς ἐστι νῦν, καὶ οὐ τήρησις, διὰ τὸ μηδὲ τὸν ναὸν, ἢ τὸν τόπον εἶναι, ἢ προφήτην προμηνύοντά τι τῶν μελλόντων, ἢ τὴν κιβωτὸν, ἐν ᾗ αἱ πλάκες, καὶ ἡ δεκάλογος, [3] ἐν οἷς ἔδει τὰς τρεῖς ἑορτὰς πληροῦν, καὶ οὐκ ἀλλαχοῦ. καὶ ὅτι ἀρθήσεται ἀπὸ τῶν Ἰουδαίων ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, καὶ δοθήσεται ἔθνει ποιοῦντι τοὺς καρποὺς αὐτῆς. τοῦτο δ' ἂν εἴη τὸ Χριστιανῶν ἔθνος, τοὺς προσήκοντας καρποὺς τῆς κατὰ Θεὸν πολιτείας ἐπιδεικνύμενον. Δαβὶδ, Ἐξομολόγησις, καὶ μεγαλοπρέπεια τὸ ἔργον αὐτοῦ, καὶ ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Ἐξομολογεῖται δὲ τῷ πατρὶ, οὐ τὰς ἑαυτοῦ ἁμαρτίας ὁ ἄμωμος, ἀλλὰ τὰς τῶν ἐπ' αὐτῷ πιστευόντων· ὅτι τοῦ Δαβὶδ εἰπόντος, Εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δεξιῶν μου, καὶ τὰ λοιπὰ, Ἡσαΐας σαφέστερον λέγει, Λέγει ὁ κύριος [4] τῷ Χριστῷ μου Κύρῳ. λέγουσι δὲ εἰς Κῦρον τὸν πέρσην εἰρῆσθαι ταῦτα. γελοῖον δέ. ποῦ γὰρ ἁρμόζει Κύρῳ τὰ λοιπά· ἐκράτησα [5] τῆς δεξιᾶς σου· ἐπακούσουσιν ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἔθνη, καὶ ἰσχὺν βασιλέων διαῤῥήξω· ἀνοίξω ἔμπροσθεν αὐτοῦ πύλας, καὶ πόλεις οὐ συγκλεισθήσονται· ἔμπροσθέν σου πορεύσομαι, καὶ ὄρη ὁμαλιῶ· θύρας χαλκᾶς συντρίψω, καὶ μοχλοὺς σιδηροὺς συνθλάσω, καὶ δώσω σοι θησαυροὺς σκοτεινούς. Πῶς οὖν ἁρμόσει ταῦτα Κύρῳ, τῷ μικρὸν ὕστερον εἰς Μασσαγέτας αἰσχρῶς ἀναιρεθέντι, [6] καὶ εἰς ἀσκὸν ἐκδαρέντι; καὶ [7] μετὰ μικρὸν ἑρμηνεύει αὐτὰ ὁ αὐτὸς προφήτης, λέγων ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ, [8] Ἐγὼ κύριος ὁ Θεὸς ὁ καλέσας σε ἐν δικαιοσύνῃ· ἐκράτησα τῆς χειρός σου, καὶ ἰσχύσω σε, καὶ δώσω σε εἰς διαθήκην γένους, εἰς φῶς ἐθνῶν, ἀνοῖξαι ὀφθαλμοὺς τυφλῶν, καὶ ἐξαγαγεῖν [9] ἐκ δεσμῶν πεπεδημένους, καὶ ἐξ οἴκου φυλακῆς [10] καθημένους ἐν σκότει. Καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς Ἡσαΐας, [11] Καὶ εἶπέ μοι, μέγα σοι τοῦτο, κληθῆναι

A pheta, [a] *Magnum nomen ejus in Gentibus, & in omni loco incensum offertur nomini ejus, & sacrificium mundum.* [b] *Vos autem interficiet Dominus: servientibus autem mihi vocabitur nomen novum, cui benedicetur super omnem terram.* At quid magis novum, quam nomen Christianorum? Et David, [c] *Annuntiabunt justitiam ejus populo qui nascetur, quem fecit Dominus.* Cum autem David ait, [d] *Deus inhabitare facit unius moris in domo*, morem illum significat, quo Mosaicæ legi addicti ceterarum gentium consortia vitabant. Esaias. [e] *Implebitur omnis terra cognitione Domini, ut aqua multa ad operiendum* [1] *mare.* David, [f] *Memores erunt, & convertentur ad Dominum omnes termini terræ,* B *& adorabunt coram eo omnes patriæ gentium: quoniam Domini est regnum, & ipse dominatur in gentes.* Haud alienum autem fuerit sciscitari etiam a Judæis, [2] quæ nunc forte lex vigeat; Mosaica ne, quæ obsolevit, atque negligitur, propterea quod nec templum nunc sit, nec locus, nec Propheta, qui futurorum quidpiam prænuntiet; nec arca, in qua legis tabulæ atque decalogus servabantur, [3] in quibus tres illas solemnes celebritates peragere oportebat, & non alibi. Item, [g] *Quia auferetur a Judæis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus ejus.* Hæc autem non alia fuerit, quam Christianorum gens, quæ vitæ legis divinæ institutis consonæ fructus exhibet. David, [h] *Confessio & magnificentia opus ejus: & justitia ejus* C *manet in sæculum sæculi.* Confitetur autem Patri non sua ipsius peccata, qui innocens est; sed eorum peccata, qui in ipsum credunt. Nam cum dicat David, [i] *Dixit Dominus Domino meo; sede a dextris meis*, & reliqua Esaias clarius ait, [k] *Dicit Dominus Christo* [4] *meo Cyro.* Ajunt autem hæc de Cyro Persarum rege dicta esse; sed ridicula est hujuscemodi opinio. Quomodo enim reliqua Cyro conveniunt? [l] *Apprehendi* [5] *dexteram tuam: Obedient ante faciem ejus gentes: & fortitudinem Regum disrumpam: aperiam ante eum januas, & civitates non claudentur. Ante te ibo, & montes complanabo, portas æreas conteram, & vectes ferreos confringam. Et dabo tibi thesauros tenebrosos.* Quomodo igitur hæc Cyro convenient, D qui paullo post apud Messagetas turpiter interfectus est, [6] & ex ejus detracta pelle uter confectus? [7] Et paullo post idem propheta verborum suorum sensum explicat, dicens ex persona Dei, [m] [8] *Ego Dominus Deus, qui vocavi te in justitia; tenui dexteram tuam, & confortabo te, & dabo te in testamentum generis, in lucem gentium, ad aperiendum oculos cæcorum, ad educendum* [9] *de vinculis vinctos, & de domo carceris* [10] *sedentes in tenebris.* Et rursus idem Esaias, [n] [11] *Et*

a Malach. I. 11. *b* Isa. LXV. 15. 16. *c* Psal. XXI. 32. *d* Psal. LXVII. 7. *e* Isa. XI. 9. *f* Psal. XXI. 28. 29. *g* Matth. XXI. 43. *h* Psal. CX. 3. *i* Psal. CIX. 1. *k* Isa. XLV. 1. *l* Ibid. ℣℣. 1-3. *m* Isa. XLII. 6. 7. *n* Isa. XLIX. 6.

in Siphani codice, & in editione Romana. Eusebius de E Dem. Evang. lib. 1. c. 6. pag. 19. ἕκαστος ἐκ τοῦ τόπου αὐτῶν. Vide eumdem libro 3. capite 2. numero 16.

1. Codex recentior Vaticanus, καλύψαι.

2. In recentiori Vaticano est, τοὺς Ἰουδαίους, τίς ὁ κρατῶν ἐστιν ἄρα, atque ita etiam legisse videtur Siphanus; vertit enim, *Quid nunc igitur obtinet.*

3. Hæc verba subjungenda esse videntur post præcedentia illa verba, διὰ τὸ μηδὲ τὸν ναὸν, ἢ τὸν τόπον εἶναι.

4. Hunc Esaiæ locum intelligendum esse de Christo Tertullianus quoque adv. Judæos c. 7. & Cyprianus lib. 1. Testim. cap. 21. autumant, nomen, κῦρον, *Dominum* interpretantes. Idem facit Theophilus Alexandrinus in disputatione adhuc inedita cum Simone Judæo. Sed de hac veterum Patrum opinione, Vide Hieronymum in Comm. ad hunc locum.

5. In recentiori Vaticano additur, τῆς χειρὸς, quæ vox etiam in Siphani codice reperiebatur.

6. Verba illa, καὶ εἰς ἀσκὸν ἐκδαρέντι non exstant in recentiori codice Vaticano, nec in Siphani versione leguntur.

7. Labitur memoria Nyssenus; hæc enim verba præcedunt, capite videlicet quadragesimo secundo.

8. Locus iste nonnihil variat in editione Romana, in qua latine legitur. *Ego Dominus Deus vocavi te in justitia, & tenebo dexteram tuam, & confortabo te, & dedi te in testamentum generi, &c.* Hanc autem lectionem comprobant Justinus in Dial. cum Tryphone Judæo pag. 243. 290. & 350. Cyprianus, aliique.

9. Ita etiam legit Justinus modo laudatus. In editione Romana est, ἐκ δεσμῶν δεδεμένους.

10. In eadem editione Romana legitur, καὶ καθημένους. Nobilius adnotat illud, καὶ, abesse a nonnullis, & a Cyrillo. Adde Justinum pag. 243. 290. Cyprianum lib. 2. Testim. cap. 7. Tertull. adversus Judæos cap. 12. Euseb. de Dem. Evang. lib. 4. c. 31.

11. Et hic locus nonnihil variat in editione Romana, in qua latine legitur, *Magnum tibi est ut voceris puer meus, ut suscites tribus Jacob, & dispersionem Israel convertas. Ecce dedi te in testamentum, &c.* Similem huic lectionem exhibet Tertul. adversus Prax. cap. 11.



παῖδά μου, καὶ στῆσαι τὰς φυλὰς τοῦ Ἰακὼβ, καὶ τὴν διασπορὰν τοῦ Ἰσραὴλ στρέψαι· καὶ τέθεικά σε εἰς διαθήκην γένους, εἰς φῶς ἐθνῶν, τοῦ εἶναί σε εἰς σωτηρίαν ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς.

A dixit mihi, Magnum tibi hoc, vocari puer meus, & suscitare tribus Jacob, & dispersionem Israel convertere. Et posui te in testamentum generis, in lucem gentium, ut sis in salutem usque ad extremum terræ.

ιζʹ. Ὅτι πρὸ τῆς τοῦ κυρίου δευτέρας παρουσίας ἐλεύσεται Ἠλίας.

XVII. Quod ante secundum Domini adventum venturus sit Elias.

ΜΑλαχίας ὁ προφήτης λέγει, Ἰδοὺ ἐγὼ [1] ἀποστέλλω ὑμῖν Ἠλίαν [2] τὸν Θεσβίτην, πρὶν ἐλθεῖν τὴν ἡμέραν κυρίου τὴν μεγάλην καὶ ἐπιφανῆ, ὃς ἀποκαταστήσει καρδίας πατρῶν πρὸς υἱοὺς, καὶ καρδίαν ἀνθρώπου πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ, [3] μὴ ἐλθὼν πατάξω τὴν γῆν ἄρδην.

MAlachias propheta dicit, [a] *Ecce ego* [1] *mitto vobis Eliam* [2] *Thesbiten, antequam veniat dies Domini magna & illustris, qui convertet cor patrum ad filios, & cor hominis ad proximum suum,* [3] *ne forte veniens, percutiam terram penitus.*

B

ιηʹ. Ὅτι κληθησόμεθα Χριστιανοί.

XVIII. Quod vocandi eramus Christiani.

ΗΣαΐας λέγει, Ὄψονται ἔθνη τὴν [4] δόξαν σου, καὶ πάντες οἱ βασιλεῖς τὴν δικαιοσύνην σου· καὶ καλέσει σε τὸ ὄνομα τὸ καινὸν, ὃ ὁ κύριος ὀνομάσει αὐτό. Καὶ πάλιν, Τοῖς δὲ δουλεύουσί μοι κληθήσεται ὄνομα καινὸν, ὃ εὐλογηθήσεται ἐπὶ τῆς γῆς. Ὠσηὲ, [5] Καὶ ἔσται ἐπ' ἐσχάτου τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐπιφανὲς ἐν πάσῃ τῇ γῇ, καὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἐπικληθήσονται λαοὶ πολλοὶ, καὶ κατὰ τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ πορευθέντες, ζήσονται ἐν αὐταῖς.

ESaias dicit, [b] *Videbunt gentes* [4] *gloriam tuam, & omnes reges justitiam tuam, & vocabit te nomen novum, quod Dominus nominabit illud.* Et rursus, [c] *Servientibus autem mihi vocabitur nomen novum, cui benedicetur super terram.* Oseas, [5] *Et erit in extremo nomen ejus clarum in omni terra, & nomine ejus cognominabuntur populi multi, & & in viis ejus ambulantes, vivent in eis.*

ιθʹ Ὅτι ταραχθήσεται Ἡρώδης, καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ πάντες.

C

XIX. Quod futurum erat ut turbaretur Herodes, & omnes, qui cum ipso erant.

[6] ΙΕρεμίας φησὶ, Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, λέγει κύριος, ἀπολεῖται ἡ καρδία τοῦ βασιλέως, καὶ ἡ καρδία τῶν ἀρχόντων, καὶ οἱ ἱερεῖς ἐκστήσονται, καὶ οἱ προφῆται θαυμάσονται.

[6] HIeremias ait, [d] *In die illa, dicit Dominus, peribit cor regis, & cor principium, & obstupescent sacerdotes, & prophetæ mirabuntur.*

κʹ. Περὶ τοῦ βαπτίσματος.

XX. De Baptismate.

[7] ΙΕζεκιὴλ, Καὶ εἶπε κύριος πρὸς μὲ, τὸ ὕδωρ τοῦτο τὸ ἐκπορευόμενον εἰς τὴν Γαλιλαίαν, ἁγιάσει τὰ ὕδατα· καὶ ἔσται πάσῃ ψυχῇ, ἐφ' ἣν ἂν ἐπέλθῃ τὸ ὕδωρ τοῦτο, ζήσεται καὶ ἰαθήσεται. Ἱερεμίας, Ἰδοὺ ὡς λέων ἀναβήσεται ἐκ μέσου τοῦ Ἰορδάνου.

[7] EZechiel, [e] *Et dixit Dominus ad me: Aqua quæ egreditur in Galilæam, sanctificabit aquas: Et erit, Omnis anima ad quam supervenerit aqua ista, vivet & sanabitur.* Hieremias, [f] *Ecce quasi leo ascendet de medio Jordanis.*

D

καʹ. Περὶ τῆς εἰς Αἴγυπτον τοῦ κυρίου καθόδου.

XXI. De Domini in Ægyptum descensu.

[8] ΗΣαΐας λέγει, Ἰδοὺ κύριος κάθηται ἐπὶ νεφέλης κούφης, καὶ ἥξει εἰς Αἴγυπτον, καὶ σεισθήσεται πάντα τὰ χειροποίητα Αἰγύπτου. Καὶ πάλιν, Γνωσθήσεται κύριος τοῖς Αἰγυπτίοις, καὶ φοβηθήσονται κύριον ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ.

[8] ESaias dicit, [g] *Ecce Dominus sedet super nubem levem, & veniet in Ægyptum, & concutientur omnia manufacta Ægypti.* Et rursus, [h] *Notus erit Dominus Ægyptiis, & timebunt Dominum in die illa.*

a Malach. IV. 5. 6. *b* Isa. LXII. 2. *c* Isa. LV. 15. 16. *d* Hier. IV. 9. *e* Ezech. XLII. 8. *f* Hier. XXIX. 19. apud LXX. *g* Isa. XIX. 1. *h* Ibid. v. 21.

1. In editione Romana, ἀποστελῶ, *mittam*.
2. Codex Siphani, & Vaticanus recentior, τὸν προφήτην.
3. In editione Romana est, μὴ ἔλθω, καὶ πατάξω, *Ne forte veniam, & percutiam*.
4. In editione Romana priore loco est, δικαιοσύνην posteriore, δόξαν.
5. Locum hunc apud Oseam non reperio.
6. Adnotat ad suæ versionis marginem Siphanus, multa hic librarii negligentia, aut errore omissa fuisse in exemplari fœdissime corrupto, & mutilato, quo usus fuerat; nam quæ deinceps sequuntur, ait, parum aut nihil cum titulo conveniunt. Recentior quoque Vaticanus codex cum Siphani exemplari concordat; sed in alio ejusdem Bibliothecæ vetustiori, & optimæ notæ scripto codice, non modo nil eorum reperitur, quæ ab hoc loco usque ad finem operis le-

E

guntur in altero recentiori, & in Siphani editione; verum etiam quatuor subjunguntur genuina capitula, quæ integrum absolutumque Nysseni opus nobis exhibent. Non est itaque ut opus hoc Nysseno abjudicent quotquot de Ecclesiasticis Scriptoribus tractarunt, si eo tantum argumento nitantur, quod in hujus operis calce quædam ex Chrysostomo desumta legantur, qui post Nysseni tempora floruit; nam ut diximus, quæ a capite 19. usque ad finem operis in Siphani editione continentur, non Nysseni verba, sed pannum esse ex aliorum scriptis Nysseni operi ab antiquis librariis assutum, vel sola Vaticani vetustioris codicis fide atque auctoritate comprobatur.
7. Hunc Ezechielis locum in epitomen redegisse videtur Nyssenus.
8. Nyssenus refert hic partim sensum, partim ipsamet Esaiæ verba.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 370.

κβ' Περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος.

Ησαΐας, Καὶ νῦν [1] κύριος ἐξαπέσταλκέ με, καὶ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ. [2] Τῆς ἐξόδου, Καὶ εἶπε κύριος τῷ Μωϋσεῖ, ἀνάγαγέ μοι ἑβδομήκοντα πρεσβυτέρους, καὶ λήψομαι ἀπὸ τοῦ ἐπὶ σὲ πνεύματος, καὶ ἐκχεῶ ἐπ' αὐτοὺς, καὶ ἀντιλήψομαί σε. Δαβὶδ, Καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοὶ ὁ Θεὸς, καὶ πνεῦμα εὐθὲς ἐγκαίνισον ἐν τοῖς ἐγκάτοις μου, καὶ τὸ πνεῦμά σου τὸ ἅγιον μὴ ἀντανέλῃς ἀπ' ἐμοῦ, καὶ πνεύματι ἡγεμονικῷ στήριξόν με. Καὶ πάλιν, Ποῦ πορευθῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός σου. Ἰὼβ, Πνεῦμα θεῖον τὸ ποιῆσάν με. Καὶ πάλιν, Πνεῦμά ἐστιν ἐν βροτοῖς, πνοὴ δὲ παντοκράτορός ἐστιν ἡ [3] διδάσκουσά με. Καὶ πάλιν, Ζῇ κύριος, ὃς οὕτω με κέκρικε, καὶ ὁ παντοκράτωρ, ὁ πικράνας μου τὴν ψυχὴν, πνεῦμα δὲ θεῖον τὸ περιόν μοι [4] ἐν ῥισί. [5] Ζαχαρίας, Ἐγώ εἰμι ἐν ὑμῖν, καὶ τὸ πνεῦμά μου ἐφέστηκεν ἐν μέσῳ ὑμῶν. Σολομὼν, Πνεῦμα κυρίου πεπλήρωκε τὴν οἰκουμένην. Ησαΐας, Παρώξυναν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ ἐστράφη αὐτοῖς εἰς ἔχθραν. Ὁ οἶκος τοῦ Ἰακὼβ παρώξυναν τὸ πνεῦμα κυρίου. Ἰωὴλ, Καὶ ἔσται ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα, δηλαδὴ τὴν πιστεύουσαν, καὶ ἐπὶ τοὺς υἱοὺς ὑμῶν, καὶ ἐπὶ τὰς θυγατέρας ὑμῶν, καὶ τὰ ἑξῆς. Ησαΐας, Πνεῦμα κυρίου ἐπ' ἐμὲ, οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με, [6] καὶ ἐπαναπαύσεται ἐπ' αὐτὸν ἑπτὰ πνεύματα. Καὶ, Κατέβη πνεῦμα κυρίου, καὶ ὡδήγησεν αὐτούς. καὶ πνεῦμα ἐπιστήμης ἔπλησε Βεσελεὴλ τὸν ἀρχιτέκτονα τῆς σκηνῆς· πνεῦμα παροξυνόμενον, καὶ πνεῦμα ἐξαῖρον Ἠλίαν ἐν ἅρματι, καὶ ζητηθὲν παρ' Ἐλισσαίου διπλάσιον. Καὶ, Πνεῦμα παρ' ἐμοῦ ἐξελεύσεται, καὶ πνοὴν πᾶσαν ἐγὼ ἐποίησα. Καὶ, Ἰδοὺ ὁ παῖς μου ὁ ἐκλεκτὸς, ὁ ἀγαπητός μου, εἰς ὃν εὐδόκησεν ἡ ψυχή μου, θήσω τὸ πνεῦμά μου ἐπ' αὐτόν. Καὶ, Οὐαὶ τέκνα ἀποστάται, τάδε λέγει κύριος· ἐποιήσατε βουλὴν οὐ δι' ἐμοῦ, [7] καὶ συνθήκην οὐ διὰ τοῦ πνεύματός μου. Καὶ, Ἐκεῖ συνήντησαν ἔλαφοι, καὶ εἶδον τὰ πρόσωπα ἀλλήλων· ἀριθμῷ παρῆλθον, καὶ μία αὐτῶν [8] οὐχ ὑπελείφθη, διότι κύριος ἐνετείλατο αὐταῖς, καὶ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ συνήγαγεν [9] αὐτάς. Καὶ ὅτι ἡ ἀνάστασις διὰ τοῦ πνεύματος ἐνεργεῖται, Δαβὶδ λέγει, Ἀντανελεῖς τὸ πνεῦμα αὐτῶν, καὶ ἐκλείψουσι, καὶ εἰς τὸν χοῦν αὐτῶν ἐπιστρέψουσιν· ἐξαποστελεῖς τὸ πνεῦμά σου, καὶ κτισθήσονται, καὶ ἀνακαινιεῖς τὸ πρόσωπον τῆς γῆς.

XXII. De Spiritu sancto.

Esaias, [a] *Et tunc* [1] *Dominus misit me, & spiritus ejus.* [2] Ex Exodo, [b] *Adduc mihi septuaginta seniores, & sumam de spiritu qui est in te, & fundam super eos, & suscipiam te.* David, [c] *Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innova in visceribus meis: & spiritum sanctum tuum ne auferas a me: & spiritu principali confirma me.* Et rursus, [d] *Quo ibo a spiritu tuo.* Job, [e] *Spiritus divinus, qui fecit me.* Et rursus, [f] *Spiritus est in hominibus; spiratio autem omnipotentis est, quæ docet* [3] *me.* Et rursus, [g] *Vivit Deus, qui sic me judicavit, & omnipotens, qui affecit amaritudine animam meam. Spiritus autem divinus, qui circa me est* [4] *in naribus.* [5] Zacharias, [h] *Ego sum in vobis, & spiritus meus stetit in medio vestrum.* Salomon, [i] *Spiritus Domini replevit orbem terrarum.* Esaias, [k] *Exacerbaverunt spiritum sanctum, & conversus est eis in inimicitiam.* [l] *Domus Jacob exacerbavit spiritum Domini.* Joel, [m] *Et erit in ultimis diebus, effundam de spiritu meo super omnem carnem*, credentium videlicet, *& super filios vestros, & super filias vestras*, & reliqua. Esaias, [n] *Spiritus Domini super me, propter quod unxit me.* [6] Et, [o] *Requiescent super eum septem spiritus.* Et, [p] *Descendit spiritus Domini & dux eorum fuit.* Et Spiritus sapientiæ [q] implevit Beseleel tabernaculi architectum. Spiritus incitans Eliam [r], eumque tollens in currum, qui duplex ut in se fieret Elisæus postulat. Et, [s] *Spiritus e me egredietur, & flatum omnem ego feci.* Et, [t] *Ecce puer meus electus, dilectus meus, in quo bene complacuit animæ meæ, Ponam spiritum meum super eum.* Et, [u] *Væ filii desertores, hæc dicit Dominus; Fecistis consilium, non per me; &* [7] *pactum, non per spiritum meum.* Et, [x] *Ibi occurrerunt cervi, & viderunt facies inter se: numero transierant, & una ipsarum* [8] *non remansit: quia Dominus eis mandavit, & spiritus ipsius congregavit* [9] *eas.* Ceterum resurrectionem quoque Spiritus efficit; David enim ait, [y] *Auferes spiritum eorum, & deficient, & in pulverem suum revertentur. Emittes spiritum tuum, & creabuntur; & renovabis faciem terræ.*

a Isa. XLVIII. 16. *b* Num. XI. 16. *c* Psalm. L. 12-14. *d* Psalm. CXXXVIII. 7. *e* Job XXXIII. 4. *f* Job XXXII. 8. *g* Job XXVII. 2. 3. *h* Aggæi II. 6. *i* Sap. I. 7. *k* Isa. LXIII. 10. *l* Mich. II. 7. *m* Joel II. 28. *n* Isa. LXI. 1. *o* Isa. XI. 2. *p* Isa. LXII. 14. *q* Exod. XXXI. 1. *r* IV. Reg. II. 10. 11. *s* Isa. LXVII. 16. *t* Isa. XLII. 1. apud Matth. XII. 18. *u* Isa. XXX. 1. *x* Isa. XXXIV. 15. 16. *y* Psalm. CIII. 29. 30.

1. Romana LXX. Interpretum editio, *Κύριος κύριος ἀπέσταλκε.*
2. Locus iste ad librum Numerorum cap. II. 16. pertinere videtur; sed ibi tum in verbis, tum in sensu nonnihil diversus est.
3. Pronomen, *με*, non exstat in vulgata LXX. Interpretum editione.
4. Editio Romana LXX. Interpretum, *ἐν ῥινί*; sed propior hebraicæ lectio, quam sequitur Nyssenus, & Augustinus a Nobilio memoratus.
5. Locus est Aggæi 2. 6. non Zachariæ, sed in Romana edit. est, *μεθ' ὑμῶν ἐγώ εἰμι.*
6. Respicere videtur ad Esaiæ locum in cap. II. 2. *Et requiescet super eum spiritus Dei, spiritus sapientiæ, & intellectus, spiritus consilii, & fortitudinis, spiritus scientiæ, & pietatis replebit eum, spiritus timoris Domini.* Septem enim spiritus hic supputantur, etiam a Tertulliano lib. 5. adversus Marc. cap. 17.
7. In Romana LXX. Interpr. editione est, *συνθήκας*, quemadmodum etiam legit Irenæus lib. 4. adv. hær. cap. 23. Sed Cyprianus in ep. 55. cum Nysseno concordat, legit enim, *fecistis conventionem.*
8. Eadem Romana editio, *οὐκ ἀπώλετο, non periit.*
9. Eadem editio, *αὐτάς.*

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ
ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ
ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΝΥΣΣΗΣ.

SANCTI PATRIS NOTRI
GREGORII
EPISCOPI NYSSENI.

[1] Ἕτερον ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον Στέφανον τὸν πρωτομάρτυρα.

[1] *Laudatio altera S. Stephani protomartyris.*

Interprete & scholiaste LAURENTIO ZACAGNIO V. C.

Ἐπεδήμησε Χριστὸς τῷ κόσμῳ εἰς σωτηρίαν, καὶ μετ᾽ αὐτὸν ἐβλάστησαν οἱ καρποὶ τῆς Ἐκκλησίας. ἔλαμψεν ὁ μάρτυς τῆς ἀληθείας, καὶ συνέλαμψαν οἱ μάρτυρες τῆς μεγάλης οἰκονομίας. ἠκολούθησαν οἱ μαθηταὶ τῷ διδασκάλῳ, τοῖς κυριακοῖς ἴχνεσιν ὁδεύοντες· μετὰ Χριστὸν οἱ χριστοφόροι· μετὰ τὸν ἥλιον τῆς δικαιοσύνης οἱ φωστῆρες τῆς οἰκουμένης. καὶ πρῶτος μὲν ἡμῖν ὁ Στέφανος ἀνήνθησεν, οὐκ ἐκ τῶν ἰουδαϊκῶν ἀκανθῶν πλακείς, ἀλλ᾽ ἐκ τῆς ἐκκλησιαστικῆς εὐθηνίας πρῶτος καρπὸς τῷ Κυρίῳ προσενεχθείς. Ἰουδαῖοι μὲν γὰρ στέφανον ἐξ ἀκανθῶν πλέξαντες, τῇ κεφαλῇ τοῦ Σωτῆρος ἐπέθηκαν, ἀξίους τῆς κακῆς γεωργίας αὐτῶν τοὺς καρποὺς ἐπιδειξάμενοι τῷ δεσπότῃ τοῦ ἀμπελῶνος, ὡς διὰ τῆς προφητείας προανεφώνει, λέγων, Ἀμπελὼν Κυρίου Σαβαὼθ, οἶκος τοῦ Ἰσραὴλ ἐστι, καὶ ὁ ἄνθρωπος Ἰούδα, νεόφυτον ἠγαπημένον· ἔμεινα τοῦ ποιῆσαι σταφυλὴν, ἐποίησε δὲ ἀκάνθας. οἱ δὲ τῆς εὐαγγελικῆς ἀληθείας ἐργάται πρῶτον προοίμιον εὐσεβείας, καὶ πρώτην ἀπαρχὴν τῆς γεωργίας, Στέφανον τὸν ἅγιον ἄνδρα προσφέρουσι τῷ δεσπότῃ, οἷα δή τινα στέφανον ἀληθῶς ἐκ πολλῶν καὶ διαφόρων ἀρετῶν συνηρμοσμένον. πρῶτον μὲν γὰρ ὁ θαυμάσιος οὗτος ἀνὴρ τὴν τῶν χηρῶν ἐπιμέλειαν ἐπιστεύετο, μαρτυρηθεὶς κρίσει καὶ ἐκλογῇ τῶν Ἀποστόλων ἀνὴρ εἶναι πιστὸς, καὶ πλήρης Πνεύματος ἁγίου, ἔπειτα δυνάμει πνευματικῆς σοφίας. καὶ γὰρ τῷ θείῳ λόγῳ τοσαύτην ὑπὲρ τοῦ κηρύγματος συνηγορίαν ἐπεδείκνυτο, ὡς καὶ μεγάλα τὰ θαύματα τῆς θείας ἐνεργείας συντρέχειν αὐτοῦ ταῖς διδασκαλίαις. Στέφανος γάρ, φησι, πλήρης πίστεως, καὶ δυνάμεως ἐποίει σημεῖα μεγάλα. οὐ γὰρ ἐδικαίωσεν ἐμπόδιον αὐτῷ τι γενέσθαι τῇ περὶ τὰς χήρας σπουδῇ, ἀλλὰ καὶ ταύτης εἴχετο προθύμως, κἀκείνης οὐκ ἀπελιμπάνετο· καὶ ἦν ἐπ᾽ αὐτῷ μέγα τὸ θαῦμα καὶ φιλοπόνου διανοίας πλεονέκτημα· χήρας ἐπιστεύετο, καὶ ψυχὰς ἐνεπορεύετο, τὰς μὲν ἄρτῳ τρέφων, τὰς δὲ λόγῳ παιδεύων, καὶ ταῖς μὲν σωματικὴν τράπεζαν προτιθεὶς, ταῖς δὲ πνευματικὴν ἑστίαν προβαλλόμενος. ἦν γὰρ ἀνὴρ ἀγαθὸς, καὶ

A Christus in mundi salutem advenit, & illico Ecclesiæ fructus prodierunt. Refulsit testis veritatis, simulque magnæ dispensationis testes coruscarunt. Secuti sunt magistrum discipuli, Domini vestigiis insistentes; post Christum, Christiferi; post solem justitiæ, terræ lumina: & primus quidem nobis Stephanus, corona, scilicet, floruit, non ex judaicis spinis contexta, sed primus Ecclesiæ fertilitatis fructus Deo oblatus. Quippe Judæi spineam coronam Salvatoris capiti imposuerunt, mala sua dignos agricultura fructus Domino vineæ ostentantes, B quemadmodum per Prophetas olim loquutus est, dicens: [a] *Vinea Domini Sabaoth, domus Israel est, & homo Juda, novella plantatio dilecta. Exspectavi, ut faceret uvas, fecit autem spinas.* At evangelicæ veritatis operarii, primum pietatis exordium, & agriculturæ suæ primitias, Stephanum virum sanctum Domino offerunt, veluti coronam quamdam ex multis diversisque virtutibus vere contextam. Primum siquidem huic admirabili Viro viduarum cura demandata est, cum ipse tamquam fidelis vir, ac Spiritu sancto plenus, & Apostolorum judicio atque delectu, & postea spiritalis sapientiæ virtute, comprobatus fuisset. Et sane tanti studii atque conatus specimen in propugnando promulgandoque Evangelio præbuerat, ut & magna divinæ virtutis C miracula ejus prædicationem comitarentur. [b] *Stephanus enim*, inquit, *plenus fide, & fortitudine faciebat signa magna.* Neque enim viduarum curam ullo sibi impedimento fore putavit; sed & hoc onere alacriter suscepto, a verbi ministerio numquam cessavit, & hoc ipsum in eo magnæ admirationi erat, quod animi ad subeundos labores propensi singularem plane abundantiam ostenderet. Viduarum curam gerebat, & animarum negotiationi incumbebat; illas quidem pane nutriens; has vero sermonibus instruens; illis quidem corporalem mensam apponens, his vero spirituale epulum parans; erat enim vir probus, & plenus Spiritu sancto;

a Isa. V. 7. *b* Act. vi. 8.

1. Hæc oratio bis eadem manu describitur in Vaticano codice num. 446. semel quidem in calce ejusdem codicis, iterum vero inter alias Gregorii Nysseni orationes, post celebre ejusdem encomium sancti Stephani, typis jam editum, & quod in festo sancti Stephani publice in Ecclesia Græca recitari testatur Typicum Monasterii S. Sabæ. Hinc itaque factum est, ut ἕτερον ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον Στέφανον, in eo codice inscribatur, licet sequenti die festi habitum a Nysseno fuisse, ex ejus lectione liquido constet, D quia, nempe, a S. Stephani laudibus incipiens, mox ad celebrandum SS. Petrum, Jacobum, & Joannem, Apostolos transitum facit. Nos autem utramque orationis h[illegible] editionem, in Vaticano codice repræsentatam, diffi[illegible]bus in locis consuluimus, & ex ea nostram exp[illegible] locis tamen, ubi utraque inter se discrepat, indicatis. Ceterum hanc orationem genuinum Nysseni fœtum esse, tum stylus ipse, tum nonnulli antiqui mores in ea memorati, satis superque demonstrant.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

πλήρης Πνεύματος ἁγίου· ἀγαθότητι μὲν τῆς γνώμης τῶν πενήτων τὴν λειτουργίαν ὑφιστάμενος, παῤῥησίᾳ δὲ, καὶ δυνάμει τοῦ Πνεύματος τοὺς ἐχθροὺς τῆς ἀληθείας ἐπιστομίζων. πᾶσι γοῦν ἀντέκρουε, καὶ πάντας τῷ λόγῳ τῆς ἀληθείας κατηγωνίζετο, λογισμοὺς καθαιρῶν, καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ. τοσαύτη δὲ αὐτῷ ἰσχὺς τοῦ λόγου παρῆν, ὡς κατὰ τὴν μαρτυρίαν τῆς ἁγίας γραφῆς μηδένα δύνασθαι ἀντιστῆναι τῇ σοφίᾳ, καὶ τῷ πνεύματι, ᾧ ἐλάλει. ἀλλ' ἐπὶ τὸ συνέδριον ἤγετο τῆς ἀπιστίας, ὁ κῆρυξ τῆς ἀληθείας. δεῖ γὰρ ἡμᾶς οὕτω παραδραμόντας τῷ πρωτομάρτυρι τὴν ὀφειλομένην ἀποδοῦναι, [1] ἣν χθὲς ἀποπληρῶσαι τὸ ἀσθενὲς τοῦ σώματος οὐκ ἐπέτρεψε, καὶ σήμερον τοῖς ἁγίοις Ἀποστόλοις τὴν οἰκείαν μνήμην ἀποπληρῶσαι. πρῶτον μὲν γὰρ οὐχ ἡμέραις, οὐδὲ χρόνοις τὰ τῶν ἁγίων ἐγκώμια περιορίζεται· εἰς μνημόσυνον γὰρ, φησι, αἰώνιον ἔσται δίκαιος. ἔπειτα δὲ οἷς οὐ διαιρεῖται τὰ τῆς γνώμης. [2] οὔτε τοίνυν Μάρτυρες ἄνευ Ἀποστόλων, οὔτε πάλιν Ἀπόστολοι χωρὶς ἐκείνων· διδάσκαλοι μὲν γὰρ Μαρτύρων Ἀπόστολοι, εἰκόνες δὲ τῶν Ἀποστόλων οἱ Μάρτυρες. εἰκόνα γοῦν τὴν ἐκείνων, καὶ τὸν χαρακτῆρα φέρων ὁ μακάριος Στέφανος, [3] σταυρὸν, καὶ διὰ τοῦ θανάτου πρῶτος τοῦ μαρτυρίου τὸν στέφανον ἀνεδήσατο. ἀλλ' ὅμως διὰ τῆς ὑπομονῆς τοῦ μαρτυρίου τοὺς διδασκάλους ἀπεσέμνυνε, καὶ γέγονεν ἀληθῶς στέφανος· στέφανος γὰρ τῶν καλῶν διδασκάλων, οὐκ ἦν τιμὴ τῆς εὐφημίας, ἀλλ' ἦν προκοπὴ τῆς Ἐκκλησίας. ὥσπερ γοῦν [4] Κορινθίοις γράφων ὁ θεῖος Ἀπόστολός φησιν, Ἀδελφοί μου ἀγαπητοὶ καὶ ἐπιπόθητοι, χαρὰ καὶ στέφανός μου, οὕτω στήκετε. ἀλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανέλθωμεν. εἰσῆλθεν εἰς τὸ συνέδριον τῶν χριστοφόνων ὁ χριστοφόρος. εἰσεπήδησεν εἰς τὴν συναγωγὴν τῶν λύκων τὸ πρόβατον· ἀλλ' ἦν οὐχ ὡς ἁπλῶς πρόβατον θηριάλωτον, ἀλλὰ πρόβατον ὑπὸ Χριστοῦ ποιμαινόμενον, καὶ πρὸς τοὺς λύκους ἀγωνιζόμενον. οἱ μὲν γὰρ ἐλύσσων, καὶ διεπρίοντο, ταῖς κατηγορίαις καὶ ταῖς ἀπειλαῖς τὸ ποίμνιον καταδάκνοντες· ὁ δὲ μᾶλλον αὐτοὺς τοῖς ἐλέγχοις διεσπάραττεν, ἢ ταῖς ἀπειλαῖς, καὶ ταῖς κατηγορίαις, ὡς ἐκεῖνοι. μὴ ψιλῶς μηδ' ἐπιπολαίως παραδράμωμεν τὰ λεγόμενα· οὗτος γὰρ πρὸς τοσαύτην συναγωγὴν πονηρευομένων, καὶ πρὸς τοσαύτην λύκων ἔφοδον κατὰ τῆς ἀδικίας ἐθάρσησε παῤῥησιάσασθαι, καὶ εἰπεῖν μετὰ τὴν πολλὴν ἐκείνην διδασκαλίαν, σκληροτράχηλοι, καὶ ἀπερίτμητοι τῇ καρδίᾳ, καὶ τοῖς ὠσὶν, ὑμεῖς ἀεὶ τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ ἀντιπίπτετε, καθὼς οἱ πατέρες ὑμῶν, καὶ τὰ ἑξῆς. οὕτως ὁ ἐπὶ μὲν γῆς φαινόμενος· τὰ δὲ ἐν οὐρανῷ κατοπτριζόμενος, καὶ ἀνθρώπου μὲν φύσιν ἐνδεδυμένος, Ἀγγέλου δὲ ὄψιν, καὶ σχῆμα μεταμορφωσάμενος· καὶ τούτων οὐδὲν ἀπεικός· ἔπρεπε γὰρ ἀληθῶς ἐν τῷ πρωτομάρτυρι δειχθῆναι τῶν Μαρτύρων τὸ ἀξίωμα, καὶ γνῶναι λοιπὸν ἅπαντας τῆς καινῆς χάριτος τὰ ἔργα. ὁ τοῦ μαρτυρίου πόθος οὐ μόνον ἀγγελικὴν ἀξίαν χαρίζεται, ἀλλὰ καὶ οὐρανῶν ἀνοίγει πύλας, οὐκέτι θανάτῳ τὰς ψυχὰς παραπέμπων, ἀλλ' εἰς χεῖρας Χριστοῦ τὸ πνεῦμα παρατιθέμενος. ὁ μὲν γὰρ κυριακὸς ἄνθρωπος τοῦ σωτῆρος τῷ ἑαυτοῦ Πατρὶ ἐν τῷ σταυρῷ προσεφώνει, λέγων, Πάτερ εἰς χεῖράς σου παρατίθημι τὸ πνεῦμά μου· ὁ δὲ τοῦ Χριστοῦ δοῦλος Στέφανος ἀνατείνας εἰς τὸν δεσπότην, Κύριέ, φησιν, Ἰησοῦ, δέξαι τὸ πνεῦμά μου, ταύτῃ τῇ φωνῇ τὴν ψυχὴν ἀποθέμενος. Ἄγγελοι τὸν ἑαυτῶν χορευτὴν ἀπελάμβανον,

A animi quidem probitate pauperes alendi munus ſuſtinens, loquendi vero libertate, & Spiritus ſancti virtute, veritatis hoſtibus ora præcludens. Omnibus itaque reſiſtebat, & adverſus omnes veritatis prædicatione decertabat, adverſariorum [a] *conſilia deſtruens, omnem altitudinem extollentem ſe adverſus ſcientiam Dei*. Tanta autem dicendi vi atque efficacia præditus erat, ut ſacra pagina teſtante, *Nemo potuerit reſiſtere ſapientiæ & ſpiritui, quo loquebatur*. Sed ad concilium impietatis ductus fuit præco veritatis; oportet enim nos ita in tranſcurſu, debitas Protomartyri laudes reddere, [1] quas heri adimplere propter corporis infirmitatem non licuit, & hodie debitam ſanctis Apoſtolis commemorationem
B peragere. Primum ſiquidem neque diebus, neque temporibus Sanctorum laudes circumſcribendæ ſunt; nam [b] *In memoria*, ait, *æterna erit juſtus*. Deinde vero quibus una eademque fuit mens atque ſententia, [2] ii utique laudum quoque debent eſſe conſortes. Non itaque laudandi ſunt ſine Apoſtolis Martyres, nec ſine iſtis Apoſtoli. Magiſtri enim Martyrum Apoſtoli, imagines vero Apoſtolorum ſunt Martyres. Illorum itaque imaginem atque inſigne, [3] Crucem videlicet, Beatus præſeferens Stephanus, primus quoque per mortem martyrii corona redimitus fuit. Quin & martyrii tolerantia magiſtris gloriam decoremque comparavit; & factus eſt vere Stephanus, hoc eſt, corona; nam magiſtrorum egregio-
C rum corona, non ex celebritate nominis ortus honor, ſed Eccleſiæ incrementum erat, quemadmodum etiam ad [4] Corinthios ſcribens divinus Apoſtolus inquit, [c] *Fratres mei cariſſimi, gaudium meum, & corona mea, ſic ſtate*. Sed ad propoſitum redeamus. Ingreſſus eſt in Chriſti occiſorum concilium, vir Chriſtum ferens, ovis in luporum ſynagogam inſiluit, non tamquam omnino ovis a lupo rapta, ſed tamquam ovis e Chriſti grege cum lupis dimicans. Nam illi furebant atque diſſecabantur, accuſationum, atque minarum morſibus gregem dilacerantes; at hic diverſo prorſus more eos argumentationibus potius ſuis, quam minis, & accuſationibus diſcerpebat. At non leviter atque ſummatim, quæ de
D ipſo narrantur, percurramus. Hic enim in tanto malignantium concilio, & tot luporum incurſu audacter adverſus impietatem loqui, & poſt egregiam illam fidei prædicationem dicere non timuit, [d] *Dura cervice, & incircumciſis cordibus, & auribus, vos ſemper Spiritui ſancto reſiſtitis, ſicut patres veſtri*, & quæ ſequuntur. Hæc ille, qui in terra quidem eſſe videbatur, cæleſtia vero ſpeculabatur, non exuta hominis natura, in Angeli faciem, ſpeciemque transformatus; idque non immerito, decebat enim, ut in Protomartyre, Martyrum dignitas vere appareret, omneſque deinceps novæ gratiæ opera in eo dignoſcerent. Martyrii quippe deſiderium non angelicam modo dignitatem impertit, ſed & cælorum aperit
E portas; non tradens animas morti, ſed in Chriſti manus ſpiritum commendans. Nam dominicus quidem homo Salvator noſter ad Patrem ſuum in cruce clamabat, dicens, [e] *In manus tuas commendo ſpiritum meum*; Stephanus vero Chriſti ſervus extenſis ad Dominum manibus ait, [f] *Domine Jeſu, ſuſcipe ſpiritum meum*, & hæc verba proferens, animam exhalavit. Angeli autem cæleſtis chori ſocium ſuſceperunt, pluribus e cælo laudibus ipſum cumulantes, quam qui-

a II. Cor. x. 15. *b* Pſalm. cxi. 7. *c* Philipp. iv. 1. *d* Act. vii. 51. *e* Luc. xxiii. 46. *f* Act. vii. 59.

1. Habita eſt igitur hæc oratio poſtridie feſti S. Stephani
2. Hic nonnulla deeſſe videntur in teſtu græco, quæ ad antecedentium, & ſubſequentium verborum ſenſum in verſione noſtra ſupplevimus.
3. Vide an verbum σταυρὸν ſupervacaneum ſit; certe ſine illo ſenſus conſtare poteſt.
4. Memoria labitur Nyſſenus, niſi veteris librarii error ſit; nam hæc verba non in epiſtolis ad Corinthios, ſed in epiſtola ad Philippenſes leguntur.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

μᾶλλον αὐτὸν ἄνωθεν βάλλοντες ταῖς εὐφημίαις, ἢ ἐν τοῖς λίθοις κάτωθεν Ἰουδαῖοι. ἀλλ' ὁ μὲν Στέφανος οὕτω τὸν καλὸν ἀγωνισάμενος ἀγῶνα τὸν ἐν οὐρανοῖς κλῆρον ἐδέξατο· τῷ στεφάνῳ δὲ τούτῳ πάντες ἐξαίφνης οἱ τίμιοι λίθοι συνεπλάκησαν, οἱ θειότατοι τῶν Εὐαγγελίων κήρυκες, μεθ' οὓς οἱ Μάρτυρες, καὶ μετ' αὐτοὺς πάλιν οἱ σωτηρίῳ ἀρετῇ διαλάμψαντες· προηγουμένως δὲ οἱ ἐπὶ τοῦ παρόντος μνημονευόμενοι, πολὺ καὶ λαμπρὸν ἀπαστράπτοντες τὸ κάλλος τῆς εὐσεβείας, λέγω δὴ [1] Πέτρος, καὶ Ἰάκωβος, καὶ Ἰωάννης, οἱ καὶ τῆς ἀποστολικῆς ἁρμονίας ἔξαρχοι, καὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς εὐδοξίας στέφανοι. οὐκ ἀφίσταμαι γὰρ [2] τῆς τοῦ Στεφάνου προσηγορίας, ἀλλὰ πολλάκις καὶ μυριάκις λέγων, ἔτι διψῶν ἐπαναλαμβάνω· στεφάνου γὰρ κόρος οὐκ ἔστι B τοῖς τὸ μακάριον τέλος τῶν στεφάνων ἐκδεχομένοις. οὐκοῦν, εἰ δεῖ φιλαλήθως εἰπεῖν, ἀπὸ Στεφάνου πάλιν στεφάνοις εὐωχοῦμεν, καὶ κοινωνοῦμεν αὐτῶν ταῖς μνήμαις, ἐπειδήπερ ἐλπίζομεν κοινωνεῖν, καὶ μένειν, [3] καὶ συνδοξάζομεν. βεβαιούσης γὰρ τῆς ἐπαγγελίας, ἡ κοινωνία τῆς πίστεως πολυπλασιάζεται. πάλιν δὲ ἡμῖν, ἀδελφοί, τῶν ἀγαθῶν ἡ ἀπόλαυσις, τῷ [4] τὴν κυριακὴν τῆς ἀναστάσεως ἡμέραν συλλάμψαι τῇ μνήμῃ τῶν μαρτύρων. ἐν ταύτῃ γὰρ προηγουμένως ἡμῶν τὰς διανοίας κατηύγασεν ὁ φωτισμὸς τῆς δόξης τοῦ Εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ, ἐν ᾗ τὰς σωτηρίους ἀκτῖνας τῆς δικαιοσύνης ἀνθήσας, τὸ μὲν σκότος τῆς ἀσεβείας ἠφάνισε, τὰς δὲ ψυχὰς τῇ ἐπιγνώσει τῆς ἀληθείας ἐλάμπρυνε. καὶ ὅρα μοι τὸ θαυμα- C στὸν τῆς εὐεργεσίας, καὶ μέγιστον. ὁ μὲν γὰρ αἰσθητὸς οὗτος ἥλιος ἀνίσχων ἕωθεν, καὶ ταῖς προδρόμοις τῶν ἀκτίνων αὐγαῖς τὴν ἡμέραν προοιμιαζόμενος, καλύπτει μέν, καὶ περιβάλλει ταῖς μαρμαρυγαῖς [5] τὴν ὑπ' οὐρανόν. ἀποκρύπτει δέ, καὶ ἀμαυροῖ πάντας ὁμοῦ τοὺς τῶν ἀστέρων χορούς, ὡς μόνον αὐτὸν ὁρᾶσθαι περιπολοῦντα ταῖς οὐρανίαις ἁψῖσιν. ὁ δέ γε κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός, ἀνατείλας ἡμῖν ἐξ ὕψους, κατὰ τὴν λέγουσαν περὶ αὐτοῦ προφητείαν, ἐν οἷς ἐπεσκέψατο ἡμᾶς ἀνατολὴ ἐξ ὕψους, οὐ μόνον οὐκ ἀπέκρυψε τοὺς πρὸ τῆς ἐπιδημίας αὐτοῦ δίκην ἀστέρων ἀναλάμψαντας ἁγίους, καὶ προδρόμους αὐτοῦ γενομένους, ἀλλὰ κἀκείνους λαμπροτέρους ἐποίησε, καὶ ἑτέρους ἑαυτῷ φωστῆρας συνανέλαμψε. Προφῆται D μὲν γὰρ διέλαμψαν μετὰ τὴν ἐκείνου παρουσίαν. μᾶλλον [6] δὲ ἢ πρὸ ἐκείνης. ἀμυδρᾶς γὰρ οὔσης ἔτι τῆς προφητείας [7] ταῖς εὐαγγελικαῖς τῶν γραμματέων

A bus in terra eum Judæi lapidibus obruerint. Sed Stephanus quidem bonum hoc pacto certans certamen, cælestis gloriæ consors est factus. Huic autem Stephano, hoc est, coronæ, illico pretiosi lapides agglutinati sunt, divini videlicet Evangeliorum præcones, quos subsecuti sunt Martyres, & rursus, qui salutari deinceps virtute coruscarunt; præ ceteris vero omnibus ii, quorum in præsenti memoriam agimus, qui longe lateque pietatis splendore effulserunt, [1] Petrum ajo, Jacobum, & Joannem Apostolici ordinis Principes, & Ecclesiasticæ gloriæ coronas, nequeo enim mihi temperare, quominus [2] Stephani nomen usurpem; sed quamvis frequentius ac millies Stephani mentionem fecerim; attamen B propter inexhaustam hujus vocis proferendæ aviditatem, Stephani nomen rursus adhuc repeto; Stephano enim commemorando satiari nequaquam possunt, qui virorum Stephano similium felicem exitum exspectant. Igitur si vera loqui oportet, Stephano initium faciente, aliis rursus, ut ita dicam, Stephanis lætamur, eorumque memoriæ communicamus, quia scilicet, & eorum nos gloriæ participes fieri, cumque ipsis manere speramus, & re vera cum ipsis aliquando [3] conglorificabimur; quandoquidem promissione confirmata, fidei communio multiplicatur. Sed & rursus nobis, Fratres, spiritalibus bonis fruendi datur occasio, dum una cum Martyrum commemoratione [4] dominicus quoque resurrectionis dies refulget. C In hac enim die illuminatio gloriæ Evangelii Jesu Christi mentes nostras potissimum illustravit, in qua lux illa, salutaribus justitiæ radiis vigens, impietatis tenebras dispulit, & animas cognitione veritatis illuminavit. Et vide quam admirabile eximiumque sit istud beneficii genus. Sol enim iste sensibilis, mane exoriens, & radiorum fulgoribus adventus sui prænuntiis diem exordiens, operit quidem, circumdatque suo lumine [5] terram; ceterorum vero astrorum omnium choros obscurat atque obruit, ita ut ipsum solum per cæli apsides vagari conspiciamus. At Dominus noster Jesus Christus oriens nobis ex alto, juxta Prophetam de ipso dicentem, [a] *In quibus visitavit nos Oriens ex alto;* Sanctos illos sui præcur- D sores, & qui ante adventum ejus stellarum instar refulserunt, non solum non obscuravit; sed illos potius splendidiores reddidit, ac præterea ut nova alia luminaria secum orirentur, effecit. Quippe Prophetæ post ejus adventum coruscarunt, & quidem majore [6] quam antea fulgore. Nam cum obscuræ adhuc essent prophetiæ [7] ob ineptas Scribarum digressiones in iis exponendis, quæ ad evangelium, Christique

[a] Luc. 1. 79.

1. Nyssenæ Ecclesiæ, & totius fortasse Cappadocum gentis instituto, una eademque die post S. Stephani solemnitatem, Apostolorum Petri, Jacobi, & Joannis festum celebrabatur. Meminit enim hujus moris non modo hoc in loco Nyssenus noster; sed & initio alterius orationis funebris in D. Basilium fratrem.

2. Nyssenus pluries per hanc orationem in voce græca, *στέφανος* ludit, quæ Stephanum Protomartyrem, & coronam æque significat, nos autem Stephani vocem hic retinuimus, cum ejus allusionis, & æquivocationis leporem in interpretatione retineri, latinæ linguæ indoles non patiatur.

3. In alia editione hujus orationis quæ in uno eodemque Vaticano codice, num.446. habetur, legitur *καὶ μένειν καὶ συνδοξάζεσθαι*.

4. Hinc colligitur dominica die accidisse festum Joannis Apostoli eo anno, quo hanc orationem habuit Nyssenus.

5. Ἡ *ὑπ' οὐρανόν*, phrasis est S. Scripturæ, quæ terram, vel sublunares regiones significat, ut videre est in libro Job cap. 1. 7. *Περιελθὼν τὴν γῆν, καὶ ἐμπεριπατήσας τὴν ὑπ' οὐρανόν, πάρειμι*. Idem cap. 2. 2. *Διαπορευθεὶς τὴν ὑπ' οὐρανόν, καὶ ἐμπεριπατήσας τὴν σύμπασαν, πάρειμι*. Nobilius utrobique vertit, *Eam, quæ sub cælo est*, sed in veteri editione latina secundum LXX. Interpretes a Doctissimis Benedictini apud Gallos Ordinis alumnis nuper vulgata in primo S. Hieronymi operum tomo, vertitur, *Ea, quæ sub cælo sunt*.

6. Particulam *ἢ*, sensu postulante, nos addidimus, licet in Vaticano codice non habeatur.

7. Locus obscurus, & corruptionis fortasse suspectus; nos tamen nihil mutare ausi, commodum aliquem sensum ex his Nysseni verbis eruere conati sumus. Vult enim E Nyssenus, Christum adventu suo prophetias adhuc obscuras illustrasse. Earum autem obscuritatis caussam in Judæorum Scribas conjicit. Scribæ autem primum quidem Scripturas in eum, quem videmus, ordinem redegerunt; deinde vero easdem publice in Synagogis interpretare consueverunt. Porro censere potuit Nyssenus, tenebras aliquas in Prophetarum scripta a Scribis inductas fuisse, vel quum diffusis, & interdum nugacibus explicationibus ea in synagogis publice explicabant, vel cum eadem in unum corpus digesserant, nonnulla, scilicet, partim addendo, partim tollendo, ut in historicis sacræ Scripturæ libris ab eisdem Scribis factum fuisse putant. Sane antiquos Judæorum Scribas nonnulla, quæ emendatione aliqua, aut majore claritate indigebant, in sacris paginis, præsertim Prophetarum libris, mutasse, atque interpolasse, constat ex paucis illis Scripturæ locis in quibus Scribarum correctiones continentur, quique ex Rabinorum scriptis late præter alios enumerantur a Raymundo Martini in Pugione fidei



SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

ἐκβάσεσιν, ὁ Σωτὴρ ἐλθὼν εἰς τὸν κόσμον, πάντας A ἐλάμπρυνε, καὶ διεσάφησε, πλήρωμα νόμου καὶ Προφητῶν γενόμενος. οὐ γὰρ ἦλθε καταλῦσαι τὸν νόμον, καὶ τοὺς Προφήτας, ἀλλὰ πληρῶσαι. ἐπὶ δὲ τῆς νέας χάριτος περὶ ἑαυτοῦ λέγων ὁ Σωτὴρ, ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου τούτου, οὐκ ἀπηξίωσεν ἡ πηγὴ τῆς ἀγαθότητος ἐξ ἀγαθοῦ Πατρὸς προελθὼν, τοῖς αὐτῷ δουλεύουσι μεταδοῦναι τῆς ἑαυτοῦ προσηγορίας. ἀλλά φησι πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς, ὑμεῖς ἐστε τὸ φῶς τοῦ κόσμου, καὶ λαμψάτω τὰ ἔργα ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων. ὃ δὲ μεῖζον παραγαγεῖν ἔχομεν εἰς ὑπόμνησιν τῶν εἰρημένων, τοῦτο, χάριτι Θεοῦ, πάλιν ἐκθησόμεθα. Ἰωάννης Βαπτιστὴς, λύχνος ὀνομασθεὶς, καὶ ἐν τοῖς ψαλμοῖς προανατεφωνημένος, καὶ ὑπὸ Κυρίου μεμαρτυρημένος. ὁ B μὲν γὰρ Προφήτης, ἐκ προσώπου τοῦ Πατρὸς, φησὶ περὶ αὐτοῦ διὰ τῆς ὑμνῳδίας, ἡτοίμασα λύχνον τῷ Χριστῷ μου, τουτέστιν, ὑπηρέτην, καὶ πρόδρομον ἡτοίμασα τοῦ φωτός· ὁ δὲ Κύριος τὴν πατρικὴν βεβαιῶν φωνὴν, ἐκεῖνος ἦν, φησιν, ὁ λύχνος ὁ καιόμενος. ἀλλ' ὅμως ὁ λύχνος ὢν, τοσοῦτον ἀπέσχε τοῦ ἀμαυρωθῆναι τῇ τοῦ Κυρίου παρουσίᾳ, ὃς ἦν ἥλιος δικαιοσύνης, ὥστε καὶ μᾶλλον διέλαμψε, κήρυξ ὁμοῦ, καὶ θεολόγος αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος ὁ βαπτιστὴς γενόμενος. Ἰωάννης μὲν οὖν διὰ τὸ ἕνα μόνον φωτίζειν οἶκον τὸν τοῦ Ἰσραὴλ, [1] λύχνος ὠνομάσθη. οἱ δὲ τοῦ Σωτῆρος Ἀπόστολοι, οὐ λύχνος, οὐδὲ ἀστέρες, ἀλλὰ φωστῆρες ἀνηγορεύθησαν, οὐκ ἐν ἑνὶ κλίματι, οὐδὲ μιᾷ γωνίᾳ λάμποντες, ἀλλ' ἅπασαν τὴν ὑπὸ C οὐρανὸν καταυγάζοντες. ἔξαρχοι δὲ τούτων καὶ κορυφαῖοι ὁ Πέτρος, καὶ ὁ Ἰάκωβος, καὶ ὁ Ἰωάννης, οἱ σήμερον ταῖς ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυρίαις σεμνυνόμενοι, συμφώνως μὲν πρὸς τὸ τέλος τοῦ βίου δραμόντες, διαφόροις δὲ τοῦ μαρτυρίου τρόποις ἐναθλήσαντες. ὁ μὲν γὰρ πρωτοστάτης καὶ κορυφαῖος τῆς ἀποστολικῆς χορείας ἀναδειχθεὶς, οἰκείαν τῷ ἀξιώματι τὴν δόξαν ἀπηνέγκατο, τῇ τοῦ Σωτῆρος ὁμοιοπαθείᾳ τετιμημένος· [2] ὁ σταυρῷ γὰρ προσηλωθεὶς, τὴν δεσποτικὴν εἰκόνα τοῦ βασιλέως ἐξετύπωσεν. εἰκόνα δὲ λέγω βασιλικὴν τὸν σταυρὸν, οὐκ αἰσχυνόμενος ἐπὶ τῷ πάθει, ἀλλὰ σεμνυνόμενος ἐπὶ τῷ μεγάλῳ τροπαίῳ. μήτε γὰρ αὐτοῖς, μήτε ἡμῖν, μήτε τοῖς μεθ' ἡμᾶς μήτε τινὶ ἑτέρῳ, τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χρι- D στοῦ, καθὼς καὶ ὁ Παῦλός φησιν [3] . . . οὕτω γὰρ καὶ Πέτρος φαίνεται διὰ τιμῆς ἔχων τὴν σεβάσμιον [4] . . . . ἠξίου γὰρ κατὰ κεφαλῆς κρεμασθῆναι ὑπὸ τῶν σταυρούντων διὰ πολλὴν εὐλάβειαν, ἵνα μὴ ἴσος εἶναι τῷ Σωτῆρι δόξῃ, τῷ ὑπὲρ πάσης τῆς ἀνθρωπότητος σταυρωθέντι, καὶ πλατείαις, ὥσπερ ταῖς διὰ τοῦ σταυροῦ, χερσὶ τὴν οἰκουμένην περιβαλόντι. Ἰάκωβος δὲ τὴν κεφαλὴν ἀπετέμνετο, τὴν ὄντως αὐτοῦ κεφαλὴν, τὸν Χριστὸν, ἀπολαβεῖν ἐπειγόμενος. κεφαλὴ γὰρ ἀνδρὸς ὁ Χριστὸς κατὰ τὸν Ἀπόστολον, καὶ πάσης ὁμοῦ κεφαλὴ τῆς Ἐκκλησίας. ὁ δὲ μακάριος Ἰωάννης ἐν πολλαῖς, καὶ διαφόροις κατὰ τὸν βίον ἀθλήσας ἀγῶσι, καὶ ἐν πᾶσι διαπρέψας τοῖς κατορθώμασι τῆς εὐσεβείας, [5] κενὸν μὲν εἰς ὕδωρ τοῦ- E

A adventum pertinebant, Salvator veniens in mundum, cunctas, per eos qui in evangeliis narrantur, eventus, illustravit, clarasque reddidit, complementum Legis, & Prophetarum factus. Neque enim [a] *venit solvere legem aut prophetas; sed adimplere.* At vero novæ legis tempore, cum de se ipso Salvator dicat, [b] *Ego sum lux mundi hujus*, non dedignatus est fons ille bonitatis, e bono Patre emanans, servos suos nominis hujus sui participes facere; sed ad discipulos suos inquit, [c] *Vos estis lux mundi; & luceant opera vestra coram hominibus.* Sed quod ad ea, quæ diximus, confirmanda adduci potest, id, juvante Deo, rursus proferamus. Joanni Baptistæ impositum fuit lucernæ nomen, juxta id quod in B Psalmis de eo antea pronuntiatum, & Christi deinceps testimonio comprobatum fuit. Propheta enim, Patris personam sustinens, de ipso inter canendum ait, [d] *Paravi lucernam Christo meo.* Hoc est, lucis ministrum, & præcursorem. At Dominus paternæ voci robur addens, [e] *Ille*, inquit, *lucerna erat ardens.* Sed quantumvis lucerna solummodo esset, tantum abfuit, ut in Domini adventu, qui sol erat justitiæ, obscuraretur, ut clariori potius lumine refulserit, ipsius Salvatoris, ejusdemque divinitatis præco simul, ac testis effectus. Joannes igitur propterea quod unam solam Israelis domum illuminavit, [1] lucernæ nomen accepit. At nostri Salvatoris Apostoli, non lucerna, non lampades, nec sidera; sed C luminaria nuncupati fuere, utpote qui non in una regione, nec in uno terrarum angulo fulsere, sed quidquid sub cælo est illuminarunt. Horum vero duces ac principes sunt Petrus, Jacobus, & Joannes, ob toleratum pro Christi fide martyrium hodiernæ festivitatis honorem consequuti, qui uno quidem eodemque proposito ad mortem properarunt, diverso autem martyrii genere decertarunt. Nam ille, quem Dominus Apostolici chori Principem, & Coryphæum designavit, convenientem dignitati suæ gloriam obtinuit, martyrii genere, dominicæ passioni haud absimili, decoratus, quippe [2] qui cruci suffixus regiam Domini nostri imaginem expressit. Regiam autem imaginem crucem voco, non quod passionem eru- D bescam, sed quia de magno, quod ab ipsa pependit, trophæo potius glorier: nam nec ipsis, nec nobis, nec posteris nostris, nec alii cuipiam Domini nostri Jesu Christi, quemadmodum Paullus ait [3] . . . ita enim & Petrum in honore habuisse apparet venerandam [4] . . . . . siquidem propter summam venerationem rogavit, ut a crucifigentibus inverso capite suspenderetur in cruce, ne Salvatori pro universo hominum genere crucifixo, & expansis, ut erat in cruce manibus, totum terrarum orbem complectenti æqualis esse videretur. Jacobus vero capite truncatus fuit, Christo, qui vere caput ejus erat, potiendi cupidus. [f] *Caput* enim *viri Christus* secundum Apostolum, atque itidem [g] *totius Ecclesiæ caput.* E Beatus denique Joannes multa atque diversa per totam vitam certans certamina, & in omnibus pietatis officiis emicans, [5] ferventi quidem in aqua hunc

a Matth. V. 18. *b* Joan. VIII. 12. *c* Matth. V. 15. *d* Psalm. CXXXI. 17. *e* Joan. V. 34. *f* 1. Cor. XI. 3. *g* Ephes. V. 23.

adversus Judæos par. 2. cap. 3. num. 9. & par. 3. dist. 3. cap. 4. num. 11. & cap. 16. num. 26. & a Voisino in notis ad ejusdem operis procemium pag. 83. & ad caput tertium partis secundæ. Sed nihilominus cum non satis constet, an correctiones istæ Nysseni ætate antiquiores sint, licet Judæi in magna synagoga Esdræ temporibus habita, illas factas fuisse asserant; & alioqui cum Nyssenus non correctionis, aut lectionis, sed ἐκβάσεως nomine utatur; verosimilius mihi visum est, eum ad prolixas potius, longeque petitas Scribarum interpretationes, quam ad eorumdem correctiones biblicas respexisse.

1. Vox, λύχνος in Vaticano codice deerat; sed nos eam, sensu palam poscente, supplevimus,

2. Fortasse legendum, τῷ σταυρῷ.

3. Heic lacuna est in codice Vaticano. Fortasse deest, δόξα συνέβη, *Gloria contigit*, vel quid simile.

4. Et heic in Vaticano codice lacuna est, quæ fortasse impleri posset his verbis, τὴν σεβάσμιον ἐκείνην σταύρωσιν, *Venerandum illud crucifixionis genus.*

5. Et si nullum Scriptorem legerim, qui Joannem Apostolum in ferventis aquæ dolium immissum fuisse narraverit; nihilominus id aperte, ni fallor, colligitur ex corrupto isto Vaticani codicis loco, qui commodiorem nullum sensum recipere posse videtur, & fortasse ita restituendus

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

τὸ πέρας ..... κεκριμένος, τῷ χορῷ τῶν μαρτύρων συνηρίθμηται· [1] (παρὰ γὰρ δικάζουσιν [2] οὐκ ἀπὸ τῆς ἐκβάσεως τοῦ πάθους, ἀλλὰ παρ' αἱρέσεως τοῦ πόθου κρίνεται τὸ μαρτύριον.) ἀλλ' ὁ μὲν τοῦ θανάτου τρόπος τοιοῦτος ἦν, τοῖς διὰ θανάτου τὴν ἀθάνατον μνήμην καὶ ταῖς Ἐκκλησίαις χαρισαμένοις. ἔπρεπε δὲ ὡς ἀληθῶς ἐπὶ τὸ αὐτὸ τῶν προειρημένων ἀνδρῶν τὰς μνήμας ἐπιτελεῖσθαι, οὐ μόνον διὰ τὸ σύμφωνον τῆς εὐσεβείας, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ ὁμότιμον τῆς ἀξίας. οὗτοι γὰρ μόνοι τῷ Κυρίῳ πάντοτε συσχολάζοντες, καὶ ἐξαίρετον ὥσπερ παρὰ τοὺς λοιποὺς τῶν Ἀποστόλων χώραν ἔχοντες, καὶ παῤῥησίαν, οὐ κατὰ τὴν τῆς ἀνθρωπίνης φιλίας πρόσληψιν, ἀλλὰ κατὰ θείκην ἀληθείας ἐπίκρισιν. ἔστι γοῦν εὑρεῖν ἐν τοῖς μεγίστοις τῶν θαυμάτων μόνους αὐτοὺς παρὰ τοῦ Κυρίου παραληφθέντας, ὡς πιστοτάτους, καὶ ἀληθεστάτους τῶν γιγνομένων μάρτυρας. τοῦτο μὲν ἐπὶ τῆς ἐν τῷ ὄρει θεωρίας· μόνος γὰρ ἦν ἐκεῖ Πέτρος, καὶ Ἰάκωβος, καὶ Ἰωάννης, ὅτε τὸ σῶμα τὸ ἑαυτοῦ μεταμορφώσας ὁ Κύριος, εἰς ἔνδοξον, καὶ λαμπροτέραν θεότητα μετέβαλε, Μωϋσέα, καὶ Ἡλίαν [3] ἐν ἑαυτῷ παραστησάμενος, καὶ τῇ νεφέλῃ τοῦ φωτὸς ἐπισκιάσας, τὴν μεγάλην ἐκείνην εἰκόνα τῆς βασιλείας ὑπέδειξε. τοῦτο δὲ ἐπὶ τῆς Ἰαείρου θυγατρὸς, ἣν θανοῦσαν διήγειρε· καὶ γὰρ ἐκεῖ τούτους εἶχεν ἐπόπτας τῆς γενομένης θαυματουργίας. ἔτι γε μὴν, ἵνα μὴ τὰ καθ' ἕκαστον λέγων διατρίβω, καὶ κατ' αὐτὸν τὸν καιρὸν τοῦ σωτηρίου πάθους τοὺς αὐτοὺς ἄνδρας παραλαβὼν, ἐθάῤῥησεν εἰπεῖν, ὡς πιστοῖς ἀνδράσι καὶ βεβαιοτάτοις, νῦν ἡ ψυχή μου τετάρακται. ταῦτα δὲ ἡμῖν εἴρηται οὐκ εἰς καθαίρεσιν τῶν λοιπῶν Ἀποστόλων, ἀλλ' εἰς μαρτύριον τῆς τῶν μνημονευομένων ἀρετῆς· εἰ δὲ δεῖ φιλαλήθως εἰπεῖν, καὶ εἰς κοινὸν τῶν Ἀποστόλων ἐγκώμιον· τὸ γὰρ ὑπεροχὰς καὶ ἐπιβάσεις ἐν τοῖς ἁγίοις ὁρίζεσθαι, οὐκ ἀνθρωπίνης ἂν ἡ δοκιμασίας, ἀλλ' ἐπικρίσεως καὶ ἀληθείας Θεοῦ. ἡμᾶς δὲ μνήμαις τοιούτων καὶ τηλικούτων ἀνδρῶν κοινωνεῖν ἀξιωθέντας, εὐχαριστεῖν ἀναγκαῖον, οὐχ ὅσον ὀφείλομεν, τοῦτο γὰρ ἀδύνατον, ἀλλ' ὅσον ἰσχύομεν, τοῦτο γὰρ εὐαπόδεκτον. ἀπαιτοῦσι δὲ ταύτας οἱ ἅγιοι παρ' ἡμῶν τὰς τιμὰς, οὐχ ἵνα τι κερδάνωσιν εὐφημούμενοι, ἀλλ' ἵνα ἡμεῖς κοινωνήσωμεν εὐεργετούμενοι. ἐκεῖνο δὲ πάλιν οὐδένα τῶν εὐσεβῶν ἀγνοεῖν οἴομαι, ὡς οὐ μόνον Πέτρου, καὶ Ἰακώβου, καὶ Ἰωάννου, ἀλλὰ καὶ πάσης ὁμοῦ τῆς ἀποστολικῆς ἁρμονίας τὰς μνείας ἐπιτελοῦμεν. εἰ γὰρ κατὰ τὴν τῶν δογμάτων ἀλήθειαν, μελῶν τάξιν ἐπέχοντες, ἑνὸς σώματος ἀποπληροῦσι σχῆμα, δηλονότι δοξαζομένου [4] μου μέρους ἑνὸς, ὥς φησιν ὁ Ἀπόστολος, συνδοξάζεται πάντα τὰ μέλη, καὶ μάλιστα ἐπ' ἐκείνων τῶν μακαρίων, καὶ τελειοτάτων ἀνδρῶν, οἷς πάντα συμφωνεῖ πρὸς ἀλήθειαν, καὶ ὁ τρόπος ὁμόγνωμος, καὶ ἡ πίστις ὁμόδοξος, καὶ ὡς κοινὰ τὰ τῆς εὐσεβείας πλεονεκτήματα τούτων, κοινὰ καὶ τὰ παρὰ τῆς ἀληθείας σεμνολογήματα. τίς δὲ οὐκ ἂν εὐλόγως ἡσθείη, καὶ αὐτοῦ τοῦ ἁγίου πνεύματος πληρωθείη, ἀποστολικῷ χορῷ κοινωνεῖν ἠξιωμένος, τῷ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην πρὸς τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας ὁδηγήσαντι, τῷ κατὰ πάσης τῆς οἰκουμένης ἁπλώσαντι τὰ τῆς εὐσεβείας δίκτυα, καὶ πανταχοῦ πήξαντι τὰ τῆς ἀληθείας θήρατρα, ἵνα συλλαβόμενοι πᾶσαν ὁμοῦ τὴν ἀνθρωπό-

A finem . . . judicatus, in Martyrum choris annumeratur; [1] apud æquos enim rerum [2] æstimatores non ex passionis eventu, sed ex desiderio libere eligentis voluntatis de martyrio existimatur. Et quidem hujusmodi fuit illorum mortis genus, qui per mortem apud Ecclesias quoque immortalem sui memoriam reliquerunt. Enimvero maxime decebat uno eodemque tempore istorum Virorum memoriam celebrari, non ea tantum de caussa, quod in profitenda pietate una & mente, & voce consenserint, verum etiam quod æquali in honore a Christo habiti fuerint. Hi etenim soli cum Christo ubique versati sunt, ac præterea tum agendi, loquendique libertatem, tum eminentiorem quodammodo præ ceteris Apostolis B locum obtinuere, non humanæ amicitiæ ratione, sed divino judicio ad id dignitatis evecti. Ipsos itaque solos a Domino, dum præcipua miracula patravit, tamquam fidelissimos, & veracissimos gestorum testes secum assumtos fuisse comperimus. Hoc sane factum fuit in visione montis [a]. Soli enim ibi Petrus, Jacobus, & Joannes aderant, cum corpus suum transformans Dominus, in gloriosam, ac splendidiorem divinitatem transmutavit, & Mose, atque Elia [3] sibi adstantibus, lucisque nebula obumbrante, eximiam illam æterni regni imaginem ostendit. Hoc etiam factum est, dum Jairi filiam a mortuis suscitavit [b]; tunc enim hos tantum miraculi illius spectatores habuit. Quin & sub ipsum passionis tem-C pus, ne in singulis quibusque narrandis diutius morer, eosdem viros secum assumsit, eisque tamquam fidelibus, constantissimisque discipulis non est veritus dicere, [c] *Nunc anima mea turbata est*. Hæc autem a nobis dicta sunt, non ut ceteris Apostolis detrahamus, sed in eorum virtutis testimonium, quorum hodie memoriam celebramus; & ut verius dicam in communem quoque Apostolorum omnium laudem: nam de Sanctorum excellentia, deque eorum sanctimoniæ gradibus quidpiam statuere, humanæ cognitionis non est, sed judicii divini: nos autem qui digni facti sumus, ut tot tantorumque Virorum memoriæ communicemus, gratias ipsis agere necesse est, non quantas debemus, hoc enim D fieri nequit, sed quantas possumus; nam & hoc acceptum est. Siquidem Sancti hos a nobis honores exposcunt, non ut quid commodi nostris e laudibus sibi accedat; sed ut nos ex hac communione beneficiis prosequantur. Porro neminem pium ignorare arbitror, nos hac die non solum Petri, Jacobi, & Joannis; sed & omnium simul Apostolorum memoriam celebrare. Si enim quod ad dogmatum veritatem attinet, membrorum instar dispositi, unius corporis formam exprimunt, & [d] *si unum membrum* [4] *gloriatur*, ut ait Apostolus, *omnia simul membra gloriantur*, id utique in beatis quoque illis, atque sanctissimis Viris præcipue locum habet, in quibus cuncta cum veritate concordant, morum nempe si-E militudo, & in una eademque fide mira consensio; & quemadmodum communia sunt eorum egregia pro pietate gesta, ita & communes sunt, qui ipsis ob veræ fidei prædicationem impertiuntur honores. Ecquis lætitia non merito perfundetur & Spiritus sancti gaudio plenus non exsultabit, dum se dignatum cogitat Apostolorum choro communicare, qui orbem totum ad veritatis cognitionem perduxere, qui per totum terrarum orbem pietatis retia

[a] Matth. XVII. 1. [b] Marc. V. 37. [c] Joan. XII. 27. [d] 1. Cor. XII. 26.

est, ut legamus, ζεόμενον, vel καιόμενον εἰς ὕδωρ τοῦ βίου τὸ πέρας ἔχειν, vel λαβὼν κελευσμόν, hoc est, *Et ferventi in aqua, ut mortalem hanc vitam terminaret, tyranni decreto jussus, in Martyrum choris annumeratur*. Sed de hac conjectura nostra Eruditorum judicium esto.

1. Quæ semicirculis comprehenduntur, desunt in posteriori hujus orationis editione, quam unus idemque Vaticanus codex exhibet.

2. Ita corrigendum censeo Vaticanum codicem, in quo, manifesto librarii errore perperam scribitur, ὑπὸ ἀποδόσεως ἐκβάσεως.

3. Alia hujus orationis editio, quæ in fine Vaticani codicis exstat, habet ἐν αὐτῷ.

4. Delendum heic videtur pronomen μου.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 370.

τητα, τὴν ὑπὸ τῆς κακίας ἠγριωμένην προσαγάγωσι τῷ ἐξημεροῦντι, καὶ σώζοντι. εἰς πᾶσαν γοῦν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, οἱ θεμέλιοι τῆς Ἐκκλησίας, οἱ στύλοι καὶ ἑδραιώματα τῆς ἀληθείας· οὗτοί εἰσιν αἱ ἀέναοι πηγαὶ τοῦ σωτηρίου, αἳ πολὺ, καὶ πλούσιον, καὶ θεοειδὲς νᾶμα τὸ τῆς διδασκαλίας προχέουσιν. ἐπὶ τούτους ἡμᾶς καὶ ἡ προφητικὴ παραπέμπει φωνὴ, λέγουσα, ἀντλήσατε ὕδωρ μετ᾽ εὐφροσύνης ἐκ τῶν πηγῶν τοῦ σωτηρίου. μνημονεύεται Πέτρος ἡ κεφαλὴ τῶν Ἀποστόλων, καὶ συνδοξάζεται μὲν αὐτῷ τὰ λοιπὰ μέλη τῆς Ἐκκλησίας, ἐπιστηρίζεται δὲ ἡ Ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ· οὗτος γάρ ἐστι κατὰ τὴν δοθεῖσαν αὐτῷ παρὰ τοῦ Κυρίου δωρεὰν ἡ ἀρραγὴς, καὶ ὀχυρωτάτη πέτρα, ἐφ᾽ ἣν τὴν Ἐκκλησίαν ὁ Σωτὴρ ᾠκοδόμησε. μνημονεύεται πάλιν Ἰάκωβος, καὶ Ἰωάννης, καὶ ὡς υἱοὶ βροντῆς ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος προσαγορευόμενοι, πάσας ἑαυτοῖς τὰς ὀμβροτόκους νεφέλας συνεπιφέρονται, ῥηγνυμένης γὰρ τῆς βροντῆς, ἀνάγκη καὶ τὰς νεφέλας συναθροίζεσθαι. νεφέλας μὲν οὖν τοὺς ἀποστολικοὺς, καὶ προφητικοὺς λόγους ὑποληπτέον, ὧν εἰ καὶ διάφοροι τοῦ κηρύγματος οἱ χρόνοι, ἀλλὰ σύμφωνοι τῆς εὐσεβείας οἱ νόμοι· ἐξ ἑνὸς γὰρ αὐτοῖς καὶ τοῦ αὐτοῦ πνεύματος ὥρμηται τὰ χαρίσματα. ἀλλὰ τί τοῖς ἀδυνάτοις ἐπεξιέναι τολμᾶν, καὶ τῆς ἀποστολικῆς ἀρετῆς ἐπαξίως πειρᾶσθαι μνημονεύειν; οὐ πρὸς Σίμωνα ἡμῖν, τὸν ἀπὸ τῆς ἁλιείας γνωριζόμενον, ἡ τῶν ἐπαίνων φιλοτιμία· ἀλλὰ πρὸς τὴν ἐκείνου πίστιν τὴν στερεὰν, καὶ πάσης ὁμοῦ τῆς Ἐκκλησίας τὸ στήριγμα. οὐδὲ πάλιν πρὸς τοὺς υἱοὺς Ζεβεδαίου τὸν λόγον ἔχομεν, ἀλλὰ πρὸς τοὺς Βοανεργὲς, τοὺς ἑρμηνευομένους υἱοὺς βροντῆς. ποῦ νῦν φανήσεται ἡ βραχυτάτη τοῦ λόγου φωνὴ, τοσαύτης καὶ τηλικαύτης βροντῆς τὰς πάντων ἀκοὰς περιηχούσης; οὐκοῦν αὐτὸ τοῦτο μόνον τὴν πρὸς τοὺς ἁγίους εὐγνωμοσύνην ἀποπληρῶσαι σπεύσαντες, ἐπὶ τὴν ἀκίνδυνον σιωπὴν καταφεύγομεν, ἐκεῖνο καλῶς εἰδότες, [1] ὡς ἑνὶ τούτῳ ταῖς μνείαις τῶν ἁγίων κοινωνεῖν ἀξιούμεθα, ἐν τῷ τὰς ἐκείνων ἀρετὰς μιμεῖσθαι, καὶ ζηλοῦν. οὐκ ἐν τῷ λόγῳ περιφέροντες αὐτῶν τὸν βίον, ἀλλ᾽ ἐν τῇ γνώμῃ διασώζοντες αὐτῶν τὸν τρόπον. ἀποδείξει γὰρ ἡμᾶς ἐκείνων γνησίους μαθητὰς, οὐ συνήθεια μετὰ ἀλογίας, ἀλλ᾽ εὐσέβεια μετὰ εὐλαβείας, καὶ ὁ βίος ὁμόδοξος, καὶ ὁ τρόπος ὁμόζηλος. τιμᾷς Μαρτύρων τὴν μνήμην; τίμησαι καὶ τὴν γνώμην· κοινωνία γὰρ τῆς μνήμης ἡ συμφωνία τῆς γνώμης. μὴ γὰρ ἐκείνοις μόνοις ἐπέλαμψεν ὁ φωτισμὸς τῆς γνώσεως τῆς δόξης τοῦ εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ. μὴ γὰρ ἐκείνοις μόνοις ἡ χάρις ἐξεπεστάλη· αἱ ἐντολαὶ κοιναὶ, ὁ τρόπος κοινὸς, εἷς ὁ τῶν πόνων ἀγωνοθέτης, ἓν τὸ βραβεῖον τῆς ἀληθείας, οὗ γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἀξιωθῆναι, εὐχαῖς, καὶ πρεσβείαις τῶν μνημονευθέντων ἁγίων, χάριτι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

explicarunt, & ubicumque locorum veritatis fixere venabula, ut omne simul humanum genus malitia efferatum, ad eum qui mansuefacit illud, atque salvat, adducerent. [a] *In omnem* itaque *terram exivit sonus eorum*. Hi sunt Ecclesiæ fundamenta, & veritatis columnæ atque fulcimenta. Hi sunt perennes salutis fontes, e quibus abundantissimi divinæ doctrinæ latices profluunt. Ad hosce nos ire jubet Propheta, cum inquit, [b] *Haurietis aquam cum gaudio de fontibus Salvatoris*. Celebratur Petri memoria, qui Apostolorum est caput, & una quidem cum ipso cetera Ecclesiæ membra glorificantur; Dei vero Ecclesia in ipso solidatur. Hic enim, juxta prærogativam sibi a Domino concessam, firma & solidissima petra est, super quam Salvator Ecclesiam ædificavit. Memoria denique celebratur Jacobi, & Joannis, & ut filii tonitrui, quemadmodum eos Dominus appellavit, omnes secum imbriferas nubes trahunt; tonitru enim aerem rumpente, necesse est nubes congregari. Nubes itaque apostolicos, & propheticos sermones significare censendum est, quorum etsi præconii diversa sunt tempora, concordes tamen, ac plane similes pietatis sunt leges, cum ex uno eodemque spiritu ipsis charismata promanarint. Sed quid opus nobis est ea, quæ explicari nequeunt, audacter prosequi, atque eniti, ut dignam apostolica virtute commemorationem faciamus? Non ad Simonem piscatione notum nostrarum laudum studia pertinent; sed ad firmam ejusdem fidem, & totius simul Ecclesiæ firmamentum. Nec rursus Zebedæi filios alloquimur; sed Boanerges, quod interpretatum sonat, tonitrui filios. Qualem nam exilis noster sermo sonum edet, dum tale tantumque tonitru omnium aures circumsonat? Quapropter quantumvis nostrum erga Sanctos studium, ac bonam nostram erga illos voluntatem explere, ea saltem ratione magnopere cuperemus, ad silentium tamen periculi expers confugimus, quippe qui optime novimus, nos tum demum dignos fore, qui Sanctorum memoriæ communicemus, si eorum virtutes imitemur, atque æmulemur; non ipsorum gesta sermonibus celebrantes, sed eorum mores ita animo complectentes, ut eos elabi numquam, ac excidere patiamur. Nos enim veros eorum discipulos esse non festa inconsiderate, & pro consuetudine celebrata; sed religiosa pietas, eademque vivendi ratio, & morum similitudo demonstrabit. Veneraris Martyrum memorias, eorumdem quoque propositum venerare: tunc namque Sanctorum memoriis vere communicamus, cum eorum vitæ instituta sectamur, Non enim illis solis [c] *illuminatio scientiæ claritatis Evangelii Jesu Christi refulsit*; non illis tantummodo gratiam largitus est Deus: præcepta communia sunt, communis quoque lex morum; unus est, qui certantibus laborum præmia distribuit, unum veritatis præmium, cujus faxit Deus, ut nos omnes digni efficiamur, precibus & intercessionibus Sanctorum, quorum memoriam celebramus, & gratia Domini nostri Jesu Christi, cui gloria & potentia in sæcula sæculorum. Amen.

a Psalm. XVIII. 5. b Isa. XII. 3. c II. Cor. IV. 4. 6.

1. In alia hujus orationis editione, quæ habetur in fine Vaticani codicis legitur, ὡς ἐνὶ τύπῳ.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ
ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ
ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΝΥΣΣΗΣ.
ΛΟΓΟΣ [1] ΕΙΣ ΤΟ ΑΓΙΟΝ ΠΝΕΥΜΑ.

SANCTI PATRIS NOTRI
GREGORII
EPISCOPI NYSSENI.
SERMO DE SPIRITU SANCTO, SIVE IN PENTECOSTEN.

Interprete & scholiaste LAURENTIO ZACAGNIO V. C.

Πᾶσαν ἑορτῆς ὑπόθεσιν φαιδροτέραν ὁ Δαβὶδ δι᾽ ἑαυτοῦ ἀπεργάζεται, τὴν πολυαρμόνιον ἐκείνην κιθάραν, προσφόρως ἀεὶ τῇ χρείᾳ μεθαρμοζόμενος· οὐκοῦν καὶ τὴν μεγάλην τῆς πεντηκοστῆς ἑορτὴν φαιδρυνέτω ἡμῖν ὁ αὐτὸς προφήτης, τῷ πλήκτρῳ τοῦ πνεύματος ἐν ταῖς χορδαῖς τῆς σοφίας τὸ μέλος ἀνακρουόμενος· εἰπάτω τοίνυν ἐκ τῆς ἐνθέου μελῳδίας ἐκείνης, τὸ τῇ παρούσῃ χάριτι [2] πρόσφορον, ὅτι δεῦτε ἀγαλλιασώμεθα τῷ κυρίῳ. πρότερον χρὴ γνῶναι τὴν χάριν, ἥτις ἐστὶν, εἶθ᾽ οὕτως τὴν κατάλληλον ἐκ τῆς προφητείας ἐφαρμόσαι τῇ ὑποθέσει φωνήν· καί μοι δότε, καθὼς ἂν ᾖ δυνατὸν, διά τινος ἀκολούθου τάξεως διασαφῆσαι τὸν περὶ τούτων λόγον. πεπλάνητο κατ᾽ ἀρχὰς τὸ ἀνθρώπινον, πρὸς τὴν τοῦ Θεοῦ κατανόησιν, καὶ καταλιπόντες τὸν τῆς κτίσεως κύριον, οἱ μὲν τοῖς τοῦ κόσμου στοιχείοις [3] δι᾽ ἀπάτην ὑπέκυπτον, ἄλλοι δὲ τὴν τῶν δαιμόνων φύσιν ἐποιοῦντο σεβάσμιον, πολλοῖς δὲ τὸ θεῖον ἐδόκει καὶ ἡ χειροποίητος τῶν εἰδώλων μορφὴ, οἷς βωμοί τε, καὶ ναοὶ, καὶ τελεταὶ, καὶ θυσίαι, καὶ τεμένη, καὶ ἀφιδρύματα, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα παρ᾽ αὐτῶν ἀνετίθετο εἰς θεραπείαν τῶν ψευδωνύμων θεῶν. εἶδε τοίνυν τῷ τῆς φιλανθρωπίας ὀφθαλμῷ τὴν τῆς φύσεως τῶν ἀνθρώπων διαφθορὰν ὁ δεσπότης τῆς φύσεως, καὶ διά τινος ἀκολουθίας ἀπὸ τῆς πλάνης ἐπανάγει τὴν ἀνθρωπίνην ζωὴν πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας ἐπίγνωσιν. ὥσπερ γὰρ οἱ τοὺς ἐν λιμῷ χρονίῳ συμπεπτωκότας μετά τινος ἰατρικῆς ἐπιστήμης ἀναλαμβάνοντες, οὐκ ἀθρόως ἐπὶ τὸν κόρον [4] προάγουσι, φειδοῖ τῆς ἀσθενείας αὐτῶν· ἀλλὰ διὰ τῆς συμμέτρου τροφῆς ἀναληφθείσης αὐτοῖς τῆς δυνάμεως, τότε συγχωροῦσι κατ᾽ ἐξουσίαν ἐμφορεῖσθαι τοῦ κόρου. κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον τῷ φοβερῷ λιμῷ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως δαπανηθείσης, ταμιευομένη γίνεται αὐτοῖς παρὰ τῆς οἰκονομίας ἡ τῆς τῶν μυστηρίων τροφῆς μετουσία. ὥστε διά τινος ἀκολούθου τάξεως ἀεὶ τὸ τέλειον προσλαμβάνοντας, οὕτως ἐπὶ τὸ πέρας φθάσαι τῆς τελειότητος· τὸ μὲν γὰρ σῶζον ἡμᾶς ἡ ζωοποιός ἐστι δύναμις, ἐν ὀνόματι πατρὸς, καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος πιστευομένη· οἱ δὲ τοῦ παντὸς ἀχώρητοι διὰ τὴν γεγενημένην αὐτοῖς ἐκ τοῦ λιμοῦ τῶν ψυχῶν ἀσθένειαν, πρότερον ἐκ τῆς πολυθεΐας ὑπὸ τῶν προφητῶν τε, καὶ τοῦ νόμου μεταπεθέντες, εἰς μίαν

A Quodlibet festivæ celebritatis argumentum per se ipse illustrius efficit David, dum suavissimam illam citharam ad id, quod usui est, apte semper accommodat. Quapropter sapientiæ fidibus Spiritus plectro pulsatis, cantum edens, idem nobis Propheta magnam quoque Pentecostes celebritatem illustret. Dicat proinde ex divina illa modulatione sua psalmum illum hodierno Dei beneficio congruum: [a] *Venite exsultemus Domino*. Primum autem nosse oportet quodnam sit hoc Dei beneficium, deinde orationis argumento aptanda sunt verba prophetiæ; perque vos mihi liceat, quæ ad hæc pertinent, aliquo ordine pro viribus explicare. Initio aberraverant homines a cognitione Dei, relictoque rerum B omnium Domino, alii Mundi colebant elementa, alii dæmones venerandos censebant, plerisque vero manufactæ etiam simulacrorum imagines numina esse videbantur, quibus colendis aras, & templa, & sacra, & victimas, & fana, & delubra, aliaque id genus dedicaverant. Benignis igitur oculis naturæ Dominus corruptam hominum naturam respexit, & humanam vitam ab errore ad veritatis cognitionem quibusdam quasi gradibus revocavit. Quemadmodum enim qui diuturna fame confectos ex medicæ facultatis præscripto reficiunt, eorumdem imbecillitati prospicientes, haud illico eis ad satietatem cibos suppeditant; sed posteaquam victu moderato vires recuperarunt, tum demum ipsis ad arbitrium se se ex- C plendi, potestatem faciunt: sic etiam cum horrenda veluti fame humanum genus absumtum esset, mysteriorum escam divina illis providentia hac ratione dispensavit, ut in dies paullatim, atque ordine proficientes, ad perfectionis tamdem apicem pervenirent. Quod enim nobis salutem impertit, vitalis est illa virtus, in quam in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti credimus. At cum propter animarum imbecillitatem, ex quadam veluti fame contractam, ad percipiendum mysterium illud homines nequaquam essent idonei, a multorum prius Deorum cultu per Prophetas, & Legem sic revocati sunt, ut unam cernere divinitatem, & in una divinitate solam Patris potentiam agnoscere assuescerent, quippe qui solidiori, ut diximus, cibo non essent idonei. Deinde D

[a] Psalm. xciv. 1.

1. Edita est hæc oratio latine tantum ex versione Francisci Zini; cum autem græce haberetur in tribus perantiquis Vaticanæ Bibliothecæ codicibus signatis num. 564. 1433. & 1907. in quibus omnia fere Gregorii Nysseni opera continentur, opportunum nobis visum est, eam quoque græce edere ex codice 1433. ad alios codices collato, addita insuper versione nostra, ut melius Eruditi dignoscere possint, an genuinus sit Nysseni fœtus.

2. Alius codex, πρόσφορα.

3. Alius codex, δι᾽ ἀπάτης. 4. Alius codex, προσάγουσι.

θεότητα βλέπειν ἐθίζονται, καὶ ἐν τῇ μιᾷ θεότητι μόνην τὴν τοῦ πατρὸς δύναμιν κατανοοῦσιν, ἀχώρητοι, καθὼς εἶπον, ὄντες τῆς τελείας τροφῆς· εἶτα διὰ τοῦ εὐαγγελίου καὶ ὁ μονογενὴς [1] υἱὸς τοῖς διὰ τοῦ νόμου προτετελειωμένοις ἀποκαλύπτεται, μετὰ τοῦτο παραγίνεται ἡμῖν ἡ τελεία τῆς φύσεως ἡμῶν τροφὴ, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐν ᾧ ἐστιν ἡ ζωή. αὕτη τῆς ἑορτῆς ἡ ὑπόθεσις· διὰ ταῦτα καλῶς ἔχει, χορευτὰς ἡμᾶς γενομένους τοῦ πνεύματος, πείθεσθαι τῷ κορυφαίῳ τῆς πνευματικῆς [2] ταύτης χοροστασίας Δαβὶδ τῷ λέγοντι, δεῦτε ἀγαλλιασώμεθα τῷ κυρίῳ· ὁ δὲ κύριος τὸ πνεῦμά ἐστι, καθώς φησιν ὁ ἀπόστολος· σήμερον γὰρ κατὰ τὴν ἐτήσιον τοῦ ἔτους περίοδον τῆς πεντηκοστῆς συμπληρουμένης, κατὰ τὴν ὥραν ταύτην, εἴγε περὶ τὴν τρίτην ὥραν τῆς ἡμέρας ἐσμὲν, ἐγένετο ἡ ἀνεκδιήγητος χάρις. κατεμίχθη γὰρ πάλιν τοῖς ἀνθρώποις τὸ πνεῦμα, [3] ὅπερ πρότερον διὰ τὸ γενέσθαι σάρκα τὸν ἄνθρωπον τῆς φύσεως ἡμῶν ἀπεφοίτησε· καὶ διὰ τῆς βιαίας ἐκείνης πνοῆς, τῶν πνευματικῶν τῆς πονηρίας δυνάμεων, καὶ πάντων τῶν ῥυπαρῶν δαιμονίων ἀποσκεδασθέντων ἀπὸ τοῦ ἀέρος, ἐν τῇ καθόδῳ τοῦ πνεύματος, πλήρεις τῆς θείας δυνάμεως ἐν εἴδει πυρὸς, οἱ ἐν τῷ ὑπερῴῳ καταλειφθέντες, ἐγένοντο· οὐδὲ γάρ ἐστι δυνατὸν ἄλλως μέτοχον πνεύματος ἁγίου γενέσθαι τινὰ, μὴ τῷ ὑπερῴῳ τῆς ζωῆς ταύτης ἐνδιαιτώμενον. ὅσοι γὰρ τὰ ἄνω φρονοῦσι, μεταθέντες ἑαυτῶν ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν τὸ πολίτευμα, τοῦ ὑπερῴου τῆς ὑψηλῆς πολιτείας ὄντες οἰκήτορες, ἐν μετουσίᾳ τοῦ ἁγίου πνεύματος γίνονται· οὕτω γάρ φησιν ἡ ἱστορία τῶν πράξεων, ὅτι συνηγμένων αὐτῶν ἐν τῷ ὑπερῴῳ, τὸ καθαρὸν ἐκεῖνο, καὶ ἄϋλον πῦρ, εἰς εἴδη γλωσσῶν, κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν μαθητῶν διασχίζεται. ἐκεῖνοι μὲν οὖν Πάρθοις, καὶ Μήδοις, καὶ Ἐλαμίταις, καὶ τοῖς λοιποῖς ἔθνεσι διελέγοντο, κατ' ἐξουσίαν πρὸς πᾶσαν ἐθνικὴν γλῶσσαν τὰς ἑαυτῶν φωνὰς μεθαρμόζοντες· ἐγὼ δὲ, καθώς φησιν ὁ ἀπόστολος, θέλω πέντε λόγους ἐν ἐκκλησίᾳ τῷ νοΐ μου λαλῆσαι, ἵνα καὶ ἄλλους ὠφελήσω, ἢ μυρίους λόγους ἐν γλώσσῃ. τότε μὲν χρήσιμον τὸ ὁμόφωνον γίνεσθαι τοῖς ἀλλογλώσσοις, ὡς ἂν μὴ ἀνενέργητον εἴη τὸ κήρυγμα τοῖς ἀγνοοῦσι, τῇ φωνῇ τῶν κηρυσσόντων ἐμποδιζόμενον· νῦν μέντοι τῆς κατὰ τὴν γλῶσσαν ὁμοφωνίας οὔσης, ἐπιζητῆσαι χρὴ τὴν πυρίνην γλῶσσαν τοῦ πνεύματος εἰς φωτισμὸν τῶν δι' ἀπάτης ἐσκοτισμένων. οὐκοῦν καὶ πρὸς τοῦτο ἡμᾶς ὁδηγησάτω Δαβὶδ, συγχορεύοντα λαβὼν ἑαυτῷ τὸν ἀπόστολον. ἐν γὰρ τῇ ψαλμῳδίᾳ ταύτῃ, ἧς ἡ ἀρχὴ τὸ ἀγαλλίαμα ἡμῖν τὸ ἐπὶ τῷ κυρίῳ χαρίζεται, λέγουσα, Δεῦτε, ἀγαλλιασώμεθα τῷ κυρίῳ, οὐ διὰ τούτου πρὸς τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος ὁδηγούμεθα δοξολογίαν· ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον ἐν τοῖς ὑπολοίποις τὰ περὶ τῆς θεότητος αὐτοῦ διδασκόμεθα. λέξω δὲ ὑμῖν αὐτὰ τοῦ προφήτου τὰ ῥήματα, οἷς συντίθεται καὶ ὁ μέγας ἀπόστολος, ἔχει δὲ ἡ ῥῆσις οὕτως· Σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε, μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν, ὡς ἐν τῷ παραπικρασμῷ κατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ πειρασμοῦ ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὗ ἐπείρασάν με οἱ πατέρες ὑμῶν. τούτων μεμνημένος ὁ θεῖος ἀπόστολος, οὕτω φησί. Διὸ καθὼς λέγει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· καὶ τοῦτο εἰπὼν, ταύτας τοῦ προφήτου τὰς ῥήσεις ἐπήγαγεν, ἐφαρμόζων αὐτὰς τῷ προσώπῳ τοῦ πνεύματος. τίς οὖν ἐστιν, ὃν ἐπείρασαν οἱ πατέρες αὐτῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ; τίς, ὃν παρώργισαν; μάθε παρ' αὐτοῦ τοῦ προφήτου, ὅς φησιν, ὅτι ἐπείρασαν τὸν Θεὸν τὸν ὕψιστον· ἀλλὰ μὴν ὁ ἀπόστολος προτάξας τὸ πρόσωπον τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἐκείνῳ ταύτας τὰς φωνὰς ἀνατίθησι, λέγων, Διὸ καθὼς λέγει τὸ πνεῦμα τὸ

A quos ad pleniorem divinitatis cognitionem lex præparaverat, iis revelatus est per Evangelium unigenitus Filius: ac postremo datus est nobis perfectus naturæ nostræ cibus; in quo vita est, Spiritus sanctus. Hoc hodiernæ celebritatis est argumentum; quamobrem æquum est, ut cum ad choros in sancti Spiritus festivitate celebrandos convenerimus, spiritualis hujus chori principi Davidi pareamus, dicenti, *Venite exsultemus Domino*; [a] *Dominus autem*, ut inquit, Apostolus, *Spiritus est*. Hodie enim transactis, juxta annui orbis stata tempora, quinquaginta a Paschatis festivitate diebus, hac ipsa, tertia scilicet diei hora, donum illud hominibus largitus est Deus, quod omnem dicendi vim superat. Rursus B enim homini admixtus est ille Spiritus, qui antea, propterea quod homo esset caro, a natura nostra recesserat, & spiritualibus nequitiæ potestatibus per vehementem illum spiritum disjectis, cunctisque fœdis dæmonibus ejusdem adventu ex aere expulsis, divina virtute, speciem ignis præ se ferente, repleti sunt, qui in superiore domus parte degebant; neque enim fieri potest, ut quis sancti Spiritus particeps fiat, nisi in sublimiori hujus vitæ instituto versetur. Nam qui ea, quæ sursum sunt, sapiunt, & vitæ conversatione e terra in cælum translata, in cœnaculo sublimis illius vitæ rationis habitant, hi sancti Spiritus participes fiunt. Congregatis enim in cœnaculo Discipulis, ut in Actuum Apostolorum historia nar- C ratur, ignis ille divinus omnisque materiei expers, ad linguarum instar, pro eorumdem Discipulorum numero, divisus est. Illi ergo Parthos, Medos, & Elamitas, ac reliquas gentes alloquebantur, ad quarumlibet earum linguas voces suas pro libitu accommodantes. [b] *At ego*, ut inquit Apostolus, *malo, sensu meo quinque verba loqui in Ecclesia, ut aliis etiam prosim, quam decem millia verborum in lingua*. Verum tunc quidem multum profuit, Apostolorum vocem aliarum gentium linguis aptari, ne præconum linguam ignorantibus Evangelii promulgatio incassum fieret; nunc autem quoniam una eademque lingua utimur, igneam debemus spiritus linguam exquirere, qua eos qui per errorem in tenebris versantur, il- D luminemus. Et hic etiam nobis præeat David, sociumque sibi adjungat Apostolum. In hoc enim psalmo, cujus initium nobis exsultandi in Domino formam suppeditat, inquiens, *Venite exsultemus Domino*, non solum ad Spiritus sancti laudes celebrandas adducimur; sed potius ex iis, quæ postea sequuntur, de ejusdem divinitate edocemur. Ipsa autem Prophetæ verba vobis proferam, quibus magnus item Apostolus adstipulatur, sunt autem hæc: [c] *Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto, ubi tentaverunt me patres vestri*. Horum quippe mentionem faciens Divinus Apostolus, sic ait, [d] *Qua propter sicut dicit Spiritus sanctus*; atque ita E præfatus, hæc Prophetæ verba statim affert, Spiritus sancti personæ illa attribuens. Quis igitur est, quem patres ipsorum tentaverunt in deserto? Quis est, quem irritaverunt? Disce ab eodem Propheta dicente, [e] *Tentaverunt Deum excelsum*. Atqui Apostolus cum Spiritus personæ mentionem injecisset, has easdem illi voces tribuit, inquiens: *Quapropter si-*

a II. Cor. III. 17. *b* I. Cor. XIV. 19. *c* Psal. XCIV. 8. 9. *d* Heb. III. 7. *e* Psal. LXXVII. 56.

1. Zinus legit Θεός, atque ita etiam alter Vatic. codex legit.
2. Pronomen ταύτης non erat in Zini codice, nec exstat in uno ex Vaticanis, in cujus tamen margine additur manu diversa.
3. Alius codex, ὃ.

ἅγιον, ὅτι κατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ πειρασμοῦ ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὗ ἐπείρασάν με οἱ πατέρες ὑμῶν· ὃν οὖν ὕψιστον Θεὸν ὁ προφήτης κατωνόμασε, τοῦτον ὁ θεῖος ἀπόστολος τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον εἶναι λέγει· εἰ δὲ ἀπιστεῖς, πάλιν τὸ εἰρημένον ἐπίσκεψαι· Διὸ καθὼς λέγει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν, ὡς ἐν τῷ παραπικρασμῷ κατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ πειρασμοῦ ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὗ ἐπείρασάν με οἱ πατέρες ὑμῶν. [1] εἰ οὖν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον λέγει, ὅτι ἐπείρασάν με οἱ πατέρες ὑμῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ· ὁ δὲ προφήτης διαμαρτύρεται, ὅτι ὁ ἐν τῇ ἐρήμῳ πειρασθεὶς, ὕψιστός ἐστι Θεὸς, ἐνεφράγη τὰ στόματα τῶν πνευματομάχων, [2] τὰ λαλοῦντα κατὰ τοῦ Θεοῦ ἀδικίαν, σαφῶς τοῦ τε ἀποστόλου, καὶ τοῦ προφήτου διὰ τῶν εἰρημένων τὴν θεότητα κηρυσσόντων τοῦ πνεύματος. τοῦ μὲν εἰπόντος, ὅτι ἐπείρασαν τὸν Θεὸν τὸν ὕψιστον, [3] καὶ ὡς παρὰ τοῦ Θεοῦ τοῖς Ἰσραηλίταις προφέροντος τὴν ῥῆσιν ἐκείνην, ὅτι ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐπείρασάν με οἱ πατέρες ὑμῶν· τοῦ δὲ μεγάλου Παύλου τῷ ἁγίῳ πνεύματι ταύτας τὰς φωνὰς ἐφαρμόσαντος· ὡς διὰ τούτων ἐναργῶς ἀποδειχθῆναι, ὅτι Θεὸς ὕψιστος τὸ πνεῦμά ἐστι τὸ ἅγιον· ἆρα βλέπουσιν οἱ ἐχθροὶ τῆς δόξης [4] τοῦ πνεύματος τὴν πυρίνην γλῶσσαν τῶν θείων λογίων τὴν τὰ κεκρυμμένα φωτίζουσαν; ἢ ὡς πεπληρωμένων τοῦ γλεύκους καταγελάσουσιν; ἐγὼ δὲ κἂν ταῦτα λέγωσι καθ' ἡμῶν, συμβουλεύω ὑμῖν, ἀδελφοὶ, μὴ φοβηθῆναι τὸν ὀνειδισμὸν τῶν τοιούτων, μηδὲ τῷ φαυλισμῷ αὐτῶν ἡττηθῆναι· εἴθε γὰρ [5] γένοιτό ποτε καὶ ἐκείνοις τὸ γλεῦκος τοῦτο, ὁ νεοθλιβὴς οὗτος οἶνος, ὁ ἐκ τῆς ληνοῦ προχεθεὶς, ἣν ἐπάτησε διὰ τοῦ εὐαγγελίου ὁ κύριος, [6] ἵνα σοι πότιμον τοῦ ἰδίου βότρυος τὸ αἷμα ποιήσῃ. εἴθε γὰρ ἐπληρώθησαν κἀκεῖνοι τοῦ νέου τούτου οἴνου, ὃν γλεῦκος ὠνόμασαν, ὃς τὴν [7] διὰ τοῦ αἱρετικοῦ ὕδατος ἐπιμιξίαν παρὰ τῶν καπήλων οὐκ ἔπαθε· πάντως γὰρ καὶ τοῦ πνεύματος πλήρεις ἐγένοντο, [8] δι' οὗ τὸ παχύ τε, καὶ ἰλυῶδες τῆς ἀπιστίας οἱ πνεύματι ζέοντες ἀφ' ἑαυτῶν ἐξαφρίζουσιν· ἀλλ' οὐ δύνανται οἱ τοιοῦτοι ἐν ἑαυτοῖς τὸ γλεῦκος δέξασθαι, ἔτι τὸν παλαιὸν ἀσκὸν περιφέροντες, ὃς περικρατεῖν τὸν τοιοῦτον μὴ δυνάμενος οἶνον, αἱρετικῶς ἀπορρήγνυται. ἀλλ' [9] ἡμεῖς, ἀδελφοὶ, καθώς φησιν ὁ προφήτης, δεῦτε ἀγαλλιασώμεθα τῷ κυρίῳ, πίνοντες, καὶ τὰ τῆς εὐσεβείας γλυκάσματα, καθὼς ὁ Ἔσδρας διακελεύεται, καὶ ταῖς τῶν ἀποστόλων τε, καὶ προφητῶν χοροστασίαις ἐμφαιδρυνόμενοι, κατὰ τὴν δωρεὰν τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἀγαλλιασώμεθα, καὶ εὐφρανθῶμεν [10] ἐπὶ τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ, ἣν ἐποίησεν ὁ κύριος, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

A *cut dicit Spiritus ſanctus: Secundum diem tentationis in deſerto, ubi tentaverunt me patres veſtri*. Quem igitur Deum excelſum nuncupavit Propheta, hunc divinus Apoſtolus ſanctum eſſe Spiritum aſſerit. Quod ſi autem verum id eſſe non credis, rurſum quæ dicta ſunt conſidera: *Quapropter ſicut dicit Spiritus ſanctus, Nolite obdurare corda veſtra ſicut in exacerbatione ſecundum diem tentationis in deſerto, ubi tentaverunt me patres veſtri*. Si ergo Spiritus ſanctus dicit, *Tentaverunt me patres veſtri in deſerto*; Propheta vero teſtatur, eum qui tentatus eſt, excelſum eſſe Deum; obſtructa ergo ſunt illorum ora, qui Spiritum ſanctum temere oppugnant, & loquuntur iniquitatem adverſus Deum, cum perſpicue tum Apoſtolus, tum B Propheta, in iis quæ diximus, Spiritus ſancti divinitatem prædicent. Propheta quidem dum ait, *Tentaverunt Deum excelſum*, & tamquam Dei perſonam indutus Iſraelitas verbis illis alloquitur, *In deſerto tentaverunt me patres veſtri*: Magnus vero Paullus, dum hæc eadem verba Spiritus ſancto attribuit; ut ex his evidenter pateat, Spiritum ſanctum eſſe Deum excelſum. Vident ne ergo qui gloriæ Spiritus adverſantur, igneam ſacrorum eloquiorum linguam, quæ obſcura erant, illuſtrantem? An nos, ut muſto plenos, irridebunt? Ego vero, quamvis hæc contra nos dicant, nihilominus auctor vobis ſum, Fratres, ut eorum dicteria nil timeatis, neve eorumdem deriſionibus ſuccumbatis. Utinam enim & ipſis aliquando C foret hoc muſtum, recens, inquam, effuſum hoc vinum, ac ex torculari profuſum, quod per Evangelium Dominus calcavit [a], ut tibi proprii racemi ſanguinem potandum daret. Utinam & ipſi repleti fuerint novo hoc vino, quod muſtum appellaverunt, quod hæreticæ aquæ admixtione non eſt a cauponibus adulteratum. Prorſus enim Spiritu etiam repleti fuiſſent, cujus opera, qui eo fervent, craſſam perfidiæ fecem ex ipſorum animis deſpumant. Verum iſtius generis homines in ſe ipſis muſtum illud capere non poſſunt, cum adhuc veterem utrem circumferant, qui cum ejuſmodi vinum continere non valeat, hæretica fractura diſrumpitur. Nos autem, Fratres, ut ait Propheta, *Venite exſultemus Domino*. Bibamus pietatis dulcedinem, ut Eſdras, præcipit [b], & in D Apoſtolorum & Prophetarum choris gaudentes, pro ſancti Spiritus dono exſultemus, & [c] lætemur in hac die quam fecit Dominus, in Chriſto Jeſu Domino noſtro, cui gloria in ſæcula, Amen.

a Iſa. LXIII. 3. *b* III. Eſdr. IX. 52. *c* Pſalm. CXVII. 24.

1. Hæc eſt vera hujus loci lectio, quam Vaticanus codex num. 564. exhibet. In altero Vaticanæ itidem Bibliothecæ codice num. 1907. male legitur, *οὗ πείρασάν με οἱ πατέρες ὑμῶν. ὁ δὲ Προφήτης διαμαρτύρεται, ὅτι ὁ ἐν τῇ ἐρήμῳ πειρασθεὶς ὕψιστός ἐστι Θεός*. Hæc autem lectio in Zini quoque codice reperiebatur; vertit enim, *Propheta vero teſtatur, eum qui tentatus eſt in deſerto, eſſe Deum excelſum*. Male etiam in altero Vaticano codice ſcribitur, Εἰ *οὖν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον λέγει, ὅτι ἐπείρασάν με οἱ πατέρες ὑμῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ, πειρασθεὶς ὕψιστός ἐστι Θεός*.

2. Alius codex, *τῶν λαλούντων*.

3. Zinus aliter legit; nam interpetratus eſt, *Ipſo Deo verbis illis Iſraelitas alloquente; In deſerto, &c.*

4. Verbum, *τοῦ Πνεύματος* omiſit Zinus, nec habetur in alio codice.

5. Zinus videtur legiſſe, *γεύοιντο*, refragantibus Vaticanis omnibus codicibus; vertit enim, *Atque utinam ipſi quoque deguſtent hoc muſtum*.

6. Videtur aliam lectionem ſequutus eſſe Zinus, qui interpretatur. *Ut nobis tamquam racemi proprii corporis ſanguinem propinaret*.

7. Omiſit Zinus vocem, *τοῦ αἱρετικοῦ*.

8. Videtur aliter legiſſe Zinus, vel potius vim græci textus non eſſe aſſecutus; nam vertit, *Quo quidem ferventes, craſſam limoſamque perfidiæ ſpumam ex animis ſuis effunderent, & abjicerent*.

9. Zinus legit, *ὑμεῖς*.

10. Alius codex Vaticanus, *ἐν τῇ*.

Sæcul. IV.
circa
Ann. Chr.
370.



ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΝΥΣΣΗΣ.

[a] ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ ΔΙΑΦΟΡΟΙ.



SANCTI PATRIS NOSTRI

GREGORII

EPISCOPI NYSSENI.

EPISTOLÆ DIVERSÆ.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ α'.

[b] Πρὸς Εὐσέβιον.

EPISTOLA I.

[1] *Ad Eusebium.*

Interprete & scholiaste Laurentio Zacagnio V. C.

Ὅταν πλεονάζειν ἄρχηται τὸ ἡμερήσιον μέτρον κατὰ τὴν χειμέριον ὥραν, τοῦ ἡλίου πρὸς τὸν ἄνω δρόμον ἀναποδίζοντος, τὴν τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς θεοφάνειαν, τοῦ διὰ σαρκὸς ἐπιλάμψαντος τῇ ἀνθρωπίνῃ ζωῇ, ἑορτάζομεν· νυνὶ δὲ μεσουρανήσαντος ἤδη τοῦ φωστῆρος κατὰ τὸν δρόμον, ὡς νύκτα τε, καὶ ἡμέραν πρὸς ἴσον ἀλλήλαις ἀντιμετρεῖσθαι διάστημα, ἡ ἐκ τοῦ θανάτου πρὸς τὴν ζωὴν ἐπάνοδος τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, ὑπόθεσις ἡμῖν γίνεται τῆς μεγάλης ταύτης καὶ καθολικῆς ἑορτῆς, ἣν σύμπασα [c] κατὰ ταυτὸν ἑορτάζει τῶν ἀνθρώπων ζωὴ, τῶν τὸ μυστήριον ἀναδεξαμένων τῆς ἀναστάσεως. τί μοι βούλεται τῆς ἐπιστολῆς ἡ ὑπόθεσις; ἐπειδὴ συνηθές ἐστιν ἐν ταῖς πανδήμοις ταύταις ἱερομηνίαις διὰ πάντων ἡμᾶς ἐπιδείκνυσθαι τὴν ἐγκειμένην ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν διάθεσιν, [3] καί τι [d] τινὲς τοῖς ἰδίοις δώροις δωροφοροῦντες εὐφροσύνην ἐπισημαίνουσι, καλῶς ἔχειν ἐνομίσαμεν, μὴ παραδραμεῖν σε τῶν ἡμετέρων δώρων ἀγέραστον, ἀλλά σου τὴν ψυχὴν τὴν ὑψηλήν τε, καὶ μεγαλόφρονα, τοῖς πενιχροῖς ξενίοις ἐκ τῆς πτωχείας ἡμῶν δεξιώσασθαι. ξένιον δὲ ἡμέτερον τὸ διὰ τοῦ γράμματός σοι προσαγόμενον, αὐτὸ τὸ γράμμα ἐστὶν, ἐν ᾧ λόγος μέν τις περιηνθισμένος ταῖς καλλιφώνοις τε, καὶ εὐσυνθέτοις τῶν λέξεων ἐστὶν οὐδεὶς, ὡς διὰ τοῦτο δῶρον τὴν ἐπιστολὴν τοῖς φιλολόγοις νομίζεσθαι, ἀλλ' ὁ μιστικὸς χρυσὸς, ὁ τῇ πίστει τῶν

A Quum superiores cæli partes cursu suo sol repetens, hyberno tempore, diurni spatii mensuram auget, veræ lucis per carnem humano generi affulgentis apparitionem festiva solemnitate celebramus; nunc vero medium cæli ita cursu suo jam tenente sole, ut noctem, diemque æquali invicem temporis intervallo dimetiatur, humanæ naturæ e morte ad vitam reditio argumentum nobis est magnæ hujus, atque universalis festivitatis, quam per totum orbem uno eodemque tempore celebrant, quotquot resurrectionis mysterium agnoscunt. Quorsum hoc epistolæ argumentum? [2] Quoniam mos est in universalibus hujusmodi festivitatibus nostram erga alios voluntatem modis omnibus palam facere, ac nonnulli, B missis etiam muneribus, benevolentiam suam aliis testantur, nos quoque recte factum iri censuimus, te munerum nostrorum expertem esse non sinere; sed potius magnum & excelsum animum tuum exiguis paupertatis nostræ donis prosequi. Donum autem, quod cum his literis offero, ipsæmet literæ sunt, in quibus sane nulla est oratio verborum delectu, elegantique compositione nitescens, ut propterea apud eloquentiæ studiosos muneris loco epistola haberi possit; sed mysticum aurum, quod Christianorum fide, velut linteo quodam, involutum, muneris vicem subeat, dum hisce literis, quantum fieri poterit, suis

1. Scripta fuisse videtur hæc epistola ad Eusebium veterem S. Basilii sodalem, ad quem exstat ejusdem epistola 11. in qua se communem cum ipso domum, focum, pædagogum, aliaque omnia habuisse testatur; par est enim & hunc Gregorii Nysseni sodalem, amicumque fuisse. Fortasse ad hunc Eusebium scripta etiam est Gregorii Nazianzeni epistola 171. in qua de ejus nuptiis gratulatur.

2. Cujus moris in hac epistola mentio fit, exstant & alia hoc Nysseni ævo exempla. Sic Helladium quemdam Episcopum munus una cum epistola, in qua Paschatis mysterium explicabat, Nazianzeno misisse liquet ex ejus epistola 54. quæ responsiva est ad Helladium. Sic idem Nazianzenus Theodoro Tyanensi, a quo epistolam de Paschatis C festivitate acceperat, Origenis Philocaliam una cum responsione ad ejus literas pro munere mittit, ut patet ex ejus epistola 87. Sic idem Nyssenus Petro fratri in Paschatis festo librum de formatione hominis dono dedit, ut in epistola eidem libro præfixa dicitur. Factum & hoc fuisse in Natalis festivitate testis est S. Basilius in epist. 404. in qua Amphilochium illius festi occasione munuscula quædam sibi misisse testatur.

3. Ita emendandum censui Vat. cod. in quo scribitur, *καί τι τιμαῖς τοῖς ἰδίοις δώροις.*

a Ἐπιστολαὶ διαφ.] Has Gregorii Nysseni epistolas quas e codice Vaticano edidit Zacagnius, contulit cum ms. Mediceo Joannes Baptista Caracciolus, variasque lectiones cum nonnullis observationibus adiecit, septem aliis ejusdem sancti Patris epistolis ex ipso Mediceo codice descriptis ac Florentiæ anno 1731. evulgatis, mox subjiciendis. Quas propterea lectiones cum V. C. animadversionibus heic subnotandas curavimus.

b Πρὸς Εὐσέβ.] Ms. Med. Εὐσεβίῳ.

c Κατὰ ταυτόν] Id. cod. κατ' αὐτόν.

d Τινές] Ms. Medic. τιμαῖς, quemadmodum & Vat. adeoque non necessaria videtur correctio. Sensus enim hoc modo recte esse potest: *& honoribus quasi propriis donis munerantes* (populi, cives, homines) *benevolentiam suam significant*. Neque novus est loquendi modus Nyssenianus, præsertim in epistolis quæ familiares locutiones continere solent, atque idcirco quosdam orationis defectus interdum deferre. Caracc. pag. 94.

Χριστιανῶν οἷόν τινι ἀποδέσμῳ ἐνειλημμένος, γένοιτο ἄν σοι δῶρον, ἐξαπλωθεὶς, ὡς οἷόν τε, διὰ τῶν γραμμάτων, καὶ τὴν κεκρυμμένην λαμπηδόνα προσδείξας. οὐκοῦν ἐπαναληπτέον ἡμῖν τὸ προοίμιον. τί δήποτε προελθούσης μὲν [a] πρὸς τὸ ἀκρότατον τῆς νυκτὸς, ὅτε οὐκέτι προσθήκη νυκτερινὴ ἐπαύξησιν δέχεται, τότε ἡμῖν διὰ σαρκὸς ἐπιφαίνεται ὁ τοῦ παντὸς περιδεδραγμένος, καὶ περικρατῶν ἐν τῇ ἰδίᾳ δυνάμει τὸ πᾶν, ὁ μήτε ὑπὸ πάντων τῶν νοητῶν χωρούμενος, ἀλλὰ τὸ πᾶν περιέχων, καὶ τῷ βραχυτάτῳ εἰσοικιζόμενος, οὕτω τῆς μεγάλης δυνάμεως τῷ ἀγαθῷ θελήματι συνδιεξιούσης, καὶ κατὰ ἴσον, ὅπουπερ ἂν ῥέψῃ τὸ θέλημα, σκιᾷ ἑαυτὴν δεικνυούσης, ὡς μήτε ἐν τῇ κτίσει τῶν ὄντων ἀτονωτέραν τῆς βουλήσεως εὑρεθῆναι τὴν δύναμιν, μήτε ὁρμήσαντα τῷ ταπεινῷ τῆς φύσεως ἡμῶν ἐπ' εὐεργεσίᾳ τῶν ἀνθρώπων συγκαταβῆναι, πρὸς τὸ αὐτὸ τοῦτο ἀδυνατῆσαι, ἀλλὰ καὶ ἐν τούτῳ γενέσθαι, καὶ μὴ διαφεῖναι τὸ πᾶν ἀκυβέρνητον; ἐπεὶ οὖν πάντως τις λόγος ἐπ' ἀμφοτέρων ἐστὶ τῶν καιρῶν, πῶς τότε μὲν διὰ σαρκὸς ἐπιφαίνεται, τῇ δὲ ἰσημερίᾳ τὸν εἰς γῆν ἀναλυθέντα διὰ τῆς ἁμαρτίας ἄνθρωπον, τῇ ζωῇ πάλιν ἀποκαθίστησι; ταῦτα διὰ βραχέων, ὡς ἂν οἷός τε ὦ, παραστήσας τῷ λόγῳ, δῶρον τὸ γράμμα ποιήσομαι. ἢ πάντως προέλαβες ἀπὸ ἀγχινοίας τὸ ὑποπτευόμενον ἐν τούτοις μυστήριον, ὅτι ἐγκόπτεται τῆς νυκτὸς ἡ πρόοδος τῇ τοῦ φωτὸς προσθήκῃ, καὶ συστέλλεσθαι τὸ σκότος ἄρχεται, αὐξομένου ταῖς προσθήκαις τοῦ ἡμερινοῦ διαστήματος; [b] τοῦτο γὰρ ἴσως καὶ τοῖς πολλοῖς ἂν γένοιτο φανερὸν, ὅτι συγγενῶς ἔχει πρὸς τὴν ἁμαρτίαν τὸ σκότος καὶ οὕτω τὸ κακὸν παρὰ τῆς γραφῆς ὀνομάζεται. οὐκοῦν ἑρμηνεία τίς ἐστι τῆς ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ἡμῶν οἰκονομίας ὁ καιρὸς, ἐν ᾧ τὸ μυστήριον ἡμῶν ἄρχεται. [c] ἔδει γὰρ πρὸς ἄπειρον ἤδη τῆς κακίας [d] ἐκχυθείσης, τὴν διὰ τῶν ἀρετῶν [1] ἡμῖν λαμβανομένην ἡμέραν παρὰ τοῦ τὸ τοιοῦτον φῶς ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν ἐντιθέντος, ὥστε τὸν μὲν φωτεινὸν βίον εἰς ὅτι μήκιστον παρατείνεσθαι, ταῖς ἀγαθαῖς προσθήκαις αὐξανόμενον· τὴν δὲ ἐν τῇ κακίᾳ ζωὴν διὰ τῆς κατ' ὀλίγον ὑφαιρέσεως εἰς ἐλάχιστον συσταλῆναι· ἡ γὰρ τῶν ἀγαθῶν ἐπαύξησις τοῦ κακοῦ μείωσις γίνεται. ἡ δὲ ἰσημερία τὴν ἀναστάσιμον ἑορτὴν δεξαμένη, τοῦτο δι' ἑαυτῆς ἑρμηνεύει, ὅτι οὐκέτι πρὸς ἀντίπαλον τάξιν ἀντικαταστήσεται, ἰσοπάλως τῷ ἀγαθῷ τῆς κακίας συμπλεκομένης· ἀλλ' ὁ φωτεινὸς ἐπικρατήσει βίος, τοῦ ζόφου τῆς εἰδωλολατρείας ἐν τῷ πλεονασμῷ τῆς ἡμέρας διαπαυομένου· οὗ χάριν, καὶ τοῦ σεληναίου δρόμου, τοῦ κατὰ τὴν ιδ' ἡμέραν, ἀντιπρόσωπον δείκνυσιν αὐτὴν ταῖς τοῦ ἡλίου βολαῖς, πληθύουσαν παντὶ τῷ πλούτῳ τῆς λαμπηδόνος, καὶ μηδεμίαν τοῦ σκότους διαδοχὴν ἐν τῷ μέρει γενέσθαι παρασκευάζουσαν· δυόμενον γὰρ διαδεξαμένη τὸν ἥλιον, οὐ πρότερον αὐτὴ καταδύεται, πρὶν ταῖς ἀληθιναῖς αὐγαῖς τοῦ ἡλίου τὰς ἰδίας συμμίξειεν, ὥστε ἓν φῶς κατὰ τὸ συνεχὲς διαμεῖναι, κατὰ τὸ διάστημα τοῦ [e] νυκτερινοῦ τε, καὶ ἡμερινοῦ δρόμου, τῇ παρεμπτώσει τοῦ σκότους μηδαμοῦ διαιρούμενον. ταῦτά σοι, ὦ φίλη κεφαλὴ, τῇ πενιχρᾷ ἡμῶν χειρὶ τοῦ λόγου δωροφοροῦμεν. καί σοι πᾶς εἴη ὁ βίος ἑορτὴ, καὶ ἡμέρα μεγάλη, τοῦ νυκτερινοῦ ζόφου καθαρωτάτη ὅτι μάλιστα.

integumentis evolutum, edito fulgore splendescet. Itaque resumendum nobis epistolæ proœmium est. Quid est, quod nocti ad longitudinis summum jam provectæ, nulla quum fieri potest accessio, tunc nobis in carne apparet, qui cuncta complectitur, & propria potestate rebus universis dominatur, qui a nulla re, quæ sub intelligentiam cadat, capi potest, sed cuncta continet, & angustissimum jam corporis humani domicilium inhabitat; summa, scilicet, potestate ita ejus bonam voluntatem obsecundante, eamque, quocumque inclinet, æquo passu, umbræ instar, comitante, ut nec in rebus creandis voluntate infirmior deprehensa sit, neque rursus ubi ad nostræ se se naturæ humilitatem pro communi hominum salute demittere voluit, tanto muneri præstando impar fuerit; sed & suscepta infirmitate nostra, universi tamen gubernationem numquam dimiserit? Quoniam igitur aliquid prorsus caussæ est, cur utrumque festum temporibus illis celebretur; quare ea anni tempestate, qua longissimæ noctes sunt, carne apparet, cum vero dies noctibus æquantur, hominem propter peccatum in terram reversum, ad vitam rursus revocat? Hujus rei caussam dum pro virili breviter expono, epistola hæc ut muneris loco sit, efficiam. Num prorsus sagacitate tua jam intellexisti mysterium, quod in ea temporum diversitate latere opinamur, noctem nempe lucis incremento contrahi, & tenebras, sensim crescente spatio diurno, breviores fieri? Nam nemo fortasse ignorat non modicam tenebras inter & peccatum, similitudinem esse atque affinitatem; & sane malitia eo nomine in Scriptura appellatur. Tempus itaque ipsum, in quo redemtionis mysterium incipit, dispensationis, quam pro nostrarum animarum salute Deus instituit, quædam explicatio est. Oportuit enim, ut malitia jam in infinitum propagata, ab eo nos virtutum diem acciperemus, qui talem animis nostris lucem affundit, ut luminosa vita, novis probitatis accessionibus adaucta, quam maxime amplificetur; mala vero vita, paulatim facta diminutione decrescens, in minimum contrahatur; nam bonitatis incrementum, malitiæ prorsus imminutio est. At vero resurrectionis festum, eo adveniens tempore, quo noctes diebus æquantur, hoc nobis intelligendum innuit, virtutem scilicet non amplius adversus malitiam, æqualibus ac ipsa viribus pollentem, ancipiti marte pugnaturam; sed idololatriæ tenebris diei, hoc est, fidei incremento disjectis, luminosam prævalituram esse vitam. Et hujus quoque rei gratia luna decimumquartum cursus sui diem complente, solis radios adversa fronte excipiens, se ipsam omni lucis copia affluentem, nullaque sui parte caligantem ostendit. Occidenti enim soli succedens, non antea ipsa occidit, quam veris ejusdem solis fulgoribus proprios immisceat; ita ut una eademque lux, utroque tum diurni, tum nocturni cursus spatio continuata, nullo tenebrarum interventu dirimatur. Hanc tibi, carum caput, paupere nostra manu orationem pro munere damus. Tibi autem tota vita unum sit festum, magnaque dies, nocturnarumque quam maxime tenebrarum expers.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

1. Locus, ni fallor, corruptus. Vide an fortasse legendum sit, παρὰ τοῦ τὸ τοιοῦτον φῶς ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν ἐνθέντος ἐπίδοσιν δέχεσθαι, ut sensus sit, *Oportuit enim, ut malitia jam in infinitum propagata, rectæ vitæ dies, quam virtutibus consecuti sumus, ab eo incrementum sumeret, qui talem animis nostris lucem affundit, &c.*

a Πρὸς τὸ ἀκρ.] Ms. Med. εἰς τὸ ἀκρ.

b Τοῦτο γὰρ — πολλοῖς] Id. cod. τοῦτο γὰρ καὶ τοῖς πολλοῖς ἴσως.

c Ἔδει γὰρ — ἐντιθέντος] Corruptum locum putans Zacagnius ob orationis constructionem, addit ἐπίδοσιν δέχεσθαι. Sed nulla opus est immutatione. Verbum enim δεῖ, oportet, accusativum & dativum bene potest accipere. ἐν δεῖ μόνον μοι, est in Euripide. Sic & apud Latinos. Plautus *Trucul.* V. 1. 10. *Puero opus est cibum*. Ait igitur Nyssenus: ἔδει ἡμῖν τὴν διὰ τῶν ἀρετῶν λαμβανομένην ἡμέραν παρὰ τοῦ — *Oportebat nobis diem* (lucem) *accipere virtutum ab eo* — Perplexa aliquantulum oratio Zacagnium turbavit. CARACC. pag. 94. seq.

d Ἐκχυθείσης] Cod. Med. ἐγχυθείσης.

e Νυκτερ.] Id. cod. ἡμερινοῦ τε δρόμου καὶ νυκτερινοῦ.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.



A

ΕΠΙΣΤΟΛΗ β΄.

Πρὸς τοὺς ἀπιστοῦντας τῇ ὀρθοδοξίᾳ κατὰ Σεβάστης.

1 Ἐγνώρισαν ἡμῖν τινες τῶν ὁμοψύχων ἀδελφῶν περὶ τῆς κατασκευαζομένης καθ᾽ ἡμῶν δυσφημίας παρὰ τῶν μισούντων τὴν εἰρήνην, καὶ καταλαλούντων λάθρα τῶν πλησίων αὐτοῦ, καὶ μὴ φοβουμένων τὸ φοβερὸν, καὶ μέγα κριτήριον τοῦ ἐπαγγειλαμένου καὶ ὑπὸ τῶν ἀργῶν ῥημάτων ἀπαιτεῖσθαι τὸν λόγον ἐν τῇ προσδοκωμένῃ τῆς ζωῆς ἡμῶν ἐξετάσει, λέγοντες τὰ περιθρυλλούμενα καθ᾽ ἡμῶν ἐγκλήματα εἶναι τοιαῦτα, ὅτι ἡμεῖς ὑπεναντία φρονοῦμεν τοῖς κατὰ Νίκαιαν ἐκθεμένοις τὴν ὀρθὴν, καὶ ὑγιαίνουσαν πίστιν. καὶ ὅτι τοὺς ἐν Ἀγκύρᾳ ἐπ᾽ ὀνόματι Μαρκέλλου ποτὲ τὴν σύναξιν ἔχοντας, ἀκρίτως καὶ ἀνεξετάστως εἰς τὴν κοινωνίαν τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας παρεδεξάμεθα. ἵν᾽ οὖν μὴ κατακρατῇ τῆς ἀληθείας τὸ ψεῦδος, δι᾽ ἑτέρων γραμμάτων αὐτάρκη ἐποιησάμεθα τὴν ὑπὲρ τῶν ἐπενεχθέντων ἡμῖν ἐγκλημάτων ἀπολογίαν, καὶ ἐπὶ τοῦ Κυρίου διεβεβαιωσάμεθα, μήτε τῆς πίστεως τῶν ἁγίων πατρῶν ἐκβεβηκέναι, μήτε περὶ τῶν προσθεμένων ἐκ τῆς Μαρκέλλου συνάξεως εἰς τὴν ἐκκλησιαστικὴν κοινωνίαν, ἀκρίτως καὶ ἀνεξετάστως τι πεποιηκέναι. ἀλλὰ τῶν κατὰ ἀνατολὴν ὀρθοδόξων, καὶ συλλειτουργῶν ἐπιτρεψάντων βουλεύσασθαι τὰ περὶ τῶν ἀνθρώπων, καὶ τοῖς γεγενημένοις συναινεσάντων, πάντα ἐπράξαμεν. ἐπειδὴ δὲ τὴν [2] ἀπολογίαν ἐκείνην ἔγγραφον ἡμῶν ποιησαμένων, πάλιν τινὲς τῶν ὁμοψύχων ἀδελφῶν, ἰδίως ἐκ τῆς ἡμετέρας φωνῆς ἐπεζήτησαν γενέσθαι τὴν τῆς πίστεως ἔκθεσιν, καθ᾽ ἣν πεπληροφορήμεθα ταῖς θεοπνεύστοις φωναῖς, καὶ τῇ παραδόσει τῶν πατέρων ἀκολουθοῦντες, ἀναγκαῖον ἐλογισάμεθα καὶ περὶ τούτων βραχέα διαλεχθῆναι. ἡμεῖς τὴν τοῦ Κυρίου διδασκαλίαν, ἣν πρὸς τοὺς μαθητὰς ἐποιήσατο, παραδιδοὺς αὐτοῖς τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον, θεμέλιον εἶναι, καὶ ῥίζαν τῆς ὀρθῆς, καὶ ὑγιαινούσης πίστεως ὁμολογοῦμεν, καὶ οὔτε ὑψηλότερον τῆς παραδόσεως ἐκείνης, οὔτε ἀσφαλέστερον ἄλλο τι εἶναι πιστεύομεν. ἡ δὲ τοῦ Κυρίου διδασκαλία ἐστὶν αὕτη, Πορευθέντες, φησὶ, μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. ἐπειδὴ τοίνυν ἡ ζωοποιὸς δύναμις ἐπὶ τῶν ἐκ τοῦ θανάτου πρὸς τὴν αἰώνιον ζωὴν ἀναγεννωμένων, διὰ τῆς ἁγίας Τριάδος περιγίνεται τοῖς μετὰ πίστεως καταξιουμένοις τῆς χάριτος, καὶ ὁμοίως ἀτελὴς ἡ χάρις, ἑνός τινος, οἵου δή ποτε, τῶν ἐκ τῆς ἁγίας Τριάδος ὀνομάτων παραλειφθέντος ἐν τῷ σωτηρίῳ βαπτίσματι· οὐ γὰρ χωρὶς Πνεύματος ἐν μόνῳ Υἱῷ, καὶ Πατρὶ τὸ μυστήριον τελεῖται τῆς ἀναγεννήσεως· οὔτε Υἱοῦ σιωπηθέντος, ἐν Πατρὶ, καὶ Πνεύματι τὸ τέλειον τῆς ζωῆς παραγίνεται βαπτίσματι· οὔτε ἐν Πατρὶ, καὶ Υἱῷ, παρεθέντος τοῦ Πνεύματος, ἐκπληροῦται ἡ τῆς ἀναστάσεως χάρις·

EPISTOLA II.

Ad Sebastenos, qui de recta ejus in fidei rebus opinione dubitabant.

1 Ab unanimis quibusdam fratribus certiores facti sumus de obtrectationibus, quæ adversus nos ab iis conflatæ sunt, qui pacem odio habent, & proximo suo occulte detrahunt, nil veriti tremendum magnumque illius tribunal, qui de otiosis quoque verbis in futura actionum nostrarum disquisitione se rationem exacturum fore denunciavit, dum inquiunt, crimina de nobis ubique divulgata, hæc esse; Nos
B contraria sentire Patribus, qui apud Nicæam, rectam atque salutarem fidem exposuerunt, ac præterea in communionem Catholicæ Ecclesiæ inexplorato, atque indiscriminatim illos suscepisse, qui aliquando apud Ancyram in Marcelli nomine ecclesiasticos cœtus agebant. Ne igitur veritati mendacium præferatur, aliis literis nosmet ipsos ab illatis criminibus satis purgavimus, & Dominum testati, validis rationibus confirmavimus, nec Sanctorum Patrum fidem nos transgressos esse, nec in recipiendis in Ecclesiæ communionem Marcellianis, inexplorato, ac sine debita deliberatione quidpiam fecisse; sed orthodoxis in Oriente Fratribus, atque Comministris, ut istorum hominum negotium tractaretur, hortantibus,
C & quod a nobis factum fuit comprobantibus, omnia peregisse. Quoniam vero postquam [2] apologiam illam scripto edidimus, rursus quidam unanimi Fratres postularunt, ut seorsim, ac disertis verbis fidei professionem ederemus, qua sacris nos Scripturis, ac Patrum traditioni penitus inhærere persuasum omnibus foret, de his quoque breviter disserendum nobis esse putavimus. Nos itaque Christi doctrinam, quam Discipulos suos docuit, quum pietatis mysterium eisdem traderet, fundamentum esse, & radicem rectæ, & salutaris fidei confitemur, nec quidpiam sublimius, nec tutius, certiusque ea traditione esse credimus. Domini autem doctrina hæc est, [a] *Euntes*, inquit, *docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Pa-*
D *tris, & Filii, & Spiritus sancti*. Quoniam igitur sanctæ Trinitatis dono, vivificæ virtutis compotes fiunt, qui ex morte ad æternam vitam regenerantur, & gratia ista per fidem digni facti sunt; ita quoque imperfecta gratia est, si unum aliquod sanctæ Trinitatis nomen, qualecumque illud sit, in salutari baptismo prætermittatur. Nam neque in solo Patre, & Filio, sine sancto Spiritu, mysterium regenerationis adimpletur; neque si Filius silentio prætereatur, in solo Patre, & Spiritu baptismus habet, unde nobis perfectam vitam largiatur; nec in Patre & Filio, prætermisso Spiritu, resurrectionis nostræ gratia consummatur. Qua propter omnem spem, atque fiduciam nostrarum animarum salutis in tribus personis, quæ iis nominibus nobis innotescunt, habemus, & credimus in
E Patrem Domini nostri Jesu Christi, qui est vitæ fons,

a Matth. XXVIII. 19.

1. Marcello Ancyræ Episcopo jam ab æræ Christianæ anno 336. in Synodo Constantinopolitana deposito, Basilius, & Athanasius, qui deinceps Ecclesiam illam gubernarunt, eos omnes, qui Marcelli communionem amplectebantur, a fidelium consortio excludi curarunt. Et hi quidem Ecclesia extorres ad illud usque tempus fuere, quo Valens Augustus adversus catholicos persecutionem excitavit; tunc enim cum quosdam Ægypti Episcopos, apud Diocæsaream fidei caussa exsulantes, convenissent anno circiter 375. ab eisdem in Ecclesiæ communionem, edita prius catholicæ fidei professione, recepti sunt, moxque eorumdem communicatoriis literis freti, ut in Catholicorum numero a ceteris Orientis Episcopis haberentur, postularunt. Ægre id ferens S. Basilius Cæsariensis, aliique non pauci Episcopi, eorumdem Confessorum factum improbarunt; sed postea, re melius perspecta, Marcellianos & ipsi in suam communionem admisere. Nyssenus quoque Basilii, aliorumque Episcoporum exemplum secutus, non antea cum Marcellianis communicavit, quam ipsorum [illegible]ei professione, Orientalium Episcoporum rogatu [illegible] discussa, eosdem Ecclesiæ Catholicæ consort[illegible]nos esse cognovit; cumque propterea neglectorum can[illegible]n, rejectæque Nicænæ fidei insimularetur, hanc ep[illegible]am in sui defensionem ad Catholicos Sebastenæ urbis cives d[illegible]it.

2. Apologia ista aut periit, aut in aliquo Bibliothecarum angulo adhuc latet; sed & nulla ejus mentio fit apud antiquos Scriptores.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

διὰ τοῦτο πᾶσαν τὴν ἐλπίδα, καὶ τὴν πεποίθησιν (A) τῆς τῶν ψυχῶν ἡμῶν σωτηρίας ἐν ταῖς τρισὶν ὑποστάσεσιν ἔχομεν, διὰ τῶν ὀνομάτων τούτων γνωριζομένην· καὶ πιστεύομεν εἴς τε τὸν Πατέρα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅς ἐστιν ἡ πηγὴ τῆς ζωῆς, καὶ εἰς τὸν μονογενῆ Υἱὸν τοῦ Πατρὸς, ὅς ἐστιν ἀρχηγὸς τῆς ζωῆς, καθά φησιν ὁ Ἀπόστολος, καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῦ Θεοῦ, περὶ οὗ εἶπεν ὁ Κύριος, ὅτι τὸ Πνεῦμά ἐστι τὸ ζωοποιοῦν. καὶ ἐπειδὴ τοῖς λυτρωθεῖσιν ἡμῖν ἀπὸ τοῦ θανάτου, ἡ χάρις τῆς ἀφθαρσίας διὰ τῆς εἰς Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα πίστεως, ἐν τῷ σωτηρίῳ βαπτίσματι, καθὼς εἰρήκαμεν, παραγίνεται, ἐκ τούτων ὁδηγούμενοι, οὐδὲν δοῦλον, οὐδὲ κτιστὸν, οὐδὲ τῆς μεγαλειότητος τοῦ Πατρὸς ἀνάξιον τῇ ἁγίᾳ Τριάδι (B) συναριθμεῖσθαι πιστεύομεν. ἐπειδὴ μία ἐστὶν ἡ ζωὴ ἡμῶν, ἡ διὰ τῆς εἰς τὴν ἁγίαν Τριάδα πίστεως παραγινομένη· ἐκ μὲν τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων πηγάζουσα, διὰ δὲ τοῦ Υἱοῦ προϊοῦσα, ἐν δὲ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι ἐνεργουμένη. ταύτην οὖν ἔχοντες τὴν πληροφορίαν, βαπτιζόμεθα μὲν, ὡς προσετάχθημεν, πιστεύομεν δὲ, ὡς βαπτιζόμεθα, δοξάζομεν δὲ, ὡς πιστεύομεν· ὥστε ὁμοφώνως τὸ βάπτισμα, καὶ τὴν πίστιν, καὶ τὴν δόξαν, εἰς Πατέρα εἶναι, καὶ Υἱὸν, καὶ Πνεῦμα ἅγιον. εἰ δέ τις δύο, ἢ τρεῖς Θεοὺς, ἢ τρεῖς θεότητας λέγει, ἀνάθεμα ἔστω. καὶ εἴ τις κατὰ τὴν Ἀρείου διαστροφὴν ἐκ μὴ ὄντων λέγει τὸν Υἱὸν, ἢ τὸ Πνεῦμα ἅγιον γεγενῆσθαι, ἀνάθεμα ἔστω. ὅσοι δὲ τῷ κανόνι τῆς ἀληθείας στοιχήσουσι, (C) καὶ τὰς τρεῖς ὁμολογοῦσιν ὑποστάσεις, εὐσεβῶς ἐν τοῖς ἑαυτῶν ἰδιώμασι γνωριζομένας, καὶ μίαν πιστεύουσιν εἶναι θεότητα, μίαν ἀγαθότητα, μίαν ἀρχὴν, καὶ ἐξουσίαν, καὶ δύναμιν. καὶ οὔτε τὸ τῆς μοναρχίας ἀθετοῦσι κράτος, οὔτε εἰς πολυθεΐαν ἐκπίπτουσιν, οὔτε τὰς ὑποστάσεις συγχέουσιν, οὔτε ἐξ ἑτερογενῶν, καὶ ἀνομοίων τὴν ἁγίαν Τριάδα συντίθενται· ἀλλ' ἐν ἁπλότητι δέχονται τὸ τῆς πίστεως δόγμα, πᾶσαν τὴν ἐλπίδα τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας ἐν Πατρὶ, καὶ Υἱῷ, καὶ ἁγίῳ Πνεύματι καταπιστεύοντες, οὗτοι κατὰ τὴν ἡμετέραν κρίσιν, τὰ αὐτὰ φρονοῦσι, μεθ' ὧν καὶ ἡμεῖς ἔχειν ἐν Κυρίῳ μέρος εὐχόμεθα.

& in Filium Patris unigenitum, qui est vitæ auctor, quemadmodum ait Apostolus [a], & in Spiritum sanctum Dei, de quo Dominus ait, [b] *Spiritus est, qui vivificat*. Quia vero nobis a morte redemtis, immortalitatis gratia per fidem in Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, in sancto baptismate, quemadmodum diximus, impertitur; hac ratione adducti, nil servile, nil creatum, nil Patris majestate indignum sanctæ Trinitati connumerari credimus; quippe una tantum est vita nostra, quam per fidem in sanctam Trinitatem consequimur, ex Deo quidem universorum, veluti fonte, promanans, per Filium vero procedens, & in Spiritu Sancto consummata. Hoc igitur certum atque exploratum habentes, baptizamur quidem, quemadmodum nobis mandatum est; credimus autem, quemadmodum baptizati sumus; sentimus autem, quemadmodum credimus; ita ut sine ulla discrepantia baptisma, & fides, & sententia nostra in Patre, Filio, & Spiritu sancto consistat. Si quis autem duos, vel tres Deos, vel tres divinitates dicit, anathema sit. Et si quis secundum Arii perversitatem ex non entibus Filium, vel Spiritum sanctum factum fuisse dicit, anathema sit. Quotquot autem veritatis regulam sequuti, tres confitentur personas, easque in suis proprietatibus pie ac religiose cognoscunt, & unam credunt esse divinitatem, unam bonitatem, unum principatum, unam potestatem, atque virtutem, nec Monarchiæ potentiam abrogant, nec ad asserendam Deorum multitudinem delabuntur, nec personas confundunt, nec ex dissimilibus diversique generis rebus sanctam Trinitatem componunt: sed Fidei dogma in simplicitate suscipiunt, omnem salutis suæ spem in Patre, Filio, & Spiritu sancto collocantes, hi unum idemque nobiscum sentiunt, cum quibus & nos partem in Domino habere precamur.

[a] ΕΠΙΣΤΟΛΗ γ΄. (D)

[1] Διέσωσεν ἡμᾶς ὁ Κύριος, ὡς εἰκὸς ἦν, ὑπὸ τῶν σῶν προπεμφθέντας εὐχῶν, καὶ σοι τεκμήριον τῆς [b] εὐμενείας σαφὲς διηγήσομαι· ὡς γὰρ ἤδη ἥλιος ἦν ἀνὰ τὸ χωρίον, ὃ κατόπιν [2] Εαρσοῦ [c] κατελίπομεν, ἄθροον ἐγένετο νεφῶν συστροφὴ, [d] καὶ εἰς βαθὺν ζόφον ἐξ αἰθρίας μετέπεσε. ψυχρὰ δέ τις αὔρα τῶν νεφῶν διαπνέουσα, δροσώδης, καὶ ὑγροτάτη τοῖς σώμασιν ἡμῶν προσπίπτουσα, ὅσον οὐδέ πω τὸν ὑετὸν ἠπείλει, καὶ κατὰ τὸ εὐώνυμον βρονταὶ συνεχεῖς ὑπερρήγνυντο, καὶ ἀστραπαὶ ὀξεῖαί τε, καὶ ἐπάλληλοι τῶν βροντῶν προηγοῦντο, τά τε ὄρη πάντα πρόσω τε, καὶ ὀπίσω, καὶ καθ' ἑκάτερα τῶν πλαγίων, κατηρεφῆ τοῖς νέφεσιν ἦν. καὶ ἤδη ὑπὲρ (E)

EPISTOLA III.

[1] SAlvavit nos, ut par erat, Dominus, quos tuis precibus prosequens, dimisisti, ejusque erga nos benignitatis argumentum evidens tibi narrabo. Ubi enim primum sol supra locum illum stetit, quem pone [2] Earsum reliquimus, coactis illico nubibus, serenum cælum in profundas se tenebras, densamque caliginem induit: tum nostra e nubibus corpora perflans, frigida, roscidaque aura, eademque humidissima, magnam vim imbris jamjam ruituram prænuntiare; ad lævam crebra erumpere tonitrua, quibus rapida, & alternantia præcedebant fulgura: quin etiam quotquot erant tam hinc, atque inde, quam a fronte, & a tergo montes nubibus undequa-

[a] Act. III. 15. [b] Joan. VI. 63.

1. Hæc epistola, in qua Nysseni ad Ecclesiam sibi commissam reditus describitur, scripta fuisse videtur vel post Constantinopolitanam primam synodum, vel eo tempore, quo Nyssenus ab exsilio reversus est. Quis enim crederet, redeuntem Episcopum eo cum honore, cumque iis lætitiæ significationibus, quæ in hac epistola describuntur, exceptum fuisse, nisi vel diuturno tempore procul ab Ecclesia exstitisset, vel post egregiam aliquam operam Ecclesiæ navatam, ad sedem suam reversus esset? Si prior conjectura placet, scripta est hæc Epistola anno 381. desinente; sin vero posterior conjectura magis arriserit, dicendum est scriptam fuisse vel paullo ante Valentis obitum, vel statim ab ejus morte, quæ contigit die nona Augusti anno 378.

2. Qui hujus loci meminerit, nullum reperi.

a Επιστολὴ] Hæc epistola in codice Medic. inscribitur Ἀβλαβίῳ, *Ablabio*.

b Εὐμενείας] Ms. Med. εὐμενείας Θεοῦ.

c Εαρσου] Pro Εαρσοῦ quod est in Vaticano ms. scribitur in Mediceo ἱκανῶν: ut obscuritas & difficultas omnis illico sublata fuerit. CARACC. pag. 92.

d Ζόφον] Ms. Med. ζόφον ὁ ἀὴρ, pro quo *cælum* Zinganius supplevit. Mox in eodem cod. νέφη δροσώδη τε scribitur. ID. ibid. pag. 98.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 370.

A κεφαλῆς ἡμῶν [1] βραχεῖα [a] νεφέλη πνεύματι βιαίῳ ὑποληφθεῖσα, τὸν ὑετὸν ὤδινε, καὶ ἡμεῖς κατὰ τὸ ἰσραηλιτικὸν θαῦμα, μέσοι πανταχόθεν τῶν ὑδάτων διειλημμένοι, ἄβροχοι τὴν [b] μέχρις [2] Οὐεστήνης ὁδὸν ἐπεράσαμεν ἐν ᾗ καταχθέντων ἡμῶν ἤδη, καὶ [3] γὰρ ἡμιόνων [c] ἀναπαυσάντων, τότε παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐδόθη τῷ ἀέρι τοῦ ὄμβρου τὸ σύνθημα. τριῶν δὲ ὡρῶν, ἢ καὶ τεσσάρων ἐκεῖσε διαγόντων ἡμῶν, καὶ ἱκανῶς εἴχομεν τῆς ἀναπαύσεως, πάλιν διέσχεν ὁ Θεὸς τὸν ὄμβρον, καὶ τὸ ὄχημα εὐδρομώτερον [d] ἑαυτῷ, ἢ πρόσθεν, ἦν, ἐν ὑγρῷ τε, καὶ ἐπιπολαίῳ τῷ πηλῷ τοῦ τροχοῦ δι' εὐκολίας ἐνολισθαίνοντος. ἔστι δὲ ὁδὸς ἀπ' ἐκείνου ἐπὶ τὴν πολίχνην ἡμῶν πᾶσα ἐπιποτάμιος, κατὰ ῥοῦν συγκάμπτουσα τῷ ὕδα-**B**τι, χωρία τε συνεχῆ περὶ τὰς ὄχθας τοῦ ποταμοῦ, παρόδια τὰ πάντα, καὶ οὐ πολλῷ τῷ μέσῳ ἀπ' ἀλλήλων διῳκισμένα. πᾶσα τοίνυν ἡ ὁδὸς ἐκ τῆς ἐπαλλήλου ταύτης οἰκήσεως, τῶν μὲν ὑπαντώντων, τῶν δὲ παραπεμπόντων κατὰ τὸ συνεχὲς ἀνθρώπων ἐπεπλήρωτο, πολὺ τῇ ἡδονῇ καταμιγνύντων τὸ δάκρυον. ἦν δὲ ψεκὰς ἀνεπαχθὴς τὸν ἀέρα ὑπονοτίζουσα· μικρὸν δὲ πρὸ τῆς πολίχνης εἰς βιαιότερον ὄμβρον τὸ ὑπερκείμενον [4] ἐθλίβετο νέφος, ὥστε καθ' ἡσυχίαν ἡμῖν γενέσθαι τὴν εἴσοδον, μηδενὸς προαισθομένου τῆς παρουσίας. ὡς δὲ ἤδη τῆς [5] στοᾶς ἐντὸς ἐγενόμεθα, ἐπειδὴ διὰ ξηροῦ τοῦ ἐδάφους κατεκτύπει τὸ ὄχημα, οὐκ οἶδα ὅθεν, ἢ ὅπως, ὡς ἐκ μηχανῆς τινος, ἀθρόως ἀνεφάνη δῆμος, **C** κύκλῳ [e] περὶ ἡμῶν πεπυκνωμένος, ὡς μηδὲ κατελθεῖν τοῦ ὀχήματος εὔπορον εἶναι· οὐ γὰρ ἦν εὑρεῖν τόπον κενὸν ἀνθρώπων. [f] μόγις δὲ πείσαντες ἡμῖν τε δοῦναι καιρὸν πρὸς τὴν κάθοδον, καὶ τοῖς ἡμιόνοις ἐπιτρέψαι τὴν πάροδον, παρὰ τῶν παραρρεόντων ἡμῖν κατὰ πᾶν μέρος συνθλιβόμενοι, ὥστε τὴν ὑπερβάλλουσαν φιλοφροσύνην, μικροῦ δεῖν καὶ λειποθυμίας γενέσθαι αἰτίαν. ὡς δὲ πλησίον τοῦ ἔνδον ἐγενόμεθα [g] ἐπὶ στώου, ὁρῶμεν ῥύακα πυρὸς ἐπὶ τὴν Ἐκκλησίαν εἰσρέουσαν· ὁ γὰρ τῶν παρθένων χορὸς, τὰς [h] ἐκ κήρης λαμπάδας διὰ χειρὸς φέρουσαι, στοιχηδὸν ἀλλήλαις κατὰ τὴν εἴσοδον τῆς Ἐκκλησίας προῄεσαν, τοῖς πυρσοῖς διόλου καταλαμπόμεναι. ἐντὸς δὲ γενομένου, καὶ συνησθεὶς τῷ λαῷ, **D** καὶ συνδακρύσας· ταῦτα γὰρ ἦν ἀμφότερα πάσχειν τῷ κἂν τῷ πλήθει βλέπειν τὰ δύο πάθη, ὁμοῦ τε τῶν εὐχῶν ἐπαυσάμην, καὶ ταύτην τῇ ὁσιότητί σου τὴν ἐπιστολὴν διεχάραξα ἐπισπεύδων, ὡς οἷόν τε, τῷ τῇ δίψῃ προσαναγκάζεσθαι, προσασχοληθῆναι μετὰ τὸ γράμμα τῇ θεραπείᾳ τοῦ σώματος.

A que tegebantur; jamque nubes, quæ noſtro impendebat capiti, poſtquam acri vehementique vento abrepta, alio delata fuit, hiemem peperit, ac nos, quod olim Iſraelitis Dei miraculo contigit, quantumvis pluvia undequaque circundati, nullis tamen aquis aſperſi, [2] Veſtenam uſque iter confecimus; ubi divertentibus nobis, & quietem capientibus mulis, tum a Deo datum eſt aeri pluviæ ſignum. At poſtquam eo in loco trium quatuorve circiter horarum ſpatio corpora abunde curavimus, Deus rurſus pluviam cohibet, & rheda velocius quam antea, ferebatur, in molli ſcilicet luto, minimeque alto, facillime currentibus rotis. Porro via, quæ inter locum illum, & civitatulam noſtram eſt, tota flumi-**B**ne alluitur, & in eamdem partem, in quam fluit amnis, ducitur. Ripæ quoque crebris diſtinctæ ſunt oppidulis, iiſque apud viam ſitis, nec inter ſe multum diſtantibus. Tota itaque ob hanc numquam interruptam oppidorum ſeriem, hominibus partim obviam venientibus, partim proſequentibus, iiſque omnibus multas gaudio miſcentibus lacrymas, ſine intermiſſione repleta erat. Aerem non admodum moleſta aquæ irroratio humectabat; parum autem longe ab urbe, nubes quæ noſtro capiti imminebat, in vehementiorem pluviam reſolvitur; quare licuit nobis quiete urbem ingredi, nemine adventum noſtrum præſentiente. Verum ut [5] porticum ingreſſi fuimus, quum ob ſoli duritiem, ac ſiccitatem cur-**C**rus ſonitum ederet, neſcio quo pacto, ac unde, veluti ex quadam machina, repente circa nos ita confertus populus exſtitit, ut nulla nobis de rheda deſiliendi copia eſſet; ac tandem a turba, nos undique comprimente, vix ac ne vix quidem obtinere licuit, ut nobis deſcendendi, muliſque tranſeundi tempus concederent; quare parum abfuit, quin amoris atque benevolentiæ exceſſus nobis animi defectionem intulerit. Ceterum cum intra porticum longius progreſſi, haud procul ab Eccleſiæ limine eſſemus, vidimus ignis rivum in Eccleſiam influentem. Sacrarum enim Virginum chorus, ardentes cera lampades in manibus geſtantes, ad Eccleſiæ limen, aliæ aliis ordine ſuccedentes, proceſſerant, facibus undequaque ſplen-**D**dentes. Ingreſſus autem Eccleſiam, & una cum populo gaudens, unaque lacrymans (utroque enim modo nos affici par erat, vel ex hoc quod in frequenti populo duos hoſce animi motus intuebamur) ſtatim atque precibus finem impoſui, hanc Sanctitati tuæ epiſtolam feſtinanter conſcripſi, ut poſſem, eo quod ſiti urgerer, poſt exaratam epiſtolam corpori curando vacare.

1. Fortaſſe legendum, *βαρεῖα νεφέλη*, *gravis nubes*.
2. Neſcio an apud alium quempiam Scriptorem loci hujus mentio habeatur.
3. Supervacanea hic videtur particula, *γάρ*.
4. Ita emendandum cenſui Vaticanum codicem, in quo ſcribitur, *ἔθλιβε τὸ νέφος*.
5. Nota morem conſtruendi longas porticus, per quas iter ad majorem Eccleſiam pateret, Romæ olim ſervatum, apud Nyſſam quoque viguiſſe, licet eam Nyſſenus parvam fuiſſe urbem in hac eadem epiſtola teſtetur.

a *Βραχεῖα νεφέλη*] Hanc lectionem codicis Vat. exhibet quoque Mediceus. Atque optime uterque: ut proinde inopportuna videatur Zacagnii emendatio, *βαρεῖα νεφέλη*. Agitur enim a Gregorio non de nube quavis, ſed de ea quæ caput ſuum obtexit: idcirco rectiſſime *brevi* ſeu parva, nominata. Id. pag. 95.

b *Μέχρις Οὐεστήνης*] Cod. Med. *μέχρι Οὐεσάνην*.

c *Καὶ γὰρ ἡμιόνων ἀναπαυσάντων*] Id. cod. *καὶ τοὺς ἡμιόνους ἀναπαυσάντων* [*ἡμῶν*.]

d *Ἑαυτῷ*] Med. *ἑαυτοῦ*.

E e *Περὶ ἡμῶν πεπυκνωμένος*] Cod. Med. *περὶ ἡμᾶς πεπυκνωμένοι*. Paullo ante pravam Vat. codicis lectionem Zacagnius recte emendavit, reſcribens *ἐθλίβετο νέφος*: quæ eſt quidem Medicei ſcriptura. Caracc. pag. 95.

f *Μόγις δέ*] Id. cod. *μόγις τε*. Mox vero *περιρρεόντων*.

g *Ἐπὶ στώου*] Med. *περὶ στώου*. Et mox *ῥύακα* — *εἰσρέοντα*.

h *Ἐκ κήρης*] Id. cod. *ἐκ κηροῦ*. Paullo poſt, *ἐντὸς δὲ γενόμενος*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

A

[a] ΕΠΙΣΤΟΛΗ δ΄.

[b] Νόμος ἐστὶν ἡμέτερος κλαίειν μετὰ κλαιόντων νομοθετῶν, καὶ συγχαίρειν τοῖς χαίρουσιν. ἀλλὰ τούτων, ὡς ἔοικε, τὸ ἕτερον [b] ἐφ᾽ ἡμῖν τῆς νομοθεσίας ἐνεργόν ἐστι μόνον· πολλὴ γὰρ τῶν εὐθυμούντων ἡ σπάνις, ὡς μὴ ἔχειν εὑρεῖν ῥαδίως τισι τῶν ἀγαθῶν συμμετάσχωμεν· τῶν δὲ ὡς ἑτέρως πραττόντων, ἀφθονία πολλή. ταῦτα προοιμιάζομαι διὰ τὴν δυστυχῆ τραγῳδίαν, ἣν πονηρός τις δαίμων ἐν τοῖς [c] πάλαι γνησίοις ἐδραματούργησε. νέος τῶν εὐπατριδῶν, [2] Συνέσιος ὄνομα αὐτῷ, οὐκ ἔξω τοῦ ἐμοῦ γένους, ἐν ἀκμῇ τῆς ἡλικίας, οὔπω σχεδὸν τοῦ ζῆν ἀρξάμενος, ἐν μεγάλοις κινδύνοις ἐστὶν, ὧν ἐξελέσθαι μόνος ὁ Θεὸς ἰσχὺν ἔχει, καὶ μετὰ τὸν Θεὸν σὺ, ὁ τὴν περὶ θανάτου, καὶ ζωῆς ψῆφον πεπιστευμένος. δυστύχημα γέγονεν ἀκούσιον· τίς δ᾽ ἂν ἑκὼν δυστυχήσειε; καὶ νῦν ἔγκλημα τὴν δυστυχίαν πεποίηνται οἱ κατ᾽ αὐτοῦ τὴν ἐπιθανάτιον ταύτην δίκην συστήσαντες. ἀλλ᾽ ἐκείνους μὲν ἰδίοις γράμμασι καθυφεῖναι τῆς ὀργῆς δυσωπῆσαι πειράσομαι· τὸ δὲ σὸν εὐμενὲς μετὰ τοῦ δικαίου καὶ μεθ᾽ ἡμῶν γενέσθαι παρακαλῶ, ὅπως ἂν τὴν ἀθλιότητα τοῦ νέου ἡ σὴ φιλανθρωπία νικήσειε, πᾶσαν μηχανὴν ἐξευροῦσα, δι᾽ ἧς ἔξω κινδύνων ἔσται ὁ νέος, τὸν πονηρὸν κατ᾽ αὐτοῦ δαίμονα διὰ τῆς σῆς συμμαχίας νικήσας. πάντα εἶπον ἐν κεφαλαίῳ, ἃ βούλομαι· τὸ δὲ καθ᾽ ἕκαστον ὑποτίθεσθαι, ὅπως ἂν κατορθωθείη τὸ σπουδαζόμενον, οὔτε ἐμὸν ἂν εἴη τὸ λέγειν, οὔτε σὸν τὸ διδάσκεσθαι.

EPISTOLA IV.

[1] Lex nobis est cum flentibus flere jubens, & cum gaudentibus gaudere, sed, ut res ferunt, hujus legis pars altera tantum apud nos viget: rari enim admodum sunt, qui securo atque alacri sint animo, ut facile inveniri nequeant, qui nos felicium lætarumque rerum participes faciant; eorum vero qui secus se habent, uberrima est copia. Hæc præfati sumus propter infelicem tragœdiam, quam malus quidam dæmon adversus illos, quorum integerrima semper vita fuit, excitavit. Nobilis juvenis, [2] Synesius nomine, ex cognatione nostra, in ipso B ætatis flore, & nondum fere vitam exorsus, in magnis periculis versatur, ex quibus illum eripere solus Deus potest, ac post Deum tu, cui de morte, ac vita suffragium creditum est. Involuntarie infortunium accidit; quis enim sponte sua infelix est? & nunc infortunium istud crimini vertunt, qui illum rei capitalis accusarunt. Sed eos quidem, ira deposita, mites pacatosque, missis ad singulos literis, reddere conabor: at vero clementia tua, cum justitia conjuncta, ne a nobis hac in re desideretur, enixe rogo, ut scilicet benignitas tua adolescentis vincat calamitatem, nihil intentatum omittens, quo adolescens, ope tua improbo illo genio sibi adversante superato, extra discriminis aleam constituatur. C Quæ animus erat dicere, paucis exsequutus sum; qua vero ratione rite recteque negotium perfici queat, nec meum est dicere, nec tuum doceri.

[d] ΕΠΙΣΤΟΛΗ ε΄.

[3] Ἐφ᾽ ᾧ μάλιστα παρὰ τῶν σοφῶν ὁ βασιλεὺς τῶν Μακεδόνων θαυμάζεται· θαυμάζεται γὰρ οὐ τοσοῦτον τοῖς Μηδικοῖς [4] τρόποις [e], οὐδὲ τοῖς Ἰνδικοῖς τε, καὶ περὶ τὸν ὠκεανὸν διηγήμασιν, ὅσον ἐπὶ τῷ εἰπεῖν τὸν θησαυρὸν ἐν τοῖς φίλοις ἔχειν· τολμῶ καὶ αὐτὸς ἐν τῷ μέρει τούτῳ τοῖς ἐκείνου θαύμασιν ἐμαυτὸν ἀντιπαρᾶραι, καί μοι προσήκειν τὸν τοιοῦτον [f] μέλλει λόγον εἰπεῖν. ὅτι δὲ πλουτῶ τῇ φιλίᾳ, καὶ ὑπεραίρω τῷ τοιούτῳ κτήματι τάχα καὶ αὐτὸς ἐκεῖνον τὸν ἐπὶ τούτῳ μεγαλαυχούμενον. τίς γὰρ ἐκείνῳ τοιοῦτος φίλος, οἷος ἐμοὶ σὺ, διὰ πάντων ἐν ἑκάστῳ τῆς ἀρετῆς εἴδει πρὸς ἑαυτὸν ἁμιλλώμενος; πάντως γὰρ οὐκ ἄν τις ἐμοὶ, [5] ταῦτα λέγοντι, κολακείαν ἐπικαλέσειε, πρός τε τὴν ἡλικίαν τὴν ἐμὴν, καὶ πρὸς τὸν σὸν βίον βλέπων· ἔξωρός τε γὰρ ἤδη πρὸς κολακείαν ἡ πολιὰ, καὶ τὸ γῆρας εἰς θωπείαν ἀνεπιτήδειον, σοί τε, καὶ εἰ ἐν ὥρᾳ τοῦ κολακεύειν εἴη ποτε, ὁ ἔπαινος πρὸς ὑπόληψιν κολακείας οὐ κατέπιπτε, τοῦ βίου πρὸ τῶν λόγων δεικνύντος τὸν ἔπαινον. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ τοῖς καλοῖς πλουτούντων ἴδιον τὸ εἰδέναι κεχρῆσθαι, [g] οἷς ἔχει· ἀρίστη δὲ χρῆσις [h] τῶν περιόντων, τὰ κοινὰ προτιθέναι

EPISTOLA V.

[3] Qua in re magnum illum Macedonum Regem sapientes potissimum suspiciunt, atque admirantur; apud eos quippe admirationi habetur, non tam [4] ob victorias de Medis relatas, vel ob ea, quæ de rebus ab ipso in India & circa Oceanum gestis narrantur, quam quod dixerit, se in amicis thesaurum possidere. Qua, inquam, in re maximam ille sui admirationem concitavit, ea uti- D que & ipse, æque ac ille, efferri haud vereor, & non immerito affirmare possum, effatum illud mihi etiam convenire; nam cum magna mihi sit amicorum copia, fortasse & illum de iis se magnifice jactantem, eorumdem numero atque præstantia longe antecello. Quis enim illi tam amicus, quam tu mihi es, qui in omni virtutum genere semper temet ipsum superare contendis? Neque enim quispiam me ista dicentem assentationis accusaverit, si ad ætatem meam, & tuum vivendi institutum respiciat. Nam & canitiem non decet assentatio, nec senectus adulationi apta est; tibi autem impertita laus quantumvis adulatio nostræ conveniret ætati, in nullam certe assentationis suspicionem incideret, cum vitæ tuæ ratio nil verbis egeat, ut se omni laude dignam esse ostendat. At vero cum eorum, qui divites scite prudenterque esse norunt, proprium sit scire illis uti

1. Tam hæc, quam sequens epistola scripta fortasse fuit Cynegio Nysseni amicissimo viro, ut patet ex ejusdem epistolis nona, & decima; nam hunc Præfecturam Prætorii in Oriente ab an. 384. usque ad an. 390. gessisse ex pluribus Theodosiani codicis legibus apparet. Vide accuratissimum Gotofredum in Prosopographia & in notitia dignitatum ejusdem codicis.

2. Hujus Synesii, Nysseno consanguinitate conjuncti, E nulla, quod sciam, apud alium quempiam Scriptorem mentio habetur.

3. Hæc etiam epistola ad Cynegium scripta fuisse videtur, ut diximus in notis ad epistolam præcedentem.

4. Fortasse legendum τροπαίοις, tropæa.

5. Ita emendandum censui Vaticanum codicem, in quo legitur, ταῦτα λέγων.

a Ἐπιστ.] In cod. Med. inscribitur Ἱερίῳ ἡγεμόνι: estque V. Statim vero, Νόμος τις.

b Ἐφ᾽ ἡμῖν] Med. ἐφ᾽ ἡμᾶς. Paullo post, ὡς ἑτέρως.

c Πάλαι] Med. πάνυ. Mox, Συνέσιος τοὔνομα.

d Ἐπιστ.] Inscripta perhibetur in ms. Med. Ἀντιοχιανῷ, estque VI.

e Τρόποις] Med. τροπαίοις, ut conjiciebat Zacagnius.

f Μέλλει] Id. cod. μᾶλλον. Et mox αὐτὸν ἐκεῖνον. Paucisque interjectis, ταῦτα λέγοντι, prout emendavit editor.

g Οἷς ἔχει] Medic. οἷς ἔχουσι. Et paullo ante, καλῶς πλουτ.

h Τῶν περιόντων, τὰ] Ms. Med. τὸν παρόντων, τό.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

τοῖς φίλοις, ἃ ἔχουσι· φίλος δέ μοι πάντων μάλιστα A διὰ πάσης γνησιότητος συνηρμοσμένος, ὁ ποθεινότατος υἱὸς Ἀλέξανδρος, παρακλήθητι δεῖξαι αὐτῷ τὸν ἐμὸν θησαυρόν· καὶ μὴ δεῖξαι μόνον, ἀλλὰ καὶ δαψιλῶς παρασχεῖν ἐμφορηθῆναι, τῷ προστῆναι [a] αὐτοῦ, ὑπὲρ ὧν ἥκει, τῆς σῆς προστασίας δεόμενος. λέξει δὲ δι' ἑαυτοῦ τὰ πάντα. οὕτω γὰρ εὐπρεπέστερον, ἢ τὰ καθ' ἕκαστον ἐμὲ διεξιέναι τῷ γράμματι.

bonis, quæ possident; optimus autem divitiarum usus sit, amicos eorum quæ possidemus participes facere; mihi autem amicus sit eximia præ ceteris omnibus sinceritate conjunctus, dilectissimus filius Alexander; sine ut meum thesaurum ipsi ostendam, nec ostendam tantummodo, sed & efficiam, ut eo affatim potiatur, dum illum tuo patrocinio indigentem, iis in negotiis tueberis, atque juvabis, quorum caussa ad te venit. Ipse autem per se cuncta indicabit; ita enim fieri potius decet, quam ut singula ad te hisce literis perscribamus.

[b] ΕΠΙΣΤΟΛΗ ϛ'.

[1] ΤΟιοῦτόν τι θαῦμά φασιν ἐν τοῖς θεάτροις τοὺς B θαυματοποιοῦντας τεχνάζεσθαι. μῦθον ἐξ ἱστορίας, ἤ τινα τῶν ἀρχαίων διηγημάτων, ὑπόθεσιν τῆς θαυματοποιΐας λαβόντες, ἔργῳ τοῖς θεαταῖς διηγοῦνται τὴν ἱστορίαν. διηγοῦνται δὲ οὕτως τὰ κατάλληλα τῶν ἱστορουμένων· ὑποδύντες σχήματά τε, καὶ πρόσωπα, καὶ πόλιν ἐκ παραπετασμάτων ἐπὶ τῆς ὀρχήστρας δι' ὁμοιότητός τινος σχηματίσαντες, [c] καὶ τέως ψιλὸν τόπον τῇ ἐναργεῖ μιμήσει τῶν πραγμάτων οἰκειώσαντες, θαῦμα τοῖς θεωμένοις γίνονται, αὐτοί τε οἱ μιμηταὶ τῶν ἐν τῇ ἱστορίᾳ πραγμάτων, καὶ τὰ παραπετάσματα, ἡ πόλις δή. τί οὖν μοι τὸ διήγημα βούλεται; ἐπειδὴ χρεία ἡμῖν τὴν μὴ οὖσαν πόλιν, [d] καὶ οὖσαν δεῖξαι τοῖς συνιοῦσι, παρακλήθητι γενέσθαι τῆς πόλεως ἡμῶν οἰκι- C στὴς αὐτοσχέδιος, αὐτῷ τῷ φανῆναι μόνον· πόλιν εἶναι δοκεῖν τὸν ἔρημον χῶρον [e] παρασκευάσω· ὅτι σοὶ καὶ ἡ ὁδὸς οὐ πολλή, καὶ ἡ χάρις, ἣν δώσεις, σφόδρα πολλή· βουλόμεθα γὰρ [f] φαιδροτέρους ἑαυτοὺς δεῖξαι τοῖς συνοῦσιν, ἀντ' ἄλλου τινὸς κόσμου, τῇ φαιδρότητι ὑμῶν καλλωπιζόμενοι.

EPISTOLA VI.

[1] TAle quidpiam admirandum præstigiatores artificiose in theatris edere ajunt, quum fabula ex historiis mutuata, vel narratione aliqua vetere in præstigiarum materiem assumta, rem totam, quasi vere tunc gereretur, actione ac gestu spectatorum oculis subjiciunt. Porro hoc pacto, quod sibi repræsentandum proposuerunt, efficiunt. Varias enim formas, atque personas induci, ac urbem quoque in orchestra ex velis efformantes, nudum illum locum tum demum viva gestarum rerum imitatione ita ad fabulæ argumentum accomodant, ut tam ipsi rerum, quæ in illa historia continentur, imitatores, quam vela ipsa, urbs, videlicet, velis repræsentata, miraculum spectatoribus fiant. At quare nobis instituta est hæc narratio? Quoniam mihi opus est, urbem, quæ nusquam est; quasi revera esset, advenientibus ostendere, te etiam atque etiam rogo, ut specie tantum tenus te in extemporalem urbis nostræ civem ascisci patiaris, (dabo quippe operam, ut solitarius iste locus urbs esse videatur) quandoquidem tibi non multum itineris conficiendum est, gratia autem, quam præstabis, valde magna. Volumus quippe nosmet ipsos splendidiores hospitibus ostendere, vestra, scilicet, claritate, præ alio quopiam ornatu, decorati.

[g] ΕΠΙΣΤΟΛΗ ζ'.

[2] ΠΟῖον τοιοῦτον ἄνθος ἐν ἔαρι; τίνες τοιαῦται μουσικῶν ὀρνίθων φωναί; ποίαις λεπταῖς, καὶ D προσηνέσι ταῖς αὔραις καταγλυκαίνεται γαληνιῶσα θάλασσα; τίς ἄρουρα τοῖς γεηπόνοις οὕτως ἡδεῖα, ἢ εὐθηνουμένη ληΐοις, ἢ τοῖς καρποῖς ἤδη τῶν ἀσταχύων ὑποκυμαίνουσα, ὅσον τὸ πνευματικὸν ἔαρ, ἐκ τῆς εἰρηνικῆς σου ἀκτῖνος, διὰ τῆς ἐν τοῖς γράμμασι λαμπηδόνος, τὴν ζωὴν ἡμῶν ἐκ κατηφείας ἐφαιδρυνον. οὕτω γὰρ ἡμῖν τάχα τὸ προφητικὸν ἁρμόσει τοῖς παροῦσιν ἀγαθοῖς ἐπιφθέγξασθαι, ὅτι καὶ τὸ πλῆθος τῶν ὀδυνῶν, τῶν ἐν τῇ καρδίᾳ, αἱ τοῦ Θεοῦ παρακλήσεις, διὰ τῆς σῆς ἀγαθότητος, τὴν ψυχὴν ἡμῶν εὔφραναν, ἀκτίνων δίκην [h] τῇ πάχνῃ κεκαυμένην τὴν ζωὴν ἡμῶν ἐπιθάλπουσαι. ἴση γάρ ἐστιν ἐν ἀμφοτέροις ἡ ἀκρότης, τῆς τε παχύτητος, λέγω, τῶν λυπηρῶν, καὶ τῆς γλυκύτητος τῶν σῶν E ἀγαθῶν. καὶ εἰ μόνον εὐαγγελισάμενος ἡμῖν τὴν παρουσίαν σου, τοσοῦτον ἐφαίδρυνας, ὥστε πάντα ἡμῖν ἐκ τῆς ἐσχάτης ἀλγηδόνος εἰς φαιδρὰν μεταβλη-

EPISTOLA VII.

[2] QUinam verno tempore flos tam gratus, quænam cantantium avium voces tam suaves, quænam tam placidæ atque lenes auræ, quibus tranquillatum mare mitescit, quænam tellus agricolis tam jucunda, sive viridi segete luxuriet, sive jam spicarum culminibus fluctuet; quam suave ac jucundum est ver illud spirituale, quod tuis pacem afferentibus radiis, per literarum tuarum fulgorem, vitam nostram mærori subtractam, illustrem hilaremque reddit? Sic nobis forsasse congruit, propheticum illud de præsentibus bonis usurpare: [a] *Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes Dei*, per probitatem tuam, *lætificaverunt animam meam*, dum solis radiorum instar, vitam nostram, pruina veluti adustam, fovent. Nam æque summa sunt malorum nostrorum magnitudo, & bonorum tuorum dulcedo. Quod si ex eo quod adventum tuum tantummodo annuntiaveris, usque adeo nos alacres lætosque fecisti, ut omnia ex summo

a Psalm. XCIII. 19.

1. Ex hujus epistolæ argumento discimus Gregorium Nyssenum, Basilii fratris, & Gregorii Nazianzeni exemplo in eremum aliquando secessisse, cujus rei nescio an apud alium quempiam veterem Scriptorem mentio habeatur. Ceterum ad quemnam hæc epistola scripta fuerit divinare non possumus.

2. Cuinam hæc epistola scripta fuerit, penitus ignoro, cum ejus verba nullam ad id conjiciendum opem suppeditent: videtur tamen eo tempore data fuisse, quo Nyssenus ab Ecclesia sua Valentis jussu exsulabat.

a Αὐτοῦ] Id. cod. αὐτῶν.
b Ἐπιστ.] In cod. Med. inscribitur Σταγειρίῳ: estque VII.
c Καί] Id. cod. καὶ τόν.
d Καὶ οὖσ.] Med. ὡς οὖσ. Atque ita legisse videtur interpres.
e Παρασκ.] Id. cod, παρασκευάσας. ἔτι δέ.
f Φαιδροτέρους] Cod. Med. σεμνοτέρους.
g Ἐπιστ.] In Med. inscripta Οτρηΐῳ ἐπισκόπῳ Μελιτηνῆς: estque XVIII.
h Τῇ πάχνῃ κεκ.] Med. κεκαυμένην τῇ πάχνῃ.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

θλῶναι κατάστασιν, τί ποτε ἄρα ποιήσει, καὶ ὀφθεῖσα μόνον, ἡ τιμία, καὶ ἀγαθὴ παρουσία σου; πόσην δὲ δώσει [a] τῇ ψυχῇ ἡμῶν παράκλησιν ἡ γλυκεῖα σου φωνὴ ταῖς ἀκοαῖς ἐνηχήσασα; ἀλλὰ γένοιτο ταῦτα διὰ τάχους κατὰ Θεοῦ συνεργίαν, τοῦ διδόντος ὀλιγοψύχοις ἄνεσιν, καὶ τοῖς συντετριμμένοις ἀνάπαυσιν. ἡμᾶς δὲ γίνωσκε, ἐὰν μὲν εἰς τὸ ἡμέτερον βλέψωμεν, περιαλγεῖν τοῖς παροῦσι, καὶ διαφοροῦντας μὴ παύεσθαι· ἐὰν δὲ πρὸς τὴν σὴν ἀπίδωμεν τιμιότητα, πολλὴν ὁμολογεῖν τῇ οἰκονομίᾳ τοῦ δεσπότου τὴν χάριν, ὅτι ἔξεστιν ἡμῖν ἐκ γειτόνων ἀπολαύειν τῆς γλυκείας σου, καὶ ἀγαθῆς προαιρέσεως, καὶ ἐμφορεῖσθαι κατ' ἐξουσίαν μέχρι κόρου τῆς τοιαύτης τροφῆς, εἰ δή τις κόρος τῶν τοιούτων ἐστίν.

A mærore in hilaritatem converſa fuerint; quid non igitur præſtabit vel ſolus tui aſpectus, quum præſens aderis, Vir integerrime atque venerande? Quantum etiam ſolamen afferet dulcis vox tua, noſtris auribus inſonans? Sed utinam id fiat quam citiſſime, Dei ope atque auxilio, qui puſillanimis doloris remiſſionem, & mærore confectis requiem largitur. Scias autem nos, ſi ad noſtra quidem reſpiciamus, de præſentibus rebus vehementer dolere, neque eos qui nos vexant, umquam ceſſare; at vero ſi ad præſtantiam tuam oculos convertamus, ultro fateri, multum nos Domini providentiæ debere, quod nobis fas ſit egregia illa tua mente, ejuſque jucunditate e propinquo frui, & hujuſcemodi cibo ad ſa-
B tietatem uſque pro libitu expleri, ſi tamen talis rei ulla poteſt eſſe ſatietas.

[b] ΕΠΙΣΤΟΛΗ ή.

[c] ΑΙτῶν [1] τι προσφυὲς καὶ οἰκεῖον τῷ γράμματι δοῦναι προοίμιον, ἀπὸ μὲν τῶν ἐμοὶ συνήθων, λέγω δὴ τῶν γραφικῶν ἀναγνωσμάτων, οὐκ εἶχον ὅτῳ καὶ χρήσομαι, οὐ τῷ μὴ εὑρίσκειν τὸ συμβαῖνον, ἀλλὰ τῷ περιττὸν κρίνειν πρὸς οὐκ [d] εἰδότας, τοιαῦτα γράφειν. ἡ γὰρ περὶ τοὺς ἔξω λόγους σπουδὴ, τοῦ μηδεμίαν τῶν θείων μαθημάτων ἐπιμέλειαν ἔχειν, ἀπόδειξις ἡμῖν γέγονεν. οὐκοῦν ἐκεῖνα μὲν σιωπήσομαι, ἐκ δὲ τῶν σῶν πρὸς τὴν λογιότητά σου προοιμιάσομαι. [e] πεποίηταί τις παρὰ τῷ διδασκάλῳ τῆς ὑμετέρας παιδεύσεως, πρεσβυτικῶς εὐφραινόμενος, μετὰ τὴν χρονίαν [f] αὐτοῦ κακοπάθειαν ἐν ὀφθαλμοῖς ἔχων τὸν ἑαυτοῦ παῖδα, καὶ τοῦ παιδὸς ἅμα τὸν παῖδα [2] ὑπόθεσιν δόντος τῆς εὐφροσύνης, ἡ περὶ τῶν πρωτείων τῆς ἀρετῆς [g] Ὀδυσσεῖ πρὸς τὸν Τηλέμαχον μάχη, [3] εἰ καὶ τῇ μνήμῃ τῶν Κεφαλλήνων, πρὸς τὸν σκοπὸν τοῦ λόγου συμβάλλεται. ὅτι με διαλαβόντες [h] νυνὶ σύ τε, καὶ ὁ τὰ πάντα θαυμάσιος ὁ πατὴρ ὁ σὸς, ὥσπερ τὸν Λαέρτην ἐκεῖνοι, φιλοτίμους ὅλους ἐν τῇ πρὸς ἡμᾶς τιμῇ τε, καὶ φιλοφροσύνῃ περὶ τῶν πρωτείων διαγωνίζεσθε, ὁ μὲν [i] οὕτως, σὺ δὲ ἀπὸ Καππαδοκίας τοῖς γράμμασι βάλλοντες. τί οὖν ὁ γέρων ἐγώ; μακαριστὸν τίθεμαι τὴν ἡμέραν, ἐν ᾗ βλέπω τοιαύτην παιδὶ πρὸς πατέρα τὴν ἅμιλλαν. μή ποτε οὖν παύσαιο, χρηστοῦ, καὶ θαυμαστοῦ πατρὸς εὐχὴν δικαίαν ἀποπληρῶν, καὶ τοῖς ἀγαθοῖς προτερήμασι τὴν πατρικὴν δόξαν [k] ὑπερβαλλόμενος. παρ' ἀμφοτέροις ὑμῖν ἔσομαι κεχαρισμένος κριτής· σοὶ μὲν τὰ πρωτεῖα πρὸς τὸν πατέρα νέμων, τῷ πατρὶ δὲ πρὸς σέ· ἡμεῖς δὲ οἴσομεν τὴν τραχεῖαν Ἰθάκην, οὐ λίθοις τοσοῦτον, ὅσον τοῖς ἤθεσι τῶν οἰκητόρων τραχυνομένην, ἐν ᾗ πολλοὶ μνηστῆρες, καὶ τῶν κτημάτων τῆς μνηστευομένης [4] κρατῆρες [l], οἱ καὶ αὐ-

EPISTOLA VIII.

CUm [1] aptum aliquod atque conveniens exordium ex ſacræ Scripturæ lectione, pro conſuetudine noſtra, epiſtolæ præfigendum perquirerem, nullum, quo uterer, invenire potui; non quod nil congruum atque propoſito noſtro conſentaneum occurreret, ſed quod talia ſupervacaneum cenſerem, neſcientibus ſcribere. Studium enim, quod prophanis rebus impendis, argumento nobis eſt, te nullam ſacris doctrinis, operam dare. Igitur illa quidem ſilentio præ-
C termittam; ex tuis vero rebus meæ ad te Virum eruditum, & eloquentem epiſtolæ initium faciam. Fingitur non nemo ab eruditionis veſtræ magiſtro poſt diuturnam malorum tolerantiam ſenum more exſultans, dum ante oculos una haberet filium, & nepotem ex eodem filio, qui exſultandi occaſionem ſeni præbuerat. Ulyſſis cum Telemacho de virtute certamen quod & Cephalleniis memoratur, ad noſtri ſermonis ſcopum confert; quandoquidem excipientes me nunc tu, & pater tuus, quemadmodum illi Laertem, honore & benevolentia erga nos, de principatu cum munificis quibuſque, ac generoſis viris contendiſtis, hic quidem ſuum in modum, tu vero e Cappadocia per literas ſingularibus plane erga me
D officiis certantes. Quid igitur ego ſenex? Feliciſſimam cenſeo eam diem, in qua talem video inter patrem filiumque contentionem. Ne itaque ceſſes juſta boni, & admirandi patris vota implere, & præclaris factis paternam gloriam ſuperare. Ego ſane ambobus vobis gratioſum me judicem præbebo, tibi quidem palmam de patre concedens, patri vero de te. Nos autem aſperam, non tam lapidibus, quam habitatorum moribus, Ithacam feremus, in qua multi proci, & bonorum expetitæ ad nuptias mulieris occupatores, qui vel hoc ipſo ſponſam contumelia

1. Scripta eſt hæc epiſtola ad eruditum juvenem quemdam Cappadocem, vel in Cappadocia degentem, Chriſtianum ne an Ethnicum, definire non auſim, qui Nyſſenum peregre agentem ſuis litteris patri commendaverat. Epiſtolæ autem argumentum deſumtum eſt ex Homeri Odyſ. lib. 24. in cujus fine ait, Laertem, cum videret, Telemachum nepotem, ab Ulyſſe patre monitum, in aciem alacri animo deſcendiſſe adverſus Ithacenſes, & Cephallenios, qui procorum necem ulturi, paternam domum armis aggrediebantur, exclamaſſe,

Τίς νύ μοι ἡμέρη ἥδε, θεοὶ φίλοι, ἦ μάλα χαίρω,
Υἱός θ' υἱωνός τ' ἀρετῆς πέρι δῆριν ἔχουσι.
Quæ mihi dies hæc, Dii dilecti, certe valde gaudeo:
E *Filiuſque, nepoſque virtutem circa, pugnam habent.*

2. Vide an legendum ſit, ἀμφοτέροις ὑπόθεσιν δόντος, ita ut adverbium, ἅμα abſolute poſitum, nullum caſum regat.

3. Et hic fortaſſe legendum, ἡ καὶ ἐν τῇ μνήμῃ.

4. Et ſi incompertum mihi ſit, an vox κρατῆρες, pro occupatoribus, eo ſenſu a quopiam accepta ſit, quo verbum, κρατέω ſæpenumero uſurpatur; tamen non video, quonam alio meliori ſenſu hoc in loco latine reddi poſſit.

a Τῇ ψυχῇ] Id. ταῖς ψυχαῖς.

b Ἐπιστολὴ ή.] Cod. Med. inſcriptam refert Εὐπατρίῳ σχολαστικῷ. Eſt autem num. VIII.

c Αἰτῶν — οἰκεῖον] Id. ζητῶν — οἶον.

d Εἰδότας] Id. εἰδότα. Mox, ἔξωθεν τῶν λόγων. Et paullo poſt ἡμῖν ἐγένετο.

e Πεποίηταί τις] Id. πεποίηται Λαέρτης.

f Αὐτοῦ] Med ἐκείνην. Et mox pro ὑπόθεσιν δόντος, id. cod. ὑπόθεσις δὲ αὐτῷ τῆς εὐφροσύνης. Præclare: filius & nepos ob oculos ei objecti, lætitiæ ipſi ſeni cauſſa. CARACC. pag. 95.

g Ὀδυσ.] Id. τῷ Ὀδυσσεῖ. Mox vero, εἰς τί ἂν ἡ μνήμη τῶν Κεφ. *In quantum quidem memoria fert Cephalleniorum.* ID. ibid.

h Νυνί] Med. μέσον. Paullo poſt, φιλοτίμως πρὸς ἀλλήλους.

i Οὕτως] Id. cod. ἐκ τοῦ Πόντου. Et mox μακαριστόν.

k Ὑπερβ.] Id. ὑπερβαλλόμενος ὤφθης.

l Κρατῆρες] Med. βρωτῆρες, *comeſtores:* vox ad ſententiam aptiſſima. Mox autem, σωφρονοῦσαν.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 370.

τῷ τούτῳ τὴν νύμφην ὑβρίζοντες, τῷ ἐπαπειλεῖν τὸν γάμον τῇ σωφροσύνῃ, [1] Μελανθοῦς, οἶμαι, τινὸς, ἢ ἄλλης τοιαύτης, ἀξίως πράττοντες. οὐδαμοῦ δὲ ὁ σωφρονίζων [2] τῷ τόξῳ. ὅσον πρεσβυτικῶς ἐπὶ τὰ μηδὲν προσήκοντα ἡμῖν παρεληρήσαμεν. ἀλλά μοι πρόχειρος ἔστω διὰ τὴν πολιὰν ἡ συγγνώμη· ἴδιον γὰρ [a] αὐτῆς, ὥσπερ τὸ κορυζοῦσθαι τὰ ὄμματα, καὶ τὰ μέλη πάντα ὑπὸ τῆς τοῦ γήρως [3] ἀπονοίας βαρύνεσθαι, οὕτω καὶ τὸ ἀδολεσχεῖν ἐν τῷ λόγῳ. σὺ δὲ ἡμᾶς τοῖς τροχαλοῖς τε καὶ διεγηγερμένοις τῶν λόγων νεανικῶς δεξιούμενος, ἀνανεώσῃ τὸ γῆρας, τῇ καλῇ, καὶ πρεπούσῃ γηρωκομίᾳ ταύτῃ τὸ [b] ἐκ μηκὸς τῆς ἡλικίας ἐπανορθούμενος.

A afficiunt, quod modestiæ atque pudori nuptias minantur, [1] Melantho, vel aliqua alia ejusdem generis muliere, ut arbitror, digna perpetrantes; sed qui [2] arcu valeat, nullus suppetit. Vides quam seniliter in his, quæ nil nobis conveniunt, nugati sumus. Sed mihi ob canitiem venia ultro danda erit; proprium enim senectutis est, quemadmodum oculos gravedine infestare, & membris omnibus torporem inducere, ita & garrulam, atque verbosam esse. Tu autem volubili, fervido, atque incitato sermone nos, ut juvenem decet, excipiens, me juventuti quodammodo reddes, pulchra atque decenti hac senes curandi ratione, longævitatem nostram in meliorem statum restituens.

B

[c] ΕΠΙΣΤΟΛΗ θʹ.

EPISTOLA IX.

[4] ΟΥδὲ τοῦ ἔαρος ἡ χάρις διαλάμπειν κατὰ τὸ ἀθρόον πέφυκεν· ἀλλὰ προοίμια τῆς ὥρας γίνονται ἀκτίς τε προσηνῶς τὸ πεπηγὸς τῆς γῆς ἐπιθάλπουσα, καὶ ἄνθος ἡμιφανῶς τῇ βώλῳ ὑποκρυπτόμενον, καὶ αὖραι τὴν γῆν ἐπιπνέουσαι, ὡς διὰ βάθους τὸ ἐκ τοῦ ἀέρος γόνιμόν τε, καὶ ζωόφυτον εἰς αὐτὴν διαδύεσθαι. ἔστι καὶ νεοθαλῆ πόαν θεάσασθαι, καὶ ὀρνίθων ἐπάνοδον, οὓς ὁ χειμὼν ἀπεξένωσε, καὶ πολλὰ τοιαῦτα, ἃ σημεῖα μᾶλλόν ἐστι τοῦ ἔαρος, οὐκ αὐτὸ τὸ ἔαρ. πλὴν ἀλλ' ἤδη καὶ ταῦτα, διότι καὶ τῶν ἡδίστων [5] μηνύματα [d] γίνεται. τί οὖν ὁ λόγος μοι βούλεται; ἐπειδὴ πρόδρομος τῶν ἐν σοὶ θησαυρῶν, ἡ διὰ τῶν γραμμάτων σου φιλοφροσύνη πρὸς ἡμᾶς ἐλθοῦσα, καλῷ προοιμίῳ τὸ παρὰ σοῦ προσδοκώμενον ἡμῖν εὐαγγελίζεται· καὶ τὴν ἐν τούτοις χάριν δεχόμεθα, ὥς τι πρωτοφανὲς ἄνθος τοῦ ἔαρος, καὶ ὅλης ἀπολαῦσαι τῆς ὥρας, ἐν σοὶ [e] εὐχόμεθα διὰ τάχους. σφόδρα γὰρ, εὖ ἴσθι, σφόδρα τῷ θυμῷ, καὶ τῇ πικρίᾳ τῶν ἐπιχωρίων ἠθῶν πεπονήκαμεν, καὶ ὥσπερ τοῖς δωματίοις ἐκ τῶν ἐπεισρεόντων ὑδάτων ὑποτρέφεται [6] κρύσταλλος· χρήσομαι γὰρ ἐκ τῶν ἡμετέρων τῷ ὑποδείγματι· [f] οὕτω καταρρέουσα νοτὶς, εἰ τῷ πεπηγότι ἐπιπολάσειε, λιθοῦται περὶ τὸν κρύσταλλον, καὶ προσθήκη τοῦ ὄγκου γίνεται. τοιοῦτόν τι [g] βλεπέτω τοῖς πολλοῖς τῶν κατὰ τὸν τόπον ἐπιχωριαζόντων τὸ ἦθος, ὡς ἀεί τι προσεπινοεῖται παρ' αὐτῶν εἰς πικρίαν, καὶ ἐφευρίσκεται, καὶ τῷ προκατειργασμένῳ, ἕτερον κακὸν ἐπιπήγνυται, κἀκείνῳ ἄλλο, καὶ πάλιν ἕτερον, καὶ τοῦτο συνεχῶς [h] ὑπαντᾷ, καὶ οὐδεὶς αὐτῷ ὅρος τοῦ μίσους, καὶ τῆς τῶν κακῶν ἐπαυξήσεως· ὥστε πολλῶν [i] ὑμῖν εὐχῶν εἶναι χρείαν, ἐπιπνεῦσαι διὰ τάχους τὴν χάριν τοῦ πνεύματος, καὶ διαχέαι τὴν πικρίαν τοῦ

[4] NEc veris gratia repente, ac tota simul emicare solet; sed verni temporis exordia fiunt solis radii terræ duritiem blande emollientes, & flores dimidia sui parte glebis tecti; & auræ terram afflantes, ut seminalem atque generativam aeris virtutem in ejus abdita insinuent; licet & recens pullulantem herbam intueri, & avium, quos hiems exsulare jussit, reditum, & alia multa hujuscemodi, quæ quamvis signa potius veris sint, quam ver ipsum; attamen & ipsa jucunda sunt, quoniam res longe jucundissimas portendunt. Quid igitur sibi vult sermo C noster? Quoniam benevolentia tua, thesauri in te repositi prænuntia, per literas ad nos veniens, pulcro initio bona quæ a te expectamus, annunciat; nos quidem insitam illis gratiam, veluti quemdam primo veris tempore apparentem florem, suscipimus, etiam atque etiam rogantes, ut pleno tuæ probitatis vere quam primum nos frui facias. Multum enim, ut probe nosti, multum molestiæ nobis attulit feritas, & asperitas morum, qui apud hujus regionis incolas vigent, & quemadmodum in domorum tectis ex influentibus aquis glacies accrescit; (exemplo enim e nostra regione sumpto utar) & defluens novus aquæ humor, si super aquæ jam densatæ superficiem dilatetur, in glaciem & ipse durescit, ejusdemque massam adauget; D simile quidpiam in nostrorum indigenarum moribus obtinere videtur, cum aliquid semper ad veterem asperitatem excogitent, atque adinveniant, & malo jam perpetrato, alterum malum adjiciant, & isti aliud aliudque rursus, idque perpetuo accidit, & nullus odii, & malorum incrementi terminus apparet; ita ut multis precibus nobis opus sit, ut Spiritus sancti gratia quam cito

1. Notum est Eruditis, hoc nomine appellatam fuisse eam Penelopis ancillam, quæ Ulyssem, sub pauperis habitu latentem, adeo adversabatur, ut & verbera ei minaretur, nisi e Penelopis domo discederet, ut videre est in Homeri Odys. lib. 18. vers. 319. & lib. 19. vers. 65.

2. Respicit Nyssenus ad Procorum necem, quam Ulysses jactis arcu sagittis, patravit. Vide Homeri Odys. lib. 22.

3. Aut hic mendum aliquod subest, aut ἡ τοῦ γήρως ἀπόνοια, idem per circumlocutionem est, ac simplex, τὸ γῆρας, quod postremum in versione nostra secuti sumus.

4. Ex hujus epistolæ contextu apparet, eam scriptam fuisse ad Cappadocem virum in quodam Ponti loco degentem. Moris autem tunc erat, amicos ad celebriores festivitates, præsertim Paschatis, una celebrandas invitare, ut patet ex Nazianzeni epistolis 99. 100. & 102. ad Eulalium, junctis epistolæ 230. ad Palladium.

5. Ita emendandus fortasse Vaticanus codex, in quo scribitur, μηνυμάτων.

6. Vox κρύσταλλος, duplicem apud Græcos significationem habet; nam & pro glacie sumitur; atque etiam pro eo, E quod latini etiam vocant crystallum, usurpatur. Nos autem glaciem vertimus, cum nesciamus an apud ullum Scriptorem crystalli in Cappadocia nascentis mentio fiat, & alioqui de Cappadociæ nivibus jocatur Libanius in epistola 156. inter Basilii epistolas, idemque Basilius tum epistola sequenti, tum passim, de Cappadociæ hiemis acerbitate conqueritur.

a Αὐτῆς] Id. αὐτῇ. Mox vero clarius & optime ἀπονίας pro ἀπονοίας. Caracc. pag. 95.

b Ex μηκός] Cod. Med. κεκμηκός, quod locum & sensum plane reficit: τὸ κεκμηκὸς τῆς ἡλικίας, *laboriosam ætatem*. Caracc. pag. 93.

c Επιστ.] Inscribitur τῷ αὐτῷ *eidem* in ms. Medic. estque num. IX.

d Μηνύματα] Ita quidem propter casus immutationem emendat Zacagnius. Sed in cod. Med. nullus error: est enim μιμήματα. Caracc. pag. 95.

e Εὐχόμ.] Cod. Med. διὰ τάχους εὐχόμεθα. Et mox, κρυμῷ pro θυμῷ: quod præstat: convenientius est enim allegoriæ, qua utitur Nyssenus. Paullo post idem cod. ὑπορρεόντων. Id. pag. 93.

f Οὕτω] Nil in rem sententiæ. Recte in Med. καὶ ἡ. Id. ibid.

g Βλεπέτω] Sensui nequit accommodari. At Med. βλέπω, quod est aptissimum. Mox vero ubi Vat. ὡς ἀεὶ, Med. ὡς omittit. Id. ibid.

h Ὑπαντᾷ] Med. γίνεται. Mox αὐτοῖς ὅρος præfert idem cod. quod est orationi magis consentaneum. Id. ibid.

i Ὑμῖν εὐχῶν] Cod. Med. εὐχῶν ἡμῖν.

μίσους, καὶ διαθρύψαι τὸν ἐκ τῆς πονηρίας αὐτοῖς πηγνύμενον κρύσταλλον. διὰ ταῦτα γλυκὺ τὸ ἔαρ καὶ κατὰ φύσιν ὑπάρχον, ἑαυτοῦ ποθεινότερον γίνεται τοῖς ἀπὸ τοιούτων σε προσδεχομένοις χειμώνων. μὴ οὖν βραδυνέτω ἡ χάρις· ἄλλως τε καὶ τῆς ἁγίας ἡμῖν ἡμέρας πλησιαζούσης, εὐλογώτερον ἂν εἴη, τὴν ἐνεγκοῦσαν τοῖς ἰδίοις μᾶλλον, ἢ τὸν Πόντον τοῖς ἡμετέροις σεμνύνεσθαι. ἐλθὲ οὖν, ὦ φίλη κεφαλή, φέρων ἡμῖν ἀγαθῶν πλῆθος, σαυτόν· τοῦτο γὰρ ἔσται τῶν ἀγαθῶν τῶν ἡμετέρων τὸ πλήρωμα.

A nos afflante, odii amaritudo diſſipetur, & glacies ipſis ex malitia inhærens conteratur. Propterea, etſi ver ſuapte natura jucundum ſit, attamen ſe ipſo deſiderabilius illis evadit, qui talem hiemem perpeſſi, te præſtolantur. Iſtud itaque beneficium atque gratia non differatur; nam & alioqui, ſancta die jam appropinquante, convenientius utique erit, patriam propriis potius, quam Pontum alienis, hoc eſt, noſtris opibus decorari. Veni itaque, carum caput, fer nobis bonorum affluentiam, te ſcilicet, ipſum; hoc enim bonorum noſtrorum complementum erit.

[a] ΕΠΙΣΤΟΛΗ ί.

B

[1] Ἤκουσά τινος [b] ἰατρικοῦ, παράλογόν τι [c] φύσεως πάθος διηγουμένου. τὸ δὲ διήγημα τοιοῦτο ἦν. κατείχετό τις, φησί, ἀρρωστήματί τινι τῶν δυστροπωτέρων, καὶ τὴν τέχνην διήλεγχεν, ἔλαττον τῆς ἐπαγγελίας ἰσχύουσαν· πᾶν γὰρ τὸ ἐπινοούμενον εἰς θεραπείαν ἄπρακτον ἦν. εἶτά τινος ἀγγελίας τῶν καταθυμίων παρ' ἐλπίδας αὐτῷ μηνυθείσης, ἀντὶ τῆς τέχνης ἡ συντυχία γίνεται, λύουσα τῷ ἀνθρώπῳ τὴν νόσον· εἴτε τῆς ψυχῆς τῷ περιόντι τῆς ἀνέσεως, καὶ τὴν τοῦ σώματος ἕξιν ἑαυτῇ συνδιαθείσης, εἴτε καὶ ἄλλως, οὐχ ἔχω λέγειν· οὔτε γὰρ ἐμοὶ σχολὴ τὰ τοιαῦτα φιλοσοφεῖν, καὶ τὴν αἰτίαν ὁ εἰπὼν οὐ προσέθηκεν. ἐπὶ καιροῦ δὲ νῦν ἐμνήσθην, ὡς οἶμαι, τοῦ διηγήματος· διακείμενος C γάρ, ὡς οὐκ ἂν ἐβουλόμην, τὰς δὲ αἰτίας οὐδὲν [d] δέομαι ἀκριβῶς νῦν καταλέγειν τῶν, ἀφ' οὗ γέγονα παρ' ὑμῖν, καὶ μέχρι τοῦ νῦν, συμπεπτωκότων μοι λυπηρῶν, μηνύσαντος ἀθρόως μοί τινος περὶ τῶν γραμμάτων τῆς μονογενοῦς σου παιδεύσεως, ἐπειδὴ τάχιστα τὴν ἐπιστολὴν ἐδεξάμην, καὶ τοῖς γεγραμμένοις ἐπέδραμον, εὐθὺς μὲν τὴν ψυχὴν [e] διέθετο, ὡς ἐπὶ καλλίστοις ἐπὶ πάντων ἀνθρώπων ἀνακηρυσσόμενος, τοσούτου τὴν σὴν μαρτυρίαν ἐτιμησάμην, ἣν διὰ τῆς ἐπιστολῆς ἡμῖν κεχάρισαι· ἔπειτα δέ μοι καὶ ἡ τοῦ σώματος ἕξις εὐθὺς πρὸς τὸ κρεῖττον μετεποιεῖτο· καί σοι τὸ ἶσον παράδοξον καὶ αὐτὸς διήγημα δίδωμι, ὅτι τῆς αὐτῆς ἐπιστολῆς, τὰ μὲν ἀρρωστῶν, τὰ δὲ καθαρῶς ὑγιαίνων, ἐπέδραμον. καὶ D ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον. ἐπεὶ δέ μοι τῆς χάριτος ταύτης [f] ὁ Κυνήγιος ὑπόθεσις γέγονεν, οἷος εἶ τῷ περιόντι τῆς εἰς τὸ εὐεργετεῖν ἐξουσίας, οὐχ ἡμᾶς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς εὐεργέτας ἡμῶν καλῶς ποιεῖν· εὐεργέτης δὲ ἡμῶν οὗτος, καθὼς εἴρηται, τῶν παρὰ σοῦ γραμμάτων ἀφορμὴ γενόμενος ἡμῖν, καὶ ὑπόθεσις, καὶ διὰ τοῦτο εὖ παθεῖν ἄξιος. διδασκάλους δὲ τοὺς ἡμετέρους, εἰ μὲν [2] ὧν τι δοκοῦμεν μεμαθηκέναι, ζητοίης, Παῦλον εὑρήσεις, καὶ Ἰωάννην, καὶ τοὺς λοιποὺς ἀποστόλους τε, καὶ προφήτας, εἴ γε μὴ τολμηρὸν ἡμῖν τὴν διδασκαλίαν οἰκειοῦσθαι τῶν τοιούτων [g] διηγημάτων, [3] οἷς περὶ τῆς ὑμετέρας λέγοις σοφίας, ἣν κρίνειν ἐπιστήμονές φασι, ἀπὸ σοῦ πηγά-

EPISTOLA X.

Audivi medicum inſolitam quamdam naturæ affectionem enarrantem. Ejus autem narratio talis erat. Diſtinebatur non nemo difficillimo quodam morbo, artemque incuſabat, quod minus, quam polliceretur, præſtare poſſet; nam quidquid ad ejus curationem adhibebatur, exſpectato carebat effectu. Mox cum exoptatum quoddam nuntium præter ſpem ipſi allatum fuiſſet, artis vicem ſupplens caſus, hominem morbo liberavit, ſive anima gaudii atque voluptatis abundantia, corporis quoque habitudinem ad ſui ipſius affectionem conformaverit, ſive alio quopiam modo id acciderit, nequeo dicere, cum mihi de talibus philoſophandi otium deſit, cauſſamque hujus rei non adjecerit, qui narravit. Commodum autem, ut arbitror, narrationis hujus nunc memini; cum enim minus valerem, quam in votis eſſet (cauſſas autem adverſitatum, quæ ex eo tempore, quo apud vos fui, mihi uſque nunc evenere, nil opus eſt exacte nunc recenſere) de improviſo allata eſt mihi a te Viro eruditiſſimo epiſtola, quam ubi accepi, atque avidiſſime perlegi, ſtatim quidem animum meum ita affecit, quaſi ab hominibus cunctis de pulcherrimis rebus laudem conſequerer, tanto in pretio apud me erat teſtimonium, quod per epiſtolam nobis impertiebaris; deinde vero corporis habitudo in melius ſtatim converſa eſt; unde & ipſe rem valde inſolitam tibi refero, me ſcilicet unam eamdemque epiſtolam partim ægrotantem, partim vero optime valentem perlegiſſe. Et de his quidem hactenus. Quoniam vero Cynegius cauſſa fuit, cur mihi abs te gratia iſta proveniret, tu ſuperabundanti illa tua ad benefaciendum facultate, non nos tantum beneficiis proſequi potes; ſed & eos, qui nos beneficiis complectuntur. Cynegius autem, ut diximus, beneficii nobis eſt auctor, qui occaſio & cauſſa fuit, cur abs te literas acciperemus, & propterea dignus, qui etiam beneficiis afficiatur. Porro ſi quæris magiſtros, ex quibus nonnihil nos didiciſſe videmur, Paullum, Joannem, ceteroſque Apoſtolos, & Prophetas exſtitiſſe reperies, niſi forte audacius videatur, ejus nobis artis ſcientiam ſumere, in qua, quantum ſpe- E ctat ad res diſciplinæ veſtræ, adeo excellis, ut ejus rei periti judices hujuſce artis præcepta a te, velut ex pleniſſimo fonte, profluentia, in alios, quotquot aliqua dicendi facultate pollent, derivari exiſtiment. Talia enim tuum quidem diſcipulum, patrem vero

1. Libanio Sophiſtæ hæc epiſtola inſcribenda eſt, quem ſancti Baſilii magiſtrum exſtitiſſe norunt eruditi. Hæc autem epiſtola cum ſequenti, tunc temporis a Nyſſeno ſcripta fuiſſe videtur, cum eloquentiæ artes, Nazianzeno teſte in epiſtola 43. publice profitebatur.

2. Lego, εἰ μὲν ὑφ' ὧν τι. niſi quis emendandum cenſuerit, εἰ μὲν ὧν τι.

3. Locus, ni fallor corruptus. Vide tamen an articulus οἷς, ad ἡμῖν referatur, ut ſit, *ejus nobis artis ſcientiam ſumere, de quibus tuam ſapientiam prædicas, quam ejus rei periti judices, &c.*

a Ἐπιστ.] In Med. Λιβανίῳ inſcribitur: eſtque extra ordinem epiſtolarum poſt librum *de Anima*: una cum epiſtolarum quas heic edimus, (infra ſubiiciendas) prima Joanni inſcripta. CARACC. pag. 101.

b Ἰατρικοῦ] Ἰατροῦ habet cod. Med. nam ἰατρικὸς non eſt *medicus*. ID. pag. 93.

c Φύσεως πάθος] Id. cod. πάθος φύσεως. Et mox, κατείχετο, φησι.

d Δέομαι] Med. δέομαι νῦν ἀκριβῶς καταλ.

e Διέθετο] Id. cod. διετέθην.

f Ὁ Κυν.] Id. ὁ υἱὸς Κυνήγιος.

g Τοιούτων διηγημάτων, οἷς] Id. codex, τοιούτων ἀνδρῶν· εἰ δέ. Rectiſſime. Et mox, ἣν οἱ κρίνειν — φασι.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

ζουσαν, [a] ἐν μετοχῇ τοῦ λοιποῦ γίνεσθαι πᾶσιν, A οἷς τινος καὶ μέτεστι λόγου. ταῦτα γὰρ ἤκουσα πρὸς πάντας διηγουμένου τοῦ σοῦ μὲν μαθητοῦ, πατρὸς δὲ ἐμοῦ, καὶ διδασκάλου τοῦ θαυμαστοῦ Βασιλείου. ἴσθι με μηδὲν [b] ἔχοντα [1] λιπαρὸν ἐν τοῖς τῶν διδασκάλων διηγήμασιν, ἐπ' ὀλίγον τῷ ἀδελφῷ συγγεγονότα, καὶ τοσοῦτον παρὰ τῆς θείας γλώττης [c] ἐκκαθαρέντα, ὅσον ἐπιγνῶναι μόνον τὴν ([2] ἄγνοιαν) τῶν ἀμυήτων τοῦ λόγου· [d] ἔπειτα μέντοιγε, καὶ τούτῳ, εἴποτε σχολὴν ἄγοιμι, κατὰ σπουδὴν πᾶσαν ἐνδιατρίβοντα, ἐραστὴν γενέσθαι τοῦ ὑμετέρου κάλλους, [e] καὶ τυχεῖν δὲ μηδέπω τοῦ ἔρωτος. εἰ μὲν οὖν, ὥσπερ αὐτὸς ἐγὼ κρίνω τὰ καθ' ἡμᾶς, ἐστὶν οὐδαμοῦ [f] ὁ διδάσκαλος ἡμῶν. εἰ δὲ τὴν σὴν ὑπόληψιν, ἣν ἐφ' ἡμῖν ἔσχες, μὴ ἀληθεύειν οὐ θέμις· B ἀλλ' ἀληθεῖς τινες ἐν τῷ λόγῳ καὶ ὑμεῖς, καὶ ἡμεῖς οὐκ ἀπόβλητοι παρά σοίγε κριτῇ, δὸς τολμῆσαί σοι [3] τῶν [g] τοιούτων τὴν αἰτίαν ἀναθεῖναι. εἰ γὰρ Βασίλειος μὲν τοῦ ἡμετέρου προστάτης λόγου· ἐκείνῳ δὲ ὁ πλοῦτος ἐκ τῶν σῶν ἦν θησαυρῶν, τὰ σὰ κεκτήμεθα, καὶ εἰ δι' ἑτέρων ὑπεδεξάμεθα. εἰ δὲ ὀλίγα ταῦτα· ὀλίγον ἐν τοῖς ἀμφορεῦσι τὸ ὕδωρ, ἀλλ' ἐκ τοῦ Νείλου ὅμως.

A meum, atque magiſtrum, admirabilem illum Baſilium de te palam dicentem ſæpius audivi. Scias me nulla in hauriendis magiſtrorum documentis felicitate uſum fuiſſe, quippe qui modico tempore cum fratre verſatus fuerim, & tantum me divina ejus lingua cultum expolitumque reddiderit, quantum ſatis eſt ad eorum (ignorantiam) dignoſcendam, qui eloquentiæ ſacris haud initiati ſunt; deinde vero cum ipſo, ſi quando otium ſuppetebat, ſtudioſiſſime converſantem, magno veſtræ elegantiæ amore flagraſſe, nec tamen illius hujus compotem umquam fuiſſe. Igitur ſi, quantum ad nos attinet, nullus, ut cenſeo, magiſter nos docuit; & alioquin ſi opinionem, quam de nobis habes, nefas eſt falli; quin potius B verax eſt ſermo veſter, & nos, vel te ipſo judice, rejiciendi prorſus non ſumus; da mihi, ut hujus rei originem cauſſamque ad te referam. Nam ſi Baſilius quidem noſtræ qualiſcumque in dicendo facultatis auctor eſt; ejus autem divitiæ e tuis theſauris depromtæ ſunt; tuis utique bonis potimur, etſi per alios acceperimus. Sin vero exigua hæc ſunt, parum etiam aquæ & ſi in amphoris ſit, e Nilo tamen eſt.

[h] ΕΠΙΣΤΟΛΗ ια.

[4] Ἑορτὴν ἄγειν σύνηθες τοῖς Ῥωμαίοις [i] περὶ [5] τὴν χειμέριον ὥραν, τρόπον κατά τινα πάτριον, ὅτι τοῦ ἡλίου πρὸς τὴν ἄνω χώραν ἀναποδί- C ζοντος, πλεονάζειν ἄρχεται τὸ ἡμερήσιον μέτρον. ἱερὰ δὲ νενόμισται τοῦ μηνὸς ἡ ἀρχὴ, καὶ διὰ ταύτης τῆς ἡμέρας τὸ πᾶν ἔτος οἰωνιζόμενοι, δεξιάς τινας συντυχίας, καὶ εὐφροσύνας, καὶ πόρους ἐπιτηδεύουσι. τί βουλόμενος ἐντεῦθεν τοῦ γράμματος ἄρχομαι; ὅτι καὶ αὐτὸς διήγαγον τὴν ἑορτὴν ταύτην, παραπλησίως ἐκείνοις χρυσοφορήσας· ἦλθε γὰρ τότε καὶ εἰς τὰς ἐμὰς χεῖρας χρυσὸς, οὔ τοι κατὰ τὸν πάνδημον τοῦτον χρυσὸν, ὃν ἀγαπῶσιν οἱ ἄρχοντες, καὶ δωροφοροῦσιν οἱ ἔχοντες, τὸ βαρὺ, καὶ αἰσχρὸν, καὶ ἄψυχον κτῆμα· ἀλλ' ὃ παντὸς πλούτου τοῖς γε νοῦν ἔχουσιν, ὑψηλότερόν ἐστιν, τὸ κάλλιστον ὄντως δεξίωμα [6] κατὰ Πίνδαρον, τὰ σά, φημι, γράμματα, καὶ ὁ πολὺς ἐν ἐκείνοις πλοῦτος. οὕτω γὰρ συνέβη κα- D τὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην [k] προσφοιτήσαντά με τῇ μητροπόλει Καππαδόκων, ἐντυχεῖν τινι τῶν ἐπιτηδείων, ὅς μοι τὸ δῶρον τοῦτο, τὴν ἐπιστολὴν, οἷόν τι σύμβολον ἑορτῆς [l] προετείνατο. ἐγὼ δὲ περιχαρὴς τῇ συντυχίᾳ γενόμενος, κοινὸν προὔθηκα τοῖς παροῦσι

EPISTOLA XI.

Feſtum agere more quodam patrio conſuetum eſt Romanis, quum hiberno tempore, ſol ſu- C periores cæli partes repetens, diurni ſpatii incrementum inchoat, Sacrum autem eſſe putant menſis initium, & ex hac die omen totius anni capientes, felicibus eventis, proſperitatibus, & bonorum omnium affluentiis auſpicandis vacant. Quorſum hoc epiſtolæ exordium? Quoniam & ipſe, æque ac illi, auri donum adeptus, feſtum hunc diem egi. Nam ad meas quoque tunc manus pervenit aurum, non vulgare illud, quod Reges in pretio habent, & dono dant, qui eo abundant, rem nempe oneroſam, vilem, & inanimem; ſed quod apud cordatos viros omnibus divitiis excellentius eſt, pulcherrima ſane res accipienti, ut Pindarus loquitur, tuas, inquam literas, & magnas earumdem divitias. Contingit D enim me illa die ad Cappadocum Metropolim venientem, cum neceſſario quodam, & amico viro congredi, qui mihi donum iſtud, epiſtolam nempe tuam, velut quoddam feſtivitatis ſymbolum, obtulit. Ego autem magna ex hoc eventu lætitia perfuſus, lucri iſtius cunctis qui aderant, copiam feci,

1. Ita hic locus emendandus mihi videtur; nam in Vaticano codice, λυπρὸν, contrario plane ſenſu ſcribitur.

2. Vocem ſemicirculis incluſam nos ſupplevimus, cum in codice Vaticano lacuna ſit.

3. Ita hic legendum videtur, licet in Vaticano codice ſit τούτου.

4. Reſponſiva eſt hæc epiſtola ad alteram, fortaſſe Libanii epiſtolam, ut ex rurſus facta Cynegii mentione conjici poteſt.

5. Ita videtur hic legendum, licet in codice Vaticano ſit, περὶ τὴν χειμέριον τρόπον κατά τι πάτριον. Nam idem Nyſſenus in epiſtola 1. ad Euſebium, ait κατὰ τὴν χειμέριον ὥραν, τοῦ ἡλίου πρὸς τὸν ἄνω δρόμον ἀναποδίζοντος. Vide Libanium in ἐκφράσει καλανδῶν, in Tomo I. ejuſdem operum edit. Morellianæ pag. 178. qui hanc Nyſſeni epiſtolam non mediocriter illuſtrat.

6. Verba iſta in his, quæ nobis ſuperſunt Pindari operibus non reperio.

E

a Ἐν μετοχῇ τοῦ λοιποῦ γίνεσθαι] Med. ms. καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς γενέσθαι. Et paullo poſt, διεξιόντος, pro διηγουμένου.

b Ἔχοντα λιπαρόν] Commutat Zacagnius λυπρὸν Vat. cum λιπαρὸν, quod ei contrarium. Recte ſane ob ſententiæ rationem: Sed ms. Med. habet λαμπρόν. Caracc. pag. 96.

c Ἐκκαθαρέντα] Codex Med. ἐκκαθαρθέντα. Mox lacunulam Vaticani Zacagnius implevit voce ἄγνοιαν. Sed præclarus Mediceus liber nullis lacunis turpatus, habet ζημίαν optimo ſenſu. Id. ibid.

d Ἔπειτα μέντοιγε, καὶ τούτῳ] Cod. Med. ἔπειτα μέντοι τοῖς σοῖς. Longe ita ſatius: quum Vat. lectione bis eamdem ſententiam non ſine tautologia poſuiſſet Nyſſenus: jam enim paullo ante dixerat cum Baſilio ſe converſatum. Satius igitur erit, ut deinceps dicat, ſe fuiſſe cum hominibus ejus cui ſcribit epiſtolam. Id. pag. 93.

e Καὶ τυχ.] Καὶ abeſt a Med. paullo poſt οὐδὲν habet id. codex, quod valet *non*, veluti *nihil* latinum; & longe præſtat τῷ οὐδαμοῦ Vaticani: ſolum enim ſibi non fuiſſe præceptores monere ipſe vult. Id. pag. 94.

f Ὁ διδ.] Med. ὁ δὲ διδ.

g Τοιούτων τὴν αἰτίαν ἀναθεῖναι] Id. cod. ἡμετέρων ἀναθεῖναι τὴν αἰτίαν: a quo etiam abeſt poſtrema vox ὅμως.

h Ἐπιστ.] In ms. Med hæc epiſtola inſcribitur Λιβανίῳ σοφιστῇ: eſtque num. x.

i Περὶ τὴν — πάτριον] Ms. Med. περὶ τὴν χειμέριον τροπὴν κατά τι πάτριον. Egregie. Senſus optime conſtat: τροπὴ, vocabulum ad temporum converſiones ſcilicet pertinens. Et τροπὴ pro ſolſtitio profecto accipitur, χειμερινῷ vel θερινῷ. Nil communius ſcriptoribus Græcis. Hoc autem tempus evidenter indicat epiſtola. *Quum*, ait, *hiberno tempore ſol ſuperiores cæli partes repetens, diurni ſpatii incrementum inchoat*: & tum a Romanis feſtus dies ille peragebatur. Vaticanus a Mediceo ſolummodo differt in τρόπον pro τροπὴν; qua una voce reſtituta, nihil erat ſive addendum ſive mutandum. Caracc. pag. 96.

k Προσφοιτ.] Med. ἐπιφοιτήσαντα.

l Προετείνατο] Id. cod. προετείνετο.

τὸ κέρδος, καὶ πάντες μετεῖχον, τὸ ὅλον ἕκαστος, [a] οὐ φιλονικοῦντες, καὶ οὐκ ἠλαττώμην ἐγώ· διεξιοῦσα γὰρ τὰς πάντων χεῖρας ἡ ἐπιστολὴ, ἴδιος ἑκάστου πλοῦτός ἐστι [b], τῶν μὲν τῇ μνήμῃ διὰ τῆς συνεχοῦς ἀναγνώσεως, τῶν δὲ δέλτοις ἐναπομαξαμένων τὰ ῥήματα, καὶ πάλιν ἐν ταῖς ἐμαῖς ἦν χερσὶ, πλέον εὐφραίνουσα, ἢ τοὺς ὀφθαλμοὺς τῶν πολυχρύσων ἡ ὕλη. ἐπειδὴ τοίνυν καὶ τοῖς γεωργοῖς, χρήσομαι γὰρ ἐκ τῶν οἰκείων τῷ ὑποδείγματι, πολλὴν δίδωσι πρὸς τοὺς δευτέρους τῶν πόνων τὴν προθυμίαν, τὸ τῶν πονηθέντων [1] ἀπόκροτον [c], σύγγνωθι καὶ ἡμῖν, ἅπερ αὐτὸς δέδωκας καταβαλλομένοις, καὶ διὰ τοῦτο γράφουσιν, ἵνα σε πάλιν πρὸς τὸ γράφειν ἐκκαλεσώμεθα. αἰτοῦμαι δὲ χάριν ὑπὲρ τοῦ βίου κοινὴν, ὅσα δι' αἰνίγματος [d] ἡμῶν τὰ τελευταῖα τῆς ἐπιστολῆς ὑπηπείλησας, μηκέτι διανοεῖσθαι. οὐδὲ γὰρ καλῶς ἔχειν, φημὶ, κρίσεως, τινὲς ἁμαρτάνουσι πρὸς τὴν βάρβαρον γλῶσσαν ἀπὸ τῆς ἑλληνίδος αὐτομολοῦντες, καὶ μισθοφόροι στρατιῶται γενόμενοι, καὶ τὸ στρατιωτικὸν σιτηρέσιον ἀντὶ τῆς ἐν τῷ λέγειν δόξης αἱρούμενοι, διὰ τοῦτό σε καταδικάζειν τῶν λόγων, καὶ ἀφωνίαν τοῦ βίου καταψηφίζεσθαι. τίς γὰρ ὁ φθεγγόμενος, εἰ σὺ τὴν βαρεῖαν ταύτην ἀπειλὴν κατὰ τῶν λόγων κυρώσειας; ἀλλὰ καλῶς ἔχει τάχα μνημονεῦσαί τινος τῶν ἐκ τῆς ἡμετέρας γραφῆς. κελεύει γὰρ ὁ ἡμέτερος λόγος τοὺς δυναμένους [e] εὖ τι [2] (ποιεῖν) μὴ πρὸς τὰς γνώμας τῶν εὐεργετουμένων βλέπειν, ὡς φιλοτιμεῖσθαι μὲν τοῖς εὐαισθήτοις, ἀποκλείειν δὲ τοῖς ἀχαρίστοις τὴν εὐποιΐαν· ἀλλὰ μιμεῖσθαι τὸν τοῦ παντὸς οἰκονόμον, ὃς κοινὴν προτίθησι τῶν ἐν τῇ κτίσει καλῶν τὴν [3] μετουσίαν [f], ἀγαθοῖς τε, καὶ μὴ τοιούτοις. πρὸς ταῦτα βλέπων, ὦ θαυμάσιε, δὸς ἀεὶ τοιοῦτον τῷ βίῳ σαυτὸν, οἷον ὁ παρελθὼν ἔδειξε χρόνος. οὐ γὰρ τὸν ἥλιον οἱ μὴ βλέποντες, κωλύουσιν ἥλιον εἶναι. οὐκοῦν οὐδὲ τὴν ἀκτῖνα τῶν σῶν λόγων ἀμαυροῦσθαι καλῶς ἔχει διὰ τοὺς μεμυκότας τὰ τῆς ψυχῆς αἰσθητήρια. τὸν δὲ Κυνήγιον εὔχομαι μὲν, ὥστε μάλιστα μὲν πόῤῥω τῆς κοινῆς εἶναι νόσου, ἢ νῦν τοὺς νέους κατείληφε· προσέχειν δὲ κατὰ τὸ [4] ἑκούσιον [g] τῇ περὶ τοὺς λόγους σπουδῇ· εἰ δὲ ἄλλως ἔχει, δίκαιόν ἐστι, καὶ μὴ βουλόμενον αὐτὸν ἐκβιάζεσθαι, [5] ἐν ᾧ νῦν ὄντες οἱ πρὸ τούτου τῶν λόγων ἀποστατήσαντες, ἐλεεινοί τινές εἰσιν ὑπ' αἰσχύνης καταδυόμενοι.

omnesque ejus participes facti sunt, totum quantum erat singuli citra contentionem ullam adepti, neque tamen ego illius quicquam minus habui; literæ enim tuæ manus cunctorum pervagantes, propriæ uniuscujusque divitiæ factæ sunt, dum alii pluries legendo memoriæ, alii tabulis earum verba commendant, & rursus ad meas rediere manus, majus mihi gaudium afferentes, quam divitum oculis auri materies suppeditat. Quoniam igitur agricolis quoque, ut exemplo ex familiaribus rebus petito utar, multam ad secundos labores alacritatem confert laus ex transactis laboribus percepta; da nobis quoque veniam, ut tuas ad nos literas, laudibus nostris refertas, veluti amicitiæ semina jaciamus, & propterea scribamus, ut te ad scribendum rursus provocemus. Ceterum hoc gratiæ, & beneficii loco abs te peto in communem omnium utilitatem, ut de iis amplius non cogites, quæ sub epistolæ finem subobscure apud nos comminatus es. Neque enim arbitror rectum esse judicium, quo sermonum elegantiam damnas, & idcirco silentium per totam vitam tibi indicendum esse decernis, quia nonnulli male agunt, dum relicta Græcorum lingua ad barbaras transfugiunt, & mercenarii milites facti, militare stipendium dicendi gloriæ præferunt. Quis enim recte amplius loquetur, si gravis hæc tua adversus eloquentiam comminatio rata habeatur? Sed & non alienum erit e Scriptura nostra aliquid commemorare. Jubet enim lex nostra, eos, qui hominibus aliqua in re (prodesse) valent, non debere ad eorum, qui beneficiis afficiendi sunt, animum respicere, ita ut qui bona quidem mente præditi sunt, beneficiorum nostrorum compotes fiant; ingratis vero omnis eadem consequendi aditus præcludatur; sed potius vult, ut orbis moderatorem imitentur, qui probos æque, ac improbos omnium mundi bonorum consortes facit. Ad hæc respiciens, Vir admirande, talem te ipsum nunc præbe, qualem præteritum tempus ostendit. Neque enim solem, non esse solem cæci umquam effecerint: neque par est tuorum sermonum radios propter eos obscurari, qui habent animæ sensus. Cynegium autem ab hoc communi morbo, qui nunc juniores quosque corripuit, quam maxime abesse, & eloquentiæ studiis ultro ac sponte incumbere valde opto. Quod si aliter sentiat, æquum est, ut & nolentem cogamus, propterea quod miseri sint, magnoque dedecore nunc afficiantur, qui ante hoc tempus eloquentiæ studia deseruerunt.

[h] ΕΠΙΣΤΟΛΗ ιβ'.

[6] ΚΑὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων μικροῦ δεῖν, ὅσα ποιεῖ τοὺς κεκτημένους εὐδαίμονας, πένητες οἱ [i] Καππάδοκες ἡμεῖς, πλέον δὲ πάντων [7] πένητες τῶν γράφειν δυναμένων. τοῦτό τοι καὶ τῆς πολλῆς τοῦ λόγου βραδύτητος αἴτιον. πρὸ πλείονος γάρ μοι χρό-

EPISTOLA XII.

QUum rerum fere omnium, quæ possessores suos felices faciunt, pauperes nos Cappadoces simus; præ ceteris tamen eorum penuria laboramus, qui describendis libris operam navant; idque sane caussa fuit, cur tam sero te literis allo-

1. Nisi mendum hic sit, ἀπόκροτον, nil aliud esse videtur, quam *laus*, a κροτέω, *plaudo*.

2. Verbum, ποιεῖν, nos ex conjectura supplevimus; nam in Vaticano codice hic lacuna est.

3. Ita emendandum censeo Vatic. cod. in quo male scribitur, μετάνοιαν.

4. Et hic necessario emendandum censeo Vaticanum codicem, in quo legitur, ἀκούσιον.

5. Levi mutatione hunc locum corrigendum esse putavimus, ἐφ' ᾧ νῦν ὄντως.

6. Ad quemnam hæc epistola scripta sit, divinare non possumus; quanam autem occasione scripta fuerit, ex ejusdem lectione liquido apparet.

7. De hac Librariorum apud Cappadoces penuria, clare etiam conqueritur S. Basilius in fine epist. 167. & subobscure in epistola 341.

a Οὐ φιλ.] Med. ἔχειν φιλονικοῦντες: quod est aptius assentationi, quam habet epistola. CARACC. pag. 94.

b Ἐστι — τῇ μνήμῃ] Med. ms. ἐγίνετο — τὴν μνήμην. Et mox ἐναπογραφομένων.

c Ἀπόκροτον] Heic mendum subesse visum fuit Zacagnio: & jure quidem. Sed ms. Mediceus illud tollit, exhibens ἀπόνασθαι. Vere enim colonis animos ad laborem præbet τὸ τῶν πονηθέντων ἀπόνασθαι, *iis in quibus elaborarunt, frui*. CARACC. pag. 96.

d Ἡμῶν] Id. cod. Med. ὑμ.. Et paullo post, ἅτινες ἁμαρ.

e Εὖ τι ποιεῖν] Recte supplevit Zacagnius injiciens ποιεῖν. Sic plane codex Med. CARACC. pag. 97.

f Μετουσίαν] Et heic rem acu tetigit editor. Ita namque Med. ID. ibid.

g Ἑκούσιον] Optima etiam hæc restitutio, quam refert ms. Med.

h Ἐπιστ.] In ms. Med. hæc epistola inscribitur Ἰωάννῃ καὶ Μαξιμιανῷ: estque XI.

i Καππάδοκες] Med. Καππαδόκαι.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 370.

νου πεπονημένης τῆς πρὸς τὴν αἵρεσιν [1] ἀντιῤῥήσεως, A ὁ μεταγράφων οὐκ ἦν [2] (τοσαύτη [a] τῶν) γραφέων ἡ ἀπορία, ῥαθυμίας ἡμῖν κατὰ τὸ εἰκὸς, ἢ τῆς περὶ τὸν λόγον ἀσθενείας [b] προσε (νέγκουσα) ὑπόνοιαν. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ νῦν γοῦν κατὰ Θεοῦ χάριν ὅ, τι γράφων, καὶ ὁ δοκιμάζων τὰ γεγραμμένα [c] (παρῆν, τοῦτον) ἀπέσταλκα ὑμῖν, οὐ καθώς φησιν ὁ Ἰσοκράτης, [3] δῶρον τὸν λόγον· οὐδὲ γάρ τοι (οὕτως εἶναι) λογίζομαι, ὡς ἀντὶ κτήματος τῷ δεξομένῳ γενέσθαι· ἀλλ᾽ ὡς ἂν γένοιτο [d] ἡμῖν (τοὺς ἐν τῷ νυνὶ) σφριγῶντας τῇ ἀκμῇ τῆς νεότητος καταθαρσῆσαι τῆς πρὸς τοὺς ἐναντίους μάχης, ἐν τῇ τοῦ (ἀγῶνος πείρᾳ) τὸ τῆς νεότητος εὐθαρσὲς ἀνεγείροντας. εἰ δὲ φανείη τι τῶν ἐκ τοῦ λόγου, καὶ τῆς (σπουδῆς) ἄξιον, δοκιμάσαντες μέρη τινὰ, τὰ πρὸ τῶν ἀγώνων μάλιστα, [e] ὅσα τῆς (αὐτῆς) ἰδέας, ἀνενέγκατο, ἴσως δέ τινα καὶ τῶν δογματικῶν, φανήσεται ὑμῖν οὐκ ἀχαρίστως (εἰρημένα.) ἅπερ δ᾽ ἂν γινώσκοιτε, δηλονότι ὡς διδασκάλῳ καὶ διορθωτῇ ἀναγνώσεσθε.

quar. Nam cum ante multum temporis, hæreseos confutationem elucubrassem, hominis, qui illam transcriberet, copia non erat; (tanta) librariorum penuria nobis est, quæ sane in eam opinionem nos haud immerito potest (adducere,) ut socordes, vel ad scribendum infirmi atque imbecilles esse videamur. Quoniam vero nunc Dei munere nobis (adest) & qui describat, & qui ab aliis descripta corrigat, misi vobis non muneris loco, quemadmodum Isocrates ait, tractatum istum; neque enim (talem esse) arbitror, ut lucri, vel possessionis alicujus loco haberi possit; sed ut nobis facile accidat, vos (nunc) in ipso juventutis flore constitutos, excitata in (pugnæ discrimine) juvenili audacia, ad aggrediendos hostes, alacres promtosque reddere. B Quod si in eo tractatu quidpiam occurrat, (quod accuratore studio, & animadversione) dignum vobis visum fuerit; si quasdam operis partes examini subjicietis, eas præcipue, quæ acrius cum hæresi certamen præcedunt, & quotquot alia relationem ad (idem) materiæ genus habent; nonnulla etiam ad ipsum dogma pertinentia, vobis fortasse videbuntur haud inscite (dicta fuisse.) Quæcumque autem talia esse deprehenderitis, ea sane tamquam magistro & correctori, legetis.

[f] ΕΠΙΣΤΟΛΗ ιγ΄.

Οἷόν τι ποιοῦσιν [4] οἱ τῇ σφαίρᾳ παίζοντες, ὅταν τριχῇ διαστάντες ἀντιπέμπωσι ἀλλήλοις [g] ἐν [5] εὐστοχίᾳ τὴν βολὴν, ἄλλος παρ᾽ ἄλλου διαδεχόμενοι. διαπαίζουσι δέ τὸν [h] ἐν τῷ μέσῳ . . . [6] ἀναπηδῶντα τῇ ἐσχηματισμένῳ τοῦ προσώπου ὁρμῇ, καὶ τῇ ποιᾷ τῆς χειρὸς ἐνδείξει (κατὰ τὸ) δεξιὸν, ἢ εὐώνυμον τὴν βολὴν προδείξαντες, ἐφ᾽ ὅπερ ἂν ἴδωσιν αὐτὸν [i] ὁρμῶντα [7] (μέρος) ἀποπεμπόμενοι, καὶ τὴν ἐλπίδα δι᾽ ἀπάτης ἐψεύσαντο. τοιαῦτα κατορθοῦνται καὶ νῦν ἐπὶ τοῖς πολλοῖς (ἡμῖν,) οἳ τὸ σπουδάζειν ἀφέντες, ἐν εὐφυΐᾳ τοὺς ἀνθρώπους σφαιρίζομεν, ἀντὶ τῆς δεξιᾶς ἐλπίδος, ἣν [8] ([k] προτείνομεν) τῇ σκαιότητι τῶν γινομένων τὰς ψυχὰς τῶν ἐλπιζόντων ἡμῖν παρακρουόμενοι. γράμματα καταλλακτήρια, φιλοφροσύναι, σύμβολα, δῶρα, ἀγαπητικὴ διὰ γραμμάτων περιπλοκή. ταῦτά ἐστι τῆς σφαίρας ἡ ἔνδειξις, ἡ κατὰ τὸ δεξιὸν προδεικνυμένη. ἀλλ᾽ ἀντὶ τῆς ἐλπισθείσης διὰ τῆς εὐφροσύνης, κατηγορίαι, συσ-

EPISTOLA XIII.

Quemadmodum pilæ lusores facere solent, quum in trigonum distantes, pilam invicem excipiunt, & cum dexteritate remittunt: C deludunt autem illum, qui in eorum medio prosilit, dum simulato vultus motu, & quodam manus gestu, dextrorsum, vel sinistrorsum se pilam missuros esse ostentantes, ab ea, quo ipsum accurrere vident, (parte) pilæ jactum avertunt, & ejusdem spem arte fallunt. Talia plerumque (a nobis) modo fiunt, qui serio, bonaque fide agendi studio prætermisso, callide cum hominibus, veluti pila, ludimus, dum bona spe, quam (prætendimus,) fidentium nobis animos sinistris factis decipimus. Literæ reconciliati animi indices, benevolentiæ significationes, tesseræ, dona, conjunctio animorum per literas inita, hæc omnia sunt simulati pilæ jactus, dexteram versus partem præmonstrati; sed in eorum bonorum locum, D quæ inde exspectamus, accusationes, insidiæ, calum-

1. Videtur loqui Nyssenus non de antirrhetico adversus Apollinarem; sed de alio ejus magno opere adversus Eunomium; prioris enim operis non admodum prolixi exemplar unum facile Nyssenus conficere potuisset; posterius vero opus multis, iisque longissimis libris constat. Scripta est itaque hæc epistola paullo post Constantinopolitanam I. generalem synodum; nam uno ante ejus synodi celebrationem anno libros illos edidisse Nyssenum, scite probat Hermantius in vita S. Basilii lib. 8. cap. 23.

2. In hac, & sequentibus epistolis lacunæ multæ reperiuntur in codice Vaticano, non Librarii culpa, sed quia in alio codice, ex quo ante quingentos annos Vaticanus transcriptus fuit, nonnullæ erant paginæ, in una earum extrema parte vetustate consumtæ, quarum defectum accurate adeo antiquus Vaticani codicis scriptor repræsentavit, ut deficientium verborum numerum, relicto nunc majori, nunc minori spatio diligentissime designaverit. Nos E autem, ne tot hiatus in earumdem epistolarum contextu conspicerentur, lacunas illas, habita ratione majoris, miminorisve intervalli, quod antiquus librarius reliquit, ex ingenio supplevimus, & conjecturas nostras semicirculis inclusimus, ne eas pro Nysseni verbis quispiam acciperet.

3. Ita hunc locum emendavimus ex Isocratis oratione ad Demonicum, in cujus exordio, quæ Nyssenus laudat, habentur; nam in Vaticano codice corruptissime scribitur, εὖρον τὸν λόγον. Sic idem Nyssenus in epist. prima ad Eusebium, ὡς διὰ τοῦτο δῶρον τὴν ἐπιστολὴν τοῖς φιλολόγοις νομίζεσθαι.

4. Describit in hac epistola Nyssenus, vel trigonalem, vel alium eidem plane similem, pilæ ludum, ejusque verba non modicam lucem afferunt iis, quæ de eo ludi genere tradunt post Sipontinum in Martialem, Mercurialis de arte Gymnastica lib. 2. cap. 5. Rosinus Antiq. Roman. lib. 5. cap. 1. & in eundem Dempsterus pag. 334. Faber in Agonistico lib. 1. tit. 6. & Vossius de quatuor Artibus popularibus in Gymnastica §. 65.

5. 6. In his duabus lacunis, cum sine ullo supplemento sensus constet, supervacaneum videtur quidpiam addere; quod si istas quoque implere lubet, in priori fortasse legendum, ἀντιπέμπωσι τῆς σφαίρας ἐν εὐστοχίᾳ τὴν βολὴν; in posteriori vero addendum videtur pronomen, αὐτῶν.

7. Vide an melius sit, ἐφ᾽ ὅπερ ἂν ἴδωσιν αὐτὸν ὁρμῶντα, ἐκεῖθεν ἀποπεμπόμενοι.

8. Vide an supplendum hic, προδείκνυμεν, quo verbo in hac eadem epistola non semel utitur Nyssenus.

a Τοσαύτη τῶν γραφέων] Id. καὶ τῇ ὑπογραφέων.

b Προσενέγκουσα] Id. προσετρίψατο ἄν.

c Παρῆν, τοῦτον] Id. εὑρέθησαν. Paullo post, οὐδὲ γάρ τι τοιοῦτον ἐν τούτῳ.

d Ημῖν τοὺς ἐν τῷ νυνί] Id. ὑμῶν προτροπὴ, ὥστε. Mox vero ἐν τῇ τοῦ γέροντος προθυμίᾳ. Et paullo post, καί τῆς ἀκοῆς τοῦ σοφιστοῦ ἄξιον.

e Οσα τῆς αὐτῆς] Id. ὅσα τῆς ἐπιλεκτῆς ἐστι. Et mox, ἀνενέγκατε. Paullo post, ἀχρ. ἡρμηνευμένα.

f Επιστ.] Hæc epistola in cod. Med. inscripta legitur Στρατηγίῳ: estque ordine XII. Zacagnius vero ex Vat. mixtim edidit cum præcedente, hoc pacto: ἀναγνώσεσθε (τῷ μὴ πράττοντι) οἷόν τι. *Iis legetis, (qui non faciunt) quemadmodum* cet.

g Αλλήλοις] Codex Med. ita supplet lacunam editi ex Vat.

h Εν τῷ μέσῳ . . . .] Id. ἐν τῷ μ. πρὸς αὐτὴν.

i Ορμ. μέρος] Id. ὁρμ. κατὰ τὸ ἐναντίον. Mox vero, κατώρθωται —— παρά. Et paullo post in eodem cod. videtur scriptum ἡμῶν pro ἡμῖν suppleto.

k Προτείνομεν] Id. προϊσχόμεθα. Et paucis interjectis, πτητικαὶ —— περιπλοκαί.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

κευαὶ, διαβολαὶ, μέμψεις, ἐγκλήματα, μονομερῶν A ἀποφάσεων ὑφαρπαγαί. μακάριοι τῶν ἐλπίδων ὑμεῖς, οἱ διὰ τῶν τοιούτων τὴν πρὸς Θεὸν παῤῥησίαν πραγματευόμενοι. ἀλλὰ παρακαλοῦμεν ὑμᾶς, μὴ πρὸς τὰ ἡμέτερα βλέπειν. ἀλλὰ πρὸς τὴν δεσποτικὴν τοῦ εὐαγγελίου διδασκαλίαν· τίς γὰρ ἂν ἑτέρω τῶν ὀδυνῶν παραμυθία γένοιτο ἂν ἄλλος [1] αὐτὸν ταῖς ὀδύναις ὑπερβαλλόμενος, ὡς δ᾽ ἂν τὴν ἰδίαν διέξοδον λάβη τὰ πράγματα. ὥς φησι, ἐμοὶ ἐκδίκησις, ἐγὼ ἀνταποδώσω, λέγει Κύριος. σὺ δέ μοι, ὦ ἄριστε, πράττειν σεαυτοῦ ἀξίως, καὶ τῷ Θεῷ ἐλπίζειν, καὶ μὴ ἐγκόπτεσθαι πρὸς τὸ καλός τε, καὶ ἀγαθὸς εἶναι, διὰ τὰ παρ᾽ ἡμῶν ὑποδείγματα· ἐπιτρέπειν δὲ τῷ Θεῷ τῷ [a] δικαιοκρίτη τὴν συμφέρουσάν τε, καὶ δικαίαν τῶν πραγμάτων ἀπόβασιν, ταύτη τε ἄγειν, ὅ- B πηπερ ἂν ἡ θεία κατευθύνη σοφία. πάντως οὐδὲ ὁ Ἰωσὴφ τῷ φθόνῳ τῶν ἀδελφῶν ἐδυσχέραινε, διότι τῶν ὁμογενῶν ἡ κακία ὁδὸς αὐτῷ πρὸς τὴν βασιλείαν ἐγένετο.

niæ, maledicentiæ, injuriæ, & sententiarum, una[a] tantum parte audita, rapinæ succedunt. O vos ab omni spe felices, quos hujuscemodi hominum nequitiæ non vetant, quominus fidenter, audacterque de Deo loquamini. Verumtamen hortamur vos, ut non ad res nostras, sed ad eam, quam Dominus in Evangeliis tradidit, doctrinam respiciatis; quid enim præsidii, ut suæ melius res procedant, mærore afflictus habere ab eo potest, qui ipsum calamitatibus superat? ait autem Scriptura, [a] *Mihi vindicta, ego retribuam, dicit Dominus*. Tu autem, Vir optime, fac digna te agas, Deo confide, nec infortunia nostra te a bonis rectisque operibus retrahant. Quod autem ad felicem rerum exitum attinet, id totum Deo commenda atque concrede, eoque modo age, quo divina sapientia tibi agendum fore monstrabit; nam nec Josepho male cessit invidia fratrum, quandoquidem consanguineorum malitia viam ipsi stravit ad regnum.

[b] ΕΠΙΣΤΟΛΗ ιδ´.

[2] ΥΜᾶς μὲν ὁ πατὴρ τῶν οἰκτιρμῶν καὶ Θεὸς πάσης παρακλήσεως, ὁ πάντα ἐν σοφίᾳ πρὸς τὸ συμφέρον οἰκονομῶν, διὰ τῆς ἰδίας ἐπισκοπήσειε χάριτος, καὶ παρακαλέσειεν ἑαυτῷ, [c] ποιῶν ἐν ὑμῖν τὸ εὐάρεστον, καὶ ἔλθοι ἐφ᾽ ὑμᾶς ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ὑμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡ κοινωνία τοῦ ἁγίου Πνεύματος αὐτοῦ, εἰς τὸ γενέσθαι ὑμῖν θεραπείαν C μὲν πάσης θλίψεως, καὶ δυσχερείας, (προκοπὴν δὲ) πρὸς πᾶν ἀγαθὸν, εἰς καταρτισμὸν τῆς Ἐκκλησίας, καὶ οἰκοδομὴν τῶν ὑμετέρων ψυχῶν, καὶ εἰς (ἔπαινον) τῆς δόξης τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ. ἡμεῖς δὲ ταύτην ὑπὲρ [d] αὐτῶν τὴν ἀπολογίαν πρὸς τὴν ἀγάπην ὑμῶν ποιούμενοι, οὐκ ἠμελήσαμεν πρὸς τὴν ἀπόδοσιν τῆς κεχρεωστημένης [e] ἡμῖν ἐπισκέψεως, ἢ ἐν τῷ παρελθόντι χρόνῳ, (ἢ μετὰ) τὴν γενομένην τοῦ μακαρίου [3] Πατρικίου [4] μετάστασιν· ἀλλ᾽ ὅτι πολλαὶ μὲν αἱ τῶν καθ᾽ ἡμᾶς Ἐκκλησιῶν [5] ([f] ταραχαί·) πολλὴ δὲ ἡ τοῦ σώματος σαθρότης, ὡς εἰκὸς, προϊόντι τῷ χρόνῳ συνεπιδιδοῦσα· πολλὴ δὲ καὶ ἡ τῆς ὑμετέρας ἀγαθότητος εἰς ἡμᾶς ῥαθυμία, ὅτι οὐδεὶς οὐδέποτε λόγος εἰς προτροπὴν ἐν γράμματι, [g] (οὐδὲ) D σχέσις πρὸς τὴν καθ᾽ ὑμῶν Ἐκκλησίαν, τοῦ μακαρίου [6] Εὐφρασίου τοῦ Ἐπισκόπου διὰ πάσης ὁσιότητος ἑαυτῷ τε, καὶ ὑμῖν, οἷον σειραῖς τισι, τῇ ἀγάπῃ τὴν βραχύτητα ὑμῶν συνδήσαντος. ἀλλ᾽ εἰ καὶ μὴ πρότερον τὸ τῆς ἀγάπης χρέος, ἢ παρ᾽ ὑμῶν διὰ τῆς ἐπισκέψεως, ἢ παρὰ [7] τῆς ὑμετέρας εὐλαβείας διὰ τῆς

EPISTOLA XIV. *al.* XIII.

VOS quidem [b] *Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis*, qui cuncta sapienter ad utilitatem nostram moderatur, gratia sua gubernet, sibique concilicet, faciens in vobis beneplacitum suum; & veniat super vos gratia Domini Nostri Jesu Christi, & ejus Spiritus sancti communicatio, ut C fiat vobis quidem afflictionum omnium, atque tribulationum solamen; (profectus vero) in omni virtute, ad Ecclesiæ tranquilitatem, & animarum vestrarum ædificationem, atque (laudem) gloriæ nominis ejus. Nos autem excusationem hanc nostram apud caritatem vestram instituentes, dicimus, nec anteactis temporibus, nec post beati Patricii obitum, in suscipienda Ecclesiæ vestræ curatione, quemadmodum muneris nostri ratio postulabat, negligentes unquam fuisse; sed quoniam (turbæ) multæ sunt in Ecclesiis nostræ curæ commissis, multa etiam corporis nostri infirmitas, una cum ætate, ut par est, quotidie crescens, multa denique vestra neglectio nostri, quandoquidem nulla umquam ad nos exeitandos, literarum collocutione usi estis, (nec) ullam D cum Ecclesia nostra necessitudinem habuistis; cum alioqui beatus Euphrasius Episcopus caritate, veluti catenis quibusdam, se ipsum, & vos cum humilitate nostra sanctissime conjunxerit. Sed quamvis debitum caritatis officium, nec a nobis, curam Ecclesiæ vestræ impendendo, nec a vestra religiosita-

a Rom. XII. 10. *b* II. Cor. I. 3.

1. Ita legendum esse videtur, licet in scripto codice sit αὐτῶν.

2. Elegantissimam hanc Nysseni epistolam scriptam fuisse ad Ecclesiam Nicomediensem, non modo, quæ in ipsa sit Euphrasii Episcopi mentio demonstrat, verum etiam clare colligitur ex aliis quibusdam ejusdem epistolæ locis, de quibus agimus in nostra ad hoc opus præfatione. Scripta autem fuit post primam generalem Constantinopolitanam Synodum, cui Euphrasius interfuit, cum post ejus mortem multæ in Ecclesia illa turbæ iterum essent excitatæ, quas dum hac epistola componere studet Nyssenus, fortissimis rationibus evincit, in Episcopi electione non tam mundanæ nobilitatis, atque potentiæ, quam animi virtutum rationem habendam esse.

3. Patricii hujus Nicomediensis Episcopi nulla, quod sciam, mentio in antiquis monumentis habetur.

4. Vox, μετάστασις, potest etiam significare translationem, & exsilium; sed utrumque sensum excludere videtur vox μακάριος, quæ mortuorum epitheton plerumque esse solet.

5. Vide, an supplendum potius sit, φροντίδες, ut respexisse videatur Nyssenus ad curam illam componendarum per Ponticam Diœcesim turbatæ nimium Ecclesiæ rerum, E quam sibi, & Helladio Cæsariensi, ac Otrejo Melitinensi Constantinopolitana prima generalis Synodus commisit. Vide Baronium an. 381. tom. 4. pag. 445. & Hermantium in Vita S. Basilii lib. 9. cap. 30.

6. Euphrasius Nicomediensis Episcopus Constantinopolitanæ primæ generali Synodo subscripsit; hinc autem apparet post eamdem synodum scriptam fuisse hanc epistolam.

7. Male in Vaticano codice, ἡμετέρας.

a Δικαιοκρίτη] Id. δικαίῳ κριτῇ.
b Ἐπιστ.] Cod. Med. inscriptam refert hanc epistolam τοῖς ἐν Νικομηδείᾳ πρεσβυτέροις: estque ordine xx.
c Ποιῶν] Abest hæc vox a cod. Med. Paullo post, ubi προκοπὴν supplet editor, idem codex præfert εὐοδίαν. Et mox προσθήκην pro ἔπαινον.

d Αὐτῶν — ποιούμενοι] Id. codex, ἑαυτῶν — ποιούμεν [illegible].
e Ἡμῖν — (ἢ μετὰ)] Med. ὑμῖν — ἢ καὶ νῦν κατά.
f Ταραχαὶ] Id. ἀσχολίαι.
g Οὐδὲ — ὑμῶν] Id. ἡ δηλωμετικὴ — ἡμᾶς. Mox vero διὰ πάσης γνησιότητος — τὴν βραχ. ὑμῶν.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

A προτροπῆς ἀπεπληρώθη, νῦν γοῦν εὐχόμεθα τῷ Θεῷ, σύμμαχον πρὸς τὴν ἐπιθυμίαν ἡμῶν [a] καὶ τὴν ὑμετέραν εὐχὴν πρὸς Θεὸν συμπαραλαβόντες, διὰ τάχους, ὡς ἔστι δυνατὸν, ἐπιδημῆσαί τε ὑμῖν, καὶ συμπαρακληθῆναι, καὶ συσπουδάσαι, ὡς ἂν ὑφηγῆται ὁ Κύριος, ὥστε καὶ τῶν ἤδη γεγενημένων λυπηρῶν διόρθωσιν ἐξευρεῖν, καὶ εἰς τὸν ἐφεξῆς χρόνον ἀσφάλειαν· ὥστε μηκέτι [1] ὑμᾶς [b] ἐν τῇ ἀσυμφωνίᾳ ταύτῃ διεσπασμένους, ἄλλου κατ' ἄλλην ὁρμὴν ἑαυτὸν τῆς Ἐκκλησίας ἀπάγοντος, γέλωτα προκεῖσθαι τῷ διαβόλῳ, ᾧ βούλημα, καὶ ἔργον ἐστὶν ἐξ ἐναντίου τῷ θείῳ θελήματι, τὸ μηδένα σωθῆναι, μηδὲ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν. πῶς γὰρ οἴεσθε ἡμᾶς, ἀδελφοὶ, θλίβεσθαι πρὸς τὴν ἀκοὴν τῶν διαγγειλάντων ἡμῖν τὰ ὑμέτερα, ὅτι οὐδεμία
B γέγονε τῶν ἐφεστώτων ἐπιστροφή· ἀλλ' ἡ τῶν ἅπαξ ἀποκλινάντων προαίρεσις ἐπὶ τῆς αὐτῆς ὁρμῆς ἀεὶ φέρεται, καὶ ὥσπερ [2] ἐκ τοῦ ὀχετοῦ ὕδωρ πολλάκις εἰς τὴν παρακειμένην ὄχθην ὑπερεκχεῖται, καὶ κατὰ τὸ πλάγιον διαδυὲν, ἀποῤῥέει, μὴ ἀποσφαλέντος δὲ τοῦ ὑπαιτίου τόπου, δυσανάκλητον γίνεται, κοιλανθέντος τοῦ ὑποκειμένου πρὸς τὴν τοῦ ῥεῖθρου φοράν· οὕτως ἡ τῶν ἀποστάντων ὁρμὴ, ἅπαξ τῆς εὐθείας τε, καὶ ὀρθῆς πίστεως ἐκ φιλονεικίας παραῤῥυεῖσα, ἐνεβαθύνεν ἤδη τῇ συνηθείᾳ, καὶ οὐκ εὐχερῶς ἐπὶ τὴν ἀρχαίαν ἐπανέρχεται χάριν. διὸ σοφοῦ τινος, καὶ μεγάλου χρήζει τὰ καθ' ὑμᾶς ἐπιστάτου, καλῶς τὰ τοιαῦτα [c] ὀχετεύειν ἐπισταμένου, ὥστε δυνηθῆναι πάλιν τὴν ἄτακτον τοῦ ῥεύματος
C τούτου περιτροπὴν εἰς τὸ ἀρχαῖον κάλλος ἀνακαλέσασθαι, ὡς ἂν πάλιν ὑμῖν τὰ τῆς εὐσεβείας ἁδρυνοιτο λήϊα, τῇ τῆς εἰρήνης ἐπιῤῥοῇ καταρδόμενα. διὰ ταῦτα πολλὴ χρεωστεῖται τῷ πράγματι παρὰ πάντων ὑμῶν σπουδή τε, καὶ ἐπιθυμία, πρὸς τὸ ἀναδειχθῆναι προστάτην ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος τοιοῦτον, ὃς ὅλῳ τῷ ὀφθαλμῷ τὰ τοῦ Θεοῦ [d] (βλέψῃ) μόνα, πρὸς οὐδὲν τῶν ἐν τῇ ζωῇ σπουδαζομένων μετεωρίζων τὸ ὄμμα· διὰ τοῦτο γὰρ οἶμαι τὸν (παλαιὸν) νόμον ἀπόκληρον τῆς γηΐνης κληρονομίας τὸν Λευΐτην ποιεῖν, ὡς ἂν μερίδα κτήσεως [e] καθ' (ἑαυτὸν) τὸν Θεὸν μόνον ἔχοι, καὶ τοῦτο περιέποι διὰ παντὸς ἐν ἑαυτῷ τὸ κτῆμα, πρὸς οὐδὲν ὑλῶδες [f] (ἀποβλέπων) εἰ δέ τινές εἰσιν, ἢ καὶ ἐσμὲν ἀ-
D διάφοροι, μηδεὶς πρὸς τοῦτο βλέπων [3] ἐπὶ τῶν [g] ... πτέσθω. οὐ γὰρ νόμος ἐστὶ τοῖς ἁπλοῖς πρὸς τὸ μὴ τὰ δέοντα πράσσειν, τὸ παρ' ἑτέροις (καλῶς) γινόμενον· ἀλλ' ὑμᾶς χρὴ τὰ ἑαυτῶν βλέπειν, ὅπως ἂν τὸ κρεῖττον γένοιτο [4] ἡ (σπουδὴ,) τῶν διεσκορπισμένων πάλιν εἰς τὴν τοῦ ἑνὸς σώματος ἁρμονίαν ἐπανελθόντων, καὶ τῆς πνευματικῆς εἰρήνης [h] (ὑπὸ τῶν) εὐσεβῶς τὸν Θεὸν δοξαζόντων εὐθυνουμένης. πρὸς τοῦτο [i] καλῶς ἔχει, οἶμαι, σκοπεῖν τὰ καλὰ τῇ ἐκ (λογῇ, ὡς) ἂν ὁ ἀναδεικνύμενος εἰς προστασίαν ἐπιτηδείως ἔχοι· γένος δὲ, καὶ πλοῦτον, καὶ [k] κοσμικ(ὴν περιφάνειαν) ἐν τοῖς ἐπισκοπικοῖς κατορθώμασιν ὁ ἀποστολικὸς οὐκ ἐνομοθέτησε λόγος·
E ἀλλ' εἰ (πᾶν τοῦτο) αὐτόματον ἕποιτο τοῖς προη-

A te, ad id nos adhortando, expletum antea fuerit; tamen assumtis nunc demum in votorum nostrorum societatem precibus vestris, Deum oramus, ut nos quam celeriter fieri poterit, ad vos venire permittat, ut invicem consolemur, & Deo viam rationemque monstrante, operam demus, ut iis, quæ dudum evenere, malis occurramus, & in posterum securi esse possimus, ne amplius hac vestra discordia invicem divulsi, dum alius alio consilio se se ab Ecclesia seperat, Diabolo risus materiam præbeatis, cujus voluntas, atque opus est divinæ voluntati contrarium, neminem salvum fieri, & ad veritatis cognitionem pervenire. Quanto enim putatis, Fratres, dolore nos angi, dum ex iis, qui de rebus vestris
B nuncium afferunt, intelligimus, nullam rerum apud vos mutationem de integro factam esse; sed eos qui semel a mutua caritate declinarunt, eodem semper impetu ferri: & quemadmodum si aquæ rivus frequenter marginem superet, & sinistrorsum delapsus, defluat, ægre fieri potest, ut ad pristinum cursum revocetur, subjacente, videlicet, solo, aquæ impetu excavato, ni locus, unde aqua defluit, obstruatur; ita & eorum, qui a fratrum communione discesserunt, animi affectio, semel a recta & sincera fide, præ contentionis æstu, veluti distorto cursu, deflectens, profundam jamdudum consuetudine fossam egit, ægreque ad pristinam caritatem, benevolentiamque revertitur. Quapropter rectore aliquo sapien-
C te, atque eximio res vestræ opus habent, qui probe sciat in alveum quodammodo, aberrantes reducere, ut inordinatus hujus fluenti decursus ad primævum ordinem iterum possit revocari, & rursus pietatis segetes vobis multiplicentur, perennibus concordiæ aquis irrigatæ. In hoc itaque negotio multum studii, atque alacritatis unusquisque vestrum adhibere debet, ut talis Episcopus sancti Spiritus gratia designetur, qui studiose, quæ Dei sunt, solummodo (intueatur), & numquam ad ea, de quibus adeo in hac vita soliciti sumus, oculos adjiciat. Propterea enim (antiqua) lex, arbitror, Levitas terrenæ hæreditatis exsortes esse jussit, ut ejus possessionis loco solum Deum (privatim ac præcipue) haberent, eum-
D que de terrenis rebus nihil (soliciti,) apud se perpetuo custodirent. Quod si nonnulli apud vos, aut etiam unusquisque vestrum neutram in partem propendat, non idcirco debet aliquis ad agenda ea, quæ non decet, animum adjicere. Neque enim quod apud alios (recte) agitur, id simpliciorum animos ad res male gerendas debet inducere; sed oportet ea tantum, quæ ad vos pertinent, attendere, ut (conatibus vestris) meliorem exitum sortientibus, id tandem consequamini, ut qui ab Ecclesia secesserunt, iterum ad ejus unitatem revertantur; & spiritualis pax (ab) his, qui pie Deum glorificant, instauretur. Præterea multum expedire arbitror, ut (in Episcopi electione) quod justum, rectumque est, præ
E oculis habeatur; ut nempe idoneus, ad eam dignitatem promoveatur; genus autem clarum, divitias, & mundanæ (nobilitatis splendorem) Episcopi dotibus annumeranda esse, numquam Apostolica sanctione statutum fuit; sed si (hæc omnia) ultro &

1. Lego ὑμᾶς, sensu ita postulante; licet in Vaticano codice sit, ἡμᾶς.

2. Fortasse legendum, ἐκ τοῦ ὀχετοῦ.

3. Fortasse hic legendum, supplendumque est, πρὸς τοῦτο βλέπων τῶν μὴ δεόντων ἁπτέσθω: nisi quis malit, ἐπὶ τὰ μὴ δέοντα καμπτέσθω, vel κυπτέσθω.

4. Vide an melius sit, ἡ πραγματεία.

a Καὶ τὴν ὑμετ. —— διὰ τάχους] Med. καὶ τὴν ὑμετέραν πρὸς Θεὸν συμπαραλαβόντες διὰ τάχους εὐχήν.

b Ὑμᾶς] Med. legit cum Vat. ἡμᾶς. Et mox, κατ' ἄλλην ὁρμὴν

c Ὀχετεύειν] Med. ὀχετεύειν.

d Βλέψῃ —— παλαιόν] Id. ὄψεται λειπτικόν.

e Καθ' ἑαυτόν] Id. καθὼς γέγραπται. Et mox, τὸ κτῆμα ἑαυτῷ.

f Ἀποβλέπων] Med. τῇ ψυχῇ καθελκόμενος.

g .... πτέσθω] Id. ἰδίαν βλαπτέσθω. Mox vero, ἄλλοις pro καλῶς. Et paullo post, ὅπως ἂν πρὸς τὸ κρεῖττον γένοιτο ἡ τῆς ἐκκλησίας ἐπίδοσις τῶν διεσκ.

h Ὑπὸ τῶν] Id. ἐν τῷ πλήθει τῶν.

i Καλῶς ἔχει] Id. καλῶς ἔχειν. Et mox, σκοπεῖν τὰ καλὰ τῇ ἐκκλησίᾳ βουλόμενον, ὅπως ἄν.

k Κοσμ. περιφ.] Id. κοσμικὴν περιφάνειαν ζητεῖν. Paullo post pro πᾶν τοῦτο id. cod. μέν τι τούτων κατὰ τό.



γουμένοις, ὡς σκιὰν κατὰ τὸ συμβὰν ἀκολουθοῦσαν, οὐκ ἀποβαλλόμεθα, [a] (ἀλλ' οὐδὲν) ἧττον ἀγαπήσομεν τὰ προτιμότερα, κἂν χωρὶς τύχῃ. αἰπόλος ἦν ὁ Προφήτης (Ἀμὼς) ἁλιεὺς ὁ Πέτρος, καὶ τῆς αὐτῆς τέχνης ὅ, τε τούτου ἀδελφὸς Ἀνδρέας, καὶ ὁ ὑψηλὸς Ἰωάννης, σκηνορράφος ὁ Παῦλος, καὶ ὁ Ματθαῖος τελώνης, καὶ οἱ ἄλλοι κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ὁμοίως ἅπαντες (οὐχ ὕ) πατοί τινες, καὶ στρατηλάται, καὶ ὕπαρχοι, ἢ κατὰ ῥητορικὴν, καὶ φιλοσοφίαν περίβλεπτοι· ἀλλὰ πένητες, καὶ ἰδιῶται, καὶ ἀπὸ τῶν ταπεινοτέρων ἐπιτηδευμάτων ὁρμώμενοι· καὶ ὅμως εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν. βλέπετε, φησι, τὴν κλῆσιν ὑμῶν, ἀδελφοὶ, ὅτι οὐ πολλοὶ σοφοὶ κατὰ σάρκα, οὐ πολλοὶ δυνατοὶ, οὐ πολλοὶ εὐγενεῖς· ἀλλὰ τὰ μωρὰ τοῦ κόσμου ἐξελέξατο ὁ Θεός. ἴσως τι μωρὸν καὶ νῦν ἐν τοῖς φαινομένοις τῶν ὀφθαλμῶν τῶν ἀνθρωπίνων νομίζεται, ὅταν ἀσθενὲς ὑπὸ πενίας, ἢ ἄδοξον ἢ διὰ τὴν σωματικὴν δυσγένειαν. ἀλλὰ τίς οἶδεν, εἰ μὴ τούτῳ τὸ κέρας τῆς χρίσεως παρὰ τῆς χάριτος ἐπικλίνεται, κἂν τῶν ὑψηλῶν τε καὶ ἐμφανεστέρων μικρότερος ᾖ; τί λυσιτελέστερον ἦν τῇ Ῥωμαίων πόλει τὸ κατ' ἀρχὰς τῶν εὐπατριδῶν τινα, καὶ ὑπερόγκων ἐκ τῆς ὑπάτου βουλῆς εἰς προστασίαν λαβεῖν, ἢ τὸν ἁλιέα Πέτρον, ᾧ μηδὲν ἦν ἐκ τοῦ κόσμου τούτου πρὸς εὐδοξίαν [1] ἐφόλκιον; τίς οἰκία, τίνες οἰκέται, ποία κτῆσις διὰ προσόδων τρυφὴν χορηγοῦσα; ἀλλ' ὁ ξένος, καὶ ἄστεγος, καὶ ἀτράπεζος, τῶν τὰ πάντα ἐχόντων πλουσιώτερος ἦν, ὅτι διὰ τοῦ μηδὲν ἔχειν, τὸν Θεὸν εἶχεν ὅλον. οὕτω καὶ οἱ Μεσοποταμῖται, βαρυπλούτους ἔχοντες ἐν ἑαυτοῖς σατραπείας, πάντων ἐδοκίμασαν [2] τὸν Θωμᾶν εἰς ἐπιστασίαν ἑαυτῶν προτιμότερον, καὶ Τίτον Κρῆτες, καὶ Ἱεροσολυμῖται Ἰάκωβον, καὶ ἡμεῖς οἱ Καππαδόκαι τὸν [3] Ἑκατόνταρχον, τὸν ἐπὶ τοῦ πάθους τὴν θεότητα τοῦ Κυρίου ὁμολογήσαντα, πολλῶν ὄντων κατὰ τὸν χρόνον ἐκεῖνον λαμπρῶν ἐν γένει, καὶ ἱπποτρόφων, καὶ τοῖς ἐν τῇ συγκλήτῳ [4] πρατείοις [b] σεμνυνομένων, καὶ κατὰ πᾶσαν δὲ Ἐκκλησίαν (ἰδεῖν ἐστι) τοὺς κατὰ Θεὸν μεγάλους, τῆς κοσμικῆς περιφανείας προτιμηθέντας. πρὸς ταῦτα βλέπειν ἐπὶ τοῦ παρόντος οἶμαι δεῖν καὶ ὑμᾶς, εἴ γε μέλλοιτε πάλιν τὸ ἀρχαῖον τῆς Ἐκκλησίας ὑμῶν ἀνακαλεῖσθαι ἀξίωμα. οἴδατε γὰρ παντὸς μᾶλλον τὰ ὑμέτερα διηγήματα, ὅτι ἐξ ἀρχαίου πρὶν τὴν [5] γείτονα ὑμῶν ἐξανθῆσαι πόλιν, παρ' ὑμῖν ἦν [6] τὰ βασίλεια, καὶ τὸ προέχον ἐν πόλεσιν ὑπὲρ τὴν ὑμετέραν οὐκ ἦν· καὶ [c] νῦν ὁ τῶν [7] οἰκοδομημάτων καλλωπισμὸς ἠφανίσθη,

A non quæsita, in Episcopo reperiantur, ea utique, velut umbram casu & fortuito comitantem, non rejicimus; (at nihilo) minus quæ præstantiora hisce rebus sunt, animi scilicet dotes, majori in pretio habebimus, tametsi illis omnibus caruerint. Caprarius erat (Amos) Propheta, piscator Petrus, eamdemque artem hujus frater Andreas, & sublimis Joannes exercebat, scenofactoriæ Paullus operam dabat, publicanus erat Matthæus, ceterique omnes discipuli similiter, (non) Consules, non exercituum ductores erant, non Præfecti Prætorio, nec rhetoricis, & philosophicis scientiis conspicui, sed pauperes idiotæ, & e vilioribus artibus accersiti; & tamen, [a] *In omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.* B [b] *Videte*, ait Apostolus, *vocationem vestram, fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles; sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus.* Fortasse nunc etiam stultum quid humanis oculis ille videtur, qui propter paupertatem infirmus, vel propter corporis, non vero animi ignobilitatem obscurus apparet; sed quis scit, an super ejusmodi hominem, tametsi sublimibus, atque illustribus viris longe inferiorem, divina gratia unctionis cornu inclinet? Quidnam urbi Romæ antiquis temporibus magis coducebat, nobilem ne aliquem, atque fastu tumentem senatorii ordinis virum in Ecclesiæ præpositum accipere, an potius Petrum piscatorem, cui C nil ad gloriam ex mundanis rebus suppetebat? Quæ domus, qui famuli, quæ possessiones proventibus suis rerum omnium affluentiam suppeditantes? sed peregrinus homo, domo, & victu carens, ditior illis erat, qui omnia possidebant, quia nihil possidendo, Deum totum obtinuit. Ita & Mesopotamiæ incolæ, tametsi inter ipsos ditissimi satrapiarum rectores essent, nihilominus Thomam cunctis digniorem esse censuerunt, quem sibi ipsis præficerent. Ita & Titum Cretenses, & Hierosolymæ cives Jacobum in Episcopum elegerunt, nosque Cappadoces Centurionem illum, qui passionis tempore divinitatem Domini fassus est, & si multi tunc temporis apud nos essent illustres genere, & nutritores equorum, quique primas in Senatu partes obtinerent. Quin & D per universam Ecclesiam (cernere est) viros, qui secundum Deum magni sunt, aliis mundana nobilitate conspicuis prælatos. Opportunum autem arbitror, ut in præsenti ad hæc quoque respiciatis, si de antiqua Ecclesiæ vestræ dignitate reparanda soliciti estis. Nil enim vobis notum magis est, quam vestræ gentis historiæ, ex quibus apud vos ab antiquis temporibus, priusquam vicina vobis civitas effloresceret, Regiam sedem exstitisse, nullamque aliam, præterquam urbem vestram principatum totius provinciæ obtinuisse constat. Et nunc quidem ædificiorum pulchritudo, atque magnificentia pe-

a Psalm. XVIII. 5. *b* I. Cor. I. 26.

1. Fortasse legendum, ἐφόδιον; sed & dici posset Nyssenum ludere in voce, ἐφόλκιον, quæ naviculam, seu cymbam proprie significat, quasi diceret, Petrum nil ex terrenis rebus possedisse, quibus, veluti quadam navicula, ad mundanæ nobilitatis gloriam adnavigaret.

2. Thomam Apostolum Parthis Evangelium prædicasse antiqui Scriptores uno ore testantur. Hoc amplius affirmare videtur Nyssenus, eumdem primum Mesopotamiæ Episcopum fuisse. Ceterum Satrapas, & Satrapias a Persis, & finitimis gentibus vocatas fuisse provincias, earumque rectores, notum est Eruditis.

3. Ex hoc Nysseni loco discimus Longinum Centurionem, qui lancea Christi latus in Cruce perfodit, primum Cæsareæ Episcopum fuisse. Sane in Romano, aliisque vetustis Martyrologiis Longini hujus apud Cæsaream Cappadociæ passi, mentio habetur idibus Martii; sed ipsum E Cæsariensis urbis Episcopum fuisse, nec Martyrologia, nec acta ejusdem Longini, ab Hesychio circa Christi annum 429. ut putant, conscripta, & a Bollando edita, testantur.

4. Ita emendandum censui Vaticanum codicem, in quo scribitur, πρώτοις.

5. Nicæam Bithyniæ urbem intelligit, quæ tunc temporis ad Metropoleos dignitatem jam evecta fuerat, cujus contentiones de primatu cum Nicomediensibus notissimæ sunt Viris Eruditis.

A ta audivi; præ iis quæ ibi sunt, venustis rebus judicata nugas duco. Nihil prorsus locus ille Heliconum. Fabulæ Insulæ Beatorum: parvaque quædam res campus, qui est in Sicyoniis; atque altera quædam poetica jactantia, quæ de Peneo fluvio enarrata: quem dicunt diviti fluento ultra ripas e lateribus transfusum, valde memorata Tempe Thessalis efficere. Quid enim tale est apud singula ex dictis; qualem nobis Vanota venustatis speciem propriis bonis demonstravit? Si quis enim naturalem inquirat loci gratiam & elegantiam; nulla ratione prorsus artificiosæ pulcritudinis is est indigens: si vero quæ ex artis inventione proficiscuntur, intueri velit; talia tantaque sunt, ut vel ipsius naturæ mi- B seram sortem possent vicisse. Sed quæ natura, imparato decore terram opportune pulcram reddens, loco gratiose concessit, sunt ejusmodi. Deorsum Halys fluvius, ripis venuste locum exornans; qui, haud aliter quam quædam aurea tænia per prolixam purpuream vestem collucet; limo profluentem rubicundo inficit colore. Ex superiori autem parte mons magnoque ambitu comprehensus, densusque longo dorso protenditur; undevis quercubus comatus; Homericum aliquem laudatorem adsequi dignus, magis quam Neritum illud Ithacense; quod dicit Poeta decore præstans esse, & immane frondosum: demissa vero ad proclive sponte silva cum iis quæ a terræ opere prodeunt, juxta montis la- C tus colligatur. Et recta via vites & oblique, & sublime, & ex cava ipsius montis parte mutuo implicatæ, universum subjectum locum quasi tinctura viridem quamdam vestem intercipiunt: addebatque multum venustati vel ipsa temporis opportunitas, ingentes res racemorum ostendens. Quod autem magis etiam in stuporem agebat erat, quod, finitima terra acerbos adhuc fructus commonstrante, heic licebat uvis deliciari; & omni licentia speciosa illa venustate exsaturari. Ex longinquo deinde qualis quædam flamma ex magna emicans elevata face, ædificiorum gratia & pulcritudo nobis adfulsit. Sinistra vero introeuntibus sacella cernebantur pro martyribus parata: non quidem structura perfecta, sed D adhuc tecto destituta: nihilominus illustria. Rectaque via elegantiæ ædium erant, alteræ post alteras quodammodo secundum quarumdam inventionum delicias dispertitæ: turrium eminentiæ, & conviviorum apparatus, in præcelsis platanorum ordinibus, spatioque latis; ante januas ingressum coronantes. Dein circa ædes Phæacenses horti: sed amplius: non injuria cum Vanotorum pulcritudinibus agitor illarum comparatione. Non vidit Homerus eam quæ heic inclytorum fructuum malus erat, ad

1. Μακάρων Νῆσοι] Apud Thucydidem adest quidem μακάρων Νῆσος, *Macaron Nesos*, Insula Beatorum; Ακρόπολις Thebarum in Bœotia. Herodotus quoque Mus. 3. testatur regionem Græca lingua μακάρων Νῆσον nuncupatam. In qua posita Urbs Oasis septem dierum itinere distans Thebis Egyptiis. Sed Pomponius Mela 2. 7. μακάρων Νήσους memorat, & designat; duas nominis caussas præbens; quorum sola prima Nysseni sententiæ congruit; & certo convenientior rei videtur ob nomen loci. *Extra*, ait ille, *Hellespontum*, *earum* (Insularum) *quæ Asiaticis regionibus adiacent*, *clarissimæ sunt Tenedos*, *Sigæis adversa litoribus*; *&* (eæ) *quo dicentur ordine*; *ad promontorium Tauri montis oppositæ*; *quas quondam dici putavere* μακάρων; *sive quod fortunati admodum cæli*, *solique sint*; *sive quod eas suo*, *suorumque regno Macar occupaverat*. His accedit Diodorus Siculus lib. 5. Et sane multo plures olim sic vocabantur insulæ; fortasse & illæ quæ modo *Fortunatæ* appellantur; & multæ Oceani. Rursus Creta, Cyprus, Leuce; aliaque in continente sita loca *Insularum Felicium* nomen, testimonio Hoffmanni, consequuta sunt. Omnes vero hujusmodi Insulas, ob terræ opportunitatem magnam, & voluptarias delicias indicandas, ita esse appellatas necesse est; eaque ratione illas usurpat Nyssenus.

2. Πολυΰμν.] Idem ac πολύμνητος; sed melius dicitur eo modo.

3. Εὐκτήριον] Quidam mala latinitate verterunt *Oratorium*; & vulgo ita profertur. Nobis libuit *Sacrario* magis uti; quæ vox licet non consonet Græco vocabulo, cui magis congruere videtur Oratorium; εὐκτήριον enim derivat ab εὐχή; omnino tamen convenit rei. Oratorii latina vox vix æneæ ætatis usu recipi posset: tumque in nostræ sacræ doctrinæ rebus tolerabilior redderetur. Sed maxime adhibita fuit ferreo, & luteo ævo. Potuisset & proferri Lararium pro εὐκτηρίῳ eadem ratione; sed non modo profana, verum etiam fallacis Religionis obsistebat vox. προσευχή, quæ est precatio, valere etiam potest idem ac εὐκτήριον: & ita locus, in quo Judæi cogebantur ad sacras preces, & obsecrationes, vocabatur. E Quare, cum ipsi, & eorum omnia despectui haberentur; Juv. Sat. 3. dixit *Ede ubi consistas; in qua te quæro proseucha*. contemtus caussa.

4. Στεφανοῦντες τὴν εἴσοδον] Σταφανοῦντες habet codex: at legendum στεφανοῦσαι.

5. Αγλαόκαρπον] Non modo Homerum citat, & ejus sententias usurpat in hac epistola & alibi Nyssenus; verum & profert verba quoque ipsa; quod heic effecit, τὴν μηλέαν nuncupans ἀγλαόκαρπον, uti eam appellavit Homerus Odyss. lib. VII. ℣. 115. & lib. XI. ℣. 588. Qua de re in Homeri lectione exercitatior & versatus profecto est ille ducendus. Actum plane agerem, si ostendendum susciperem, in Poetis & ceteris profanis scriptoribus operam & studium bene collocasse majores nostros sacrarum litterarum magistros & veteres Patres; neque non assiduum, aut minime vehemens: secus memoriæ dicta tradidisse ii non potuissent tam facile, & sine cunctatione præsentia; ut scribenti prono alveo decurrerent.

ὄγχνην λευκοτέραν τοῦ νεοξέστου ἐλέφαντος. τί δ' ἄν τις εἴποι τῆς Περσικῆς ὀπώρας τὸ ποικίλον τε καὶ πολυειδὲς, καὶ ἐξ ἑτερογενῶν συμμεμιγμένον καὶ σύνθετον; ὥσπερ γὰρ οἱ τοὺς τραγελάφους καὶ ἱπποκενταύρους καὶ τὰ τοιαῦτα μιγνύντες ἐκ διαφόρων, καὶ τὴν φύσιν παρασοφιζόμενοι γράφουσιν, οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς ὀπώρας ταύτης. τὸ μὲν πρὸς ἀμυγδαλῆν, τὸ δὲ πρὸς κάρυον, [1] ἕτερον δὲ πρὸς τὸ δοράκινον κατά τε τὸ ὄνομα καὶ τὴν γεῦσιν μεμιγμένον τυραννηθεῖσα παρὰ τῆς τέχνης ἡ φύσις ἐποίησε. καὶ ἐπὶ πᾶσι τούτοις τὸ ἐφ' ἑκάστῳ πλῆθος ὑπὲρ τὸ κάλλος ἐδείκνυτο. ἀλλὰ καὶ τὴν ἐν τῇ φυτείᾳ διάθεσιν, καὶ τὴν εὔρυθμον ζωγραφίαν ἐκείνην. ἀληθῶς γὰρ γραφέως μᾶλλον ἢ γεωπόνου τὸ θαῦμα. οὕτω τῇ ἐπιθυμίᾳ τῶν ταῦτα διαπθέντων ἡ φύσις εὐκόλως ἐπηκολούθησεν, οὐκ οἶμαι δυνατὸν εἶναι διὰ λόγων ἐνδείξασθαι. τὴν δὲ ὑπὸ τὰς ἀναδενδράδας ὁδὸν καὶ τὴν γλυκεῖαν ἐκείνην ἐκ τῶν βοτρύων σκιάν. καὶ τὴν καινὴν ἐκ πλαγίων τειχοποιΐαν ῥόδων ὄρπηξι καὶ κληματίσιν ἀμπέλων ἀλλήλαις συνδιαπλεκομένων, καὶ ἀντὶ τοίχων διατειχιζόντων τὴν ἐπὶ τὰ πλάγια πάροδον. τήν τε κατὰ τὸ ἄκρον τοῦ τοιούτου [2] δρόμου κολυμβήθραν τοῦ ὕδατος, καὶ τοὺς ἐν αὐτῷ τρεφομένους ἰχθύας, τίς ἂν ἐνδείξαιτο πρὸς ἀξίαν τῷ λόγῳ; ἐν γὰρ τούτοις πᾶσι μετά τινος ἐλευθερίου φιλοφροσύνης, οἱ τὴν οἰκίαν ἐπιτροπεύοντες τῆς εὐγενείας σου κατὰ σπουδὴν περιηγοῦντο, καὶ ὑπεδείκνυον, τὰ καθέκαστον τῶν σοι πεπονημένων ἐπιδεικνύμενοι, ὡς ἂν αὐτῷ σοι δι' ἡμῶν χαριζόμενοι. ἔνθα καί τις τῶν νεανίσκων καθάπερ τις θαυματοποιὸς, ἐπεδείξατο ἡμῖν θέαμα μὴ λίαν ἐπιχωριάζον τῇ φύσει. καταβὰς γὰρ ἐπὶ τὸ βάθος κατ' ἐξουσίαν ἀνηρεῖτο τῶν ἰχθύων τοὺς κατὰ γνώμην· κἀκεῖνοι πρὸς τὴν ἐπαφὴν τοῦ ἁλιέως οὐκ ἐξενίζοντο. οἷόν τινες χειροήθεις σκύλακες τιθασσοὶ ὄντες τῇ χειρὶ τοῦ τεχνίτου, καὶ ὑποχείριοι. εἶτά με παρῆγον ἐπί τινα οἶκον δῆθεν ὡς ἀναπαυσόμενον. οἶκον γὰρ ἐνεδείκνυτο ἡμῖν ἡ εἴσοδος. ἀλλ' ἐντὸς τῆς θύρας γενομένους ἡμᾶς οὐχὶ οἶκος ἀλλὰ στοὰ διεδέξατο. ἡ δὲ στοὰ μετέωρος ἦν λίμνῃ βαθείᾳ ἐκ πολλοῦ τοῦ ὕψους [3] ἐπηωρημένη. προσεκλύζετο δὲ τῷ ὕδατι ἡ κρηπὶς ἡ τὴν στοὰν, ἀνέχουσα τριγώνῳ τῷ σχήματι οἷόν τι προπύλαιον τῆς ἔνδον τρυφῆς. κατ' εὐθείας γὰρ ἐπὶ τὰ ἐντὸς οἶκός τις τὴν τοῦ τριγώνου προβολὴν διεδέχετο, ὑψηλὸς τὸν ὄροφον, πανταχόθεν ταῖς τοῦ ἡλίου ἀκτῖσι περιλαμπόμενος, γραφαῖς ποικίλαις διηνθισμένος. ὥστε ἡμᾶς περὶ τὸν τόπον τοῦτον λήθην μικροῦ δεῖν τῶν προλαβόντων ποιήσασθαι. ὁ οἶκος πρὸς ἑαυτὸν ἐπεσπάσατο· ἡ στοὰ πάλιν ἐπὶ λίμνῃ ἴδιόν τι θέαμα ἦν. Οἱ γὰρ βέλτιστοι ἰχθύες ὥσπερ ἐξεπίτηδες τοὺς χερσαίους ἡμᾶς διαπαίζοντες, ἐκ τῶν βυθῶν ἐπὶ τὴν ἐπιφάνειαν ἀνενήχοντο· οἷόν τινες πτηνοὶ καὶ αὐτοῦ τοῦ ἀέρος

A excellentiam optimi coloris supra proprii floris colorem elata. Non vidit silvestrem pyrum expolito recens ebore candidiorem. At quid quis narret Persicæ pomi variam, multiplicemque speciem ex alteris commixtam, atque compositam? Sicuti enim hircocervos pingunt ac hippocentauros aliaque ejusmodi ex longe dissitis una mixta, qui vel supra ipsam naturam sapiunt; ita & ex hujusmodi pomo aliam ad amygdalum, aliam ad nucem, ad duracinam persicum alteram insertam cum secundum nomen, tum juxta gustum ab arte violenter imperata effecit natura. Et ad hæc omnia; multitudo quoque e singulis præter venustatem ostendebatur: verum & in plantantione dispositio, numerosaque illa pictura.

B Re vera etenim pictoris magis, quam agricolæ miraculum appellares. Quo pacto autem desiderio eorum qui hæc ita disposuerunt, natura facile fuerit obsequuta, non puto fieri posse ut sermone ostendatur. Sub arbustivas quidem vites semita & jucunda illa umbra ex racemis præstita: novaque, e lateribus, ramis rosarum, & palmitibus vitium, quæ mutuo implexæ innexæque vice parietum etiam erant aditum ad transversas partes struentium; muri effecta structura. Sed illam ad curriculi hujus summum aquæ piscinam, inque ipsa enutritos pisces quis valeat pro dignitate oratione demonstrare? Inter hæc autem omnia, liberali quadam benevolentia, qui domicilii curam agebant generositatem tuam

C sedulo commemorarunt, demonstraruntque; singulatim, quæ tua opera elaborata fuerunt, ostendentes; ac si tibi ipsi per nos rem facerent gratam. At heic quidam adolescentulus, quasi aliquis præstigiator, spectaculum ostendit nobis non nimis naturæ suetum. Quandoquidem ad fundum descendens pro libera potestate quos ex animi sententia volebat, sustollebat pisces: & illi ad piscatoris attactum non tamquam ad peregrinam sedem adibant; veluti quidam mansueti catuli, quos cicures manus artis periti subjectosque sibi haberet. Posthac me ad quasdam ædes deduxerunt propemodum ut requieturum. Ædes enim ostendebat nobis ingressus: at cum intra januam fuimus, non domus excepit nos, verum

D porticus. Porticus autem sublime pendens erat, profundæ lacunæ e multa altitudine impendens; proluebaturque aqua, quæ circum porticum, crepida, triangulari figura consurgens; veluti quoddam vestibulum interiorum deliciarum. Recta enim ad interiores partes quædam ædes trianguli prominentiam suscipiebant; quæ excelsæ, solis spiculis circa tectum undecumque micabant, variis picturis efflorentes; ita ut circa hunc locum parum abfuerit quin oblivionem præceptarum voluptatum nos faceremus. Domus ad se ipsam trahebat. Porticus rursus in suo stagno peculiare quoddam erat spectaculum. Optimi enim pisces tamquam studio in terra positos nos ludificantes, ex fundo ad superficiem enatabant; quasi quidam volucres, qui & illic in aere exsultarent: dimidia autem parte conspicui fa-

1. Ἕτερον δὲ πρὸς τὸ δοράκινον] Δοράκινον Περσικὴν; arborem Persicam doracinam non inveni apud quamplurima λεξικὰ Græce memoratam. Nova igitur vox erit. Et quamquam Græci hac plantæ specie numquam fortasse caruerint; tamen aliis vocabulis eam expresserint, necesse est. Persica igitur duracina sunt, quæ dura sunt carne, Plin. lib. 5. cap. 12. sicuti uvæ duracinæ, quæ firma, & dura sunt cortice, vel duris acinis; id. lib. 14. cap. 1. Augustus eas maxime appetebat; vescebaturque vel dum essedo veheretur. Verba enim ipsius in ejus Epistolis sunt: *Dum lectica ex regia domum redeo, panis unciam cum paucis acinis uvæ duracinæ comedi*. Sueton. Aug. vit. cap. 76. Recte vero ejus generis arborem duracinam appellavit Gregorius; & optime dici id potest Græce ob duritiem. Quoniam δόρυ est lignum; unde ἐτυμολογίαν habet *durus* latine. Quare vide ne *duracina* dicta sit, & non *doracina*, veluti est in codice, a Gregorio. La-

E tine quidem *duracinum*, non *doracinum* dixerunt. Animadverte autem in his enarrandis, arbores a Nysseno significari, non fructus: in arboribus enim, non in illis, insitiones efficiuntur.

2. Δρόμου] Calles igitur hortorum, pomariorum, Italice *viali*, Græce *curricula* dicuntur; quæ Italice *corsi*; item etiam *corridoi*: quales majores, & longiores porticus, excelsæ etiam, interdum, in nonnullis ædibus modo nuncupantur. Nam curriculus est parvus currus; curriculum, locus, in quo curritur, vel ipsum currendi officium: teste Charis. sed incertum id est. maxime quia in pluribus casibus obliquis differentia apud Auctores conspici nequit. Et adverte heic τοῦτο pro *hic*; nisi sit pro τοιοῦτο, dignitatem loci exprimens; quod difficile dicenti assentirer.

3. Ἐπηωρημένη] Legito ἐπῃωρημένη. Scripti codices jota subscripta ut plurimum aspernantur.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 370.



κατασκιρτῶντες. [1] ἡμιφανεῖς γὰρ γινόμενοι, καὶ διακυβιστῶντες τὸν ἀέρα πάλιν εἰς τὸν βυθὸν κατεδύοντο. ἄλλοι δὲ κατ' ἀγέλας στοιχηδὸν ἀλλήλοις ἑπόμενοι, θέαμα τοῖς ἀήθεσιν ἦσαν. ἦν δὲ ἰδεῖν ἑτέρωθι ἄλλην ἰχθύων [2] ἀγέλην βοτρυδὸν περὶ τρύφος ἄρτου πεπυκνωμένους, καὶ ἄλλον ὑπ' ἄλλου παρωθουμένους, καὶ ἕτερον ἐφαλλόμενον, καὶ ἄλλον ὑποδυόμενον. ἀλλὰ, καὶ τούτων ἐποίει λήθην ἐν κλημαπίσι, καὶ ταλάροις ὁ βότρυς ἡμῖν εἰσκομιζόμενος, καὶ ἡ ποικίλη τῆς ὀπώρας φιλοτιμία· καὶ ἡ τοῦ ἀρίστου παρασκευὴ, καὶ τὰ ποικίλα ὄψα καὶ καρυκεῖαι καὶ πέμματα, καὶ [3] φιλοτησίαι καὶ κύλικες. ἐπεὶ οὖν ἤδη κατὰ τὸν κόρον πρὸς ὕπνον κατεφερόμην, παραστησάμενος τὸν ὑπογράφοντα ταύτην, σου τῇ λογιότητι καθάπερ ἐνύπνιον, τὴν ἐπιστολὴν B ἀπελήρησα. εὔχομαι δὲ μὴ διὰ χάρτου καὶ μέλανος, ἀλλὰ δι' αὐτῆς τῆς ἐμαυτοῦ φωνῆς τε καὶ γλώττης [4] τὰ παρὰ σοὶ καλὰ, σοί τε αὐτῷ καὶ τοῖς ἀγαπῶσί σε διὰ παντὸς διηγεῖσθαι.

A Eti, perque aera in caput saltitantes, rursus gurgitis altum subibant. Alii autem gregatim ordine alios insequentes mira spectatio erant nobis talium insuetis. Cernere vero erat alibi alium piscium gregem, racematim ad panis frustum condensatum; & alium, qui propulsabatur ab alio; alterum vero supra insilientem, illum autem succumbentem. Sed & horum oblivionem effecit in palmitibus, & qualis uva nobis importata, variaque autumni ambitio; prandiique apparatio; & diversi generis opsonia, & ciborum condimenta, & bellaria, & propinationes, & calices. Ubi igitur post saturitatem jam ad dormiendum delatus sum; me epistolæ hujus descriptorem præstiti; & quasi insomnium, epistolam eloquentiæ tuæ nugatus sum. Precor autem, ut non per chartam & atramentum, verum per ipsam memet ipsius vocem & linguam, quæ apud te adeo pulcra sunt tam tui ipsius, quam tui amantium commodo, possim enarratione omnino recensere.

EPISTOLÆ TERTIÆ

ARGUMENTUM.

Ablabium antistitem, cujus non nimis emendati mores, ut rectioris vitæ rationem sequatur ad meliorem frugem se recipiens, hortatur; moderatissima commonitione, & scito artificio usus.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ γ'.

Ἀβλαβίῳ ἐπισκόπῳ.

C

ΤΕΧΝΗ τις ἐστὶ περιστερῶν θηρευτικὴ τοιαύτη. ὅταν τῆς μιᾶς ἐγκρατεῖς γένωνται οἱ τὰ τοιαῦτα σπουδάζοντες· καὶ χειροήθη αὐτὴν, καὶ [5] ὁμότιμον ἀπεργάσωνται, τότε μύρῳ τὰς πτέρυγας αὐτῆς [6] ὑποχρίσαντες, ἐῶσι συναγελασθῆναι ταῖς ἔξωθεν. ἡ δὲ τοῦ μύρου τῇ εὐωδίᾳ τὴν αὐτόνομον ταύτην ἀγέλην τιθασσὸν ποιεῖται τῷ προεμένῳ. πρὸς γὰρ τὰς εὔπνους οὔσας καὶ αἱ λοιπαὶ συνεφέπονταί τε, καὶ εἰσοικίζονται. Τί βουλόμενος ἐντεῦθεν προοιμιάζομαι; ὅτι τὸν υἱὸν Βασίλειον τὸν ποτὲ διογέν.... τῷ θείῳ μύρῳ τὰς τῆς ψυχῆς πτέρυγας διαχρίσας ἐξέπεμψα πρὸς τὴν σὴν σεμνοπρέπειαν. ὥστε καί σε αὐτῷ συναναπτῆναι, καὶ καταλαβεῖν τὴν καλιὰν, ἣν παρ' ἡμῖν ὁ προειρημένος ἐπήξατο. D εἰ ταῦτα γένοιτο, καὶ ἴδοιμι ἐπὶ τῆς ἐμῆς ζωῆς τὴν σὴν εὐγένειαν πρὸς τὸν ὑψηλότερον βίον μετατεθεῖσαν, τὴν χρεωστουμένην παρ' ἐμοῦ τῷ Θεῷ εὐχαριστίαν ἀποπληρώσαιμι.

EPISTOLA III.

Ablabio Antistiti.

ARS quædam est aucupatoria columbarum, ejusmodi. Quando una columba potiti sunt qui hujusmodi rebus student, ipsamque mansuetam & sibi collegam effecerunt; tum ipsam alis unguento perlitam sinunt cum aliis, quæ foris sunt congregari. Quæ quidem unguenti odore harum gregem, quæ jam sui est juris, cicurem quoque efficit ei qui eam dimisit. Ad illas etenim quæ bonum spirant odorem, & reliquæ immigrant simul prosequutæ. Quid mihi volo inde præfatus? Quod nempe filium Basilium quondam .... divino unguento animæ alis delibutum ad colendam reverentiam tuam misi, ut & cum ipso in altum tu convoles; & nidum apprehendas, quem apud nos prædictus sibi compegit. Si hæc fiant, & videre possim, dum vivo, nobilitatem tuam ad excelsiorem vitam transmutatam; debita a me gratiarum actio plenissime Deo poterit præstari.

1. Ἡμιφανεῖς] Licet adsint composita multa nomina a φανὴς τοῦ φανέος; quod ipsum tamen non est in priscis Græcis scriptoribus; attamen hoc ἡμιφανὴς in illis non invenitur. Idem dicendum de διακυβιστάω, & κατασκιρτάω; quæ in ipsis non sunt; recte quidem κυβιστάω, & σκιρτάω. At vero significationes non variant.

2. Ἀγέλη] Enim est vocabulum multitudinis, & ἄλλον ὑπ' ἄλλου est fere heic loco adverbii; seu pro ἀλλήλους.

3. Φιλοτησία] Est profecto propinatio post cœnam benevolentiæ ergo; & invitatio ad potandum. φιλοτησίας προπίνειν Demosth. quod latine, poculis poscere. φιλοτήσιος, res incitans, illecebra ad propinandum. φιλοτήσιος κρατήρ: & τὰ φιλοτήσια sunt τὰ συνουσιαστικά.

4. Τὰ παρὰ σοὶ καλά] Hac loquendi ratione indicare Nyssenus videtur hortos esse Adelphii; sed ex epistola ipsa & ejus sententiis, & ex modo quo illa scribitur; immo eo quia ejusmodi narratio longa domino loci non texeretur, credi id non posset. Dubia res quidem: argumenta satis non adsunt eam dignoscendi. Certum verumque est, Adelphii opera & studio multa in hortis facta: ut in epistola supra enuntiatum est.

5. Καὶ ὁμότιμον ἀπεργάσωνται] Elegantissima, & præcipue venusta Nysseni metaphora, ingenii plena; ac inter eximias Homericas locum digna tenere. Nysseni sensu vox adhibita ejusdem ministerii functionem notat. ὁμότιμος enim est æqualem honorem cum alio habens, honore, vel honoris conditione compar, æqualis. οἱ ὁμότιμοι (homotimi) sunt qui ab honoris æqualitate ita vocantur. Sic Philelph. apud Xenophont. dicti. Ita etiam a Plutarcho Senatores. Hinc consequens est, ut ὁμότιμος sit quoque collega in munere obeundo. Atque hinc columba eisdem officiis fungens cum aucupe, dum aves ad se conscripto E artificio pellicit, ei est ὁμότιμος, homotimos. Idcirco igitur ita a Nysseno subtilissime fuit nuncupata. Nazianz. in Orat. dixit etiam ὁμότιμα τὴν ἀσέβειαν.

6. Ὑποχρίσαντες] Male interpretaretur quis hic ὑποχρίω, ungo sub aliquem locum; ut columbæ subter axillas unguento inungerentur. Recte mehercle: allicerent tunc scilicet eæ volitantes ad se ceteras odore, si ne πτερῶν quidem tum potuissent, aut etiam πτερυγίζειν, volaturire; nedum libere a loco avolare: unguento enim alæ veluti visco corpori inhærescerent. Tum etiam quia odor debiliter efflaret. ὑποχρίω est igitur inungo, ὑπὸ pro *in*; pro qua præpositione non raro, maxime in compositionibus, valet.

EPISTOLA QUARTA.

A

ΕΠΙΣΤΟΛΗ δ'.

Τοῖς ἐπισκόποις.

ΤΡΕΙΣ ἦσαν ἡμέραι αἱ τὸν προφήτην ἐν τῷ κήτει κατέχουσαι. ἀλλ' ὅμως ὁ Ἰωνᾶς ἠκηδίασεν. ἐγὼ δὲ τοσοῦτον χρόνον ἔχω ἐν τοῖς ἀμετανοήτοις Νινευίταις, ἐν τοῖς σπλάγχνοις τοῦ θηρίου κρατούμενος· καὶ οὔπω ἐξεμηθῆναι τῆς ἀχανοῦς ταύτης φάρυγγος ἠδυνήθην. εὔξασθε οὖν τῷ Κυρίῳ πληρωθῆναι τὴν χάριν, ἵνα ἔλθῃ τὸ πρόσταγμα τὸ τῆς συνοχῆς ταύτης ῥυόμενον, καὶ καταλάβω τὴν ἐμαυτοῦ σκηνὴν, καὶ ὑπ' αὐτὴν ἀναπαύσωμαι.

EPISTOLA IV.

Antistitibus.

Dies tres erant, quæ prophetam in cete detinuerunt. Sed tamen Jonas tædio confectus fuit. Ego vero tantum tempus in his nil prorsus pœnitentibus Ninivitis, veluti in feræ visceribus teneor; & nondum potui ab his vastis faucibus evomi. Preces igitur fundite Deo, ut gratia conficiatur, ut veniat edictum quod ex hujusmodi pressubus nos eruat; & meum tabernaculum adsequar ego, & in ipso requiescam.

EPISTOLA QUINTA.

B

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ε'.

Ἀνεπίγραφος.

ΦΕΙΔΟΜΑΙ πολλῶν λόγων, ἐπειδὴ φείδομαι τῶν σῶν καμάτων. ὑπομνήσθητι τῶν σεαυτοῦ. καὶ πάντα ἕξει τῷ φαιδίμῳ καλῶς. τάχους χρεία τῇ χάριτι. μέχρι τούτου ἡμῶν ἡ παράκλησις.

EPISTOLA V.

Quæ sine Inscriptione.

Parco multo sermoni, quoniam tuis laboribus parcere volo. Commonefacito, quæ ad te ipsum spectant; & omnia bene habebunt in illustri posita. Celeritate opus est gratiæ conferendæ. Hactenus nostra adhortatio.

EPISTOLÆ SEXTÆ.

ARGUMENTUM.

Divinarum verum fidei sermones libero animo, & recta mente exceptos aperta intelligentia non carentes præfatur. Rem Christianam ex duobus constare docuisse Christum, tradit; ex doctrina decretorum, & ex parte morali: humani autem generis hostem prima parte quæ præstantior, magis impetere nos; ut periculosior & validior fiat aggressio. Tres subsistentias esse in divina Trinitate re ipsa non vocabulis solum distinctas, ostendit; unam vero naturam, earumque proprietates principes exponit. In Natura Dei monet, quia non perceptibilis ipsa, nec dicto exponenda, nullam inesse separationem aut differentiam; bene tamen has, & ordinem adesse in personis sine confusione. Dictam fidem sacro lavacro consonam esse oportere edocet: existimationemque nostram de hujus fidei rebus cum fide ipsa dicit, (unam ab altera distinguens) congruere bene posse & debere. Denique divinas proprietates enumerat, æquales prorsus singulis personarum eas demonstrans.

C

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ς'.

Ἡρακλειανῷ αἱρετικῷ.

Ο τῆς ὑγιαινούσης πίστεως λόγος τοῖς εὐγνωμόνως τὰς θεοπνεύστους φωνὰς παραδεχομένοις ἐν τῇ ἁπλότητι τὴν ἰσχὺν ἔχει, καὶ οὐδεμιᾶς λόγου περιεννοίας εἰς παράστασιν τῆς ἀληθείας προσδεῖται· αὐτόθεν ὢν ληπτὸς, καὶ σαφὴς ἐκ τῆς πρώτης παραδόσεως, ἣν ἐκ τῆς τοῦ Κυρίου φωνῆς παρελάβομεν ἐν τῷ λουτρῷ τῆς παλιγγενεσίας τὸ τῆς σωτηρίας μυστήριον παραδόντος. πορευθέντες γάρ, φησι, μαθητεύσατε πάντα ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· διδάσκοντες τηρεῖν πάντα ὅσα ἐνετειλάμην ὑμῖν· Διαιρῶν γὰρ εἰς δύο τὴν τῶν Χριστιανῶν πολιτείαν, εἴς τε τὸ ἠθικὸν μέρος, καὶ εἰς τὴν δογμάτων ἀκρίβειαν, τὸ μὲν σωτήριον δόγμα ἐν τῇ τοῦ βαπτίσματος παραδόσει κατησφαλίσατο· τὸν δὲ βίον ἡμῶν διὰ τῆς τηρήσεως τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ κατορθοῦσθαι κελεύει. ἀλλὰ τὸ μὲν κατὰ τὰς ἐντολὰς μέρος, ὡς μικροτέραν φέρον τῇ ψυχῇ τὴν ζημίαν, ἠφείθη παρὰ τοῦ διαβόλου ἀπαρεγχείρητον. ἐπὶ δὲ κυριωτέρου

EPISTOLA VI.

Heracliano Hæretico.

Salubris fidei sermo apud eos, qui recto sensu a divino spiritu proditas voces in simplicitate suscipiunt, vim quidem habet; nullaque indiget orationis intelligentia, ut ejus veritas confirmetur. Cum comprehensibilis se ipso sit, manifestusque ex prima ejus traditione; quam ex Domini voce, cum salutis præbuit mysterium, accepimus in lavacro, in quo iterum generamur: [a] *Euntes*, ait enim, *docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti; docentes servare omnia*
D *quæcumque vobis mandavi*. Etenim in duo dividens Christianæ reipublicæ statum & in moralem partem, & in decretorum accuratam rationem, salutare quidem decretum in traditione baptismatis firmavit; vitam autem nostram præceptorum suorum observatione dirigi præcepit. Attamen ab ea parte quæ est præceptorum, tamquam ab illa quæ animæ minus detrimenti inferre possit, abstinuit prorsus diabolus, nullo eam adortus conatu. Omne ad-

[a] Matth. XXVIII. 19. 20.

SAECUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.



καὶ μείζονος ἡ πᾶσα γέγονε τοῦ ἀντικειμένου σπουδὴ τοῦ παρατραπῆναι τῶν πολλῶν τὰς ψυχὰς εἰς τὸ μὴ δὲ ἔτι διὰ τῶν ἐντολῶν κατορθωθῇ κέρδος εἶναι· τῆς μεγάλης καὶ πρώτης ἐλπίδος ἐν τῇ περὶ τὸ δόγμα πλάνῃ τοῖς ἀπατηθεῖσι μὴ συμπαρούσης. διὰ τοῦτο συμβουλεύομεν, τῆς ἁπλότητος τῶν πρώτων ῥημάτων τῆς πίστεως μὴ ἀποχωρεῖν τοὺς ἀντιποιουμένους τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας· ἀλλὰ παραδεχομένους ἐν τῇ ψυχῇ πατέρα καὶ υἱὸν καὶ πνεῦμα ἅγιον, μὴ μίαν ὑπόστασιν πολυώνυμον εἶναι νομίζειν. οὔτε γὰρ δυνατόν ἐστι τὸν πατέρα ἑαυτοῦ πατέρα λέγεσθαι· μὴ ἀληθῶς ἐξ αὐτοῦ τοῦ υἱοῦ τῷ πατρὶ τὴν κλῆσιν ἐπαληθεύοντος· οὔτε τὸ πνεῦμα ἓν τῶν εἰρημένων εἶναι νομίζειν. ὥστε εἰς πατρὸς ἢ υἱοῦ ἔννοιαν διὰ τῆς τοῦ πνεύματος προσηγορίας ἐνάγεσθαι τὸν ἀκούοντα. ἀλλ' ἰδίως, καὶ ἀποτεταγμένως ἐν ἑκάστῳ τῶν ὀνομάτων συνυπακούεται ἡ ἐνσημαινομένη ταῖς προσηγορίαις ὑπόστασις. καὶ τὸν πατέρα ἀκούσαντες, τὴν τοῦ παντὸς αἰτίαν ἠκούσαμεν· τὸν δὲ υἱὸν μαθόντες, τὴν ἐκ τῆς πρώτης αἰτίας ἀναλάμψασαν δύναμιν εἰς τὴν τοῦ παντὸς σύστασιν ἐδιδάχθημεν· τὸ δὲ πνεῦμα γνόντες τὴν τελειωτικὴν δύναμιν τῶν διὰ κτίσεως εἰς τὸ εἶναι παραδομένων ἐκ τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ υἱοῦ ἐνοήσαμεν. Αἱ μὲν οὖν ὑποστάσεις κατὰ τὸν εἰρημένον τρόπον ἀσυγχύτως ἀπ' ἀλλήλων διακεχωρισμέναι εἰσί· πατρὸς λέγω καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος. ἡ δὲ οὐσία αὐτῶν, ἥ τίς ποτε αὕτη ἐστίν. ἄφραστος γάρ ἐστι λόγῳ, καὶ νοήματι ἄληπτος· εἰς ἑτερότητά τινα φύσεως οὐ διαμερίζεται. διότι τὸ ἀκατάληπτον καὶ ἀπερινόητον καὶ λογισμοῖς ἀπερίδρακτον ἴσον ἐστὶν ἐφ' ἑκάστῳ τῶν ἐν τῇ Τριάδι πεπιστευμένων προσώπων. Ὁ γὰρ ἐρωτηθεὶς τί κατ' οὐσίαν ἐστὶν ὁ πατὴρ; εὐγνωμόνως, καὶ ἀληθῶς ὁμολογήσει τὸ ὑπὲρ γνῶσιν εἶναι τὸ ζητούμενον. ὡσαύτως καὶ περὶ τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ οὐδενὶ λόγῳ τὴν οὐσίαν καταληφθῆναι δυνατὸν εἶναι συνθέσεται. τὴν γὰρ γενεὰν αὐτοῦ φησι, τίς διηγήσεται; ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου τὸ ἴσον τῆς κατὰ τὴν κατάληψιν ἀμηχανίας ὁ τοῦ Κυρίου λόγος ἐνδείκνυται λέγων, ὅτι τῆς μὲν φωνῆς αὐτοῦ ἀκούεις, οὐκ οἶδας δὲ πόθεν ἔρχεται, καὶ ποῦ ὑπάγει. Ἐπειδὴ τοίνυν οὐδεμίαν ἐν τῷ ἀκαταλήπτῳ τῶν τριῶν προσώπων διαφορὰν ἐννοοῦμεν. οὐ γὰρ τὸ μὲν μᾶλλον ἀκατάληπτον, τὸ δὲ ἧττον· ἀλλ' εἷς ἐπὶ τῆς τριάδος ὁ τῆς ἀκαταληψίας λόγος. διὰ τοῦτό φαμεν αὐτῷ τῷ ἀλήπτῳ, καὶ ἀκατανοήτῳ χειραγωγούμενοι, μηδεμίαν τῆς οὐσίας ἐπὶ τῆς ἁγίας τριάδος διαφορὰν ἐξευρίσκειν. ἐκτὸς τῆς τάξεως τῶν προσώπων, καὶ τῆς τῶν ὑποστάσεων ὁμολογίας. τάξις μὲν γάρ ἐστιν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ παραδοθεῖσα καθ' ἣν ἐκ πατρὸς ἡ πίστις ἀρχομένη, διὰ μέσου τοῦ υἱοῦ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον καταλήγει. ἡ δὲ διαφορὰ τῶν προσώπων, αὐτῇ τῇ τάξει τῆς τῶν ἀποστάσεων παραδόσεως φαινομένη, οὐδεμίαν σύγχυσιν ἐμποιεῖ τοῖς δυναμένοις ἐπακολουθεῖν ταῖς σημασίαις τοῦ λόγου. ἰδίαν ἔννοιαν τῆς τοῦ πατρὸς προσηγορίας ἐμφαινούσης. καὶ τοῦ υἱοῦ πάλιν καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἰδίαν. κατ' οὐδένα τρόπον τῶν σημαινομένων ἐν ἀλλήλοις συγχεωμένων. βαπτιζόμεθα τοίνυν ὡς παρελάβομεν εἰς πατέρα καὶ υἱὸν καὶ πνεῦμα ἅγιον. πιστεύομεν δὲ ὡς βαπτιζόμεθα. σύμφωνον γὰρ εἶναι προσήκει τῇ ὁμολογίᾳ τὴν πίστιν. δοξάζομεν δὲ ὡς πιστεύομεν. οὐδὲ γὰρ ἔχει φύσιν μάχεσθαι τῇ πίστει τὴν δόξαν. ἀλλ' εἰς ἃ πιστεύομεν ταῦτα καὶ δοξάζομεν. Ἐπειδὴ τοίνυν εἰς πατέρα καὶ υἱὸν καὶ πνεῦμα ἅγιον ἡ πίστις ἐστίν· ἀκολουθεῖ δὲ ἀλλήλοις ἡ πίστις ἡ δόξα τὸ βάπτισμα, διὰ τοῦτο καὶ ἡ δό-

versarii studium, multorum pervertendi animas, in principaliori meliorique parte praestitum est; ut ne id quidem, si quidquam praeceptis recte geratur, sit lucrum; cum magna & prima spes non amplius in seductis errore circa decreta inesse possit. Consilium propterea praebemus, ne a simplicitate primorum verborum fidei quidquam abscedant ii, qui pro sua agunt salute; sed ut in anima quidem suscipientes Patrem & Filium & Spiritum sanctum, non unam hypostasim multorum nominum esse existiment: neque enim fieri potest Patrem sui ipsius Patrem dici; cum non vere Patri cognomentum, qui sit sui Filius, verum efficiat: neque ut existiment, Spiritum unam rem esse ex praedictis, ita ut in Patris aut Filii cognitionem per Spiritus appellationem, qui audiat, inducatur. At vero proprie, ac stata certaque ratione in singulis nominum una simul inauditur significata in appellationibus Hypostasis; Patreque audito, omnium caussam audivimus; Filium autem discentes, ex prima caussa refulgentem potestatem ad universi constitutionem edocti sumus; Spiritu vero cognito; perfectricem facultatem eorum quae per creationem a Patre per Filium in exsistentiam tradita sunt, intelleximus. Subsistentiae igitur juxta dictum modum inconfuse invicem separatae sunt, Patris, dico, & Filii, & sancti Spiritus. Essentia autem ipsorum quaecumque ipsa umquam sit, (dicto enim dici nequit, intelligentiaque est incomprehensa) in diversitatem aliquam naturae nullo pacto dispertitur. Quapropter quod incomprehensum est ac mente non perceptum, & quod ratiocinationibus circumplecti nequimus, aequale est in singulis personarum in Trinitate creditarum. Interrogatus enim, quid sit secundum essentiam Pater; recta sententia & vere fatebitur quaestium esse, quod est supra notionem. Tantumdem is & de unigenito Filio non fieri posse, ut ulla ratione essentia comprehendatur, constituet. [a] *Generationem* enim *ejus*, ait, *quis enarrabit?* Perinde vero & de Spiritu sancto aequalitatem inopiae secundum comprehensionem Domini sermo commonstrat, dicens, quod [b] *vocem ipsius audis; unde autem venit & quo deducit, non noscis.* Proinde igitur nullum discrimen in eo, quod est trium personarum incomprehensum, intelligimus. Non enim alterum quidem magis incomprehensum est, alterum vero minus; at una prorsus incomprehensae rei ratio in Trinitate. Propterea dicimus, eo quod percipi nequit, menteque nullo pacto intelligi, nos manu deducente; nullam essentiae in sancta Trinitate adinvenire nos differentiam; praeter tamen ordinem personarum, & subsistentiarum confessionem. Nam certus quidam ordo in Evangelio proditus est, juxta quem ex Patre fides incipiens per intermedium Filium in Spiritum sanctum desinit. Differentia autem personarum ipso illo tradito ordine distantiarum apparens, nullam prorsus confusionem efficit iis, qui sermonis insequi possunt significationes; suam propriam intelligentiam Patris appellatione patefaciente, Filiique rursus, & Spiritus sancti propriam; secundum nullum prorsus modum significatarum rerum invicem confusorum. Baptizamur igitur, veluti accepimus, per Patrem & Filium & Spiritum sanctum; credimus autem, veluti baptizamur. Consonam enim esse addecet confessioni fidem. Sentimus vero uti credimus. Non enim naturam habet opinio cum fide pugnare. Sed in quae credimus, haec & sentimus. Quoniam igitur in Patrem & Filium & Spiritum sanctum fides est; insequuntur autem se mutuo fides, opinio, Baptisma: propter hoc & opinio non secernitur, ea quae de Patre est, ea quae de Filio, & ea quae de Spiritu sancto. Haec vere existimatio,

a Isa. LIII. 8. b Joan. III. 8.

ξα οὐ διακρίνεται ἡ πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος. Αὕτη δὲ ἡ δόξα ἣν ἀναπέμπομεν τῇ ἰδίᾳ φύσει οὐδὲν ἄλλό ἐστιν, ἀλλ' ἢ τῶν προσόντων τῇ μεγαλειότητι τῆς θείας φύσεως ἀγαθῶν ὁμολογία. οὐ γὰρ ἐξ ἡμετέρας δυνάμεως τιμὴν προστίθεμεν τῇ ἀτιμήτῳ φύσει. ἀλλὰ τὰ προσόντα ὁμολογήσαντες τὴν τιμὴν πληρώσαμεν. ἐπεὶ οὖν πρόσεστιν ἑκάστῳ τῶν ἐν τῇ ἁγίᾳ τριάδι πιστευομένων προσώπων ἀφθαρσία· ἀϊδιότης· ἀθανασία· ἀγαθότης· δύναμις· ἁγιασμός· σοφία· πᾶν νόημα μεγαλοπρεπές τι καὶ ὑψηλὸν ἐν τῷ λέγειν τὰ προσόντα ἀγαθὰ, τούτῳ τῆς δόξης ποιούμεθα τὴν ἀπόδοσιν. καὶ ἐπεὶ πάντα μὲν τὰ τοῦ πατρὸς ὁ υἱὸς ἔχει, πάντα δὲ τὰ τοῦ υἱοῦ ἀγαθὰ ἐνθεωρεῖται τῷ πνεύματι, οὐδεμίαν εὑρίσκομεν ἐν τῇ ἁγίᾳ τριάδι κατὰ τοῦ ὕψους τῆς δόξης πρὸς ἑαυτὴν διαφοράν. οὔτε γὰρ κατά τινα σωματικὴν σύγκρισιν, τὸ μὲν ὑψηλότερόν ἐστι, τὸ δὲ ταπεινότερον· τὸ γὰρ ἀόρατον, καὶ ἀσχημάτιστον μέτρῳ οὐ καταλαμβάνεται. οὔτε κατὰ δύναμιν ἢ ἀγαθότητα τὸ διάφορον συγκριτικῶς ἐπὶ τῆς ἁγίας τριάδος εὑρίσκεται. ὡς εἰπεῖν παρὰ τὸ πλεῖον καὶ ἔλαττον εἶναι ἐν τούτοις παραλλαγήν. Ὁ γὰρ ἰσχυρότερον τὸ ἓν τοῦ ἑτέρου εἰπὼν, κατὰ τὸ σιωπώμενον ὡμολόγησε τὸ ἐλαττούμενον ἐν τῇ δυνάμει ἀσθενέστερον εἶναι τοῦ δυνατωτέρου. Τοῦτο δὲ τῆς ἐσχάτης ἀσεβείας ἐστίν· ἔμφασίν τινα ἀσθενείας ἢ ἀδυναμίαν εἴτε ἐν ὀλίγῳ εἴτε ἐν πλείονι περὶ τὸν μονογενῆ Θεὸν, καὶ περὶ τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ ἐννοεῖν. τέλειον γὰρ ἐν δυνάμει καὶ ἀγαθότητι καὶ ἀφθαρσίᾳ καὶ πᾶσι τοῖς ὑψηλοῖς νοήμασι, καὶ τὸν υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα ὁ τῆς ἀληθείας παραδίδωσι λόγος. εἰ οὖν παντὸς ἀγαθοῦ ἡ τελειότης ἑκάστῳ τῶν ἐν τῇ ἁγίᾳ τριάδι πιστευομένων προσώπων εὐσεβῶς ὁμολογεῖται, οὐκ ἔχει φύσιν τὸ αὐτὸ καὶ τέλειον, καὶ πάλιν διὰ συγκρίσεως ἀτελὲς ὀνομάζειν. τὸ γὰρ ἔλαττον κατὰ τὸ μέγεθος τῆς δυνάμεως ἤτοι τῆς ἀγαθότητος οὐδὲν ἄλλό ἐστιν, ἢ ἀτελὲς εἶναι κατὰ τοῦτο διϊσχυρίζεσθαι. εἰ οὖν τέλειος ὁ υἱὸς, τέλειον καὶ τὸ πνεῦμα, τελείου τέλειον, οὔτε ἀτελέστερον οὔτε τελειότερον ἐπινοεῖ ὁ λόγος· ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν ἐνεργειῶν τὸ ἀδιαίρετον τῆς δόξης καταμανθάνομεν. ζωοποιεῖ ὁ πατὴρ καθὼς ἔφη τὸ εὐαγγέλιον· ζωοποιεῖ καὶ ὁ υἱὸς· ζωοποιεῖ δὲ καὶ τὸ πνεῦμα κατὰ τὴν τοῦ κυρίου μαρτυρίαν τοῦ εἰπόντος, ὅτι τὸ πνεῦμά ἐστι τὸ ζωοποιοῦν. Προσήκει οὖν δύναμιν ἐκ πατρὸς ἀρχομένην, καὶ δι' υἱοῦ προϊοῦσαν, καὶ ἐν πνεύματι ἁγίῳ τελειουμένην νοεῖν. ἐμάθομεν γὰρ πάντα ἐκ Θεοῦ εἶναι καὶ πάντα διὰ τοῦ μονογενοῦς, [1] καὶ ἐν αὐτῷ συνεστάναι. καὶ διὰ πάντων διήκειν τὴν τοῦ πατρὸς δύναμιν, πάντα ἐν πᾶσι καθὼς βούλεται ἐνεργοῦσαν, ὥς φησιν ὁ Ἀπόστολος.

A quam propriæ naturæ referimus, nil aliud est, præter quam bonorum quæ in majestate sunt divinæ naturæ, confessio. Non enim ex nostra facultate honorem apponimus inhonoratæ naturæ: at ea quæ profecto adsunt profitentes, honorem elargimur. Quoniam igitur inest singulis in sancta Trinitate creditarum personarum incorruptibilitas, æternitas, immortalitas, bonitas, potestas, sanctitas, sapientia, omnis intelligentia; magnificaque & excelsa, dum hæc bona quæ insunt, dicuntur: idcirco existimationis hujusmodi efficimur ipsis præbitores. Et quoniam omnia quidem quæ Patris sunt, habet Filius; omnia autem Filii bona in Spiritu inspiciuntur: nullam in sancta Trinitate, secundum celsitudinem existimatio- B nis, differentiam mutuo inter ipsam comperimus. Non enim secundum corpoream quamdam comparationem alterum quidem procerius est, alterum vero humilius. Quod enim cerni nequit omnisque expers est figuræ, dimensione non comprehenditur. Neque secundum potestatem, aut bonitatem, quidquam differens comparate in sancta Trinitate comperitur; ut dicatur juxta plus, & minus in ipsis esse varietatem. Qui enim potentius unum altero dicat; tacite fassus est id quod in potestate minus est, imbecillius infirmiusque esse potentiori. Hoc autem extremæ est impietatis; indicium aliquod imbecillitatis, aut impotentiam, sive in parva, sive in majori re in unice genito Deo, & in Spiritu C Dei, mente cogitare. Perfectum enim in potestate, & bonitate, & incorruptibilitate, & in omnibus præcelsis intelligentiis & Filium, & Spiritum, sermo veritatis prodit. Si igitur omnis boni perfectionem in singulis in sancta Trinitate creditarum personarum pie profitentur omnes; non habet naturam res eadem, ut & perfecta dicatur, & rursus comparate imperfecta nominetur. Nam minus juxta ad magnitudinem potestatis aut bonitatis, nihil aliud est, ac asseveranter esse affirmatum, juxta hoc esse imperfectum. Si igitur perfectus Filius, perfectus & Spiritus: perfecti perfectum, neque imperfectius, neque perfectius cogitat ratio. Sed & etiam ex potestatibus efficiendi indivisionem plane perdiscimus D opinionis. *Vivificat Pater*, veluti ait Evangelium [a]; *vivificat & Filius*: vivificat autem & Spiritus, juxta Domini testimonium dicentis, quod [b] *Spiritus est vivificans*. Addecet igitur potestatem ex Patre incipientem, & per Filium prodeuntem, ac in Spiritu sancto tandem perfectam intelligere. Didicimus enim omnia ex Deo esse, & omnia per Unigenitum, & in ipso Unigenito subsistere; perque omnia Patris pervadere potestatem, omnia in omnibus, prout vult, operantem, veluti dicit Apostolus [c].

a Joan. V. 21. b Joan. VI. 63. c I. Cor. XII. 6. Ephes. I. 11.

1. Καὶ ἐν τῷ συνεστάναι] Συνιστάναι, seu συνεστακέναι vere esse deberet: & posset etiam esse συστῆσαι, aut συστῆναι; sed hæc duo longius distant a codicis verbo. Occurrimus tamen aliquando, licet valde raro τῷ συνεστάναι; quod erit κατὰ συγκοπὴν a τῷ συνεστακέναι: sic συνεστάναι τὸ ζήτημα dicitur; idest quæstionem, seu controversiam consistere, subsistere, cum in judicium potest ipsa deduci.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

EPISTOLÆ SEPTIMÆ

ARGUMENTUM.

Martyrii desiderium, Deo juvante, prospere cedere tradit, & Deum illi obsecundare. Amphilochium hortatur, ut idoneos opifices ad se mittat pro opere cujusdam Sacelli, quod moliebatur, faciundo. Operis idcirco ichnographiam & structuram universam accurate describit; dimensionesque omnes & intervalla fornicum, & ædificii strobilum seu testudinem, & muri circumducti crassitudinem. Deinceps significat opificum operas præstandas in poliendis lapidibus, marmoribus & columnis: & lignorum penuriam subjicit, qua adigi se ad adhibendam lapidum materiem: neque aliam figulinam materiam, quam testaceam sibi præsto esse: sæpeque monet mercenarios homines benignos in mercede paciscenda, & parvum pretium operi facientes sibi opus esse, ob nummariam in qua erat, difficultatem. De introitus etiam, & januarum ædificatione ac delineatione; tum de peristylio quadraginta columnarum quædam subnectit. Tandem si minutam omnium subduxerit rationem, pecuniæ inopiam excusat.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ζ. A

Ἀμφιλοχίῳ.

Ἤδη μοι πέπεισμαι κατορθώσασθαι κατὰ Θεοῦ χάριν τὴν ἐπὶ τῷ [a] μαρτυρίῳ σπουδήν. θελήσειας· πέρας τὸ σπουδαζόμενον ἕξει τῇ δυνάμει τοῦ Θεοῦ, ἔργον ποιεῖσθαι δυναμένου τὸν λόγον, ἢ ἂν εἴπῃ. ἐπειδὴ καθώς φησιν ὁ Ἀπόστολος, ὁ ἐναρξάμενος ἔργον ἀγαθὸν, καὶ ἐπιτελέσει. Παρακλήθητι καὶ ἐν τούτῳ μιμητὴς [1] γεγενέσθαι τοῦ μεγάλου Παύλου· καὶ εἰς ἔργον ἡμῖν προαγαγεῖν τὰς ἐλπίδας. καὶ τεχνίτας ἡμῖν τοσούτους πέμψαι, ὥστε ἱκανοὺς πρὸς τὸ ἔργον εἶναι. γένοιτο δ' ἂν ἐκ συλλογισμοῦ τῇ τελειότητί σου γνώριμον, εἰς ὅσον μέ- B τρον ἅπαν τὸ ἔργον συλλογισθήσεται. οὗ χάριν φανερόν σοι ποιῆσαι πειράσομαι πᾶσαν τὴν κατασκευὴν διὰ τῆς τοῦ λόγου γραφῆς. Σταυρός ἐστι τοῦ εὐκτηρίου τὸ σχῆμα τέσσαρσι, ὡς εἰκὸς, οἴκοις ἁπανταχόθεν ἀναπληρούμενος. ἀλλὰ καταλαμβάνουσιν ἀλλήλας αἱ συμβολαὶ τῶν οἴκων, ὥσπερ ὁρῶμεν πανταχοῦ ἐν τῷ σταυροειδεῖ τύπῳ γενόμενον, ἀλλ' ἔγκειται τῷ σταυρῷ κύκλος ὀκτὼ γωνίαις διειλημμένος. κύκλον δὲ διὰ τὸ περιφερὲς ὠνόμασα τὸ ὀκτάγωνον σχῆμα. ὥστε τὰς δύο τοῦ ὀκταγώνου πλευρὰς, τὰς ἐκ διαμέτρου ἀλλήλαις ἀντικειμένας, δι' ἀψίδων τοῖς τετραχῆ παρακειμένοις οἴκοις τὸν ἐν τῷ μέσῳ συνάπτειν κύκλον, αἱ δὲ ἄλλαι τέσσαρες τοῦ ὀκταγώνου πλευραὶ, αἱ μεταξὺ τῶν τετραγώνων οἴκων διήκουσαι, C οὐδὲ αὐταὶ κατὰ τὸ συνεχὲς εἰς οἴκους ἀποταθήσονται· ἀλλ' ἑκάστῃ τούτων ἡμικύκλιον περικείσεται [2] κογχλοειδῶς κατὰ τὸ ἄνω περὶ ἀψίδος ἀνα-

EPISTOLA VII.

Amphilochio.

Jam persuasus sum per Dei gratiam recte cessurum martyrii studium. O utinam velles! finem expetitum illud habebit, Dei potentia; qui potest, ubi loquatur, sermonem efficere opus: quandoquidem, veluti dicit Apostolus [a], *qui incipit opus bonum, illud etiam conficiet*. Exciare autem ut & in hac re quoque imitator fias magni Paulli: utque in opus nobis spes provehas: artificesque nobis tot mitte, ut ad opus sint idonei. Fiat autem ex computatione perfectioni tuæ notum, quantam dimensionem universum opus computabitur. Cujus gratia structuram omnem orationis descriptione tibi manifestam facere conabor. Crux est sacelli figura, quatuor, uti oportet, ædibus ex omni parte repleta. At comprehendunt se se mutuo ædium nexus, quemadmodum in cruciformi figura ubique factum videmus. Cruci autem circulus octo angulis interceptus injicitur. Et circulum propter circumferentiam, octogonon nominavi figuram; ita ut bina octogoni latera mutuo contra per diametrum jacentia, per fornicum curvaturas circulum ipsis in quatuor partes adjacentibus ædibus in medio connectant. Alia vero quatuor octogoni latera inter quadratas ædes pertinentia, non ipsa quidem continenter in ædes protendentur: verum in singulis ipsarum hemicyclium circumjacebit conchiformi figura sursum versus circa fornicis perimetrum desinens: ut & octo sint fornices omnes, per quos ipsæ mutuo quadratæ ædes,

a Philipp. I. 6.

1. Γεγενέσθαι] Fortasse γενέσθαι. Nam τὸ γεγενέσθαι non adest.

2. Κογχλοειδῶς ἡμικύκλιον περικείσεται] Τῷ κογχοειδῶς, vel κοχλοειδῶς, emendanda vox hæc est; diversa autem significant hæc duo vocabula; si de propria loquamur dictionis significatione. Etenim omnino diversa res est ὁ κόγχος concha; quam ὁ κόχλος cochlea. Sed Hesychio idem indicare posse visum fuit propter figuræ, opinor, similitudinem nonnullam. Cochlea proprie est testa limacis: & μετωνυμικῶς limax ipse. Concha vero est conchylium: sicuti purpura, murex, ostreum, κόγχος, κογχύλιον, πορφύρα, ὄστρεον: piscium genera sunt, qui scabram, asperam, & ideo firmiorem testam habent. Utrumque autem animal tortili forma est, & turbinata, gyris quibusdam inductum, etsi dissimiliter. Hinc cochlea est unum ex præcipuis instrumentis mechanicis virium momento aptum. Vitruvi. lib. 6. Item instrumentum aquas hauriendi; quod barbare pompa a Græca voce accepta vocaretur. Non est autem idem, atque illud, quod antliam nominant recenti invento excogitatum. Tandem & est ostii genus tortuosum, & oblique flexum ita nuncupatum. Var. de R. R. lib. 3. Profecto diversitas verbi vel ex proverbio κόγχην διελεῖν evidenter cognoscitur; de quo sermo est apud eumdem Hesychium, & Suidam: concha enim unica testa voluminibus quibusdam circumvolutis constans, non tam facile in duas partes diffringetur, aut etiam discludetur; secus cochlea, quæ duabus veluti scutulis concluditur; quæ facili negotio divelluntur. Sicut quoque ex illo κόγ- D χης ἄξιον, pro οὐδενὸς ἄξιον, ἀτελές. Sed non solum Hesychius eodem sensu utramque vocem sumendam censuit; verum & vulgo Scriptores ceteri promiscue usi sunt, veluti ostendunt, quæ adfert Stephanus. Uno verbo: Cochlea est terrea concha; & Concha cochlea marina; propter similitudinem formæ: animalis enim genus dubio, & controversia procul est varium. Utraque vero ad Vas in eum modum cavum, & scutulatum notandum accipitur. Hoc

a Μαρτυρίῳ] Hanc vocem interpres pro *martyrio* stricte sumto accepit, ut ex argumento quod epistolæ præposuit, compertum fit. Aliter tamen suadere videtur contextus. Nimirum, mea quidem sententia, loquitur heic Nyssenus se *templo* sive *sacello* construendo. Sub hac enim acceptione vocem μαρτύριον sumi haud infrequenter apud Græcos ecclesiæ scriptores, nihil certius. Chrysostomus tom. I. ad pop. Antiocheno. Ὁ δεῖνα εἰς μαρτύριον ἀπεδήμησεν, *ad Martyrium peregrinatus est*. Neque aliter Latini. Vide sis Svicerum in *Thes. eccl.* v. Μαρτύριον IV. tom. II. pag. 319.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.



παυόμενον. ὥστε ὀκτὼ γενέσθαι ἀψῖδας τὰς πάσας, δι' ὧν ἐκ παραλλήλου τὰ τετράγωνά τε καὶ ἡμικύκλια πρὸς τὸ μέσον τὴν συνάφειαν ἔχει. ἔσωθεν δὲ τῶν διαγωνίων πεσσῶν ἰσάριθμοι παραστήσονται κίονες, διὰ κοσμίας τε καὶ ἰσχύος χάριν. ἀνέξουσι δὲ καὶ οὗτοι ὑπὲρ ἑαυτῶν ἀψῖδας ταῖς ἔνδοθεν δι' ἴσου συγκατεσκευασμένας. ἄνω δὲ τῶν ὀκτὼ τούτων ἀψίδων διὰ τὴν συμμετρίαν τῶν ὑπερκειμένων θυρίδων, ὁ ὀκτάγωνος οἶκος ἐπὶ τέσσαρας αὐξηθήσεται πήχεις. τὸ δὲ ἀπ' ἐκείνου [1] στρόβιλος ἔσται κωνοειδὴς, τῆς εἰλήσεως τὸ σχῆμα τοῦ ὀρόφου ἐκ πλατέος εἰς ὀξὺν σφῆνα κατακλειούσης. διάστημα [2] δὲ κάτω τὸ πλάτος ἑκάστου τῶν τετραγώνων οἴκων ὀκτὼ πήχεσιν ἔσαι· ἡμιολίῳ δὲ πλέονα εἰς τὸ μῆκος. ὕψος δὲ ὅσον ἡ ἀναλογία τοῦ πλάτους βούλεται. τοσοῦτον ἔσται καὶ ἐπὶ ἡμικυκλίων. ὡσαύτως ὅλον μὲν εἰς ὀκτὼ πήχεις τὸ μεταξὺ τῶν πεσσῶν διαμετρεῖται. ὅσον δὲ δώσει ἡ τοῦ διαβήτου περιγραφὴ ἐν τῷ μέσῳ τῆς πλευρᾶς πηγνυμένου τοῦ κέντρου, καὶ ἐπὶ τὸ ἄκρον αὐτῆς διαβαίνοντος, τοσοῦτον πλάτος ἕξει. τὸ δὲ ὕψος ἡ ἀναλογία τοῦ πλάτους καὶ ἐπὶ τούτων ποιήσει. Τὸ δὲ τοῦ τοίχου βάθος [3] ἔσωθεν τῶν κατὰ τὸ ἐντὸς μεμετρημένων διάστημα τῶν τριῶν ποδῶν, ὅλον περιδραμεῖται τὸ ἔργον. Ταῦτά σου τῆς ἀγαθότητος κατὰ σπουδῆς [4] κατηλήρασα τοῦτον ἔχων σκοπὸν, ὥστέ σε διά τε τοῦ βάθους τῶν τοίχων, καὶ διὰ τῶν ἐν μέσῳ διαστημάτων ἐπιγνῶναι δι' ἀκριβείας εἰς ὅ,τι κεφαλαίου τὸ μέτρον ὁ τῶν ποδῶν ἀριθμός. διότι περιδέξιός ἐστί σοι πάντων ἡ φρόνησις, ὅπουπερ ἂν θέλῃς, ἐν ἐκείνῳ κατὰ Θεοῦ χάριν ὁδευομένη. καὶ δυνατὸν ἔσται σοι διὰ τῆς κατὰ λεπτὸν συναριθμήσεως, ἐπιγνῶναι τὸ συναθροιζόμενον ἐκ πάντων κεφάλαιον, ὡς μήτε πλείονας, μήτε ἐνδέοντας τῆς χρείας ἡμῖν τοὺς οἰκοδόμους ἐκπέμψαι. τούτου δὲ μάλιστα παρακλήθητι πολλὴν ποιήσασθαι τὴν φροντίδα, ὡς εἶναί τινας ἐξ αὐτῶν καὶ τὴν ἀνυπόστατον εἴλησιν ἐπισταμένους. ἔμαθον γὰρ ὅτι τοιοῦτο γινόμενον μονιμώτερόν ἐστι τοῦ ἐπαναπαυομένου τοῖς ὑπερείδουσιν. ἡ γὰρ τῶν ξύλων σπάνις εἰς ταύτην ἄγει ἡμᾶς τὴν ἐπίνοιαν, ὥστε λίθοις ἐρέψαι τὸ οἰκοδόμημα ὅλον· διὰ τὸ μὴ παρεῖναι τοῖς τόποις ἐρέψιμον ὕλην. πεπείσθω δὲ ἡ

A & hemicyclia ad medium habeant contiguitatem. Interiori parte vero laterum diagonalium quadratorum æquales numero adstabunt columnæ, ornamenti & roboris gratia. Sustinebunt autem & ipsæ super se fornices, æque atque ii qui intus, constructos. Supra hos autem octo fornices proportione superinjectis fenestris, octogona domus ad quatuor cubitos excrescet: ex ea vero exstabit turbo conoides, figuram habens involutionis tecti ex lato in acutum cuneum occlusæ. Distantiæ vero singularum quadratarum ædium octo cubitis deorsum latitudine erunt: sesquialteræ vero majores in longitudinem: altitudo autem, quantum postulat latitudinis proportio, fiet: tantumque erunt etiam pro semicir-
B culis. Simili ratione quidem octo cubitorum mensura erit totius intermedii laterum quadratorum. Quantum autem dabit circumscriptio circini, in lateris medio fixi centro, & ad ipsius summum permeantis: tantum latitudo eorum habebit. Altitudinem autem in his etiam proportio latitudinis efficiet. Muri vero profunditas per intervallum trium pedum intus demensorum opus totum circum intrinsecus percurret. Hæc bonitati tuæ studio denugatus sum, hunc habens scopum, ut tu & per murorum altitudinem, & per ea quæ intermedia sunt, intervalla sedulo agnosceres, cujus mensuræ summæ numerus sit pedum: quapropter rerum omnium cura tibi, ubi velis, Dei gratia recte modo cedit in ne-
C gotio illo: & possibile tibi erit per minutam connumerationem adgnoscere collectam ex rebus omnibus summam: ita ut neque majores neque minores, quam opus, nobis mittas ædificatores. In eo autem maxime exhortatum te esse velim, ut multa præstetur cura, ut sint quidam ex ipsis, qui opus etiam involutionum substructura carentium sciant. Didici enim, hujusmodi opus solidius esse, quam illud quod in materiis suffulcientibus requiescit. Lignorum vero penuria in hanc nos adduxit cogitationem ut saxis ædificium contegatur totum; propterea quod non adest his locis contignationis materia. Persuadeatur autem verax anima tua, quod heic quidam triginta mihi constituerunt artifices in aureum pro ope-

D

in loco igitur utrolibet modo legi posset; sed convenientiori ad rem ratione, totius ædificii τῇ κατασκευῇ, & forma spectata, prout Nyssenus describit; satius est deligere τὸ κογχοειδῶς. Unius autem litteræ mutatio in Græco scripto utrovis modo est facienda.

1. Τὸ δὲ ἀπὸ ἐκείνου στρόβιλος ἔσται κωνοειδής] Στρόβιλος, idem ac στρόβος; est vortex. Quare procella venti vorticosa, seu vortex venti ita dicitur; qui etiam λαίλαψ. Aristotel. de mundo λαίλαψ δὲ καὶ στρόβιλος πνεῦμα εἰλούμενον κάτωθεν ἄνω. Est etiam turbo, quem Coni figura ferrum in vertice præacutum habentem scutica pueri a vertice cis ferrum involuunt, & in aera ita involutum manu retro acta ejaculantur; qui fune displicatus, ferri acie in puncto fixa jugiter persistente, quamcitissime constanter æquo motu circumagitur. Trochum autem numquam significare potest στρόβιλος; si suo proprio sensu trochus accipiatur; qui non est, ut sit trochus turbo; sed rota, aut quodvis aliud instrumentum figura rotæ tornatum. Probat hæc evidenter ipsa figuræ ratio, quia στρόβιλος aliquid esse debet κωνοειδὴς, formam nimirum gerens Coni; quæ in fastigium convolvatur a rotunditate in verticem exacuata: οἱ τροχοὶ vero, & quæ τῷ τροχῷ similia sunt, rotunditate necessario prædita esse debent. Hallucinantur igitur οἱ λεξικόγραφοι (neque hoc errore immunis est & ipse Stephanus) cum unum cum altero perperam commiscent. Ubi vero de denominationibus rerum a figuris acceptis agitur, difficillimum, & rarissimum est mutationes effici; aut κατὰ μετωνυμίαν quidquam dici; uti noverint docti. Ab horum autem forma στρόβιλος dicitur nux pinea, quæ & κῶνος etiam vocatur; & nuclei ipsi nucis pineæ; immo & ipsa arbor pinus. Inde factum est tandem, ut vox ad architecturam etiam transmearet; notatque incurvum opus, & concameratum, sed Coni, seu turbinis figuram præseferens. Hoc sensu hic accipitur, & profertur a Nysseno; vertendusque est juxta nuper dicta περὶ στροβίλου, turbo; qui eadem ratione ad res architectonicas designandas traducitur. Potuisset etiam sumi pro interpretatione nux pinea; sed elegantius, & rotundius vox una id quidem præstabat. Στρόμβος vero idem valet, ac στρόβος, seu στρόβιλος; quæ omnia significare etiam possunt conchæ genus, seu cochleam; uti ex Hesychio noscimus; ob figuræ similitudinem. Scholiastes enim Nicandri ait vers. 393. Alexipharmac. τὸν στρόμβον ἔλεγον οἱ ἀρχαῖοι ὄστρακον τῶν κογχυλίων, οἷς καὶ ἠχρῶντο ἀντὶ σάλπιγγος. Et est illud Virgilii: *dum personat æquora concha*.

2. Διάστημα δὲ κάτω τὸ πλάτος] Διαστ est in Græco codice. At vox Græca minime ea est. Erit igitur vox διαστήματα ἀπὸ τοῦ διάστημα supplenda, plurali numero; cum adsit infra ἡμιολίῳ δὲ πλέονα εἰς τὸ μῆκος. Et coniicien-
E dum, τὴν περισπωμένην προσῳδίαν non nisi indicium esse a notario inductum, vocem illam per notam scriptam fuisse (codex enim hic noster emendatissimus nam προπαροξύτονον est τὸ διάστημα.

3. Τὸ δὲ τοῦ τοίχου βάθος] Βάθος profunditatem vertimus; est autem crassitudo muri. Non vero me latet longe latinius dici profundum, quam profunditas: at id verum erit cum fundum dicitur; non quando altitudo dimensionis. Et vocabula artium religiose sunt servanda. Qua de re omnia retinuimus in architectura descripti hujus ἀκριβείᾳ in hac epistola.

4. Κατηλήρασα τοῦτον ἔχων σκοπόν] Si ita habet codex (quam conditionem in quavis emendatione effectam monemus: sed ita semper fuisse non dubitandum; nam tum ἀκριβὴς, cum fide certissimus homo est Cocchius, qui dixit: nos autem omnia singillatim conferre nostris oculis non potuimus;) emendandus locus est τῷ κατηλήρασας ἔχων; vel κατηλήρασα ἔχων.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

ἀψευδής σου ψυχή, ὅτι τῶν ἐνταῦθά τινες τεσσαράκοντά μοι τεχνίτας συνέθεντο εἰς τὸν χρύσινον ἐπὶ τῷ τετραπεδικῷ ἔργῳ, δηλαδὴ καὶ τῆς τε τυπωμένης τροφῆς τῷ χρυσίνῳ ἀκολουθούσης. Ἡμῖν δὲ ἡ τοιαύτη τῶν λίθων οὐ πάρεστιν, ἀλλ' ὀστρακίνη [1] πλίνθος ὕλη τοῦ οἰκοδομήματος ἔσται, καὶ οἱ περιτυχόντες λίθοι. ὡς μὴ εἶναι αὐτοῖς ἀνάγκην τρίβειν τὸν χρόνον ἐν τῷ τὰ μέτωπα τῶν λίθων συγχέειν ἐναρμονίως πρὸς ἄλληλα. Ἐγὼ δὲ κατὰ τὴν τέχνην [2] κατὰ τὴν περὶ τὸν μισθὸν εὐγνωμοσύνην, ἐπίσταμαι τοὺς αὐτόθεν κρείττους εἶναι τῶν ἐνταῦθα κατεμπορευομένων τῆς χρείας ἡμῶν. Τὸ δὲ τῶν λαοξόων ἔργον οὐ μόνον ἐν τοῖς κίοσίν ἐστι τοῖς ὀκτὼ οὓς χρὴ αὐτοὺς τῷ καλλωπισμῷ βελτιῶσαι, ἀλλὰ βωμοειδεῖς σπείρας ἀπαιτεῖ τὸ ἔργον· καὶ κεφαλίδας διαγλύφους κατὰ τὸ Κορίνθιον εἶδος. καὶ εἴσοδος ἐκ μαρμάρων τῷ καθήκοντι κόσμῳ κατειργασμένων. καθυπερκείμενα τούτων θυρώματα τοιαύταις γραφαῖς τισι, καθὼς ἔθος ἐστὶν εἰς κάλλος κατὰ τὴν τοῦ γεισίου προβολὴν ἐξησκημέναις. ὧν πάντων αἱ μὲν ὕλαι δῆλον ὅτι παρ' ἡμῶν πορισθήσονται, τὸ δὲ ἐπὶ τῇ ὕλῃ εἶδος ἡ τέχνη δώσει. πρὸς τούτοις δὲ καὶ κατὰ τὸ περίστῳον κίονες οὐχ ἥττους ὄντες τῶν τεσσαράκοντα. λαοξικὸν ἔργον καὶ οὗτοι πάντως εἰσίν. Εἰ τοίνυν ἐνέφηνεν ὁ λόγος δι' ἀκριβείας τὸ ἔργον, δυνατὸν ἂν γένοιτό σου τῇ ὁσιότητι κατιδούσῃ τὴν χρείαν, διὰ πάντων ἡμῖν παρασχεῖν τὸ ἐπὶ τοῖς τεχνίταις ἀμέριμνον. εἰ δὲ μέλλοιτο πρὸς ἡμῶν ὁ τεχνίτης συντίθεσθαι, προκείσθω εἴπερ οἷόν τε φανερὸν μέτρον τοῦ ἔργου τῇ ἡμέρᾳ. ἵνα μὴ ἄπρακτος παρελθὼν τὸν χρόνον, μετὰ ταῦτα μὴ ἔχων ἐπιδεῖξαι τὸ ἔργον, ὡς τοσαύτας ἡμέρας ἡμῖν ἐργασάμενος τὸν ὑπὲρ αὐτῶν μισθὸν ἀπαιτῇ. Οἶδα δὲ ὅτι [3] μικρολόγοι τινὲς τοῖς πολλοῖς δόξομεν, οὕτω περὶ τὰς συνθήκας διακριβούμενοι. ἀλλὰ παρακλήθητι συγγνώμην ἔχειν. ὁ γὰρ μαμωνᾶς ἐκεῖνος πολλὰ πολλάκις παρ' ἡμῶν ἀκούσας κακῶς, τέλος ἀπῴκησεν ἑαυτὸν ἡμῶν ὡς πορρωτάτω· μισήσας, οἶμαι, τὴν ἀεὶ γινομένην κατ' αὐτοῦ φλυαρίαν. καί τινι χάσματι ἀδιαβάτῳ, τῇ πενίᾳ λέγω, ἑαυτὸν ἡμῶν διετείχισεν. ὡς μήτε ἐκεῖνον πρὸς ἡμᾶς ἐλθεῖν, μήτε ἡμᾶς πρὸς ἐκεῖνον διαπερᾶσαι. Τούτου χάριν περὶ πολλοῦ ποιοῦμαι τὴν εὐγνωμοσύνην τῶν τεχνιτῶν, ὥστε δυνηθῆναι πρὸς τὴν προκειμένην ἡμᾶς ἐξαρκέσαι σπουδήν. μὴ κωλυθέντας τῇ πενίᾳ τῷ ἐπαινετῷ καὶ εὐκταίῳ κακῷ· ἀλλὰ τούτοις μέν τι καὶ παιδιᾶς καταμέμικται. σὺ δέ μοι ὦ ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ, ὅπως ἂν δυνατὸν, καὶ νενομισμένον ᾖ, οὕτω τοῖς ἀνθρώποις συνθέμενος θαρρῶν ἐπάγγειλε πᾶσιν αὐτοῖς τὴν παρ' ἡμῶν εὐγνωμοσύνην, καὶ τὴν τῶν μισθῶν ἀποπλήρωσιν. δώσομεν γὰρ ἀνελλιπῶς τὰ πάντα, τοῦ Θεοῦ διὰ τῶν σῶν εὐχῶν καὶ ἡμῖν τὴν χεῖρα τῆς εὐλογίας ἀνοίγοντος.

A re quadrato; & deſignato videlicet etiam victu aureum comitante. Nobis vero non alia talis lapidum figlina materies adeſt, præterquam teſtacea; hæc materia ædificii erit; lapideſque fortuiti; ut ipſis neceſſitas non ſit tempus terendi in mutuo apte commiſcendis lapidum frontibus. At ego quoad artis peritiam & benignitatem circa mercedem, novi meliores eſſe noſtro uſu eos qui iſtinc ſunt, illis qui heic hujuſmodi agunt mercaturas. Opus vero poliendorum lapidum non ſolum eſt in columnis quæ octo ſunt; quas oportet ipſos venuſte in meliorem reddere formam; verum etiam ſpiras ſpeciem altaris referentes illud poſtulat: & capitula ad Corinthiam figuram cælata. Ingreſſuſque ex marmoribus B erit decoro ornatu confectis. Superque ipſa fores ſuperjacebunt, tales quaſdam picturas affabre, uti mos eſt, factas ad venuſtatem ſecus ſuggrundii prominentiam habentes. Quorum quidem omnium materias manifeſtum eſt a nobis comparatum iri. Sed materiæ ars formam præbebit. Ad hæc in periſtylo etiam columnæ non minores quadraginta erunt: iſtæque quoque plane pertinent ad opus lapidum poliendorum. Ergo ſi diligenter patefecit opus oratio, poſſibile fiat pietati tuæ, quod opus eſt, conſpicienti, præſtare nobis in omnibus circa artifices ſecuritatem. Si vero a nobis cum artifice pacta conſtituenda ſint; proponatur, ſi quidem eſt poſſibile, manifeſta menſura operis diurni: ne cum is nil effi- C ciendo præterierit tempus; poſtea, opus quod oſtendat non habens, tamquam tot diebus nobis operatus, ſuper ea repetat mercedem. Novi equidem multis nos quoſdam viſum iri minutam rationem ſordide & præparce ineuntes, qui tam exquiſita diligentia pactiones perſequimur: attamen exhortatum te eſſe volo ad veniam dandam. Mamona enim ille multis multoties a nobis male de ſe auditis; demum a nobis ipſis quam longiſſime emigravit; odio habens, reor, quæ ſemper adverſus ipſum ſunt blaterata: ac quodam impermeabili hiatu (paupertate dico) inter ſe ipſum & nos murum obſtruxit; ut neque ille ad nos venire poſſit, neque nos ad illum pertranſire. Quocirca plurimi facio opificum benigni- D tatem; ut nobis ad propoſitum inſtitutum facere ſatis ii poſſint; nil prorſus ab inopia (laudabili, precibuſque expetendo malo) prohibiti. Sed in his quidem quidquam joci commixtum eſt. [a] *Tu autem homo Dei*, uti poſſibile & legitimum ſit, ita cum hominibus paciſcens, nuntia confidenter omnibus ipſis benivolentiam, quæ a nobis præſtabitur, mercediumque plenam copiam. Trademus enim omnia nulla re deficientes; Deo per tuas preces, benedictionis manum nobis etiam reſerante.

a 1. Tim. IV. 1.

1. Πλίνθος] Πλίνθος laterem ſignificat: ſed & etiam omnem ædificiorum figlinam materiem lateres, imbrices, tegulas; & alia hujuſmodi.
2. Κατὰ τὴν τ.] Fortaſſe καὶ κατὰ, ſeu κατά τε.
3. Μικρολόγοι] Hoc in hoc loco valet μικρολόγος. Et quamvis huic ſignificationi addatur etiam, ut ratio ineatur de re contemta, puſilla; attamen cave, ut hic ita explices, & intelligas vocem. Conſtat enim per totam epiſtolam ædificium non ſolum vilem, aut exiguam rem non fore; verum longe ſumtuoſiſſimum.

S. GREGORII NYSSENI

EPISTOLARUM ORDO IN CODICE MEDICEO,

Collatus cum libris in quibus insunt editæ.

I. Ιωάννῃ. Inedita I. ex nostris.

II. Λιβανίῳ. Est X. Zacagnii.

III. Αδελφίῳ σχολαστικῷ. Ined. II.

IIII. Πέτρῳ. Est in append. Oper. editionis Paris. an. 1618.

V. Γρηγορίῳ Πέτρος. Hæc etiam.

VI. Αβλαβίῳ. III. Zacagnii.

VII. Ιερίῳ ἡγεμόνι. IIII. Zacagnii.

VIII. Αντιοχιανῷ. V. Zacagnii.

IX. Σταγειρίῳ. VI. Zacagnii.

X. Εὐπατρίῳ σχολαστικῷ. VIII. Zacagnii.

XI. Τῷ αὐτῷ. IX. Zacagnii.

XII. Λιβανίῳ σοφιστῇ. XI. Zacagnii.

XIII. Ιωάννῃ, καὶ Μαξιμιανῷ. XII. Zacagnii.

XIIII. Στρατηγίῳ. XIII. Zacagnii.

XV. Εὐσεβίῳ. I. Zacagnii.

XVI. Σιμπλικίῳ περὶ πίστεως. Ed. inter Oper.

XVII. Θεοφίλῳ Αλεξανδρείῳ. Ed. inter Oper.

XVIII. Αβλαβίῳ ἐπισκόπῳ. Ined. III.

XIX. Αρμονίῳ. Ed. inter Oper.

XX. Οτρηΐῳ ἐπισκόπῳ Μελιτηνῆς. VII. Zacagnii.

XXI. Τοῖς ἐπισκόποις. Ined. IIII.

XXII. Ανεπίγραφος. Inedita V.

XXIII. Ηρακλιανῷ αἱρετικῷ. Ined. VI.

XXIIII. Αμφιλοχίῳ. Inedita VII.
Secunda Zacagnii abest ab hoc Codice.

Τ Ε Λ Ο Σ.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 370.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΝΥΣΣΗΣ

ΠΕΡΙ ΘΕΟΤΗΤΟΣ, ΛΟΓΟΣ

ΠΡΟΣ ΕΥΑΓΡΙΟΝ ΜΟΝΑΧΟΝ.

EJUSDEM SANCTI PATRIS NOSTRI

GREGORII

EPISCOPI NYSSENI

SERMO DE DIVINITATE

AD EVAGRIUM MONACHUM.

Σφόδρα τε θαυμάζω καὶ λίαν ἐκπλήττομαι τῆς νηφαλιότητος, ὅπως τοιούτων θεωρημάτων καὶ τηλικούτων ζητήσεων αἴτιος καθίστασαι, ταῖς ἀκριβέσιν ἐρωτήσεσιν, εἰς ἀνάγκην ἡμᾶς τοῦ λέγειν καὶ ἀγωνίαν ἀποδείξεως περιϊστὰς, ἐρωτήσεις ἀναγκαίας καὶ χρησίμους ἡμῖν ἐπάγων· πᾶσα δηλονότι λοιπὸν ἀνάγκη, κατόπιν τῶν ἐρωτήσεων ἡμᾶς ἐναργεῖς ποιεῖσθαι τὰς ἀποκρίσεις. καὶ νῦν τοίνυν τὸ προσενεχθὲν ἐρώτημα παρὰ σοῦ, τοιόνδε, καὶ περὶ τοῦδε ἦν· ὡς τίνα τρόπον ἂν εἴη πατρός τε καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος ἡ φύσις, ἣν ἄν τις ὀρθῶς, οὐσίαν μᾶλλον ἢ φύσιν καλοίη. πότερον ἁπλῆ τις, ἢ σύνθετος; εἰ μὲν γὰρ ἁπλῆ, πῶς τὸν τρεῖς ἐπιδέξεται τῶν προειρημένων ἀριθμόν; τὸ γὰρ ἁπλοῦν, μονοειδὲς καὶ ἀνάριθμον· τὸ δὲ ἀριθμοῖς ὑποπίπτον, ἀνάγκη τέμνεσθαι, κἂν μὴ ἀριθμοῖς ὑποβάλληται· τὸ δὲ τεμνόμενον, ἐμπαθές. πάθος γὰρ ἡ τομή· εἰ τοίνυν ἁπλῆ τοῦ κρείττονος ἡ φύσις, περιττὴ τῶν ὀνομάτων ἡ θέσις· εἰ δὲ τῶν ὀνομάτων ἀληθὴς ἡ θέσις, καὶ δεῖ τοῖς ὀνόμασι πείθεσθαι, τὸ μονοειδὲς καὶ ἁπλοῦν εὐθὺς ἐκποδῶν οἴχεται. τίς οὖν ἂν εἴη τοῦ πράγματος ἡ φύσις; ταῦτα πρὸς ἡμᾶς ἔφασκες. ὧν τὰς ἀποδείξεις ὁ τῆς ἀληθείας ἀκριβῶς παραστήσει λόγος. οὐ πίστεως ἀναποδείκτου φαντασίαν ἀπορίᾳ τῆς ἀποδείξεως ἀλόγως προϊσχόμενος, οὐδὲ μύθων παλαιῶν μαρτυρίαις τὸ σαθρὸν τῆς πεποιθήσεως ἑαυτοῦ καλύπτειν πειρώμενος, ἀλλὰ ζητήσεως ἀκριβοῦς κατανοήσει, καὶ λογισμῶν ὀρθότητι, τὴν τοῦ θεωρήματος πίστωσιν, εἰς τοὐμφανὲς προτιθέμενος. ἄγε δὴ λοιπὸν ἡμῖν ὁ λόγος ἐντεῦθεν διατελέτω, καὶ πῶς δεῖ τὸ θεῖον ὑπολαμβάνειν φασκέτω, πότερον ἁπλοῦν, ἢ τριπλεκές. οὕτω γὰρ ἡμᾶς καὶ λέγειν ἡ τῶν ὀνομάτων τριττὺς, καὶ πιστεύειν βιάζεται, καὶ τούτοις ἀποχρησάμενοί τινες σαθρὰ, καὶ παντάπασιν ἕωλα συνεστήσαντο δόγματα, τὴν οὐσίαν ὁμοῦ τῇ τῶν ὀνομάτων ὑπηγορίᾳ, πάθος διαιρέσεως ὑπομένειν δοξάζοντες. ἀλλ᾽ ἐκείνους μὲν, ὡς αὐτὸς φὴς, ἐατέον, σαθρῶς τῷ τῆς ὑπολήψεως αὐτῶν συνηγοροῦντας δόγματι· περὶ δὲ τὴν ὀρθὴν τῆς ἐπιγνώσεως κατάληψιν, τὴν ἑαυτῶν διάνοιαν ἐπιστρέφωμεν.

A I. Prudentiam tuam vehementer ſuſpicio, ac ſummopere admiror, qui talibus ſpeculationibus tantiſque quæſtionibus cauſam præbes, per accuratas interrogationes nobis dicendi neceſſitatem ac probationis laborem imponens, dum neceſſarias atque utiles quæſtiones in medium affers. Proinde nobis omnino faciendum eſt, ut quæſtionum tuarum veſtigiis hæreamus, easque claro & perſpicuo reſponſo explicemus. Quæſtio igitur abs te propoſita, erat hujuſmodi: Quonam modo eſſe queat Patris & Filii & Spiritus ſancti natura (quam tamen eſſentiam rectius, quam naturam, quiſpiam vocaverit) ſimplex, an compoſita? Si enim ſimplex, quomodo ternarium eorum quæ ante diximus, numerum re-
B cipiet? Nam quod ſimplex eſt, unius modi eſt, numerique expers: quod autem in numeros cadit, ſcindi neceſſe eſt, etiamſi numeris minime ſubjiciatur: quod porro ſcinditur, paſſioni utique obnoxium: ſectio enim paſſio eſt. Quocirca [1] ſi ſimplex Dei natura eſt, [2] ſupervacanea fuerit nominum conſtitutio: ſi autem vera eſt nominum poſitio, nominibusque ipſis parendum eſt; uniformitas ac ſimplicitas ſtatim e medio tolletur. Quænam igitur hujus rei natura eſt? Hæc ad nos dicebas. Quorum demonſtrationes veritatis doctrina exacte oſtendet, non fidei, quæ demonſtratione careat, inanem quandam ſpeciem propter argumentorum inopiam ſtulte prætendens, nec veterum fabularum teſtimoniis per-
C ſuaſionis ſuæ imbecillitatem occultare ſtudens, verum per accuratæ ac perfectæ inquiſitionis perceptionem & rationum rectitudinem, theorematis hujus confirmationem in apertum proferens. Age igitur, hinc diſputationem auſpicemur, & quomodo divinum numen accipi debeat, exponamus, ſimplexne an triplex. ſic enim nos, & loqui, & credere, nominum ternio cogit, [3] atque his abuſi nonnulli homines infirma planeque rancida & obſoleta dogmata conſtruxerunt, eſſentiam ſimul cum nominum pronunciatione diviſionis paſſionem ſuſtinere cenſentes. Verum eos ſane, ut ipſe ais, miſſos faciamus, fidei ſuæ doctrinam imbecillo patrocinio fulcientes: nos autem ad veram agnitionis perceptio-
D nem animos noſtros convertamus.

1. *Si ſimplex Dei natura eſt*] Εἰ ἁπλῆ τοῦ κρείττονος; Quo in loco τοῦ κρείττονος nomine divinitatem ſummumque numen ſignificat, principemque & primariam eſſentiam, quemadmodum pleriſque aliis locis hujus tractatus. Billius.

2. *Supervacanea fuerit nominum*] Patris ſcilicet & Filii & Spiritus ſancti. Id.

3. *Atque his abuſi nonnulli*] Sabelliani videlicet, qui ob hanc cauſſam divinitatis contractionem invexerunt. Id.

A Ὃ τοίνυν ἐστὶ Θεὸς, πρότερον ὑποστησόμεθα, καὶ εἶθ᾽ οὕτως ἐπὶ τὰς ἀποδείξεις ἀκριβῶς ἥξομεν. ἁπλῆ πάντως ἐστὶ καὶ ἀμέριστος οὐσία, τὸ ἁπλοῦν καὶ ἀσώματον ἐκ φύσεως ἐκτυχών. ἀλλ᾽ ἴσως καὶ ὁ τῆς διαιρέσεως τῶν ὀνομάτων ἀντιπίπτει μοι λόγος, τῷ τρεῖς ἀριθμῷ, τὸ τοῦ κρείττονος μονοειδὲς ἀφαιρούμενος. ἆρ᾽ οὖν διὰ τὸ μονοειδὲς ἐκφυγεῖν ἡμᾶς τὴν ὁμολογίαν πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος ἐπάναγκες; μὴ γένοιτο. τὴν γὰρ ἀμερῆ τοῦ κρείττονος ἕνωσιν, οὐ καταβλάψει τῶν ὀνομάτων ἡ θέσις. τὰ γὰρ νοητὰ, καὶ μυριώνυμα μὲν ἐπειδὴ παμπληθέσι καθ᾽ ἕκαστον ἔθνος ὀνόμασι κέκληται· προσηγορίας δὲ πάσης ἐκτός. ἐπειδὴ κύριον ὄνομα τῶν νοητῶν τε καὶ ἀσωμάτων, οὐδέν. πῶς γὰρ κυρίως ἐπικληθείη, τὰ μηδὲ ὄψεσιν ἡμετέραις ὑποπί- B πτοντα, μηδ᾽ ὅλως ἀνθρωπίνοις αἰσθητηρίοις ἁλῶναι δυνάμεθα; λαμβανέσθω δὲ ἡμῖν τὸ βραχύτατον τῶν νοητῶν μόριον ἡ ψυχὴ, πρὸς τοῦ παντὸς ἀκριβῆ νόησιν. ψυχὴ μὲν γὰρ ὀνόματι θηλυκῷ προσαγορεύεται, πάσης δὲ θηλυδριώδους φύσεως ἀφέστηκεν, οὔτε ἄῤῥεν, οὔτε θῆλυ κατ᾽ οὐσίαν ὑπάρχουσα. καὶ λόγος δὲ ὁμοίως πρὸς αὐτῆς ἀποκυϊσκόμενος, ἀῤῥενικὸν μὲν ἔχει τοὔνομα, πάσης δὲ καὶ αὐτὸς ὥς φαμεν ἀῤῥενοθήλυος ἐκτός ἐστι σωματότητος. εἰ δὲ τὰ τῶν νοητῶν ἔσχατα, ψυχὴ καὶ λόγος, κύριον οὐ κέκτηται τοὔνομα, πῶς ἂν τὰ πρῶτα καὶ πάντων ἐπέκεινα τῶν νοητῶν νοητὰ, κυρίοις ὀνόμασιν ἐπικεκλῆσθαι φήσομεν; ἀλλ᾽ ἡ μὲν ὀνομασία χρησίμη, διὰ τὸ ἀναγκαῖον εἰς ἐπίνοιαν ἡμᾶς C ἄγουσα τῶν νοητῶν.

II. Primum itaque, quid Deus sit, constituamus: atque ita deinde ad responsiones demonstrationesque veniemus. Simplex profecto est, ac divisionis expers essentia, [1] simplicitatem corporisque vacuitatem a natura habens. At etiam fortasse divisionis nominum ratio mihi in contrarium occurrit & adversatur, per ternionis numerum summi numinis simplicitatem auferens. Quid ergo? ut simplicitatem retineamus, Patris & Filii & Spiritus sancti confessionem fugere nobis erit necesse? Avertat hoc Deus: simplicem enim Dei unionem nominum positio haudquaquam labefactabit. Quæ enim animo & ratione intelliguntur, quamvis infinita nomina habeant (quandoquidem in unaquaque natione quamplurimis nominibus appellantur) tamen extra omnem appellationem posita sunt: quoniam rerum earum, quæ animo intelliguntur, ac corpore vacant, nomen proprium nullum est. Quonam enim modo vocari queant, quæ ne in conspectum quidem nostrum cadunt, nec humanorum sensuum instrumentis ullo modo capi possunt? Atque ut exactam divini numinis intelligentiam assequamur, animam, quæ omnium earum rerum, quæ intellectu percipiuntur, brevissima particula est, accipiamus. Anima enim, tametsi nomine femineo appelletur: ab omni tamen feminea natura remota est, utpote quæ, quantum ad essentiam, nec mas, nec femina sit. Consimili quoque ratione sermo, qui ab ea procreatur, masculum quidem nomen habet, ceterum ipse quoque, ut dicimus, ab omni tum masculo tum femineo corpore remotus est. Quod si ea, quæ inter res spirituales postremum locum tenent, nimirum anima & sermo, proprio nomine carent: quo tandem modo ea, quæ inter res spirituales principatum obtinent, immo ultra spiritualia omnia sunt, propriis nominibus appellari dicemus? Sed tamen propter necessitatem utilis & nominis usus, per quem ad spiritualium rerum notionem conceptionemque pervehimur.

Τινὲς δὲ ταῖς προσηγορίαις ὁμοῦ καὶ τὴν οὐσίαν παχυμερῶς συνδιαιρεῖσθαι δοξάζοντες, ἀνάξια παντάπασι τῶν θείων ταῖς ἑαυτῶν ἐννοίαις δοξάζουσιν. εἰδέναι δὲ ἀκόλουθον ἡμᾶς τοὺς τῆς ἀληθείας ἐπιγνώμονας, ὡς ἀδιαίρετός ἐστι καὶ μονοειδὴς, ἡ θεία τε καὶ ἀμερὴς τοῦ κρείττονος οὐσία, πρὸς δὲ D τὸ χρήσιμον τῆς ἡμετέρας τῶν ψυχῶν σωτηρίας, καὶ μερίζεσθαι ταῖς ὀνομασίαις δοκεῖ, καὶ διαιρέσεως ἀνάγκῃ ὑφίστασθαι, καθὼς ἔφαμεν. ὃν τρόπον γὰρ ἡ ψυχὴ νοητή τις ὑπάρχουσα, νοημάτων ἀπείρων ἀποκυΐσκει πλῆθος, ὅμως οὔτε νοήματος διαιρεῖται πάθει, οὔτε τοῦ πλήθους τῶν νοημάτων ψυχὴ διὰ τὰ φθάσαντα πτωχεύει ποτὲ, πλουσιωτέρα δὲ μᾶλλον, ἢ πενεστέρα γίνεται· ὃν τρόπον δὲ καὶ ὁ προφορικὸς οὑτοσὶ καὶ κοινὸς ἅπασιν ἡμῖν λόγος, ἀδιαίρετος μέν ἐστι τῆς προσενεγκαμένης ψυχῆς, καὶ ταῖς ψυχαῖς δὲ τῶν ἀκροωμένων οὐδὲν ἧττον ἐν ταυτῷ καθίσταται, κἀκείνης μὴ χωριζόμενος κἀν τούτοις διηκόμενος, ἕνωσιν δὲ μᾶλλον ἢ διαίρεσιν αὐτῶν τε καὶ τῶν ἡμετέρων ψυχῶν ἐργαζόμενος. οὕ- E τω μοι νόει καὶ τὸν υἱὸν τοῦ πατρὸς μὴ χωρισθέντα πώποτε, καὶ τούτου δὲ πάλιν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὁμοίως ἐν τῷ νῷ τὴν ἐνθύμησιν. ὡς γὰρ οὐκ ἔστι μεταξὺ νοῦ καὶ ἐνθυμήσεως καὶ ψυχῆς διαίρεσιν ἐπινοηθῆναί τινα, καὶ τομήν· οὕτως οὐδὲ τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ τοῦ σωτῆρος, καὶ τοῦ πατρὸς, ἐν μέσῳ τομὴν ἢ διαίρεσιν ἐπινοηθῆναί ποτε· διότι τῶν νοητῶν ὡς ἔφαμεν καὶ θείων, ἀδιαίρετος ἡ φύσις. ἢ καὶ ὃν τρόπον οὐχ οἷόν τε πάλιν ὁμοίως ἐν μέσῳ

III. Verum quidam essentiam simul cum nominibus crasse dividi atque distingui existimantes, indigna prorsus rebus divinis in animis suis sentiunt. Sciendum est deinceps nobis, qui veritatem agnoscimus, quod divina & simplex Dei essentia individua, uniusque modi est: ceterum ad salutis animarum nostrarum utilitatem, partitionem quoque propter appellationes subire videtur, divisionisque necessitati subjici: ut jam a nobis dictum est. Quemadmodum enim anima, quæ de eorum genere est, quæ intelligentia percipiuntur, quamvis infinitam cogitationum multitudinem pariat, tamen nec cogitationum passione dividitur, nec cogitationum penuria, propter ea quæ præcesserunt, umquam premitur, quin ditior potius, quam pauperior efficitur: quemadmodum insuper vocalis hic sermo nobisque omnibus communis, etiamsi a parente anima minime dividatur, nihilo secius tamen in audientium quoque animis simul est, nec ab ea distinctus atque separatus, & in illis inventus, immo unionem potius quam divisionem eorum animarumque nostrarum efficiens: sic tu quoque cogites, Filium a Patre numquam separatum esse, nec rursus ab hoc Spiritum sanctum, eodem modo quo cogitationem in mente. Ut enim inter mentem & cogitationem & animam nulla divisio aut sectio excogitari potest: sic neque inter Spiritum sanctum & Salvatorem & Patrem ulla umquam sectio aut divisio intercessisse cogitanda est: quoniam spiritualium & di-

1. *Simplicitatem corporisque vacuitatem*] Græce, τὸ ἁπλοῦν καὶ ἀσώματον ἐκ φύσεως ἐκτυχών, ut in impresso exemplari, & ἐκτυχὼν ut vetustissimo codice. Quæ verba satis diu animum torserunt, tum propter constructionis vitium, tum propter sensus absurditatem. Neque enim τυγχάνω quum *assequi* significat, accusandi casui jungitur, saltem apud oratores; multoque minus ἐκτυγχάνω, quod prorsus genitivum adsciscit. Et nimium absurdum, ne dicam impium, fuerit dicere, Deum a natura simplicitatem consequi. Quare pro ἐκτυχὼν lego ἔχων, *habens*. BILLIUS.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

κύκλου καὶ τῆς ἀκτῖνος διαίρεσιν εὑρέσθαι, διὰ τὸ ἀπαθὲς καὶ ἀσώματον ἁπλοῦν τε καὶ ἀμερές, ἀλλ' ἡ μὲν ἀκτὶς συνῆπται τῷ κύκλῳ, τοὔμπαλιν δὲ ὁ κύκλος, οἷόν τις ὀφθαλμὸς ποταμηδὸν ἐπιχεῖ τῷ παντὶ τὰς ἀκτῖνας, κατακλυσμούς ὥσπερ τινας φωτὸς ἡμῖν ἐργαζόμενος, καὶ πελαγίζων ἀθρόως τὴν διακόσμησιν· οὕτω δὴ καὶ οἱονεί τινες τοῦ πατρὸς ἀκτῖνες ἀπεστάλησαν ἐφ' ἡμᾶς, ὅ, τε φεγγώδης Ἰησοῦς, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ὥσπερ γὰρ αἱ τοῦ φωτὸς ἀκτῖνες ἀμέριστον ἔχουσαι κατὰ φύσιν τὴν πρὸς ἄλληλα σχέσιν, οὔτε τοῦ φωτὸς χωρίζονται, οὔτε ἀλλήλων ἀποτέμνονται, καὶ μέχρις ἡμῶν τὴν χάριν τοῦ φωτὸς ἀποστέλλουσι· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ Σωτὴρ ὁ ἡμέτερος, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἡ δίδυμος τοῦ πατρὸς ἀκτὶς, καὶ μέχρις ἡμῶν διακονεῖται τῆς ἀληθείας τὸ φῶς, καὶ τῷ πατρὶ συνήνωται. ὃν τρόπον δὲ κἀπό τινος ὑδάτων πηγῆς νεκταριῶδες ἀφθόνως προϊεμένης ὕδωρ, συμβαίνει ῥεῦμά τι παμπληθὲς, καὶ ῥεῖθρον ἀκατάσχετον εἰς ποταμοὺς δύο τῷ ῥεύματι τέμνεσθαι, μίαν ἐξ ἑνὸς ὀφθαλμοῦ τῆς πηγῆς τὴν ῥοὴν ἐξ ἀρχῆς ἐσχηκός· διῤῥύτος δὲ τῶν ποταμῶν σχηματισθέντων τοῖς εἴδεσι, βλαβὲν δὲ ὅμως οὐδὲν εἰς τὴν οὐσίαν ἐκ τῆς διαιρέσεως. τῇ μὲν γὰρ τῶν ποταμῶν θέσει τὸ ῥεῖθρον διῄρηται, τὴν δὲ τοῦ χυμοῦ ποιότητα μίαν καὶ τὴν αὐτὴν κέκτηται· κἂν γὰρ ἀποτερματίζεσθαι πόῤῥω που τῶν ποταμῶν ἕκαστος τῶν προειρημένων δοκῇ, καὶ τῆς πηγῆς ἀφεστάναι μακρὰν, τὴν γοῦν ἀρχὴν τῇ μητρὶ πρὸς τὸ διηνεκὲς τῆς πηγῆς συνηνωμένην ἔχει. παραπλησίως οὖν καὶ ὁ τῶν ἀγαθῶν ἁπάντων Θεὸς, ὁ τῆς ἀληθείας πρύτανις, καὶ τοῦ σωτῆρος πατὴρ, τὸ πρῶτον αἴτιον τῆς ζωῆς, καὶ τὸ τῆς ἀθανασίας φυτὸν, ἡ τῆς ἀειζωΐας πηγὴ, διῤῥυτόν τινα τοῦ τε υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος τὴν νοητὴν εἰς ἡμᾶς ἀποστείλας χάριν, οὔτ' αὐτός τι πέπονθεν εἰς τὴν οὐσίαν βλαβεὶς (οὐ γὰρ μείωσιν ὑπέστη τινὰ διὰ τῆς εἰς ἡμᾶς ἐκείνων ἄφιξιν) καὶ μέχρις ἡμῶν προσεχώρησαν, καὶ τοῦ πατρὸς οὐδὲν ἧττον ἀχώριστοι καθεστήκασιν. ἀμερὴς γὰρ, ὡς ἔφαμεν ἐξ ἀρχῆς, ἡ τῶν κρειττόνων φύσις. πλεῖστα μὲν οὖν, ὦ τιμιώτατε, δυνατὸν ἦν εὑρεῖν καὶ πλείονα τῶν εἰρημένων, πρὸς ἀπόδειξιν ἐναργῆ τῆς ἀναγκαιοτάτης πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος ἐρωτήσεως, ὃν τρόπον ἔχειν αὐτὴν ὑπολαμβάνειν δεῖ· ἀλλ' ἐπειδὴ σοί τε καὶ τοῖς σοι παραπλησίοις ῥᾷον ἐξ ὀλίγων τὰ πλεῖστα καταμανθάνειν, τούτου χάριν ἐνταῦθα τὸν περὶ τούτου στῆσαι τοῦ θεωρήματος δίκαιον ᾠήθην λόγον.

A vinorum, ut diximus, diviſionis expers natura eſt. Aut etiam, quemadmodum inter orbem & radium, propter impaſſibilitatem corporiſque vacuitatem & ſimplicitatem atque individuitatem, nulla diviſio reperiri poteſt; verum ut radius orbi conjunctus eſt, ita rurſus orbis, oculi cujuſdam inſtar, univerſitati radios ſuos fluminis in morem infundi, lucis nobis velut inundationes quaſdam efficiens, [1] mundumque repente obruens: haud ſecus etiam Patris velut radii quidam ad nos demiſſi ſunt, tum ſplendidus Jeſus, tum Spiritus ſanctus. Ut enim lucis radii, mutuam relationem natura individuam habentes, nec a luce disjunguntur, nec a ſe invicem diſcinduntur, luciſque beneficium ad nos uſque tra- B jiciunt: eodem modo Salvator quoque noſter, & Spiritus ſanctus, geminus ille Patris radius, ſimul & ad nos uſque veritatis lucem miniſtrant, & Patri uniti ſunt. Quemadmodum præterea ab uno aquarum fonte nectaream aquam ſumma copia egerente, fluxum quemdam permagnum, ac profluvium effrænato quodam impetu currens, ipſo fluxu in duo flumina ſcindi contingit, quod ab uno quidem fontis oculo primum manaverat; verum, fluviis ſpecie ita conformatis, duplici fluxu decurrit, nec tamen ex hujuſmodi diviſione incommodi quidquam & detrimenti quantum ad eſſentiam accipit (etenim fluminum ſitu ita profluvium dividitur, ut unam tamen atque eamdem humoris qualitatem ob- C tineat: quamvis enim uterque ſupradictorum fluviorum procul extra terminos ferri, longoque intervallo a fonte diſtare videatur; principium tamen ad fontis perpetuitatem cum parente ſua conjunctum atque unitum habet:) haud diſſimili modo bonorum quoque omnium Deus, ille veritatis rector, & Salvatoris Pater, prima illa vitæ cauſſa, & ſtirps immortalitatis, ille ſempiternæ vitæ fons, biſflua quadam & bifida Filii & Spiritus ſancti intellectuali ad nos miſſa gratia, nec ipſe eſſentiam ſuam quidquam læſit (nec enim ob illorum ad nos adventum imminutionem ullam ſubiit) & hi ad nos uſque proceſſerunt, nec tamen a Patre ullo modo ſeparantur. Individua enim, ut diximus, ſummi D numinis natura eſt. Plurima, vir cariſſime, inveniri poterant, multoque plura, quam quæ attulimus, ad quæſtionis de Patre & Filio & Spiritu ſancto, perquam neceſſariæ luculentam demonſtrationem, quo nimirum modo ea accipienda ſit: ſed quoniam, & tibi, & tui ſimilibus facile eſt ex paucis plurima percipere, idcirco quæſtionis hujus tractationi finem hic imponere, æquum eſſe exiſtimavi.

1. *Orbemque repente obruens*] Gr. καὶ πελαγίζων ἀθρόως τὴν διακόσμησιν. διακόσμησις hoc loco mundum hunc adſpectabilem ſignificat, quemadmodum apud Dionyſium Areopagitam ſæpe pro angelis accipitur. BILL. — Neque aliter Suidas, v. Διακόσμησις, tom. I, pag. 556.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΝΥΣΣΗΣ

ΠΕΡΙ ΨΥΧΗΣ, ΛΟΓΟΣ ΚΕΦΑΛΑΙΩΔΗΣ ΠΡΟΣ ΤΑΤΙΑΝΟΝ.

EJUSDEM SANCTI PATRIS NOSTRI

GREGORII

EPISCOPI NYSSENI

DE ANIMA, PER CAPITA DISPUTATIO, AD TATIANUM.

Interprete GERARDO VOSSIO.

ΤΟν περὶ ψυχῆς σοι λόγον ἐκέλδσας ἡμῖν, ὦ θαυμάσιε Τατιανὲ, μετ' ἐνεργυσῶν ἀποδείξεων διαχαράξασιν ἀποστεῖλαι· καὶ ταῦτα ἠξίους ποιεῖν, μὴ ταῖς τῶν γραφῶν μαρτυρίαις χρησαμένους. ὅπερ ἔστι τε, καὶ τοῖς εὐσεβῶς φρονεῖν ἐθέλουσιν ἀληθὴς τυγχάνει διδασκαλία, παντὸς ἀνθρωπίνου λογισμοῦ ἀποδεικτικωτέρα. ἔφης γὰρ μὴ πρὸς τὴν ἑαυτοῦ πληροφορίαν τοῦτο ἐπιζητεῖν, πεπαιδευμένος ἤδη ταῖς θείαις προσανέχειν γραφαῖς καὶ παραδόσεσι, καὶ μὴ στροφαῖς τῶν ἀνθρωπίνων λόγων δονεῖσθαι τὴν διάνοιαν· ἀλλὰ πρὸς ἀνατροπὴν τῆς τῶν ἑτεροδόξων γνώμης, οἳ πείθεσθαι ταῖς γραφαῖς οὐκ ἀνέχονται· δεινότητι δέ τινι περιτρέπειν τοὺς ἀήθεις τῶν τοιούτων λόγων πειρῶνται. διὸ ἑτοίμως ὑπακοῦσαι τῷδε τῷ ἐπιτάγματι προήχθημεν, μηδὲν ὑποστειλάμενοι ὡς ἄπειροι τῆς τοιᾶσδε κατασκευῆς τῶν λόγων, ἀλλὰ τῇ σῇ περὶ ἡμᾶς εὐνοίᾳ θαῤῥήσαντες. καὶ γὰρ οἶδας ἃ μὲν καλῶς ἔχειν δοκιμάζεις, ταῦτα εἰς τὸ κοινὸν προτιθέναι· τὰ δὲ ἔλαττον τοῦ δέοντος δοκοῦντα εἰρῆσθαι, ταῦτα παρέπεσθαι καὶ ἀποκρύπτεσθαι, ἑκάτερα χάριτι τῇ πρὸς ἡμᾶς καὶ φιλίᾳ ποιῶν. Ταῦτα οὖν εἰδὼς, μετὰ πάσης πεποιθήσεως ὡρμήθην ἐπὶ τὴν ἔκθεσιν. ποιήσομαι δὲ τὸν λόγον τάξει τινὶ καὶ ἀκολουθίᾳ χρησάμενος, ἧπερ καὶ οἱ περὶ ταῦτα δεινοὶ κατεχρήσαντο πρὸς τοὺς ἐπιστημόνως ζητεῖν τε ἐθέλοντας.

Πρῶτον μὲν οὖν ἁπάντων ὑποθήσομαι, τίνι κριτηρίῳ πέφυκεν ἡ ψυχὴ καταλαμβάνεσθαι. ἔπειτα, δι' ὧν δείκνυται ὑπάρχουσα. εἶθ' ἑξῆς, εἰ οὐσία τυγχάνει οὖσα, ἢ συμβεβηκός. εἶτα τούτοις ἀκολούθως, εἰ σῶμά ἐστιν, ἢ ἀσώματος. ἔπειτα, εἰ ἁπλῆ, ἢ σύνθετος. εἶτ' αὖθις, εἰ θνητὴ, ἢ ἀθάνατος. τελευταῖον δὲ, εἰ λογικὴ, ἢ ἄλογος.

Ταῦτα γὰρ μάλιστα ἐν τῷ περὶ ψυχῆς ζητεῖσθαι εἴωθε λόγῳ, ὡς κυριώτατα καὶ δυνάμενα αὐτῆς τὴν ἰδιότητα χαρακτηρίζειν. ἀποδείξεσι δὲ πρὸς τὴν τῶν ἐξετασθησομένων βεβαίωσιν, ταῖς κοιναῖς χρησόμεθα ἐννοίαις, αἷς τὸ ἀξιόπιστον τὰ ἐν χερσὶ πράγματα μαρτυρεῖν πέφυκε, συντομίας δὲ χάριν καὶ τοῦ χρησίμου, μόνοις τοῖς πρὸς τὸ ἀναγκαῖον τοῦ ζητουμένου ἔχουσι τὴν ἀπόδειξιν, τανῦν χρησόμεθα συλλογισμοῖς· ὅπως σαφῆ τε καὶ εὐπαράδεκτα τὰ νοήματα γενόμενα, ἑτοιμότητά τι-

A JUssisti, præstantissime TATIANE, ut cum efficacibus argumentis sive demonstrationibus, sermonem atque disputationem de Anima tibi conscriptam mitterem: hanc autem a me ita fieri petiisti, ut nullis scripturarum uterer testimoniis. Quæ quidem docendi ratio etsi vera sit, & illis qui pie sentire velint, quavis humana ratiocinatione certior & ad probandum aptior: dixisti tamen id te non ad tui ipsius persuasionem postulare, quippe qui jam ita sis instructus, ut divinis & scripturis & traditionibus adhæreas, neque ullis humanis rationibus de sententia dimoveri te sinas; sed ad eos convincendos qui aliter sentiunt, & scripturis divinis fidem habere nolunt; quadam autem differendi facultate homines disputationibus ejusmodi B haud assuetos circumvenire ac fallere nituntur. Quibus adductus sum rationibus, ut non, velut aliqua deterritus imperitia, hanc tractationem subterfugerim; sed tua in me confisus benevolentia, tuæ promtius morem gesserim jussioni ac voluntati. Nosti etenim pro tua in me benignitate atque amicitia, quæ præclara esse censes, ea in conspectum hominum lucemque proferre; quæ autem minus recte dicta esse videantur, ea dissimulare atque contegere. Quare hæc sciens, cum omni fiducia me ad scribendum contuli. Ea vero differendi ratione & ordine utar, qua & illi qui res hujusmodi profitentur, scienter ac perite investigando uti solent.

Ac primum quidem proponam, quo judicio Ani- C ma naturaliter comprehendi queat. Deinde, quibus rationibus esse ostendatur. Tum deinceps, substantia ne sit, an accidens. Deinde consequenter, corpus ne sit, an incorporea. Præterea, simplex ne; an composita. Tum rursus, mortalis ne, an immortalis. Postremo autem, rationis particeps ne sit, an illius expers.

Hæc enim in Disputatione de Anima, ut maxime propria & vim atque naturam ejus melius exprimentia, inquiri solent. Ad ea porro de quibus heic differendum erit, probanda ac confirmanda; pro demonstrationibus, notionibus illis utemur communibus, per quas rebus quæ manibus tractantur, assensus comparari solet. Brevitatis vero utilitatisque caussa, iis duntaxat nunc ratiocinationibus utemur, quæ ad demonstranda illa quorum fit investigatio, plurimum valent: ut manifestis perceptuque facilioribus earum no-

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.



να ἡμῖν ἐμποιήσῃ πρὸς τὴν τῶν ἀνθισαμένων ἀπάντησιν. ἀρξόμεθα οὖν τοῦ λόγου ἐντεῦθεν.

tionibus atque probationibus instructi, promtiores occurramus repugnantibus. Hinc igitur sermonis nostri atque disputationis ducatur principium.

Α'.

Τίνι τὸ καταληπτικὸν κριτήριον τῆς ψυχῆς.

Πάντα τὰ ὄντα, ἢ αἰσθήσει γνωρίζεται, ἢ νοήσει καταλαμβάνεται. καὶ τὸ μὲν αἰσθήσει ὑποπίπτον, ἱκανὴν ἀπόδειξιν ἔχει τὴν αἴσθησιν· ἅμα γὰρ τῇ προσβολῇ, καὶ τὴν φαντασίαν ἡμῖν ἐμποιεῖ τοῦ ὑποκειμένου· τὸ δὲ νοήσει καταλαμβανόμενον, οὐκ ἐξ ἑαυτοῦ, ἀλλ' ἐκ τῶν ἐνεργειῶν γνωρίζεται. ἡ τοίνυν ψυχὴ ἄγνωστος οὖσα ἐξ ἑαυτῆς, ἐκ τῶν ἀποτελεσμάτων εἰκότως γνωσθήσεται.

I.

Quo judicio comprehendatur Anima.

Res quæcumque aut sensu cognoscuntur, aut intelligentia comprehenduntur. Ex quibus quidem, quæ sub sensum cadunt, ipso sensu satis demonstrantur: nam simulatque ille admotus fuerit, subjectæ rei imaginem ac speciem nobis repræsentat. Quæ vero intelligentia comprehenduntur, non ipsa ex se, sed ex ipsarum actionibus atque effectis percipiuntur. Quapropter cum Anima ex se ipsa cognosci nequeat, ex ipsius effectis merito cognosci poterit.

Β'.

Εἰ ἔστιν ἡ ψυχή.

Τὸ σῶμα ἡμῶν κινούμενον, ἢ ἔξωθεν, ἢ ἔνδοθεν κινεῖται. καὶ ὅτι μὲν ἔξωθεν οὐ κινεῖται, δῆλον ἐκ τοῦ μήτε ὠθούμενον, μήτε ἑλκόμενον κινεῖσθαι, ὡς τὰ ἄψυχα. καὶ ἔνδοθεν δὲ πάλιν κινούμενον, οὐ φυσικῶς κινεῖται, ὡς τὸ πῦρ. ἐκεῖνο γὰρ οὐ παύεται τοῦ κινεῖσθαι, εἰς ὅσον ἐστὶ πῦρ. [1] ὥσπερ τὸ σῶμα νεκρὸν γεγενημένον, ἀκινητεῖ σῶμα ὄν. οὐκοῦν εἰ μήτε ἔξωθεν κινεῖται, ὡς καὶ ἄψυχα, μήτε φυσικῶς ὡς τὸ πῦρ, δῆλον ὅτι ὑπὸ ψυχῆς κινεῖται τῆς καὶ τὸ ζῆν αὐτῷ παρεχούσης. εἰ τοίνυν τῷ σώματι ἡμῶν ἡ ψυχὴ δείκνυται τὸ ζῆν παρέχουσα, ἔστι καὶ καθ' ἑαυτὴν ἡ ψυχὴ ἐκ τῶν ἐνεργειῶν γνωριζομένη.

II.

An sit Anima.

Corpus nostrum cum movetur, aut extrinsecus, aut intrinsecus movetur. Non moveri autem illud extrinsecus, ex eo patet: quod neque impulsione, neque tractione movetur, sicut ea quæ sunt inanimata. Cum vero moveatur intrinsecus, non tamen naturaliter movetur ut ignis. Nam ignis quamdiu est, numquam motum intermittit: at corpus ubi mortuum fuerit, moveri desinit, licet tamen sit corpus. Quare si neque extrinsecus movetur, sicut inanimata; neque naturaliter, velut ignis: manifestum est moveri ab Anima, quæ etiam vitam ipsi subministrat. Si igitur corpori nostro vitam ab anima præberi constet, anima etiam ex suis effectis cognoscitur.

Γ'.

Εἰ οὐσία ἐστὶν ἡ ψυχή.

Ὅτι μὲν οὐσία ἐστὶν ἡ ψυχὴ, δείκνυται οὕτως· πρῶτον μὲν, ὅτι τῆς οὐσίας ὅρος καὶ ἐπ' αὐτῆς ἂν εἰκότως λεχθείη. ἔστι δὲ οὗτος· Οὐσία ἐστὶ τὸ ταυτὸν, καὶ ἓν ἀριθμῷ, τῶν ἐναντίων [2] παραμέρος εἶναι δεκτικόν. ὅτι δὲ ἡ ψυχὴ αὕτη τῆς ἰδίας φύσεως μὴ ἐξισταμένη, τὰ ἐναντία δέχεται παραμέρος, παντίπου δῆλον. δικαιοσύνη γὰρ καὶ ἀδικία, ἀνδρεία τε καὶ δειλία, σωφροσύνη τε καὶ ἀκολασία, ἐν αὐτῇ θεωροῦνται ἐναντία ὄντα. εἰ τοίνυν ἰδίωμα οὐσίας, τὸ τῶν ἐναντίων εἶναι παραμέρος δεκτικὸν, δείκνυται δὲ ἡ ψυχὴ τοῦτον ἐπιδεχομένη τὸν ὅρον· οὐσία ἄρα ἡ ψυχή. ἔπειτα καὶ τοῦ σώματος οὐσίας ὄντος, καὶ τὴν ψυχὴν οὐσίαν εἶναι ἀνάγκη. οὐδὲ γὰρ οἷόν τε, τὸ ζωοποιούμενον [3] οὐσίαν εἶναι, τὸ δὲ ζωοποιοῦν, εἶναι ἀνούσιον· εἰ μή τις, καὶ τὸ μὴ ὂν, τοῦ ὄντος αἴτιον φήσειεν εἶναι· ἢ πάλιν, ἐν ᾧ τὴν ὕπαρξιν ἔχον, καὶ [4] οὗ ἄνευ εἶναι μὴ δυνάμενον, αἴτιον ἐκείνου εἶναι τοῦ ἐν ᾧ ἐστι, μανείς τι εἴποι.

III.

An Anima sit substantia.

Quod porro Anima sit substantia, sic ostenditur: Primo quidem, quoniam illi quoque definitio substantiæ jure convenit, quæ quidem est ejusmodi: Substantia est, quod cum unum & idem sit numero, contraria vicissim suscipit. Quod vero Anima a natura propria non recedens, contraria vicissim suscipiat, omnibus credo est perspicuum. Justitia enim & injustitia, fortitudo & timiditas, temperantia & intemperantia, in ipsa vicissim cernuntur, quum sint contraria. Quamobrem cum ea substantiæ sit proprietas, ut contrariorum vicissim susceptrix sit, eademque Animæ conveniat; substantia igitur Anima erit. Præterea, cum & corpus sit substantia, Animam quoque substantiam esse necesse est. Neque enim fieri potest, ut quod vitam accipit, substantia sit; illud aut quod vitam præbet, non sit substantia. Nisi forte quis ita insaniat, ut id quod non est, ejus quod est, caussam esse affirmet: aut rursus id cujus illud ipsum quod est, ex alio sic pendet, ut absque illo esse nequeat, ejus ipsius ex quo pendet, caussam esse velit.

Δ'.

Εἰ ἀσώματος ἡ ψυχή.

Ὅτι μὲν ἐν τῷ σώματι ἡμῶν ἡ ψυχή ἐστιν, ἀνωτέρω ἐδείχθη. δεῖ τοίνυν εἰδέναι πῶς ἐν τῷ σώ-

IV.

An incorporea sit Anima.

In corpore quidem nostro Animam esse superius ostensum est: quomodo autem sit in corpore, cogno-

1. Ὥσπερ —— σῶμα ὄν] Bessar. codex apud Nourrium *Appar.* ad *bibl. PP.* tom. II. pag. 741. ὥσπερ τὸ σῶμα νεκρὸν ἀκίνητον, σῶμα ὄν.

2. Παραμέρος] Id. cod. περὶ μέρος. Sic & paullo post. Sed distinctim legendum videtur παρὰ μέρος. Vid. Budæum comment. L. G. v. παρὰ μέρος, pag. 114.

3. Οὐσίαν] Al. ἐνούσιον. Rectius fortasse: mox enim ἀνούσιον.

4. Καὶ οὗ ἄνευ εἶναι μὴ δυνάμενον] Al. καὶ ὃ ἄνευ τοῦ εἶναι μὴ δυνάμενον. Sic & codex Bessar.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

ματι. καὶ εἰ μὲν παράκειται αὐτῷ ὡς ψηφὶς ψηφίδι, σῶμα μὲν ἔσται ἡ ψυχή· ὅλον δὲ τὸ σῶμα οὐκ ἔσται ἔμψυχον, μέρει γάρ τινι [1] παρακείσεται. εἰ δὲ ἐμμέμικται, ἢ ἐγκέκραται, πολυμερὴς ἂν γένοιτο ἡ ψυχὴ, καὶ οὐχ ἁπλῆ, τοῦ ἰδίου τῆς ψυχῆς λόγου ἐκβεβλημένη. τὸ γὰρ πολυμερὲς, καὶ διαιρετὸν, καὶ διάλυτον· τὸ δὲ διάλυτον, σύνθετον· τὸ δὲ σύνθετον, τριχῇ διαστατὸν, τὸ δὲ σῶμα σώματι προστιθέμενον, ὄγκον ποιεῖ. ἡ δὲ ψυχὴ ἐν τῷ σώματι οὖσα, ὄγκον οὐ ποιεῖ, ἀλλὰ μᾶλλον ζωοποιεῖ. οὐκ ἄρα ἔσται ἡ ψυχὴ σῶμα, ἀλλ' ἀσώματος.

Ἔτι [2] εἰ σῶμα ἡ ψυχὴ, ἢ ἔξωθεν, ἢ ἔνδοθεν κινεῖται. οὔτε δὲ ἔξωθεν κινεῖται· οὐ γὰρ ὠθεῖται, ἢ ἕλκεται, ὡς τὰ ἄψυχα. οὔτε δὲ ἔσωθεν κινεῖται, ὡς τὰ ἔμψυχα. ἄτοπον γὰρ ψυχῆς ψυχὴν λέγειν. οὐκ ἔσται οὖν σῶμα, ἀσώματος ἄρα.

Καὶ πάλιν, εἰ σῶμά ἐστιν ἡ ψυχὴ, καὶ τὰς ποιότητας αἰσθητὰς ἔχει, καὶ τρέφεται. ἀλλ' οὐ τρέφεται. καὶ εἰ τρέφεται, οὐ σωματικῶς τρέφεται ὡς τὸ σῶμα, ἀλλ' ἀσωμάτως, λόγῳ γὰρ τρέφεται. οὐ τοίνυν ποιότητας αἰσθητὰς ἔχει. οὔτε γὰρ ὁρᾶται δικαιοσύνη, οὔτε ἀνδρεία, οὔτε τῶν τοιούτων οὐδέν. τῆς δὲ ψυχῆς αἱ ποιότητες αὗται. οὐκ ἔστιν οὖν σῶμα, ἀσώματος ἄρα.

Ἔτι, πάσης τῆς σωματικῆς οὐσίας εἰς ἔμψυχον καὶ ἄψυχον διαιρουμένης, εἰπάτωσαν οἱ [3] σῶμα τὴν ψυχὴν λέγοντες, εἰ ἄψυχον αὐτὴν λεκτέον, ἢ ἔμψυχον.

Ἔτι, εἰ πᾶν σῶμα καὶ [4] κέχρωσται, καὶ πεπόσωται, καὶ ἐσχημάτισται· οὐδὲν δὲ τούτων ἐν τῇ ψυχῇ θεωρεῖται, οὐκ ἄρα σῶμα ἡ ψυχή.

scere oportet. Nam si illi ita adjacet, ut lapis lapidi: sequitur, quod corpus sit Anima, nec totum corpus animatum sit, cum parti cuidam solum adhæreat. Sin autem cum corpore mista confusaque sit; e propria Animæ ratione dejecta, multis partibus constabit, nec simplex erit. Quod enim multarum est partium, divisibile est ac dissolubile: quod autem potest dividi, compositum est: compositum vero tripliciter dividi potest. Corpus autem adjunctum corpori, molem auget: Anima vero in corpore exsistens, illud non tumidum, sed vivum potius reddit. Non igitur corpus, sed incorporea est Anima.

Ad hæc, si corpus esset Anima, aut extrinsecus aut intrinsecus moveretur. Non autem extrinsecus movetur: non enim impulsione, neque tractione movetur, ut inanimata: neque intrinsecus movetur, sicut animata. Absurdum enim est, animam animæ dicere. Non ergo Anima est corpus: incorporea igitur.

Et rursus, si corpus est Anima, etiam qualitates habet quæ percipiuntur sensibus, & nutritur: sed non nutritur. Quod si nutritur; non corpore nutritur ut corpus, sed incorporee: nam ratione & verbo nutritur: non igitur sensibiles qualitates habet: Neque enim oculis cernitur justitia, neque fortitudo, neque alia ejus generis, quæ sunt Animæ qualitates: quapropter corpus non est Anima: incorporea igitur.

Præterea, cum omnis substantia corporea, in animatam vel inanimatam dividatur; dicant qui Animam corpus esse affirmant, animatam ne dici eam velint, an inanimatam.

Denique, si corpus omne colorem, quantitatem & figuram habet: nihil autem ejusmodi in Anima conspicitur: non igitur Anima est corpus.

Ε΄.

Εἰ ἁπλῆ ἡ ψυχὴ, ἢ σύνθετος.

Δείκνυται τοίνυν, ὅτι εἰ ἁπλῆ ἡ ψυχὴ, ἐξ ὧν μάλιστα ἀσώματος ἀπεδείχθη. εἰ γὰρ σῶμα οὐκ ἔστι, σῶμα δὲ πᾶν σύνθετόν ἐστι· τὸ δὲ συγκείμενον ἐκ μερῶν σύγκειται, οὐκοῦν καὶ πολυμερὴς ἔσται. ἀσώματος δὲ οὖσα, ἁπλῆ ἐστιν· ἐπειδὰν καὶ ἀσύνθετος, καὶ ἀμερής.

V.

An simplex sit Anima, an composita.

Ex quibus ergo Anima corporis expers ostenditur, ex iis potissimum etiam simplex demonstratur. Nam si corpus non est, & omne corpus compositum est; compositum autem ex partibus constet, nec plurium quidem partium erit. Cum autem incorporea sit, simplex erit: quoniam non est composita, neque in partes secabilis.

ϛ΄.

Εἰ ἀθάνατος ἡμῶν ἡ ψυχή.

Ἀκόλουθον οἶμαι δεῖν τῷ ἁπλῷ, τὸ ἀθάνατον. καὶ ὅπως, ἄκουσον. οὐδὲν τῶν ὄντων, αὐτὸ ἑαυτοῦ φθαρτικόν ἐστιν, ἐπεὶ οὐκ ἂν οὔτ' ἐξ ἀρχῆς συνέστη. τὰ γὰρ φθειρόμενα, ἐκ τῶν ἐναντίων φθείρονται. διὸ πᾶν φθειρόμενον, διάλυτόν ἐστι, τὸ δὲ διάλυτον, σύνθετον. τὸ δὲ σύνθετον, πολυμερές. τὸ δὲ ἐκ μερῶν συγκείμενον, δῆλον [5] ὅτι ἐκ διαφόρων σύγκειται μερῶν. τὸ δὲ διάφορον, οὐ ταυτόν. οὐκοῦν ἡ ψυχὴ ἁπλῆ οὖσα, καὶ μὴ ἐκ διαφόρων συγκειμένη μερῶν, ἀσύνθετος καὶ ἀδιάλυτος οὖσα, διὰ τοῦτο ἄφθαρτος καὶ ἀθάνατος ἔσται.

Ἔτι, πᾶν τὸ ἔκ τινος κινούμενον, οὐκ ἐξ ἑαυτοῦ ἔχον τὸ ζωτικὸν, ἀλλ' ἐκ τοῦ κινοῦντος, τοσοῦτον διαμένει, ὅσον ὑπὸ τῆς ἐνεργούσης ἐν αὐτῷ διακρατεῖται δυνάμεως. ἐπειδὰν δὲ παύσηται τὸ ἐνεργοῦν, διαλείπει καὶ αὐτὸ, τὸ ἐξ αὐτοῦ τὴν κίνησιν ἔχον. ἡ δὲ ψυχὴ αὐτοκίνητος οὖσα, οὐδέ-

VI.

An immortalis nostra sit Anima.

Consequens vero mihi videtur, ut quod est simplex, etiam sit immortale. Et quo pacto illud, ausculta: Nihil eorum quæ sunt, se ipsum corrumpit; alioquin enim ne initio quidem constitisset. Quæ autem corrumpuntur, ex contrariis corrumpuntur. Nam omne quod corrumpitur, dissolvitur: quod dissolvitur, compositum est: compositum, multarum est partium: quod ex partibus constat, ex iis scilicet constat differentibus: quod vero differens est, idem non est. Quamobrem cum simplex sit Anima, neque ex pluribus partibus constet; quia nec composita est, nec dissolvi potest: sequitur eam incorruptibilem & immortalem esse.

Præterea, quidquid alieno cietur motu, nec ex se ipso, sed ex eo a quo movetur, vivendi habet facultatem; illud tam diu permanet, quoad ab illa intrinsecus operante vi conservatur: at ubi ea cessaverit, & ipsum quod ab ea movebatur, desinat necesse est. Quare cum Anima a se ipsa moveatur, numquam esse de-

1. Παρακ.] Bessar. cod. cum al. παράκειται.
2. Εἰ σῶμα ἡ ψυχὴ — ἀσώματος ἄρα] Absunt hæc a cod. Bessar. librarii sane oscitantia propter sequentia, εἰ σῶμά ἐστιν.
3. Σῶμα] Al. σωματικήν.
4. Κέχρωσται] Bessar. cod. κεχώρισται.
5. Δῆλ.] Al. δηλονότι.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

ποτε τοῦ εἶναι διαλείπει. ἀκολουθεῖ γὰρ τῷ αὐτοκινήτῳ, τὸ ἀεικίνητον εἶναι. τὸ δὲ ἀεικίνητον, ἄπαυστόν ἐστι. τὸ δὲ ἄπαυστον, ἀτελεύτητον. τὸ δὲ ἀτελεύτητον, ἄφθαρτον. τὸ δὲ ἄφθαρτον, ἀθάνατον. εἰ τοίνυν ἡ ψυχὴ αὐτοκίνητός ἐστιν, ὡς ἀνωτέρω ἀπεδείχθη· ἔσται ἄφθαρτος καὶ ἀθάνατος κατὰ τὸν [1] προλεχθέντα συλλογισμόν.

Ἔτι, πᾶν ὑπὸ τῆς ἰδίας κακίας μὴ φθειρόμενον, ἄφθαρτόν ἐστι. τὸ δὲ κακὸν τῷ καλῷ ἐναντίον· διὸ καὶ φθαρτικόν ἐστιν αὐτοῦ. οὐδὲν γάρ ἐστιν ἕτερον σώματος κακία, ἢ πάθος, καὶ νόσος, καὶ θάνατος. ὥσπερ ἀρετὴ, κάλλος, ζωὴ, ὑγεία, καὶ εὐεξία. εἰ τοίνυν ἡ ψυχὴ ὑπὸ τῆς ἰδίας κακίας οὐ φθείρεται, κακία δὲ ψυχῆς δειλία, ἀκολασία, φθόνος καὶ τὰ παραπλήσια· ταῦτα δὲ πάντα οὐκ ἀφαιρεῖται αὐτῆς τὸ ζῆν τε καὶ τὸ κινεῖσθαι, ἀθάνατος ἄρα ἐστίν.

A finit. Hæc enim ita se consequuntur, ut quod a se ipso movetur, semper moveatur; quod semper movetur, numquam deficit: quod numquam deficit, fine caret: quod finis est expers, non corrumpitur: quod non corrumpitur, est immortale. Ergo si Anima a se ipsa movetur, ut superius demonstratum est; erit igitur ex vi jam propositæ ratiocinationis, incorruptibilis & immortalis.

Præterea, quodcumque a proprio malo non corrumpitur, corrumpi non potest: malum autem bono contrarium est; ideo & illius corrumpendi vim habet. Non enim aliud est corporis malum, quam passio, morbus & mors; sicut contra, virtus ejus est, pulcritudo, vita, sanitas & firma constitutio. Si igitur Anima a suo malo non corrumpitur; malum autem Ani- B mæ est metus, intemperantia, invidia & similia: quæ tamen omnia vivendi ac movendi facultatem ipsi non auferunt: Anima ergo est immortalis.

Ζ.

Εἰ λογικὴ ἡμῶν ἡ ψυχή.

Ὅτι δὲ λογικὴ ἡμῶν ἡ ψυχὴ, ἐκ πολλῶν ἄν τις δείξειε. καὶ πρῶτον μὲν, ἐκ τοῦ τὰς τέχνας χρησίμους οὔσας τῷ βίῳ αὐτὴν εὑρηκέναι. οὐδὲ γὰρ ἁπλῶς, καὶ ὡς ἔτυχε, εἴποι τις συνεστάναι τὰς τέχνας. ἐπεὶ μήτε ἀργὰς, καὶ ἀνωφελεῖς αὐτὰς τῷ βίῳ ἀποδείξει. εἰ τοίνυν αἱ τέχναι συντελοῦσι πρὸς τὸ χρήσιμον τῷ βίῳ· τὸ δὲ χρήσιμον, ἐπαινετόν· τὸ δὲ ἐπαινετὸν, λόγῳ κατασκευαστόν· ψυχῆς δὲ εὕρημα αὗται· λογικὴ ἄρα ἡμῶν ἡ ψυχή.

Ἔπειτα, ἐκ τοῦ τὰς αἰσθήσεις ἡμῶν μὴ ἱκανὰς εἶναι πρὸς τὴν τῶν πραγμάτων κατάληψιν, λογικὴ ἡμῶν ἡ ψυχὴ ἀποδείκνυται. οὐδὲ γὰρ ἀρκούμεθα πρὸς εἴδησιν τῶν ὄντων, τῇ τῆς αἰσθήσεως προσβολῇ. ἐπεὶ μηδὲ στῆναι περὶ αὐτὰ θέλομεν, αὐτίκα γοῦν τὰ τῷ σχήματι ἴσα, καὶ τῇ χροιᾷ ὅμοια καὶ διῃρημένα ταῖς [2] φύσεσιν, ἡ αἴσθησις ἄλογος οὖσα διακρῖναι ἀσθενεῖ.

Εἰ τοίνυν αἱ αἰσθήσεις ἄλογοι οὖσαι, ψευδῆ ἡμῖν φαντασίαν τῶν ὄντων ἐμποιοῦσιν, λογιστέον ἡμῖν, εἰ καταληπτέα τὰ ὄντα; ἢ μὴ, ὡς ἀληθῶς. καὶ εἰ μὲν καταληπτέα, ἑτέρα ἐστὶν ἡ δύναμις, καὶ κρείττων παρὰ τὰς αἰσθήσεις, ἡ τούτων ἐφικνουμένη. εἰ δὲ μὴ καταλαμβάνεται, οὐδὲ ἔσται ἡμῖν τὰ ἑτέρως παρὰ ὅ ἐστι θεωρούμενα. ὅτι δὲ καταληπτὰ ἡμῖν ἐστι τὰ πράγματα, δῆλον ἐξ οὗ οἰκείως ἑκάστῳ πρὸς τὸ χρήσιμον χρώμεθα, καὶ πάλιν κατασκευάζομεν εἰς ἃ ἐθέλομεν. οὐκοῦν εἰ τὰ ὄντα ἡμῖν καταληπτὰ ἐδείχθη, αἱ δὲ αἰσθήσεις ἄλογοι οὖσαι, ψευδῶς δοκιμάζουσι, νοῦς ἔσται ὁ [3] τὰ πάντα λόγῳ διακρίνων, καὶ ἔστιν ὡς ἀληθῶς τὰ ὄντα ἐπιγινώσκων. νοῦς δὲ ψυχῆς τὸ λογικὸν μέρος, λογικὴ ἄρα ψυχή.

Ἔτι, ὅτι οὐδὲν ποιοῦμεν, μὴ πρότερον ἑαυτοῖς διαγράψαντες· τοῦτο δὲ, οὐδὲν ἕτερόν ἐστι ἢ τῆς ψυχῆς ἀξίωμα. οὐδὲ γὰρ ἔξωθεν αὐτῇ προσγίνεται ἡ τῶν ὄντων εἴδησις, ἀλλ' αὐτὴ ὥσπερ ταῖς ἑαυτῆς ἐπινοίαις τὰ ὄντα κοσμεῖ· διὰ τοῦτο ἐν ἑαυτῇ [4] προαναζωγραφοῦσα πρότερον τὸ πρᾶγμα, εἶθ' οὕτως εἰς ἔργον ἐκφέρει. ἀξίωμα δὲ τῆς ψυχῆς, οὐδέν ἐστιν ἕτερον, ἢ τὸ μετὰ λόγου πάντα ποιεῖν· ταύτῃ [5] γὰρ καὶ διαφέρει, καὶ τῶν αἰσθήσεων. ἐδείχθη ἄρα λογικὴ ἡ ψυχή.

VII.

An rationis particeps nostra sit Anima.

Quod porro anima nostra rationis sit particeps, multis argumentis ostendi potest. Ac primum quidem, ex eo, quod artes vitæ nostræ utiles ipsa adinvenerit. Neque enim eas temere aut casu aliquo repertas esse, quis dixerit: cum nec otiosas, nec vitæ inutiles easdem esse, queat demonstrare. Si igitur artes ad vitæ C utilitatem conferunt; & quæ sunt utilia, etiam laudabilia sunt; laudabilia vero ratione comparentur; Animæ vero inventa, ipsæ sint artes: Anima igitur nostra, rationis est particeps.

Deinde ex eo quod sensus nostri ad res comprehendendas non sunt sufficientes, etiam animam nostram ratione præditam esse demonstratur. Neque enim sola sensus applicatione, valemus ad res cognoscendas pervenire. At quia nec in hisce volumus inhærere, id protinus inde constat, quod sensus nisi ratione adjuventur, ea quæ figura sunt æqualia, & colore similia, natura tamen differentia, internoscere atque discernere nequeant.

Quapropter, cum sensus ratione destituti, falsas nobis rerum imagines ac species inducant; reputandum nobis est, res comprehendi ne re vera queant, nec ne: & D si quidem comprehendi possunt, alia nobis præter sensus vis est, eaque præstantior, qua ad earum cognitionem pervenire liceat. Quod si non comprehenduntur; ne illa quidem assequi poterimus, quæ aliter quam sunt, conspiciuntur. Res porro a nobis percipi, vel ex eo patet, quod eas convenienter ad usus nostros adhibemus, & rursus in quodcumque volumus, convertimus. Quare si res comprehendi posse, a nobis demonstratum est; idque a sensibus ratione destitutis effici nequeat, quippe qui falsas nobis opiniones repræsentent; mens sane erit, quæ ratione cuncta distinguit atque dijudicat, & res ut re vera sunt, cognoscit: mens autem est Animæ pars ratione decorata ac illustrata. Est ergo Anima rationis particeps.

E Postremo, quia nihil agimus, quod non prius nobis ipsi descripserimus atque definierimus: id autem nihil aliud est, quam animæ dignitas: quippe cui non extrinsecus advenit rerum cognitio, sed ipsa tamquam suis commentis ac sensis res ornat; & ideo in se ipsa rem ante depingit atque describit, ut sic eam postea in medium proferat. Animæ porro dignitas, nihil aliud est, quam ratione omnia facere: qua quidem etiam a sensibus differt: Animam igitur ratione præditam esse, jam demonstratum est.

1. Προλεχθ.] Al. προστεθέντα.
2. Φύσεσιν] Al. ὄψεσιν. Atque ita quoque codex Bessar. Et rectius quidem ut videtur: *aspectu tamen differentia.*
3. Ὁ πάντα λόγῳ διακρίνων] Al. ὁ πάντα λόγον διακρίνων. *Quæ omnem rationem discernit.*
4. Προαναζωγραφοῦσα] Al. προαναζωγραφεῖ. Paullo ante legendum videtur, ἀλλ' ἐν ἑαυτῇ: ubi tamen codex Bessar. ἀλλ' αὐτῇ.
5. Ταύτῃ γάρ κ. τ. λ.] Al. ταύτῃ γὰρ διαφέρειν καὶ τῶν αἰσθήσεων ἐδείχθη. ἄρα λογικὴ ἡ ψυχή. Atque ita cod. ms. Paris. Id est: *Hac enim* (scilicet *ratione*) *etiam a sensibus Animam differre, demonstratum est. Anima igitur ratione prædita est.* Voss.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΚΑΤΑ ΠΑΡΑΦΡΑΣΙΝ ΤΟΥ ΑΣΜΑΤΟΣ ΤΩΝ ΑΣΜΑΤΩΝ,

συλλέγουσα ἀπό τε τῶν εἰς τοῦτο ἑρμηνειῶν τοῦ ἁγίου Γρηγορίου Νύσσης, τοῦ ἁγίου Νείλου, καὶ τοῦ ἁγίου Μαξίμου.

EXPOSITIO CANTICI CANTICORUM PER PARAPHRASIM,

collecta ex sancti GREGORII NYSSÆ pontificis, & sancti Nili & sancti Maximi commentariis.

ΕΠΕΙΔΗ καὶ τὰς παροιμίας καὶ τὸν Ἐκκλησιαστὴν Σολομῶν ᾖσεν· ἐν μὲν ταῖς παροιμίαις, ἀποτρεπόμενος μὲν ἀπὸ τοῦ κακοῦ· προτρεπόμενος δὲ πρὸς τὸ ἀγαθὸν, καὶ παιδαγωγῶν ἠθικῶς· ἐν δὲ τῷ ἐκκλησιαστῇ ἀποδεικνύων τῶν παρόντων τὸ μάταιον, καὶ τούτων πείθων ὑπερφρονεῖν, καὶ ἐκπαιδεύων φυσικῶς, ἐξ ὧν ἡ πρὸς Θεὸν ἀγάπη ὑφίσταται· οἷα κινούντων πρὸς τὸ ὄντως ἀγαθὸν ἀπὸ τοῦ νομιζομένου τὸν πόθον ἡμῶν. καὶ τὰ λοιπά.

A QUONIAM & Proverbia & Ecclesiasten cecinit Salomon; in Proverbiis quidem deterrens a vitiis & ad virtutes cohortans, atque moraliter instituens: in Ecclesiaste autem declarans, rerum præsentium vanitatem, easque despiciendas suadens, ac naturaliter docens ex quibus caritas in Deum proficiscatur, quæ nimirum ab eo quod bonum videtur, ad id quod vere bonum est, animos nostros incitet atque inflammet, & reliqua.

ΕΤΕΡΑ ΕΞΗΓΗΣΙΣ ΕΙΣ ΤΟ ΑΣΜΑ ΤΩΝ ΑΣΜΑΤΩΝ

ἐξηγηθὲν παρὰ τοῦ Ψελλοῦ διὰ στίχων πολιτικῶν.

ALIA EXPOSITIO IN CANTICUM CANTICORUM

a PSELLO versibus civilibus explicatum.

ΕΠΕΙΔΗΠΕΡ τὸ φιλομαθὲς τὸ σὸν, ὦ στεφηφόρε, B
Ἑρμηνευθῆναι γλίχεται τὴν ξένην καὶ ποικίλην
Τοῦ τῶν ᾀσμάτων ᾄσματος ἐξήγησιν καὶ γνῶσιν.
Ἰδοὺ σου τῷ θεσπίσματι πεισθέντες αὐτοκράτωρ,
Καὶ τὰς ἐλπίδας θέμενοι πρὸς τὸν δεσπότην πάντων,
Δηλοῦμεν τὴν ἐξήγησιν πᾶσάν σοι τῶν ᾀσμάτων,
Ἐν ἁπλουστέραις λέξεσιν καὶ κατημαξευμέναις.
Ὁ γὰρ προφήτης Σολομῶν ὁ πάνσοφος ἐκεῖνος,
Ὁ παῖς τυγχάνων τοῦ Δαβὶδ, ἀλλ᾽ ἐκ τῆς τοῦ Οὐρίου,
Τρεῖς συνεγράψατό τινας ἐν βίῳ πραγματείας.
Ἡ μὲν καλεῖται συνεχῶς τοῖς πᾶσι Παροιμίαι,
Ἔχουσα παίδευσιν ἠθῶν, παθῶν ἐπανορθώσεις,
Καὶ τῶν πρακτέων συνεχῶς καὶ θείας ὑποθήκας,
Ἡ δέ πως Ἐκκλησιαστὴς κέκληται τοῖς ἀνθρώποις, C
Τὸ μάταιον διδάσκουσα τὸ τοῦ παρόντος βίου.
Ἡ δέ γε τρίτη συνεχῶς ἐκείνου πραγματεία,
Αὕτη τυγχάνει, δέσποτα, τὸ ᾆσμα τῶν ᾀσμάτων,
Τὸν τρόπον καταγγελεῖ σοι ποικιλοτρόπως ἄγαν,
Τῆς τελειώσεως αὐτῆς ψυχῶν τῶν ἀνθρωπίνων,
Ἀλλ᾽ ὡς ἐν σχήματί τινι σεμνονυμφοστολίας.
Σοφῶς γὰρ ὑποτίθησι τὸν μὲν Χριστὸν νυμφίον,
Νύμφην δὲ πάλιν τὴν ψυχὴν ἐρῶσαν τοῦ νυμφίου,
Καὶ πεπυρωμένην ἔρωτι θείῳ τῷ τοῦ νυμφίου,
Καὶ πρὸς ἐκείνου χάριτας ἀνιπταμένην τάχα.
Ἔχει δὲ φράσεις καί τινας περὶ τῆς ἐκκλησίας.
Ἀλλ᾽ ἀπαρξώμεθα λοιπὸν σύν γε Θεῷ, τῷ λόγῳ.

CUM animus tuus discendi cupidus, o diademate redimite, eo desiderio teneatur, ut Canticorum Canticum nova & varia explanationis atque intelligentiæ ratione declaretur: en voluntati ac studio tuo obsequimur, imperator; atque Domini universorum auxilio freti, totam Canticorum expositionem simplici & vulgari oratione concinnatam afferimus. Sapientissimus ille propheta Salomon, Davidis filius ex ea quæ fuit Uriæ, tria quædam in vita volumina conscripsit. Unum prudenter ab omnibus *Proverbiorum* nomine nuncupatur, quod morum continet disciplinam, perturbationum animi emendationem, recteque vivendi rationem ac divina præcepta: alterum *Ecclesiastes* ab hominibus appellatur, quod vitæ præsentis aperit vanitatem: tertium, domine, quod continenter sequitur, est ipsum *Canticum Canticorum*, quod quidem tibi eleganter admodum, & sub specie ac figura quadam nuptiarum tradit humanæ animæ perfectionem. Sapienter enim proponit Christum sponsum, sponsamque itidem, animam sponsi amore languentem atque inflammatam, & ad illius gratias & munera velociter pervolantem. Continet etiam dicta quædam Ecclesiæ congruentia. Sed jam, adjuvante Deo, verba incipiamus interpretari.

Ἐκ τῶν τριῶν ἁγίων πατέρων. D

ΑΣΜΑ ᾀσμάτων τῷ Σολομῶντι ἀναγέγραπται, τὸ δηλοῦν τὴν πρὸς τὸν νυμφίον Χριστὸν ἀγάπην τῆς νύμφης αὐτοῦ ἐκκλησίας· ὡς ἐκ τῆς διὰ τῶν παροιμιῶν προτροπῆς καὶ ἀποτροπῆς, καὶ τῆς διὰ τοῦ ἐκκλησιαστοῦ τῶν προσκαίρων καταγνώσεως ᾀδομένης αὐτῷ τῷ νυμφίῳ Χριστῷ τῷ εἰρηνικῷ. ὅτι τε ἡμῖν εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ γέγονεν, καὶ ἡμᾶς δι᾽ ἑαυτοῦ κατήλλαξε τῷ ἰδίῳ πατρί.

Ex tribus sanctis Patribus.

A SALOMONE inscriptum est Canticorum Canticum, in quo sponsæ Ecclesiæ in Christum ipsius sponsum amor ostenditur. Nam post Proverbiorum ad virtutes cohortationem & dehortationem a vitiis, & post rerum humanarum atque mortalium contemtum quem ab Ecclesiaste didicerat, canit ipsi sponso Christo pacifico, quod & nobis a Deo factus est pax, &

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

καθ' ἣν ἀγάπην νυμφεύει ἑαυτῷ τὴν τῶν πιστῶν ἐκκλησίαν, μυσταγωγῶν αὐτὴν θεολογικῶς νόμῳ πνευματικῷ ἐν τῇ ἀποκαλύψει τῶν περὶ αὐτοῦ μυστηρίων, ἣν πρότερον ἐνυμφοστόλησε διὰ τῶν παροιμιῶν, καὶ τοῦ ἐκκλησιαστοῦ παιδαγωγήσας καὶ ἐκπαιδεύσας ἠθικῶς τε καὶ φυσικῶς. ἡ οὖν προμνηστευθεῖσα τῷ Χριστῷ ἐκκλησία, διά τε τοῦ γραπτοῦ νόμου καὶ τοῦ φυσικοῦ, ὧν τὰς δυνάμεις Σολομὼν ἔν τε ταῖς παροιμίαις καὶ τῷ ἐκκλησιαστῇ ᾖσε, καὶ διὰ τῶν ἐν πάσῃ τῇ γραφῇ καὶ τῇ κτίσει συμβόλων εἰσαγωγικῶς παιδευθεῖσα τοὺς περὶ προνοίας καὶ κτίσεως λόγους· κἀκ τούτων διδαχθεῖσα τὰ πρὸς αὐτὴν τοῦ νυμφίου φίλτρα, βούλεται λοιπὸν τελεώτερον τούτους παρ' αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ λόγου κατὰ τὴν ἔνσαρκον τούτου οἰκονομίαν νόμῳ πνευματικῷ διδαχθῆναι, ἀμέσως δι' ἀγάπης αὐτῷ κολληθεῖσα, καὶ πνεῦμα ἓν γενομένη ἐν τῷ νύμφη αὐτοῦ χρηματίσαι. φέρε τοίνυν ἐπ' αὐτὴν ἔλθωμεν λοιπὸν τῶν ῥημάτων τὴν ἑρμηνείαν.

A per se ipsum nos patri suo reconciliavit. Qua quidem caritate fidelium Ecclesiam despondit sibi divina ratione ac lege spirituali, & revelatione mysteriorum quæ de ipso tradita sunt erudiens illam, quam prius per Proverbia & Ecclesiasten moraliter & naturaliter exornatam instituerat. Ecclesia igitur Christo desponsata, quæ per legem tum scriptam tum naturalem, quarum vires in Proverbiis & Ecclesiaste Salomon expresserat, perque totius scripturæ & creaturæ notas, quasi tirocinio & rudimentis quibusdam ea didicit, quæ ad providentiam & creationem pertinent, atque ex iis incredibilem sponsi erga se amorem intellexit; vult insuper ut perfectius hæc ab ipso Dei Verbo per hujus in carne dispen- B sationem spiritali lege doceatur, sine ullo medio per caritatem ipsi conjuncta, unusque facta spiritus per hoc, quod sponsa ejus vocetur. Age igitur ad ipsam porro veniamus verborum interpretationem.

Φιλησάτω με ἀπὸ φιλημάτων στόματος αὐτοῦ.

Osculetur me osculis oris sui.

Τῶν γ'. πατέρων.

Ex tribus Patribus.

ΗΓΟΥΝ Αὐτὸς δὲ ἑαυτοῦ τὴν περὶ ἐμοῦ ὑπεράγαθον αὐτοῦ βουλὴν διδαξάτω με, λόγοις καὶ τρόποις τὸ συνοῖσον ὑποδεικνύων μοι·

Hoc est: Ipse per se optimam suam erga me voluntatem doceat, verbisque, & rationibus, quid expediat, ostendat.

Ἀγαθοὶ μαστοί σου ὑπὲρ οἶνον, καὶ ὀσμὴ μύρων σου ὑπὲρ πάντα τὰ ἀρώματα.

Meliora sunt ubera tua vino, & odor unguentorum tuorum super omnia aromata.

C

Τριῶν πατέρων.

Trium Patrum.

ΜΑΣΘΟΥΣ δὲ πάλιν ἐνταῦθα καλεῖ τὰ δοχεῖα τοῦ γάλακτος, ὃ τοῖς ἀτελέσιν ἔτι καὶ νηπίοις προσφέρειν οἶδεν ὁ μακάριος Παῦλος. γάλα γάρ φησιν ὑμᾶς ἐπότισα οὐ βρῶμα, οὔπω γὰρ ἐδύνασθε. οὐ διὰ τοῦτο δὲ μόνον εἰκότως τῶν μαστῶν ἐμνημόνευσεν ἡ νύμφη· ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ τῇ καρδίᾳ πλησιάζουσιν, ἐν ᾗ τὸ ἡγεμονικὸν ἵδρυται. ἀφ' οὗ προχέονται οἱ τῆς διδασκαλίας κρουνοί. θαυμάζει τοίνυν τοῦ νυμφίου τοὺς μαστοὺς, ὡς τῶν ἀγαθῶν τυγχάνοντας κρουνοὺς, καὶ προσφόρως τούς τε νηπίους ἔτι τούς τε τελείους διατρέφοντας· καὶ λέγει αὐτοὺς ἀγαθοὺς ὑπὲρ οἶνον, ὃς εὐφραίνει καρδίαν ἀνθρώπου, κατὰ τὴν θείαν γραφήν. τροπικῶς γὰρ τὸν οἶνον εὐφροσύνην ὠνόμασεν, δεῖξαι βουλόμενος ὅτι πάσης ὁμοῦ τῆς ἐν ἀνθρώποις εὐφροσύνης μείζων ἡ παρὰ τῶν αὐτοῦ δωρεῶν ἐγγινομένη θυμηδία τοῖς εὐσεβέσιν. εἰ δὲ βούλει καὶ μυστικῶς νοῆσαι τῆς νύμφης τὰ ῥήματα, νόησον τοὺς ὑπὲρ οἶνον θαυμαζομένους μαστοὺς, τοὺς ἀῤῥήτους τοῦ θυσιαστηρίου κρουνοὺς, δι' ὧν ἅπαντες οἱ τῆς εὐσεβείας τρεφόμεθα τρόφιμοι. εἶτα τὴν αἰτίαν λέγει τοῦ πολλοῦ πόθου, καὶ τῆς πρὸς αὐτὸν ἀγάπης τῶν μὴ ἡττηθεισῶν τῇ τῶν προσκαίρων σχέσει ψυχῶν, φάσκουσα, ὅτι ἀγαθοὶ μαστοί σου ὑπὲρ οἶνον, καὶ ὀσμὴ μύρων σου ὑπὲρ πάντα τὰ ἀρώματα.

UBERA rursum heic vocat lactis receptacula: quod imperfectis adhuc & infantibus præbere novit beatus Paullus, [a] *Lac vobis*, inquiens, *potum dedi, non cibum: nondum enim poteratis.* Neque vero hac solum de caussa uberum sponsa mentionem fecit, sed etiam quia propinqua sunt cordi, in quo præcipua mentis est sedes, unde doctrinæ fontes emanant. Sponsi igitur ubera uti bonorum fontes admiratur, ex quibus commode tum infantes adhuc, tum etiam perfecti nutriuntur. Eaque dicit esse *meliora vino*, quod divinæ scripturæ testimonio cor hominis ex- D hilarat. Figurate enim vinum lætitiam appellavit, ut cunctis humanis voluptatibus præstare declararet lætitiam illam, quæ ex ipsius donis ad pios proficiscitur. Quod si ubera mystice etiam vis intelligere: per ubera illa admiranda & vino præstantiora, cogita ineffabiles illos altaris fontes, ex quibus omnes nos pietatis alumni nutrimur. Tum ingentis desiderii sui, & dilectionis erga ipsum animarum, quæ rerum fluxarum cupiditati non succubuerunt, caussam exponit dicens: Quoniam *ubera tua meliora sunt vino: & odor unguentorum tuorum super omnia aromata.*

Μύρον ἐκκενωθὲν ὄνομά σοι· διὰ τοῦτο νεάνιδες ἠγάπησάν σε.

Unguentum effusum nomen tuum: ideo odolescen- E *tulæ dilexerunt te.*

Εἴτουν ἀγαθαί εἰσιν ἡ φύσις τῶν ὅλων καὶ ἡ γραφὴ, λαμβανόμεναι ὡς τῆς ἀληθείας σύμβολα, καὶ οἷα μὲν μαζοί σου χορηγοῦσαι ἡμῖν ἁπλῆν τροφὴν, τὴν τῆς εἰς σὲ πίστεως, οἷα δέ τις ὀσμὴ μύρων σου μηνύουσαι τὰ πνευματικῶς ἡμᾶς εὐωδιάζοντα πανάγαθά σου θελήματα, καθ' ἃ τὰ πάντα γεγόνασιν, ὑπὲρ τοῦ καθ' ἑαυτὰς λαμβάνεσθαι, καὶ δίκην μὲν οἴνου ἐξιστᾶν τῆς εἰς σὲ πίστεως. ὥσπερ δέ τινα ἀρώματα δοκοῦντα φύσει τὸ εὐῶδες ἔχειν, παρ' ἑαυτοῖς πρὸς ἀπόλαυσιν τῶν ἐν σαρκὶ καὶ κόσμῳ ἐφέλκεσθαι· οὕτως ἡ κτίσις καὶ ἡ γραφὴ οἱονεὶ μύρων ὀσμὴ τὰ σὰ μηνύουσι θελήματα. τῆς γὰρ ἀ-

Id est: Bonæ sunt natura rerum & scriptura, si quidem accipiantur veluti veritatis symbola, & quæ instar uberum quidem suggerant nobis simplicem cibum, ejus videlicet quæ in te est, fidei; atque instar odoris cujusdam unguentorum tuorum doceant optimas voluntates tuas, quæ nos fragrantes optimo odore efficiant, per quas exstiterunt universa. Si enim secundum se istæ accipiantur; instar quidem vini mentem amovent a fide in te: quasi vero aromata quædam, quæ videntur habere natura sua suavem odorem, ad se ipsas trahunt, quo frui libeat rebus carnalibus & mundanis. Sic natura, inquam, & scriptura, veluti un-

[a] I. Cor. III. 2.

γαθότητός σου, οἷα μύρου ἐκκενωθέντος χεθείσης εἰς πάντα τὰ ὄντα κατὰ μετάδοσιν, ἐκ τῆς ἐνεργείας ὡς τῶν ὅλων αἴτιος καταφάσκει τοῖς ὀνόμασι τῶν μετοχῶν· ἅπερ εἰσὶ τὸ ὄν, ἡ ζωὴ, ἡ σοφία καὶ τὰ ὅμοια. ὅτι δ' οὕτω λαμβανόμεναι ἡ κτίσις καὶ ἡ γραφὴ ἀγαθαί εἰσιν, διὰ τοῦτο αἱ τὴν ἐκ τῆς ἐπιφανείας τῶν ὁρατῶν καὶ τοῦ γράμματος ἀπάτην φυγοῦσαι ψυχαὶ, κἀντεῦθεν τὸν πονηρὸν νικήσασαι σὺν τοῖς πάθεσιν· διὸ καὶ νεάνιδες κέκληνται καὶ ἠγάπησάν σε. ἀγαπήσασαι δέ σε ὃν ἔκ τε τοῦ γραπτοῦ καὶ τοῦ φυσικοῦ νόμου ἐμυήθησαν νυμφίον Χριστόν· εἵλκυσάν σε ἐκ τῶν πατρικῶν κόλπων, διὰ τοὺς μέλλοντας τυχεῖν σωτηρίας ἐν σαρκὶ ἐληλυθότα. λοιπόν φησιν, ὀπίσω σου εἰς ὀσμὴν μύρων σου δραμούμεθα. ἤγουν, ἀκολουθήσομέν σου τὸν τρόπον μιμησάμεναι, καθ' ὃν ἡμᾶς εἰς αἴσθησιν τῶν παναγάθων σου θελημάτων ἤγαγες· ὅς ἐστι πάντως τὸ τὴν ψυχὴν τιθέναι ὑπὲρ τῆς τῶν πολλῶν σωτηρίας· ὡς ἐκφαντικὸς τῆς περιληπτικῆς πασῶν τῶν θείων ἐντολῶν τελείας ἀγάπης.

Καὶ ὀσμὴ σου ὑπὲρ πάντα τὰ ἀρώματα.

A guentorum odor, tuas declarant voluntates. Nam bonitas tua, inſtar unguenti effuſi, in omnes creaturas, per participationem ex vi ſparſa demonſtrat te rerum omnium auctorem, ex nominibus indicans ea quæ communicas univerſis, cujuſmodi ſunt, ens, vita, ſapientia, & ſimilia. Cum igitur natura & ſcriptura, ſi hoc modo accipiantur, bonæ ſint; ideo animæ dolum & fraudem, quæ ex rerum viſibilium ſpecie, & ex litteræ ſono provenit, evitantes, diabolo & perturbationibus ſuperatis, ex quo & adoleſcentulæ ſunt appellatæ, dilexerunt te. Te autem diligentes, quem ex lege tum ſcripta, tum naturali eſſe ſponſum Chriſtum intellexerant, e paterno ſinu traxerunt te, qui propter illos qui ſalutem ſunt adepturi, in B carne veniſti. Deinceps, inquit, *in odorem unguentorum tuorum curremus*. Id eſt, ſequemur te, morem atque inſtitutum imitantes, quo nos ad ſenſum optimæ voluntatis tuæ perduxiſti, id eſt, ut animam ponamus pro ſalute multorum, quod eſt perfectæ caritatis indicium, omnia divina mandata complectentis.

Et odor, inquit, *tuus ſuper omnia aromata*.

Τῶν γ'. πατέρων.

Trium Patrum.

ΛΟΙΠΟΝ ἡ ἐκ τῆς τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίας διὰ βίου τελείου αὐτῷ νυμφευθεῖσα ψυχὴ, καὶ τοῦ διδασκαλικοῦ τυχοῦσα ἀξιώματος, κἀντεῦθεν ἐνάγειν δυναμένη πρὸς τελειότητα τὰς ἀτελεστέρας ψυχάς· πρὸς ταύτας φησὶν, εἰσήγαγέ με ὁ βασιλεὺς εἰς τὸ ταμεῖον αὐτοῦ· ἤτοι ἀπεκάλυψέ μοι τὰ περὶ ἑαυτοῦ θεῖά τε καὶ ἀπόκρυφα μυστήρια, ὅπερ καὶ ἐν τῷ μεγάλῳ γέγονε Παύλῳ ἄχρι τρίτου οὐρανοῦ ἀρθέντι, ἤγουν, τήν τε ἠθικὴν καὶ φυσικὴν φιλοσοφίαν περάσαντι, καὶ ἄχρι τῆς θεολογικῆς φθάσαντι, καὶ ἀκούσαντι ἄῤῥητα ῥήματα, ἃ οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ λαλῆσαι.

ANIMA ex Chriſti Eccleſia per vitam perfectam ipſi deſponſata, & docendi munus aſſecuta, atque ideo jam idonea quæ animas imperfectiores ad perfectionem adducat, ſic eas alloquitur: *Introduxit* C *me Rex in cubiculum ſuum*. Sua nimirum divina atque arcana myſteria retexit mihi: id quod & magno contigit Paullo, qui uſque ad tertium cælum ſublatus, id eſt, moralem & naturalem philoſophiam prætergreſſus, ad theologiam uſque pervenit, & [a] *audivit arcana verba, quæ non licet homini loqui*.

Τῶν γ'. πατέρων.

Trium Patrum.

ΑΠΟΚΡΙΝΟΜΕΝΑΙ δὲ πάλιν, ὡς εἴρηται, αἱ ἀναγόμεναι ψυχαὶ πρὸς τὴν ἐνάγουσαν φασίν· ἐπειδὴ ὡς αὐτὴ, ἔφης, εἰσήγαγέ σε ὁ βασιλεὺς εἰς τὸ ταμεῖον αὐτοῦ, ἐν ᾧ οἱ ἀπόκρυφοι θησαυροὶ τῆς σοφίας εἰσὶ, καὶ τὸν ταύτης σοι πλοῦτον ὑπέδειξεν, ἀγαλλιασώμεθα καὶ εὐφρανθῶμεν ἐν σοί. τίνι τρόπῳ ἀγαπήσομεν μαστούς σου; ὑπὲρ οἶνον, ἤγουν ὑπὲρ τὴν δίκην οἴνου, τῆς ἀληθείας τὸν νοῦν ἐξιστῶσαν, ἐπιφάνειάν τε ὁρατῶν καὶ τὸ τοῦ νόμου γράμμα, ἀγαπήσομεν τὰ παρὰ σοῦ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τελούμενα σύμβολα. δι' ὧν τὴν εἰσαγωγικὴν διδασκαλίαν ὡς γάλα ποτίζεις τοὺς ἐν Χριστῷ νηπίους, καὶ τρέφεις πρὸς θεοσέβειαν. δι' ἣν αἰτίαν; ὅτι εὐθύτης ἠγάπησέ σε, ἥτις ἐστὶ Χριστός· αὐτὸς γὰρ εὐθύτης ἐστὶν ὡς ἀλήθεια. ἀγαπήσασα δέ σε τὰ ἑαυτῆς σοι ἀπεκάλυψε μυστήρια. κἀντεῦθεν ἀπλανῶς ἐνάγεις ἡμᾶς πρὸς τὴν ἀλήθειαν, διὰ τῶν παρά σου τελουμένων ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ συμβόλων. διὸ δὴ ταῦτα ὑπὲρ τὰ ἐξιστῶντα τῆς ἀληθείας, τὸ γράμμα τε καὶ τὴν τῶν ὁρατῶν ἐπιφάνειαν, ἀγαπῆσαι ὑπισχνούμεθα.

RESPONDENTES igitur, ut dictum eſt, animæ quæ ducebantur, ſponſæ ducenti, Quoniam, inquiunt, ut ipſa ais, introduxit te Rex in cubiculum ſuum [b] *in quo theſauri ſapientiæ ſunt abſcon-* D *diti*, & hujus divitias oſtendit tibi, *exſultabimus & lætabimur in te*. Quo modo diligemus ubera tua? ſuper vinum, id eſt, plus quam naturam vini a veritate mentem avertentis, plus quam rerum viſibilium ſpeciem, plus quam legis litteram diligemus ea quæ a te in Eccleſia traduntur rudimenta, quibus, ut lacte diſciplinæ, potas infantes in Chriſto, & nutris ad pietatem. Quid ita? Quia rectitudo, qui eſt Chriſtus, dilexit te. Ipſe enim, ut eſt veritas, ſic etiam eſt rectitudo. Diligens autem te, aperuit tibi myſteria ſua, unde ſine errore nos ducis ad veritatem præceptis illis quæ tradis in Eccleſia. Quamobrem ea nos magis quam litteram, rerumque viſibilium ſpeciem quæ avocant a verita- E te, diligere profitemur.

Τῶν γ'. πατέρων.

Trium Patrum.

Η νύμφη οὖν τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησία ἐπειδὴ ἐξ ἐθνῶν καὶ ἐξ Ιουδαίων συνετέθη· καὶ οἱ μὲν ἐξ ἐθνῶν παντελῶς τηνικαῦτα ὑπῆρχον ἀφώτιστοι· ὡς μὴ ταῖς τῆς ἀληθείας αὐγαῖς διὰ νόμου καὶ προφητῶν ἐλλαμπόμενοι. οἱ δὲ ἐξ Ισραὴλ, ὡς οὕτω, ταύταις ἐναυγαζόμενοι, οὐ πάντη τοῦ καλοῦ ὑπῆρχον ἀμέτοχοι· ἀμφοτέρων λοιπὸν τουτωνὶ τῶν λαῶν τῶν καὶ ταύτης μερῶν τά ποτε ἐκ [illegible]αιρέσεως ἴδια παριστῶσι, καί φησιν· μέλαινά εἰμι καὶ καλὴ θυγατέρες Ιερουσαλήμ· καὶ μέλαινα μὲν διὰ τοὺς ἐξ ἐθνῶν ὡς παντελῶς ἀφωτίστους, καὶ τὸ τῆς ἀσε-

QUONIAM igitur ſponſa Chriſti Eccleſia ex gentibus & Judæis conflata eſt, ac gentes quidem prius omnino erant obſcuræ, quippe quæ veritatis ſplendore per legem & prophetas non erant illuſtratæ: Judæi vero utpote his illuminati, haud ita prorſus erant pulcritudinis expertes: idcirco proprias utriuſque populi partes innuens ait: *Nigra ſum & formoſa, filiæ Hieruſalem*: Ac nigra quidem propter populos ex gentibus congregatos, qui plane erant obſcuri, atque impietatis tenebris circumfuſi: Pul-

a II. Cor. XII. 4. b Coloſſ. II. 3.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

βείας σκότος περικειμένους· καλὴ δὲ διὰ τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ, ὡς διὰ νόμου καὶ προφητῶν τῷ τῆς θεοσεβείας κάλλει προωραϊσθέντας, αὖθις δὲ ὡς ἐν παραδείγματι τὴν μελανότητα παραδεικνύουσα καὶ τὴν καλλονὴν, φάσκει, ὡς σκηνώματα Κηδὰρ, ὡς δέῤῥεις Σολομών. ἤγουν, μέλαινα μέν εἰμι διὰ τοὺς ἐξ ἐθνῶν, ὥσπερ οἰκητήρια σκότους. σκοτασμὸς γὰρ τὸ Κηδὰρ ἑρμηνεύεται· καλὴ δὲ διὰ τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ, καθάπερ σκηνὴ εἰρηνικοῦ βασιλέως, ἐπειδήπερ τὴν σκηνὴν μὲν ἡ δέῤῥις, τὸν δὲ εἰρηνικὸν ὁ Σολομὼν παρίστησι. εἰρηνικὸς δὲ πάντως ἐστὶν ὁ βασιλεύων τῶν Ἰσραηλιτῶν νομικὸς καὶ προφητικὸς λόγος, ἢ διὰ τὸ ἀπαιτεῖν τούτους τὴν εἰς τὸν Θεὸν καὶ τὸν πλησίον ἀγάπην. τὸ δὲ, Θυγατέρες Ἱερουσαλὴμ, εἰ καὶ πρὸ τῶν παραδειγμάτων τῆς μελανότητος καὶ τῆς καλλονῆς ἐξεδόθη, ἀλλ' οὖν ὑπέρβατόν ἐστιν ὡς συνηρτημένον κατὰ τὴν ἔννοιαν, τῷ, μὴ βλέψητε με ὅτι ἐγώ εἰμι μεμελανωμένη. φησὶ γὰρ ταῦτα τὸ ἓν μέρος τῆς ἐκκλησίας πρὸς τὸ ἕτερον, οἱ ἐξ ἐθνῶν δηλαδὴ πρὸς τοὺς ἐξ Ἰσραήλ. Θυγατέρες γάρ εἰσιν Ἱερουσαλὴμ οἱ ἐξ Ἰσραὴλ πιστεύσαντες, οἳ τοὺς ἐξ ἐθνῶν οὐκ ἐδέχοντο, ὅπερ κατ' ἀρχὰς ἐπὶ τοῖς ἀποστόλοις συμβέβηκε σκανδαλιζομένοις εἰς Πέτρον τὸν κορυφαῖον, ὅτι τὸν Κορνήλιον ἐδέξατο· μέχρις ἂν οὕτοι παρ' αὐτοῦ τὴν ἀποκάλυψιν τῆς ὀθόνης μαθόντες, τοῦ σκανδάλου ἀπηλλάγησαν. παρορᾶσθαι γὰρ παρὰ τῶν Ἰσραηλιτῶν ἡ ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησία τὴν ἑαυτῆς μελανότητα βουλομένη, καὶ μὴ διὰ ταύτην ἀπ' αὐτῶν διακρίνεσθαι, τὰ εἰρημένα πρὸς τούτους φησὶν, μετὰ δὲ ταῦτα καὶ τὴν αἰτίαν αὐτοῖς ἀπαγγελεῖ δι' ἣν μεμελάνωτο λέγουσα, ὅτι παρέβλεψέ με ὁ ἥλιος· ἤγουν, μεμελανωμένη ἐγώ εἰμι, ὅτι παρεβλέψατό με ὁ τῆς δικαιοσύνης ἥλιος, νέφους περικαλύψαντός με ἀθεΐας, καὶ ταῖς τῆς θεογνωσίας ἀκτῖσιν οὐκ ἐάσαντός με καταλάμπεσθαι, καθάπερ αὐτοὶ νόμῳ καὶ προφήταις πρὸς θεογνωσίαν παιδαγωγούμενοι.

A cra autem ob eos qui ex Israel advenerant per legem & prophetas divinæ pietatis pulcritudine decorati. Ac rursum similitudine quadam nigredinem declarans & pulcritudinem, dicit: *Sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis*. Nigra sum, inquam, propter electos ex gentibus, ut habitacula tenebrarum: (obscuritatem enim Cedar interpretamur:) pulcra vero, propter eos qui sunt ex Israel, quale tabernaculum est pacifici Regis. Nam tabernaculum, pellis: pacificum vero significat Salomon. Pacificus autem plane est legis & prophetarum sermo, qui regit Israelitas, quia requirit ab eis in Deum & proximum dilectionem. Porro illud: *Filiæ Hierusalem*; licet ante nigredi- B nis & pulcritudinis exempla dictum sit, tamen superlatio est; & solum ad illa verba: *Ne aspiciatis me, quod nigra sim*: secundum intelligentiam referendum. Hæc enim verba una Ecclesiæ pars dicit ad alteram: ea nimirum quæ ex gentibus constat, ad illam quæ ex Israel. Nam filiæ Hierusalem accipiuntur pro iis qui ex Israel crediderunt, qui gentes non admittebant: quod quidem initio contigit inter Apostolos, qui adversus Petrum principem scandalizati sunt, quod Cornelium suscepisset; donec ab ipso Petro lintei declarationem intelligentes, a scandalo destiterunt. Despici enim se ab Israelitis collecta ex gentibus Ecclesia propter nigredinem volens, & non ob illam, ab ipsis separari, ad C illos, ea quæ dicta sunt, loquitur. Deinde caussam exponit quamobrem evaserit nigra: *Me sol*, inquiens, *despexit*. Nigrefacta sum utique, quoniam despexit me Sol justitiæ, impietatis tenebris me contegentibus, ut divinæ cognitionis radiis illustrarer, quemadmodum Israelitæ per legem & prophetas, ad Dei cogitationem sunt instituti.

Τοῦ ὑπερτίμου Ψέλλου.

Φησὶν ἡ νύμφη παρθένος πρὸς τοὺς ἀγγέλους τάδε,
Οὓς θυγατέρας τῆς Σιὼν ἐκάλεσεν ὁ λόγος,
Μέλαινά εἰμι καὶ καλὴ θυγατέρες Ἱερουσαλὴμ,
Ὡς σκηνώματα Κηδὰρ, ὡς δέῤῥεις Σολομών.
Ταῦθ' ὁμιλεῖ τὸ πρώτιστον ἡ νύμφη τοῖς ἀγγέλοις.
Χρὴ γὰρ αὐτὰ τὰ ῥήματα τῆς νύμφης προτιθέναι,
Καὶ μηδαμῶς στιχοπλοκεῖν ταῦτα καὶ μεταλλάττειν.
Ἀκούσατέ μου τῆς φωνῆς, φησιν, ὦ θυγατέρες,
Τῆς ἄνω Ἱερουσαλὴμ τῆς σεβασμιωτάτης,
Ὁμοῦ γὰρ ἔγωγε καλὴ καὶ μέλαινα τυγχάνω.
Μέλαινα μὲν ὡς τοῦ Κηδὰρ σκήνωμα προφανεῖσα,
Φημὶ δ' ἐκ παραβάσεως τῆς ἐντολῆς τῆς πρώτης,
Ὁ γὰρ Κηδὰρ ὁ ζοφερὸς λέγεται καὶ σκοτώδης.
Καλὴ δὲ πάλιν πέφυκα νυνὶ τῇ μετανοίᾳ,
Συνεκρωθεῖσα Χριστῷ τῷ εἰρηνικωτάτῳ,
Εἰρηνικὸς γὰρ λέγεται πᾶς Σολομὼν ἀξίως,
Σὺ δὲ μηδ' ὅλως ἐκπλαγῇς ἅπερ ἡ νύμφη λέγει,
Ὡς ἐν ταυτῷ καὶ μέλαινα καὶ καλὴ νῦν τυγχάνω.
Πᾶσα γὰρ μέλλουσα ψυχὴ πρὸς ἀρετὰς προκόπτειν.
Καὶ πρὸς τὸ φῶς ἀνάγεσθαι, καὶ φεύγειν ἐκ τοῦ σκότους,
Οὐ παρθένος ὁλόφωτος καὶ καθαρὰ τυγχάνει.
Ἀλλ' ὅσον πρὸς τὴν ἀρετὴν προκόπτει μετὰ μόνου,
Τοσοῦτον ἀπαλλάττεται τοῦ σκότους ἀπάτης.
Καὶ λαμπροτέρα γίνεται πάντως καὶ φαιδροτέρα.
Εἶτά φησι πρὸς τὰς αὐτὰς ἡ νύμφη θυγατέρας,
Μὴ βλέψετέ με ὅτι ἐγώ εἰμι μεμελανωμένη,
Ὅτι παρέβλεψέ με ὁ ἥλιος·
Μὴ γοῦν νομίσητέ, φησιν, οὕτως ἐμὲ πλασθῆναι,
Ζοφερὰν καὶ σκοτεινὴν καὶ μεμελανωμένην.
Ἐπλάσθην γὰρ ὁλόφωτος παρὰ τοῦ πανουργοῦ μου.
Ἀλλ' ὁ φλογώδης ἥλιος, τῶν πειρασμῶν ἡ ζέσις,
Δεινῶς με παρεβλέψατο καὶ μεμελάνωκέ με.

Εἶτα καὶ τὸν τρόπον καθ' ὃν παρορᾶθη ὑπὸ τοῦ τῆς δικαιοσύνης ἡλίου φησίν.

Præclari Pselli.

Hæc statim ad Angelos sponsa loquitur, qui per filias Sion intelliguntur. *Nigra sum & pulcra, filiæ Hierusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles* D *Salomonis*. His verbis Angelos sponsa primum alloquitur. Oportet enim ipsa verba sponsæ præponere, & neutiquam implicare versibus, & commutare. Audite vocem meam, inquit, o filiæ illius supernæ Hierusalem maxime venerabilis: pariter ego sane pulcra, & nigra sum. Nigra quidem, ut Cedar tabernaculum, apparens, nempe ex transgressione præcepti illius primi. Cedar enim obscurus tenebrosusque dicitur. Pulcra nunc rursus exsisto per pœnitentiam cum Christo summe pacifico mortificata. Pacificus enim quisque merito dicitur Salomon. Tu vero ne mireris, quod sponsa pariter se & nigram & pulcram nuncupet. Omnis enim anima quæ proficit in virtutis studio, sic ad lucem E ex tenebris progreditur, ut non repente tota illustris & pura fiat; sed quo propius ad virtutem accedit, eo longius recedat a fraudis obscuritate, atque ita splendidior & clarior evadat. Deinde filias ipsas sponsas alloquitur ad hunc modum: *Nolite aspicere me, quod ego sim denigrata, quia despexit me sol*. Ne inquit, existimetis, me ita fuscam & obscuram & nigram fuisse procreatam. Tota enim lucida a creatore meo formata sum. Sed ardens sol, tentationum æstus me vehementer exussit ac denigravit. Deinde quo modo a justitiæ Sole despecta sit, explicat.

A

Υἱοὶ μητρός μου ἐμαχέσαντο ἐν ἐμοί.

ΗΓΟΥΝ, οἱ ἀποταχθέντες τῇ μητρὶ τῶν ὅλων ὡς αἰτίᾳ σοφίας τῶν ὄντων, οὐ πρὸς ταύτην με ἀνήγαγον, ἐπείπερ ἠπατήθην διὰ τῆς ἐπιφανείας τῶν ὁρατῶν, ἀλλ' ἐναντιοφανεῖς μοι δόξαντες εἰς μυρίας δόξας κατέτεμον. κἀντεῦθεν ἔθεντό με φυλάκισσαν ἐν ἀμπελῶσι ταῖς εἰρημέναις δόξαις ἐμμένειν· καὶ πρὸς ἑαυτὴν καὶ τὴν ἀλήθειαν ἀσύμβατον μένειν παρασκευάσαντες. ταῦτα δέ μοι ἐπισυνέβησαν, ἐπειδὴ ἀμπελῶνα ἐμὸν οὐκ ἐφύλαξα, ὅς ἐστιν ὁ εἰρηκώς· ὅτι ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος, ὑμεῖς τὰ κλήματα· ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ υἱὸς καὶ λόγος, οὗ κατ' εἰκόνα κτισθεῖσα ἡ ἀνθρωπεία φύσις, ἑνοειδῶς τοὺς ἐν τῷ B παντὶ ἔσχε λόγους ὡς μίγμα πάσης κτίσεως· μὴ τηρήσασα δὲ τὸν ἕνα λόγον τῆς ἰδίας φύσεως, ἀλλ' εἰς πολλὰς δόξας κατατμηθεῖσα, καὶ πολυθείᾳ δουλεύσασα, τὸν ἴδιον ἀμπελῶνα οὐκ ἐφύλαξεν· οὐδὲ γὰρ ἰθυτενῶς διὰ τοῦ παντὸς ὡς δι' εἰκόνος ἑώρα πρὸς τὸ ἀρχέτυπον. ἤγουν, διὰ τῶν αἰτιατῶν πρὸς τὸ αἴτιον.

Filii matris meæ pugnaverunt in me.

A MATRE igitur, ut rerum est omnium caussa, sapientia cum defecissent, eorum quæ sunt rationes, ad eam me non reduxerunt: visibilium enim aspectu decepta sum: sed dum mihi videntur contrariæ, me in opiniones innumerabiles distraxerunt. Atque hoc quidem pacto *me custodem in vineis constituerunt*, ut in ipsis perstans opinionibus, ab ea & a veritate penitus diffiderem. Quæ quidem mihi propterea contigere, quia *vineam meam non custodivi*, qui est ille qui dixit: [a] *Ego sum vitis, & vos palmites*, unigenitus Dei filius & Verbum, cujus ad imaginem facta natura humana, simul quæ in universo sunt omnes obtinuit rationes, quippe mixtas in se quodammodo creaturas universas continet & comprehendit. Verum cum unam propriæ naturæ rationem non servasset, sed in varias distracta opiniones, deos multiplices coleret, propriam vineam non custodivit. Neque enim recta per mundum veluti per imaginem ad ejus archetypum respexit: hoc est, ex rebus procreatis ad earum contendit auctorem.

Υἱοὶ μητρός μου ἐμαχέσαντο ἐν ἐμοί.

C Ἐμὲ γὰρ ἐπολέμησαν, φησὶν ἡ νύμφη, πάλιν καὶ παραβάτην ἔδειξαν δαίμονες ἀποστάται. τούτους γὰρ εἴρηκεν, υἱοὺς μητρὸς αὐτῆς τυγχάνειν, ὡς δὴ καὶ τούτους ἐκ Θεοῦ κτισθέντας μετὰ πάντων. ἐπείπερ ὅσα κτίσματα τυγχάνομεν ἐν βίῳ, κἂν ἄγγελοι, κἂν ἄνθρωποι, κἂν δαίμονες, κἂν λίθοι ὡς ἀδελφοὶ τυγχάνομεν εἰς λόγους πλαστουργίας. σύμπαντες γὰρ ἐπλάσθημεν ἐκ Θεοῦ παντεργάτου. εἶτα καὶ λέγει πρὸς αὐτοὺς τὸν τρόπον τοῦ πολέμου· ἔθεντό με φυλάκισσαν ἐν ἀμπελῶνι· ἀμπελῶνα ἐμὸν οὐκ ἐφύλαξα. ἐν παραδείσῳ, γάρ φησι, πλασθεῖσα, καὶ τεθεῖσα, ὥστε φυλάσσειν ἐντολὴν τοῦ D μὴ φαγεῖν ἀκαίρως, τὸν νόμον οὐκ ἐφύλαξα, τὴν ἐντολὴν παρέβην, καὶ ταῦτα μὲν ὠδύρετο πρὸς τοὺς ἀγγέλους δῆθεν.

Filii matris meæ pugnaverunt in me.

ME enim oppugnaverunt, inquit sponsa, ac defectricem reddiderunt dæmones desertores. Hos enim matris suæ filios dicit, quippe qui cum reliquis rebus a Deo sint procreati. Quandoquidem omnes quæ sumus in mundo, creaturæ, sive Angeli sive homines sive dæmones sive lapides, ratione creationis tamquam fratres sumus; omnes enim rerum omnium opifex Deus fecit & condidit. Deinde belli rationem declarat his verbis; *Posuerunt me custodem in vineis: Vineam meam non custodivi*. In paradiso, inquit, formata & collocata, ut observarem mandatum illud, ne comederem intempestive, legem non custodivi, mandato non obtemperavi. Et hæc quidem cum angelis ita conquerebatur.

Τῶν γ'. πατέρων.

ΛΟΙΠΟΝ ὁ αὐτὸς ἐμὸς ἀμπελὼν οὗ με πρότερον διέστηκεν ἡ πολύθεος πλάνη, καὶ εἰς ὃν νῦν ἐφυτεύθην τῇ πίστει, ἀπάγγειλόν μοι ὃν ἠγάπησεν ἡ ψυχή μου, ἐν τῷ τὴν ἐπιφάνειαν τῶν αἰσθητῶν ὑπερκύψαι, καὶ εἰς τοὺς λόγους τῶν νοητῶν παρακύψαι, οἳ καλῶς θεωρούμενοι πρὸς τὴν ἀλήθειαν φέρουσι. ποῦ ποιμαίνεις ἐκτρέφων κατ' ἀρετὴν καὶ ποτίζων κατὰ γνῶσιν ὕδωρ ζῶν ἐκ τῆς ἀενάου πηγῆς τὰ λογικὰ πρόβατα; καὶ γὰρ οὐ μόνον ἡ ἄμπελος, ἀλλὰ καὶ ὁ καλὸς ποιμὴν E ὁ τιθεὶς τὴν ψυχὴν ὑπὸ τῶν προβάτων αὐτοῦ εἶ, καθὼς ἐν Εὐαγγελίοις ἔφης· καὶ ποῦ κοιτάζεις ἐν μεσημβρίᾳ τοῦ πολλοῦ καμάτου ἀναπαύων ἐν τῷ ἀσκίῳ πάσης ψευδοῦς ὑπολήψεως φωτὶ, τῆς ἐπιγνώσεώς σου, τοῦ τῆς δικαιοσύνης ἡλίου, τοὺς ἀποπλανηθέντας τῆς ὁδοῦ τῆς ἀληθείας, καὶ εἰς κρημνοὺς καὶ βάραθρα, τὰς ἐναντίας φημὶ δόξας, κατασυρέντας; εἶτα θέλουσα τὴν αἰτίαν ἀναδιδάξαι, δι' ἣν ζητεῖ μαθεῖν τὸν τόπον ἐν ᾧ ποιμαίνει τε καὶ κοιτάζει ὡς εἴρηται ὁ καλὸς ποιμὴν, φησὶ, μή ποτε γένωμαι ὡς περιβαλλομένη ἐπ' ἀγέλαις ἑταίρων σου. ἤγουν, μήποτε ἐν τῷ τῆς σῆς διδασκαλίας ἀμοιρῆσαι, γένωμαι ὡς ψεῦδος ἐνδεδυμένη ἐπ' ἀλλοτρίαις τοῦ σοῦ ποιμνίου ἀγέλαις, τῆς ἀγνοίας τῆς ἀληθείας συναγελαστάσης με.

Trium Patrum.

JAM vinea mea, a qua me divulsit multiplex deorum cultus, & in qua rursus insita sum per fidem, nuntia mihi, quem amore complexa est anima, dum ex rerum quæ sensu percipiuntur, aspectu, ad earum quæ mente & cogitatione recte comprehensæ ad veritatem ducunt, intelligentiam tollitur; ubi pascas virtutis cibum ovibus ratione præditis suggerens, & aquæ vivæ potum ex perenni fonte præbens. Tu enim (quemadmodum in Evangeliis profiteris) non solum vitis es, sed etiam [b] bonus ille pastor, qui ponis animam tuam pro ovibus tuis. Ubinam pascis in meridie, dum omni falsitatis umbra discussa, tu quis es justitiæ Sol, oves de veritatis via declinantes, præcipitesque in opinionum perniciosarum barathrum ruentes, cognitionis tuæ luce perfundis, & a labore nimio recreas? Tum, ut caussam doceat, quamobrem percontetur, quo in loco pascat, & cubet, ut dictum est, bonus pastor; *Ne quando*, inquit, *veluti circumventa deprehendar inter greges sodalium tuorum:* hoc est, ne quando procul a doctrina tua remota, mendaciis circumscribar inter greges ab ovili sejunctos tuo, veritatis inscitia me ad illos aggregante.

a Joan. xv. 4. b Joan. xi. 14.

A

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 370.

Τοῦ Ψελλοῦ.

Ἡ νύμφη γοῦν προκόψασα μικρὸν ἐν μετανοίᾳ φωνεῖ μεγάλα, καὶ ζητεῖ τὸν λόγον καὶ νυμφίον. φησὶ γὰρ οὕτω πρὸς αὐτὸν, ὥσπερ ἐρῶσα τοῦτον, ἀπάγγειλόν μοι ὃν ἠγάπησεν ἡ ψυχή μου, ποῦ ποιμαίνεις, ποῦ κοιτάζεις ἐν μεσημβρίᾳ; φησὶν, ἐν τάχει λέγε μοι ποῦ ποιμαίνεις, ποῦ κοιτάζεις, ὁ λόγος ὃν ἠγάπησα ψυχῆς αὐτῆς ἐκ μέσης. ἐν μεσημβρίᾳ μή ποτε κοιτάζεις, ὦ νυμφίε; πέπεισμαι γὰρ καθαρῶς ἐν μεσημβρίᾳ μένειν, ἤγουν εἰς φῶς ἀπρόσιτον μηδ' ὅλως σκιὰν ἔχον. ἔνθα τὰ πρόβατα τὰ σὰ ποιμαίνεις, Θεοῦ λόγε, καὶ κατατάττεις ἀληθῶς φωτὶ τοῦ σοῦ προσώπου ἂν ἐν ἐκείνῳ φθάσωσιν ταὐτά σοι καθυπνοῦντι. B εἶτα τὴν πλάνην τρέμουσα τῆς πρὸς ἐκεῖνον τρίβου, φησὶ τοῦτο πρὸς αὐτὸν, τουτέστι τὸν νυμφίον, μή ποτε γένωμαι ὡς περιπλανωμένη ἐπ' ἀγέλαις ἑταίρων σου, τὴν τῶν προβάτων σου νομὴν φησιν ἐπάγγειλόν μοι. δέδοικα γὰρ μὴ πλανηθῶ δραμοῦσα παρ' ἐλπίδα πρὸς τὰς ἀγέλας καὶ νομὰς ἴσως τὰς τῶν ἐρίφων· κἀντεῦθεν ἐλαθήσωμαι μακρὰν τῶν σῶν προβάτων, καὶ τῶν ἐρίφων κερδανῶ τὰς εὐωνύμους μοίρας, ὅταν καθίσῃς ὡς κριτὴς τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων. ταῦτα μὲν οὖν ἐφθέγξατο πάντως πρὸς τὸν νυμφίον ἡ παρθενεύουσα ψυχὴ καὶ νυμφοστολισθεῖσα, καὶ βουλομένη τῷ Χριστῷ τάχα συνεκρωθῆναι. σὺ δέ μοι νύμφην νόησον ὥσπερ ἐν ὑποθέσει τὴν παρθενεύουσαν ψυχὴν, τὴν τοῦ μεγάλου Παύλου τοῦ πρὸς τοὺς τρίτους οὐρανοὺς ἀρθέντος ἀπορρήτως τῆς ἄνω Ἱερουσαλὴμ, C τουτέστι τοὺς ἀγγέλους. ἀλλ' ἴδωμεν καὶ τί φασιν οἱ φίλοι τοῦ νυμφίου, καὶ πῶς διδάσκουσιν αὐτὴν τὴν κοίτην τοῦ νυμφίου, οὓς κατ' ἀρχὰς εἰρήκαμεν τοῦ λόγου θυγατέρας. φασὶ γὰρ οὕτω πρὸς αὐτὴν τὴν καθαρὰν παρθένον.

Ἐὰν μὴ γνῷς σεαυτὴν ἡ καλὴ ἐν γυναιξὶν, ἔξελθε σὺ ἐν πτέρναις τῶν ποιμνίων σου, καὶ ποίμαινε τοὺς ἐρίφους σου ἐπὶ σκηνώμασι τῶν ποιμένων.

Ὦ παρθενεύουσα ψυχή φασι καὶ σεβασμία, εἴπερ ποθεῖς καταλαβεῖν ἀγέλας τῶν προβάτων, γνῶθι σαυτὴν τίς πέφυκας τὸ πρὶν οὐδ' ὅλως οὖσα, καὶ πῶς εἰκὼν τετίμησαι τυγχάνειν τοῦ δεσπότου, καὶ πάσης μετανάστευσον τῆς κοσμικῆς ἀπάτης, καὶ δεῦρο κατασκόπευσον D ἴχνη τὰ τῶν ποιμένων, καὶ τὰ μὲν ὄντα πρὸς ὁδὸν μεγάλην καὶ πλατεῖαν, βδελύχθητι καὶ μίσησον· εἰσὶ γὰρ τῶν ἐρίφων. τὰ δὲ πρὸς τρίβον κείμενα στενὴν καὶ τεθλιμμένην, ἀγάπησον, καὶ κράτησον, εἰσὶ γὰρ τῶν προβάτων. πρόσεχε οὖν μὴ πλανηθῇς ἐν πτέρναις τῶν ἐρίφων.

Τῶν γ'. πατέρων.

ΑΠΟΚΡΙΝΟΜΕΝΟΣ οὖν πρὸς ταύτην, τὴν ἐξ ἐθνῶν δηλαδὴ ἐκκλησίαν, ὁ καλὸς ποιμὴν καὶ νυμφίος αὐτῆς, φησιν, εἰ μὴ ἔγνως σεαυτὴν, ἤτοι, ἐὰν ἀγνοῇ σεαυτὴν ἐν ᾗ ὁ ἀπερίγραπτος περιγράφομαι, καὶ ὁρῶμαι ὡς ἐν εἰκόνι ἀρχέτυπον, καὶ τὰς ἀλόγους E αἰσθήσεις σου ῥυθμίζω, καὶ διά τε τῶν ἀπειλῶν ὡς διὰ ῥάβδων, καὶ τῶν ἐπαγγελιῶν ὡς σύριγγος πρὸς τὰς αἰωνίους σε ἄγω μάνδρας· ἐν αἷς σε ἀναπαύσω ἐν τῇ δευτέρᾳ μου παρουσίᾳ· ὅταν οὐδ' ὑπό τινος συσκιάζει πάθους διὰ τὸ ἄφθαρτόν τε καὶ ἀναμάρτητον. ἡ καλὴ ἐν γυναιξὶν, ἡ ὡραία διὰ τὴν εἰς μὲ πίστιν τε καὶ ἀγάπην ἐν παντὶ ἔθνει ἀπιστίαν νοσοῦντι, καὶ ταῖς τῆς σαρκὸς ἡδοναῖς ἐκθηλυνομένῳ, ἔξελθε σύ. ἤγουν, ἐπειδὴ σὺ μὴ ἔγνως τὸ περὶ σὲ μυστήριον νοερῶς, ἔξελθε ἀπὸ τῆς κατὰ νοῦν ἐνδότητος πρὸς τὴν αἴσθησιν· σὺ ἡ λογικὴ πάντως. εἰ γάρ ποῦ ποιμαίνω βούλει ὅλως μαθεῖν, οὐδὲν τῇ τοιᾷδε ἐξελεύσει δεῖσε πρὸς ἀλογίαν τραπῆναι, ἔξελθε δὲ ἐν πτέρναις τῶν ποιμνίων, ἤτοι ἐν ταῖς κατ' ἐνέργειαν βάσεσι τῶν διαφόρων φύ-

Pselli.

Sponsa igitur, cum paullum in pœnitentia progressa sit, magna loquitur, & Verbum ac sponsum quærit. Sic enim ipsum, tamquam amore in eum incitata, compellat: *Indica mihi, quem dilexit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie.* Actutum dic, inquit, mihi, ubi pascis, ubi cubas, Verbum, quod ex intima anima dilexi mea. Numquid in meridie quiescis, sponse mi? Persuasum enim habeo, te puriter meridiari, in luce nimirum inaccessa, ab omni prorsus umbra remota. Ubi oves tuas pascis, Dei Verbum, ac vere illustras lumine B personæ tuæ, si in illo ad te quiescentem accesserint. Postea pertimescens, ne aberret a semita quæ ad sponsum ducit, hæc item ad illum verba pronuntiat: *Ne quando oberrans in sodalium tuorum greges incurram*, ovium tuarum pascuum demonstra mihi. Vereor enim, ne cursus errore provecta, præter spem in greges & pascua forsitan hœdorum ferar: atque ita longius divellar ab ovibus tuis, & sinistras hœdorum partes obtineam, cum tamquam humani generis judex sederis. Hæc anima pudica & Christo desponsata ad sponsum locuta est, commori celeriter cum ipso cupiens. Tu autem mihi sponsam cogita, ut in argumento, castam animam illam, cum magno Paullo ad tertium cælum, ar- C cana ratione sublatam, supernæ Hierusalem, id est, Angelos. Sed videamus, quid dicant etiam amici sponsi, quos initio diximus esse filias: & quomodo sponsi cubile demonstrent. His enim verbis puram virginem alloquuntur:

Si ignoras te ipsam, o pulcra inter mulieres, egredere tu in vestigiis gregum tuorum, & pasce hœdos tuos in tabernaculis pastorum.

O Casta, inquiunt, anima ac veneranda, si ad ovium greges cupis pervenire, nosce te ipsam, qualis facta sis, cum antea nihil omnino fueris, quomodo Domini imagine sis decorata. Omnem mundi D fraudem declina, & vestigia gregum sic explora, ut quæ ad viam amplam latamque ducunt, despicias atque oderis: sunt enim hœdorum. Quæ vero ad callem angustum atque asperum tendunt, diligas & complectaris: ovium enim sunt. Proinde cave, ne hœdorum vestigiis decipiare.

Ex tribus Patribus.

Respondens igitur ad hanc ex gentibus collectam Ecclesiam pastor bonus, & sponsus ipsius, *Si te ipsam*, inquit, *non nosti*: si ignoras te ipsam, in qua ego qui circumscribi nequeo, descriptus sum, E & sicut in imagine archetypum, cernor: & a ratione alienos sensus tuos corrigo: & comminatione quasi virga, promissisque tamquam fistula ad æternas te caulas duco, in quibus secundo adventu meo te faciam conquiescere, cum propter incorruptionem atque immortalitatem nulla te umbra perturbationum occupabit. *O pulcra inter mulieres*, ac speciosa propter fidem & caritatem erga me, in omni gente infidelitatis morbo laborante, & carnis voluptatibus involuta, *egredere tu*. Tu, inquam, si tibi es incognita, si mysterium tuum intellectu non complecteris, ex parte mentis interiore ad sensum progredere, tu, quæ ratione prorsus es ornata. Nam si ubi ego pascam, omnino vis discere, ne in hac quidem egressione oportet te a ratione penitus in contrarium converti. *Egredere* autem *in vestigiis*

σεων· δι' ὧν ἑκάστην τούτων ἀνιχνεύων ὁ λόγος ὁρί- A ζεται. ποίμνια δ' αἱ τῶν ὄντων εἴρηνται φύσεις, διὰ τὸ ἀξιοῦσθαι καὶ τὰ ὑφ' ἑκάστην τούτων μερικὰ προνοίας, ὡς παρὰ ποιμένος τοῦ τῶν ὅλων προνοητοῦ καὶ Θεοῦ. καὶ ποίμαινε τοὺς ἐρίφους σου· τὰ πάθη πάντως, ὡς τῆς ἀριστερᾶς μοίρας ὑπάρχοντα. ἐπὶ σκηνώμασιν τῶν ποιμνίων· ἐπὶ ταῖς ἕξεσι δηλαδὴ τῶν φύσεων· ὡς μεταβάλλουσα προαιρετικῶς, τὴν μὲν αἰτίαν πάντων τῶν κακῶν ῥᾳθυμίαν, πρὸς τὴν καθ' ἕξιν φυσικὴν ἐνυπάρχουσαν τῇ μύρμηκι καὶ τῇ μελίσσῃ ἐπιμέλειαν, ἑτοιμάζουσα καὶ αὐτὴ κατὰ τὸ παρὸν τὴν τῶν μελλόντων ἀπόλαυσιν· ὥσπερ κἀκεῖναι ἔαρος ὥρᾳ καὶ θέρους τὴν τοῦ χειμῶνος τροφήν. (διὰ γὰρ τῆς ἐπιμελείας τρυγᾶται ἐκ τοῦ τῆς ψυχῆς τριμεροῦς ἡ δικαιοσύνη, ἥτις ἑτοιμασία τῆς B τῶν μελλόντων ἐστὶν ἀπολαύσεως.) τήν τε ἀφροσύνην· ἥτις ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν πρὸς τὸ παρὰ φύσιν, τροπὴ τῆς λογικῆς ὑπάρχει δυνάμεως, πρὸς τὴν ὁμοίως ἐνοῦσαν τῷ ὄφει φρόνησιν ὅλην ἑαυτὴν προδιδοῦσα, ὑπὲρ τοῦ φυλάξαι τὸν λόγον τῆς πίστεως· ὥσπερ κἀκεῖνος ὅλον προδίδωσιν ἑαυτὸν, ὑπὲρ τοῦ φυλάξαι τὴν ἑαυτοῦ κεφαλήν. τὴν δὲ μῆνιν, ἥτις τῆς θυμικῆς δυνάμεώς ἐστιν ἐκτροπὴ, πρὸς τὴν ὡσαύτως ἐνυπάρχουσαν ἀκεραιότητα τῇ περιστερᾷ, μὴ ἀφιπταμένη κατὰ διάθεσιν τῶν πολεμούντων, ὥσπερ δὴ κἀκείνη κἂν μυρία ἐπιβουλεύηται, κἂν τὰ νοσσία αὐτῆς ἀπόλλυσιν, οὐ μακρὰν τῶν ἐπιβουλευόντων ἀφίσταται. καὶ τὴν ἀκολασίαν, ἥτις τῆς ἐπιθυμητικῆς δυνάμεώς ἐστιν ἐκτροπὴ, πρὸς τὴν ὁμοίως C ἐνυπάρχουσαν τῇ τρυγόνι σωφροσύνην· ἐγκρατῶς, ἔνθα ἀναγκαία χρεία κατεπείγει, χρωμένη τῇ ἡδονῇ· ὥσπερ δὴ κἀκείνη διὰ γονοτοκίαν μονοζυγοῦσα. ἀλλ' ἀκουσώμεθα λοιπὸν καὶ τοῦ καλοῦ νυμφίου. ἤδη γὰρ πρώτως ὁμιλεῖ τῇ νύμφῃ λέγων τάδε.

A *gregum*, nempe in diversarum naturarum re ipsa expressis vestigiis, per quæ sigillatim indagando progrediens ratio definitur. Greges dicuntur rerum naturæ, quoniam earum singulæ factæ sunt dignæ, quas providentia sua auctor omnium Deus quasi pastor gubernet, moderetur ac regat. *Et pasce hœdos tuos*: turbidos scilicet animi motus, ut sinistræ partis retinentes locum. *In tabernaculis pastorum*: exemplis utique rerum naturalium, sponte desidiam malorum omnium caussam, in diligentiam, quæ vi naturali formicæ atque api inesse cernitur, convertens, ac parans ipsa quoque in præsenti tempore, quo in futuro perfruaris: quemadmodum & illæ vere atque æstate cibum comparantes hiemi consu- B lunt. (Per diligentiam enim ex tribus animæ partibus justitiæ vindemia, quæ est rerum olim fruendarum comparatio, colligitur.) Imprudentiam autem, quæ est rationis recte ex natura constitutæ in statum naturæ repugnantem aversio, ad prudentiam exemplo serpentis ita redigens, ut sicut ille pro capitis defensione, totum corpus offerre non dubitat, sic tu pro fidei conservatione te ipsam totam periculis omnibus objicias. Iracundiam, iram, quæ est animi commotio rationi minime obtemperans, columbæ exemplo revocans ad simplicitatem, ut eos qui te injuriis afficiunt atque oppugnant, minime persequaris, quando ne columba quidem propter insidias aut pullorum suorum direptionem, ab insi- C diantibus ac diripientibus recedit. Intemperantiam denique, quæ est animi appetitus rationi contrarius, ad temperantiam ita traducens turturis imitatione, ut cum opus est, a rebus sensui jucundis abstineas, quemadmodum & illa, amisso conjuge, vidua vitam transfigit. Verum & sponsum jam audiamus, sponsam nunc primum alloquentem his verbis:

Τῇ ἵππῳ μου ἐν ἅρμασι Φαραὼ ὡμοίωσά σε, ἡ πλησίον μου.

Equæ meæ in curribus Pharaonis assimilavi te, propinqua mea.

Ψελλοῦ.

Pselli.

Βλέπων αὐτὴν σφαδάζουσαν ἐξ ἐρωτοληψίας,
Καὶ πρὸς ἐκεῖνον σπεύδουσαν δραμεῖν καὶ καταπαρᾶσαι,
Ἵππῳ παρείκασεν αὐτὴν αἰθεροπτηνοδρόμῳ.
Οὕτως γὰρ θραύσεις τοὺς ἐχθρούς φησι πρὸς τὴν παρθένον,
Ὥσπερ κατέθραυσέ ποτε καὶ Φαραωνίτας,
Ἡ δύναμις τῆς ἵππου μου τῆς ἀνατεταγμένης,
Τουτέστι τῆς ἀγγελικῆς ταγματοστρατιαρχίας.
Τίνος δὲ χάριν ἐρωτᾷς τὴν τῶν ἀγγέλων τάξιν,
Ἵππῳ παρείκασεν ἁπλῶς ὁ λόγος καὶ νυμφίος;
Πᾶς τις τοξότης πόλεμον συνάπτων ἀντιπάλῳ,
Τόξον λαμβάνει καὶ νευρὰν καὶ κράνος τε καὶ δόρυ,
Πεζὸς πεζῷ γὰρ πολεμοῖ, ῥαβδοῦχός τε ῥαβδούχῳ,
Ἐπεὶ γοῦν ἡ παράταξις τότε τῶν Αἰγυπτίων,
Τὸ κράτιστον ἐκέκτητο τῆς μάχης ἐκ τῶν ἵππων,
Τούτου δὴ χάριν εἴρηκεν ἵππου ἐξ ἴσου λόγος,
Τὴν ἀντιστᾶσαν δύναμιν ἀγγελικὴν, ἐκείνοις.
Ἵνα μὴ δόξῃς δὲ λοιπὸν ὑβρίζεσθαι τὴν νύμφην,
Ἐξισωμένην ἐμφανῶς ἵππῳ παρὰ τοῦ λόγου·
Ἄκουσον τί φησιν ἑξῆς πρὸς ταύτην ὁ νυμφίος.

CUM sponsam amoris stimulo percitam, & ad se currere festinantem cerneret, equæ aeri- D pedi similem dixit esse. Sic enim tu virgo, inquit, hostes profligabis, ut olim equitatus mei instructi, hoc est, Angelici agminis virtus, Pharaonis copias dissipavit. Quod si quæras, cur equitatui sponsus Angelorum ordinem comparet, facilis erit responsio. Qui bellum gerit, si cum sagittario pugnandum est, arcum & sagittas parat: si pedes cum pedite, galeam atque hastam sumit: eques cum equite, imperator cum imperatore congreditur. Quando igitur robur exercitus Pharaonis in equitatu potissimum consistebat, idcirco equitatui ejus ex adverso instructam opponit aciem Angelorum. Ac ne forte sponsam affici putes contumelia, E quod perspicue similis equæ dicatur; audi quid ad eam deinceps sponsus dicat:

Τί ὡραιώθησαν σιαγόνες σου ὡς τρυγόνος;
τράχηλοί σου ὡς ὁρμίσκοι;

Quid pulcræ factæ sunt genæ tuæ, ut turturis?
collum tuum sicut monilia?

Καὶ ἵππῳ σε παρείκασά φησι δρομικωτάτῃ.
Ἀλλ' οὐκ οὖν χρῄζεις χαλινοὺς ἐν σιαγόνι φέρειν.
Αἱ σαὶ γὰρ ὡραιώθησαν ἐξόχως σιαγόνες,
Τὴν ἔμφυτον ὡς χαλινὸν ἔχουσαι σωφροσύνην,
Δίκην τρυγόνος σώφρονος, τρυγόνος φιλερήμου.
Οἱ τράχηλοί σου θαυμαστοὶ καὶ κεκαλλωπισμένοι,
Τὸν χρύσεον βαστάζοντες κλοιὸν τῆς Παροιμίας.
Ὁρμίσκον γάρ μοι νόητον ἂν ἔφην κλοιόνδε.

CUM equo te similem dixerim velocissimo, in maxilla tua non indiges freno: genæ enim tuæ sunt ornatissimæ, & freni loco, naturali pudore sunt prærditæ, instar pudicæ turturis; turturis, inquam, amantis solitudinem. Collum tuum admirabile, aureum gestans monile Proverbiorum. Torquem enim mihi cogita, monile, quod dixi.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 370.



A

Τῶν γ'. πατέρων.

Ὁ γοῦν νυμφίος τῆς ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίας αἰνιξάμενος ταύτῃ, ὅτι ἐν αὐτῇ ποιμαίνει, διὰ τοῦ ἀποκλεῖσαι ταύτῃ τό, εἰ μὴ ἔγνως σεαυτήν, νῦν ὃ ᾐνίξατο ἀποδεικνύων φησί, τῇ ἵππῳ μου ἐν ἅρμασιν Φαραὼ ὡμοίωσά σε ἡ πλησίον μου. ταῦτα δὲ ἵνα σαφῆ γένοιτο, οὕτω συντακτέον· τῇ ἵππῳ μου ὁμοίωσά σε ἡ πλησίον μου, ἐν ἅρμασι Φαραώ, ἤγουν τοῖς ἀποστόλοις μου ἐφ' οὓς ἐπιβὰς τὴν ἱππασίαν ἐποιησάμην, ἐπὶ πάντα τῆς οἰκουμένης τὰ πέρατα ὀξέως δραμόντας εἰς τὸ ἐμὸν κήρυγμα, ἐοικυῖαν κατ' ἀρετήν σε ἀπέδειξα. διὸ ὥσπερ ἐν ἐκείνοις ποιμαίνων δέδειγμαι, καὶ ἐν σοὶ τῇ διὰ τὴν εἰς ἐμὲ πίστιν ἐγγύς μου. ἐν τοῖς χρηματίσασιν ἅρμασι τοῦ νοητοῦ Φαραὼ ἔθνεσιν, ὡς φέρουσι τοῦτον ἐν ἑαυτοῖς ἐποχούμενον. καὶ γὰρ ἵππος μὲν πληθυντικῶς καλεῖται ἡ ἱππικὴ δύναμις· ἥτις ἐστὶν οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι κατὰ τό, ἐπιβήσῃ ἐπὶ τοὺς ἵππους σου, καὶ ἡ ἱππασία σου σωτηρία. ἅρματα δὲ τοῦ νοητοῦ Φαραὼ τὰ τῶν ἐθνῶν συστήματα, ὡς ἐξηρτημένα τοῦ πονηροτάτου βουλήματος αὐτοῦ, ἐν οἷς συστήμασιν ἡ τοῦ κηρύγματος τῶν ἀποστόλων ἀκούσασα ἐκκλησία, καὶ πιστεύσασα εἰς τὸν ὑπ' αὐτῶν κηρυττόμενον Χριστόν, καὶ τούτου πλησίον γενομένη, ἐπειδήπερ ἡ πίστις τοῦ πιστεύοντος καὶ τοῦ πιστευομένου ἄμεσόν ἐστιν ἕνωσις. τοῖς ἀποστόλοις ὡμοίωται παρ' αὐτοῦ Χριστοῦ πεισθεῖσα ταῖς αὐτοῦ ἐντολαῖς, καὶ τὸν ἀποστολικὸν βίον μιμησαμένη.

Λοιπὸν ὅπως ὡμοίωσεν αὐτὴν τοῖς ἀποστόλοις, φησί· τί ὡραιώθησαν σιαγόνες σου ὡς τρυγόνος; ἤτοι θαυμασίως αἱ σιαγόνες σου ὡραϊσμέναι εἰσί· μιμησαμένης τὴν δίκην τρυγόνος ἐνδειξαμένην ἐν ἐγκρατείᾳ τὸ σῶφρον, τῶν ἀποστόλων ὁμήγυριν. ἥτις οὐ κατὰ τὰ ἔθνη ἀκολάστῳ τῇ τῶν σιαγόνων κινήσει ἐχρήσατο, πρός τε ἀδολεσχίας ἐν διαλέξεσι, καὶ βαττολογίας ἐν προσευχαῖς, καὶ ἀδηφαγίας ἐν βρώμασιν, ἐξ ἧς καὶ ἡ λοιπὴ πᾶσα ἀκολασία ὑφίσταται· ἀλλὰ μᾶλλον σώφρονι τοσοῦτον, ὥστε τῷ συντετμημένῳ μὲν καὶ συντετελεσμένῳ λόγῳ τὴν καταργουμένην τῶν Ἑλλήνων νικῆσαι σοφίαν· ταῖς δὲ προσευχαῖς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ μόνον ζητεῖν· καὶ βρώμασιν οὐ τοῖς περιττοῖς καὶ ἡδέσι χρῆσθαι, ἀλλὰ τοῖς ἀναγκαίοις ἀρκεῖσθαι· κἂν ἐντεῦθεν ἐν πᾶσι ζῆν ἐγκρατῶς, καὶ μηδὲ πρὸς ἐπίδειξιν ταῦτα ποιεῖν, μᾶλλον δὲ καὶ τὸ ἀνδρεῖον τοσοῦτον ἐνδείκνυσθαι· ὡς οὕτως ἐπιεικῶς φέρειν τὸ ἐν τῇ δεξιᾷ σιαγόνι ῥάπισμα, ὥστε στρέφειν τῷ ῥαπίζοντι καὶ τὴν ἄλλην κατὰ μίμησιν Χριστοῦ φέροντος ἀνεξικάκως ῥαπίσματα, καὶ τὸ δυνατὸν τῆς ἐντολῆς τῇ πράξει βεβαιοῦντος· καὶ κατὰ τὸ φιλέρημον ὄρνεον τὴν τρυγόνα ἀναχωρήσαντος εἰς τὴν ἔρημον, κἀκεῖσε νηστεύσαντος, καὶ οὕτως διδάξαντος τὸ ἀνεπίδεικτον. καὶ οὕτω μὲν θαυμασίως ὡραιώθησαν σιαγόνες σου ὡς τρυγόνος, τὴν σωφροσύνην κατ' ἐπιθυμίαν ἐν ἐγκρατείᾳ, καὶ τὴν ἀνδρείαν κατὰ θυμὸν ἐν ὑπομονῇ ἐπιδεικνυμένης σου. ὁμοίως δὲ τούτοις συνωραιώθη τράχηλός σου ὡς ὁρμίσκοι· οὐ γὰρ σιδηροῦς σου ὁ τράχηλος, ὡς διὰ τὴν ὑπερηφανίαν δύσκαμπτος. ἀλλὰ κέκαμπται διὰ μετριοφροσύνην, ὡς ὁρμίσκοι οἱ κατεσκευασμένοι εἰσὶν ἐκ χρυσοῦ. οὗ τὸ δόκιμον καὶ καθαρὸν διὰ τὸ ἀνυπόκριτον μιμεῖταί σου τὸ ταπεινὸν φρόνημα. εἰ δὲ ἀνυπόκριτον ταπεινοφροσύνην ὁ ὁρμίσκος σημαίνει, ὡς εἴρηται, ὁ τῆς νύμφης Χριστοῦ τράχηλος ὡς ὁρμίσκοι ἐπαινούμενος, καὶ πλῆθος ἐμφαίνει ἀρετῶν, καὶ τὴν ἐφ' ἑκάστῃ ταπεινοφροσύνην. ὡς γὰρ ὁ ὁρμίσκος ἐν ὀρθῷ τῷ σχήματι χαλκευθείς, ὕστερον κάμπτεται τῇ χρείᾳ συ-

Trium Patrum.

Cum igitur sponsus Ecclesiam ex gentibus collectam in qua pascit, allegorice demonstraverit ex illa responsione, *Si non nosti te ipsam*: nunc idem apertius indicat, *Equæ*, inquiens, *meæ in curribus Pharaonis assimilavi te, propinqua mea*. Quæ quidem verba ut fiant magis perspicua, sic ordinanda sunt: *Equæ meæ assimilavi te, propinqua mea, in curribus Pharaonis*: hoc est, Apostolis meis, in quos celeriter ad Evangelium divulgandum currentes ego conscendens, omnes orbis terrarum terminos sum pervagatus, te virtute similem dixi. Quia sicut in B illis pascere visus sum, sic & in te, quæ mihi per fidem tuam in me, mihi propinqua es & necessitudine conjuncta. *In curribus Pharaonis*, id est, in gentibus, quibus insidens Pharao intelligibilis vehebatur. Equus enim plurali numero significat equestres copias. Sunt autem sancti Apostoli: juxta illud: [a] *Ascendens super equos tuos, & quadrigæ tuæ salvatio*. Currus autem mystici Pharaonis sunt gentium cœtus, ab improbissima ipsius voluntate dependentes. Quibus in cœtibus Ecclesia prædicationem Apostolorum audiens, & credens in Christum qui ab ipsis prædicabatur, atque ipsius effecta propinqua: quandoquidem fides credentis, & illius qui creditur, est immediata conjunctio: Apostolis assi- C milata est ab ipso Christo, cum illius mandatis obediret, & Apostolicam vitam imitaretur.

Jam quo modo ipsam Apostolis assimilarit, videamus. *Quid*, inquit, *pulcræ factæ sunt genæ tuæ, sicut turturis?* Mirum in modum profecto pulcræ factæ sunt genæ tuæ, quæ ad similitudinem turturis verecundiam & continentiam amplecteris, & Apostolorum consuetudinem imitaris, nec gentium more, immoderato genarum motu uteris in disputationibus & nugis & orationibus, & edacitate in cibis, unde reliqua omnis nascitur intemperantia: sed ejusmodi potius moderatione, ut conciso compositoque sermone supervacaneam Græcorum sapientiam viceris: in orationibus autem [b] *regnum Dei* D *& justitiam ejus* tantummodo *quæras*: cibis vero non exquisitis & jucundis vescaris, sed necessariis contenta sis. Ex quo fit, ut omnibus in rebus temperanter vivas, neque vero hæc referas ad gloriam & ostentationem: quin etiam, quod ad fortitudinem & patientiam spectat, tam leni animo feras [c] in dextera gena te percuti, ut percutienti etiam alteram præbeas, ad Christi imitationem æquo animo alapas sustinentis, & mandatum servari posse re ipsa comprobantis; atque instar turturis volucris solitariæ, secedentis in solitudinem, ibique jejunantis, atque ita docentis ostentationem atque humanas laudes esse fugiendas. Atque hoc quidem pacto decoræ factæ sunt genæ tuæ quasi turturis, dum te & in E cohibendis per abstinentiam cupiditatibus temperantem; & in iracundia per patientiam moderanda fortem ac strenuam præbes. *Collum* itidem *pulcrum effectum est, sicut monilia*. Neque enim tibi ferreum est collum, ut propter superbiam flecti nequeat: sed propter modestiam facile verti possit, ut monilia ex auro elaborata: cujus quidem auri probitatem ac puritatem humilitas tua simplicitate non ficta imitatur. Quod si minime simulatam humilitatem monile significat, ut dictum est, sponsæ Christi collum tamquam monilia commendatum, & virtutum indicat multitudinem, & implicitam in singulis virtutibus humilitatem. Quemadmodum enim monile recta figura prius ab artifice conflatur,

[a] Habac. III. 8. [b] Matth. VI. 33. [c] Matth. V. 39.

σχηματιζόμενος· οὕτως ὁ τὴν ἀρετὴν τέλειος ταπεινοῦται διὰ συγκατάβασιν, ὀρθῶς ὢν τῷ βίῳ καὶ τῇ μετριοφροσύνῃ καμπτόμενος. τράχηλος δὲ περιβεβλημένος τὴν ταπεινοφροσύνην, τὸ λογικόν ἐστι τῆς ψυχῆς· ὃ δίκην τραχήλου συνάπτοντος τὴν κεφαλὴν τῷ λοιπῷ σώματι, συνάπτει τὸν νοῦν τῇ αἰσθήσει, τοὺς μὲν κατὰ νοῦν λόγους τῶν ἀρετῶν, κατὰ τοὺς τούτων τρόπους κατάγων πρὸς τὴν αἴσθησιν· τοὺς δὲ τρόπους πάλιν αὐτῶν κατὰ τοὺς τούτων λόγους ἀνάγων πρὸς νοῦν· ὃ καὶ κάμπτεται διὰ ταπεινοφροσύνην μὴ διὰ τὴν ἀξίαν ἐπαιρόμενον, ἀλλὰ διὰ τὸν χοῦν συστελλόμενον. καὶ οὕτω τὴν ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίαν, τῇ ἐξ Ισραὴλ ὁμηγύρει τῶν ἀποστόλων ὡμοίωσε διὰ τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως ὁ νυμφίος ταύτης Χριστός· τὸ τριμερὲς τῆς ψυχῆς δι' B ἐγκρατείας καὶ ὑπομονῆς καὶ ταπεινοφροσύνης ἐκ τοῦ παρὰ φύσιν πρὸς τὸ κατὰ φύσιν ἐπαναγαγὼν, καὶ ἀπαλλάξας τῆς διὰ τὴν ἀπιστίαν μελανότητος.

A deinde in circulum accommodate ad usum circumflectitur: sic homo virtute perfectus, cum absoluta vitæ moderatione rectus sit, ceteris compatiendo per humilitatem flectitur atque demittitur. At collum humilitate circumdatum, est animi ratio quæ, ut collum reliquo corpori caput conjungit, sic ipsa mentem cum sensibus connectit: dum ex virtutum habitu mentem per actiones sensibus applicat: sensusque rursum ex virtutum præscripto ad mentem reducit. Flectitur item per humilitatem, dum non ex propria extollitur dignitate: sed ex pulveris ac materiæ abjectione demittitur. His rationibus Ecclesiam ex gentibus coactam per fidem in se sponsus ipsius Christus, Apostolorum cœtui ex Israel assimilavit: triplicem animi partem per continentiam & patientiam & humilitatem, ex statu naturæ contrario ad habitum naturæ congruentem redigens, & nigredinem ipsius abluens contractam ex infidelitate.

Τῶν γ'. πατέρων.

Οἱ δὲ τοῦ νυμφίου φίλοι (εἶεν δὲ πάντως οὗτοι οἱ ἅγιοι ἄγγελοι, ὡς τὸ αὐτοῦ ποιοῦντες πανάγιον θέλημα) τὰ ἑξῆς ὑπισχνοῦνται τῇ νύμφῃ, λέγοντες· ὁμοιώματα χρυσίου ποιήσωμέν σοι μετὰ στιγμάτων τοῦ ἀργυρίου, ἕως οὗ ὁ βασιλεὺς ἐν ἀνακλίσει αὐτοῦ. ἤγουν, ἐπειδὴ τῆς διὰ τὴν εἰδωλολατρείαν μελανότητος ἀπηλλάγης, καὶ τοῖς ἀποστόλοις κατ' ἀρετὴν ὡμοιώθης, καὶ τῆς ἀληθείας κατὰ γνῶσιν C ἐρᾷς, τὴν μὲν θείαν φύσιν αὐτὴν τὴν ἀσυγκρίτως πάσης φύσεως ὑπερέχουσαν, καθάπερ τῶν λοιπῶν ὑλῶν ὁ χρυσὸς, παραστῆσαί σοι οὐ δυνάμεθα, ἀθέατος γάρ ἐστι πᾶσι καὶ ἀκατάληπτος. εἰκάσματα δέ τινα ταύτης ἐκ τῆς τῶν ὄντων θεωρίας, δηλαδὴ τοὺς δίκην στιγμάτων ἀργυρίου τηλαυγεῖς καὶ μεμερισμένους ἐν τῷ παντὶ λόγους ὑποδείξομέν σοι, ἕως οὗ ὁ τῶν ὅλων δεσπότης αὐτὴ ἡ ἀλήθεια, ἐν ἐπαναπαύσει αὐτοῦ τῇ ἐν σοὶ, οἰκεῖον ἐκσφράγισμα σεαυτὴν ἀποδείξῃ, κἀντεῦθεν γνῷς ἑαυτὴν μὲν εἰκόνα αὐτοῦ καὶ ὁμοίωμα, αὐτὸν δὲ ἐν σοὶ ποιμαίνοντα, καὶ ὥσπέρ τινι σφραγῖδι ἐν τῷ ἰδίῳ ἐκτυπώματι κοιταζόμενον.

Trium Patrum.

Amici autem sponsi (sint autem, hi omnino sancti Angeli, quippe qui sanctissimæ illius obtemperant voluntati) ea quæ sequuntur, sponsæ pollicentur: *Similitudines auri faciemus tibi cum distinctionibus argenti, quousque Rex in accubitu fuerit suo.* Quasi dicant: quoniam a nigredine ex idolorum cultu contracta, liberata es, & Apostolis per virtutem similis reddita, & cognoscendæ veritatis studiosa: nos naturam quidem divinam, quæ, ut aurum alia cum materia nulla, sic ipsa nullis cum aliis naturis comparari potest, tradere minime valemus: cum ea nec oculis cerni, nec mente comprehendi queat: simulacra tamen ipsius quædam ex rerum naturalium aspectu & contemplatione, argento quasi distincta ac vermiculata faciemus tibi, eorum quæ iu mundo sunt, rationes ostendentes, quoad rerum omnium Dominus qui est ipsa veritas, in te veluti in accubitu & requie sua conquiescens, propriam similitudinem suam te ipsam ostendat, ut tutemet ipsius imaginem agnoscas, eumque in te pascentem & tamquam sigillum in proprio signo D expressum recubantem.

Ψελλοῦ.

Οἱ μέντοι φίλοι βλέποντες τούτων τὰς ὁμιλίας,
Καὶ τὸ τῆς νύμφης ζώπυρον πολὺ πρὸς τὸν νυμφίον,
Πρὸς δὲ, τὴν συγκατάβασιν ἐκείνου πρὸς τὴν νύμφην,
Κἀκ τούτων ἐπιγνώσαντες τοῦ πράγματος τὸ τέλος,
Ως ἄρα καταβήσεται πρὸς ταύτην ὁ νυμφίος,
Επανακλιθησόμενος βασιλικῶς ἐν ταύτῃ.
Τὴν νύμφην ἐυτρεπίζουσι δῆθεν καταχρυσοῦντες.
Ιν' ἐπειδὰν ὁ βασιλεὺς ἐπιδημῆσαι θέλῃ,
Εὑρήσῃ πρὸς ἀνάπαυσιν αὐτὴν ἑτοιμοτάτην.
Φασὶ γὰρ οὕτω πρὸς αὐτὴν οἱ φίλοι τοῦ νυμφίου.
Ομοιώματα χρυσίου ποιήσωμέν σοι μετὰ στιγμάτων
Τοῦ ἀργυρίου, ἕως οὗ ὁ βασιλεὺς ἐν ἀνακλίσει αὐτοῦ.
Επεὶ, φασιν, ὁ βασιλεὺς ἀνακλιθῆναι μέλλει
Εν σοὶ, τῇ τοῦτο καθαρῶς φιλούσῃ καὶ ζητούσῃ,
Δεῦρο λοιπὸν καὶ παρ' ἡμῶν καλῶς ἑτοιμασθεῖσα.
Κἂν γὰρ οὐ λάμπεις ὡς χρυσὸς ταῖς ἀρεταῖς νύμφη,
Ακμὴν γὰρ ἀργυρολαμπεῖς ἀπὸ τῆς σκοτομήνης,
Αλλ' ὅμως χρυσαυγήσομεν καὶ παρεικάσομέν σε
Χερουβικῷ καὶ φλογερῷ καὶ σεβασμίῳ θρόνῳ.
Ο βασιλεὺς γὰρ κατελθὼν ἀνακλιθήσεταί σοι.
Τὴν γὰρ ῥηθεῖσαν ἅπασαν ὧδε δραματουργίαν,
Τὴν θαυμαστὴν ἀλλοίωσιν τῆς νύμφης καὶ παρθένου,
Τὴν ἐξ ἀργύρου πρὸς χρυσὸν φημὶ γεγενημένην,
Παρὰ τῶν φίλων δηλαδὴ τοῦ λόγου καὶ νυμφίου,
Ως ἀρωγήν μοι νόησον, καὶ χάριν πρὸς τὴν νύμφην,
Εκ τῶν ἀγγέλων τοῦ Θεοῦ δοθεῖσαν ἐπαξίως,

Pselli.

Amici igitur sponsi, ex iis quæ dicta sunt, tum ingentem sponsæ erga sponsum amoris flammam, tum propensam hujus erga sponsam voluntatem considerantes, atque inde rei finem prospicientes, quod ad eam procul dubio sponsus esset descensurus, ac regio more in illa conquieturus, sponsam jam instruunt atque auro exornant, ut cum Rex voluerit advenire, eam ad quiescendum aptissimam reperiat. Itaque sic alloquuntur: *Similitudines auri faciemus tibi cum* E *distinctionibus argenti, quousque Rex sit in accubito suo.* Quando, inquiunt, futurum est, ut Rex in te quæ ipsum puriter amas & quæris requiescat; age, sine te a nobis instrui atque exornari. Quamvis enim non ut aurum, o sponsa, virtutibus fulgeas, sed adhuc ut argentum splendeas præ nigredine; te ad auri tamen similitudinem decorabimus, similemque reddemus cherubico & flammeo ac venerando solio, in quo Rex descendens se reclinet & acquiescat. Superior omnis apparatus, meo quidem judicio, mirabilem sponsæ & virginis ex argento in aurum mutationem, ab amicis Verbi & sponsi accurate conquisitam, id est, decorem & gratiam sponsæ ab Angelis Dei adhibitam significat. Hic enim Domini amicorum

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

Τοῦτο γὰρ ἔθος πέφυκε τοῖς φίλοις τοῦ δεσπότου,
Οἳ ἐπειδὰν ἀθρήσωσι ψυχὴν τινα παρθένον,
Ἐπειγομένην πρὸς Χριστὸν καλῶς ἐπαναλύσαι,
Κυκλόθεν παρεμβάλλουσιν ὡς φύλακες ἐκείνης,
Ἀρήγοντες, ἐγείροντες πρὸς ἐναρέτους τρόπους,
Μέχρις ἂν δείξωσιν αὐτὴν δεξιὰν τῷ δεσπότῃ.
Ἀλλ' ἤδη προχωρήσωμεν τῷ λόγῳ περαιτέρω,
Καὶ προκόψασαν ψυχὴν ταῖς χάρισι τῶν φίλων,
Ἴδωμεν, τί φησιν εὐθὺς αὕτη ὡς πρὸς τοὺς φίλους,
Φησὶ δ' αὐταῖς ταῖς λέξεσιν οὕτως πρὸς τοὺς ἀγγέλους.

A est mos atque institutum, ut cum animam aliquam virginem ad Christum studiose festinantem nacti sint, undique tamquam custodes illam circumdent atque adjuvent, & ad rectas & cum virtute conjunctas vivendi rationes incitent, quoad illam Domino aptam gratamque reddant. Sed jam interpretando longius progrediamur, & quæ sponsa, amicorum studio ac diligentia exornata, ad amicos ipsos, id est, Angelos, dicat, audiamus.

Νάρδος μου ἔδωκεν ὀσμὴν αὐτοῦ.

Nardus mea dedit odorem ejus.

Βλέπεις καρπὸν τῆς προκοπῆς ψυχῆς τῆς ἐναρέτου.
Ἰδοὺ γὰρ ἡ προκόψασα πρὸς ἀρετὰς παρθένος,
Ὥσπερ καὶ προεγγίσασα τῷ ποθουμένῳ λόγῳ,
Ἐπεγνωκέναι μὲν ἐρεῖ τὸ κάλλος τοῦ νυμφίου,
Πλὴν δι' αἰσθήσεώς τινος ὀσφραντικῆς καὶ μόνης.
Τίνος δὲ χάριν ἐρωτᾷς οὐ λέγει μύρον ἄλλο,
Ἀλλὰ τοῦ Νάρδου μέμνηται μυρίζειν τὸν δεσπότην;
Τὸ μὲν, ὅτι καὶ πρώτιστόν ἐστι τῶν ἄλλων μύρων·
Τὸ δ' αὖ, ὅτι καὶ πέφυκεν ἐμφάσεις ἔχον θείας.
Ὥσπερ εἴ τις ἄνθρωπος ἐκ τοῦ παρόντος βίου,
Κἂν πάσας φέρων κατορθοῖ τὰς ἀρετὰς ἐμπόνως,
Ἂν μὴ Χριστὸν ἐνδέδυται βαπτίσματι τῷ θείῳ,
Οὐδὲν οὗτος ὀνίνησι ταῖς ἀρεταῖς ἁπάσαις·
Τοῦτον τὸν τρόπον ἴδῃ τις ἀρρήτως ἐν καρδίᾳ,
Παρά τινος τῶν μυρεψῶν κατασκευαζομένου.
Οἱ γὰρ βουλόμενοί ποτε κατασκευάσαι νάρδον,
Κἂν εἴδη βάλλωσι πολλὰ μυρεψικὰ πρὸς τοῦτο,
Εἰ μὴ καὶ νάρδον βάλλωσιν, ἥτις ἐστὶ βοτάνη,
Εἰς μάτην πεπονήκασιν, ὄντως οἱ ναρδεργάται.
Ἄλλως τε δὲ καὶ ὁ προσκληθεὶς Χριστὸς ὁ καὶ νύμφιος,
Εἰς δεῖπνον Σίμωνος λεπροῦ καταπεπονημένου,
Τοῦτο τὸ μύρον ἤλειπται παρὰ τῆς μοιχαλίδος.
Ὁ λόγος τοίνυν μέμνηται τοῦ νάρδου προσηκόντως.

ANIMÆ virtutis studiosæ progressionis fructum B perspicis. Cum enim in recta vitæ ratione virgo profecerit, atque ita ad Verbum & sponsum optatum appropinquarit, sponsi pulcritudinem se dicit agnovisse, sed per sensum quemdam solum: nempe odoratum. Cur autem, inquis, nullum aliud unguentum, sed nardum dumtaxat Dominum ait redolere? An quia inter unguenta nardus obtinet principatum? An potius divinius aliquid vult innuere? Si quis enim homo ex præsenti vita, licet omnes labore & industria acquirens virtutes recte vivat, nisi Christum divino baptismate induerit, nil revera vitæ æternæ hisce virtutibus consequetur. Arcanum hoc quod animo complecteris, un- C guentariorum exemplo fit manifestum. Cum enim nardinum volunt conficere, licet alia multa in unum conjiciant, nisi nardum quæ quidem est herba, simul adhibuerint, frustra operam sumunt. Præterea Christus qui idem & sponsus est, ad cœnam Simonis leprosi vocatus, hoc unctus est ungueuto a peccatrice. Merito igitur nardi mentio facta est.

Τῶν γ'. πατέρων.

Trium Patrum.

ΕΝΤΕΥΘΕΝ οὖν ἡ νύμφη τοῖς τῶν ἀρετῶν διαφόροις κατὰ πρᾶξιν μὲν τρόποις, κατὰ θεωρίαν δὲ λόγοις καθαρθεῖσα, εἶτα εἰς τελειότητα ἐναγομένη, D πρὸς τοὺς τὰ προειρημένα πρὸς αὐτὴν φήσαντας φίλους τοῦ νυμφίου, ἀποκρινομένη φησί· Νάρδος μου ἔδωκεν ὀσμὴν αὐτοῦ. ἤγουν, ἡ ἐκ τῶν διαφόρων κατὰ πρᾶξιν τρόπων καὶ κατὰ θεωρίαν λόγων, δίκην τῆς ἐκ διαφόρων ἀρωμάτων συγκειμένης νάρδου, κρατηθεῖσά μοι ἔμπρακτος γνῶσις, παρέσχεν ἔμφασιν αὐτοῦ, τοῦ κατ' οὐσίαν ἀπροσίτου νυμφίου, οὗ τὸν χαρακτῆρα φέρω, ὡς εἰκὼν αὐτοῦ καὶ ὁμοίωμα. μίγμα γὰρ αὕτη τῶν ἐν τῷ παντὶ μετοχῶν τοῦ ἑνὸς τῶν ὅλων αἰτίου ὑπάρχουσα· ὡς κρᾶμα κατὰ φύσιν οὖσα νοητῆς καὶ αἰσθητῆς κτίσεως, καὶ κατὰ γνώμην τοὺς ἐν τῷ παντὶ λόγους καὶ τρόπους ἐν ἑαυτῇ κεράσασα. κἀντεῦθεν ἀποδοῦσα τῷ κατ' εἰκόνα λόγῳ τὸν καθ' ὁμοίωσιν τρόπον, ἐν ἑαυτῇ τοῦτον δεικνύει, ὡς ἐν εἰκόνι ἀρχέτυπον. E ἐπεὶ δ' ὡς εἴρηκεν ἐν αἰσθήσει γέγονεν τοῦ νυμφίου· τί ταύτη; οὗτός ἐστι φησὶν ἀπόδεσμος στακτῆς ἀδελφιδός μου ἐμοί. ἤτοι συνοχή ἐστιν ἐμοὶ καὶ συντήρησις τῆς μεταδοτικῆς σταγόνος τῆς θείας χάριτος, ὁ κατὰ τὴν τοῦ Συμμάχου ἑρμηνείαν ἀγαπητός μου. ἐπείπερ αὐτὸς πιστευόμενος τὰ πνευματικὰ συντηρεῖ τῇ ἐκκλησίᾳ χαρίσματα, καὶ ἱστᾷ τοὺς πιστοὺς τοῦ μὴ ἀπὸ τῆς ἀληθείας τρέπεσθαι. εἶτα ὅπου ἐν αὐτῇ περιπολεύσας τὴν ἀτρεψίαν ταύτην χαρίζεται, φάσκει· ἀνὰ μέσον τῶν μαστῶν μου αὐλισθήσεται. τούτων δὲ μέσον ἡ καρδία ἐστὶν, ἐξ ἧς τῷ λοιπῷ σώματι τὸ ζωτικὸν διαδίδοται πνεῦμα. ἥτις ὑπεμφαίνει τὸν ἡγεμόνα νοῦν. ἐν ᾧ περιπολεύει ὁ κύριος, ὅταν ἡ νύμφη αὐτοῦ διὰ τελειότητα αὐτῷ κολληθεῖσα πνεῦμα γένη-

SPONSA deinceps variis virtutum cum in agendo tum in contemplando expolita dotibus atque illustrata, & ad perfectionem progrediens, & ad ea quæ sibi ab amicis sponsi dicta fuerant, respondet. *Nardus*, inquiens, *mea dedit suavitatem ejus:* id est, efficax ex diversis agendi speculandique rationibus cognitio conquisita, instar nardi ex variis aromatibus conditæ præbuit specimen ejus; sponsi nimirum, per naturam inaccessi, cujus ego speciem ac notam gero, ut imago ipsius ac similitudo. Cum enim mixtio quædam sit eorum quæ in mundo unam illam rerum omnium caussam participant: quippe quæ ex intelligibili & sensibili creatura naturaliter constet, scientiaque rationes rerum ac modos in se complectatur: propterea moribus similitudinem referens, eum in se tamquam in imagine exemplar repræsentat. Verum, quia sensu, ut dixit, sponsum agnovit, quid ipso sensu sit, explicat, dicens: *Fasciculus myrrhæ nepos meus mihi.* Nexus est & conservatio stillæ divinæ gratiæ quæ mihi communicata est, dilectus meus: ut Symmachus interpretatur. Per fidem enim acceptus, spiritalia tuetur atque conservat Ecclesiæ munera, fidelesque confirmat & corroborat, ne a veritate desciscant. Tum, ubi sponsus in ipsa manens, constantiam hanc largiatur, exponit, *in medio*, inquiens, *uberum meorum commorabitur.* Uberum medium obtinet cor, unde vitalis spiritus in reliquum corpus diffunditur. Præstantem vero animæ partem mentem innuit, in qua Dominus habitat, cum ejus sponsa perfectione sibi copulata, unus spiritus efficitur, virtutis habitum adipiscens per sancti Spiri-

ται ἐν ᵃ εἰσοικιζομένη τὴν ἕξιν τῆς ἀρετῆς διὰ τῆς τοῦ παναγίου πνεύματος ἐνεργείας. δι' ἧς ἡ ἐν Χριστῷ κεκρυμμένη ζωή, εἰς πάσας τὰς τῆς ψυχῆς δυνάμεις ὡς ταύτης μέλη διοδεύσασα, ἀτρεψίαν αὐταῖς ἐμποιήσει. καὶ οὕτω μὲν ὁ νυμφίος τῇ νύμφῃ ἔσεται τῶν καλῶν ἀτρεψία, ὅταν τελεία ἀναδειχθῇ.

A tus operationem, unde ᵃ *vita in Christo abscondita* in omnes animæ potentias, tamquam in hujus membra influens, stabilem ipsis firmitatem ac robur instillat. Atque ita sponsus erit sponsæ, cum ad perfectionem venerit, virtutum immobile firmamentum.

Ψελλοῦ.

Ἀλλ' ἀκουσώμεθα λοιπὸν καὶ τῶν ἑξῆς λογίων.
Ἡ νύμφη γὰρ ταῖς προκοπαῖς ὡς ἔνθους γινομένη,
Ἔτι συνείρειν ἀγαπᾷ τὸν λόγον πρὸς τοὺς φίλους,
Φησὶ γοῦν τάδε πρὸς αὐτοὺς μετὰ τὸν νάρδου λόγον.

Pselli.

Sed jam & ea quæ deinde sequuntur, audiamus. Sponsa enim progressu quasi afflatu institutum cum amicis sermonem studiose persequitur, & post nardi mentionem, sic ait:

Ἀπόδεσμος στακτῆς ὁ ἀδελφιδός μου ἐμοί, ἀνὰ μέσον τῶν μαστῶν μου αὐλισθήσεται.

B *Fasciculus stactes filius sororis meæ mihi, in medio uberum meorum commorabitur.*

Ἔθος ἐστίν, ὡς λέγουσιν, κόραις ταῖς φιλοκόσμοις,
Μὴ μόνον ἔξωθεν αὐτὰς ἐξόχως καλλωπίζειν,
Ὡς ἐφελκύσωσιν αὐτῶν τὸν ἐραστὴν ἐν τάχει.
Ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἔσωθεν αὐτῶν τῶν ἱματίων,
Κατασταλὰς τιθέασιν ἀπὸ τῶν μυρεψικῶν.
Ἐπεὶ γοῦν γεγυναίκισται τῷ λόγῳ τῶν ᾀσμάτων,
Ἡ παρθενεύουσα ψυχὴ καὶ τρόποις ἀῤῥενόφρων,
Καὶ νυμφικῶς συνέσταλται πρὸς γάμους ἐπηγμένη,
Λόγους τινὰς γυναικὸς εἰκός ἐστι καὶ λέγειν,
Κἂν ἴσχωσιν ἀπόῤῥητον τὸν λογισμὸν ἐν βάθει.
Τοῦτο γοῦν λέγει προφανῶς ὥσπερ αἰνιζομένη,
Ὅτι κἂν φέρωσίν τινες γυναῖκες ἄλλα μύρα,
Πρὸς ἔρωτα θερμότερον ἔνδον τῶν ἱματίων.
Ἀλλ' ἔγωγε μυρέσματος ἀντὶ παντὸς εὐώδους,
Αὐτὸν ἐκεῖνον κτήσομαι τὸν κάλλιστον νυμφίον,
Ὥσπερ ἀπόδεσμόν τινα μύρων εὐωδεστάτων,
Καλῶς ἀπαιωρήσασα περὶ τὸν τράχηλόν μου.
Μᾶλλον δὲ τοῦτο καθαρῶς αἰνίσσεται τῷ λόγῳ,
Ὅτι κἂν ἄλλαι τῶν ψυχῶν τῷ βίῳ πεφυρμέναι,
Ἄλλας φροντίδας ἔχωσιν τῶν κοσμικῶν πραγμάτων,
Ἐγὼ δ' ἄλλην τὴν ἡδονὴν γνοῦσά μου τοῦ νυμφίου,
Αὐτὸν χαράξω ταῖς πλαξὶ τῆς ἐμῆς καρδίας·
Μαστῶν γὰρ μέσον πέφυκεν ὁ τόπος τῆς καρδίας.

Elegantium virginum mos est, ut non solum exteriori ornatu se decorent, quo celeriter amatores suos alliciant, verum etiam suavia in vestimentis unguenta gerant. Quoniam igitur Canticorum verbis anima ut pulcra virgo est exornata, & hominum more sponsalibus decora vestimentis ad nuptias adducta: consentaneum est ut verba quædam muliebria loquatur, licet interius arcanum sensum contineant. Aperte igitur quasi delicias faciens, Quamvis, inquit, mulieres quædam ad amorem excitandum alia
C gestent unguenta in vestimentis; ego tamen cujusvis fragrantissimi odoris loco pulcherrimum sponsum, uti suavissimum unguentorum fasciculum collo suspendens, retinebo. Vel potius hoc significat: Quamvis aliæ animæ mundi curis & negotiis implicentur; ego sponsi mei percipiens voluptatem, eum insculpam in tabulis cordis mei. Uberum enim medium cordis est sedes.

Τῶν γ'. πατέρων.

Trium Patrum.

D

Βότρυς τῆς Κύπρου ἀδελφιδός μου ἐμοὶ ἐν ἀμπελῶσιν Ἐνγαδδί.

Botrus Cypri sororis meæ filius mihi in vineis Engaddi.

ΗΤΟΙ, δίκην σταφυλῆς ἔτι ἀνθούσης, καὶ τὸν εὐφραντικὸν τῆς καρδίας οἶνον ἐπαγγελομένης, ὁ ἀγαπητός μου καρποφορεῖταί μοι διὰ τὴν ἐμὴν ἀτέλειαν, ὡς ἐν ἀμπελῶσι ταῖς διαφόροις τῶν ὄντων φύσεσιν, αἵ εἰσιν διορατοὶ τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ πειρατηρίου. ὅπερ ἑρμηνεύεται τὸ Γαδδί· δηλονότι τῇ ὄψει τοῦ βασανίζοντος τὰς φύσεις, καὶ τὴν ἐν ὅλοις ἀλήθειαν ἐρευνῶντος λόγου. οὕτως γὰρ ταύτας διερευνώμενος ὡς ἀνθοῦντα βότρυν τοῖς τούτων λόγοις καρποφορεῖ τὴν ἀλήθειαν, ἥτις ὥσπέρ τις οἶνος τὸν νοῦν ἐκστήσει τῶν τύπων, ὁπηνίκα τοὺς ἐν τῷ παντὶ διαφόρους λόγους περὶ ἑαυτὴν συνάψει ἑνοειδῶς.

ᵃ Qualis est uva adhuc florens, quæ vinum cordi lætitiam afferens pollicetur: talis est mihi propter imperfectionem meam dilectus meus in vineis: hoc est, in variis rerum naturis, quæ perspicuæ sunt oculo tentationis (id enim est Gaddi) oculo nimirum rationis naturas rerum ac veritatem in omnibus explorantis. Hæc enim eas indagans tamquam florentem uvam, ex ipsis colligit veritatem; quæ veluti vinum quoddam a figuris mentem dimovebit, cum diversas quæ in mundo sunt, ratio-
E nes in se ipsa coactas amplectetur.

Ψέλλου.

Ἐχόμεν γέ τι λείψανον τῶν ἐκ τῆς νύμφης λόγων,
Ὅπερ ὡς ἔστιν ἐφικτὸν τὸ νῦν ἑρμηνευτέον,
Λέγει γὰρ οὕτω πρὸς αὐτοὺς ἡ νύμφη τοὺς ἀγγέλους·

Pselli.

Ex sponsæ verbis quædam supersunt, quæ quidem nunc pro viribus sunt explicanda: sic enim ipsos Angelos alloquitur:

Βότρυς τῆς Κύπρου ἀδελφιδός μου ἐμοὶ ἐν ἀμπελῶσιν Ἐνγαδδί.

Botrus Cypri sororis meæ filius mihi in vineis Engaddi.

Ὢ τῆς καλῆς ἐναλλαγῆς τῆς προκοπῆς τῆς νύμφης·
Ἡ πρὸ μικροῦ γὰρ ἐμφανῶς ἵππῳ παρεικασθεῖσα,

O præclaram progressionis sponsæ mutationem! Quæ enim perspicue paullo ante similis equæ

ᵃ Coloss. III. 3.

Αρτιλαμπρῶς προκόψασα ταῖς χάρισι τῶν φίλων,
Ως βοτρυφόρον ἄμπελον αὐτὴν ἐπιγινώσκει.
Ψυχὴ γὰρ πᾶσα καθαρὰ ποθοῦσα τὸν δεσπότην,
Πάντοτε πάντα γίνεται τῇ προκοπῇ τῶν ἔργων,
Νῦν μὲν θρόνοι Χερουβὶμ, καὶ θρόνος βασιλέως,
Νῦν δ᾽ ἄμπελος κατάκαρπος ἐν ταῖς αὐλαῖς Κυρίου.
Οπερ οὖν λέγει καθαρῶς ἡ νύμφη, τοῦτο λέγει·
Ως ἔγνων τὸν ἀδελφιδοῦν, τουτέστι τὸν νυμφίον,
Οστις ἀπέσταξεν ἡμῖν γλεῦκος ἀθανασίας·
Οὐκ ἔστι πάσαις ὥριμος ψυχαῖς ταῖς ἐναρέταις,
Αλλ᾽ ἐξαλλάττει τὸ τερπνὸν εἶδος αὐτοῦ πολλάκις,
Κατὰ τὸ μέτρον δηλαδὴ τῶν ἀρετῶν ἑκάστου,
Ανθεῖ γὰρ ἄλλαις τῶν ψυχῶν, ἐν ἄλλαις δὲ κυπρίζει,
Εν ἄλλαις δ᾽ ὥριμός ἐστιν, ἐν ἄλλαις δὲ περκάζει.
Η νύμφη τοίνυν φέρουσα κυπρίζοντα τὸν βότρυν,
Δείκνυσιν ὅτι προκοπὴν οὐκ ἔφθασε τελείαν.
Εἶθ᾽ ὥσπερ ὑπαυξάνουσα τοῦ κυπρισμοῦ τὸ κάλλος,
Οὕτως φησὶ, κυπρίζει μοι Χριστὸς ὁ καὶ νυμφίος,
Ωσπερ κυπρίζουσι τερπνῶς ἐν τῷ Γαδδὶ τῷ τόπῳ,
Οἱ τῶν ἀμπέλων βότρυες εὐώδεις πεφυκότες.
Γῆ γὰρ ὥς φασι τοῦ Γαδδὶ ἀμπελοτρόφος οὖσα,
Τὴν πᾶσαν ὑπερήλασεν εἰς τὴν ἡδυβοτρύαν,
Τῆς γοῦν ἁγνῆς καὶ καθαρᾶς ψυχῆς εἰπούσης τάδε,
Ο λόγος ἀποκρίνεται λέγων ταῦτα.

A dicta fuerat; nunc amicorum obsequio plane proficiens, se ipsam ut vitem fructiferam agnoscit. Omnis enim anima pura, Domini succensa desiderio, operum progressu fit omnia. Nunc quidem sedes Cherubim, nunc sedes Regis, nunc autem vitis fructifera in aula Domini. Quod igitur puriter sponsa dicit, hoc est: Sic agnovi sororis meæ filium, id est, sponsum, sicut botrum, qui nobis distillavit mustum æternitatis. Haud omnibus virtutes capessentibus animabus est maturus, sed pro virtutum mensura jucunditatem suam subinde mutat. Aliis namque floret, in aliis nigrescit, in aliis maturus est, in aliis plane coctus ac dul- B cis est. Sponsa igitur, dum florentem botrum se ferre dicit, ostendit se nondum ad perfectionem pervenisse. Aut tamquam florentis pulcritudinem exaggerans, ita, inquit, mihi floret Christus & sponsus, ut odoriferi botri jucunde florent in Gaddi: Quæ quidem regio vitibus abundans uvæ suavitate ceteris omnibus antecellit. Hæc anima casta & pura cum dixisset, sponsus respondet ita sponsam alloquens:

Ιδοὺ εἶ καλὴ ἡ πλησίον μου, ἰδοὺ καλὴ, οἱ ὀφθαλμοί σου, περιστεραί.

Ecce pulcra es, propinqua mea, ecce pulcra es: oculi tui, columbæ.

Ωσπερ οἱ χρυσογνώμονες, οὓς φασι χρυσοχόους,
Αν τὸν χρυσὸν θελήσωσι τὸν κεκιβδηλωμένον,
Λαμπρότερον ἐργάσασθαι καὶ καθαρὸν ἐξόχως,
Πολλάκις βάλλουσιν αὐτὸν ἐν τοῖς χωνευτηρίοις.
Τοῦτον τὸν τρόπον δείκνυσι τὴν νύμφην νῦν ὁ λόγος,
Ο τῶν ψυχῶν θεραπευτὴς τῶν μεμελανωμένων.
Ιππῳ γὰρ ταύτην πρότερον τῷ λόγῳ παρεικάσας,
Καὶ δείξας ἔτι χαμερπῆ τυγχάνειν τὴν παρθένον,
Πρὸς ἀρετὴν ἠρέθισε ταύτην ὑψηλοτέραν.
Η δὲ προκόψασα τρανῶς ταῖς χάρισι τῶν φίλων,
Γίνεται θρόνος πύρινος τοῦ πάντων βασιλέως.
Αλλ᾽ ἔτι πάλιν φθάνουσα ταῖς ἀρεταῖς εἰς ὕψος,
Καὶ πάλιν προσεγγύσασα τῷ καθαρῷ νυμφίῳ,
Λαμπρῶς ἐγκωμιάζεται καὶ παρὰ τοῦ νυμφίου.
Ιδοὺ γὰρ εἶ καλὴ, φησιν, ἡ πλησίον μου.
Εἶτα διπλοῦν τὸν ἔπαινον τοῦ κάλλους ἐπιφέρων πάλιν,
Ιδοὺ φησι, καλὴ τυγχάνεις ὦ παρθένε,
Εχεις γὰρ ὄμματα τερπνὰ περιστερᾶς παρθένου.
Οπόταν σου τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀπέστρεψας τῆς πλάνης,
Καὶ πρὸς ἐμὲ τὸν πλαστουργὸν τὸν σὸν ἐνατενίζεις,
Περιστερᾶς δὲ μέμνηται νῦν ὀφθαλμοὺς ὁ λόγος,
Τὸ καθαρὸν τοῦ βλέμματος σημαίνων τῆς παρθένου.
Καὶ γὰρ τοσοῦτον καθαρὸν ἔχεν ἐκείνη βλέμμα,
Ωστε κατεῖδε καθαρῶς τὸν κάλλιστον νυμφίον.

C QUEMADMODUM qui aurum tractant & elaborant, quos aurifices appellamus, si aurum adulteratum velint expurgare, & purius atque splendidius reddere, sæpius illud in fornaces conjiciunt: sic animas quæ nigredinem contraxerunt, curat expolitque Deus. Cum enim prius sponsam equæ comparasset, ostendissetque eam adhuc humi repere, virginem ad hanc sublimiorem virtutem incitavit: illa autem amicorum officiis vere proficiens, fit ignea sedes Regis universorum. Deinde virtutibus rursum altius provecta, atque iterum ad purum sponsum appropinquans, ab eo præclare commendatur. *Ecce enim*, inquit, *pulcra es propinqua mea:* D & pulcritudinis laudem ingeminans, *ecce*, inquit, *pulcra es*, o virgo. Jucundis enim es oculis prædita columbæ virginis, cum oculos tuos ab errore averteris, & eos in me creatorem tuum intenderis. Columbæ autem oculos memorat, ut purum virginis obtutum significet. Tam mundos enim oculos habet, ut puriter pulcherrimum sponsum aspiciat.

Τῶν γ΄. πατέρων.

ΟΥΤΩ τοίνυν τὴν νύμφην ὁ νυμφίος ὁρῶν κατὰ πρᾶξιν μὲν καθαρὰν, κατὰ θεωρίαν δὲ πεφωτισμένην, φησὶ πρὸς αὐτήν· ἰδοὺ εἶ καλὴ ἡ πλησίον μου, ἰδοὺ εἶ καλὴ, ὀφθαλμοί σου περιστεραί. ἤγουν, ἰδοὺ ὑπάρχεις ὡραία κατὰ μετοχὴν τῆς ἐμῆς ὡραιότητος, ὡς τὸ διὰ τὴν πρώτην ἀπιστίαν αἶσχος ἀποβαλλομένη, καὶ ἐγγίσασά μοι κατ᾽ ἀρετὴν ἐν τῷ μιμήσασθαι τοὺς ἐμοὺς μιμητὰς ἀποστόλους. ἰδοὺ ὑπάρχεις ὡραία ὡς παρὰ τῶν ἀγγέλων μου τὰς ἐν τῷ παντὶ διδαχθεῖσα ἐμφάσεις μου, κἀντεῦθεν ὡραϊσθεῖσα καὶ κατὰ γνῶσιν, ἐπειδήπερ οἱ νοεροὶ ὀφθαλμοί σου πνευματικοὶ, ἐν τῷ μὴ ἀπατᾶσθαι τοῖς ἐν αἰσθήσεσι τερπνοῖς, ἀλλ᾽ ὡς ἐν ἐσόπτροις τούτοις τὰ κεκρυμμένα διορᾷν νοητὰ κάλλη.

Trium Patrum.

SIC igitur sponsam actionis puritate præstantem, E & contemplationis luce splendentem sponsus aspiciens alloquitur: *Ecce pulcra es, propinqua mea: ecce pulcra es: oculi tui, columbæ*. En formosa exsistis: quia particeps es pulcritudinis meæ: quoniam pristinæ incredulitatis turpitudinem abjecisti: & imitatores meos Apostolos imitando, ad me per virtutem appropinquasti. Ecce decora es, quippe quæ ab Angelis meis species tuas quæ in mundo sunt, didicisti, atque ita cognitione etiam & scientia es exornata. Mentis enim oculi tui spiritales rebus sensui jucundis minime decipiuntur, sed in iis tamquam in speculo reconditas pulcritudines intelligibiles contemplantur.

A

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

Τῶν γ΄. πατέρων.

ΠΡΟΣ ταῦτα δὲ ἡ νύμφη, ἐπειδὴ παρὰ τοῦ νυμφίου μεμαρτύρηται πνευματικοὺς ἔχειν ὀφθαλμοὺς, κἀντεῦθεν μὴ ἀπατωμένους· ἀλλὰ τὸ κυρίως καλὸν, ὅθεν ἡ ὡραιότης αὐτῇ γέγονε, κατὰ μετοχὴν γνωρίζοντας, τάδε φησίν· ἰδοὺ εἶ καλὸς ἀδελφιδοῦς μου, δηλονότι σὺ μόνος ἂν δικαίως λέγοιο καλὸς ὁ ἀγαπητός μου, οὗ κατὰ μετοχὴν καλὰ τὰ καλά. καίγε ὡραῖος τῷ ἀπροσίτῳ κάλλει τῆς οὐσίας. ὁ γοῦν οὕτως ὡραῖος πρὸς κλίνην ἡμῶν σύσκιος, ἤτοι, ἐν τῇ ἡμετέρᾳ φύσει, ἐφ' ᾗ ὡς ἐπὶ κλίνῃ ἀνεπαύσω ἡ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς ὁλολαμπὴς καὶ ἄσκιος ἀκτὶς, σκιωδῶς ὁρᾷ ὡς ἐν εἰκόνι ἀρχέτυπον. ἐπεὶ δὲ καὶ οἰκητήριόν B σου ἡμεῖς, ἡ πιστεύσασα εἰς σὲ ἐκκλησία ἐσμέν. δοκοὶ ἡμῶν κέδροι· ἤγουν, τὰ τῆς εὐσεβείας δόγματα, ἃ δίκην δοκῶν συνεχουσῶν οἰκίαν, τὴν τῶν πιστῶν ἐκκλησίαν συνέχουσιν, καὶ οἷά περ κέδροι ἑδραίως ἐῤῥιζωμένοι τῇ εἰς Χριστὸν στεῤῥᾷ πίστει ἡδραίωνται· καὶ ταῖς προσβαλλούσαις τῇ ἐκκλησίᾳ δίκην σφοδρῶν ὑετῶν καὶ ἀνέμων συχναῖς ἐπαγωγαῖς τῶν διαφόρων αἱρέσεών τε καὶ πειρασμῶν, οὐκ ἐῶσι ταύτην καταπεσεῖν. φατνώματα ἡμῶν κυπάρισσοι· φατνώματα δέ εἰσι διαποικίλλουσά τις τὸ τῆς ὀροφῆς κάλλος ἐναρμόνιος καὶ γλυφώδης πῆξις σανίδων· ἅπερ ἐὰν ὦσιν ἐκ κυπαρίσσων, τὸ εὔπνουν ἔχουσι, καὶ σηπεδόνος σχεδόν εἰσιν ἀπαράδεκτοι. ὧν δίκην αἱ ἀρεταὶ τὴν ἐκκλησίαν καθωραΐζουσι, καὶ τῆς τῶν παθῶν σηπεδόνος C εἰσὶν ἀπαράδεκτοι· καὶ εὐωδίαν πνευματικὴν ἀφιᾶσι τοῖς γεγυμνασμένοις τὰ τῆς ψυχῆς αἰσθητήρια.

Trium Patrum.

AD hæc ſponſa, cum teſtimonio ſponſi ſpiritales habeat oculos qui decipi nequeant, ſed quod vere pulcrum eſt, unde ipſa quoque fit pulcritudinis particeps, conſpiciant: *Ecce*, inquit, *es pulcher*, ſponſe mi. Tu ſolus videlicet, jure pulcher dici potes, dilecte mi, cujus participatione pulcra ſunt pulcra. Pulcher, inquam, inacceſſa naturæ pulcritudine. Sic igitur pulcher, ad lectum noſtrum umbroſus, in natura noſtra nimirum, in qua tamquam in lecto quieſcens tu Dei & patris lucidiſſimus & ſine umbra radius, per umbram aſpiceris, tamquam in B imagine exemplar. Quoniam & domus tua nos, Eccleſiam nimirum quæ in te credit, ſumus. *Tigna noſtra, cedri:* hoc eſt, pietatis & religionis dogmata quæ tamquam tigna domum, hoc eſt, fidelium Eccleſiam continent, & quaſi cedri, fortiter conſtituta ſolida in Chriſtum fide innituntur: neque Eccleſiam aſſiduis hæreſum & tentationum motibus, veluti variis vehementium imbrium atque ventorum incurſibus oppugnatam labefactari ac ruere patiuntur. *Laquearia noſtra, cupreſſi*. Laquearia variam tecti continent pulcritudinem, quæ conſtat ex concinna & fabrefacta contignatione tabularum; quæ quidem ſi ex cupreſſo confectæ ſint, tum bene olent, tum putredinem non admittunt. His virtu- C tes ſunt ſimiles, quibus perturbationum & vitiorum corruptionis expertibus exornatur Eccleſia: earumque fragrantia ſpiritali conſperguntur qui [a] *animæ ſenſus habent exercitatos*.

Ψελλοῦ.

Τὴν νύμφην ἐπαινέσαντος τοῦ καθαροῦ νυμφίου, Αντιτοκρίνεται λοιπὸν κἀκείνη τὸν νυμφίον,

Ιδοὺ καλὸς καί γε ὡραῖος ἀδελφιδός μου· φημὶ δὲ φύσει ὡραῖος. ἰδοὺ καλὸς καὶ σὺ τυγχάνεις ὦ νυμφίε.
Ωσπερ δ' ἐκεῖνος εἴρηκε διπλοῦς αὐτῇ ἐπαίνους,
Οὕτω διπλοῦς ἀντείρηκεν ἐκείνη τοὺς ἐπαίνους.
Καλὸς εἰποῦσα πέφυκας, ὦ νυμφίε, καὶ ὡραῖος.
Αδελφιδοῦν δ' ὠνόμασεν ἡ νύμφη τὸν δεσπότην,
Τὴν ἀπὸ τῆς σαρκώσεως αὐτοῦ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους, D
Αἰνιττομένη προφανῶς συγγενικὴν μερίδα·
Ην μάλιστα πλατύτερον κάτωθεν διδαχθήσῃ.
Αντεπαινέσασα καὶ γὰρ ἡ νύμφη τὸν νυμφίον, φησὶ, καὶ ταῦτα παρελθὼν πρὸς τὸν αὐτὸν νυμφίον· πρὸς κλίνην ἡμῶν σύσκιος.
Ηλθές, φησι, πρὸς τὴν ἡμῶν ἀσθενεστάτην κλίνην·
Τὴν ἀστραπὴν τὴν θεϊκὴν ἐντέχνως συσκιάσας.
Εἰ μὴ γὰρ ἔκρυψας αὐτὴν οἷς οἶδας τρόποις μόνος,
Τάχ' ἂν κατηναλώθημεν ἐξ ἀστραπῆς τῆς θείας·
Ολον δὲ τοῦτο πέφυκε τοῦ λόγου τὸ κρυψίνουν.
Επεὶ γὰρ οἱ νυμφαγωγοὶ καὶ φίλοι τοῦ νυμφίου,
Ως ἄνωθεν εἰρήκαμεν τὸν λόγον περὶ τούτου,
Υπαργυρίζουσαν αὐτὴν ἐχρύσωσαν τοῖς τρόποις,
Καὶ κλίνην ἀπειργάσαντο βασιλικὴν πορφύραν. E
Επανεκλίθη τοιγαροῦν ὁ βασιλεὺς ἐν ταύτῃ.
Λοιπὸν ἡ νύμφη πρὸς αὐτὸν ἐκθαμβουμένη λέγει·
Πρὸς κλίνην ἦλθες σύσκιος ἡμῖν ὡς ἠβουλήθης.
Αλλ' ἀκουσώμεθα λοιπὸν καὶ τῶν ἑξῆς ᾀσμάτων.
Φησὶ γὰρ ἔτι πρὸς αὐτὸν ἡ νύμφη τὸν νυμφίον·
Δοκοὶ ἡμῶν κέδροι, φατνώματα ἡμῶν κυπάρισσοι.
Επεὶ φησιν ἐλήλυθας νῦν πρὸς ἡμᾶς νυμφίε,
Οὐκέτι δεδιττόμεθα βροχάς τινας ῥαγδαίας,
Οὔτε κινήσεις ποταμῶν τῶν πονηρῶν ῥευμάτων.
Αλλ' οὐδὲ πνεύσεις τοῦ Βοῤῥᾶ πνεύματος ἐναντίου.
Εμὲ γὰρ ἣν εὐδόκησας εἶναί σου κατοικίαν,
Καλῶς ἐνῳκοδόμησας ἐν σεαυτῷ νυμφίε·
Ο λίθος ὄντως ὁ πρτνὸς καὶ τῆς ζωῆς ἡ πέτρα.

Pſelli.

SPONSAM purus ſponſus laudavit: quem nunc viciſſim ſponſa commendat, *Ecce* inquiens, *pulcher es nepos meus;* natura, inquam, es pulcher: *Ecce formoſus es ac plane decorus & tu*, ſponſe mi. Ac quemadmodum gemina ille laude ſponſam extulit: ſic illa duplici laude D ſponſum effert. Pulcher, inquiens, es ſponſe, atque formoſus. Nepotem autem ſponſa Dominum appellat, eam innuens partem ipſius per quam illi propinqua eſt, quæ pertinet ad humanitatem, quam quidem infra planius explicabit: ſponſum enim ſponſa viciſſim laudans, ſic ad eum ſtatim dicit: *Ad lectum noſtrum umbroſus*. Ad infimum, inquit, lectum noſtrum ſic acceſſiſti, ut dedita opera divinitatis fulgorem obumbrares. Niſi eam tu iis rationibus quæ tibi ſoli cognitæ ſunt, abſcondiſſes, divino ſplendore forte conſumti eſſemus. Quod quidem totum, Verbo divinitatem celante, factum eſt. Cum enim amici qui ſponſam deducebant, ut E ſupra declaravimus, ex argentea auream reddidiſſent, & tamquam lectulum regium purpura ornatum inſtruxiſſent; in eo rex accubuit. Itaque ſponſa admirabunda ſic eum alloquitur: *Ad lectum noſtrum, umbroſus*, ut libuit, *acceſſiſti*. Verum, quæ deinceps in Canticis ſequuntur, audiamus. Pergit enim adhuc ſponſa ſponſum alloqui, *Tigna*, inquiens, *noſtra, cedri: laquearia, cupreſſi*. Quando nunc ad nos, o ſponſe, veniſti, nullos amplius horrendos imbres, nullos torrentium impetus, nullos furentis Boreæ flatus extimeſcimus. Me enim quam tibi domicilium eſſe voluiſti, præclare in te, ſponſe, exædificaſti, qui vere lapis es pulcher

[a] Heb. V. 14.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

Ὅθεν δοκῶμεν τοὺς δοκοὺς ἡμῶν κεδρίνους εἶναι.
Καὶ πάλιν τὰ φατνώματα δένδρων ἐκ κυπαρίσσων.
Ἐπεὶ γοῦν ἐμνημόνευσεν ἐνθάδε κατοικίας,
Καὶ φατνωμάτων καὶ δοκῶν οὐκ εἴασε μνησθῆναι.
Σὺ δέ μοι τὰ φατνώματα καὶ τοὺς δοκοὺς ἀκούων,
Καὶ ἀρετὰς ἐννόησον τυγχάνειν ταῦτα πάντα·
Ἐν αἷς ἐλθὼν ἐστέγασεν αὐτὴν ὁ θεῖος λόγος,
Καὶ πειρασμῶν ἀνένδεκτον εἰργάσατο τελείως.
Ἀνέμους τοίνυν καὶ βροχὰς ἢ ποταμοὺς ἀκούων,
Δαιμόνων ταῦτα πειρασμοὺς γίνωσκε πεφυκέναι.
Ἐγὼ ἄνθος τοῦ πεδίου, κρίνον κοιλωμάτων.

A & vitæ petra. Cedrina sunt tigna nostra, cupressina laquearia. Quoniam heic domus est facta mentio, de tignis etiam & laquearibus loquitur. Quæ quidem omnia tu pro virtutibus accipe, quibus eam Verbum adveniens, adversus ventos & imbres & flumina, id est, contra tentationes communivit.

Ego flos campi, lilium convallium.

Τῶν γ'. πατέρων.

ΗΤΟΙ, ἐγὼ ἡ ἐξ Ἰσραὴλ καὶ ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησία, κατὰ μὲν τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ, ὡς νόμῳ καὶ προφήταις ἀπιστίας καὶ κακίας προκαθαρθέντας, κἀντεῦθεν δίκην πεδίου προομαλισθέντας, καὶ οὐκ ἐπὶ πολὺ τοῦ καλοῦ ἀφεστηκότας, ἤνθησα τῇ ἀρετῇ, τὸν ὄμβρον γνωστικῶς δεξαμένη τὸν ἐπουράνιον· κατὰ δὲ τοὺς ἐξ ἐθνῶν, ὡς διὰ τὴν πρώτην ἀπιστίαν τῆς φυσικῆς ὁμαλότητος στερηθέντας, καὶ τῷ χειμῶνι τῶν παθῶν κοιλωθέντας· οἷά περ κρίνον ἀπὸ τοῦ κοίλου πρὸς τὸ ὑψηλὸν ἀναθάλλον, καὶ ἐφ' ἱκανὸν ἐκ τῆς ῥίζης καλαμοειδῶς ἀνατρέχον, ὡς ἂν μὴ κρύπτοιτο τοῖς κοιλώμασιν, ἀλλὰ τὸ κάλλος τούτου ἐν μετεώρῳ ὁρῷτο, τῇ εἰς Χριστὸν πίστει ἐρρίζωμαι, καὶ διὰ καθάρσεως τῆς τῶν παθῶν ὑπεξανέστην συγχύσεως, καὶ ἐπὶ τῷ ὕψει τῆς γνωστικῆς θεωρίας τῷ κάλλει τῆς ἀρετῆς καθωραΐσμαι.

Trium Patrum.

B Ego quidem Ecclesia ex Israelitis, & ex gentibus congregata; quantum pertinet ad Israelitas, qui per legem & prophetas ab incredulitate & malitia ante purgati, atque instar campi exæquati, haud ita multum ab honesto distabant, pluvia cælestis cognitionis irrigata, virtutibus florui: quantum autem attinet ad gentes, qui per infidelitatem naturali æqualitate privati, & vitiorum turbine depressi erant: veluti lilium ex imo in sublime consurgens, & ab radice ad idoneam magnitudinem per calamum ascendens, ne vallium profunditate abscondatur, sed excelsam pulcritudinem suam præferat, fide in Christum innitor, & per purgationem ex confusione vitiorum emersi, atque in contemplatio- C nis fastigio, virtutum decore sum exornata.

Ψελλοῦ.

Καιρὸς λοιπὸν καὶ τῶν ἑξῆς ἀκοῦσαι ταύτης λόγων.
Φησὶ γὰρ οὕτω πρὸς αὐτὸν ὥσπερ ἐγκαυχωμένη.

Pselli.

Tempus jam est, ut quæ deinceps sponsa dicit, audiamus. Sic enim dicit ad eum velut gloriabunda.

Ἐγὼ δὲ ἄνθος τοῦ πεδίου, κρίνον τῶν κοιλάδων.

Ego autem flos campi: lilium convallium.

Ὑπέραγε τῆς προκοπῆς τῆς καθαρᾶς παρθένου.
Ἰδοὺ γὰρ, ἔγνω ἑαυτὴν τοῦ ξύμπαντος πεδίου
Τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἄνθος ἐκλελεγμένον,
Εἶτα καὶ κρίνον καθεξῆς ἐκ τῶν κοιλάδων θεῖον.
Μυρίζει γὰρ ὡς ἀληθῶς πᾶσα ψυχὴ τοῖς τρόποις,
Ταῖς ἀρεταῖς ἀνθήσασα καὶ καθωραϊσθεῖσα,
Καὶ μὴ μερίμναις κοσμικαῖς ὅλως ἀποπνιγεῖσα.
Καὶ μάρτυς τούτου πέφυκε Χριστὸς ὁ καὶ νυμφίος,
Προσμαρτυρῶν ὡς ἀληθῶς τῷ λόγῳ τῷ τῆς νύμφης.
Φησὶ γὰρ οὕτω πρὸς αὐτὴν, ὡς καθ' εἱρμὸν εὑρήσεις.

O præclaram puræ virginis progressionem! Ecce enim te ipsam cum eximium totius campi, naturæ humanæ florem, tum divinum convallium lilium agnovisti. Omnis enim profecto anima vitæ probitate ac virtutibus florens atque D excellens, nec mundi solicitudinibus ullo modo suffocata, redolet. Cujus quidem rei testis est Christus ac sponsus; qui sponsæ sermonem, ut ordine invenies, ita confirmat.

Ὡς κρίνον ἐν μέσῳ τῶν ἀκανθῶν, οὕτω ἡ πλησίον μου ἐν μέσῳ τῶν θυγατέρων.

Sicut lilium in medio spinarum, sic propinqua mea in medio filiarum.

Ὀρθῶς, φησι, λελάληκας περὶ σαυτῆς, ὦ νύμφη·
Οὕτως γὰρ μέσον τῶν ψυχῶν τῶν δῆθεν θυγατέρων,
Τῶν ἐν μερίμναις πάντοτε συγκαταπνιγομένων·
Σὺ μόνη νῦν ἐξήνθησας ὥσπερ ἡδύπνουν ῥόδον.
Καλεῖ δὲ ταύτην ἀδελφὴν ὁ λόγος καὶ νυμφίος.
Ὡς ἐκπληρώσασαν καλῶς τὸ θέλημα τὸ θεῖον.
Ὁ λέγων γὰρ αὐτός ἐστιν ἐν τοῖς εὐαγγελίοις,
Ἐκείνους ἔχειν ἀδελφοὺς καὶ συγγενεῖς καὶ φίλους,
Τοὺς πληρωτὰς τῶν πατρικῶν ἐκείνου κελευσμάτων.

Recte inquit, de te locuta es, sponsa: Sic enim inter animas, quæ curarum & solicitudinum spinis suffocantur, ut odorifera rosa floruisti. Hanc autem sororem Verbum ac sponsus vocat, quoniam divinæ obtemperat volun- E tati. Eos enim in Evangeliis, fratres & propinquos & amicos appellat, qui Patris sui voluntati parent.

Τῶν γ'. πατέρων.

ΟΘΕΝ ὁ νυμφίος κρίνῳ παρεικάζων τὴν νύμφην, ὡς μὴ συμπνιγομένην ταῖς τοῦ βίου ἀκάνθαις, φησί.
Ὡς κρίνον ἐν μέσῳ τῶν ἀκανθῶν, οὕτως ἡ πλησίον μου ἐν μέσῳ τῶν θυγατέρων. Καὶ ταύτην μὲν κρίνῳ παρομοιοῖ, διὰ τὸ μηδ' ὅλως ποτὲ τὴν ὑπὲρ τῶν βιωτικῶν μέριμναν ἀναδέχεσθαι· ἀλλ' ἀφροντίστως τοῖς παρατυχοῦσιν ἐκπληροῦν τὴν τοῦ σώματος χρείαν. ὅπερ καὶ ἐν εὐαγγελίοις διδάσκων λέγει· περὶ ἐνδύ-

Trium Patrum.

Itaque sponsus lilio sponsam similem dicit, ut quæ vitæ spinis non suffocetur.
Sicut lilium, inquit, *inter spinas, ita propinquæ mea inter filias.*
Et hanc quidem lilio comparat, quoniam eorum quæ ad victum pertinent, nulla premitur solicitudine, sed rebus obviis satisfacit corporis necessitati. Quod etiam in Evangeliis docens, [a] *De vestimen-*

[a] Matth. VI. 28.

ματος τί μεριμνᾶτε; καταμάθετε τὰ κρίνα τοῦ ἀγροῦ πῶς αὐξάνει· οὐ κοπιᾷ οὐδὲ νήθει· δεικνὺς, ὅτι οἱ τὴν ἀταλαίπωρον καὶ αὐτοσχέδιον διαγωγὴν διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ἑλόμενοι, παραπλήσιοί εἰσι κρίνοις ἀμφιεννυμένοις ἀπόνως τὴν τῆς ἁλουργίδος τοῦ Σολομῶντος ἐνδοξοτέραν φυσικὴν δόξαν· τὰς δὲ ἐκθηλυνομένας ψυχὰς ταῖς σαρκικαῖς ἡδοναῖς, καὶ διὰ τοῦτο θυγατέρας τοῦ διαβόλου, ὡς πάλιν φησὶν ἐν Εὐαγγελίοις (ὅτι ὑμεῖς ἐκ τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ διαβόλου ἐστὲ) ἀκάνθαις παρεικάζει, διὰ τὸ πᾶσαν τὴν μέριμναν περὶ τὰ βιωτικὰ ἠσχοληκέναι· ἵν' εὐπορῶσι τῆς ὕλης τῶν ἡδονῶν· αἳ οὐχὶ τῷ τῶν ὅλων προνοητῇ πιστεύουσιν ἑαυτὰς, ἀλλὰ τὸ πᾶν ἑαυταῖς· καὶ διὰ τοῦτο ταῖς τῶν προσκαίρων φροντίσι συμπνίγονται, καὶ οὐ τελεσφοροῦσιν.

to, inquit, *quid solliciti estis? considerate lilia agri, quo modo crescunt: non laborant, neque nent*. Ostendit, eos qui tranquillam & frugalem vivendi rationem propter regnum cælorum complectuntur, liliis esse similes, quæ naturalis gloriæ nitore Salomonis purpuram superant. Animas vero carnis voluptatibus effeminatas, ac propterea diaboli filias, ut in Evangeliis rursum declarat (*vos*, inquiens [a], *ex patre diabolo estis*) spinis assimilat, quia omnem curam & solicitudinem in eas conferunt res quæ ad vitam hanc spectant, ut undique voluptatum materiam aucupentur. Cum enim omnem suam spem, non in eo qui sapientia sua cuncta moderatur & rebus omnibus consulit, sed in se ipsis sitam habeant, terrenis solicitudinibus suffocantur, nec perfectum fructum ferunt.

Τῶν ἁγίων γ'. πατέρων.

ΕΠΕΙ δὲ διὰ παντὸς τοῦ δράματος, ὥσπερ ἐναντιοφθόγγοις μελῳδίαις ὁ νυμφίος τε καὶ ἡ νύμφη ἀντευφημοῦσιν ἀλλήλους, ἐνδεικνύμενοι ταῖς συνεχέσι φιλοφροσύναις τὸν πρὸς ἀλλήλους πόθον· τά δε πάλιν ἀντιφθέγγεται πρὸς τὸν νυμφίον ἡ νύμφη. Ὡς μῆλον ἐν τοῖς ξύλοις τοῦ δρυμοῦ, οὕτως ἀδελφιδός μου ἀνὰ μέσον τῶν υἱῶν. ἤτοι, καθάπερ μῆλον τὴν ὥραν μὲν εὐπρεπὲς, εὐῶδες δὲ τὴν ὀσμὴν καὶ τὴν γεῦσιν γλυκὺ, κἀντεῦθεν χρήσιμον πρὸς ἐδωδὴν λογικοῖς, ἐν τοῖς τούτου ἐστερημένοις ξύλοις τοῦ δρυμοῦ, ὃς ὑλώδης τέ ἐστι καὶ καρπὸν φέρει ἀλόγοις πρὸς βρῶσιν καὶ οὐ λογικοῖς ἐπιτήδειον· οὕτως ὁ ἀγαπητός μου ἐν τοῖς τῶν ἀνθρώπων υἱοῖς· κάλλει μὲν γὰρ ὡραῖος παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, οὐ μόνον ὡς Θεοῦ μονογενὴς υἱὸς καὶ λόγος, ἀλλὰ καὶ ὡς ἐν ἀνθρώποις ἀναμάρτητος μόνος· εὐώδης δὲ ταῖς πρὸς τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύοντας μεταδόσεσι τῶν χαρισμάτων τοῦ πνεύματος, δι' ὧν τούτου ἐν αἰσθήσει γενόμεθα· τὴν δὲ γεῦσιν γλυκύς· γεύσασθε γάρ φησι καὶ ἴδετε ὅτι χρηστὸς ὁ Κύριος. ἐπειδὴ γλυκύτης μέλιτος οὐ τοῖς μὴ γευσαμένοις, ἀλλὰ τοῖς γευσαμένοις γνωστή. ὅθεν καὶ τροφή ἐστι λογικῶν ζωὴν πνευματικὴν τούτοις διδούς. οἱ δὲ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων υἱοὶ, ἐπειδὴ πάντες ἥμαρτον καὶ τῆς θείας δόξης ἐστέρηνται, δίκην δρυμοῦ τῇ σχέσει τῶν παρόντων ὑλομανοῦσι. καὶ διὰ τῶν παθῶν τῶν ἀλόγων ἑαυτοὺς ἐκτρέφουσιν. διό φησιν, ἐν τῇ σκιᾷ αὐτοῦ ἐπεθύμησα καὶ ἐκάθισα· σκιὰ δὲ πάντως Χριστοῦ ἡ Χριστοειδὴς πολιτεία, ἐφ' ἧς ὁ διὰ πόθου ἱδρυθεὶς τῷ καύσωνι τῶν παθῶν οὐ συγκαίεται, ἀλλ' ὑπ' αὐτῆς σκέπεται. καὶ ὁ καρπὸς αὐτοῦ γλυκὺς ἐν τῷ λάρυγγί μου. καρπὸς δὲ τούτου ἐστὶν ὁ καρπὸς τοῦ πνεύματος. ὅς ἐστι κατὰ τὸν μέγαν ἀπόστολον Παῦλον χαρὰ, εἰρήνη, μακροθυμία, χρηστότης, καὶ τὰ λοιπά· οὗ τῆς γλυκύτητος ἐν αἰσθήσει ὑπάρχουσιν οἱ κατὰ πεῖραν τούτου τρεφόμενοι. οὐδὲν γὰρ χαρᾶς πνευματικῆς ἀπαθείας τε καὶ ἀγάπης γλυκύτερον. λάρυγξ δὲ τῆς γλυκύτητος τοῦ πνευματικοῦ καρποῦ αἰσθανόμενος, εἴη ἂν ἡ λογικὴ δύναμις τῆς ψυχῆς. ἐπειδήπερ ταύτης χωρὶς οὐ προσφέρεται λόγος· ὥσπερ οὔτε βρώματα λάρυγγος ἄνευ.

Trium sanctorum Patrum.

QUONIAM per totum hoc drama sponsus & sponsa mutuis cantibus se vicissim celebrant, affiduis amoris significationibus ostendentes, alterum alterius ardere desiderio: ita rursus sponsa sponsum alloquitur; *Sicut pomum inter ligna silvæ, sic nepos meus inter filios*. Certe sicut pomum, tum specie decora, tum odore suavi, tum gustu dulci, ac propterea hominibus ad edendum utili, ter arbores hujus qualitatis expertes excellit, in silva quæ nemorosa est, & fructum ad vescendum non hominibus, sed bestiis idoneum suppeditat; sic dilectus meus inter hominum filios præstat. Pulcritudine enim [b] *speciosus est inter filios hominum*, non solum ut Dei filius unigenitus & Verbum, verum etiam ut inter homines solus sine peccato. Odore autem jucundo fragrans propter spiritalia gratiarum munera quæ in se credentibus dilargitur, ex quibus sensum ipsius percipimus. Gustu vero suavis est: [c] *Gustate* enim, inquit, *& videte, quoniam suavis est Dominus*. Nam mellis dulcedo illis solum qui gustaverunt, cognita est. Quamobrem & hominum cibus est, qui vitam eis tribuit spiritalem. At ceteri hominum filii, quia omnes peccaverunt & divina gloria privati sunt, ad silvæ similitudinem luxuriant, & belluinis voluptatibus nutriuntur. Idcirco, *in umbra*, inquit, *ejus cupivi, & sedi*. Umbra omnino Christi, est Christiana respublica, in qua qui desiderio est confirmatus, cupidinum æstu non comburitur, sed sub ea protegitur. *Et fructus ejus dulcis gutturi meo*. Fructus autem ipsius, est [d] *fructus spiritus*, qui est, ut magnus inquit Paullus, *gaudium*, *pax*, *longanimitas*, *bonitas*, & cetera. Cujus dulcedinem sentiunt illi qui experiuntur: nihil enim gaudio spiritali & tranquillitate & caritate dulcius. At guttur quod fructus spiritalis dulcedine fruitur, est vis animæ ratione prædita, sine qua Verbum non admovetur: quemadmodum nec cibus sine gutture.

Ψελλοῦ.

Τούτων ὡς δ' ἤκουσε λοιπὸν ἡ νύμφη τῶν ἐπαίνων,
Ἀντιπτυχνάζεταί τινας ἐπαίνους τῷ νυμφίῳ.
Λέγει γὰρ λέξεσιν αὐταῖς τάδε πρὸς τὸν δεσπότην·
Ὡς μῆλον ἐν τοῖς ξύλοις τοῦ δρυμοῦ,
Οὕτως ἀδελφιδοῦς μου ἀνὰ μέσον τῶν υἱῶν.
Ὥσπερ, ἐν ταῖς ψυχαῖς ἁπάσαις τῶν ἀνθρώπων,

Pselli.

HAS laudes sponsa cum audivisset, quibusdam ipsa quoque sponsum laudibus extollit. Dominum enim hisce verbis alloquitur: *Sicut pomum inter ligna silvæ: sic nepos meus inter filios*. Quemadmodum, inquit, inter omnes hominum animas, quas o Verbum & sponse, fi-

[a] Joan. VIII. 44. [b] Psalm. XLIV. 3. [c] Psalm. XXXIII. 9. [d] Gal. V. 22. 23.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

Ας θυγατέρας εἴρηκας, ὦ λόγε καὶ νυμφίε,
Εγωγε μόνη πέφυκα κρίνον ὥσπερ ἐν φύσει·
Οὕτω καὶ σὺ τοὺς οὐρανοὺς ἀῤῥητοτύπως κλίνας,
Καὶ κατελθὼν ἐπὶ τῆς γῆς εἰς ὑλώδη βίον,
Καὶ σαρκωθεὶς τὸ καθ' ἡμᾶς ἐν τῷ δε τῷ δρυμῶνι,
Ωφθης ἐν μέσῳ τῶν υἱῶν τοῦ τῆδε τῶν ἀνθρώπων,
Ως μῆλον εὐωδέστατον καὶ γεῦσιν καθηδύνον,
Τίνος δὲ χάριν, ἐρωτᾷς, τὸν λόγον λέγει μῆλον;
Οτι καὶ χάριτας πολλὰς ἔχει καρπὸς τὸ μῆλον.
Καὶ γὰρ ἀποθλιβόμενον παρά τινος, ὡς θέμις,
Τὴν γὰρ ῥύσιν αἱματόμικτον τὴν ὑδαρώδη πέμπει.
Κἀντεῦθεν ὑπαινίττεται κρουνοὺς τοὺς σωτηρίους,
Τοὺς πρὶν πλευρόθεν βλύσαντας τοῦ λόγου καὶ σωτῆρος.
Ως ἄγαμαι τὴν φρόνησιν τῆς καθαρᾶς παρθένου·
Σοφῶς γὰρ εἴρηκεν αὐτὸν τυγχάνειν ὄντως μῆλον.
Πᾶσα μὲν γὰρ ὡς ἀληθῶς ψυχὴ ἡ ἀνθρωπίνη,
Κἂν ἀρεταῖς ὑπεραρθῇ, κἂν πρὸς ἀγγέλους φθάσῃ,
Ανθος καὶ μόνον κρίνεται καὶ κρίνον ἐκ κοιλάδων,
Τὸν γεωργὸν οὐ τρέφουσα· βοτάνη γὰρ οὐ τρέφει·
Αλλ' ἑαυτὴν λαμπρύνουσα τῷ κάλλει τῆς ἰδέας.
Οὐδὲ γὰρ χρήζει παρ' ἡμῶν ὁ γεωργὸς κερδαίνειν,
Ως πού φησιν ὁ ψαλμῳδὸς πρὸς τὸν αὐτὸν νυμφίον.
Ως ἀγαθῶν σὺ τῶν ἐμῶν οὐδ' ὅλως χρείαν ἔχεις·
Αλλ' ὁ Χριστὸς ὁ γεωργὸς ἡμῶν ὁ καὶ νυμφίος,
Ο μῆλον ὄντως γεγονὼς ἀπὸ τοῦ σαρκωθῆναι,
Τὰς τρεῖς καὶ πρώτας ἐν ἡμῖν αἰσθήσεις ἐπευφραίνει,
Τὴν ὅρασιν, τὴν ὄσφρησιν, καὶ μάλιστα τὴν γεῦσιν,
Ωραῖος γὰρ εἰς ὅρασιν ὡς ἀληθῶς τυγχάνει,
Ο πάντων ὡραιότατος τῶν γηγενῶν δεσπότης,
Καὶ τοὺς ὁρῶντας εἰ αὐτὸν ἐργάζεται φωστῆρας.
Ηδύς τε πρὸς τὴν ὄσφρησιν ὑπάρχων μύρου πλέον·
Τὸ μέχρι γὰρ τοῦ πώγωνος πρὶν καταβαῖνον μύρον
Τοῦ Ααρὼν, αὐτός ἐστιν ὁ καθαρὸς ὁ νυμφίος.
Γλυκύτατος γὰρ πέφυκε καὶ μάλιστα πρὸς γεῦσιν,
Ως τὴν ζωὴν τὴν ἄληκτον διδοὺς τοῖς γευσαμένοις·
Ο τρώγων γάρ φησιν αὐτὸς σῶμα τοὐμὸν ἀξίως,
Αὐτὸς κερδήσει τὴν ζωὴν τὴν ὄντως αἰωνίαν.
Αρκοῦσι ταῦτα τῷ σκοπῷ καὶ λόγῳ τῷ τοῦ μέλους,
Τὸ τῶν ᾀσμάτων δὲ λοιπὸν καλῶς ἑρμηνευτέον.
Φησὶν ἡ νύμφη καθεξῆς περὶ τοῦ θείου λόγου,
Εν τῇ σκιᾷ αὐτοῦ ἐπεθύμησα καὶ ἐκάθισα.
Καὶ ὁ καρπὸς αὐτοῦ γλυκὺς ἐν τῷ λάρυγγί μου.
Τούτου φησὶ τοῦ θαυμαστοῦ καὶ ζωηφόρου μήλου,
Πολλάκις ἐπεθύμησά πως τὴν σκιὰν προσβλέψαι.
Οταν ἡ φλὸξ τῶν πειρασμῶν σφόδρα κατέφλεξέ με.
Αλλ' ἰδοὺ νῦν ἐκάθισα, καὶ τέρπομαι, καὶ χαίρω,
Καὶ τὸν φλογμὸν ἐξέφυγον τὸν τῶν πειρατηρίων,
Καὶ μελετῶ τὰς ἐντολὰς ἁπάσας τοῦ Κυρίου,
Οπόταν ὁ γλυκύτατος ὁ λόγος καὶ νυμφίος,
Κατασκιάσῃ καὶ αὐτὴν ταῖς πτέρυξι ταῖς θείαις,
Αποτειχίσῃ δὲ μακρὰν τοῦ πειρασμοῦ τὴν φλόγα.
Ταῦτα μὲν οὕτως εἴρηκεν ὥσπερ ἐγκαυχωμένη.
Παρακαλεῖ δὲ καθεξῆς τοὺς φίλους τοῦ νυμφίου,
Ετι προκόψαι καὶ δραμεῖν πρὸς τὸν καλὸν νυμφίον.
Φησὶ γὰρ οὕτω πρὸς αὐτούς. ἀλλά μοι σκοπητέον.

Alias appellasti, ego sola sum tamquam lilium in germine: sic etiam tu arcana ratione [a] *cælos inclinans, & descendens* super terram in hanc vitam mortalem, & carnem nostram assumens, in hac silva te inter filios hominum conspicuum præbuisti, tamquam pomum suavissimum & gustu jucundissimum. Cur autem Verbum appellat pomum? Quia multiplici gratia hic fructus est præditus. Etenim si forte a quopiam comprimatur, liquorem sanguineum & aqueum emittit, & proinde innuit fontes illos salutares, qui ex latere Verbi & Salvatoris emanarunt. O puræ Virginis prudentiam admirabilem! sapienter enim ipsum vere pomum dixit esse. Nam omnis profecto anima humana, licet virtutum præstantia ad angelos accedat, flos tantummodo & lilium convallium judicatur; non alens agricolam, neque enim herba alit, sed se ipsam speciei pulcritudine exornans. Etenim lucrum ex nobis non quærit agricola, ut quodam in loco sponsum ipsum alloquens, ostendit David: [b] *Deus* inquit, *meus es tu, quia bonorum meorum non eges*. At Christus agricola sponsusque noster, cum carnem humanam induens, vere pomum evaserit, tres nostros eosque præcipuos sensus oblectat, visum, odoratum atque in primis gustum. Aspectu enim sane quam decorus est: quippe cum sit [c] omnium qui in terra nati sunt, speciosissimus, respicientesque se clarissimos reddat. Olfactu autem perjucundus: est enim unguento plenus: immo [d] *unguentum* ipsum *quod descendit in barbam Aaron*. Gustatu vero quam suavissimus: gustantibus enim se, vitam tribuit immortalem. Nam qui digne manducat corpus ejus, ut ipse ait [e], vitam vere æternam possidebit. Ac de proposito hujus carminis hactenus. Ad reliqua Canticorum explicanda pergamus. Sponsa, de Verbo divino, *In umbra*, inquit, *ejus desideravi, & sedi; & fructus ejus dulcis gutturi meo*. Hujus, inquit, admirabilis vitalisque pomi sæpenumero umbram aspicere concupivi, cum ardor tentationum me vehementer exureret. At ecce in ea jam considens oblector & gaudeo, atque ardorem tentationum declino: quandoquidem me in omnibus mandatis Domini meditantem, Verbum ac sponsus meus dulcissimus divinis suis obumbrans alis, procul avertit tentationum faces. Hæc cum veluti lætabunda protulisset, ad amicos sponsi convertit sermonem suum, hortaturque illos, ut progrediantur, & ad formosum sponsum accurrant. Sed verba ipsius mihi sunt expendenda.

Εἰσαγάγετέ με εἰς οἶκον τοῦ οἴνου, τάξατε ἐπ' ἐμὲ ἀγάπην, στηρίξατέ με ἐν μύροις, στιβάσατέ με ἐν μήλοις, ὅτι τετρωμένη ἀγάπης ἐγώ.

Introducite me in cellam vinariam: ordinate in me caritatem. Fulcite me unguentis: stipate me in pomis, quoniam ego amore sum vulnerata.

Φησὶ, διψῶ τὴν προκοπὴν τὴν ὡς πρὸς τὸν νυμφίον,
Τὸν βότρυν λέγω τῆς ζωῆς, τὸν πέπειρον, τὸν θεῖον,
Τὸν γλεῦκος ἀποστάζοντα τῷ σταυρικῷ θανάτῳ.
Καὶ τοίνυν εἰσαγάγετε κἀμὲ πρὸς οἶκον τοῦτον,
Ως ἂν ἰδοῦσα καθαρῶς τὸ κάλλος τοῦ νυμφίου,
Τὸ ζώπυρον αὐξήσω μου τῆς πρὸς αὐτὸν ἀγάπης.
Ετι δὲ πάλιν δυσωπῶ τυχεῖν τῶν μειζοτέρων.
Τάδε γὰρ λέγει πρὸς αὐτοὺς, τουτέστι τοὺς ἀγγέλους.
Στηρίξατέ με ἐν μύροις, στιβάσατέ με ἐν μήλοις.
Επεὶ, φησιν, ἠγάπησεν ἐμὲ τὴν ἀπωσμένην

SITI urgeor, inquit, ad sponsum meum, ad vitæ botrum illum maturum atque divinum, per crucis mortem dulcedine fluentem. Quamobrem in hujus cellam me quoque introducite, ut pure sponsi pulcritudinem conspicata, amoris ignem erga illum adaugeam. Adhuc autem & supplico ut majora consequar: Hæc enim ad Angelos loquitur: *Fulcite me unguentis: stipate me in pomis*. Quando, inquit, dilexit me abjectam admirandus ille &

[a] Psalm. XVII. 10. [b] Psalm. XV. 2. [c] Psalm. XLIV. 3. [d] Psalm. CXXXII. 2. [e] Joan. VI. 55.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

Ο θαυμαστὸς, ὁ φοβερὸς, ὁ κάλλιστος νυμφίος,
Στηρίξατέ με τὸ λοιπὸν ὑμεῖς οἱ τούτου φίλοι,
Πρὸς τὴν ἀγάπην τὴν αὐτοῦ τοῦ λόγου καὶ νυμφίου·
Ωσπέρ μοι πρότερον χρυσὸν ἀντιδιδόντες μύρα,
Τὰ πάσης ἀποτρεπτικὰ δυσώδους ἁμαρτίας,
Ως ἂν μηκέτι πλανηθῶ καὶ παρεκκλίνω πάλιν.
Σὺ δ' ἀρετὰς ἐννόησον τὰ μύρα τὰ τῶν φίλων.
Αλλ' ἔτι πάλιν λιπαρεῖ τοῖς μήλοις στιβασθῆναι.
Ποτὲ μὲν γὰρ προσομιλεῖ τοῖς φίλοις ὥσπερ νύμφη,
Η παρθενεύουσα ψυχὴ καὶ νυμφοστολουμένη.
Ποτὲ δ' ὡς κλίνη χρυσαυγὴς, ποτὲ δ' ὡς θεῖος θρόνος.
Καὶ γὰρ ὡς ὄντως ἐν μιᾷ ψυχῇ καθαρωτάτῃ
Νυνὶ μὲν ἀνακλίνεται Χριστὸς ὁ καὶ νυμφίος·
Νυνὶ δὲ περιπατεῖ, καὶ κάθηται πολλάκις.
Απαν δὲ τοῦτο πέφυκεν ὁ στιβασμὸς τῶν μήλων.
Ποθεῖ καὶ φλέγεται καλῶς ἡ νύμφη τῷ νυμφίῳ·
Οστις καὶ μῆλον λέγεται φανὲν ἐκ τοῦ δρυμῶνος;
Καὶ θέλει τοῦτον γενέσθαι πάντοτε ταῦτα πάντα·
Τροφὴν τρυφήν τε καὶ σκιὰν καὶ στιβασμὸν τῆς στέγης·
Ωσπερ κἀκείνη γίνεται ξύμπαντα πρὸς ἐκεῖνον,
Νύμφη, καὶ θρόνος, καὶ στρωμνὴ, καὶ πάλιν κατοικία.
Εἶτά φησι πρὸς τοὺς αὐτοὺς ἀγγέλους τὴν αἰτίαν,
Τῆς παρακλήσεως αὐτῆς τῆς συνεχοῦς πρὸς τούτους,
Οτι τετρωμένη ἀγάπης ἐγώ. ἐγώ φησιν ἐκδυσωπῶ
τὴν ὑμετέραν χάριν,
Τὴν στέγην ὅλην μου καλῶς ἐν μήλοις στιβασθῆναι,
Οτι τῷ βέλει τέτρωμαι τῷ τῆς ἀγάπης τούτου,
Αγάπην τοίνυν νόησον τὸν ἄναρχον πατέρα.
Καὶ βέλος ὄντως ἐκλεκτὸν τὸν λόγον καὶ νυμφίον·
Τοῦτον γὰρ πέμπειν εἴωθεν ἐπὶ τοὺς σωζομένους.

A metuendus atque pulcherrimus ſponſus, ad ejus me caritatem, vos qui Verbi & ſponſi amici eſtis, incitate: qui prius mihi adhibuiſtis aurum, nunc autem adhibete unguenta, quæ omnem arceant fœtorem peccati, ne amplius aberrem aut rurſus e via declinem. Tu vero per amicorum unguenta virtutes intellige. Sed pomis præterea flagitat ut conſtipetur. Amicos enim alloquitur anima, modo ut ſponſa & virgo nuptialibus veſtimentis exornata: modo ut lectus auro ſpendidus: modo ut divinum ſolium. In una enim profecto eademque anima puriſſima Chriſtus & ſponſus nunc quieſcit, nunc ambulat, & ſedet ſæpiſſime. Quæ quidem omnia indicat pomorum con-
B ſtipatio. Prorſus autem flagrat ſponſa ac plane ardet deſiderio ſponſi, qui dicitur pomum e ſilva, cupitque illum ſemper hæc ſibi eſſe omnia, cibum, deliciaſque, & umbram, & ſtipationem, & tectum: quemadmodum & ipſa erga illum hæc eſt univerſa: ſponſa nimirum, & ſedes, & cubile, & domus. Tum aſſiduæ flagitationis ſuæ cauſſam Angelis explicans, *Ego enim*, inquit, *amore ſum ſauciata*. Ego veſtram opem imploro. Totam domum meam pomis conſtipari cupio: quoniam ſagitta amoris iſtius confixa ſum. Per amorem intellige Patrem, qui nullum habet principium: Per ſagittam vero electam, Verbum & ſponſum.
C Hanc enim in eos qui ſalvantur, conjicere conſuevit.

Τῶν γ'. πατέρων.

ΟΥΤΩ μὲν ἡ νύμφη τοῦ νυμφίου τὸ κάλλος, τὴν εὐωδίαν, τὴν σκέπην, τὴν γλυκύτητα καταμαθοῦσα, ἀνακηρύττει τά δε εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα. διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν, λειτουργικὰ πνεύματα προσκαλουμένη συνεργεῖν πρὸς διηνεκῆ αὐτοῦ ἀπόλαυσιν, φησίν· εἰσαγάγετέ με εἰς οἶκον τοῦ οἴνου. ἤγουν, διδάξατέ με τοὺς θείους περὶ σαρκώσεως λόγους. οἶνον γάρ φησι τὸν εὐφραίνοντα τὰς ψυχὰς τῶν τούτου μεταλαμβανόντων, καὶ πρὸς θέωσιν ἐξιστῶντα Θεὸν λόγον. οὗ οἶκος ἡ προσληφθεῖσα παρ' αὐτοῦ σάρξ· εἰς ὃν οἶκον εἰσάγεται ἡ ἐκκλησία μία σάρξ μετὰ Χριστοῦ ἐσομένη, ὥς φησιν ὁ ἀπόστολος περὶ τοῦ, ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν· ὅτι ἐγὼ δὲ λέγω εἰς Χριστὸν καὶ εἰς τὴν ἐκκλησίαν. σαρκὸς γὰρ καὶ αἵματος Χριστοῦ ἡ τῶν πιστῶν ἐκκλησία μεταλαμβάνουσα, καὶ σύσσωμος αὐτῷ γενομένη· καὶ κατὰ γνῶσιν τοὺς περὶ σαρκώσεως λόγους δι' ἀγγέλων μανθάνουσα, καὶ κατ' ἀρετὴν τοὺς τούτων τρόπους ἐκφαίνουσα, εἰς οἶκον τοῦ οἴνου εἰσέρχεται, οἰκητήριον Θεοῦ ἀποτελουμένη ἐν ἁγίῳ πνεύματι. οὕτω δὲ εἰς οἶκον τοῦ οἴνου εἰσαγαγόντες με τάξατε ἐπ' ἐμὲ ἀγάπην· ἤτοι, τὴν κατὰ χάριν θείαν κοινωνίαν, ἧς πρῶτοι αὐτοὶ κατὰ τάξιν μεταλαμβάνετε· τάξατε καὶ ἐπ' ἐμὲ, ἀναλόγως ἕκαστον τῶν πιστῶν μυσταγωγοῦντες τὰ θεῖα. στηρίξατέ με ἐν μύροις, δηλαδὴ ῥύσατέ με ἐν τοῖς δίκην μύρων εὐωδιάζουσιν τὰς ψυχὰς τῶν πιστῶν τοῦ παναγίου πνεύματος χαρίσμασι· καὶ πρὸς θεοσέβειαν ἐνισχύσατε τὴν διὰ τὴν σωματικὴν ἀσθένειαν ἐκλυομένην. στιβάσατέ με ἐν μήλοις, ἤγουν, πληρώσατέ με γνώσεως θείας ἐν τοῖς δίκην μήλων τὸν λάρυγγα γλυκαίνουσι θείοις λογίοις· ταῦτα δὲ αἰτῶ παρ' ὑμῶν, ὅτι τετρωμένη ἀγάπης ἐγώ. ἤτοι, ἐπειδὴ νυττομένη οὐχ ὑπὸ φόβου, ἀλλ' ὑπὸ ἀγάπης (ἔξω γὰρ αὐτὴ βάλλει τὸν φόβον) εἰμὶ ἐγὼ ἡ νυμφευθεῖσα τῷ Χριστῷ διὰ πίστεως. ὡς γὰρ πρότερον αὕτη τῷ φόβῳ μὲν τῶν κολάσεων καθαρθεῖσα, εἶτα δὲ καὶ τῇ ἐλπίδι τῶν μελλόντων ἀγαθῶν φωτισθεῖσα, νῦν σπεύδει διὰ τῆς ἀγάπης εἰς τελειότητα ἀναχθῆναι παρὰ τῶν ἁγίων ἀγγέλων.

Trium Patrum.

Ita quidem ſponſa cognitam ſponſi pulcritudinem, ſuavitatem, domum, dulcedinem prædicat. [a] *Miniſtros* autem *ſpiritus, in miniſterium miſſos propter eos qui ſalutis hereditatem ſunt adepturi*, rogat ut ſibi præſto ſint, ad perennem ejus fruitionem aſſequendam: *Introducite*, inquiens, *me in cellam vini*, hoc eſt, docete me divinas incarnationis rationes. Deum enim Verbum appellat vinum, quod animas guſtantium lætitia afficit, ad divinita-
D temque perducit. Hujus cella caro eſt ab ipſo aſſumta: quam quidem in cellam Eccleſia introducitur, una caro cum Chriſto futura. Sic enim Apoſtolus locum illum, [b] *Et erunt duo in carne una*, interpretatur: [c] *Ego autem*, inquit, *dico, in Chriſto & in Eccleſia*. Fidelium enim Eccleſia, dum carnis & ſanguinis Chriſti particeps, atque unum cum ipſo corpus efficitur, incarnationiſque rationes ab Angelis diſcit atque eas moribus comprobat, in vini cellam ingreditur, & habitaculum Dei efficitur in Spiritu ſancto. Cum ita me in cellam vini introduxerit, *ordinate caritatem*, illam ſcilicet divinæ gratiæ communionem, qua vos ordine fruimini: in me quoque fideles ſingulos pro cujuſque ratione
E divinis myſteriis inſtituentes, ordinate. *Fulcite me unguentis:* ſanctiſſimi Spiritus donis, unguentorum inſtar fidelium animas odoris ſuavitate conſpergentibus me corroborate, & corporis imbecillitate labantem in divina pietate confirmate. *Stipate me in pomis:* implete me Dei cognitione in divinis ſermonibus, qui pomorum inſtar gutturi meo dulcedinem afferunt. Hæc autem a vobis peto, *quia vulnerata ſum caritate*. Quia ſcilicet non timore, ſed amore incitata (*caritas* [d] enim *foras mittit timorem*) cum Chriſto per fidem conjuncta ſum. Nam ut ante pœnarum formidine purgata, deinde futurorum bonorum ſpe illuſtrata, ita nunc caritate commota feſtinat per ſanctos Angelos ad perfectionem adduci. Quamobrem ait:

a Heb. I. 14. *b* Gen. II. 24. *c* Epheſ. V. 32. *d* 1. Joan. IV. 18.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

ὅθεν φησίν· Εὐώνυμος αὐτοῦ ὑπὸ τὴν κεφαλήν μου, καὶ ἡ δεξιὰ αὐτοῦ περιλήψεταί με. δηλονότι αἱ τῶν κολάσεων, ὡς ὑποδεχομένων τοὺς ἐξ εὐωνύμων, ἀπειλαὶ, ὑπὸ τὸ δίκην κεφαλῆς ἀρχικὸν τῆς ψυχῆς μου πάντως τὸ νοερὸν ὑποτάσσουσαι αὐτῷ τὸ αἰσθητικόν· διὰ τοῦτο λοιπὸν ἐν ἐλπίσιν εἰμὶ, ὅτι καὶ ἡ δεξιὰ αὐτοῦ περιλήψεταί με· ἤτοι, τὰ ἐν ἐπαγγελίαις ἀγαθὰ ὡς τοὺς ἐκ δεξιῶν ὑποδεχόμενα, ἡ βασιλεία δηλαδὴ τοῦ Θεοῦ κατὰ τὸν μέλλοντα αἰῶνα περικυκλώσει με, ὡς μὴ ἀρχὴν χρονικὴν μήτε τέλος ἔχουσα· ἐμοί δε καὶ ἀρχὴ καὶ τέλος εὑρισκομένη. δι' αὐτὴν γὰρ ὡς ἂν ταύτην κληρονομήσω τὸ ἐξ ἀρχῆς γέγονα· καὶ εἰς ταύτην πάλιν διὰ φιλανθρωπίαν καταντῶ, παυομένη πάσης κινήσεως, καὶ ὑπ' αὐτῆς ὁριζομένη.

A *Læva ejus sub capite meo : & dextera illius amplexabitur me.*

COMMINATIO suppliciorum quæ a sinistris constitutos manent, sub capite meo, sub ea videlicet parte, quæ ut caput in corpore, sic ipsa in anima principatum obtinet, mente nimirum sensus ipsi subjiciente. Itaque dextera illius, ut spero, jam amplexabitur me. Promissio scilicet bonorum quæ a dextris collocati suscipient; regnum utique Dei in sæculo futuro, me complectetur: quod cum nec temporis initium nec finem habeat, mihi tamen & principium & finis invenitur, quippe quæ & ortus initium nacta sim, ut regni cælestis cernam hereditatem, & in eo tandem propter humanitatem il- B lius, tamquam fine ac termino circumscripta, procul ab omni mutatione conquiescam.

Ψελλοῦ.

Ἀλλὰ προστίθησί τινας ἡ νύμφη πάλιν λόγους. λέγουσα τάδε πρὸς αὐτοὺς, ὡς κατ' εἱρμὸν εὑρήσεις. ταῦτα δέ εἰσιν. Εὐώνυμος αὐτοῦ ὑπὸ τὴν κεφαλήν μου, καὶ ἡ δεξιὰ αὐτοῦ περιλήψεταί με.

Η τῶν ᾀσμάτων δύναμις τούτων καταθεμίζει.
Ιδοὺ γὰρ βέλος γίνεται χερσὶ ταῖς τοῦ τοξότου,
Η πρὸ μικροῦ τῷ θαυμαστῷ κατατρωθεῖσα βέλει,
Ως ἡ τοῦ Παύλου πέπονθε ψυχὴ καλῶς τρωθεῖσα.
Κἀκεῖνος γὰρ γενόμενος πιστὸς, ἐξ ἀπιστίας ζωγρηθεὶς,
Καὶ παρὰ Χριστοῦ τοῦ λόγου καὶ Σωτῆρος.
Εὐθὺς πρὸς ἔθνη τὰ μακρὰν καὶ πλάνῃ βεβυσμένα,
Παρὰ τοῦ θείου πνεύματος οὗτος ἐξαπεστάλη,
Εἰς τὸ ζωγρεύειν τὰς ψυχὰς τὰς ἐκπεπλανημένας,
Τῷ λόγῳ τοῦ κηρύγματος καὶ τῆς διδασκαλίας.
Ταῦτα μὲν οὕτως ἔχουσιν ὡς οἶμαι Στεφηφόρε·
Σύ δε μηδ' ὅλως ἐκπλαγῇς ἅπερ ἡ νύμφη λέγει.
Ως ἄρα χεὶρ εὐώνυμος αὐτοῦ τῇ κεφαλῇ μου.
Η τούτου δ' αὖθις δεξιὰ καὶ περιλήψεταί με.
Τρόπον γὰρ βέλους κοσμικοῦ καὶ πετομένου λέγω,
Ο λόγος ἐσχημάτισεν αὐτὴν ἐξαποστεῖλαι.

Pselli.

HIS rursus sponsa subjicit quædam verba, quemadmodum ordine reperies. Sunt autem hæc:

Læva ejus sub capite meo : & dextera illius amplexabitur me.

ΕΓΩ φησὶ καὶ ἤνοιξα πᾶσαν ἐμοῦ τὴν θύραν, ὥσθ' ὑποδέξασθαι Χριστὸν τὸν λόγον καὶ νυμφίον. πλὴν μόλις εἰσελήλυθεν ἡ χεὶρ αὐτοῦ καὶ μόνη. ὅθεν τὸ μέγεθος αὐτοῦ μεγάλως κατεπλάγην. καλῶς ἐφιλοσόφησεν ἡ καθαρὰ παρθένος. ἡ τῶν ἀνθρώπων γὰρ φύσις ἡ πάνυ βραχυτάτη ὅσον πρὸς φύσιν θεϊκὴν τοῦ θαυμαστοῦ νυμφίου· ὅλην οὐ δύναται χωρεῖν, φησὶ, τὴν θειοτάτην φύσιν, ὅσον ἐν ὑπολήψεσιν καὶ ταῖς θεολογίαις. ἀνέστην ἐγὼ ἀνοῖξαι τῷ ἀδελφιδῷ μου, χεῖρές μου ἔσταξαν σμύρναν, δάκτυλοί μου σμύρναν πλήρη ἐπὶ χεῖρας τοῦ κλείθρου. ἐγώ φησιν, ὡς ἤνοιξα δέξασθαι τὸν νυμφίον, κἀκεῖνος ἦν ἀχώρητος, ἀνέστην πρὸς ἐπίπονον καὶ θειοτέραν τάξιν, ὅπως τοῖς πόνοις τοῖς πολλοῖς, σαρκός τε τῇ νεκρώσει, πλατύτερον ἀνοίξω μου τοῦ λογισμοῦ τὴν θύραν, καὶ τὸν ἀχώρητον τὸ πρὶν εἰσδέξωμαι νυμφίον. ὅθεν αἱ χεῖρές μού φησι μετὰ καὶ τῶν δακτύλων τοῖς πόνοις σμύρναν ἔσταξαν μέχρις αὐτοῦ τοῦ κλείθρου· τουτέστιν ἀπονέκρωσα τὰ μέλη τῆς σαρκός μου, μέχρι τὰ κλεῖθρα σύμπαντα τῆς θύρας ἤνοιξά μου, καὶ πάσας ἀνεπέτασα τὰς ψυχῆς αἰσθήσεις. ἤνοιξα ἐγὼ τῷ ἀδελφιδῷ μου, καὶ ὁ ἀδελφιδός μου παρῆλθεν. ἀλλὰ κἂν ἤνοιξά φησιν ἁπάσας μου τὰς θύρας, οὐδ' οὕτως ἦν μοι χωρητὸς ὁ λόγος καὶ νυμφίος. ψυχή μου ἐξῆλθεν ἐν λόγῳ αὐτοῦ. εἶτά φησιν ἀνύψωσα τὸν νοῦν πρὸς τὸν αἰθέρα, ποθοῦσα δήπουθεν μαθεῖν σαφές τι περὶ τούτου. ἀλλ' ὅμως ὑψηλότερος καὶ τῶν νεφῶν ὑπῆρχεν. φησὶ γὰρ εἶτα καθεξῆς ἡ νύμφη καὶ παρθένος· ἐζήτησα αὐτὸν καὶ οὐχ εὗρον αὐτὸν, ἐκάλεσα αὐτὸν καὶ οὐχ ὑπήκουσέ μου. καὶ πῶς γὰρ εὑρεθήσεται καὶ κρατηθήσεταί που ὅστις οὐδέν τι πέφυκεν ἐκ τῶν γινωσκομένων, οὐκ εἶδος, οὐ σχηματισμὸς, οὐ τύπος, οὐ ποσότης; εὗρεσάν με οἱ φύλακες, οἱ κυκλοῦντες πόλιν, ἐπάταξάν με, ἐτραυμάτισάν με. ὢ τῆς καλλίστης προκοπῆς τῆς νύμφης καὶ παρθένου. ἰδοὺ γὰρ ἀνελήλυθε μέχρι καὶ τῶν ἀγγέλων. οὗτοι γὰρ φύλακές εἰσι τῆς πόλεως τῆς ἄνω. εὗρεσαν τοίνυν με φησὶ τὸν λόγον ψηλαφῶσαν, καὶ λόγοις ἐτραυμάτισαν καὶ κατεπλήγωσάν με. τοῦτο καὶ γὰρ ἐξεῖπον μοι τῶν ἄγαν ἀδυνάτων, τὸ τὴν κατάληψιν ζητεῖν τῆς ἀκαταληψίας· ἦραν τὸ θέριστρον ἀπ' ἐμοῦ οἱ φύλακες τῶν τειχέων· ἦραν τὸ περικάλυμμά φησιν, τῶν ὀφθαλμῶν μου, ὥστε με καθαρώτερον γνωρίσαι τὸν νυμφίον τοῖς πᾶσιν ἀκατάληπτον ὄντα καὶ τοῖς ἀγγέλοις. ὅθεν ἐπαπορήσασα πάντοθεν ἡ παρθένος τοὺς φύλακας ἐνδυσωπεῖ, τουτέστι τοὺς ἀγγέλους, τὸν πόθον ταύτης τὸν πολὺν μηνῦσαι τῷ νυμφίῳ.

ETSI totum, inquit, ostium meum aperui, ut Christum Verbum & sponsum meum susciperem; tamen vix manus ejus, eaque sola immissa est. Itaque magnitudinem ipsius magnopere sum admirata. B Præclare pura virgo philosophatur. Hominum enim natura minor est, quam ut divinam admirandi Verbi naturam opinione aut scientia queat universam comprehendere. *Surrexi, ut aperirem nepoti meo. Manus meæ stillaverunt myrrham: digiti mei myrrham plenam in manus pessuli.* Ego, ut sponsum, inquit, exciperem, aperui. At ille penetralibus meis capi non poterat. Surrexi ad laboriosum & magis divinum ordinem, ut quem antea capere non potueram, laboribus multis & carnis mortificatione latiorem cogitationis portam patefaciens, sponsum comprehenderem. Unde manus meæ, inquit, cum digitis continenter myrrham distillarunt usque ad pessulum. Quin etiam pessulis omnibus reductis fo- C res aperui, id est, carnis meæ membris mortificatis, animæ sensus omnes patefeci. *Pandi fores nepoti meo: at ille declinaverat atque transierat.* Quamvis fores meas patefecerim universas, non tamen Verbum & sponsum potui comprehendere. *Anima mea egressa est, ut nepos locutus est meus.* Sustuli mentem meam, inquit, ad cælum, ut de dilecto meo aliquid intelligerem. At ille cælo erat sublimior multo. Sic enim deinceps loquitur sponsa & virgo: *Quæsivi, & non inveni illum: vocavi, & non respondit mihi.* Ecquonam modo inveniri comprehendique poterit is, qui nihil est eorum quæ cognitione percipiuntur, non species, non figura, non locus, non quantitas? *Invenerunt me custodes qui* D *circumeunt civitatem: percusserunt me, vulneraverunt me.* O pulcherrimam virginis progressionem! Ecce enim ad Angelos usque progressa est. Hi namque sunt cælestis civitatis custodes. Invenerunt enim me Verbum inquirentem, & verbis deterruerunt ac vulnerarunt. Dixerunt enim id nulla prorsus ratione fieri posse, ut incomprehensi comprehensio reperiatur. *Abstulerunt pallium mihi custodes murorum.* Velum, inquit, abstulerunt ab oculis meis, ut clarius sponsum intuerer, qui ne ab Angelis quidem potest omnibus comprehendi. Quamobrem incertior discedens omnino, custodes, id est, Angelos etiam aversatur, quod ne ab illis quidem ingens sponsi desiderium queat imminui.

E

Τῶν γ'. πατέρων.

Trium Patrum.

Φησὶ γοῦν ἔτι ἡ νύμφη πρὸς τὰς μαθητευομένας· ὅπως δὲ τὸν ῥυπαρὸν τῆς ἁμαρτίας ἐξεδυσάμην χιτῶνα, καὶ ἄκρως ἐκαθάρθην, ἀκούσατε· ἀδελφιδός μου ἀπέστειλε χεῖρα αὐτοῦ ἀπὸ τῆς ὀπῆς, καὶ ἡ κοιλία μου ἐθροήθη ἐπ' αὐτόν. ἤτοι, ὁ ἀγαπητός μου ἔπεμψε παρὰ τοῦ πατρὸς τὸ ἐκεῖθεν ἐκπορευόμενον ὁμοούσιον αὐτῷ πνεῦμα, ἐν ᾧ ὥσπερ ἔν τινι χειρὶ ἐνεργεῖ τὰ θεῖα χαρίσματα. διὰ μέσου τοῦ νοός μου ὡς διά τινος ὀπῆς· καὶ ὠδινησάσης μου τὴν ἀρχὴν τῆς σοφίας τὸν φόβον τοῦ ἀγαπητοῦ μου, ὡς κριτοῦ, τὸ τῆς μοι γαστριμαργίας συνέσταλται πόθος μου, ἐξ οὗ πᾶν εἶδος ἀκολασίας ὑφίσταται. καὶ εὐθὺ ἀνί-

QUOMODO autem, inquit sponsa ad discipulas suas, sordidam peccati tunicam deposuerim, atque purissima evaserim, audite. *Nepos meus demisit manum suam per foramen, & venter meus intremuit ad tactum ejus.* Dilectus meus demisit a Patre procedentem ab eo Spiritum ipsi consubstantialem, cujus tamquam manu peragit divina gratiarum munera per mentem meam veluti per foramen aliquod: & patiente me initium sapientiæ, timorem dilecti mei tamquam judicis, gulæ ventrisque corripitur vitium, unde genus omne nascitur intemperantiæ. *Et statim surrexi ego, ut aperirem nepoti meo:* per effica-

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

στὴν ἐγὼ ἀνοῖξαι τῷ ἀδελφιδῷ μου· ἤγουν, ἠγέρθην κατ' ἔμπρακτον θεωρίαν ἀπὸ τῆς ἐμπαθοῦς σχέσεως ἀναπετάσαι τὴν νοητήν μου πύλην τῷ ἀγαπητῷ μου. χεῖρές μου ἔσταξαν σμύρναν. πάντως αἱ ἐνεργητικαί μου δυνάμεις, ὁ νοῦς καὶ ὁ λόγος, ἐκ προαιρέσεως ἔχεαν τοὺς νεκρωτικοὺς τοῦ σαρκικοῦ φρονήματος λόγους καὶ τρόπους. δάκτυλοί μου σμύρναν πλήρη ἐπὶ χεῖρας τοῦ κλείθρου. δηλονότι αἱ τῷ νῷ καὶ τῷ λόγῳ συμπεριφερόμεναι, οἷα χερσὶ δάκτυλοι, παθητικαί μου δυνάμεις, ὥστε αἰσθήσεις καὶ ἡ ἐπιθυμία καὶ ὁ θυμὸς τὴν διὰ γνώσεως καὶ ἀρετῆς οἰκείαν νέκρωσιν τελείαν ἔσταξαν ἐπὶ τὰ ἐμπαθῆ ἔργα, τῆς δίκην κλείθρου ἀποκλειούσης τῷ θείῳ λόγῳ τὴν εἴσοδον ἀπιστίας· ὡς καὶ τῶν ταύτης ἔργων, ἃ τροπικῶς χεῖρες κλείθρου ἐκλήθησαν, συννεκρωθέντων ταῖς εἰρημέναις παθητικαῖς δυνάμεσιν. ὅτι δὲ τῶν ἔργων τῆς ἀπιστίας ἡ νέκρωσις ἀποτέλεσμα ἐπὶ πίστεως, αὕτη δὲ φθορὰ τῆς ἀπιστίας ἐστί· ταύτης παρ' ἐμοῦ οἷα κλείθρου φθαρείσης, ὡς εἴρηται, ἤνοιξα τῷ ἀδελφιδῷ μου ἐγὼ, τὴν ἑαυτῆς νοητὴν πύλην τῷ ἀγαπητῷ μου ἀναπετάσασα κατὰ διάθεσιν διὰ πίστεως. ἀδελφιδός μου παρῆλθεν. ἐπειδήπερ νῷ κατ' οὐσίαν οὐχ ὑποπίπτει ὡς κατ' αὐτὴν ἀκατάληπτος, ψυχή μου ἐξῆλθεν ἐν λόγῳ αὐτοῦ, ἐξῆλθε δὲ τῆς νοερᾶς ἐνδότητος πρὸς αἴσθησιν διὰ τῆς φυσικῆς θεωρίας εὑρεῖν ποθοῦσα τὸν νυμφίον αὐτῆς. ἐν λόγῳ αὐτοῦ· τῷ, ὅτι ἔξελθε ἐν πτέρναις τῶν ποιμνίων πρὸς αὐτὴν εἰρημένῳ. ἐν ᾧ βούλεται ταύτην μαθεῖν ὅπου οὗτος ποιμαίνει. καὶ οὕτως ἐζήτησα αὐτὸν καὶ οὐχ εὗρον αὐτόν. ἐν γὰρ τοῖς κτιστοῖς ὁ ἄκτιστος οὐχ εὑρίσκεται· ἐκάλεσα αὐτὸν καὶ οὐχ ὑπήκουσέ μου· ὄντα λεγούσης τὸν ὑπὲρ ὄντα, καὶ οὐσίαν τὸν ὑπερούσιον, καὶ ζωὴν τὸν ὑπέρζωον, καὶ πάντων ποιητὴν, οὐχ ὑπακούει καλούμενος ἃ μὴ κατ' οὐσίαν ἐστί. καὶ αὐτὴ μὲν τὸν ἀγαπητόν μου, ὡς ἔφην, οὐκ ἠδυνήθην εὑρεῖν. οἱ δὲ ἅγιοι ἄγγελοι εὕροσάν με, οἱ φύλακες οἱ κυκλοῦντες τὴν πόλιν· εὕροσάν με δὲ τὴν δι' ἄγνοιαν ἀπολωλυῖάν ποτε μαθήτριαν αὐτῶν, φωτίζοντες περὶ τὴν θεωρίαν τῶν ὄντων ἀσχολουμένην, οἳ πᾶσαν τὴν κτίσιν οἷά τινα πόλιν κατὰ τὴν γνῶσιν τῶν ταύτης λόγων περικυκλοῦντες. ὅροι γάρ εἰσι τῶν ὄντων οἱ τούτων λόγοι, καθ' οὓς καὶ γεγόνασιν ὡς τὰς φύσεις αὐτῶν περιγράφοντες. ὅθεν οἱ τούτους γινώσκοντες ἄγγελοι, ὡς ἐν ὅροις τὴν κτίσιν περιπολοῦσιν. οὕτω δὲ ἤτοι ἐντυχόντες μοι, ἐπάταξάν με, ἐτραυμάτισάν με, ἦραν τὸ θέριστρόν μου ἀπ' ἐμοῦ· ἤγουν, ἐταπείνωσαν διδάξαντές με τὸ, μήπω ὡς δεῖ κατειληφέναι Θεόν. ἐλέγξαντες δὲ ἔπληξάν μου τὸ συνειδὸς, ὡς οἰομένης κατειληφέναι τὸ ἄκτιστον, ἐν τῷ τοῖς ὀνόμασι τῶν κτιστῶν καταφάσκειν αὐτόν. ἐν δὲ τῷ διδάξαι με ὑπὲρ πᾶσαν γνῶσιν εἶναι τὸ θεῖον, ἀφείλοντο ἀπ' ἐμοῦ τὸ δίκην θεριστρου συγκομίζοντος στάχυας, τὴν γνῶσιν τῶν ὄντων συλλέγον λογιστικόν μου, παύσαντες τοῦτο τοῦ μὴ ἀκατάληπτον θείαν φύσιν ἄγειν ὑπὸ κατάληψιν. ταῦτα δὲ εἰργάσαντο ἐν ἐμοὶ φύλακες τῶν τειχέων, ἤτοι τηρηταὶ ἀπαράβατοι τῶν θείων θελημάτων, ἃ δίκην τειχῶν τὰς τῶν ὄντων φύσεις φυλάττουσιν. ὡς γεγόνασι ταῦτα αὐτὰ διηγησαμένη ἡ νύμφη ταῖς νεάνισι, πάλιν αὐταῖς ὁρκίζει λέγουσα·

A cem contemplationem ab habitus dispositione sum excitata ut mentis januam patefacerem dilecto meo. *Manus meæ stillaverunt myrrham.* Activæ nimirum potentiæ meæ mens & ratio per electionem sudērunt sermones, & mores carnalem sensum mortificantes. *Digiti mei myrrham plenam in manus pessuli.* Passivæ scilicet potentiæ meæ, (sensus, concupiscentia & iracundia) quæ menti & rationi, ut manibus digiti cooperantur propriam per cognitionem & virtutem, mortificationem probatissimam distillaverunt in affectionum opera, quæ instar pessuli excludunt aditum incredulitatis, tamquam & hujus operibus quæ per translationem manus pessuli vocata sunt, mortificatis una cum passivis potentiis B quas memoravimus. Quoniam autem operum incredulitatis mortificatio est perfectio fidei: fides autem corruptio infidelitatis; hæc a me, uti pessulus, quemadmodum diximus, corrupta est. *Aperui nepoti meo ego:* mentis meæ januam dilecto meo per fidei affectionem patefeci. *Nepos meus declinaverat atque transierat.* Quippe qui menti per essentiam non subjacet, cum per illam sit incomprehensibilis. *Anima mea egressa est in sermone ejus.* Exivit ab interiori cogitatione ad sensum per naturalem contemplationem, ut inveniret sponsum suum. *In sermone ejus:* eo nimirum, quo illam est allocutus, cum diceret: *Egredere in vestigiis gregum:* ut indicaret ei, ubi ipse pasceret. Atque ita *quæ*-C *sivi eum, & non inveni.* In rebus enim creatis, qui est increatus non invenitur. *Vocavi illum, & non respondit mihi.* Eum [a] *qui est*, appellavi illum; cum ea quæ sunt, numeris omnibus antecellat. Appellavi substantiam, eum qui est supersubstantialis. Appellavi illum vitam, qui auctor est vitæ & rerum effector universarum. *Non respondit mihi*, cum ea vocaretur quæ ipse per essentiam & naturam suam non est. Dilectum igitur meum reperire quidem ipsa non potui. At sancti Angeli *qui custodes sunt & civitatem circumeunt, invenerunt me* discipulam quondam ipsorum per ignorantiam oberrantem, vacantemque rerum naturalium speculationi illustrarunt, qui cunctam naturam veluti civitatem D quamdam per cognitionem rationum ejus circumeunt. Termini enim rerum sunt earum rationes quibus factæ sunt, quæque naturas ipsarum circumscribunt. Unde Angeli qui illas intelligunt, tamquam in terminis creaturam circumeunt. Sic igitur hi me consecuti, *Percusserunt me, vulneraverunt me, abstulerunt pallium meum mihi.* Depresserunt me: indicantes mihi, me nondum, ut oportet, Deum comprehendisse. Reprehendentes autem, perculserunt conscientiam meam, quæ se increatum comprehendisse arbitrabatur; dum eum rerum quæ creatæ sunt, nominibus vocat. At dum ostendunt divinum numen omni esse cognitione præstantius, abstulerunt mihi pallium, id est, rationem meam, E quanta rerum cognitio colligitur, ut pallio spicæ comportantur: deterrueruntque, ne divinam naturam incomprehensibilem redigere conarer sub comprehensionem. Hæc egerunt in me *murorum custodes*, hoc est observatores perpetui divinarum voluntatum, quibus tamquam muris rerum naturæ conservantur. Quo modo hæc essent gesta, cum discipulas suas sponsa docuisset, rursus eas jurejurando obtestatur:

Ὥρκισα ὑμᾶς. καὶ τὰ ἑξῆς,

Adjuro, inquiens, *vos, filiæ Hierusalem, per potentias & fortitudines agri, si inveneritis nepotem meum, nuntiate illi me caritate esse vulneratam.*

Τῶν γ'. πατέρων.

Trium Patrum.

Ταύτας γοῦν τὰς πρὸς τελειότητα ἀναβάσεις μου ἐξηγησαμένη, ὥρκισα ὑμᾶς θυγατέρες Ἱερουσα-

PROINDE cum hos meos ad perfectionem gradus explicaverim: *Adjuro vos, filiæ Hierusalem, per po-*

a Exod. III. 14.

λὴμ ἐν ταῖς δυνάμεσι, καὶ ἐν ταῖς ἰσχύσεσι τοῦ ἀγροῦ, ἐὰν εὕροιτε τὸν ἀδελφιδοῦν μου. τί; ἀπαγγείλατε αὐτῷ, ὅτι τετρωμένη ἀγάπης εἰμί. ἤγουν, δίκην ὅρκου τῷ κατ' ἐμὲ παραδείγματι ἐβεβαίωσα καὶ ἐστήριξα ὑμᾶς, μαθήτριαί μου, τὰς ἐν τῇ ἀπαθείᾳ τὴν εἰρήνην ὁρώσας, ἐὰν ἐν ταῖς θεωρητικαῖς δυνάμεσι καὶ ταῖς πρακτικαῖς ἰσχύσεσι, ταῖς ἐν τῷ παρόντι κόσμῳ τὴν γνῶσιν καὶ τὴν ἀρετὴν ἐνεργεῖν δυναμέναις, εὕροιτε ὡς ἀλήθειαν καὶ ἀγαθόν μου, τί ὑπόσχησθε αὐτῷ, τὸ μηκέτι πάντως τὸν μεμολυσμένον χιτῶνα τῆς ἁμαρτίας ἐνδύσασθαι, ἢ ὅλως ἴχνος μολυσμοῦ δέξασθαι. οὕτω δ' ὑμᾶς ὥρκισα, ὅτι τέτρωμαι τῇ ἀγάπῃ τῇ πρὸς ὑμᾶς, καὶ ἔρω τῆς σωτηρίας ὑμῶν. ἐντεῦθεν δ' αἱ ταύτης μαθήτριαι εἰς ἀναζήτησιν τοῦ νυμφίου αὐτῆς διεγερθεῖσαι, καὶ δεδοικυῖαι μήπως κατὰ θεωρίαν ἢ κατὰ πρᾶξιν ἀπατηθεῖσαι, σκότος ἀντὶ φωτὸς ὑποδέξωνται, τοιαύτας ποιοῦνται τὰς ἀποκρίσεις πρὸς τὴν διδάσκαλον· τί ἀδελφιδός σου ἀπὸ ἀδελφιδοῦ ἡ καλὴ ἐν γυναιξί; τί ἀδελφιδός σου ἀπὸ ἀδελφιδοῦ, ὅτι ὥρκισας ἡμᾶς; δηλαδὴ ἀνάγγειλον ἡμῖν, τίνα εἰσὶν τὰ κατὰ θεωρίαν γνωρίσματα τοῦ ἀγαπητοῦ σου· ἵνα μὴ τοῦτον παραγνωρίσασαι, τὸν σκότος ὄντα καὶ φῶς ὑποκρινόμενον ὑποδεξώμεθα ἀντ' αὐτοῦ, ἀντὶ τῆς ἀληθείας τῷ ψεύδει περιτυχοῦσαι· ἡ ὡραιοτάτη ταῖς νυμφευομέναις αὐτοῦ ὡς τελεία καὶ τούτων διδάσκαλος. καὶ τίνα πάλιν εἰσὶ τὰ τοῦτον κατὰ πρᾶξιν χαρακτηρίζοντα, ὅπως μὴ διὰ τῶν καθ' ὑπερβολὴν τῆς ἀρετῆς παθῶν τοῦτον παραγνωρίσασαι, ὡς ἀγαθῷ τῷ πονηρῷ περιπέσωμεν, κλαπεῖσαι ἀπὸ τῶν δεξιῶν. ταῦτα δὲ παρὰ σοῦ ζητοῦμεν μαθεῖν, ὅτι τὸ πρὸς αὐτὸν φίλτρον ἐνέθου ἡμῖν, δίκην ὅρκου ἀπαναγκάζον ἡμᾶς τοῦτον ἀναζητεῖν, καὶ σπεύδειν τούτου ἐπιτυχεῖν.

tentias & fortitudines agri, si inveneritis nepotem meum. Quid? nuntiate illi, me caritate esse vulneratam. Exemplo meo tamquam jurejurando corroboravi confirmavique vos, discipulæ meæ, quæ in mentis tranquillitate pacem cernitis, ut si per speculativas & activas potentias quæ in hac vita scientiam atque virtutem assequi valent, dilectum meum ut veritatem & bonum deprehenderitis, promittatis ei, vos nullo prorsus modo sordidam peccati tunicam amplius induturas, aut inquinationis vestigia secuturas. Sic autem jurejurando vos obstringo, quia caritate erga vos sum saucia, & salutem vestram exopto. His sponsæ verbis ad conquirendum sponsum ipsius incitatæ, verentur tamen ne forte speculando agendove deceptæ pro luce tenebras amplectantur: itaque magistram interrogant hunc in modum: *Qualis est nepos tuus ex nepote, o pulcra inter mulieres? qualis est nepos tuus ex nepote, quia sic adjurasti nos?* Quibus indiciis dignoscitur in contemplando? ne loco ipsius, eum qui [a] se lucem simulat, cum sit tenebræ, pro veritate mendacium amplexæ suscipiamus: o speciosa inter eas quæ illi sunt desponsatæ, utpote perfecta & magistra omnium. Et quibus item signis in agendo distinguitur? ne perturbationibus per virtutis excessum deceptæ & rebus secundis pellectæ, pro bono malum complectamur. Hæc ex te quærimus, quia nos jurejurando devinciens, amoris flammam in nobis erga illum suscitasti, coegistique, ut eum sedulo conquirentes inveniremus.

Ὥρκισα ὑμᾶς θυγατέρες Ἱερουσαλὴμ ἐν ταῖς δυνάμεσι καὶ ἐν ταῖς ἰσχύσεσι τοῦ ἀγροῦ, ἐὰν εὕροιτε τὸν ἀδελφιδοῦν μου, ἐπαγγείλατε ὅτι τετρωμένη ἀγάπης ἐγώ.

Adjuro vos filiæ Hierusalem per potentias & fortitudines agri, si inveneritis nepotem meum, nuntiate illi, me caritate esse vulneratam.

Ψελλοῦ.

Ὁρκίζω δή, φησιν, ὑμᾶς ἐν τῇ τοῦ ἀγροῦ δυνάμει,
Ἐν τῇ χάριτι τῆς θείας δυναστείας,
Ἵνα τὸν πόθον τὸν ἐμὸν εἴποιτε τῷ νυμφίῳ.
Ταῦτα μὲν λελιπάρηκεν ἡ νύμφη τοὺς ἀγγέλους.
Ἀμηχανοῦντες δὲ λοιπὸν τὴν εὕρεσιν ἐκείνου
Καὶ τῶν ἀγγέλων οἱ χοροί, φασι πρὸς τὴν παρθένον,
Ὦ ποταπός τις πέφυκέ φασιν ἀδελφιδός σοι;
Ἐν τίσι γὰρ σχηματισμοῖς χαρακτηρίζεταί σοι;
Δίδαξον ἅπαντας καλῶς ἡμᾶς ὡς ἀγνοοῦντας.

Pselli.

Adjuro, inquit, *vos per agri potentiam*, hoc est, per divinæ caritatis vim, ut sponso desiderium meum indicetis. His quidem verbis sponsa Angelos obtestatur. At de sponsi inventione desperantes etiam Angelorum chori, *Cujusmodi est*, inquiunt, *nepos tuus?* Quibus tibi insignitur notis? Ut ignaros, doce nos omnia diligenter.

Τῶν γ'. πατέρων.

Ἀπάρχεται λοιπὸν ἡ διδάσκαλος ἀπαγγέλειν τοῦ νυμφίου αὐτῆς τὰ γνωρίσματα. καὶ πρῶτον μὲν καθολικῷ λόγῳ ταῦτα διεξιοῦσά φησιν, ἀδελφιδός μου λευκὸς καὶ πυῤῥὸς, ἐκλελογισμένος ἀπὸ μυριάδων. ἤτοι, ὁ ἀγαπητός μου, κατὰ μὲν τὴν θείαν φύσιν λευκὸς μὲν ὡς ἀπρόσιτον φῶς· πυῤῥὸς δὲ οἷα χρυσὸς τῶν λοιπῶν ὑλῶν τιμιώτερος, ὡς ὑπερούσιος· καὶ ἐκλελογισμένος ἀπὸ μυριάδων, ὡς μόνος ἐκ πατρὸς ἀχράντως τεχθείς. κατὰ δὲ τὴν ἀνθρωπίνην, λευκὸς μὲν ὡς καθαρὸς διὰ τὸ ἀναμάρτητον· πυῤῥὸς δὲ ὡς τὸ οἰκεῖον αἷμα ἐν τῷ σταυρῷ ἐκχέας ὑπὲρ ἡμῶν· καὶ ἐκλελογισμένος ἀπὸ μυριάδων, ὡς μόνος αὐτὸς ἀπὸ πάντων ἀσπόρως ἐκ παρθένου τεχθείς. καὶ οὕτω μὲν θεωρεῖται οὗτος ἐν πνεύματι. ἐν πείρᾳ δὲ τούτου κατὰ πρᾶξιν γίνονται, ὡς μὲν λευκοῦ, οἱ ἀπὸ παντὸς καθαρθέντες ῥύπου ἁμαρτημάτων· ὡς δὲ πυῤῥοῦ, οἱ ποικίλοις πειρασμοῖς περιπεσόντες, καὶ τῷ ἐντεῦθεν τῆς ὑπομονῆς δοκιμίῳ, ὡς χρυσοῦ ἐκ χωνευτηρίου πυῤῥότης, ἀναλάμψαντες· καὶ ὡς ἐκλελογισμένου ἀπὸ μυ-

Trium Patrum.

Incipit magistra, sponsi sui notas atque insignia declarare. Ac primum quidem ea generatim enumerat. *Nepos*, inquiens, *meus*, *candidus & rubicundus*, *electus ex decem millibus*. *Dilectus meus* (quod ad naturam divinam pertinet) est *candidus* ut lux inaccessa: *rubicundus* instar auri, quod ceteris ex materia constantibus antecellit, ut supersubstantialis: *electus ex decem millibus*, ut solus ex patre genitus. Quantum autem spectat ad humanitatem, *candidus* est, ut purus atque integer ab omni peccato: *rubicundus*, ut qui proprium sanguinem in cruce pro nobis effudit: *electus ex decem millibus*, ut solus ipse ex omnibus sine semine natus ex virgine. Atque ad hunc quidem modum in spiritu hunc contemplamur. Rebus autem & factis *candidum* experiuntur, qui ab omnibus peccatorum purgati sunt sordibus: *rubicundum*, qui in varias incidentes tentationes, ex illis per patientiam, ut igneus auri fulgor ex fornace, probati resplendent: *electum ex decem*

[a] II. Cor. XI. 14.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

ρίων, οἱ ἐν τῇ δι' ἐγκρατείας καθάρσει καὶ τῇ ὑπομονῇ μήτι καταδεξάμενοι πάθος ἐν ἑαυτοῖς μετάσαι ἀνθρώπινον, καὶ διὰ τοῦτο τῆς ταπεινοφροσύνης μὴ ἐκπεπτωκότες. εἶτα καὶ κατὰ μέρος ἡ νύμφη τὴν τῶν γνωρισμάτων τοῦ νυμφίου αὐτῆς ποιουμένη ἐξήγησιν, φάσκει, κεφαλὴ αὐτοῦ χρυσίον ὀφὰζ. ἤγουν, ὁ τοῦτον κατ' οὐσίαν γεννῶν ἀπόρρητος νοῦς, (πρὸς ὃν ὡς κεφαλὴν ὁ ἄρρητος αὐτοῦ λόγος τοῦ συμφυοῦς κατ' οὐσίαν πνεύματος, ἀνάγει τὸν ἑπόμενον νοῦν οἷα χρυσίον καθαρώτατον τῶν λοιπῶν ὑλῶν ὑπερκείμενον) πάντων κατὰ πάντα τρόπον ἀπείρως ἐξῴκισται. κεφαλὴ γάρ ἐστι τοῦ Χριστοῦ, κατὰ τὸν θεῖον ἀπόστολον, ὡς Θεὸς καὶ πατήρ. τούτων δ' οὕτως πάντων ὑπερηρεισμένων θεωριῶν καὶ κατὰ τὸ ἐγχωροῦν ἐν πείρᾳ αὐτοῦ γίνεται, ὁ μηδὲν τῶν ὄντων ὑπεραγαπηθεὶς τοῦ ταῖς ἀναποδείκτοις μυσταγωγίαις ἀγνώστως νοουμένου ἢ γινωσκομένου ὑπὲρ νόησιν λόγου τῆς πίστεως, καὶ ὑπὲρ τοῦ τηρῆσαι τοῦτον, ὅλον ἑαυτὸν τοῖς πειρασμοῖς προδιδούς. κἀντεῦθεν ὡς ἐν καμίνῳ καθαρώτατον χρυσίον φυλάττων τὴν πίστιν ἀμείωτον. βόστρυχοι αὐτοῦ ἐλάται, μέλανες ὡς κόραξ. ἤτοι, αἱ ἐν ἁγίῳ πνεύματι ὑπὸ τοῦ μονογενοῦς ἐκπληρούμεναι τοῦ πατρὸς εὐδοκίαι, τὸ ὂν, ἡ ζωὴ, ἡ σοφία, καὶ τὰ ὅμοια. ἅπερ κατακαλύπτουσι ταῖς κατὰ φύσιν, οἷά τινα κεφαλὴν τρίχες, τὴν μίαν ἀρχὴν καὶ αἰτίαν τῶν ὅλων ὑπὸ κατάληψιν ποιεῖς δοκοῦντα τὸν ἀκατάληπτον. ἐλάται μέν εἰσιν ὑψηλά τε καὶ οὐρανομήκη δένδρα, ὡς τοὺς τούτων κατὰ γνώμην ἀντεχομένους ἐν τῷ προνοεῖσθαι δι' ἀγάπης τῶν ἐχομένων ἀνάγουσαι κατὰ πρᾶξιν μιμητικῶς πρὸς τὸ ὕψος τῆς θείας μακαριότητος. μέλανες δ' οἷα κόραξ, ὡς τῷ ἀνεξερευνήτῳ τῶν κριμάτων τῶν θείων συστέλλουσαι κατὰ θεωρίαν τὸν νοερὸν ὀφθαλμόν. καὶ γὰρ ὥσπερ τὸ λευκὸν χρῶμα ὑφαπλοῖ τὴν ὄψιν, οὕτω τὸ μέλαν συστέλλει. οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ὡς περιστεραὶ ἐπὶ πληρώματα ὑδάτων· ἤγουν, αἱ τοῦ παναγίου πνεύματος ἐνέργειαι, ὀφθαλμοὶ Κυρίου προσαγορευόμεναι, ὅτι δι' αὐτῶν πέφυκεν ἐπισκοπεῖν τοὺς ἐπὶ γῆς ὁ Θεός· ὥς τινες περιστεραὶ ἐπὶ πλήρεις ὑδάτων δεξαμενὰς ὥρμηνται· ἐπὶ τὰς ἀρετὰς οὔσας πληρώματα τῶν ὡς ὑδάτων οὐρανόθεν κατερχομένων θείων ἐντολῶν, διὰ τὸ τοὺς τούτων λόγους τῇ πράξει πληροῦσθαι τῶν ἐντολῶν. ὁρμᾷν δ' αἱ τοιαῦται ἐνέργειαι ἐπὶ τὰς ἀρετὰς εἴρηνται, ὅτι ἐὰν μὴ Κύριος δι' αὐτῶν οἰκοδομήσῃ κατ' ἀρετὴν ὥς τινα οἶκον αὐτοῦ, τὴν τὸ ἀγαθὸν προαιρουμένην ψυχὴν, εἰς μάτην ἐκοπίασεν ὁ οἰκοδομῶν. ὡς περιστεραὶ δέ φησι, λελουμέναι ἐν γάλακτι, καθήμεναι ἐπὶ πληρώματα ὑδάτων· δηλαδὴ καθαραὶ φύσει. εἰσὶ γὰρ παντελῶς ἀμόλυντοι αἱ τοῦ πνεύματος ἐνέργειαι, ἐπαναπαυόμεναι ταῖς τούτων κατὰ χάριν πεπληρωμέναις ψυχαῖς ὡς καθαρθείσαις καὶ φωτισθείσαις τελειωθείσαις. οἱ μὲν ὀφθαλμοὶ τοῦ νυμφίου τοιοῦτοι. αἱ δὲ σιαγόνες αὐτοῦ ὡς φιάλαι τοῦ ἀρώματος φύουσαι μυρεψικά. εἶτουν τῆς περὶ πάντα τοῦ Θεοῦ προνοίας οἱ λόγοι, (οἵπερ ὥς τινες σιαγόνες ταῖς ἐνεργείαις οἱονεὶ κινοῦνται, καὶ τοὺς σωτηρίους τῶν ἀρετῶν τρόπους διδάσκουσιν, καὶ διὰ τούτων πνευματικῶς τρέφουσι, λεαίνοντές πως τὸ κατ' οὐσίαν ἀκατανόητον τοῦ Θεοῦ· ὡς σαφηνίζοντες αὐτὸ κατὰ τὴν τούτων ἐνέργειαν) πεπλήρωνται τοῦ ἐνδιάζοντος ταῖς οἰκείαις ἐνεργείαις τὰς τῶν πιστῶν ψυχὰς παναγίου πνεύματος· οἷά τινες ἀρωματοφόροι φιάλαι, προφέροντες ὡς παντοῖα μυρεψικὰ ἤδη τοὺς εἰρημένους πολυειδεῖς πνευματικοὺς τρόπους. καὶ γὰρ ὁ πάντων προνοητὴς τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς λόγος ἐν ἁγίῳ πνεύματι ὡς ὁμοουσίῳ, τὴν περὶ πάντα ἐπιτελεῖ πρόνοιαν. καὶ οὕτω μὲν αἱ σιαγόνες. τὰ δὲ χείλη αὐτοῦ κρίνα, στάζοντα σμύρναν πλήρη· ἤτοι, τῆς περὶ πάντα θείας κρίσεως οἱ λόγοι, καθ' οὓς ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος διανέμων ἑκάστῃ φύσει καὶ γνώμῃ τὸ πρόσ-

A *millibus*, qui per abstinentiam & tolerantiam mundati nullum in se ipsis humanum continent vitium, neque tamen propterea excidunt ab humilitate. Deinde sigillatim etiam sponsi sui notas & signa persequitur: *Caput*, inquiens, *ejus*, *aurum ophaz*. Mens illa nimirum ineffabilis, (ad quam ut ad caput, ineffabile Verbum ipsius substantiam connaturalem spiritum, refert sequentem mentem, tamquam aurum purissimum reliquas materias antecedens) a rebus omnibus omni ratione distat infinite. [a] *Caput* enim *Christi*, ut divus inquit Apostolus, est *Deus* & pater. His omnibus contemplationibus ita constitutis, ad ejus experientiam, quantum capit humana natura, pervenit is qui fidei rationi quam B mysteriis indemonstrabilibus ineffabili cognitione intellectam aut cognitam habet super omnem cogitationem, nihil præponit omnino: & pro ea tuenda conservandaque totum se ipsum tentationibus ac periculis tormentisque objicit: atque ita tamquam in fornace aurum purissimum fidem retinet immaculatam. *Comæ ejus sicut elatæ palmarum: nigræ quasi corvus*. Bonæ scilicet patris voluntates, ab unigenito filio in Spiritu sancto expletæ; ens, vita, sapientia & his similia; quæ quidem naturaliter, ut capilli caput aliquod, tegunt, unum principium & caussam rerum universarum, eumque qui comprehendi non potest, videntur redigere sub comprehensionem. *Elatæ* quidem sunt arbores celsissi- C mæ ad cælum usque tendentes; quoniam eos qui hæc animo amplectuntur, dum prospiciunt ea quæ per caritatem possidentur, operis autem imitatione, perducunt ad divinæ beatitudinis sublimitatem. *Nigræ* autem *quasi corvus*: quia impervestigabili divinorum judiciorum ratione, mentis oculos in contemplatione corroborant. Nam ut color albus visum disgregat, ita niger confirmat. *Oculi ejus sicut columbæ super plenitudines aquarum*. Sanctissimi spiritus affectiones oculi Domini vocantur: quoniam per ipsas Deus mortales inspicere consuevit. Ut columbæ quædam ad plenos aquarum alveos incitantur, nempe ad virtutes, quæ aquarum, id est, divinorum mandatorum descendentium sunt concepta- D cula: Quia sermones earum operibus implentur mandatorum. Incitare autem affectiones hæ ad virtutes dictæ sunt; quia nisi Dominus per ipsas animam bonum eligentem tamquam domum aliquam suam ædificaverit, incassum laborat qui ædificat. *Sicut columbæ*, inquit, *quæ in lacte sunt lotæ*, & *resident juxta fluenta plenissima*. Puræ scilicet ac penitus mundæ spiritus affectiones quæ resident in animabus, quas ipsæ ut purgatas & illustratas atque perfectas per gratiam repleverunt. Ac sponsi quidem oculi sunt ejusmodi. *Genæ illius sicut phialæ aromatis ferentes pigmentaria*. Divinæ videlicet providentiæ cuncta moderantis ratione (quæ tamquam genæ actionibus, ut ita dicam, moventur, & saluti- E feros virtutum mores docent, & per hos spiritaliter nutriunt, mollientes quodammodo id quod in Deo secundum essentiam intelligi non potest, dum horum actione ipsum explanant) sancto impletæ sunt spiritu, quasi odoriferæ quædam phialæ, variorum unguentorum varios illos quos diximus spiritales mores ferentes. Verbum enim Dei & patris quo reguntur & gubernantur universa, in sancto Spiritu ut consubstantiali, providentia sua cuncta disponit & moderatur. Atque ita quidem se habent genæ. *Labia ejus lilia distillantia myrrham plenam*: hoc est, divini judicii rationes, (per quas Verbum Dei tribuens quod unicuique naturæ mentique congruit, quasi quibusdam labiis, in singulis per com-

[a] 1. Cor. xi. 3.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.



φορα, ὥς πσι χείλεσι τούτοις ἑκάστην αὐτῶν οἱονεὶ κατὰ μετοχὴν περιπτύσσεται, ὑπάρχουσι τῇ λαμπρότητι διαφανεῖς ὡς κρίνα, τηροῦντες τὰς καθ᾽ ἕκαστα φύσεις κατὰ τοὺς ἰδίους αὐτῶν λόγους ἀτρέπτους καὶ ἀσυγχύτους, καὶ διδάσκοντες τοὺς τρόπους τῆς παντελοῦς νεκρώσεως πασῶν τῶν κατὰ προαίρεσιν παρὰ φύσιν κινήσεων. χεῖρες αὐτοῦ τορευταὶ, χρυσαῖ, πεπληρωμέναι θαρσίς. ἤγουν, οἱ καθόλου ποιητικοὶ καὶ ἀνανεωτικοὶ τῶν ὄντων λόγοι, οἱ τῆς δημιουργίας φημὶ καὶ της προνοίας καὶ τῆς κρίσεως, καθ᾽ οὓς τὰ πάντα ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος πεποίηκέ τε καὶ διεξάγει, καὶ ἄφυρτα συντηρεῖ, τετορνευμένοι τέ εἰσι τῇ ποικίλῃ αὐτῷ σοφίᾳ, καὶ καθαρεύοντες μὲν οἷα χρυσὸς ἀκίβδηλος πάσης ἐννοίας ψευδοῦς. ὡς δὲ τοῦ θαρσὶς, ἐπισκοπῆς χαρᾶς ἑρμηνευομένου, πεπληρωμένοι ἀληθοῦς κατανοήσεως, τῆς τὰ πάντα εὐφραινούσης ἀγαθότητος αὐτοῦ, ἐτυμολογουμένης παρὰ τὸ ἄγαν εἶναι, ἢ τεθεῖσθαι, ἢ θέειν. τὸ μὲν γὰρ εἶναι τῶν ὄντων, τὸ ὑπερεῖναι τοῦ Θεοῦ δηλοῖ· τὸ δὲ τεθεῖσθαι, πάντως δι᾽ ἀτρέπτους τοὺς τούτων λόγους εἶναι τὸ τούτου κατ᾽ οὐσίαν πάμπαν ἀκίνητον· τὸ δὲ θέειν δηλαδὴ ταῖς ἐξ ἀλλήλων κινεῖσθαι διαδοχαῖς τὸ κατ᾽ ἐνέργειαν αὐτοῦ ἀεικίνητον. κοιλία αὐτοῦ πυξίον ἐλεφάντινον ἐπὶ λίθου σαπφείρου· δηλονότι ἡ φέρουσα ἐν ἑαυτῇ κατ᾽ αἰτίαν τοὺς τῶν ὄντων λόγους τούτου σοφία, ὑποκείμενον μὲν ἔχει κατ᾽ οὐσίαν τὰ ἀόρατα αὐτοῦ, οἷα λίθον σάπφειρον διά τε τὸ στερρὸν καὶ ἀκίνητον, καὶ τὸ τοῦ χρώματος κυανόν. ἐγγέγραπται δὲ κατ᾽ ἐνέργειαν τῇ κτίσει, καθ᾽ ἣν οἷά τις βίβλος ἐλεφαντίνη λεία καὶ καθαρὰ τὴν θείαν δόξαν τε καὶ μεγαλοπρέπειαν ἀληθῶς τε καὶ ἀριδήλως παρίστησι. τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι ἐννοούμενα καθορᾶται, κατὰ τὸν μέγαν ἀπόστολον· καὶ τοιουτοτρόπως ὁ νοῦς ἐν μὲν τῷ κατ᾽ ἐνέργειαν τοῦ θείου καταληπτῷ, ὁρᾷ τὸ κατ᾽ οὐσίαν αὐτοῦ ἀκατάληπτον. ἐν δὲ τῷ κατ᾽ οὐσίαν ἀκαταλήπτῳ ἀναπαύεται μὲν τοῦ ἐν τῷ κατὰ θεωρίαν δρόμῳ ἄλγους (ὁ γὰρ προστιθεὶς γνῶσιν προστίθησιν ἄλγημα,) ἐνδυναμοῦται δέ πως πάλιν πρὸς θεωρίαν τῶν ὄντων. ὥσπερ καὶ ὁ αἰσθητὸς ὀφθαλμὸς ἀτονήσας τὴν ὄψιν, διαχυθεῖσαν τῷ λευκῷ χρώματι, αὖθις ἀνακαινίζεται κατ᾽ αὐτὴν, συστελλομένην τῇ παραμιξίᾳ τοῦ μέλανος. καὶ ἡ μὲν κοιλία τοιαύτη. αἱ δὲ κνῆμαι αὐτοῦ στῦλοι μαρμάρινοι τεθεμελιωμένοι ἐπὶ βάσεις χρυσᾶς· ἤγουν, αἱ καθόλου καὶ τῶν ἄλλων πασῶν περιληπτικαὶ δύο ἐντολαί· ἡ εἰς αὐτὸν δηλαδὴ ἀγάπη καὶ εἰς τὸν πλησίον. (οἷς αὐτὸς ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος οἷά τισι κνήμαις, ἐν ταῖς πισταῖς βαίνει ψυχαῖς, καὶ τὸν δρόμον ἐν ταύταις ποιεῖται κατὰ γνῶσιν καὶ ἀρετὴν) οἷά τινες στῦλοι μαρμάρινοι τῇ ἀρραγεῖ πίστει, καὶ τῷ λαμπρῷ βίῳ ὑπερανέχουσαι αὐτὸν τὸν πιστευόμενον λόγον· ὥστε μὴ δι᾽ ἡμᾶς τὸ ὄνομα αὐτοῦ καταπίπτειν εἰς τὸ βλασφημεῖσθαι τοῖς ἔθνεσιν ἡδρασμέναι εἰσὶν ὡς ἐπί τισι χρυσαῖς βάσεσι τῇ ἀληθείᾳ τε καὶ ἀγαθῷ, οἷς διὰ τὸ κατ᾽ οὐσίαν ἄτρεπτον καὶ τὸ κατ᾽ ἐνέργειαν ἐνεργητικὸν τὸ θεῖον δηλοῦται. ὃ πάσης ὑπέρκειται φύσεως. μετὰ γοῦν τὴν κατὰ μέρος τοῦ νυμφίου ἐξήγησιν, καθολικῶς πάλιν ἡ νύμφη τὰ περὶ αὐτοῦ ἀπαγγέλουσα ταῖς μαθητευομέναις, φησὶν, εἶδος αὐτοῦ ὡς λίβανος, ἐκλεκτὸς ὡς κέδρος. ἤτοι, ἡ ἐνέργεια αὐτοῦ καθ᾽ ἣν αὐτὸς, ἡ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς ἐνυπόστατος δύναμις χαρακτηρίζεται, πᾶσίν ἐστι διαφανὴς καὶ κατάδηλος. ὡς τὸ ὄρος ὁ λίβανος, διὰ τὸ ὑπερκεῖσθαι τῶν αὐτῶν παρακειμένων ὀρῶν. τὸ γὰρ ἀγαθὸν ὃ τὴν θείαν σημαίνει ἐνέργειαν, φύσει παρὰ πᾶσίν ἐστιν αἱρετὸν, ὅτι τούτου τὰ πάντα ἐφίεται. διόπερ κατὰ τὴν εἰρημένην ἐνέργειαν ἐκκλεκτὸς ὁ νυμφίος ἐστὶν ἀπὸ τοῦ σκότους ὄντος καὶ φῶς ὑποκρινομένου· ὥσπερ οἱ κέδροις παρεικαζόμενοι δίκαιοι, ἀπὸ τῶν ἀδίκων καὶ πονηρῶν. λάρυγξ αὐτοῦ γλυκασμὸς,

munionem implicatur) sunt splendore perspicuæ, sicut lilia, dum rerum naturas pro sua quamque proprietate firmas & sine confusione conservant, modumque docent totius mortificationis omnium motionum, per electionem a natura discrepantium. *Manus illius tornatiles, aureæ, plenæ Tharsis.* Universales videlicet rerum effectrices instauratricesque rationes (quæ ad creationem & providentiam & judicium pertinent, quibus Dei Verbum cuncta fecit & regit & sine confusione conservat) tornatiles sunt, & varia ipsius sapientia expolitæ purgatæque, ut aurum sincerum, ab omni falsitate; & tamquam Tharsis, quod gaudii contemplationem significat, plenæ vera cognitione bonitatis ejus qua omnia lætantur. Bonitas enim Græce videtur dici ex eo, quod valde sit, aut sit posita, aut currat. Rerum enim essentia declarat Deum essentiæ præstare: Positio autem, propter immutabiles earum rationes, naturam ipsius prorsus immobilem: Cursus vero per mutuas illarum successiones, motum ejus actu sempiternum. *Venter ejus pixis exigua, eburnea, super lapide sapphiro.* Ejus nimirum sapientia quæ in se ipsa quatenus caussa gerit rationes rerum, subvectum habet per essentiam ea quæ visibilia sunt, ut lapidem sapphirum propter firmitatem atque immobilitatem coloremque cæruleum. Per actionem autem descripta est in rebus procreatis, per quas uti liber quidam eburneus, politus & purus divinam tum gloriam tum magnificentiam vere perspicueque repræsentat. [a] *Invisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur*, ut magnus ait Apostolus. Atque hoc quidem modo mens ex iis quæ de Deo per ejus opera comprehenduntur, cernit id quod per essentiam ejus non potest comprehendi. In eo autem quod per essentiam non comprehenditur, a labore quem in cursu speculandi percipit, requiescit: (*Qui* [b] enim *addit scientiam, addit dolorem*) confirmaturque rursus ad rerum contemplationem. Quemadmodum albo colore corporis oculo videndi vis frangitur, eademque rursum per eum nigro permixtum reficitur & recreatur. Ac venter quidem est talis. *Crura* autem *illius columnæ marmoreæ, quæ fundatæ sunt super bases aureas.* Duo videlicet, summa & quæ reliqua complectuntur, illius mandata, ut eum & proximum diligamus (quibus ipsum Dei Verbum tamquam binis cruribus in animabus fidelibus incedit, & per scientiam atque virtutem cursum conficit) veluti columnæ quædam marmoreæ, firma fide & vita splendida sustinent ipsum Verbum; quod creditur: ne propter nos [c] *nomen* ejus eo decidat, ut *inter gentes blasphemetur*. Fundatæ sunt super bases aureas, verum & bonum, quibus tum propter naturæ immutabilitatem, tum propter promerendi benignitatem declaratur Deus, qui naturæ præstat universæ. Postquam igitur sponsa singulas sponsi partes expressit summatim, iterum illud discipulis describens, *Species* inquit, *ejus*, per quem Dei & patris consubstantialis potentia exprimitur, omnibus est illustris atque conspicua, *uti mons Libanus*, qui inter vicinos montes eminet. Bonum enim quod vim divinam significat, ab omnibus eligitur, quoniam illud expetunt universa. Quamobrem, per actum ut diximus, *electus* est sponsus, & a tenebris quæ lucem se esse simulant, secernitur: *ut cedris* assimilati justi, ab injustis & improbis. *Guttur illius dulcedo, & totus desiderium.* Novum quip-

a Rom. I. 20. b Eccle. I. 18. c Isa. LII. 5.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

καὶ ὅλος ἐπιθυμία, ἤγουν, ἡ καινὴ διαθήκη δι᾽ ἧς ὡς διά τινος φάρυγγος βρῶμα ποιεῖται τὴν τῶν ἀνθρώπων σωτηρίαν, γλυκεῖά ἐστι τῷ λάρυγγι ἡμῶν, ὡς τοὺς ἡδεῖς καὶ τιμίους λόγους τῶν ἀρετῶν βλύζουσα. ὅθεν καὶ ὅλος ἐπιθυμία ἐστὶν, ὡς ἔσχατον ὀρεκτόν. οὗτος ὁ ἀδελφιδός μου, καὶ οὗτος ὁ πλησίον μου θυγατέρες Ἱερουσαλήμ. εἶτουν, οὗτος ὑπάρχει ὁ ἀγαπητός μου, οὗ κατὰ μέρος τε καὶ καθόλου ἐξηγησάμην ὑμῖν τὰ γνωρίσματα. καὶ οὗτός ἐστιν ὁ χρηματίσας πλησίον μου, ἐγγιστάσης τούτῳ, ὡς μὲν ἀληθείᾳ κατὰ ἄλιστον γνῶσιν, ὡς δ᾽ ἀγαθῷ κατ᾽ ἔμπρακτον πίστιν. μαθήτριαί μου, τῆς ὁρώσης ἐν τῇ παντὸς πάθους ἀπαλλαγῇ τὴν θείαν εἰρήνην, καὶ ἀνενόχλητον εὐφροσύνην, πάντως τὴν ἐντὸς ἡμῶν τοῦ Θεοῦ βασιλείαν.

A pe est testamentum, per quod tamquam per guttur, cibum constituit salutem hominum, dulce est gutturi nostro. Ex eo namque dulcis manat de virtutibus sermonis potus. Itaque totus etiam est desiderium, utpote rerum optabilium atque expetendarum extremum. *Hic nepos est meus, & hic propinquus meus, filiæ Hierusalem.* Hic utique *dilectus* est *meus*, cujus ego singulatim atque in universum notas & signa vobis exposui. Hic est declaratus *propinquus meus*, quæ ad ipsum, ut ad veritatem per scientiam; ut ad bonum, per efficacem fidem appropinquavi. *Filiæ Hierusalem*, discipulæ meæ, quæ ab omni perturbatione & vitio separata divinam pacem video, & lætitiam ab omni perturbatione remotam, [a] *Dei nimirum intra nos regnum.* B

Ψελλοῦ.

Λευκὸς καὶ πυῤῥὸς ἐκλελογισμένος ἀπὸ μυριάδων,
Ἐκεῖνος πέφυκέ φησιν ὄντως ἀδελφιδοῦς μου,
Ὃς ἐν σταυρῷ τὴν ἄχραντον πλευρὰν λελογχευμένος,
Αἷμα καὶ ὕδωρ ἔβλυσεν ἀνθρώποις παραδόξως.
Ὃς ἀπὸ πάντων τῶν βροτῶν μόνος ἐκ τῆς παρθένου,
Ἄνευ λοχείας προελθὼν ἄνθρωπος ἐλογίσθη.
Κεφαλὴ δὲ αὐτοῦ ὡς χρυσίον Κεφάτζ,
Ὅστις τυγχάνει καθαρός φησιν ἐξ ἁμαρτίας.
Βόστρυχοι αὐτοῦ ἐλατοί· μελανοὶ ὡσεὶ κόρακος.
Οὗτος πέφυκέ φησι κόσμος Πέτρος καὶ Παῦλος οἱ τὸ πρὶν ὄντες ἐζοφωμένοι. C
Καὶ πᾶς ἐξ ἔθνους βαπτισθεὶς καὶ προελθὼν ἐκείνῳ.
Οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ὡς περιστεραὶ ἐπὶ πληρώματος ὑδάτων λελουμέναι,
Οὗ τινος πάλιν ὀφθαλμοὶ τυγχάνουσι προφῆται,
Ἀκέραιοι τὴν φρόνησιν καὶ θαυμαστοὶ τοῖς τρόποις.
Ἐπὶ πληρώματός, φησιν, ὑδάτων λελουμένοι,
Ἤγουν ἐν πάσαις ἀρεταῖς ὄντες ἠγλαϊσμένοι,
Ἐν γάλακτι καθήμενοι πλήρωμα γαληνῶς τῶν ὑδάτων·
Οὐχ ἐπιδεικτικῶς, φησι, τὴν ἀρετὴν αὐχοῦντες,
Ἀλλὰ καὶ πάνυ γαληνῶς αὐτὴν ἐπιτελοῦντες.
Σιαγόνες αὐτοῦ ὡς φιάλαι τοῦ ἀρώματος φύουσαι,
Μυρεψικὰ χείλη αὐτοῦ κρίνα στάζοντα σμύρναν πλήρη.
Τὸν πάγχρυσον αἰνίττεται Χρυσόστομον ὁ λόγος, D
Καὶ τοὺς αὐτῷ τυγχάνοντας ἴσους καὶ διδασκάλους,
Τὸν μέγιστον Βασίλειον, Γρηγόριον τὸν πάνυ,
Τοὺς ἐκ χειλέων στάζοντας λόγους διδασκαλίας.
Καὶ μέλιτος ἥδιστερον, ὅπερ οἱ γευσάμενοι,
Σμύρνης ἐμπίπλανται πολλῆς τοῦ λόγου τῇ δυνάμει,
Ἤγουν νεκροῦσι τὰ τῆς γῆς αὐτῶν ἐν πόνοις μέλη,
Καὶ συσταυροῦνται τῷ Χριστῷ καὶ συνυψοῦνται τούτῳ.
Χεῖρες αὐτοῦ τορευταὶ, χρυσαῖ, πεπληρωμέναι θαρσὶς,
Κοιλία αὐτοῦ πυξίον ἐλεφάντινον ἐπὶ λίθου σαπφείρου,
Κνῆμαι αὐτοῦ στύλοι μαρμάρινοι τεθεμελιωμένοι ἐπὶ χρυσῷ.
Ταῦτα μὲν οὖν ἡ καθαρὰ παρθένος τε καὶ νύμφη,
Τοῖς φύλαξιν ὡμίλησε, τουτέστι τοῖς ἀγγέλοις,
Τὸ κάλλος ὑπεμφαίνουσα δῆθεν τὸ τοῦ νυμφίου.
Σὺ δέ μοι πάσας τροπικῶς τὰς ἐξηγήσεις δέχου.
Ἐπεὶ γὰρ πάντων κεφαλὴ Χριστὸς τυγχάνει μόνος,
Σῶμα δὲ τούτου πέφυκεν ἡ θεία ἐκκλησία,
Καὶ μέλη τούτου λέγομεν καὶ μέρος τοὺς ἁγίους.
Τὸν μὲν ἐκείνου τράχηλον, τὸν δ᾽ αὖ ἐκείνου πόδα,
Λοιπὸν καὶ χεῖρας γίνωσκε τούτου τετορνευμένας,
Τοὺς ἀποστόλους τοὺς σεπτοὺς καὶ θείους ἱεράρχας,
Τοὺς οἰκονόμους τοὺς πιστοὺς τῆς χάριτος τῆς θείας,
Οἵ τινες κατετόρνευσαν αὐτοὺς εὐεπιβόλως,
Ἅπασαν ἀποξύσαντες ἀφ᾽ ἑαυτῶν κακίαν,
Ὅθεν ἐλπίδος ἀγαθῶν εἰσιν ἐμπεπλησμένοι.
Τούτου δὲ πάλιν γίνωσκε κοιλίαν καὶ πυξίον,
Τῶν ἐναρέτων τὰς ψυχὰς πάντων καὶ τὰς καρδίας,
Ἐν αἷς ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἐστιν ἐγγεγραμμένος·
Οἵ τινες ἔχουσιν αὐτῶν τὸν νοῦν καὶ τὰς αἰσθήσεις
Τῷ βασιλεῖ τῶν οὐρανῶν ἐπαναπεμπομένας,
Ὁ λίθος γὰρ ὁ σάπφειρος τοῦτο σημαίνειν θέλει,
Ἐστὶ γὰρ οὐρανοειδὴς ὁ λίθος οὗτος μόνος.

Pselli.

Candidus & rubicundus, electus ex decem millibus. Ille est, inquit, vere consobrinus meus, qui in Cruce ex immaculato latere hasta vulnerato hominibus sanguinem & aquam mirabiliter effudit. Qui solus inter omnes ex virgine sine dolore natus est homo. *Caput ejus sicut aurum Cephatz.* Qui ab omni, inquit, integer ac purus est peccati labe. *Comæ ejus sicut elatæ, nigræ quasi corvi.* Ornatus, inquit, comarum ejus sunt Petrus & Paullus, qui C antea nigri tenebrosique fuerant, & quisquis ex gentibus baptizatus est & ad illum accessit. *Oculi ejus sicut columbæ super plenitudines aquarum lotæ.* Illius oculi sunt prophetæ prudentia simplices, & moribus admirandi. *Super plenitudines*, inquit, *aquarum lotæ:* Id est, omnibus virtutibus exornati. *In lacte considentes super plenitudines aquarum.* Non gloriose virtutem ostentantes, sed admodum tranquille eam excolentes. *Genæ illius sicut phialæ aromatis ferentes pigmentaria. Labia ejus lilia distillantia myrrham plenam.* Totum aureum indicant hæc verba Chrysostomum, & reliquos doctores illius æquales, maximum Basilium, eximium Gregorium, quorum e labris doctrinæ sermones melle dulciores D emanarunt: quos qui deguſtant, multa implentur myrrha, id est, laboribus mortificant membra sua super terram, & simul cum Christo crucifiguntur atque exaltantur. *Manus illius tornatiles, plenæ tharsis. Venter ejus pixis exigua, eburnea, super lapide sapphiro. Crura illius columnæ marmoreæ, fundatæ super bases aureas.* Hæc virgo pura & sponsa, custodibus, hoc est, Angelis, sponsi sui pulcritudinem significans, enarravit. Tu autem mihi omnia dicta per translationem intellige. Quoniam enim Christus solus caput est omnium; corpus autem ipsius divina est Ecclesia; membra autem corporis sanctos esse dicimus, alium quidem collum, alium autem pedes. Per manus ejus tornatiles ve- E nerandos Apostolos accipe, divinos sacerdotum principes, fideles divinæ gratiæ dispensatores, qui se ipsos, omnem malitiam amputantes expoliverunt. Quamobrem spe bonorum repleti sunt. Ejus item ventrem ac pyxidem agnosce omnium virtute præstantium animas & corda, in quibus Dei Verbum insculptum est, qui mentes sensusque suos ad cælorum Regem erectos habent: id enim sapphirus si-

[a] Luc. XVII. 21.

Κνήμας δὲ τούτου γίνωσκε Πέτρον τὸν κορυφαῖον,
Ἐν τούτῳ γὰρ ὁ Κύριος αὐτοῦ τὴν ἐκκλησίαν,
Οἰκοδομεῖν ὑπέσχετο κἀν τοῖς εὐαγγελίοις,
Εἶδος αὐτοῦ ὡς λίβανος ἐκλεκτός,
Εἶδος αὐτοῦ δὲ γίνωσκε τουτέστι τοῦ νυμφίου.
Μέγιστον ὄντως καὶ φρικτὸν καὶ θαυμαστὸν καὶ θεῖον,
Ταῦτα γὰρ εἶδος ἀληθῶς σημαίνει τοῦ νυμφίου,
Φάρυγξ αὐτοῦ γλυκασμὸς καὶ ὅλος ἐπιθυμία.
Φάρυγξ δὲ τούτου πέφυκεν ὁ πρόδρομος ὁ θεῖος,
Φωνὴ γὰρ ὄντως λέγεται τοῦ λόγου καὶ νυμφίου.

A gnificat, qui ſolus lapis cæli ſpeciem & colorem obtinet. Per hujus crura Petrum intellige Apoſtolorum principem. In hoc enim Dominus in Evangeliis ſe Eccleſiam ſuam ædificaturum promiſit. *Species ejus ut Libanus electus*. Sponſi ſpeciem vere maximam, & terribilem admirandamque, ac divinam ex pulcra Libani altitudine conjicito. *Guttur illius dulcedo, & totus deſiderabilis*. Guttur ejus divus ille præcurſor fuit, qui Verbi & ſponſi vox dicitur.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
370.

Τῶν γ'. πατέρων.

Ἐπεὶ δ' αἱ μαθήτριαι παρὰ τῆς διδασκάλου τίς ἐστιν ὁ ταύτης νυμφίος διὰ τῶν αὐτοῦ χαρισμάτων ἀνεδιδάχθησαν, βουλόμεναι λοιπὸν μαθεῖν καὶ ὅπου οὗτος ἥκει, φασὶ πρὸς αὐτήν· Ποῦ ἀπῆλθεν ὁ ἀδελφιδός σου ἡ καλὴ ἐν γυναιξί; δηλαδὴ ἀνάγγειλον ἡμῖν ἔνθα ἐνδημεῖ ἀγαπητός σου; ἡ ἐν ταῖς ἀπολεσάσαις ψυχαῖς, διὰ τὴν τῆς θείας ἐντολῆς παράβασιν, τὸ κάλλος τοῦ κατ' εἰκόνα καὶ τοῦ καθ' ὁμοίωσιν, ἀπολαβοῦσα τοῦτο πάλιν ἐν τῷ νυμφευθῆναι τῷ λόγῳ τοῦ Θεοῦ. ἐπεὶ δι' ὧν ἀκηκόαμεν γνωρισμάτων αὐτοῦ οὔπω ὁρῶμεν αὐτὸν ἐν ἡμῖν, ποῦ ἀπέβλεψεν ὁ ἀδελφιδός σου; καὶ ζητήσομεν αὐτὸν μετὰ σοῦ. δηλονότι ποῦ ἀγαπητός σου ἀόρατος ὢν ὁρᾶσθαι καὶ ἠθέλησε, καὶ ἅμα σοι ὁδηγώμεθα πρὸς τὰ κρείττονα, ψηλαφήσωμεν αὐτὸν κατὰ πρᾶξιν καὶ θεωρίαν. ἡ δὲ ἀποκρινομένη πρὸς αὐτάς, Ἀδελφιδός μου κατέβη εἰς κῆπον αὐτοῦ εἰς φιάλας τοῦ ἀρώματος. ἤτοι, ὁ ἀόρατος κατὰ τὸ ὕψος τῆς ἑαυτοῦ οὐσίας, ἀγαπητός μου, κατέβη κατ' ἐνέργειαν ὡς εἰς κῆπον αὐτοῦ τὴν τοῖς θείοις αὐτοῦ θελήμασι πεφυτευμένην κτίσιν, καὶ ὡς εἰς φιάλας τοῦ ἀρώματος τὰς κατὰ τὴν εἰς Θεὸν πίστιν δεκτικὰς ψυχὰς τῆς εὐωδιαζούσης αὐτὰς τοῦ παναγίου πνεύματος χάριτος, ἥτις ἀναμορφοῖ ταύταις κατά τε θεωρίαν καὶ πρᾶξιν τὸ κατ' εἰκόνα καὶ τὸ καθ' ὁμοίωσιν, ἐν αἷς ὡς ἰδίῳ ἐκτυπώματι ὁ νυμφίος ὁρᾶται· κατέβη δέ, ὡς εἴρηται, ποιμαίνειν ἐν τοῖς κήποις καὶ συλλέγειν κρίνα. ἤγουν διέπειν τὰ λογικὰ πρόβατα καὶ ἐκτρέφειν κατὰ γνῶσιν καὶ ἀρετὴν ἔν τε τῇ νοητῇ καὶ τῇ αἰσθητῇ κτίσει· ἐν αἷς οἱ λόγοι καὶ οἱ τρόποι τῶν ἀρετῶν ὥς τισι κήποις πεφυτευμένοι εἰσί. καὶ ἐκλέγεσθαι ὡς ἀπὸ ἀκανθῶν κρίνα, τῶν συμπνιγομένων δηλαδὴ ψυχῶν τῇ σωματικῇ μερίμνῃ, τὰς ταύτην παντελῶς ἀναθεμένας Θεῷ, ἑπομένας αὐτῷ ἐν εὐαγγελίοις φάσκοντι, καταμάθετε τὰ κρίνα τοῦ ἀγροῦ, ὅτι οὐ κοπιᾷ οὐδὲ νήθει. ὧν καί φησιν ἑκάστη· ἐγὼ τῷ ἀδελφιδῷ μου, καὶ ὁ ἀδελφιδός μου ἐμοί. ὁ ποιμαίνων ἐν τοῖς κρίνοις. εἴτουν, ἐγὼ τῷ Θεῷ ζῶ, νεκρὰ γενομένη τῷ κόσμῳ, καὶ ἐν ἐμοὶ μόνος Χριστὸς ζῇ, ὁ διεξάγων τὴν κατὰ γνώμην τούτῳ ἑπομένην ψυχήν, καὶ ἐκτρέφων ὡς ἐν κρίνοις ταῖς λαμπρότησι τῶν ἀρετῶν.

Trium Patrum.

CUM diſcipulæ ex magiſtra, quis eſſet ſponſus B ejus, per ſigna & notas ipſius didiciſſent; ſcire autem cuperent, quonam abiiſſet, ſic illam compellant:

Quo abiit nepos tuus, o pulcra inter mulieres?

O, quæ inter animas, imaginis & ſimilitudinis pulcritudinem mandati tranſgreſſione perditam ideo recuperaſti, quia Dei Verbo es deſponſata: quando ex ſignis ac notis ejus abs te enumeratis, nondum ipſum in nobis conſpicimus, *quonam reſpexit nepos tuus? & quæremus eum tecum*. Ubi dilectus tuus qui eſt inviſibilis, aſpici voluit? Indica nobis, ut te duce ad præſtantiora contendentes, eum tum agendo tum contemplando perveſtigemus & aſſequamur. His ſponſa reſpondet:

C *Nepos*, inquiens, *meus deſcendit in hortum ſuum ad phialas aromatis*.

DILECTUS meus qui ſubſtantiæ ſuæ celſitudine eſt inviſibilis, re ipſa tamquam in hortum ſuum deſcendit in creaturam, quam divinis voluntatibus ſuis ipſe plantavit, & tamquam ad phialas aromatis, ad animas ſibi per fidem in Deum gratas, ſuaviſſimo gratiæ ſancti Spiritus odore perfuſas. Quæ quidem gratia per contemplationem & actionem, imaginis & ſimilitudinis decus in eis ſic inſtaurat, ut ſponſus in illis tamquam exemplar in ſigno proprio perſpiciatur expreſſum. Deſcendit autem, ut dictum eſt, ut paſcat in hortis, & colligat lilia: hoc eſt, ut oves ratione præditas tegat & nutriat D per ſcientiam atque virtutem, in natura tum intelligibili tum ſenſibili: in quibus virtutum rationes ac modi tamquam in hortis quibuſdam conſiti ſunt. Et colligat veluti lilia de ſpinis, nempe ex animabus quæ corporeis ſolicitudinibus ſuffocantur, animas illas quæ rejectis ejuſmodi ſpinis Deo parent ipſi, in Evangeliis dicenti: [a] *Conſiderate lilia agri, non laborant, neque nent:* Quarum etiam ſingula dicit: *Ego nepoti meo, & nepos meus mihi, qui paſcit inter lilia*. Ego quippe Deo vivo, mortua mundo, & in me ſolus Chriſtus vivit, qui regit animam quæ ipſum ſequitur, & paſcit in liliis, in ſplendoribus virtutum.

Ψελλοῦ.

E

Ταῦτα μὲν οὖν λελάληκεν τοῖς φύλαξιν ἡ νύμφη. Ἐκεῖνοι δ' ἀκριβέστερον αὖθις ἐπερωτῶσι·

Ποῦ ἀπῆλθεν ὁ ἀδελφιδός σου, ἡ καλὴ ἐν γυναιξί; ποῦ ἀπῆλθε; ποῦ ἀπέβλεψεν ὁ ἀδελφιδός σου; καὶ ζητήσομεν αὐτὸν μετὰ σοῦ.

Ὁ ποταπὸς ἦν πρότερον οὗτος μεμαθηκότες,
Νῦν ἐκζητοῦσιν καὶ μαθεῖν καὶ ποῦ ποτε μετέβη,
Οὐδέπω γὰρ ἐπέγνωσαν τὴν σάρκωσιν τοῦ λόγου,
Ἣν κατελθὼν ἐπὶ τῆς γῆς ἀῤῥήτως ἐσαρκώθη.
Οὐ δ' οὐ πᾶσιν ἔγνωστο, δέσποτα, τοῖς ἀγγέλοις,
Τὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως μυστήριον τοῦ λόγου,

Pſelli.

HÆC cuſtodibus ſponſa cum reſpondiſſet: illi rurſus eam interrogant accuratius:

Quo abiit nepos tuus, o pulcra inter mulieres? Quo reſpexit nepos tuus? & quæremus eum tecum.

QUALIS iſte ſit, jam intelleximus. Nunc avemus illud etiam ſcire, quo deſcenderit: nondum enim cognitam habent Verbi incarnationem, quam ineffabili ratione in terram deſcendens induit. Cujus quidem incarnationis myſterium ne Angelis quidem, ante Verbi aſcenſionem ad patrem fuiſſe ex-

[a] Matth. VI. 28.



Μέχρι τῆς ἀναλήψεως αὐτοῦ πρὸς τὸν πατέρα.
Ἄκουσον τί φησι Δαβὶδ τῶν προφητῶν ἀκρότης,
Τῶν λειτουργούντων τότε γὰρ ταγμάτων τῷ Σωτῆρι,
Πρὸς τὴν ἀνάληψιν αὐτοῦ μεγάλ' ἱκετευόντων,
Ἄρατε πύλας, ἄρατε ταγμάτων ἀρχηγέται,
Ὡς εἰσελεύσεται Χριστὸς ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης.
Αἱ μὴ γινώσκοντες, φησι, τὰ τῆς οἰκονομίας,
Ἀντικεκράγασιν αὐτοῖς ὥσπερ ἐπαποροῦντες,
Τίς ἐστιν οὗτος λέγοντες, ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης;
Ἀλλ' οὕτω μὲν εἰρήκασιν οἱ φύλακες τῇ νύμφῃ,
Ἡ δ' ἀπεκρίθη πρὸς αὐτοὺς λέγουσα τοὺς ἀγγέλους,

A ploratum, ex summo prophetarum Davide cognosces. Cum enim Angelorum Christo ministrantium ordines, quando assumtus est, valde supplicarent, ac dicerent: [a] *Tollite portas, principes, vestras, & introibit* Christus *Rex gloriæ:* illi dispensationis, inquit, arcanum non intelligentes, ut hæsitantes responderunt: [b] *Quis est iste Rex gloriæ?* Ac sponsæ quidem custodes ita dixerunt. Illa vero respondet Angelis ipsis;

Ἀδελφιδός μου κατέβη εἰς κῆπον αὐτοῦ εἰς φιάλας τοῦ ἀρώματος, τοῦ ποιμαίνειν ἐν κήποις, καὶ συλλέγειν κρίνα,

Nepos, inquiens, *meus descendit in hortum suum ad phialas aromatis, ut pascat in hortis, & colligat lilia.*

Ἐκεῖνος καταλήλυθέ φησιν ἀῤῥητοτρόπως,
Ὡς ἐπεὶ πόκον ὑετὸς, ὡς ἐπὶ χλόην δρόσος,
Ἐν τῇ γαστρὶ τῆς καθαρᾶς καὶ παναμώμου κόρης,
Καὶ εἰς φιάλην καθαρὰν τῶν θείων ἀρωμάτων,
Ἐξ ἧς ἀσπόρως προελθὼν μόνος αὐτὸς ὡς εἶδεν,
Εἰς τὰς ψυχὰς τῶν καθαρῶν ἀνθρώπων μετεῤῥύη.
Ταύτας γὰρ ἴσθι δέσποτα φιάλας ἀρωμάτων,
Ὥσπερ καὶ κῆπον γίνωσκε τοῦτον τὸν κόσμον ἄναξ·
Ἐν ᾧ κατῆλθεν ὁ Χριστὸς, καὶ τοὺς πεπιστευκότας
Ἐποίμανεν ὡς ἀληθῶς τοῖς σεβασμίοις λόγοις.
Κρίνα γὰρ ταῦτα λέγεται τὰ λόγια τὰ θεῖα,

B ARCANA, inquit, ille ratione descendit, sicut imber super lanam, sicut ros in vellus, in uterum puræ atque immaculatæ virginis, ut in aromatum divinorum phialam mundam. Unde sine semine progrediens, eo quidem modo qui illi soli est cognitus, in animas hominum puras influxit. Has enim tu, rex, phialas aromatum intellige; hortum autem agnosce hunc mundum in quem descendit Christus, ut fideles sanctis pasceret eloquiis: divina enim eloquia vocantur lilia.

Ἐγὼ τῷ ἀδελφιδῷ μου, καὶ ἀδελφιδός μου ἐμοί,

C *Ego nepoti meo, & nepos meus mihi.*

Ἀλλ' ἵνα τί φησιν ὑμᾶς σαφέστερον διδάξω,
Ἐκεῖνος ὅμοιος ἐμοὶ τυγχάνει κατὰ πάντα·
Ἔπλασε γάρ με πρότερον ἐκείνου κατ' εἰκόνα,
Καὶ πάλιν ἀνεκαίνισε δεινῶς με συντριβεῖσαν,
Ὡς τὴν ἐμὴν ἀνειληφὼς μορφὴν ἐκ τῆς παρθένου.
Ταῦτα μὲν οὖν λελάληκεν ἡ νύμφη τοῖς ἀγγέλοις,

VERUM, quo planius, inquit, vos doceam, ille mihi prorsus est similis. Ad similitudinem enim suam me prius ipse formavit. Post autem graviter collisam renovavit, formam meam ex virgine suscipiens. Sic igitur Angelos sponsa est allocuta.

Τῶν γ'. πατέρων.

Trium Patrum.

Αὐτὸς ὁ νυμφίος τὴν ὥραν τῶν κατορθωμάτων ταῖς τοιαύταις ψυχαῖς ἐπικρίνων, ἤγουν, τῶν νεανίδων, οἱονεί φησι πρὸς αὐτήν. Καλὴ εἶ ἡ πλησίον μου ὡς εὐδοκία. δηλονότι ἀγαθὴ ὑπάρχεις ἡ ἐγγύς μου κατὰ τὴν τῆς θείας σοφίας καὶ ἀγαθότητος μετοχήν· ὡς τῷ θελήματί μου· καθ' ὃ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος παρήχθης, μὴ κατά τι ἀντικειμένη, ἀλλ' ὅλη τούτου ἐξηρτημένη, καὶ ἐν τῷ τηρεῖν τὸ κατ' εἰκόνα τε καὶ τὸ καθ' ὁμοίωσιν· ἐντεῦθεν δέ· καὶ ὡραία ὡς Ἱερουσαλήμ. δηλαδὴ καλὴ, ὡς ἐν ἑαυτῇ σώζουσα τὸν ἐμὸν χαρακτῆρα, καὶ τὴν ἀπαθεστάτην ἕξιν ἀλώβητον, ἐμὲ τὴν εἰρήνην τοῦ πατρὸς ὁρῶσα, ὅς σε τούτῳ κατήλλαξα. ὅρασις γὰρ εἰρήνης, ὡς προείρητο, Ἱερουσαλὴμ ἑρμηνεύεται. ὅθεν εἶ καὶ θάμβος, ὡς τεταγμέναι. ἤτοι, ἔκπληξις ὅλη ἐπὶ τῇ θεωρίᾳ ἐκπληττομένη ἐμοῦ τοῦ κατ' οὐσίαν ἀκαταλήπτου. ὥσπερ καὶ αἱ θεῖαί τε καὶ ἀγγελικαὶ τάξεις θάμβους πληρούμεναι τῷ φόβῳ τοῦ ἀπροσίτου μου κάλλους κατακαλύπτονται. διόπερ ἀπόστρεψον ὀφθαλμούς σου ἀπέναντί μου, ὅταν αὐτοὶ ἀνεπτέρωσάν με· ἤγουν, μὴ ζήτει κατ' οὐσίαν καταλαβεῖν με τὸν ὑπερούσιον, ὅτι ὅσον ἂν σπεύδῃς καταλαβεῖν με, τοσοῦτόν σου τοὺς νοεροὺς ὀφθαλμοὺς τῇ ἀκαταληψίᾳ ὑπερίπταμαι. ἀλλὰ στρέψον τούτους ἀπὸ τοῦ κατ' οὐσίαν ἀθεωρήτου, εἰς τὸ θεωρητόν μου κατ' ἐνέργειαν κάλλος. καὶ ὄψῃ με ἐνεργητικόν τε καὶ παντοδύναμον. πνευματικοὶ γάρ εἰσιν οἱ ὀφθαλμοί σου. τὸ δὲ τρίχωμά σου, ὡς ἀγέλαι τῶν αἰγῶν, αἳ ἀνεφάνησαν διὰ τοῦ Γαλαάδ· εἴτουν οἱ ἐκ τοῦ νοός σου, οἷα δὴ κεφαλῆς κομώσης θρίξ, πνευματικῶς φυόμενοι καὶ ἀναισθητοῦντες πρὸς τὰ παρόντα, πρακτικοί τε καὶ θεωρητικοὶ καὶ θεολογικοὶ δίκην εὐθαλοῦς τριχώματος αἰγῶν ἀναδεικνυμένων διά τινος ἀπόπτου ὄρους Γαλαὰδ καλουμένου, ἀνα-

VIRTUTUM decus in his adolescentulis, id est, in animabus sponsus ipse considerans veluti sponsam D alloquitur ad hunc modum: *Pulcra es propinqua mea, sicut bona voluntas.* Bona es, propinqua mea, ex divinæ sapientiæ & bonitatis participatione, utpote quæ voluntati meæ per quam ex nihilo facta es, minime repugnes, sed ex tota pendeas, dum imaginis & similitudinis decus conservas. Quamobrem *decora* etiam es, *sicut Hierusalem.* Formosa nimirum, dum notam meam atque habitum ab omni perturbatione remotissimum defendis, in te ipsa me pacem patris contemplaris qui te illi conciliavi. Nam Hierusalem, ut docuimus, pacis est visio. Quapropter es etiam *terror, ut acies ordinata.* Tota videlicet stupor, dum in contemplatione naturæ meæ incomprehensibilis obstupescis. Quemad- E modum & divini atque angelici ordines admiratione stupidi, inaccessæ pulcritudinis meæ reverentia & formidine contremiscunt. Proinde *averte oculos tuos a me, quoniam ipsi me avolare fecerunt.* Id est, ne coneris me qui substantiam supero, ex substantia comprehendere. Quanto enim magis in me comprehendendo laboraveris, tanto longius a mentis tuæ oculis incomprehensus avolabo. Sed eos a substantia mea quæ spectari non potest, ad pulcritudinem quæ ex operibus perspicitur, contemplandam converte. Et cernes me beneficum & omnipotentem. Spiritales enim sunt oculi tui. *Capilli* vero *sicut greges caprarum, quæ apparuerunt ex Galaad.* Cogitationes videlicet, quæ ut ex capite comæ, sicut ex mente proveniunt tua spiritualiter, nullum rerum hujus vitæ sensum habentes,

a Psalm. XXIII. 7. 9. b Ibid. ℣℣. 8. 10.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

A κεκαλυμμένοι ἀπὸ σκότους κακίας καὶ ἀγνοίας καὶ ἀθεΐας εἰσίν· ὅτι ἐκ τούτων μετῳκίσθησαν εἰς ἀρετὴν καὶ γνῶσιν καὶ θεοσέβειαν παρὰ τοῦ μαρτυροῦντος τοῖς πιστοῖς τὰ μέλλοντα δοκιμωτήρια εὐαγγελίου. μετοικία γὰρ μαρτυρίας τὸ Γαλαὰδ ἑρμηνεύεται. καὶ οὕτω μὲν τρίχωμά σου. οἱ δὲ ὀδόντες σου, ὡς ἀγέλαι τῶν κεκαρμένων, αἳ ἀνέβησαν ἀπὸ τοῦ λουτροῦ, αἱ πᾶσαι διδυμεύουσαι, καὶ ἀτεκνοῦσα οὐκ ἔστιν ἐν αὐταῖς. δηλαδή, αἱ ἔννοιαί σου, δι' ὧν τὸ σωματικὸν τοῦ νόμου πάχος εἰς ἀληθῆ λεπτύνεται νοήματα, καὶ πρὸς βρῶσιν πνευματικὴν ἐπιτήδειον γίνεται, δίκην κεκαρμένων ἀγελῶν πᾶσαν ψευδῆ ὑπόληψιν περιῄρηνται, περὶ μόνην συναγελαζόμεναι τὴν ἀλήθειαν. αἵπερ ὡς ἀπὸ λουτροῦ καθαρεύσασαι τῶν ψευδῶν ὑπολήψεων, ὑψώθησαν ἀπὸ τῶν γηΐνων καὶ σαρκικῶν πρὸς τὰ πνευματικὰ καὶ οὐράνια, διδυμοτοκοῦσαι τοὺς λόγους τῶν ἀρετῶν· καὶ ἄκαρπος καὶ ἀνωφελὴς ἐνθύμησις οὐκ ἔστιν ἐν αὐταῖς. ὡς σπαρτίον κόκκινον χείλη σου, καὶ ἡ λαλιά σου ὡραία. δηλονότι, οἷα μὲν σπαρτίον μεμετρημένον, οἷα δὲ κόκκινον ἀληθῆ τὸν λόγον προφέροντα. ὅθεν καὶ καλὴ ἡ τούτου προφορά· ὡς λέπυρον ῥοᾶς μῆλόν σου ἐκτὸς τῆς σιωπήσεώς σου· ἤτοι, οἷα λέπυρον ῥοᾶς στύφουσαί εἰσιν αἱ παρειαί σου. διὰ τὸ στυγνόν τε καὶ ἀδιάχυτον· καὶ ὅτε μὴ σιωπᾷς, τῷ συνεσταλμένῳ κολαζούσης σου τὴν ἐν ταῖς ὁμιλίαις διάχυσιν.

A ſed in agendo & contemplando & divinis rebus perveſtigandis occupatæ, ſimiles ſunt florentibus caprarum pilis, quæ per altum quemdam & obſcurum montem qui dicitur Galaad, conſpicuæ apparuerunt. Siquidem ex malitiæ & ignorantiæ atque impietatis tenebris, ad virtutis & ſcientiæ pietatiſque lucem commigrarunt per evangelium, quod fidelibus judicii futuri teſtimonium reddit. Galaad enim ſignificat, Migrationem teſtimonii. Ac de capillis quidem hactenus. *Dentes tui ſicut greges tonſarum, quæ aſcenderunt de lavacro, omnes gemellis fetibus, & ſterilis non eſt inter eas*. Cogitationes tuæ quibus corpoream legis craſſitudinem in veros ſenſus B extenuas, & ad ſpiritualem cibum idoneum redigis, inſtar caprarum quæ tonſæ ſunt, veritate tantum conſervata, falſas omnes rejiciunt opiniones: & tamquam in lavacro a falſis opinionibus ablutæ, geminos virtutum edentes fructus, a rebus terrenis atque carnalibus ad ſpiritales & cæleſtes conſcenderunt; neque ulla inter eas inutilis eſt aut infructuoſa. [a] *Sicut funiculus coccineus labia tua, & eloquium tuum decorum*. Ut funiculum dimenſum atque coccineum, ſermonem proferunt verum: unde præclara quoque eſt ejus pronuntiatio. *Sicut cortex mali punici genæ tuæ, præter ſilentium tuum*. Propter conſtrictam ac minime fuſam orationis vim, genæ tuæ ſunt ſimiles cortici mali punici. Et quando C non taces, brevitate corrigis in concionibus diſſolutionem.

Ψελλοῦ.

Ταῦτα μὲν οὖν λελάληκεν ἡ νύμφη τοῖς ἀγγέλοις.
Ἀλλ' ὁ φιλανθρωπότατος δεσπότης καὶ νυμφίος,
Ἰδὼν βαΰζουσαν αὐτὴν καὶ κατατρυχωμένην,
Καὶ μεριμνῶσαν περιττῶς, καὶ ψηλαφῶσαν τοῦτο,
Πάλιν ἐπῄνεσεν αὐτὴν φωνήσας ἀοράτως·
Καλὴ εἶ πλησίον μου ὡς εὐδοκία, ὡραία ὡς Ἱερουσαλήμ, θάμβος ὡς τεταγμέναι.
Καλή, φησι, γεγένησαι, καὶ μῶμον οὔκουν ἔχεις.
Τῇ εὐδοκίᾳ τῇ ἐμῇ καλῶς ὁμοιωθεῖσα.
Καὶ σὺ γὰρ θέλεις ἅπαντας σωθῆναι τοὺς ἀνθρώπους.
Καὶ πάλιν Ἱερουσαλὴμ καλῶς ἐξωμοιώθης,
D Ἐν ἧπερ ἀναπέπαυμαι μετὰ καὶ τοῦ πατρός μου.
Ὅθεν καὶ θάμβος κέκτησαι, καὶ φοβερὰ τυγχάνεις,
Ὥσπερ αἱ τεταγμέναι μου δυνάμεις τῶν ἀγγέλων.
Ἐμοί, φησι, λελάληκεν, ἐμοὶ σεπτὸς νυμφίος.
Λοιπὸν δὲ πρόσχες ἐπ' ἐμοὶ τοὺς ὀφθαλμούς σου λέγει.
Τὸ φῶς γὰρ ἀνεπτέρωσεν ἐμὲ τῶν ὀφθαλμῶν σου.
Καὶ πάντων κατεφρόνησα τῶν κοσμικῶν πραγμάτων.
Ἀλλ' ὁ πληρῶν τὸ θέλημα τῶν αὐτὸν ἀγαπώντων,
Εὐθὺς ἐπέβαλεν αὐτῇ τοὺς ὀφθαλμοὺς τοὺς θείους.
Ἰδὼν δὲ ταύτην ἀρεταῖς κατακεκοσμημένην,
Ἤρξατο ταύτην ἐπαινεῖν· φησὶ γὰρ οὕτω τάδε.
Τρίχωμά σου ὡς ἀγέλαι τῶν αἰγῶν, αἳ ἀνέβησαν ἀπὸ τοῦ Γαλαάδ.
E Ὀδόντες σου, ὡς ἀγέλαι τῶν κεκαρμένων, αἳ ἀναβαίνουσαι ἀπὸ τοῦ λουτροῦ. Αἱ πᾶσαι διδυμεύουσαι, καὶ ἀτεκνοῦσα οὐκ ἔστιν ἐν αὐταῖς.
Ὡς σπαρτίον κόκκινον χείλη σου, ἡ λαλιά σου ὡραία. ὡς λέπυρον ῥοᾶς μῆλόν σου, ἐκτὸς τῆς σιωπήσεώς σου.
Οὕτως μὲν οὖν ἐπῄνεσε τὴν νύμφην ὁ νυμφίος,
Γυναικικῶς, ἐρωτικῶς καὶ νυμφοπρεπεστάτως.
Σὺ δ' ἀλλὰ τούτοις ξύμπαντας τῆς νύμφης τοὺς ἐπαίνους,
Ὡς ἡρμηνεύθης ἄνωθεν, γίνωσκε στεφηφόρε.
Ταύτην τὴν ῥῆσιν γὰρ ἡμεῖς ἄνωθεν εἰρηκότες,
Ἐντεῦθεν ἡρμηνεύσαμεν, ὡς δυνατὸν ἦν ὅλως,
Ἀλλ' ἀκουσώμεθα λοιπὸν τοῦ τέλους τῶν ᾀσμάτων.

Pſelli.

HÆC cum angelis ſponſa loquebatur, cum humaniſſimus Dominus & ſponſus eam clamantem & anxiam ac vehementius ſolicitam, in ſe indagando conſpicatus, rurſum ad laudes ejus ſe ſe convertit inviſibiliter: *Pulcra es*, inquiens, *propinqua mea; ſicut bona voluntas, decora ſicut Hieruſalem, terror ſicut acies ordinatæ*. Pulcra, inquit, facta es, & macula non eſt in te, merito bonæ voluntati meæ comparata. Nam tu quoque vis omnes homines ſalvos fieri. Præclare etiam aſſimilata es ipſi Hieruſalem, [b] in qua cum patre meo requievi. Quamobrem & terrorem obtines, & formidabilis es, ut angelorum meorum acies ordinatæ. Mihi, inquit, locutus eſt venerandus ſponſus meus. *Averte oculos tuos a me*. Jam conjice in me oculos tuos. *Lux* enim *oculorum tuorum avolare me fecit*, & omnia mundi negotia deſpexi. Sed [c] qui *voluntatem diligentium ſe facit*, confeſtim divinos oculos ſuos in ſponſam conjecit; videnſque eam virtutibus exornatam, cœpit illam his verbis collaudare: *Capilli tui ſicut greges caprarum, quæ apparuerunt de Galaad. Dentes tui ſicut greges tonſarum quæ aſcenderunt de lavacro, omnes gemellis fetibus, & ſterilis non eſt in eis*. [d] *Sicut funiculus coccineus labia tua, & eloquium tuum decorum. Sicut cortex mali punici genæ tuæ, præter ſilentium tuum*. His ſponſam laudibus ad mulierum mores & nuptiarum amores aptiſſimis ſponſus extulit. Sed harum tu laudum omnium explanationem, ſtephephore, ſuperius a nobis accepiſti. Quare jam Canticorum finem audiamus.

Ἑξήκοντά εἰσι βασίλισσαι καὶ ὀγδοήκοντα παλλακαί, καὶ νεάνιδες ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός. μία ἐστὶ περιστερά μου, [illegible] μία ἐστὶ τῇ μητρὶ αὐτῆς, ἐκλεκτή ἐστι τῇ τε[illegible]τήν. εἴδοσαν πᾶσαι θυγατέρες, καὶ μακαριοῦσιν αὐτήν· βασίλισσαι καὶ παλλακαί, αἰνέσουσιν αὐτήν.

Sexaginta ſunt reginæ, & octoginta concubinæ, & adoleſcentulæ quarum non eſt numerus. Una eſt columba mea, perfecta mea, una eſt matri ſuæ, electa eſt genitrici ſuæ. Viderunt illam filiæ, beatiſſimam prædicabunt eam. Reginæ & concubinæ laudabunt eam.

a Cant. IV. 3. b Eccli. XXIV. 15. c Pſal. CXLIV. 19. d Cant. IV. 3.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

Ὁ Σολομὼν ὁ πάνσοφος, ὁ θαυμαστὸς προφήτης, A
Προφητικοῖς ἐν ὄμμασιν εἶδεν, ὡς ἐν κατόπτρῳ,
Τοὺς τρόπους καὶ τὰς ἀρετὰς ψυχῶν τῶν σεσωσμένων.
Μᾶλλον δ' εἰπεῖν ὡς ἀληθῶς τὰς τάξεις καὶ τὰς βάσεις.
Τρεῖς γάρ εἰσιν, ὡς πέπεισμαι, τάξεις τῶν σεσωσμένων,
Υἱότης, μισθαρνότης τε, καὶ μετ' αὐτὴν δουλότης.
Οἱ μὲν γὰρ ἀγαπήσαντες ἐξ ὅλης τῆς καρδίας,
Τὸν εὐεργέτην τοῦ παντὸς ἐξ ἁπαλῶν ὀνύχων,
Καὶ τῆς ἀγάπης ἕνεκα τούτου καὶ τῆς φιλίας,
Τὸν κόσμον βδελιξάμενοι καὶ τὰ περὶ τὸν κόσμον,
Προσκολληθέντες τῷ Χριστῷ τῷ λόγῳ καὶ νυμφίῳ,
Εἰς τάξιν ἔφθασαν υἱῶν τῇ χάριτι τῇ θείᾳ.
Οἱ δὲ γλιχόμενοι τυχεῖν τῆς ἄνω βασιλείας,
Καὶ ταύτης χάριν ἔσπευσαν Χριστῷ δεδουλευκότες, B
Εἰς τάξιν ἔφθασαν αὐτοὶ καὶ τόπον τῶν μισθίων.
Οἱ δέ γε πλημμελήσαντες, ὥσπερ ἐγὼ ὁ τάλας,
Καὶ πᾶσαν ἐκτελέσαντες ἄτοπον ἁμαρτίαν,
Καὶ φοβηθέντες τὰς πικρὰς βασάνους καὶ κολάσεις,
Καὶ τούτου χάριν φθάσαντες εἰς τόπον μετανοίας
(Ὡς εἴθε τούτοις φθάσαιμι κἀγώ γε Χριστέ μου λόγε)
Εἰς τάξιν ἐληλύθασιν δούλων, πλὴν σεσωσμένων.
Ταύτας τὰς τάξεις κατιδὼν ὁ Σολομὼν ἐκεῖνος,
Προκατιδὼν δὲ μάλιστα τῷ πνεύματι τῷ θείῳ.
Καὶ τὴν τοῦ λόγου σάρκωσιν τοῦ καθαροῦ νυμφίου,
Καὶ τὴν γεννήσασαν αὐτὸν ἀσπόρως θεοτόκον,
Τὴν ὄντως παναμώμητον, τὴν καθαρὰν Μαρίαν,
Ἥν τινα μακαρίζουσι φωναῖς ἀκαταπαύστοις
Αἱ γενεαὶ τῶν γενεῶν ἁπάντων τῶν ἀνθρώπων, C
Ὅτι Σωτῆρα τέτοκε τῆς ὅλης οἰκουμένης·
Ταύτην ἐξεῖπε τὴν ᾠδὴν προσώπῳ τοῦ νυμφίου.
Σὺ δέ μοι τὰς ἑξήκοντα βασιλίσσας ἀκούων,
Ἐκείνους εἶναι γίνωσκε δέσποτα στεφηφόρε,
Τοὺς δεκαπλασιάσαντας ἐν ἀγαθοεργείαις,
Τὴν δεδομένην πρὸς αὐτοὺς ἑξάδα τῶν ταλάντων.
Καὶ τόπον φθάσαντας υἱῶν τῇ χάριτι τῇ θείᾳ.
Καὶ παλλακὰς ὡς ἀληθῶς ἐκείνους εἶναι νόει,
Τοὺς ὀκταπλασιάσαντας ἐν κόποις σωτηρίας,
Τὸ δεδομένον τάλαντον αὐτοῖς ἐκ τοῦ δεσπότου.
Καὶ γεγονότας μισθωτοὺς τοῦ λόγου καὶ νυμφίου.
Ἀκούων δὲ νεάνιδας πολλὰς ἀναριθμήτους,
Γίνωσκε ταύτας ἀληθῶς ἁμαρτωλοὺς ἀνθρώπους,
Οἵτινες τὸ μὲν τάλαντον λαβόντες τοῦ δεσπότου, D
Εἰς γῆν αὐτὸ κατέχωσαν ἐξ ἄκρας ῥᾳθυμίας.
Καὶ δοῦλοι μὲν γεγόνασιν, ἀλλ' ὅμως σεσωσμένοι.
Τῶν σεσωσμένων οὖν τοσούτων πεφηνότων,
Ἁπάντων ὑπερέχουσα τῶν ἐπὶ γῆς ἀνθρώπων,
Ὡς ἐκλεκτὴ περιστερὰ τυγχάνει μία μόνη,
Ἡ τὸν Χριστὸν γεννήσασα παρθενομήτωρ.
Ἡ Χερουβὶμ καὶ Σεραφὶμ ὄντως καθαρωτέρα.

SAPIENTISSIMUS ille Salomon, mirabilis ille propheta tamquam in ſpeculo propheticis oculis, animarum quæ ſalutem aſſequuntur, mores & virtutes, immo, ut vere dicam, ordines & gradus aſpexit. Tres enim, ut mihi perſuaſi, ſunt ordines eorum qui ſalvantur. Aut enim ſunt filii, aut mercenarii, aut ſervi. Qui enim a teneris unguiculis ex toto corde Deum rerum omnium auctorem optimum diligunt, & amore ipſius, mundum & quæ in mundo ſunt, contemnentes, Chriſto Verbo & ſponſo conjunguntur, divina gratia filiorum ordinem obtinent. Qui autem regni cæleſtis cupiditate adducti ut eo potiantur, Chriſto diligen-
B ter inſerviunt, in mercenariorum loco conſtituuntur. At qui peccatis omnibus obruti, ut ego infelix, cruciatuum & ſuppliciorum formidine reſipiſcunt & pœnitentiam agunt, (quorum in numero utinam ipſe quoque ſim per gratiam tuam, o Chriſte Verbum Salvator) in ſervorum qui tamen ſalvi fiunt, ordine collocantur. Has claſſes atque hos ordines Salomon ille proſpiciens, & divino afflatus ſpiritu, tanto ante cernens Verbi ſponſi puriſſimi incarnationem, & quæ ipſum ſine ſemine genuit, ſanctiſſimam Dei genitricem Mariam illam immaculatiſſimam, quam omnibus omnes omnium hominum generationes vocibus numquam ceſſantibus, beatiſſimam prædicant,
C quia totius mundi peperit Salvatorem; hoc in ſponſi perſona Canticum cecinit. Tu vero, princeps ſtephephore, cum *ſexaginta reginas* audis, eos intellige qui ſexagenarium ſibi traditum numerum talentorum decies bonis operibus multiplicantes, divina gratia filiorum locum ſunt aſſecuti. *Concubinas* autem eos eſſe cogita, qui talentum ſibi a Domino aſſignatum laboribus ſalutiferis octogies multiplicantes, Verbi & ſponſi facti ſunt mercenarii. *Innumerabiles* vero *adoleſcentulas* agnoſce peccatores illos qui præ nimia inertia talentum a Domino acceptum in terra defoderunt illi quidem, ſed tamen ſalutem obtinuerunt.
D Inter tot animas omnium hominum qui ſalvantur, ut electa columba eſt una illa ſola, quæ Chriſtum genuit Virgo mater puella Maria, quæ puritate profecto Cherubim & Seraphim antecellit,

Ἐπίλογος.

Ἔχεις τὸ σὸν ἐπίταγμα πεπληρωμένον ἄναξ.
Ἰδοὺ γὰρ τέλος εἴληφε τὸ τῶν ᾀσμάτων ᾆσμα,
Ἀλλ' ἐρωτᾷς ὦ κράτιστε, καὶ πλέον φιλολόγε, E
Καὶ τί τὸ συναγόμενον ἐν καθαρᾷ τυγχάνει,
Ἐκ ταύτης τῆς προφητικῆς ᾀσματογράφου βίβλου;
Ἅπαν τὸ συναγόμενον τοῦτο τυγχάνει μόνον,
Ὅτι τὴν φύσιν τῶν βροτῶν τὴν ἐκπεσοῦσαν πάλαι,
Ὁ λόγος ἀνεζήτησεν ὁ ταύτην πλαστουργήσας.
Εὑρὼν δὲ ταύτην, καὶ λαβὼν ἐπ' ὤμων ὁ δεσπότης,
Εἰς οὐρανοὺς ἀνήγαγε, καὶ τῷ πατρὶ παρέσχε,
Καὶ τῶν ἀγγέλων ἔδειξε ταύτην ὑψηλοτέραν.
Ὅπερ προγνοὺς ὁ Σολομὼν πνεύματι προφητείας,
Ποικίλως συνεγράψατο καὶ πολυπλόκως τάδε.
Ἡμεῖς δὲ τὸ ἐπίταγμα τὸ σὸν ὦ στεφηφόρε,
Ἀποπληρῶσαι θέλοντες, ὡς δοῦλοι τοῦ σοῦ κράτους,
Πολιτικοῖς ἐφράσαμεν ὡς δυνατὸν ἐν στίχοις,
Τὴν τῶν ᾀσμάτων δύναμιν, ἐξήγησιν καὶ γνῶσιν.
Εἰ δ' ἴσως παρεσφάλημεν καί τι τῆς ἀληθείας,
Οὐ ξένον, οὔτε θαυμαστὸν, οὐδὲ καινὸν τυγχάνει.
Ἐχρῆν μὲν γὰρ μὴ δ' ὁπωσοῦν ἐπιχειρῆσαι τοῦτο,

Peroratio.

MANDATA tua, Rex, explicavimus. Ecce enim Canticorum Canticum ad umbilicum pervenit. Quod
E ſi, princeps optime idemque ſapientiſſime, quæras, quidnam in ſumma ex hujus prophetici voluminis puritate colligatur: Mortalium naturam olim prolapſam & errabundam, Verbum a quo fuerat condita, perquiſivit, inventamque atque humeris ſuis impoſitam Dominus in cælum ſuſtulit, patrique obtulit, atque angelis ſublimiorem declaravit. Quod ſpiritu prophetico proſpiciens Salomon, rem vario & multiplici carmine eſt perſecutus. Nos vero juſſa tua, ſtephephore, capeſſere cupientes, ut imperio ſubjecti tuo; idem argumentum pro virili noſtra civilibus verſibus expoſuimus. Quod ſi forte a veritatis tramite alicubi deflexerimus, id mirum aut novum nemini videri debet. Noſtrum enim erat provinciam hanc non attingere. Cum enim hic liber ſpiritu totus refertus ſit, non debet niſi ab iis qui eodem ple-

Τὴν βίβλον τὴν πνευματικὴν ὅλως ἑρμηνεῦσαι.
Τοῦτο γὰρ τοῖς πνευματικοῖς εἰκός ἐστι καὶ μόνοις,
Τὸ τὰ τοῦ πνεύματος λαλεῖν καὶ φράζειν καὶ διδάσκειν.
Ἐπεὶ δὲ τοῦτο γέγονε καὶ παρ᾽ ἡμῶν ἐκ τόλμης,
Ὁ παντοκράτωρ μου Χριστὸς ἵλεως γένοιτό μοι.

A ni ſunt ſpiritu, tractari. Verum, quando id auſi ſumus, Deus omnipotens Chriſtus mihi det veniam.

Τῶν γ´ πατέρων.

Trium Patrum.

Ἑξήκοντά εἰσι βασίλισσαι καὶ ὀγδοήκοντα παλλακαὶ, καὶ νεάνιδες ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός· ἤγουν, αἵ τε μὴ φόβῳ τῶν ἠπειλημένων κολάσεων, ἀλλὰ πόθῳ τοῦ κληρονομῆσαι τὴν ἐπηγγελμένην τοῦ Θεοῦ βασιλείαν ἑξαπλασιάζουσαι ψυχαὶ τὰς δέκα ἐντολὰς, κατὰ λόγον ἐπιστατοῦντα ταῖς πέντε αἰσθήσεσιν, καὶ ἅμα ταύταις πληροῦντα τὸν ἕξ ἀριθμόν· καὶ αἱ κατ᾽ ἐπιθυμίαν μὲν τῷ πονηρῷ συμπλεκόμεναι, κατὰ φόβον δὲ τῶν ἠπειλημένων κολάσεων, ἀκίνητοι κατ᾽ ἐνέργειαν πρὸς τὰ πάθη μένουσαι. ὁ γὰρ ὀγδοήκοντα ἀριθμὸς ἀκινησίαν καθ᾽ ἑαυτὸν θεωρούμενος δηλοῖ, περιγράφων τοῦ ἑβδομήκοντα ἀριθμοῦ περιττοῦ ὄντος τὴν κίνησιν. καὶ αἱ κατὰ τὴν πίστιν ἔτι νεάζουσαι καὶ μὴ εἰς μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ διὰ καθαρότητός τε καὶ φωτισμοῦ ἔργων δικαιοσύνης φθάσασαι, καὶ διὰ τὸ νεκρὰν ἔτι τὴν πίστιν ἐν ἑαυταῖς περιφέρειν, ταῖς σωζομέναις τάξεσι μηκέτι συναριθμούμεναι. ἐκ πασῶν δὲ τῶν λεχθεισῶν τάξεων μία ἐστὶ περιστερὰ τελεία τῇ μητρὶ αὐτῆς, ἐκλεκτή ἐστι τῇ τεκούσῃ αὐτήν· ἤγουν, ἡ μετὰ τὸ πιστεῦσαι Θεῷ, καὶ φόβῳ μὲν τῶν ἀπειλῶν καθαρθεῖσα, ἐλπίδι δὲ τῶν ἐπαγγελιῶν φωτισθεῖσα, ἀγαπητικῶς διατεθεῖσα περὶ τὸ ἀγαθὸν, καὶ μὴ δι᾽ ἕτερόν τι ποιοῦσα αὐτὸ, ἀλλὰ δι᾽ αὐτὸ, ὡς φύσει καλόν. αὕτη γὰρ μία μέν ἐστιν, ὡς κατὰ θέωσιν ἑνωθεῖσα τῷ ἑνὶ καὶ μόνῳ Θεῷ, καὶ παρ᾽ αὐτῷ ἀκίνητος μένουσα. περιστερὰ δὲ, ὡς πνευματικὴ καὶ τελεία τῇ παντοίᾳ σοφίᾳ, ὡς πρὸς ταύτην ἀνατατικῶς δι᾽ ἑκάστης ἀρετῆς συναχθεῖσα, καὶ τὴν ἐν αὐτῇ ποιουμένη πρόοδον, κατὰ τὴν ἑκάστης ἀρετῆς γένεσιν. ἥ τινι σοφίᾳ καὶ ἐκλελεγμένη ἐστὶν ἀπὸ τῶν δουλίδων καὶ μισθωτῶν, ὡς υἱοθετησαμένη ταύτην κατὰ τὴν ἐν χάριτι θέωσιν. εἴδοσαν αὐτὴν θυγατέρες καὶ μακαριοῦσιν αὐτήν· βασίλισσαι, καὶ παλλακαὶ αἰνέσουσιν αὐτήν. δηλονότι ἐν πείρᾳ τῶν κατορθωμάτων αὐτῆς γεγόνασιν, αἱ μόνον πισταὶ ταύτης μαθήτριαι· ἃς ἐν τῷ λουτρῷ τῆς παλιγγενεσίας ἀπέτεκε, καὶ μόνῳ λόγῳ αὐτὴν ἐκθειάσουσιν. αἱ δὲ διὰ φωτισμοῦ ἔργων δικαιοσύνης τῆς τοῦ Θεοῦ βασιλείας ἀντιποιούμεναι, καὶ αἱ διὰ φόβον τῶν κολάσεων παντοίων κακῶν ἀπεχόμεναι, καὶ δι᾽ ἔργων ἐπαινέσουσιν αὐτήν.

Sexaginta ſunt reginæ, & octoginta concubinæ, & adoleſcentulæ quarum non eſt numerus. Animæ ſcilicet, quæ non ſuppliciorum metu, ſed promiſſum Dei regnum aſſequendi deſiderio, per rationem quinque ſenſibus imperantem, atque una cum illis ſenarium numerum conficientem, ſexies duplicant B decem præcepta. Animæ item illæ, quæ cupiditate quidem ad malum inclinant, ſed pœnarum comminationibus territæ ad vitia operibus implenda immotæ manent. Nam octogenarius numerus immobilitatem, ſi per ſe ipſum ſpectetur, oſtendit, ſeptuagenarii autem numeri qui impar eſt, motum amplectitur. Et animæ poſtremo, quæ adhuc in fide ſunt rudes & adoleſcunt, ſed [a] *ad menſuram ætatis plenitudinis Chriſti*, nondum juſtitiæ operibus mundatæ atque illuſtratæ pervenerunt: & quia mortuam adhuc in ſe fidem gerunt, nondum ad earum quæ ſalvantur, ordines adſcribuntur. Ex omnibus autem ordinibus quos commemoravimus, una eſt columba perfecta matri ſuæ, electa genitrici ſuæ. C Quæ nimirum poſtquam Deo credidit, & pœnarum formidine purgata eſt, & ſpe promiſſionum illuſtrata, caritatis affectione bonum colit; & nulla alia de cauſſa, ſed ipſum propter ſe, ut natura bonum, complectitur: hæc enim una profecto eſt, ut pote per divinitatem uni & ſoli Deo conjuncta, & apud ipſum immobilis manens. Columba autem, ut ſpiritalis atque perfecta, cum omnium effectrice ſapientia per amplum virtutum cultum conjuncta; atque in ipſa per ſingularum virtutum fructus progrediens. Qua quidem ſapientia ab ancillis & mercenariis eximitur, & in filiam adoptata atque electa divinitatem per gratiam adipiſcitur. *Viderunt illam filiæ, & beatiſſimam prædicabunt eam; reginæ & D concubinæ laudabunt eam.* Recta & præclara illius facta fideles tantum ejus diſcipulæ quas in lavacro regenerationis ipſa genuit, expertæ ſunt, & ſolo verbo divinam ipſam prædicabunt. Quæ autem juſtitiæ operibus illuminatæ regnum Dei conſequuntur, quæque ſuppliciorum timore a variis peccatis abſtinent, ipſam etiam operibus collaudabunt.

Τῶν γ´. πατέρων.

Trium Patrum.

Ἐπειδήπερ δόξα τῆς διδασκάλου ἐστὶ τῶν μαθητριῶν ὁ φωτισμός καὶ ἡ κάθαρσις, περὶ ἧς καὶ ἐροῦσι.

QUANDO gloria magiſtræ eſt diſcipularum illuminatio & purgatio, de qua etiam dicunt.

Τίς αὕτη ἡ ἐκκύπτουσα ὡσεὶ ὄρθρος; καλὴ ὡς σελήνη; ἐκλεκτὴ ὡς ἥλιος; θάμβος, ὡς τεταγμέναι;

*Quæ eſt iſta quæ progreditur quaſi aurora conſur*E *gens, pulcra ut luna, electa ut ſol, terribilis ut acies ordinatæ?*

Δηλαδὴ θαυμασία τίς ἐστιν ἡ διδάσκαλος ἡμῶν, ὡς ταῖς μὲν ἀποστάσαις τῶν ἔργων τοῦ σκότους διὰ καθάρσεως, μήπω δὲ τὰ ἔργα τῆς δικαιοσύνης καταλαβούσαις, διὰ φωτισμὸν γνώσεως συγκαταβαίνουσα διδασκαλικῶς ἔτι ἑωθινὸν φῶς, ἐν τῷ τὰ μὲν πως ἀχώρητα ταύταις μυστήρια κρύπτειν, παραδηλοῦν δὲ τὰ χωρητὰ, καὶ ταῖς ἀπειλαῖς τῶν μελλουσῶν κολάσεων πρὸς ὑπακοὴν ἐπιστρέφειν· ταῖς δὲ πιστευσάσαις μὲν τῷ τῆς ἀληθείας κηρύγματι, μήπω δὲ καθαρθείσαις τῶν τοῦ σκότους τῆς κακίας ἔργων, ἀγαθή ἐστιν, ὡς ταῖς πρὸς μετάνοιαν διδασκαλίαις·

VERE admiranda eſt magiſtra noſtra. Nam diſcipulis ſuis quæ per purgationem a tenebrarum operibus receſſerunt, ſed per cognitionis illuſtrationem nondum ad juſtitiæ opera pervenerunt; ut docendi ratio requirit, ſe ſe accommodat, ac præbet quaſi lucem matutinam, ea celans myſteria quæ nondum valent comprehendere: atque illa tradens quibus percipiendis ſunt idoneæ, futurarumque pœnarum minis eas ad fidem atque obedientiam adducens. Illis vero quæ cum veritatis crediderint prædicationi, a malitiæ tamen operibus tenebrarum nondum

[a] Epheſ. IV, 13.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

καθάπερ τι σεληνιακὸν φῶς τὴν νύκτα τῆς ἀγνοίας τούτων καταφαιδρύνουσα· ταῖς δ' ὡς ἐν ἡμέρᾳ εὐσχημόνως περιπατούσαις ἐναρέτοις ψυχαῖς ἐκλελεγμένη ἐστὶν, (οἷά περ τις ἥλιος τῶν λοιπῶν κατ' οὐρανὸν φώτων αἴγλῃ τε καὶ μεγέθει διαφανέστερος·) ὡς ἀνατείλασα ταύταις φῶς ἀληθοῦς γνώσεως, κἀντεῦθεν ἐκπλήττουσα τὰς ὁρώσας αὐτὴν καθάπερ ἐπιφάνειά τις ἀγγελικῶν τάξεων. καὶ ταῦτα μὲν αἱ μαθήτριαι περὶ τῆς διδασκάλου εἰρήκασι.

A sunt purgatæ, ita se exhibet bonam, ut pœnitentiæ disciplina quasi lunæ quamdam lucem suppeditans, ignorantiæ noctem ab eis repellat. At cum animabus illis quæ virtute præditæ tamquam in die decore ambulant, se electam gerit, (qualis est sol, qui tum amplitudine, tum splendore ceteris cæli luminibus antecellit) & veræ cognitionis lucem subministrat. Atque ita stupore ac terrore afficit se intuentes, ut instructa atque ordinata agmina angelorum. Ac de magistra quidem sua discipulæ ita locutæ sunt.

Τῶν γ'. πατέρων.

Ταῦτα μὲν αἱ μαθήτριαι περὶ τῆς διδασκάλου εἰρήκασι, τὰ δ' αὖ τὰ περὶ τούτων πρὸς τὸν νυμφίον φησίν. εἰς κῆπον καρύας κατέβην ἰδεῖν ἐν γεννήμασι τοῦ χειμάῤῥου. ἰδεῖν εἰ ἤνθησεν ἡ ἄμπελος, εἰ ἤνθησαν αἱ ῥοαί. ἤτοι, συγκατέβην ἐκ τοῦ ὕψους τῆς μυστικῆς θεωρίας ταῖς γεωργούσαις ψυχαῖς οἱονεὶ κάρυα, κατὰ μὲν τὸ ἐκτὸς λέπυρον πικρὰ, κατὰ δὲ τὸ ἐντὸς σκληρὰ, κατ' αὐτὸν δὲ τὸν ἔνδον τῶν τοιούτων λεπύρων καρπὸν ἡδέα· τὴν τῇ πικρίᾳ τῶν ἀκουσίων πειρασμῶν καὶ τῇ σκληρότητι τῶν ἑκουσίων πεφυλαγμένην γλυκύτητα τῶν ἀρετῶν, ἀπό τε τῶν κατ' ἔλλειψιν αὐτῶν καὶ τῶν καθ' ὑπερβολὴν παθῶν· ὥστε θεάσασθαι ἐν τῇ ὑπομονῇ αὐτῶν, κυήματι οὔσῃ τῆς ῥεούσης θλίψεως ἐκ τοῦ χειμῶνος τῶν πειρασμῶν (ἡ θλίψις γὰρ ὑπομονὴν κατεργάζεται) εἴτε εὐχαριστία, εἴτε δυσφημία προσαγάγεταί σοι τῷ ἰατρικῶς, ἀλλ' οὐ τιμωρητικῶς παιδεύοντι. θεάσασθαι δὲ πάλιν ἐάν τε αὐτὸς ὁ ἐν εὐαγγελίοις εἰρηκὼς, ὅτι ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος, ἐν τῇ ὑπομονῇ ταύτῃ προδείκνυται, ὡς ἄνθος βότρυος ποιοῦντος οἶνον τῆς φύσεως ἐκστατικὸν κατὰ τὴν θεώσεως χάριν. ὁ γὰρ ἐν ὑπομονῇ καὶ αὐτῆς τῆς ἰδίας φύσεως ὑπερορῶν, τὴν ὑπὲρ φύσιν τῆς θεότητος δέχεται χάριν· καὶ ἐὰν αἱ δίκην ῥοιῶν τῷ μὲν φαινομένῳ λεπύρῳ στυφουσῶν, τῷ δ' ἐντὸς τούτου κεκρυμμένῳ καρπῷ τοὺς γευομένους γλυκαινουσῶν· πεφυλαγμέναι μὲν τῷ τοῦ φόβου σου στυπτικῷ, εὐφραίνουσαι δὲ τοὺς γευσαμένους τῇ τῆς εἰς σὲ ἐλπίδος γλυκύτητι ἀρεταί· δηλαδὴ ἡ φρόνησις καὶ ἡ ἀκεραιότης δίκην ἀνθοῦντος καρποῦ ἐδείχθησαν ἐν τῇ ὑπομονῇ· ἡ μὲν φρόνησις, τὴν εἰς σὲ πίστιν, ὥς τινα κεφαλὴν ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν φυλάττουσα ἄτρωτον· ἡ δ' ἀκεραιότης, τὴν εἰς τὸν πλησίον ἀγάπην ἀσάλευτον ἐν ταῖς τῶν πειρασμῶν ποικίλαις ἐπαγωγαῖς· καθὼς αὐτὸς ἐν εὐαγγελίοις εἴρηκας· ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω ὑμᾶς, ὡς πρόβατα μέσῳ λύκων. γίνεσθε οὖν φρόνιμοι, ὡς οἱ ὄφεις καὶ ἀκέραιοι, ὡς αἱ περιστεραί· ἐκεῖ δώσω τοὺς μαστούς μου σοὶ πάντως ἐν τῷ εἰρημένῳ κήπῳ τῶν ἀρετῶν, ὅς ἐστιν αἱ ἐν ταύταις πεφυτευμέναι μαθήτριαι· τὴν εἰς αὐτὰς ἠθικὴν, καὶ φυσικὴν διδασκαλίαν μου, αἷς οἷάπερ γάλακτι φυσικῇ καὶ καταλλήλῳ τροφῇ ταύτας τρέφουσα, προσάξω σοι τῷ νυμφίῳ, ὡς ἐντεῦθεν τὸ σόν τε ποιοῦσα θέλημα καὶ σοὶ τὰς μαθητευομένας μοι προσάγουσα. εἶτα στρέφουσα τὸν λόγον πρὸς τὰς μαθητευομένας οἱονεί φησι πρὸς αὐτὰς, ὅτι εἰ καὶ συγκατέβην ὑμῖν ἐκ τοῦ μυστικώτερον ὁρᾷν ἐν ἑαυτῇ τὸν νυμφίον μου, εἰς τὸ θεάσασθαι αὐτὸν καὶ ἐν ὑμῖν, ὡς εἴρηκα. ἀλλὰ οὐκ ἔγνω ἡ ψυχή μου. δηλαδὴ οὔπω ἐθεασάμην αὐτὸν ἐν ὑμῖν, ὡς μὴ τελειωθείσας ἔτι κατὰ Χριστόν· οὗτος δ' ἐντεῦθεν ἔθετό με ἅρματα Αμιναδάβ· εἴτουν, πεποίηκέ με ὀχήματα ἑαυτοῦ, ὡς ταῖς διδασκαλίαις φέρουσαν αὐτὸν ἐφ' ἑαυτῆς πρὸς ὑμᾶς διαφόρως καὶ καταλλήλως ὑμῖν. Αμιναδὰβ γὰρ ἄρχων λαοῦ ἑρμηνεύεται· ὅς ἐστι Χριστὸς ὁ ἀρχηγὸς τῆς σωτηρίας ἡμῶν.

Trium Patrum.

Hæc quidem discipulæ de magistra dixerunt.
B Ipsa vero de discipulis ad sponsum ita loquitur: *In hortum nucis descendi, ut viderem in germinibus torrentis: ut viderem, an floruisset vinea, an floruissent mala punica.* De mysticæ contemplationis sublimitate descendi ad animas virtutis excultrices, tamquam ad nuces, quarum cortex exterior alter quidem amarus, alter autem durus est: nucleus autem qui his corticibus includitur, jucundus: dulcedo nimirum virtutum, quæ tum amaritudine gravium tentationum, tum asperitate laborum sponte susceptorum, a perturbationibus & vitiis in defectu atque excessu consistentibus in medio conservantur. Ut viderem in patientia ipsarum, quæ veluti partus quidam ex tribulatione tamquam ex torrente
C tentationum (tribulatio enim patientiam operatur) vel per gratiarum actionem, vel per lamentationem offertur tibi non acerbe, sed medici more castiganti. Ut viderem rursus, an is qui in evangeliis dixit: [a] *Ego sum vitis*; in hac patientia appareat sicut flos botri, vinum naturam obstupefaciens per divinitatis gratiam producentis. Qui enim ipsam quoque naturam propriam per patientiam despicit, divinitatis gratiam natura præstantiorem adipiscitur. *An floruissent mala punica.* An (quæ instar malorum punicorum, quibus cortex quidem extrinsecus adest adstringendi vim habens, intrinsecus autem inest fructus gustantibus dulcedinem afferens) virtutes illæ timoris tui austeritate conservatæ, gu-
D stantium autem animos spei in te dulcedine delectantes, nempe prudentia & simplicitas, ad similitudinem fructus florescentis exstarent in patientia: prudentia quidem fidem erga te ab hostis ictibus, veluti caput quoddam integrum servans: simplicitas autem dilectionem erga proximum in variis tentationum invasionibus. Quemadmodum in evangeliis ipse dixisti: [b] *Ecce mitto vos sicut oves inter lupos. Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ.* [c] *Illic dabo tibi ubera mea*: In eo nimirum virtutum horto quem dixi, quæ sunt discipulæ in ipsis plantatæ: naturalem & moralem doctrinam meam, quarum quasi mutuo ac naturali quodam lactis cibo ipsas nutrio, præbebo tibi spon-
E so, ea ratione obtemperans voluntatis tuæ, atque illas tibi a me institutas adducens. Tum ad discipulas convertens sermonem, Descendi, inquit, ad vos ab illa magis arcana speculatione qua sponsum meum in me ipsa contemplor, ut viderem ipsum in vobis, quemadmodum dixi. Sed non novit anima mea. Nondum profecto illum in vobis perspexi, quæ quidem adhuc perfectæ non estis secundum Christum. Hic autem idcirco posuit me *currus Aminadab*, hoc est, currus me suos constituit, quæ disciplinis, eum in me ipsa ad vos, habita cujusque vestrum ratione, perferrem. Aminadab enim interpretamur, princeps populi, qui Christus est nostræ salutis auctor.

[a] Joan. xv. 5. [b] Matth. x. 16. [c] Cant. vii. 2.

A

Τῶν γʹ. πατέρων.

Αἱ δὲ μαθήτριαί φασι πρὸς τὴν νύμφην.

Ἐπίστρεφε, ἐπίστρεφε ἡ Σουλαμῖτις. ἐπίστρεφε, ἐπίστρεφε, καὶ ὀψόμεθα ἐν σοί.

ΗΤΟΙ, συγκατάβαινε ἀπὸ τοῦ ὕψους τῆς μυστικῆς θεωρίας πρὸς τὴν διὰ τῶν τεσσάρων γενικῶν ἀρετῶν ἠθικὴν διδασκαλίαν ἡμῶν. συμμετριάζουσα κατὰ τὰς εἰρημένας ἀρετὰς τετραχῶς ταῖς ἔτι ὑπὸ παθῶν ὀχλουμέναις ἡμῖν, ἡ δι' ἀπάθειαν ἑρμηνεύουσα· ἡ Σουλαμῖτις γὰρ εἰρηνεύουσα ἑρμηνεύεται· καὶ θεασόμεθα ἐν σοὶ ἃ μήπω ἐν ἑαυταῖς ἑωράκαμεν διὰ τὴν ἡμετέραν ἀτέλειαν. ἐρωτᾷ δ' αὕτη αὐτάς· τί ὄψεσθε ἐν τῇ Σουλαμίτιδι; ἡ ἐρχομένη ὡς χοροὶ τῶν παρεμβολῶν· ἤγουν, τί ἐν ἐμοὶ θεάσεσθε τῇ εἰρηνευούσῃ; ὡς μηκέτι πολεμικῶς καὶ ἀγωνιστικῶς κατὰ πρᾶξιν τὴν κεκρυμμένην μου διάθεσιν φανερούσῃ διὰ τοῦ σώματος· ἀλλὰ λογικῶς καὶ γνωστικῶς τοῖς ἀληθῶς ἀγαθοῖς ἐμμενούσῃ διὰ τελειότητα, ἡ ἐκ τοῦ τῶν παθῶν πολέμου ἐπανερχομένη πληθύς· ὥσπερ τινὲς ἐπινικίους ᾄδοντες ὕμνους χοροὶ τῶν ἐκ πολέμου ἐπανερχομένων. γενναίως γὰρ ἐν τῷ κατὰ τῶν παθῶν πολέμῳ ἀγωνισάμεναι κατὰ τοὺς τρόπους τῶν ἀρετῶν, ὡς ἐπινικίους ὕμνους τοὺς τούτων λόγους ᾄδετε γνωστικῶς.

Trium Patrum.

DISCIPULÆ dicunt ad sponsam.

Revertere, revertere Sulamitis: revertere, revertere: & intuebimur in te.

AB arcanæ contemplationis sublimitate ad moralem quatuor generalium virtutum doctrinam descende, atque ex quadruplici earum ratione, nos quæ perturbationibus adhuc commovemur, rege atque institue, o Sulamitis, o quæ ab omnibus perturbationibus libera, tranquillitatis & pacis nomen habes. B Et ea spectabimus in te, quæ propter nostram imperfectionem adhuc in nobis non vidimus. Quærit autem a discipulis sponsa, [a] *ecquid in Sulamitide quæ venit sicut chori castrorum*, sint conspecturæ? Quidnam conspicietis in me pacifica? (ut quæ non amplius per actionem, in hostili certamine, animi affectionem per corpus ostendo, sed ratione & scientia propter perfectionem veris in bonis permaneo) quæ ex perturbationum bello multiplex redeo, sicut chori quidam ex prœlio revertentium victoriæ præconium celebrantes. Cum enim strenue vos in certamine adversus vitia, virtutum institutis & moribus gesseritis, horum rationes uti victoriæ laudes scite concinitis.

C

Τῶν γʹ. πατέρων

Αἱ δὲ μαθήτριαι τὸν τῆς νύμφης ἔπαινον ποιεῖσθαι ἀπερχόμεναι, φασι· τί ὡραιώθησαν διαβήματά σου ἐν ὑποδήμασι θύγατερ Ναβάδ; δηλονότι θαυμάσιον κάλλος ἐνδείκνυνται αἱ κατὰ τὰς ἀρετὰς συγκαταβατικαὶ πρὸς ὑμᾶς πορεῖαί σου ἐν τοῖς τούτων κατὰ πρᾶξιν τρόποις, οὓς οἷά περ ὑποδήματα ὑποδέδονται, ἵνα διὰ σώματος δειχθῶσι ταῖς ἀτελέσιν ἡμῖν, καὶ τυπωθῶμεν πρὸς ἀρετὴν τῷ κατὰ σὲ παραδείγματι θύγατερ Θεοῦ· ὡς ἀκούουσα τῶν λόγων αὐτοῦ, οἷα πατρὸς, ὃς πάντων μὲν κἂν μὴ θέλωσιν ἄρχει· σοῦ δὲ καὶ ἑκουσίως. Ναβὰδ γὰρ ἄρχων ἢ ἡγεμὼν ἑκουσιαζόμενος ἑρμηνεύεται· οὕτω δ' εἰσὶν αἱ κατ' ἀρετὴν πορεῖαί σου ὡραῖαι· ὅτι ῥυθμοὶ μηρῶν σου ὅμοιοι ὁρμίσκοις, ἔργα χειρῶν τεχνίτου, δηλαδή. αἱ κατὰ λόγον εὔτακτοι κινήσεις τῶν περὶ τὸ ἐν γενέσει καὶ φθορᾷ καταγινομένων πρακτικῶν σου δυνάμεων· τῆς ἐπιθυμίας λέγω καὶ τοῦ θυμοῦ, ὡς ὑπὸ τεχνίτου τοῦ λόγου ἀπὸ τῶν γενητῶν καὶ φθαρτῶν πρὸς τὰ ὑπὲρ ταῦτα καμπτόμεναι, παρεικάζονται ὁρμίσκοις εἰργασμένοις ὑπὸ χειρῶν τεχνίτου, καμπτοῖς τῷ σχήματι. ὅθεν καὶ ὁ ὀμφαλός σου κρατὴρ τορευτὸς μὴ ὑστερούμενος κράματος. πάντως τὸ αἰσθητικόν σου (δι' οὗ ὡς δι' ὀμφαλοῦ τὸ ἐν μήτρᾳ βρέφος τρέφῃ, φυσικῶς τῇ κατ' αἴσθησιν θεωρίᾳ τῶν ὄντων, συλληφθεῖσα ὑπὸ τῆς πάντως μητρὸς σοφίας, καὶ τῇ κακίᾳ νηπιάζουσα) δοχεῖόν ἐστι τῆς φυσικῆς τῶν ὁρατῶν γνώσεως, καλῶς τῇ μαχαίρᾳ τοῦ πνεύματος ἐξεσμένον καὶ τῆς ἀπάτης ἀπηλλαγμένον· κἀντεῦθεν ὡς μὴ ἀλόγως τῶν αἰσθητῶν ἀντιλαμβανόμενον, οὐ ψιλὰς τὰς ἐπιφανείας τῶν ἀρετῶν ἐπιφέρεται, ἀλλὰ πάσας τοῖς πνευματικοῖς τούτων λόγοις κεκερασμένας· ἡ δὲ κοιλία σου θημωνία σίτου πεφραγμένη ἐν κρίνοις· ἤτοι, τὸ φανταστικόν σου, ὅπερ (οἷα κοιλία σὺν τοῖς περιττώμασι τοὺς ἐκ τῶν βρωμάτων χυμοὺς ἀδιακρίτους τούτων ἐπιφερομένη) ἅμα ταῖς ἐπιφανείαις τῶν ὁρατῶν τοὺς τούτων ἐπιφέρεται λόγους, ἀπόθεσίς ἐστι καὶ διαμονὴ (ὅπερ τὸ θημωνία δηλοῖ) τοῦ ἔνδοθεν τῶν φανθεισῶν ἐπιφανειῶν, ὡς ὑπὸ ἀστάχυσιν σίτου περικαλυπτομένου τῆς ἐν ὅλοις ἀληθείας λόγου, ἄχρις ἂν

Trium Patrum.

DISCIPULÆ autem sponsam sic incipiunt collaudare. *Quam pulcri facti sunt gressus tui in calceamentis, filia Nadab!* Mirabilem ostendunt pulcritudinem gressus tui, quibus te nobis per virtutum actiones accommodas, quo in earum moribus tamquam in calceamentis incedens, per corpus eas nobis imperfectis demonstres, ut ad virtutem informemur exemplo tuo, filia Dei: quippe quæ, ut patris, audis sermones ejus, qui omnibus, etiamsi nolint, tibi autem volens dominatur. Nadab enim est princeps, sive dux, qui sponte imperat. Sic autem per D virtutem pulcri sunt gressus tui, quia *concinnitates femorum tuorum* sunt *sicut monilia, quæ fabricata sunt manu artificis*. Recte videlicet rationeque compositi motus potentiarum in generatione ac corruptione consistentium (cupiditatem atque iracundiam dico) quasi ab artifice ratione, ab iis quæ generantur & corrumpuntur, ad superiora inflexi, similes sunt monilibus artificum fabrefactis & figura flexis. Quamobrem & *umbilicus tuus crater tornatilis*, non indigens poculo. Omnino vis sensitiva (per quam, ut per umbilicum infans in utero, rerum sensibilium speculatione, tu ab omnium matre sapientia comprehensa & [b] *malitia parvula* naturaliter nutriris) receptaculum est naturalis rerum visibilium cogni- E tionis, recte gladio spiritus exsectum & ab omni fraude sejunctum, ac propterea haud temere, quæ sub sensum cadunt, percipiens, non simplices virtutum species affert, sed omnes spiritalibus earum rationibus temperatas. *Venter* autem *tuus sicut acervus tritici vallatus liliis*. Vis nimirum imaginativa, quæ quidem (ut venter simul cum rebus superfluis ciborum succos ab illis indiscretos continet) una cum rerum visibilium speciebus earum rationes gerit, est repositio & conservatio (quod quidem acervus indicat) rationis rerum omnium veritatis, quæ inter species, ut inter spicas triticum, circumtecta includitur, donec per scientiam cogitatio ipsam distinguens attraxerit, nudamque ab omni in-

[a] Cant. VII. 1. [b] 1. Cor. XIV. 20.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

μετ᾽ ἐπιστήμης διακρίνασα ἐφελκύσηται αὐτὸν ἡ διάνοια, καὶ γυμνὸν παντὸς ἐπικαλύμματος καὶ προβλήματος, παραπέμψῃ τῷ νῷ. πεφυλαγμένη δέ ἐστιν ἡ ἀπόθεσις αὕτη ἡ διὰ τῶν κρίνων τοῦ ἀγροῦ παραδειγματιζομένη ἐν εὐαγγελίοις, ἀμεριμνίᾳ, ἵνα μὴ ὑπὸ τῶν τοῦ βίου διαφθαρῇ μεριμνῶν, καὶ τοῦ ἐν ταύτῃ πνευματικοῦ καρποῦ ὁ καλὸς γεωργὸς νοῦς στερηθῇ. καὶ οὕτω μὲν ἡ κοιλία σου. οἱ δὲ δύο μαστοί σου, ὡς δύο νεβροὶ δίδυμοι δορκάδος· ἤγουν, ἡ φυσικὴ καὶ ἡ ἠθικὴ διδασκαλία σου· δι᾽ ὧν τοὺς ἀτελεῖς τρέφεις ἡμᾶς, οἷά περ γάλακτι τοῖς φυσικοῖς λόγοις καὶ τρόποις πρὸς τὴν ἐν Χριστῷ τελειότητα· ἅμα ἐκ σοῦ κατὰ μὲν θεωρίαν ὀξυδερκῶς, κατὰ δὲ πρᾶξιν ὀξυδρόμως προΐασιν· ὡς μήτε τὸν λόγον ἄπρακτον, μήτε τὴν πρᾶξιν ἄλογον ἐπιδεικνυμένης. πρὸς τούτοις δὲ τράχηλός σου, ὡς πύργος ἐλεφάντινος. εἴτουν, τὸ συνάπτον τῷ νῷ τὴν αἴσθησιν λογικόν σου, καθάπερ τράχηλος τῇ κεφαλῇ τὸ λοιπὸν σῶμα· οἷα μὲν πύργος αἴρεται κατ᾽ ἀρετὴν ἀπὸ τῶν σαρκικῶν πρὸς τὰ πνευματικὰ καὶ οὐράνια· οἷα δ᾽ ἐλεφάντινος λεῖον ὑπάρχει καὶ καθαρὸν διὰ τὸ ἀπηλλάχθαι τῆς κατ᾽ ἔλλειψιν ἀρετῆς, καὶ ὑπερβολὴν μολυντικῆς τῶν ψυχῶν ἀνισότητος. καὶ ὀφθαλμοί σου, ὡς λίμναι ἐν Ἐσσεβὼν ἐν πύλαις θυγατρὸς πολλῶν. δηλαδὴ αἱ θεωρητικαὶ τῆς ψυχῆς σου δυνάμεις, οἷάπερ λίμναι συναγωγοὶ τῶν ἐν αὐταῖς εἰσρεόντων ὑδάτων συνάγουσι ἐν τῇ αὐξήσει τῆς κατ᾽ ἀρετὴν θείας καρποφορίας (ὅπερ τὸ Ἐσσεβὼν ἑρμηνεύεται) διὰ μέσων τῶν αἰσθήσεων, δι᾽ ὧν ὥς τινων πυλῶν εἰς νοερὰν ψυχὴν ἡ τῶν ὅλων γνῶσις εἰσιέναι πέφυκε, τὴν πικτομένην κατὰ θεωρίαν γνῶσιν, ἐκ τῆς διαφόρου φύσεως τῶν ὄντων. πρὸς δὲ τούτοις, μυκτήρ σου, ὡς πύργος τοῦ Λιβάνου, σκοπεύων πρόσωπον Δαμασκοῦ. δηλονότι τὸ (οἷάπερ εὐωδίαν ἀπὸ δυσωδίας, χωρίζον τὰς ὑποθήκας τῶν εἰς διακονίαν ἀποστελλομένων, διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν, λειτουργικῶν πνευμάτων, ἀπὸ τῶν ὑπερβολῶν τῶν τῆς πονηρίας πνευμάτων) διακριτικόν σου, οἱονεὶ πύργος ὑψηλότατος κατὰ τὸν Λίβανον ὄρος, ἀποβλέπον κατὰ τὸ πρόσωπον τῆς πόλεως Δαμασκοῦ, καὶ τὰς ἐκεῖθεν τῶν ἐχθρῶν ἐφόδους τῷ Ἰσραὴλ μηνύον· ἐξ ὑψηλοτάτης γνώσεως τὰς ἐπελεύσεις τε καὶ ἐνέδρας τῶν ἀκαθάρτων πνευμάτων ἀποβλέπει καὶ διακρίνει, καὶ τοὺς δόλους αὐτῶν τῷ κατὰ τὸ δυνατὸν Θεὸν ὁρῶντι νοΐ σου μηνύον, ἀνέπαφόν σε τῆς παρ᾽ αὐτῶν βλάβης διατηρεῖ. τοιοῦτον δέ σού ἐστι τὸ διακριτικόν· ὅτι κεφαλή σου ἐπὶ σὲ, ὡς ὁ Κάρμηλος. πάντως Χριστὸς ὁ νυμφίος σου, ὁ ζῶν καὶ ἐνεργὴς λόγος, καὶ διϊκνούμενος ἄχρι μερισμοῦ ψυχῆς καὶ πνεύματος, ἐπίγνωσίς ἐστιν τῆς ἐν σοὶ περιτομῆς· ὅπερ ὁ Κάρμηλος ἑρμηνεύεται· περιελών σου τὸ ἀπὸ γενέσεως τῶν παθῶν κάλυμμα τῇ μαχαίρᾳ τοῦ πνεύματος· κἀντεῦθεν τὸ ὄμμα τῆς διανοίας σου καθαρῶς ὁρᾷν δύναται τὰς μηχανὰς τῶν νοητῶν ἐχθρῶν, μή τινος πάθους ἐπισκοτοῦντος αὐτῷ. διόπερ καὶ πλόκιον κεφαλῆς σου, ὡς πορφύρα· ἤτοι, ἡ διὰ λόγων καὶ τρόπων πλεχθεῖσά σοι διδασκαλία αὐτοῦ Χριστοῦ, οἷα βασιλέως ἔνδυμά ἐστι τοῦ νοός σου περιβολή, ἐν ᾗ οὗτος παθῶν γίνεται αὐτοκράτωρ, καὶ ὑπάρχει βασιλεὺς δεδεμένος ἐν παραδρομαῖς· ἤγουν, μή τινι ὑποκείμενος πάθει· ἀλλὰ τῇ σχοίνῳ τῆς εἰρημένης θείας διδασκαλίας δεδεσμημένος ἐν παρόδοις τῆς παρούσης βιοτῆς, ἵνα μὴ καταπέσῃ τῷ κατ᾽ αἴσθησιν τῶν προσκαίρων ὀλισθηρῶν.

tegumento ac dubitatione ad mentem transmiserit. Circumvallata autem & custodita est hæc repositio tranquillitate, quæ [a] agri liliorum exemplo in evangeliis declaratur, ne istius vitæ solicitudinibus mens quasi bonus agricola spiritali ipsius fructu privetur. Atque ita quidem se venter habet. *Duo* autem *ubera tua, sicut duo hinnuli gemelli capreæ*. Naturalis & moralis doctrina qua nos imperfectos tamquam lacte, tum rationibus naturalibus tum moribus ad eam quæ in Christo est perfectionem nutrit: pariter ex te tum acute per contemplationem, tum per actionem celeriter fluit: cum neque rationem sine actione, neque actionem sine ratione doceas esse complectendam. Ad hæc, *collum tuum sicut turris eburnea*. Rationis vis, quæ ut collum capiti corpus reliquum, ita menti sensum connectit; turris quidem instar per virtutem a rebus carnalibus ad spiritales ac cælestes extollitur; levis est autem & pura quæ est ebur, quoniam ab inæqualitate quæ in excessu defectuque virtutis inest & animas inquinat, est remotissima. Et *oculi tui sicut piscinæ in Essebon in portis filiæ multorum*. Animæ tuæ potentiæ speculativæ, tamquam piscinæ aquas quæ in se influunt, colligentes; in divinæ ubertatis (id enim significat Essebon) per virtutum incrementa, sensuum opera per quos quasi per quasdam portas in animam intellectivam cognitio rerum ingreditur, ex varia rerum natura colligunt cognitionem, quæ ex contemplatione comparatur. Præterea *nasus tuus sicut turris Libani, quæ respicit faciem Damasci*. Nempe vis discernendi (quæ ut suavitatem a fœditate, sic ea quæ suggerunt [b] *ministri spiritus in ministerium missi propter eos qui salutis hereditatem consequentur*, ab iis quæ a nequitiæ spiritibus suggeruntur, dijudicat) est veluti celsissima turris super montem Libanum sita quæ respicit faciem urbis Damasci, atque inde hostium adventum indicat Israeli: spirituum immundorum impetus & insidias respicit & discernit, ipsorumque dolos menti tuæ Deum, quoad licet, intuenti denuntians, te ab eorum fraudibus & injuriis integram conservat. Talis autem est vis tua discernendi ac judicandi, quoniam *caput tuum ut Carmelus* super te, (Christus utique sponsus tuus, [c] *vivens atque efficax Verbum pertingens usque ad divisionem animæ ac spiritus*) cognitio est circumcisionis, quæ in te est (sic enim Carmelum interpretamur) amputans a te quod ab ortu habes vitiorum integumentum, gladio spiritus. Ex quo fit ut mentis tuæ oculus intelligibilium hostium astutias facile perspicere valeat, nulla perturbatione tenebras offundente. Quamobrem & *coma capitis tui sicut purpura*: Christi doctrina videlicet rationum & morum nexu contexta, tamquam regis indumentum est animi tui amictus, in quo ille perturbationibus dominatur, & est *rex vinctus in transcursibus*: hoc est, nulli subjectus perturbationi, sed divinæ illius quam diximus, doctrinæ funiculo ligatus in transcursibus præsentis vitæ, ne rerum sensibilium & caducarum lubrico prolabatur.

Τῶν γ᾽. πατέρων.

Τί ὡραιώθης καὶ τί ἡδύνθης· εἴτουν, θαυμάσιον περιεβάλου κάλλος. δηλαδὴ τὸ καθ᾽ ὁμοίωσιν τοῦ ἀρχετύπου. καθὸ τῷ νυμφίῳ συγγινομένη καὶ ἀπολαύουσα τούτου ἐπλήσθης πνευματικῆς ἀφράστου ἡδονῆς. καὶ

Trium Patrum.

Quam decora, & quam jucunda facta es. Admirabili circumdata es pulcritudine, ea nimirum quæ pervenit ad te ex similitudine & exemplari: & sponso conjuncta atque illo fruens, referta es incre-

[a] Matth. VI. 18. [b] Heb. I. 14. [c] Heb. IV. 12.

γὰρ ἀγάπη ἐν τρυφαῖς σου. δηλονότι ταῖς κατ' ἀρετήν. γευσαμένη γὰρ καὶ θεασαμένη, ὅτι Χριστὸς ὁ Κύριος, οὐκέτι φόβῳ τῷ ἀγαθῷ ἐντρυφᾷς· ἀλλ' ὅλη τῆς ἀγάπης τούτου ἐξήρτησαι, ἥτις ἔξω βάλλει τὸν φόβον. ὅθεν τὸ μέγεθός σου ὡμοιώθη τῷ φοίνικι. πάντως τὸ κατ' ἀρετὴν ὕψος σου, παρείκασται τῷ τῇ μὲν γῇ οὐκ εἰς βάθος ἐῤῥιζωμένῳ, εἰς ὕψος δ' ἱκανῶς ἀνατρέχοντι φοίνικι. καὶ γὰρ καὶ αὕτη τῶν γηΐνων διὰ τὴν ἀνάγκην τοῦ σώματος, ἄκροις τοῖς λογισμοῖς ἐπιψαύουσα, αὐτῶν ἅπτῃ τῶν οὐρανίων εἰς μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ φθάσασα. καὶ οἱ μαστοί σου, τοῖς βότρυσιν· ἤγουν, ἡ ἠθικὴ καὶ ἡ φυσικὴ διδασκαλία σου, δι' ὧν ἡμᾶς ἔτι νηπίους οὔσας γάλα ἐπότισας εἰσαγωγικῶς πρὸς θεοσέβειαν ἐκπαιδεύουσα, νῦν ὡμοίωνται τοῖς τοῦ φοίνικος βότρυσιν, ἐν τῷ ἐστιᾶν ἡμᾶς προσκοψάσας εἰς τελειότητα τὴν θειοτέραν διδασκαλίαν, ὡς μελιτώδη γλυκύτητα τῶν βοτρύων τοῦ φοίνικος. τὸ γοῦν μέγεθός σου τῆς διδασκαλίας τῷ φοίνικι παρεικάσασα ἡ μαθητευομένη σοι πληθύς, εἶπα, ἀναβήσομαι ἐπὶ τῷ φοίνικι, κρατήσω τῶν ὕψεων αὐτοῦ· καὶ ἔσονται δὴ μαστοί σου, ὡς βότρυες τῆς ἀμπέλου. δηλαδὴ ἐν ἐμαυτῇ βουλευτικῶς ἔφην, ἀνελεύσομαι μιμητικῶς ἐπὶ τὴν κατ' ἀρετὴν τῆς διδασκαλίας σου τελειότητα, καὶ τὰ κατὰ γνῶσιν ὑψηλότατα αὐτῆς καταλήψομαι θεωρήματα. αἱ φυσικῶς οἷα μαστοὶ τρέφουσαί με διδασκαλίαι σου ὑπάρξουσι πάντως ὡς βότρυες τῆς ἀληθινῆς ἀμπέλου Χριστοῦ, χορηγοῦσαί μοι τὴν κατὰ χάριν θέωσιν, ἥτις δίκην οἴνου φύσεως τὸν νοῦν ἐξιστᾷ, καὶ πρὸς τὰ ὑπὲρ φύσιν μεθίστησιν. ἐντεῦθεν δὲ καὶ ὀσμὴ ῥινός σου, ὡς μῆλα· εἴτουν, ἡ πληροῦσα νοητῆς εὐωδίας τοῦ παναγίου πνεύματος χάρις, ἣν αὐτὴ μὲν εἰσέπνευσας ἀπὸ τοῦ νυμφίου ταύτης μεταλαβοῦσα, ἐμοὶ δὲ ταύτην ἐνέπνευσας μεταδοῦσά μοι αὐτῆς· οἷά περ μῆλα τὴν ὥραν μὲν εὐπρεπῆ, εὐώδη δὲ τὴν ὀσμήν, καὶ τὴν γεῦσιν ἡδέα. εὐπρεπὴς μὲν κατὰ τοὺς τρόπους τῶν ἀρετῶν, εὔπνους δὲ κατὰ τοὺς λόγους αὐτῶν, καὶ γλυκεῖα κατὰ τὴν πεῖράν μοι ἔσεται. καὶ ὁ λάρυγξ σου, ὡς οἶνος ἀγαθὸς πορευόμενος τῷ ἀδελφιδῷ μου εἰς εὐθύτητας, ἱκανούμενος χείλεσί μου καὶ ὀδοῦσιν· ἤτοι, ὁ διδασκαλικὸς λόγος σου οἷά περ οἶνος κάλλιστος, καρδίας εὐφραντικὸς ὑπάρξει μοι, προφερόμενος ἐν τῷ ἀγαπητῷ σου· οὗ μοι αὐτὴ πόθον ἐνέσταξας εἰς ἀπλανεῖς κατ' ἀρετὴν ὁδούς· ἐν τῷ ἔχεσθαι τούτου, ὡς ἀληθείας· καὶ μὴ συγχωρεῖν με, εἰς τὰ κατ' ἔλλειψιν τῆς ἀρετῆς πάθη, ἢ τὰ καθ' ὑπερβολὴν πλαγιάζειν· πρὸς δὲ καὶ ἀρκῶν ταῖς τε ὀρεκτικαῖς μου δυνάμεσι· δι' ὧν οἷα χειλέων πᾶν ἀσπάζω μὲν τὸ κατὰ βούλησιν. καὶ ταῖς διανοητικαῖς· δι' ὧν ὥς τινων ὀδόντων πρὸς βρῶσιν πνευματικὴν τὸ δυσχερὲς τῶν νοημάτων καταλεαίνω. τῆς γοῦν πληθύος τῶν μαθητευομένων ἀπαιτησάσης τὴν διδάσκαλον ἐπιστρέψαι ἀπὸ τοῦ ὕψους τῆς μυστικῆς θεωρίας, καὶ συγκαταβῆναι κατὰ τὴν ἠθικὴν φιλοσοφίαν αὐταῖς, ὥστε θεάσασθαι ἐν αὐτῇ τὰ εἰρημένα ταύτης πνευματικὰ κάλλη, καὶ συναναβῆναι ταύτῃ διὰ μιμήσεως· πρὸς ταύτας αὐτή φησι· ἐγὼ τῷ ἀδελφιδῷ μου, καὶ ἐπ' ἐμὲ ἡ ἐπιστροφὴ αὐτοῦ. δηλαδὴ αὐτὴ τῷ ἀγαπητῷ μου ὅλην ἐμαυτὴν ἀνεθέμην, καὶ χωρὶς αὐτοῦ οὐδὲν ποιεῖν βούλομαι· καὶ ἐπ' ἐμὲ τὴν [illegible] φρονοῦσαν ἡ αὐτοῦ συγκατάβασις γίνεται, ἐπιστρέφοντος ἀπὸ τῆς ἰδίας περιωπῆς. ὅπως ὁ ἀόρατος ὁρῷτο τοῖς βουλομένοις τοῦτον ὁρᾷν. ἀλλ' οὐκ ἀνέχομαι μόνον τῆς ἱερᾶς αὐτοῦ ἀπολαύειν κοινωνίας· βούλομαι δὲ καὶ τὰς ἀτελεῖς ἔτι, παρ' αὐτοῦ σωτηρίας τυχεῖν. διὸ βοῶ καὶ λέγω·

Ἐλθὲ ἀδελφιδέ μου. καὶ τὰ ἑξ.

A dibili jucunditate spiritali. Etenim *caritas in deliciis* tuis, quæ quidem ex virtute proficiscuntur. Cum enim gustaveris atque perspexeris Christum esse Dominum; non amplius in timore illo bono versaris, sed tota ex ipsius pendes caritate quæ timorem expellit. Unde *magnitudo tua palmæ similis facta est*. Tua videlicet ex virtute sublimitas assimilata est palmæ, quæ radice haud ita in profundum tendit, sed vertice sublimis admodum extollitur. Tu item de rebus terrenis leviter cogitans, quantum corporis necessitas urget, mentis altitudine cælos attingis, cum [a] *ad mensuram ætatis plenitudinis Christi* perveneris. *Et ubera tua sicut botri*. Ubera nimirum doctrinæ tuæ tum moralis tum na-

B turalis, quibus nos adhuc infantes ad pietatem erudiens aluisti, nunc similia facta sunt palmæ botris, dum nos ad perfectionem progredientes diviniore doctrina pascis, quasi mellita botrorum palmæ dulcedine. Itaque magnitudo doctrinæ tuæ palmæ comparata, est discipularum abs te institutarum multitudo. *Dixi, ascendam in palmam, apprehendam altitudines ejus: & erunt ubera tua sicut botri vineæ*. Mecum ipsa deliberans dixi, ascendam per virtutis imitationem ad perfectionem doctrinæ tuæ: & per contemplationem apprehendam ejus sublimitatem. Et disciplinæ tuæ ubera quæ me naturaliter nutriunt, erunt omnino sicut botri veræ vitis qui Christus est: præbentes mihi gratiam divinita-

C tis, quæ vini more a natura mentem dimovet & supra naturam transfert. *Unde odor* etiam *naris tuæ sicut poma*. Gratia scilicet sancti Spiritus mentem implens suavitate, quam tu a sponso susceptam in nos effundis: sicut poma sunt tum aspectu pulcra tum odoratu suavia tum gustatu dulcia; sic ipsa nobis erit & virtutum moribus decora, & odorifera sermonum venustate, & dulcis experientiæ jucunditate. Et *guttur tuum sicut vinum bonum, vadens nepoti meo in rectitudines; sufficiens labris meis & dentibus*. Institutionis tuæ sermo qui ut vinum optimum corda afficit lætitia, erit nobis, dum pronuntiatur in dilecto tuo cujus nobis desiderium instillasti, in vias rectas: ut eum tamquam verita-

D tem amplectamur, nec per defectum aut excessum a virtutis rectitudine deflectamus: Et sufficiens nostris appetendi potentiis, quibus tamquam labris osculamur quod placuit voluntati: & intelligendi facultatibus, quibus tamquam dentibus, quæ dura sunt & ad cognoscendum difficilia, ad esum & cibum spiritalem frangimus & mollimus. Cum igitur discipularum multitudo a magistra flagitasset, ut ab arcana contemplationis altitudiue se se illis per moralem philosophiam demittens & accommodans, ita converteret, ut spiritales ejus pulcritudines quæ dictæ sunt, in illa possent intueri, & cum ipsa simul per imitationem conscenderet, ad eas ita respondet: *Ego nepoti meo, & ad me conversio ejus*.

E Ego me totam dilecto meo dedicavi: & sine ipso nihil facere constitui. Quapropter ipse quoque ad me sic affectam se demittit, a propria gloria ita se convertens; ut cum invisibilis sit, ab iis qui videre illum cupiunt videatur. Verum non patior, ut ipsa sola fruar ipsius conjunctione, sed cupio, ut etiam illi qui sunt adhuc imperfecti, salutem ab eo consequantur. Proinde clamo, & dico:

Veni, nepos mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis, mane surgamus ad vineas, vi[illegible] an vitis floruerit, an floruerit germen, [illegible] vint mala [illegible]. Illic dabo tibi ubera mea. [illegible] dragoræ dederunt odorem, & in portis nostris [illegible] nuces novas super veteres quas dedit mihi mater mea, nepos mi, servavi tibi.

[a] Ephes. IV. 13.

A

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 370.

Τῶν γ΄. πατέρων.

Λέγει οὖν ἡ νύμφη πρὸς τὰς μαθητευομένας, λοιπὸν τῷ νυμφίῳ μου καὶ τὴν αἴτησιν ὑμῶν ἀναφέρουσά φημι· ἐλθὲ ἀδελφιδέ μου, ἐξέλθωμεν εἰς ἀγρόν. εἴτουν, δεῦρο ἀγαπητέ μου, ἐξέλθωμεν ἐγώ τε ἡ μυστικῶς θεωροῦσά σε, καὶ αὐτὸς ὁ οὕτως μοι θεωρούμενος, πρὸς τὸν χορὸν τῶν μαθητευομένων μοι, ὃν ὥσπερ ἀγρόν τινα τριβόλων καὶ ἀκανθῶν τῶν συμπνιγουσῶν αὐτὸν, τοῦ βίου μεριμνῶν καὶ λογισμῶν ἐμπαθῶν, ἐξεκάθηρα· ἐξέλθωμεν δὲ φανερώσαντες αὐτῷ τὴν πνευματικὴν συνάφειαν ἡμῶν ἐν τοῖς κατὰ πρᾶξιν τρόποις τῶν ἀρετῶν. ἐξιόντες δ', ὡς εἴρηται, αὐλισθῶμεν ἐν κώμαις· ἤγουν, κατασκηνώσωμεν ἐν ψυχαῖς, τῷ ὀνόματί σου πάσας τὰς θεωρητικὰς, καὶ τὰς ὀρεκτικὰς δυνάμεις αὐτῶν, καὶ τὰς αἰσθήσεις ἐπὶ τὸ αὐτὸ συναθροιζούσαις, οἷά περ κῶμαι τοὺς οἰκοῦντας αὐτάς. αὐτὸς μὲν οἰκητήριόν σου ἐν ἁγίῳ πνεύματι ταύτας ποιούμενος, ἐγὼ δὲ ἐμαυτὴν παριστῶσα ταύταις παράδειγμα πρὸς τὴν εὐαρέστησιν. ὀρθρίσωμεν εἰς ἀμπελῶνας· αὐτὸς μὲν ὁ ἥλιος τῆς δικαιοσύνης, ἀνατέλλων φῶς γνώσεως ταῖς καρποφορούσαις ψυχαῖς τὴν τῶν πόνων ὑπομονήν· ἥτε ὥσπερ βότρυς διὰ πολλῶν θλίψεων ἀποστάζει τὸν διὰ τὴν ἐλπίδα τῆς μελλούσης μισθαποδοσίας εὐφραντικὸν τῆς καρδίας οἶνον· ἐγὼ δὲ κατὰ τὴν εἰρημένην ἀνατολὴν, τοὺς τρόπους τῆς ὑπομονῆς ταύταις ὑποδεικνύουσα τῷ κατ' ἐμὲ παραδείγματι. οὕτως δὲ ὀρθρίσαντες ἴδωμεν εἰ ἤνθησεν ἡ ἄμπελος, ἤνθησεν ὁ κυπρισμὸς, ἤνθησαν αἱ ῥοαί· ἤτοι, θεασώμεθα σύ τε ὁ ἐν τῷ κρυπτῷ βλέπων, κἀγὼ ἡ ἐν τῷ φανερῷ· ἐὰν ἡ εἰς σὲ τῶν μαθητευομένων μοι πίστις, ἥτις εἰς τὰς διαφόρους ἀρετὰς, ὡς εἰς κλήματα ἄμπελος διαιρεῖται, ἤνθησεν ἐντός τε καθ' ἕξιν τοῖς λόγοις τῶν ἀρετῶν, καὶ ἐκτὸς κατ' ἐνέργειαν τοῖς τρόποις αὐτῶν. ὁ γὰρ κατὰ τοὺς λόγους τῶν ἀρετῶν ἀνθισμὸς τῆς ψυχῆς κυπρίζει κατὰ τοὺς τρόπους αὐτῶν ἐν σαρκί. ἧς πίστεως τὸ δῆθεν μυστικὸν καὶ φανερὸν ἄνθος, ῥοῶν ἐστιν ἄνθος. αἵπερ ἐντὸς μὲν τὸ γλυκὺ τοῦ καρποῦ περιφέρουσιν· ἐκτὸς δὲ τὸ τοῦ λεπύρου πικρόν. καὶ γὰρ καὶ ὁ τῆς πίστεως καρπὸς κατὰ μὲν κεκρυμμένην τῆς ψυχῆς διάθεσιν, εὐφραντικός ἐστι, διὰ τὴν τῆς μελλούσης μισθαποδοσίας ἐλπίδα· κατὰ δὲ τὴν ἐκτὸς τῆς σαρκὸς ὀδυνηρὸς, διὰ τὸ τῆς ἀρετῆς ἐπίπονον. ἐκεῖ δώσω τοὺς μαστούς μου σοί. δηλονότι ἐν τῷ εἰρημένῳ ἀγρῷ τῶν μαθητευομένων μοι προσάξω σοι τῷ νυμφίῳ μου τὴν πρὸς ταύτας ἠθικὴν καὶ φυσικὴν διδασκαλίαν μου, ὡς διὰ τούτων αὐτὰς πρὸς τὴν μυσταγωγίαν ἀνάξασα ἐν τῷ ἀποδεῖξαι τὴν τῶν ὅλων φύσιν σε τὸν ταύτης αἴτιον αἰνιττομένην συμβολικῶς ὡς ἀλήθειαν. καὶ οὐχὶ κατὰ τοὺς ματαιόφρονας Ἕλληνας, παρασκευάζειν ταύτας ταῖς φυσικαῖς ἐννοίαις μακράν σου τῆς ἀληθείας ἀπάγεσθαι. καὶ γὰρ αἱ μανδραγόραι ἔδωκαν ὀσμήν. πάντως αἱ τῶν αἰσθητῶν ἐπιφάνειαι καὶ τὰ τῆς γραφῆς σύμβολα, ἅπερ τὸν τούτοις κατ' αἴσθησιν ἐναπομένοντα νοῦν, καὶ μὴ δι' αὐτῶν πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἐγρηγορότως διαβαίνοντα ναρκᾶν καὶ ἠλιθιᾶν, ὥς τινες μανδραγόραι, παρασκευάζουσι. παρέχον εὐωδίαν τῶν τῆς ἐν ὅλοις ἀληθείας λόγων πνευματικῶς θεωρουμένων. ἐντεῦθεν δὲ καὶ ἐπὶ θύραις ἡμῶν πάντα τὰ ἀκρόδρυα· εἴτουν, ἐπὶ ταῖς αἰσθήσεσί μου (αἵπερ, ὡς θύραι τινὲς, ἐξάγουσι μὲν ἐμὲ πρὸς ἀναζήτησίν σου, ὡς πάντων αἰτίου, διὰ τῆς τούτων φυσικῆς ἐν πνεύματι θεωρίας· εἰσάγουσι δέ σε κατὰ γνῶσιν πρὸς μὲ διὰ μέσου νοὸς) πρόχειροί εἰσι πάντες οἱ τοῖς τε συμβόλοις τῆς γραφῆς, καὶ ταῖς ἐπιφανείαις τῶν αἰσθητῶν, ἅπερ, ὡς δρύες τινὲς, ἀλογίαν Ἰουδαϊκὴν καὶ Ἑλληνικὴν ἔτρεφον, ἐγκεκεντρισμένοι τῆς ἐν ὅλοις ἀληθείας λόγοι. ὅθεν νέα πρὸς παλαιὰ ἀδελφιδέ μου ἐτήρησά σοι. δηλαδὴ

Trium Patrum.

Sponsa igitur ad diſcipulas dicit: Jam ſponſo meo preces veſtras exponam. *Veni nepos mi, egrediamus in agrum.* Age, dilecte mi, exeamus, & ego quæ te myſtice contemplor, & tu qui ſic a me ſpectaris, ad chorum diſcipularum mearum: quem ut agrum a tribulis & ſpinis, a vitæ ſolicitudinibus & pravis cogitationibus ipſum ſuffocantibus, purgavi. Egrediamur autem oſtendentes illi ſpiritalem conjunctionem noſtram in virtutum moribus per actionem expreſſis. Egredientes vero, ut dictum eſt, commoremur in villis, in animabus quæ B nomini tuo, ut villæ incolas ſuos, cunctas intelligendi appetendique potentias & ſenſus in unum cogentes dedicarunt. Has tu domicilium tibi in ſpiritu ſancto conſtitues. Ego autem illis me ipſam, quo tibi placeant, exemplum præſtabo. *Mane ſurgamus ad vineas.* Tu qui es juſtitiæ ſol, cognitionis lucem emittens in animas, laborum fructum ferentes patientiam, quæ quaſi botrus quidam per multas tribulationes, vinum [a] *lætificans cor hominis* ſtillat, propter ſpem futuræ remunerationis: Ego autem ſecundum ipſum ſolis ortum patientiæ mores illos oſtendens exemplo meo. Ita porro ſurgentes *videamus, an floruerit vinea, an germen floruerit, an floruerint mala punica:* conſpiciamus C tum ipſe qui in abſcondito vides, tum ego quæ in manifeſto, utrum diſciplinarum a me inſtitutarum fides (quæ ut vitis in palmites, ſic ipſa in varias virtutes diffunditur) floruerit intus quidem per habitum ex rationibus virtutum, foris autem per actionem ex moribus atque inſtitutis ipſarum. Nam animæ flos ex virtutum rationibus germinat per mores ipſarum in carne: cujus fidei flos tum arcanus, tum manifeſtus, eſt flos malorum punicorum, quæ intrinſecus quidem dulcem fructum continent, extrinſecus autem auſterum corticem præferunt. Etenim fidei quoque fructus in occulta quidem animæ affectione propter futuri præmii ſpem, lætitiam affert; in exteriore autem carnis ſenſu propter vir- D tutis labores præbet acerbitatem. *Illic dabo ubera mea tibi.* In agro videlicet illo quem dixi, diſcipularum mearum, proferam tibi ſponſo meo, quam inſtituendis illis adhibeo doctrinam moralem & naturalem, ut per hanc ducens eas ad diſciplinam arcanam, oſtendam rerum naturam te ſuum auctorem indicare per notas quaſdam ut veritatem, non autem ut juxta prudentium Græcorum ſtultitiam, naturali rerum cognitione ſic eas imbutum, ut procul a te veritate diſcedant. Etenim *mandragoræ dederunt odorem.* Rerum quippe ſenſibilium ſpecies, & ipſius ſcripturæ notæ quaſi mandragoræ quædam faciunt, ut mens per ſenſum illis inhærens, non autem per eas ad veritatem vigilanter aſcendens, ob- E dormiſcat, & torpore veluti ſtolida teneatur. Præbuerunt odorem rationum veritatis in rebus omnibus exhibentis, ſi ſpiritaliter conſiderentur. Quamobrem *& in portis noſtris omnes nuces.* Hoc eſt, in ſenſibus meis (qui veluti portæ quædam educunt quidem me ad te ut rerum omnium cauſſam, per naturalem ipſarum in ſpiritu contemplationem, inquirendum: introducunt autem te ad me per mentis cognitionem) promtæ ſunt omnes in rebus procreatis inſitæ veritatis rationes, quæ tamquam nuces tum per ſcripturæ notas, tum per rerum ſenſiblium ſpecies Judæorum Græcorumque ſtultitiam nutriebant. Unde *novas ſuper veteres, nepos mi, ſervavi.* Hoc eſt, recentes evangelicas rationes

[a] Pſalm. CIII. 15.

τοὺς νεάζοντας (τῇ καινοποιῷ τοῦ πνεύματος χάριτι) εὐαγγελικοὺς λόγους πρὸς τοῖς παλαιωθεῖσιν, ὑπὸ τῆς Ἑλληνικῆς καὶ Ἰουδαϊκῆς ἀγνοίας φυσικοῖς καὶ γραπτοῖς μου ἐφύλαξά σοι· τοῖς μὲν γραπτοῖς καθαρθεῖσα καὶ ἠθικῶς παιδευθεῖσα, τοῖς δὲ φυσικοῖς φωτισθεῖσα, καὶ τοῦ παντὸς αἴτιόν σε διὰ τῆς τῶν γεγονότων θεωρίας καταδοῦσα, καὶ τοῖς πνευματικοῖς τελειωθεῖσα καὶ θεολογοῦσά σου μετὰ πατρὸς καὶ πνεύματος ὁμοούσιον.

A (gratia spiritus renovante) cum antiquis Græcorum Judæorumque ignorantiæ tum naturalibus tum scriptis rationibus coacervatas servavi tibi: quoniam & per scriptas illas purgata sum ac moribus instituta, & per naturales illuminata, ut per eorum quæ facta sunt, contemplationem, te conditorem omnium auctoremque cognoscerem; & per spiritales perfecta atque absoluta, ut te cum Patre & Spiritu consubstantialem intelligerem, & prædicarem.

Τῶν γ'. πατέρων.

Τίς δῴη σε, ἀδελφιδέ μου, θηλάζοντα μαστοὺς μητρός μου; ἤγουν, ἐπειδήπερ με ἡ πρώτη σου παρουσία πρὸς τὸ ἀπολαῦσαί σου ἡτοίμασται, τίς μοι κατὰ τὴν δευτέραν σου παρουσίαν παράσχῃ σε τὸν ἀγαπητόν μου μεθ' ἡμῶν ἐν τῇ τοῦ πατρὸς βασιλείᾳ (ἥτις ἐστὶν ἡ μήτηρ ἡμῶν τῶν πιστῶν ἄνω Ἱερουσαλήμ.) πίνοντα τὸ καινὸν πόμα· ῥέον ἐξ αὐτῆς εἰς ἡμᾶς κατὰ χάριν ἀμέσως, ὡς τὸ ἀπὸ μαζῶν μητρὸς γάλα εἰς τὰ ἔκγονα ταύτης· κἀντεῦθεν τρέφον τὴν τῶν ψυχῶν ἡμῶν σωτηρίαν· τὸ τέλος τῆς πίστεως τῶν ὑπὲρ φύσιν τὴν μέθεξιν τὴν θείαν καὶ ἀνεννόητον ἡδονήν, ἣν αὐτὸς ἐμποιεῖν πέφυκε φύσει κατὰ χάριν τοῖς ἀξίοις ἑνούμενος; οὕτω γὰρ εὑροῦσά σε ἔξω φιλήσω σε, καί γε οὐκ ἐξουδενώσουσί με· ἤτοι, ἐπιγνοῦσά σε οὐχ ὥσπερ νῦν κατὰ πίστιν, ἀλλὰ κατ' εἶδος, ἐν τῇ ἔξω τῆς θεϊκῆς σου οὐσίας ἡμετέρᾳ οὐσίᾳ τὴν ἀφθαρσίαν ἡμῖν καὶ τὴν ἀτρεψίαν ἐπὶ τῆς κοινῆς δωρούμενον ἀναστάσεως, ἀπολαύσω σου, κἂν νῦν παρὰ τῶν τὰ τοῦ κόσμου φρονούντων ἐξευτελίζωμαι, ὡς διὰ τὴν περὶ σὲ διάθεσιν πάντα περιφρονοῦσα τὰ πρόσκαιρα. τίς δ' ὁ τρόπος τῆς ἀπολαύσεως ἔσται μοι; καὶ γὰρ παραλήψομαί σε, εἰσάξω σε εἰς οἶκον μητρός μου, καὶ εἰς ταμιεῖον τῆς συλλαβούσης με. ποτιῶ σε ἀπὸ οἴνου τοῦ μυρεψικοῦ, ἀπὸ νάματος ῥοῶν μου. δηλονότι σοῦ χαριζομένου μοι τὴν θέωσιν λάβω σε, ποθοῦσά σου τὴν λαμπρότητα· καὶ ἐν τῷ ταύτην θεάσασθαι εἰσαγάγω σε εἰς νοῦν, ὃς οἶκος μέν ἐστι τῆς διὰ τοῦ βαπτίσματος τεκούσης με, οἷα μητρὸς, τοῦ παναγίου πνεύματος χάριτος, ὡς ταύτης διὰ τὸ καθ' ὁμοίωσιν χωρητικός. ταμιεῖον δὲ πάλιν αὐτῆς, ὡς τοὺς ἀποκρύφους ταύτης θησαυροὺς διὰ τὸ κατ' εἰκόνα ἔχων ἀποθέτους ἐν ἑαυτῷ. ἥτις με χάρις συνέλαβε διὰ πίστεως. πρὸς τούτοις δὲ προσάξω σοι τῷ διψῶντι τὴν σωτηρίαν μου, ὥς τι πόμα, τήν τε ἀπὸ τῆς συνθέσεως τῶν ἐν πάσῃ τῇ κτίσει καὶ τῇ γραφῇ διαφόρων λόγων ἠρτημένην μοι ἄληστόν σου ὡς ἀληθείας γνῶσιν· ἥτις οἷά περ εὐώδης οἶνος ἱλαρωτέρων καρδίαν εὐφραίνει τὰς μεταλαμβανούσας ταύτης ψυχὰς, καὶ τὴν ἀενάως μοι βλύζουσαν ἀγάπησίν σου, ὡς ἀγαθοῦ, τῆς τοῦ φόβου σου ὑπεροχῆς καὶ τοῦ πόθου τῆς μετοχῆς σου, τῶν δίκην ῥοιῶν τῷ μὲν στυπτικῷ στηριζόντων με, τῷ δὲ γλυκαίνοντι εὐφραινόντων με.

Trium Patrum.

Quis det te, consobrine mi, sugentem ubera ma-
B *tris meæ?* Quoniam prior adventus tuus me ad te perfruendum præparavit, ecquis tribuet mihi secundo adventu tuo dilectum meum nobiscum in Patris regia (*quæ* [a] fidelium *est mater, superna Hierusalem*) novum bibentem poculum, quod ex ipsa in nos per gratiam sine medio quasi lac ex matris uberibus in filios ipsius fluat, atque ita salutem animarum nostrarum nutriat, finemque fidei præbeat, nempe bonorum quæ supra naturam sunt communionem, & divinam illam atque incredibilem voluptatem, quam ipse naturaliter obtinens, dignis conjunctus per gratiam impertitur? Sic enim *inveniens te foris suaviabor: & nemo sane me contemnet.* Ita cognoscens te, non ut nunc per fidem
C sed per aspectum, foris extra divinam substantiam tuam in nostra substantia incorruptionem nobis atque immutabilitatem in communi dilargientem resurrectione, perfruamur te: & *nemo quidem despiciet me*, licet nunc a mundi sapientibus spernar, quod propter amorem tuum caduca cuncta contemnam. Quis autem erit mihi fruendi modus? *Apprehendam te, introducam te in domum matris meæ & in cubiculum ejus quæ concepit me. Dabo tibi poculum de vino condito, de latice malorum punicorum meorum.* Capiam te qui mihi divinitatem elargiris, cupida splendoris tui, in eoque contemplando introducam te in mentem quæ domus est gratiæ Spiritus sancti, a qua ut a matre per baptisma
D genita sum, & propter similitudinem illius est capax. Cubiculum autem rursum est ipsius, quoniam propter imaginem thesauros ejus in se reconditos habet. Quæ quidem gratia concepit me per fidem. Ad hæc tibi sitienti salutem meam, quasi poculum quoddam offeram perpetuam tui qui veritas es, cognitionem, ex compositione diversarum rationum quæ in omnibus creaturis scripturaque sunt, instructam & concinnatam. Hæc enim, tamquam vinum odoratum lætificans cor lætitia conspergit animas, a quibus percipitur, perennemque mihi tui, ut summi boni, amorem infundit, ex præstantia timoris tui & desiderii te perfruendi: quorum quidem tamquam malorum punicorum alter acerbitate
E sua me comprimit, alterum dulcedine oblectat.

Τῶν γ'. πατέρων.

Εἶτα πρὸς τὰς μαθητευομένας αὐτῇ στρέψασα, πάλιν τὸν λόγον διδάσκει τῶν παρ' αὐτῆς πρὸς τὸν νυμφίον εἰρημένων, φάσκουσα,

Trium Patrum.

Deinde ad discipulas suas sermonem convertens, caussam exponit, quamobrem ea dixerit ad sponsum suum.

Εὐώνυμος αὐτοῦ ὑπὸ τὴν κεφαλήν μου.

Læva ejus sub capite meo.

Ἤγουν, ἐπειδήπερ αἱ τῶν ὑποδεχομένων κολάσεων τοὺς ἐξ εὐωνύμων τοῦ νυμφίου ἀπειλαί, νῦν ὑπὸ τὸ δίκην κεφαλῆς ἀρχικὸν τῆς ψυχῆς μου πάντας τὸ νοερὸν ὑποτάσσουσι τὸ αἰσθητικόν, διὰ τοῦτο ἐν ἐλπίσιν

Quia sponsi comminationes suppliciorum quæ a sinistra ejus collocandis impendent, nunc sub capite meo, sub mente videlicet quæ animæ meæ pars est præcipua, sensus subjiciunt: idcirco futurum spero,

[a] Gal. IV. 26.

εἰμὶ, ὅτι καὶ ἡ δεξιὰ αὐτοῦ περιλήψεταί με. εἴπουν, A τὰ ὑποδεχόμενα τοὺς ἐκ δεξιῶν ἐπηγγελμένα ἀγαθὰ τῆς τοῦ Θεοῦ βασιλείας, ὅλην με κατὰ τὸν μέλλοντα αἰῶνα περιέξουσι ψυχῇ καὶ σαρκὶ τὴν ἀπέραντον εὐφροσύνην παρέχοντα. πάντα δὲ τὰ εἰρημένα διδασκαλικῶς εἰποῦσα ἐπάγει·

Ὥρκισα ὑμᾶς θυγατέρες Ἱερουσαλὴμ ἐν ταῖς δυνάμεσι καὶ ἐν ταῖς ἰσχύσεσι τοῦ ἀγροῦ, ἐὰν ἐγείρητε καὶ ἐὰν ἐξεγείρητε τὴν ἀγάπην, ἕως ἂν θελήσῃ.

Ἤτοι, κατησφαλισάμην ὑμᾶς, ὡς δι᾽ ὅρκου, τῆς τῶν θείων μυστηρίων ἐξηγήσεως μαθήτριαί μου τῆς ἐν ἁγίῳ πνεύματι ὁρώσης τὸν καταλλάξαντα ἡμᾶς τῷ ἰδίῳ πατρί· ἀναδιδάξασα τὴν αἰτίαν, δι᾽ ἣν ἐν ταῖς θεωρητικαῖς, B καὶ ταῖς πρακτικαῖς δυνάμεσι καὶ ἰσχύσεσι, ταῖς ἐν τῷ παρόντι κόσμῳ δυναμέναις ἐγείρητε κατ᾽ ἀρετὴν καὶ ἐξεγείρητε κατὰ γνῶσιν ἐν ὑμῖν, καθεύδειν δοκοῦντα, ὅταν ἀγνοῆται τὸ ἀληθὲς, καὶ μὴ πράττηται τὸ καλὸν, τὸν ἀγαπήσαντα ἡμᾶς, καὶ δόντα ἑαυτὸν λύτρον ὑπὲρ ἡμῶν· ἕως ἂν εὐδοκήσῃ κατὰ τὴν δευτέραν αὐτοῦ παρουσίαν αὐτὸς τὰ κατὰ φύσιν οἰκεῖα δρᾶν ἐν ἡμῖν πάσχουσι κατὰ χάριν αὐτά· αἱ δὲ θάμβους πληρωθεῖσαι περὶ τῆς διδασκάλου φασί·

Τίς αὕτη ἡ ἀναβαίνουσα λελευκανθισμένη, ἐπιστηριζομένη ἐπὶ τὸν ἀδελφιδὸν αὐτῆς;

Δηλαδὴ, ὁποία ὑπάρχει αὕτη ἡ διδασκαλικῶς ἀ- C πὸ μυστηρίων εἰς μυστηριωδέστερα ἀναβαίνουσα; κεκαθαρμένη παντὸς ῥύπου ἁμαρτημάτων, καὶ ἐπερειδομένη ἐπὶ τὸν ἀδελφιδὸν αὐτῆς; ὁ γοῦν νυμφίος τὴν ἐπὶ ταῖς μαθητευομέναις τῆς νύμφης ὁρῶν ἐπιμέλειαν, καὶ ἀποδεχόμενος τὴν ταύτης εἰς τὸ ἀγαθὸν διέγερσιν, ἀναμιμνήσκει αὐτὴν τοῦ προτέρου βίου· ὥστε μετριοφρονεῖν, καὶ μὴ διὰ τῶν ἐπαίνων τῷ τῆς οἰήσεως πάθει περιπεσεῖν. καί φησι πρὸς αὐτήν·

Ὑπὸ μῆλον ἐξήγειρά σε.

Ἤγουν, ὑπὸ τὴν, δίκην μήλου τέρποντος, τὰς πλείους τῶν αἰσθήσεων ἁπάσας ταύτας εὐφραίνουσαν αἰσθητὴν κτίσιν καθευδούσης σου, τῇ πρὸς τὰ καλὰ D ῥᾳθυμίᾳ διὰ τὴν πρὸς τὰ ὑλικὰ σχέσιν, διήγειρά σου τὸ φρόνημα πρὸς πόθον ἐμὸν λόγοις προνοίας καὶ κρίσεως, καὶ γάρ·

Ἐκεῖ ὠδίνησέ σε μήτηρ σου. ὠδίνησέ σε ἡ τεκοῦσά σε.

Δηλονότι, ἐν τῇ σχέσει τῶν ὑλικῶν συνελάβετό σε ἡ προμήτωρ σου Εὔα, τῇ καθ᾽ ἡδονὴν γενέσει, καὶ ἀπέτεκέ σε τῇ καθ᾽ ὀδύνην γεννήσει. ὑφ᾽ ὧν συνείχου τῇ προσπαθείᾳ τῶν αἰσθητῶν, τὴν μὲν δι᾽ ἡδονὴν διώκουσα, τὴν δι᾽ ὀδύνην φεύγουσα· κἀντεῦθεν φιλονεικοῦσα τῆς ἡδονῆς τὸ τέλος, τὴν ὀδύνην φημὶ, ταύτης ἀποχωρίσαι, ὅπερ ἀμήχανον. εἰ οὖν βούλῃ E διαμένειν τῆς τοιαύτης σχέσεως ἐλευθέρα, θές με ὡς σφραγίδα ἐπὶ τὴν καρδίαν σου, ὡς σφραγίδα ἐπὶ τὸν βραχίονά σου· εἴτουν, ἐν ἐμοὶ τῷ ἀρχετύπῳ μεῖνον, τηροῦσα τῷ μὲν ἡγεμόνι σου νῷ τὸ κατ᾽ εἰκόνα κατ᾽ ἀπλανῆ θεωρίαν καὶ διάθεσιν ἐμοῦ. τῇ δ᾽ ἐνεργητικῇ σου δυνάμει, τὸ καθ᾽ ὁμοίωσιν, κατὰ πρᾶξιν ἀνυπόκριτον καὶ διάπυρον ἀποτροπὴν τοῦ κακοῦ· κἀντεῦθεν μενῶ καὶ αὐτὸς ἐν σοὶ, φυλάττων ὥς τις σφραγὶς τοῦ διανοητικοῦ σου τὴν ἕξιν καὶ τὴν ἐνέργειαν ἀσύλους τῇ σχέσει τῶν ὑλικῶν, ὅτι κραταιὰ, ὡς θάνατος, ἀγάπη, σκληρὸς ὡς ᾅδης ζῆλος. ἤτοι, ἐὰν ἐν τῇ ἐμῇ ἀγάπῃ, καὶ τῷ δι᾽ αὐτὴν ζήλῳ μενεῖς, μενῶ καὶ αὐτὸς ἐν σοί· καὶ φυλαχθήσῃ ὡς εἴρηται. ἐπειδήπερ ἡ μὲν ὁλικὴ εἰς ἐμὲ ἀγάπη ἰσχυρά ἐστιν, ὡς πᾶσαν ἐπὶ κακὸν ὁρμήν τε καὶ κίνησιν καταπαύουσα, δίκην

A ut ejus dextera (promissa nimirum regni cælestis bona quæ a dextris collocandos manent) me sit complexura, id est, comprehensura me totam in futuro sæculo, infinitam animæ & corpori lætitiam præbens. Universa igitur quæ exposita sunt cum veluti magistra dixisset, subintulit:

Adjuravi vos, filiæ Hierusalem, per potentias & fortitudines agri, si suscitetis & excitetis caritatem, donec voluerit.

Divinorum mysteriorum expositione tamquam jurejurando vos confirmavi, discipulæ meæ, quæ in sancto Spiritu video eum qui nos patri suo reconciliavit: B dum caussam ostendi, qua per intellectivas activasque potentias, perque fortitudines in hoc mundo valentes, virtute excitetis & scientia suscitetis eum in vobis (nam dormire videtur, dum ignoratur quod rectum bonumque est, nec re ipsa perficitur) qui dilexit nos & se ipsum ut nos redimeret, obtulit: donec secundo adventu suo voluerit, quæ sua per naturam sunt propria, ea in nobis per gratiam accipientibus exsequi. Discipulæ admiratione ac stupore plenæ de magistra:

Quæ est, inquiunt, *ista, quæ ascendit dealbata, innixa super nepotem suum?*

C Quænam est hæc, quæ tam perite docens, a rebus arcanis ad magis arcanas reconditasque progreditur? ab omni peccatorum macula purgata, atque innixa nepoti suo? Sponsus igitur animadvertens sponsæ in discipulis instituendis diligentiam, amplectensque illius ad bonum sedulitatem, commonet eam prioris vitæ, ut summisse de se sentiat, nec laudibus elata incidat in arrogantiam:

Sub pomo, inquiens, excitavi te.

Id est, sub rebus istis procreatis quæ suavis pomi instar sensus omnes oblectant, te desidia ad bonum D amplectendum inertem & rerum caducarum studio consopitam, excitavi, providentiæ judiciique rationibus & sermonibus impellens ad desiderium mei, etenim:

Illic peperit te mater tua. Illic peperit te genitrix tua.

In affectione scilicet rerum fluxarum concepit te prima mater tua Eva generans cum voluptate, & pariens cum dolore. Quibus affectionibus, rerum fragilium desiderio laborabas, voluptatem sequens doloremque fugiens, ad voluptatis finem ita contendens, ut a dolore velles separari: quod quidem E fieri nullo modo potest. Proinde si cupis ab istis perturbationibus esse libera, *Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum.* In me nimirum exemplari permaneto, principe quidem tui parte mente servans imaginem per veram contemplationem & desiderium mei; vi autem qua ad agendum vales, similitudinem servans per actionem minime simulatam, ardentemque declinationem a malo. Sic enim ipse quoque in te manebo, tuasque ut signaculum, tum intelligendi tum agendi potentias ut rerum fragilium & caducarum affectionibus integras conservabo. *Quia fortis est ut mors, dilectio: dura sicut infernus æmulatio.* Hoc est, si in caritate mea permanseris, & ego in te permanebo, & conservaberis; ut dictum est. Nam integra atque perfecta erga me caritas tam fortis

θανάτου. ὁ δὲ δι᾽ ἐμὲ ζῆλος ἀνένδοτος τῷ κακῷ, ὡς ἀλόγους ὁρμὰς δεσμεύων, καὶ ἀπροΐτους κατέχων οἷά περ ᾅδης. καὶ γὰρ περίπτερα αὐτῆς, περίπτερα πυρὸς, ἄνθρακες πυρὸς φλόγες αὐτῆς. δηλαδὴ τὰ ἔργα τῆς πρὸς μὲ ἐμπύρου ἀγάπης ἀναπτέρωσις ταύτης ἐστίν. αὐγαζούσης ἐν τῷ φωτὶ τῆς ἀληθείας κατὰ θεωρίαν τὸν νοῦν, καὶ ἀφανιζούσης τὴν ἄγνοιαν· κἀντεῦθεν δαπανώσης κατὰ πρᾶξιν τῶν ἐντολῶν πᾶσαν κακίαν, (οἷά περ εὔπρηστον ὕλην φλόγες) καὶ ἐπιδιδούσης εἰς αὔξησιν. διόπερ ὕδωρ πολὺ οὐ δυνήσεται σβέσαι τὴν ἀγάπην, καὶ ποταμοὶ, οὐ συγκλύσουσιν αὐτήν. ἤγουν, αἱ ῥέουσαι ὡς πλῆθος ὑδάτων ἐκ τοῦ χειμῶνος τῶν ἀκουσίων πειρασμῶν πολλαὶ θλίψεις, καὶ αἱ τούτων ἀλλεπάλληλοι ὡς ποτάμια ῥεύματα ἐπαγωγαὶ, ἐν αἷς τὰ τῆς πονηρίας πνεύματα τὴν εἰς ἐμὲ ἀγάπην σπεύδουσιν ἢ ἐκριζῶσαι τέλεον διὰ μισοθεΐας, ἢ κατακαλύψαι διὰ μισανθρωπίας, οὐ δυνήσονται οὔτε πάντη σβέσαι αὐτὴν διὰ βλασφημίας, οὔτε κατακλύσαι καὶ ἀφανίσαι δι᾽ ἀπραξίας τῶν ἐντολῶν μου· αἵπερ ἀποδεικνύουσι μὲν τὴν εἰς ἐμὲ ἀγάπην, συμφέρονται δὲ εἰς τὸν πλησίον. πλὴν ἐὰν δῴη ἀνὴρ τὸν πάντα βίον αὐτοῦ ἐν τῇ ἀγάπῃ, ἐξουδενώσει ἐξουδενώσουσιν αὐτόν· δηλονότι, ἐὰν ὁ μὴ τῇ τῶν προσκαίρων ἀπάτῃ ἐκθηλυνόμενος, παράσχῃ τοῖς δεομένοις πάντα τὰ ὑπάρχοντα αὐτῷ διὰ τὴν πρὸς μὲ ἀγάπην, εὐτελισμῷ εὐτελίσουσιν αὐτὸν αἱ ἀντικείμεναι δυνάμεις· πάντως ᾧ τὸν Ἰὼβ μετὰ τὴν ἀφαίρεσιν παντὸς τοῦ αἰσθητοῦ πλούτου αὐτοῦ ἐξηυτέλισαν, ἐξαιτούμεναι τοῦτον ἀπ᾽ ἐμοῦ εἰς δοκίμιον τῶν διὰ σαρκὸς ὀδυνῶν, καὶ τοὺς φίλους αὐτοῦ εἰς τούτου ὀνειδισμὸν ἐπεγείρουσαι. ταῦτα τοίνυν αὐτὴ εἰδυῖα, ὅταν πάσας μου τὰς ἐντολὰς τηρῇς, καὶ ὀδύνη σοι ἐπέλθῃ σαρκὸς κατὰ συγχώρησιν ἐμὴν, γίνωσκε τὸ τοιοῦτον ἐπισυμβαίνειν σοι, ἵνα σου ἡ πρὸς ἐμὲ ἀγάπη πᾶσι κατάδηλος γένηται, μὴ ἐνδιδούσης τοῖς πειρασμοῖς, καὶ οὐχὶ διὰ τὸ μὴ εἶναι πρόνοιαν ἐπὶ πάντα διήκουσαν.

A est, ut mortis instar, omnes ad malum motiones atque impetus sedet: æmulatio autem propter me malo non cedit, sed tamquam infernus rationi repugnantes motus vincit, vinctosque, ne progredi possint, coercet. *Alæ* enim *ejus alæ ignis: prunæ ignis, flammæ ejus.* Opera quippe ardentis erga me caritatis sunt hujus alæ, quæ illustrat in luce veritatis mentem per contemplationem, atque ignorantiæ tenebras discutit, & per actionem atque opera mandatorum malitiam omnem (ut flammæ materiam accensu facilem) absumit, & incrementum suggerit. Quamobrem *aqua multa non poterit exstinguere caritatem, & flumina non obruent ipsam.* Fluentes nimirum, ut aquarum copiæ, ex molestaB rum hieme tentationum multæ tribulationes, & alii super alios tamquam fluviales fluctus ingruentes earum impetus, quibus nequitiæ spiritus caritatem erga me conantur aut radicitus per impietatem in Deum evellere, aut per odium in proximum obruere; nec poterunt exstinguere ipsam per blasphemiam, nec obruere atque abolere per contemtum mandatorum, quæ caritatem tum erga me declarant, tum perficiunt erga proximum. Attamen *si dederit homo omnem vitam suam in caritate, despectione despicient eum.* Si quis rerum istarum fragilium blanditus minime effeminatus aut deceptus, propter suam in me caritatem omnia bona sua pauperibus distribuerit, adversariæ potestates eum asperC nabuntur, eo nimirum contemtu quo Job, omnibus illi divitiis ademtis, ita despexerunt, ut eum a me per carnis dolores explorandum flagitantes, etiam amicos ejus ad ipsum contumeliis vexandum incitarint. Hæc tu perspiciens, cum omnia mandata mea custodieris, & permissu meo te carnis dolor invaserit, cogita id tibi contingere, non quod providentia non sit quæ cuncta gubernet ac moderetur, sed ut tua tentationibus minime succumbentis erga me caritas fiat omnibus manifesta.

Ἀδελφὴ ἡμῶν μικρὰ, καὶ μαστοὺς οὐκ ἔχει· τί ποιήσωμεν τῇ ἀδελφῇ ἡμῶν ἐν ἡμέρᾳ ᾗ ἂν λαληθῇ ἐν αὐτῇ; εἰ τεῖχός ἐστιν, οἰκοδομήσομεν ἐπ᾽ αὐτὴν ἐπάλξεις ἀργυρᾶς· καὶ εἰ θύρα ἐστὶ, διαγράψομεν ἐπ᾽ αὐτὴν σανίδα κεδρίνην.

Soror nostra parva, & ubera non habet. Quid faciemus sorori nostræ in die, in qua verbum factum fuerit in ea? Si murus est, ædificabimus super D *eam propugnacula argentea: si ostium est, describemus super eam tabulam cedrinam.*

Τῶν γ΄. πατέρων.

Ἡ δὲ νύμφη τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησία ἤδη μὲν τὴν ἑαυτῆς παρ᾽ αὐτοῦ λαβοῦσα ἀσφάλειαν, ποθοῦσα δὲ καὶ τὴν διὰ βαπτίσματος κατὰ γνῶσιν καὶ ἀρετὴν τελείωσιν τῆς τῶν κατηχουμένων αὐτῇ Ἰουδαίων τε καὶ Ἑλλήνων ὁμηγύρεως, περὶ ταύτης φησὶ πρὸς αὐτόν· ἡ ἀδελφὴ ἡμῶν μικρὰ, καὶ μαστοὺς οὐκ ἔχει· εἴτουν, ἡ διὰ τὴν ὁμοφυΐαν ἀδελφὴ ἡμῶν χρηματίζουσα πληθὺς, ἀτελὴς ἔτι διὰ τὴν ἀπιστίαν ἐστί· καὶ διὰ τοῦτο λόγους καὶ τρόπους ἀρετῶν προσφερομένους σοι τῷ νυμφίῳ οἷα μαστοὺς ἵν᾽ ἐν τούτοις ἀπολαύσῃ τῆς σωτηρίας αὐτῆς, οὐ κέκτηται. Καὶ τί ποιήσωμεν τῇ ἀδελφῇ ἡμῶν ἐν ἡμέρᾳ ᾗ ἂν λαληθῇ ἐν αὐτῇ; δηλαδὴ τί διαπραξώμεθα ἐπὶ τῇ εἰρημένῃ ἀδελφῇ ἡμῶν ἐν ᾧ καιρῷ τὸ σὸν κατὰ πίστιν παραδέξεται κήρυγμα; εἰ τεῖχός ἐστιν, οἰκοδομήσομεν ἐπ᾽ αὐτῇ ἐπάλξεις ἀργυρᾶς· καὶ εἰ θύρα ἐστὶ, διαγράψομεν ὑπ᾽ αὐτὴν σανίδα κεδρίνην. ἤτοι, ἐὰν μὲν τῇ πράξει τῶν νομικῶν ἐντολῶν ᾠκοδόμηται, δίκην τείχους, ἐπιθήσομεν ἐπ᾽ αὐτὴν ὥσπερ ἐπάλξεις ἀργυρᾶς τοὺς τηλαυγεῖς κατὰ γνῶσιν λόγους τῶν ἐν τῷ νομικῷ γράμματι συμβόλων. ἐὰν δὲ τῇ κατ᾽ αἴσθησιν φυσικῇ θεωρίᾳ ἤνοικται· οἷα εἰσαγωγὸς γνώσεως θύρα, διαμορφώσομεν ἐν αὐτῇ οἱονεὶ σανίδα κεδρίνην, τὴν τὰς μεριζούσας τὸν

Trium Patrum.

SPONSA Christi Ecclesia, cum jam suam ipsius ab eo securitatem esset assecuta, cuperetque tum Judæorum tum gentium a se initiatorum multitudinem per baptisma ex scientia & virtute ad perfectionem pervenire, hæc de illa ad sponsum verba facit: *Soror nostra parva, & ubera non habet.* Quæ naturæ similitudine soror est nostra, multitudo, parva adhuc est propter infidelitatem; & ideo rationes & mores qui a te sponso tamquam ubera exhibentur, ut salutem suam ex illis sugat, non E habet. *Et quid faciemus sorori nostræ in die in qua verbum factum fuerit in ea?* Quid de hac quæ nostra soror dicitur, eo tempore agemus, cum per fidem accipiet prædicationem tuam? *Si murus est, ædificabimus super eam propugnacula argentea: & si ostium est, describemus super illam tabulam cedrinam.* Si legalium præceptorum observatione tamquam murus exstructa est, imponemus super eam veluti propugnacula argentea, fulgentes in legali littera mysteriorum rationes. Quod si naturali contemplatione per sensum aperta est, tamquam porta cognitionis aditum patefaciens, formemus in ea quasi tabulam cedrinam, mentem quæ sensus contrahat

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

νοῦν αἰσθήσεις συσφίγγουσαν, καὶ ἐξ ἔργων τὴν βεβαίωσιν ἔχουσαν πίστιν ἀποβαλλομένην τῇ μαχαίρᾳ τοῦ πνεύματος, πᾶσάν τε δόξαν ψευδῆ καὶ ἀρετῆς ἔλλειψιν, καὶ ὑπερβολήν. κἀντεῦθεν τὴν ἐν σοὶ τελειότητα αὐτὸς μὲν τῇ εἰρημένῃ πληθύϊ δωρήσῃ· ἐγὼ δ' ὑπουργήσω.

A imperfectos, quæque fidem ex operibus perfectam habeat, & gladio spiritus amputet tum falsas omnes opiniones, tum virtutis defectus atque excessus; quibus ex rebus perfectionem in te huic, quam dixi, multitudini, tu quidem largieris: ego autem ministrabo.

Τῶν γ'. πατέρων.

Ἐπεὶ δὲ ἤκουσε τῶν τῆς διδασκάλου νύμφης ῥημάτων ἡ ἐξ Ἰουδαίων εἰς πίστιν προσκαλουμένη ὁμήγυρις, ὅτι τε μαστοὺς οὐκ ἔχει, καὶ τὸ, εἰ τεῖχός ἐστι, περὶ αὐτῆς εἰρημένον, πρὸς ἀμφότερα ταῦτα τὴν ἀπόκρισιν ποιουμένη, φησὶν, ὡσανεὶ δεικτικῶς. ἐγὼ τεῖχος καὶ μαστοί μου ὡς πύργοι· πάντως ἡ ἐξ Ἰσραὴλ τεῖχος μέν εἰμι ὡς ᾠκοδομημένη τῇ διδασκαλίᾳ τῶν νομικῶν ἐντολῶν, τῶν, οὐ μοιχεύσεις· καὶ τὰ ἑξῆς· πύργοις δὲ ἐοίκασι τὰ δίκην μαστῶν νηπιώδη τροφὴν καὶ εἰσαγωγικήν μοι κομίζοντα σύμβολα τοῦ νομικοῦ γράμματος· ὡς ἀπόρθητόν με παραφυλάττοντα τοῖς ἐθνικοῖς ἔθεσι. καὶ γὰρ ἐγὼ ἤμην ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ ὡς εὑρίσκουσα εἰρήνην. ἤγουν, αὐτή ποτε ὑπῆρχον ἐπισκοπῆς θείας ἀξιουμένη, καὶ κἂν μὴ τότε ἐγνώκειν τὸν καταλλάξαντα ἡμᾶς τῷ ἰδίῳ πατρὶ, τὴν ἀληθινὴν εἰρήνην, ἀλλ' ὅμως ταύτην κατὰ τοὺς τύπους ἐν τοῖς προφήταις ἐγνωκυῖα ἐτύγχανον. πρὸς ταύτην δὲ διδασκαλικῶς ἡ νύμφη φησὶ, τί μοι προβάλλῃ τὰ παλαιά; ἀμπελὼν ἐγενήθη τῷ Σολομὼν ἐν Βεελαμών· δηλαδὴ πνευματικὴ φυτεία τῆς τῶν πιστῶν ἐκκλησίας, γέγονε τῷ εἰρηνικῷ βασιλεῖ ἐν πλήθει ἐθνῶν· ὅπερ τὸ Βεελαμὼν παρίστησιν· ἔδωκε τὸν ἀμπελῶνα τοῖς τηροῦσιν. εἶτουν, παρέσχε τὴν ἐκκλησίαν ἀποστόλοις καὶ διδασκάλοις τοῖς ἐγρηγόρως φυλάττουσιν αὐτὴν, ἵνα μὴ αἱ κατ' αὐτῆς ἐπεγειρόμεναι πολυειδεῖς αἱρέσεις ταύτην κατα λυμήνωνται· τὴν ἑνότητα αὐτῆς εἰς ἄλλας δόξας καταμερίσωσι. ἀνὴρ οἴσει ἐν καρπῷ αὐτοῦ χιλίους ἀργυρίους. δηλονότι ὅς τῶν τελουμένων κατηρ   τὰ τοῦ νηπίου ἐν τῷ προφερομένῳ τούτοις παρὰ τῶν τελεστῶν πνευματικῷ τῆς ἐκκλησίας καρπῷ, τῇ καθάρσει φημὶ καὶ τῇ τελειώσει, κομίζεται οἷά περ χιλίους ἀργυρίους τὴν διὰ καθαρότητος καὶ φωτισμοῦ τελειότητα. ἀκούσας δὲ ὁ νυμφίος τῆς νύμφης, περὶ αὐτοῦ πρὸς τὰς μαθητευομένας αὐτῇ λεγούσης, ὅτι ἔδωκε τὸν ἀμπελῶνα τοῖς τηροῦσιν, ἵνα μὴ δόξωσιν οἱ ἀκούοντες ἀφεστηκέναι τοῦτον τῆς τοῦ ἀμπελῶνος ἐπιμελείας, φησὶ πρὸς αὐτήν· ἀμπελός μου ἐμὸς ἐνώπιόν μου. ἤγουν, κἂν τινας φύλακας τῆς ἐκκλησίας κατέστησα, ἀλλὰ δεσπότης ταύτης ἐγὼ καὶ νυμφίος, καὶ ἡ τούτων σπουδὴ ἐν τῇ ἐμῇ ἐπισκοπῇ ἰσχύει. εἰ μὴ γὰρ ἐγὼ φυλάσσω, εἰς μάτην ἠγρύπνησεν ὁ φυλάσσων. ἡ δὲ νύμφη ἀνταποκρινομένη πρὸς τὸν νυμφίον, φησὶν, (οἱ χίλιοί σοι Σολομὼν, καὶ οἱ διακόσιοι τοῖς τηροῦσι τὸν καρπὸν αὐτοῦ· ἤτοι, ἡ μὲν τελειότης σου τοῦ τελειωτοῦ δῶρόν ἐστιν εἰρηνικέ τε καὶ εἰρηνοποιέ. ἡ δ' εἰς ἑαυτὴν τῆς φύσεως ἡμῶν ἀποκατάστασις, διὰ τῆς τῶν σῶν ἐντολῶν ἐργασίας, ἥπερ ἐστὶν ἡμῶν τῆς ἐκκλησίας καρπὸς τῆς πρὸς νυμφίον·)

Trium Patrum.

Multitudo ex Judæis ad fidem vocata, cum de se verba illa (*ubera non habet*. Et: *si murus est*,) a magistra sponsa dici animadvertisset, ad utrumque respondens jactabunda quodammodo, *Ego*, inquit, *murus*; *& ubera mea sicut turres*. Murus sum ego B plane ex Israelitis conflata multitudo, utpote exædificata legalium mandatorum disciplina; quale est illud: [a] *Non mœchaberis*: & reliqua. Turribus autem videntur similes figuræ & notæ illæ legalis litteræ, quæ mihi uberum instar cibum infantibus & rudibus nutriendis atque imbuendis idoneum subministrant: meque gentium moribus inexpugnabilem custodiunt. Etenim (*ego fui in oculis ejus*, *quasi reperiens pacem*.) Ego profecto visitatione divina digna quondam fui. Ac tametsi veram pacem nos proprio patri reconciliantem non agnovi, eam tamen per figuras in prophetis didiceram. Ad hanc sponsa, uti magistra: Quid, inquit, mihi vetera proponis? *Vinea fuit Salomoni in Beelamon*: spiri- C talis scilicet plantatio fidelium Ecclesia facta est *pacifico regi in multitudine gentium*: id enim significat Beelamon. *Tradidit vineam custodibus*: Id est, commisit Ecclesiam Apostolis & doctoribus, qui vigilanter custodiunt eam: ne variæ adversus illam hæreses insurgentes eam vastent, atque unitatem ipsius in diversas secent opiniones. *Vir afferet pro fructu ejus mille argenteos*. Is nimirum qui ex numero perfectorum, destructis quæ erant parvuli in afferendo his: ab initiatoribus spiritali Ecclesiæ fructu, purgatione scilicet & perfectione, fert tamquam ille argenteos purgationis atque illuminationis perfectionem. Audiens vero Sponsus Sponsam de se discipulabus suis dicentem, quod tradidisset vineam D custodibus; ne forte putarent qui audiebant, deseruisse illum vineæ curam, ait ad eam: *Vinea mea mibi coram me*. Id est, tametsi quosdam custodes Ecclesiæ adhibui; attamen dominus ejus ipse sum atque Sponsus; & horum solicitudo per meam viget tutelam: nisi enim ego custodiero, [b] *frustra vigilat qui custodit*. At Sponsa vicissim respondens ad Sponsum ait: *Mille tui*, *Salomon*; *& ducenti iis qui custodiunt fructum ejus*. Videlicet: perfectio quidem munus est tuum qui perfectos efficis, o Pacifice ac pacis conciliator: revocatio autem nostræ naturæ ad statum suum, fit per mandatorum tuorum adimplementum, quod ipsum nimirum est fructus Ecclesiæ nostræ, quæ ad Spon- E sum pertinet.

Καὶ ὁ καθήμενος ἐν κήποις (ἑταῖροι προσέχοντες) τῆς φωνῆς σου ἀκούτισόν με. φύγε ἀδελφιδέ μου, καὶ ὁμοιώθητι τῇ δορκάδι ἢ τῷ νεβρῷ τῶν ἐλάφων ἐπὶ ὄρη ἀρωμάτων.

Qui sedes in hortis (amici attendentes) vocem tuam audire me facito. Fuge, dilecte mi, assimilare capreæ, binnulove cervorum super montem aromatum.

Τῷ νυμφίῳ καὶ ταῦτα προσδιαλέγεται, καὶ λέγει αὐτὸν ἐν κήποις καθῆσθαι. κῆποι δέ εἰσιν οἱ θεῖοι ναοὶ, οἱ τῶν μαρτύρων σηκοὶ, τῶν τὸν μονήρη βίον ἐπανῃρημένων τὰ συστήματα. ἐν τούτοις λέγει πρὸς χιλίους ἀποτελοῦσιν, καὶ παρακαλεῖ αὐτὸν μὴ μόνον

Ad sponsum hæc item loquitur, quem in hortis sedere dicit. Horti autem divina sunt templa, martyrum monumenta, eorum qui solitariam amplexi sunt vitam, conventus. In his mille argenteos pro fructu vineæ afferentibus, sponsum asserit habitare:

a Exod. xx. b Psalm. cxxvi. 1.

ταῖς ἀγγελικαῖς δυνάμεσι προσδιαλέγεσθαι, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τῆς ἡδίστης αὐτοῦ φωνῆς ἀξιῶσαι· καὶ μὴ περιϊδεῖν ποθοῦσαν καὶ διψῶσαν ἐντρυφῆσαι αὐτοῦ τοῖς λόγοις. παρακελεύεται δὲ αὐτῷ φυγεῖν· φυγεῖν δὲ τίνας; ἢ τὰς πονηρὰς τῶν αἱρετικῶν συμμορίας, καὶ τὰς ἠκονημένας κατὰ τῆς εὐσεβείας γλώσσας. ἐκείνας αὐτὸν παρακαλεῖ φυγόντα καὶ βδελυξάμενον, ὁμοιωθῆναι δορκάδι ἢ νεβρῷ ἐλάφων, καὶ διαβῆναι ἐπὶ τὰ ὄρη τῶν ἀρωμάτων, καὶ διαφθεῖραι μὲν ἐλάφῳ παραπλησίως τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας θηρία· προϊδεῖν δὲ τῶν ἀδικίαν εἰς τὸ ὕψος λαλούντων τὴν ἀσέβειαν, ἐλθεῖν δὲ ἐπὶ τὰ ὄρη τῶν ἀρωμάτων, τοὺς ὑψηλοὺς μὲν τὴν διάνοιαν, καὶ δίκην ὀρῶν ὑπερέχοντας τὰ κοῖλα, φύοντας δὲ καρποὺς ἀρωμάτων εὐοσμίαν ἀφιέντας. ὡς δυναμένους λέγειν κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον, Χριστοῦ εὐωδία ἐσμέν. γένοιτο δὲ καὶ ἡμᾶς καὶ ἀρωμάτων ὄρη γενέσθαι, ἵνα τοῦ νυμφίου δεξώμεθα τὰ πηδήματα, καὶ τὸν μακαρισμὸν ἐκεῖνον δρεψώμεθα· Μακάριος ἀνὴρ οὗ ἐστιν ἀντίληψις αὐτῷ παρὰ σοῦ, αἱ ἀναβάσεις σου ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ.

A atque illum obsecrat, ut non solum cum Angelicis virtutibus colloquatur, sed se ipsam quoque voce sua dignam efficiat, neve contemnat se quæ desiderio sitique ardet fruendi sermonibus ipsius. Orat ipsum præterea, ut fugiat. Quos autem fugiat? nisi pravos hæreticorum cœtus, & acutas adversus pietatem linguas? His declinatis & spretis, hortatur ut capreæ aut hinnulo cervorum similis, fugiat atque in montes aromatum ascendat, & hinnuli more spiritales nequitiæ feras absumat. Prospiciat autem impietatem eorum [a] *qui in sublime loquuntur iniquitatem*, & ad montes aromatum veniat. Ad eos nimirum qui tum excelsa mente sunt præditi, ac veluti montes inter valles excellunt: tum fructus B ferunt aromatum fragrantiam redolentes; ut cum beato Paullo possint dicere; [b] *Christi bonus odor sumus*. Faxit autem Deus, ut nos item simus montes aromatum, qui sponsi saltus suscipiamus, & beatitudinem illam assequamur: [c] *Beatus vir, cujus est auxilium abs te: ascensiones tuæ in corde ejus.*

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

a Psalm. LXXII. 8. b II. Cor. II. 15. c Psalm. LXXXIII. 6.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 370.



FRAGMENTA EX OPERIBUS S. GREGORII NYSSENI DEPERDITIS.

I.

Supplementum textus Græci Orationis adversus fornicarios, *ex Vaticano codice num.* 445. *quod in edita Appendice operum* Nysseni *desideratur.*

Apud Zacagnium Collect. Monum. Eccl. Gr. *pag.* 353.

Φθείρει τοῦτον ὁ Θεός. ἐβουλόμην ὑμῶν μηδὲ πρὸς A μικρὸν διαζεύγνυσθαι· τί γὰρ γλυκύτερον πατρὸς συνουσίας ἀγαπωμένων υἱῶν; ἀλλ᾽ ἐπειδὴ καλεῖ πρὸς ἀγῶνας τῆς εὐσεβείας ὁ λόγος, δεῖ δραμεῖν πρὸς τὰ σκάμματα, τῆς ἐκκλησίας εὐχῶν συνεργοὺς εἰληφότας. ἀλλ᾽ ἐκεῖνο παρακαλῶ τὴν ὑμετέραν ἀγάπην· φυλάττετε τὴν ἐκκλησιαστικὴν εὐταξίαν, κἂν τινες ταραχὰς παρεμβάλλωσι, νικᾶτε μακροθυμίᾳ τὰς ταραχάς· ἔσται γὰρ οὐκ εἰς μακρὰν τῶν θορύβων διόρθωσις. μὴ ταράττεσθε φήμαις, μὴ φλυαρίαις παρακινεῖσθε, ἀλλ᾽ εὐχὰς ἡμῖν [1] συνοπόρους πέμψατε, ἵνα ταῖς εὐχαῖς ὑμῶν δυναμώμενοι, εἴπωμεν ἐν παντὶ καιρῷ, παρὰ τῆς θείας βοηθούμενοι ἰσχύος· πάντα ἰσχύω ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί με Χριστῷ· τῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. B

Perire sinit hunc Deus. Optabam a vobis ne parumper quidem disjungi: quid enim suavius paterna conversatione amatis filiis? Sed quoniam invitat ad agones pietatis ratio, necesse est ad stadia currere, assumtis Ecclesiæ precum adjutoribus. Verumtamen hoc postulo a caritate vestra: tuemini ecclesiasticam disciplinam: tametsi turbæ quædam oboriantur, vincite longanimitate hujusmodi turbas; haud enim ita multo post quiescent tumultus hi. Ne terreamini rumoribus, neu vanis commoveamini garritibus: sed orationibus nos opportunis deducite, quo precibus vestris roborati, dicamus omni tempore divina adjuti virtute: [a] *Omnia possum in eo, qui me confortat*, Christo: cui est gloria in sæcula sæculorum. Amen.

II.

Ex sermone in Orationem dominicam.

Apud Mich. Lequien. Dissertat. I. Damasc. §. xlvii. *pag.* xxii.

Ὅ, τε γὰρ υἱὸς ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐξῆλθεν, καθώς φησιν ἡ γραφή, καὶ τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ παρὰ Πατρὸς ἐκπορεύεται· ἀλλ᾽ ὥσπερ τὸ ἄνευ αἰτίας εἶναι, μόνου τοῦ Πατρὸς ὄν, τῷ υἱῷ καὶ τῷ πνεύματι ἐναρμοσθῆναι οὐ δύναται, οὕτω τὸ ἔμπαλιν τὸ ἐξ αἰτίας εἶναι, ὅπερ ἴδιόν ἐστι τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος, τῷ Πατρὶ ἐπιθεωρηθῆναι φύσιν οὐκ ἔχει. κοινοῦ δὲ ὄντος τῷ υἱῷ καὶ τῷ πνεύματι τοῦ μὴ ἀγεννήτως εἶναι, ὡς ἂν μή τις σύγχυσις περὶ τὸ ὑποκείμενον C θεωρηθείη, πάλιν ἐστὶν, ἄμικτον τὴν ἐν τοῖς ἰδιώμασιν αὐτῶν διαφορὰν ἐξευρεῖν, ὡς ἂν καὶ τὸ κοινὸν φυλαχθείη, καὶ τὸ ἴδιον μὴ συγχυθείη. ὁ γὰρ μονογενὴς υἱὸς ἐκ τοῦ Πατρὸς παρὰ τῆς ἁγίας γραφῆς ὀνομάζεται, καὶ μέχρι τούτου ὁ λόγος ἵστησιν αὐτῷ τὸ ἰδίωμα. τὸ δὲ ἅγιον πνεῦμα, καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς λέγεται, ΚΑΙ ΕΚ ΤΟΥ ΥΙΟΥ ΕΙΝΑΙ προσμαρτυρεῖται. εἰ γάρ τις πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, φησίν, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ. οὐκοῦν τὸ μὲν πνεῦμα, ἐκ τοῦ Θεοῦ, καὶ Θεοῦ πνεῦμά ἐστιν. ὁ δὲ υἱὸς ἐκ Θεοῦ ὤν, οὐκέτι καὶ τοῦ πνεύματος, οὔτε ἐστὶν, οὔτε λέγεται. οὐδὲ ἀντιστρέφει ἡ σχετικὴ ἀκολουθία αὕτη. D

Nam & Filius exivit a Patre, ut ait scriptura, & Spiritus ex Deo & Patre procedit. Sed quemadmodum sine principio esse, cum sit Patris solius, Filio & Spiritui sancto convenire non potest; sic contra a principio esse, quod est proprium Filii & Spiritus, in Patre considerari natura non patitur. Jam cum Filio & Spiritui sancto commune sit, ut non ingenito modo exsistant, ne qua in subjecto confusio spectetur; rursus incommunicabilem in eorum proprietatibus differentiam invenire possumus: ut & quod commune est servetur, & quod proprium est non confundatur. Etenim unigenitus Filius ex Patre in scriptura sacra dicitur, & hactenus ejus proprietatem illius doctrina definit. At Spiritus sanctus & ex Patre dicitur, ET EX FILIO ESSE perhibetur. [b] *Si quis* enim, ait, *Spiritum Christi non habet, hic non est ipsius*. Igitur Spiritus qui ex Deo est, etiam Dei Spiritus est. At Filius, cum ex Deo sit, non jam tamen Filius Spiritus aut est, aut dicitur: neque hæc relativa consequutio convertitur.

III.

Ex sermone in illud: Hic est filius meus dilectus.

Apud S. Joannem Damascenum *ex* Sacr. Parallel. *tom.* II. *pag.* 773.

Τί τὸ πιστεύειν ἀφέντες, τεχνολογοῦμεν τὴν πίστιν, καὶ πληροῦμεν τὴν ἐπιθυμίαν τοῦ κοινοῦ δυσμε-

Quid est, quod dimissa fide artificiosos de fide sermones nectimus, & communis hostis desiderium

a Philipp. iv. 14. *b* Rom. viii. 9.

1. Ex conjectura viri docti & interpretis legendum videtur συνοδοιπόρους.

νοῦς; λογισάμενος γὰρ ὁ διάβολος ὁ κοινὸς τῆς ἀνθρωπότητος λυμεὼν, ὅτι γαλήνης ἐν ἡμῖν πολιτευομένης, τὰ τῆς εὐσεβείας ἀνθεῖ, τῆς πίστεως δὲ κρατούσης, εὐζωΐα κρατεῖ, φίλοι τε τοῦ δημιουργοῦ γινόμεθα, ἵνα μὴ ἐπέλθωμεν, ὅθεν ἐκεῖνος ἐξέπεσεν, ὁρᾶτε τί πεποίηκε, καὶ πῶς πανούργως τὸν καθ' ἡμᾶς ἐῤῥαψώδηκε πόλεμον. ὁ μηχανοῤῥάφος τῶν κακῶν, καὶ σοφὸς ἐν ἀπάταις, καὶ ποικίλος ἐν ἐπιβουλαῖς, καὶ πλούσιος ἐν τοῖς κακοῖς μηχανήμασι, παρασκευάζει τινὰς ἐν προσχήματι τῆς εὐσεβείας στρατεύσασθαι κατὰ τῆς πίστεως, καὶ πᾶσι τοῖς εὐσεβέσι δι' αὐτῶν ἄκαιρον φιλονεικίαν, καὶ ψυχοφθόρον ἐνέβαλε πόλεμον, καὶ τῆς ἐκκλησίας τὰ μέλη κατ' ἀλλήλων ἐστράτευσε. στρέψωμεν τοίνυν κατὰ τῆς αὐτοῦ κεφαλῆς τοῦτο δὴ τὸ σοφὸν, καὶ τὴν εὐφροσύνην αὐτοῦ μεταβάλωμεν B εἰς ὀδύνην, καὶ πένθος ἀπαρηγόρητον. [1] πενθήσωμεν τὴν εἰρήνην, ἣν ἐκεῖνος μισεῖ. καταλείψωμεν τὸ ζυγομαχεῖν, καὶ σταθμίζειν τὰς λέξεις τοῦ δόγματος. παυσώμεθα τοῦ θέλειν εἶναι τῶν διδασκάλων διδάσκαλοι. μισήσωμεν τὸ λογομαχεῖν ἐπὶ καταστροφῇ τῶν ἀκουόντων. πιστεύσωμεν ὡς οἱ πατέρες ἡμῶν παραδέδωκαν. οὐκ ἐσμὲν τῶν πατέρων σοφώτεροι· οὐκ ἐσμὲν τῶν διδασκάλων ἀκριβέστεροι. ἐν εἰρήνῃ ἐκάλεσεν ἡμᾶς ὁ Θεὸς, οὐκ ἐν μάχῃ. ὡς ἐκλήθημεν, οὕτως προσμείνωμεν τῇ μυστικῇ τραπέζῃ, ἐν ᾗ τῶν οὐρανίων μεταλαμβάνομεν. μὴ γινώμεθα κατὰ ταυτὸν ὁμοτράπεζοι, καὶ ἀλλήλων ἐπίβουλοι· μὴ ἐνταῦθα C κοινωνικοὶ, καὶ ἔξω ἐπίβουλοι.

A implemus? Diabolus siquidem humanitatis communis vitiator hoc secum reputans, quod si tranquilli agamus, religio floreat; invalescente vero fide, vivaciores fiamus & amici conditoris evadamus: ne illuc unde excidit perveniamus, videte quid egerit, & quam astute bellum adversum nos struxerit. Malorum machinator ille, dolisque sagax, versutus in insidiis, & pessimis artibus locuples quosdam subornat, qui assumta pietatis specie fidei bellum inferant: omnesque religionis cultores horum importuna contentione in perniciem animarum infesto prœlio adoritur, quo ecclesiæ membra manus inter se conserant. Quamobrem in caput improbi sapientiam hanc convertamus, ejusque gaudium in dolorem & B luctum solaminis expertem mutemus. Pacem quam ille odit, amplectamur. A contentionibus abstineamus, & a dogmatum vocibus expendendis. Nequaquam ultra magistrorum esse magistri velimus. Disceptationes oderimus, quibus auditores subvertantur. Ita credamus, uti patres nostri tradiderunt. Patribus nostris sapientiores non sumus: non doctoribus accuratiores. [a] *In pacem nos vocavit Deus*, non in pugnam. Quemadmodum sumus vocati, sic mysticæ mensæ adhæreamus in qua cælestia participamus. Non committamur, ut penes idem mensa una fruamur, ac nobis invicem insidiemur: non C heic communionis socii, ac foris insidiatores.

IV.

Ex sermone in Mariam & Joseph.

Apud LEQUIEN. *ad opp.* S. JOAN. DAMASC. *tom.* I. *pag.* 258. *not.* 2.

Πρωτότοκος ὁ κύριος ἤκουσεν ἐκ τῆς παρθένου· οὐχ ὅτι δεύτερόν τινα ὁμοιογενῆ προσεκαλέσατο, ἀλλ' ὅτι πρωτότοκος ἀσυγκρίτως ἐστὶ πρὸς τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. οὐδὲ γὰρ διὰ τὸ εἰπεῖν ὁ ἀπόστολος περὶ τῆς τοῦ κυρίου ἐκ πατρὸς ἀνάρχου γεννήσεως, ὅς ἐστι πρωτότοκος πάσης κτίσεως, ἤδη καὶ ἀδελφὸν τοῦ κυρίου συνεγράψατο. οὐδ' αὖ πάλιν ὁ αὐτὸς, πρωτότοκον ἐκ τῶν νεκρῶν καλέσας, ἤδη καὶ ὅμαιμον τοῦ κυρίου παρεισήγαγε, παραπλησίως τὸν ᾅδην πατήσαντα. ἀλλὰ πρωτότοκος ὁ κύριος ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ ἐκ τῆς παρθένου καὶ ἐκ τῶν νεκρῶν, ἵνα διὰ πάντων γνωσθῇ τὸ μοναδικὸν τῆς υἱότητος ἀξίωμα. ἀσύγκριτος γὰρ ὁ δεσποτικὸς τόκος. ὅπου γὰρ ἡ μήτηρ παρθένος, πῶς τόκος ἑρμηνευόμενος.

Dominus primogenitus ex Virgine audiit, non quia posteriorem quemdam generis ejusdem adscivit; sed quia sine ulla comparatione cum filiis hominum primogenitus est. Neque enim ex eo quod Apostolus de æterna Domini ex Patre generatione dicit, [b] *Qui est primogenitus omnis creaturæ*, jam & ullum Domini fratrem una significavit. Nec rursus cum idem eum [c] *primogenitum ex mortuis* nuncupavit, jam & Domini germanum qui consimili modo infernum calcaverit, innuit. Verum Dominus, primogenitus ex Patre & ex Virgine, & ex mortuis dicitur, ut undequaque singularis ejus excellentia cognoscatur: nam extra comparationem est Do- D mini partus: ubi quippe Virgo mater est, qua ratione explicari partus possit.

V.

Apud S. JOANNEM DAMASCENUM *lib.* contra Jacobitas.
opp. tom. I. *pag.* 424.

[2] Τοῦ ἁγίου Γρηγορίου ἐπισκόπου Νύσσης, ἐκ τῆς πρὸς Φίλιππον μονάζοντα ἐπιστολῆς.

Τὰ μὲν ὁμοούσια ταυτότητα κέκτηται· τὰ δὲ ἑτεροούσια τὸ ἀνάπαλιν. κἂν γὰρ ἀῤῥήτῳ ἑνώσει τὰ ἀμφότερα ἓν, ἀλλ' οὐ τῇ φύσει, διὰ τὸ ἀσύγχυτον. ὁ τοίνυν Χριστὸς δύο ὑπάρχων φύσεις, ἀλλ' ἐν αὐταῖς ἀληθῶς γνωριζόμενος, μοναδικὸν ἔχει τῆς υἱότητος τὸ πρόσωπον.

Sancti GREGORII NYSSENI, *ex epistola ad* Philippum monachum.

Quæ sunt ejusdem substantiæ, hoc habent, ut sint idem: contra autem, quæ diversæ. Etsi enim ambo unione quæ exprimi non possit, unum sunt, non tamen natura, quia non confusæ. Christus itaque cum duæ naturæ sit in quibus vere cognoscatur, & singularem filiationis personam habet.

a 1. Cor. VII. 15. *b* Coloss. I. 15. *c* Ibid ✝. 18.

1. Πενθ.] Lego, ποθήσωμεν. LEQUIEN.

2. Τοῦ ἁγ. Γρηγ.] Idem fragmentum recitat Leontius *contra Nestorianos & Eutychianos*: illudque ex vetusto ms. codice Græco Venetæ bibliothecæ vulgavit V. C. Antonius Bongiovanni in *Supplem. Concil.* Lucensi, tom. VI. pag. 449. Argumentum autem epistolæ in laudato codice ita effertur: Περὶ τῆς τῶν Ἀρειανῶν ἀντιθέσεως, ἧς ἡ ἀρχή· ἡ κακία γεννωμένη ἐστὶ ψυχῆς. *De Arianorum objectione, cujus initium*: ANIMÆ VITIUM EST. Ex quibus videas, quid sentiendum de Lequienii censura, qui paullo post ad l. c. Damasceni pag. 426. auctorem hujus epistolæ Chalcedonensis synodi ætate recentiorem existimat, adeoque immerito Gregorii Nysseni nomen præferre.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.



VI.

Ἐκ τῆς βίβλου τῆς λεγομένης Θεογνωσίας.

Ex libro inscripto de cognitione Dei.

Apud EUTHYMIUM ZIGABENUM Panopl. Dogmat. *part.* I. *tit.* I. *pag.* I. *edit. Venet.* 1575.

Quod si ex simplicium elementorum, terræ, A aquæ, aeris, ignis permixtione, aut ex corpusculis individuis omnia quæ in mundo sunt constent, ut asserit Epicurus; quod genitum est non genito, quodque factum effectore, sine ulla dubitatione tanto præstantius atque præclarius deprehendetur, quanto simplicibus elementis & corpusculis illis, quas atomos dicunt, homo præcellit. Præterea quomodo quæ natura inter se contraria sunt, aut sine detrimento ad unius orbis perfectionem concurrerunt: aut sine consilio rationeque conveniente inter se & congruere potuerunt: aut homini rationem inserere, qua ipsa carent omnino, quippe quæ animi ac sensus expertia sint? Quid? nonne oportebat, cui naturæ suæ plurimum tribuissent, qualis est elephas, aut si quod animal elephante majus est, id minoribus animalibus ut ducem regemque præstare? Nunc autem homo, elephante corporis magnitudine ac robore multis partibus inferior, imperat illi propter rationem qua ab opifice suo plane ditatus est. Jam quei fieri potest, ut ex iis quæ casu temereque feruntur, consistant ea quæ ordine constituta sunt?

Ibid. tit. VIII. *pag.* 25. *seqq.*

Omnia quæ sequuntur capita, excepto quinto quod est Basilii magni, *sumta sunt ex libro qui inscribitur* de cognitione Dei, *cujus auctor esse fertur* GREGORIUS NYSSÆ *pontifex.*

Lex & Prophetæ, quorum plenitudo Christus B est, omnia quæ tum ad ipsum Christum, tum etiam ad sanctam pertinent Trinitatem, subtiliter perscripserunt. Sed divina factum est providentia, ut multo fuse sparsa disseminataque sint, & obscure posita; ne cum adhuc essent infantes Judæi, nec quæ sublimiora sunt possent percipere, ad indignas opiniones declinarent, & quod ab omni affectione remotissimum est, affectionibus obnoxium arbitrarentur. Etenim cum Deus in Horeb eos alloqui cœpisset, ejusmodi oratione suam imbecillitatem excusarunt: [a] *Non pergemus*, inquientes, *audire vocem Domini Dei nostri, nec ignem hunc magnum videbimus amplius, ne moriamur. Et dixit Dominus ad me:* (hæc sunt verba Mosis scribentis) *Bene* C *omnia sunt locuti. Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tibi, & ponam verba mea in ore ejus, & loquetur ad eos omnia quæ præcepero illi.* Hæc quidem ita se habent. Verborum autem hæc est sententia. Quoniam ipsi me nequeunt audire, *Prophetam suscitabo eis*, (& quæ sequuntur) qui nuntiabit illis ea quæ, ut nunc quidem res est, intelligere non possunt. Quæ nimirum ad Patrem & Filium & Spiritum sanctum, & ad divinam humanæ naturæ pertinent assumtionem, & alia quæ per Evangelium promulgata sunt. Illud enim *similem tibi*, similitudinem in legibus sanciendis potissimum indicat. At Jesus Nave neque ad talia visa & oracula, ut Moses, admissus D est, neque legislator, ut ille, fuit, neque tantam iniit gratiam, quantam ille. Christus vero cum in ferendis legibus illi similis fuerit; in reliquis, uti Dominus, antecelluit. Quod autem filius Nave non sit ille Propheta quem Deus pollicitus est, ita collige. Dixit Moses ad populum in Deuteronomio: [b] *Prophetam e fratribus nostris suscitabit tibi Dominus Deus tuus.* At filius Nave multo ante per manus Mosis a Deo fuerat declaratus, ut in Levitico legimus. Alius ergo præter hunc erat suscitandus. Judæi vero quæ in Deuteronomii fine post mortem Mosis scripta sunt, videntur ignorare. Sic autem habent: [c] *Non surrexit Propheta in Israele sicut Moses, quem novit Dominus facie ad faciem.* Consentaneum quidem erat, ut cum Deus Mosi dixisset, se Prophetam suscitaturum eis, tunc ipse Moses populo denuntiaret. At cum id in Horeb accepisset, postea in Deuteronomio ad populum refert dedita opera exspectans Jesu filii Nave declarationem, ne hunc esse Prophetam illum similem sibi suspicarentur. Postea quam vero declaratus est Nave filius, tum demum illud populo exponit. Et de hoc quidem hactenus. Cum autem innumerabilia prope loca sint in sacra Scriptura, quæ vel ante denuntiant ea quæ ad Christum pertinent, vel indicant illa quæ ad sanctam spectant Trinitatem; nos omittemus multa, & ea præcipue quæ isti maligne detorquentes conantur aliter interpretari, ne improbe contradicendi occasionem præbeamus. [d] *Omnes enim Israelitæ*, ut inquit Ezechiel, *sunt contentiosi, & duri corde*; Pauca tantum eaque adeo perspicua, ut refutari nequeant, proponemus, quæ vel persuadeant, vel eos pertinaces & obstinatos atque dementes esse convincant.

Libri Geneseos.

[e] *Et dixit Deus: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* Pater nimirum eos alloquitur, qui ex ipsius sunt essentia, quos in summa procreationis mundi dignitate socios habet. Neque vero referenda sunt hæc ad Hebræi sermonis proprietatem, qua numerus plura indicans pro illo qui unum significat, usurpatur. Nam si hac loquendi consuetudine uti voluerimus, ubi non oportet, confusione replebimus contradicentes.

Ex eodem libro.

[f] *Et dixit Deus: Ecce Adam factus est, sicut unus e nobis;* qui sumus nimirum in una divinitate personarum. Hoc enim etsi cum ironia dictum

a Deut. XVIII. 16-18. *b* Ibid. ℣. 15. *c* Deut. XXXIV. 10. *d* Ezech. III. 7. *e* Gen. I. 26. *f* Gen. III. 22.



est, unam tamen dumtaxat personam significare A non potest.

Ex eodem libro.

[a] *Et dixit Deus: Venite, descendamus, & confundamus linguam eorum.* Illud enim, *Venite*, duos saltem significat. Et unus est, qui loquitur. Ex quo Trinitas perfecta declaratur. Quod autem eos qui ejusdem potestatis & essentiæ sunt, alloquatur, *venite* inquiens, & hoc *faciamus*, facile apparet. Quod si Angelos ministros allocutum responderis, sive omnes, quod absurdum est, sive paucos dixeris, cum id nullo scripturæ testimonio fultum sit, ut falsum improbabimus.

Quomodo loquitur Deus? Eo ne modo quo loquimur nos? Impium sit ita sentire. Nam consilium divinum, & primus ille mentis intelligentis motus est sermo Dei, quem sic exponit & exprimit scriptura, ut significet, Deum non modo procreare hominem voluisse, sed alicujus opera id voluisse præstare. Poterat enim ut ab initio fecit, sic omnia persequi. *In principio fecit Deum cælum & terram.* Deinde fecit lucem, postea firmamentum. Nunc autem Deum quasi præcipientem, & colloquentem inducens eum quicum loquitur, tacite demonstrat, non quod nobis cognitionem invideat, sed ut nos illius arcani incendat cupiditate, cujus vestigia indicat, & semina quædam subjicit. C Etenim quæ labore parta sunt, cum lætitia percipimus diligenterque conservamus. Quæ vero facile comparamus, despicere & negligere consuevimus. Itaque via quadam & ordine nos ad unigeniti intelligentiam ducit, & allicit. Atqui sermonis, qui per vocem effertur, usus non erat necessarius naturæ illi corporis experti, cum posset cogitata sine verbis simul agenti communicare. Vox enim propter auditum, & auditus vocis est gratia. Ubi autem nec aer est, nec lingua, nec aures, nec obliquæ illæ aurium semitæ, sonos ad sensum qui in capite est perducentes, ibi verba non sunt necessaria, sed ex ipsis cordis, ut ita dicam, aut animi notionibus cogitationes patefiunt. Quamobrem scri- D ptura sapienter & scite ut diximus, hanc figuram usurpat, ut mentem nostram ad personam cum qua sermo instituitur, investigandam impellat.

Ex eodem libro.

[b] *Apparuit autem illi Deus ad quercum Mambre, sedente ipso in ostio tabernaculi sui in meridie. Suspiciens autem oculis suis vidit. Et ecce tres viri steterunt super eum, & videns cucurrit in occursum eis, & adoravit super terram, & dixit: Domine si utique inveni gratiam coram te, ne transeas servum tuum.* Et paullo post: [c] *Dixit autem ad eum: Ubi Sara uxor tua?* Ille autem respondens dixit: *Ecce* E *in tabernaculo.* Et ait, *Revertens veniam ad te*, & quæ sequuntur. Ecce scriptum est, Deum apparuisse Abraham; tres autem fuisse qui apparuerunt. Et cum sint tres, sermo cum uno tantum instituitur; ut constet omnino, unam esse trium personarum divinitatem. Quod si unum quidem esse dixeris Deum, Angelos autem duos, quomodo potuerunt cum Domino considere?

Ex eodem libro.

[d] *Dominus pluit super Sodomam & Gomorrham sulphur & ignem a Domino de cælo.* Quæ quidem verba & duas indicant personas, & idem consilium, æqualemque declarant potestatem. Duas autem consequitur tertia quoniam mutuo inter se vinculo ita conjunctæ sunt, ut separari non possint.

Deuteronomii.

[e] *Audi Israel: Dominus Deus tuus, Dominus unus est.* Illud *Dominus*, & *Deus*, & *Dominus* tres per- B sonas ostendit. Illud autem, *Unus est*, divinitatem & naturam unam.

Davidis, & Job, & Zachariæ, & Esaiæ.

[f] *In Deo laudabo verbum: In Domino laudabo sermonem: In Deo speravi non timebo, quid faciat mihi homo.* Et rursum: [g] *Immola Deo sacrificium laudis, & redde Altissimo vota tua, & invoca Me in die tribulationis tuæ.* Et rursum: [h] *Vivit Dominus, & benedictus Deus, & exaltetur Deus salutis meæ.* Item: [i] *In lumine tuo videbimus lumen.* Hoc est in filio tuo videbimus Spiritum sanctum: per ipsum enim multo clarius Patrem & Spiritum sanctum cognovimus. Multa præterea reperiemus, quibus sancta Trinitas indicatur. Hymnus etiam Angelicus ille, [k] *Sanctus, sanctus, sanctus Dominus*, ternæ sanctitatis celebratione tres personas demonstrat, semel autem Dominum nominans, unicam declarat divinitatem. Verum multo significantius David de patre & filio loquitur, ex persona patris ad filium, [l] *ex utero*, inquiens, *genui te.* Per uterum paternam decet essentiam & naturam intelligi. Quem autem poteris alium sine tempore genitum invenire? Ex persona autem filii, [m] *Dominus*, inquiens, *dixit ad me: filius meus es tu, ego hodie genui te.* Illud enim, *hodie genui te*, ortum ejus in tempore ex virgine significat. *Genui*, pro eo quod est, te gigni mihi placuit, vel procreavi. Huic autem personæ filii congruit etiam illud Salomonis: [n] *Dominus creavit me*, & quæ sequuntur. Deinde subjicit: *Ante omnes colles generat me.* Illud enim, *creavit me* ortum illius in tempore humanum significat. At illud *ante omnes colles*, alterum illum cælestem, & sine tempore, & ante sæcula declarat. Item David, [o] *Verbo*, inquit, *Domini cæli firmati sunt, & spiritu oris ejus omnis virtus eorum*, Dominum appellat patrem: Verbum autem filium ipsius. Quoniam ita se habet cum patre, ut mente verbum & oratio, non solum propter ortum qui sine ulla fuit affectione, verum etiam propter conjunctionem cum patre, & quia voluntatem ejus enuntiat. Spiritum vero vocat Spiritum sanctum. Item de Verbo & filio: [p] *Misit verbum suum*, inquit, *& sanavit eos.* Pater nimirum misit filium, & sanavit ignorantiæ morbo laborantes. At de Spiritu sancto, [q] *Mittes*, inquit, *spiritum tuum, & creabuntur*, nova utique creatione: *& renovabis faciem terræ*, quæ consenuit in peccatis. Neque vero vocalibus instrumentis enuntiatum hoc Verbum in aera diffunditur, atque dissolvitur. Sic enim alibi dicit: [r] *In sæculum, Domine, Verbum tuum permanet in cælo.* Nec Spiritus ille spirandi instrumentis expellitur, aut spargitur, & dissipatur.

a Gen. XI. 7. *b* Gen. XVIII. 1-3. *c* Ibid. vv. 9. 10. *d* Gen. XIX. 24. *e* Deut. VI. 4. *f* Psal. LV. 11. *g* Psal. XLIX. 14. *h* Psal. XVII. 47. *i* Psal. XXXV 10. *k* Isa. VI. 3. *l* Psal. CIX. 3. *m* Psal. II. 7. *n* Prov. VIII. 22. 25. *o* Psal. XXXII. 6. *p* Psal. CVI. 20. *q* Psal. CIII. 30. *r* Psal. CXVIII. 89.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

Hæc enim corporibus contingunt. Perspicuum igitur est, Verbum, & Spiritum in sua utrumque exsistere persona, & esse æternum, & creatorem. Præterea Job dicit: [a] *Vivit Deus, qui ita me judicavit, & omnipotens qui amaram reddidit animam meam, & spiritus Dei mihi in naribus circumit.* Et Zacharias (Aggæus) ex persona Dei & patris: [b] *Ego vobiscum*, inquit, *sum, & Verbum meum, & Spiritus meus.* Et Esaias, [c] *Nunc*, inquit, *Dominus misit me, & Spiritus ejus.*

A

Ex Genesi, & Esaia.

[d] *Dixit Jacob ad duas uxores suas: Et dixit mihi Angelus Dei in somnis: Vidi quæcumque fecit tibi Laban*, & quæ sequuntur. Deinde, *Ego*, inquit, *sum Deus, qui apparui tibi in loco Dei.* Si Angelus erat unus e numero ministrantium potestatum, quomodo se ipsum appellat Deum? An utique filius erat, qui Dei & patris est Angelus, hoc est, nuntius, ut mentis index est verbum & sermo; mentis enim & animi sensum indicat? Post humanam enim carnem assumtam nuntians nobis patris nomen, [e] *Nuntiavit*, inquit, *nomen tuum hominibus.* Et [f] *magni consilii Angelus* vocatur ab Esaia, & *Magnus consiliarius*, & *Deus fortis, & potens.* Quis porro consiliarius Dei, nisi qui ejusdem est essentiæ, ejusdemque potestatis & dignitatis æqualis filius? Consilium voluntasque patris est hominum salus per evangelica mandata. Patris vero & filii consilio eadem voluntas significatur. Quod autem filius hic & Deus carnem humanam induerit, ostendit idem Esaias, [g] *Puer*, inquiens, *natus est nobis, & filius datus est nobis.* Propter nos enim natus est puer ille filius, & nobiscum versatus est. Nam de illo qui vere filius est, non autem de quolibet filio hæc prædixit Propheta. Et opus hoc ut admirandum prædicat. Quid autem admirandum, eum qui simpliciter filius sit, puerum nasci? Quamobrem & clariora deinceps subjecit, ut divinitatem illius, & differentiam inter eum & reliquos qui simpliciter filii sunt, indicaret.

B

Baruch, & Esaiæ.

[h] *Hic est Deus noster: & non æstimabitur alius adversus eum.* Deinde addit: *Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conversatus est.* Et Esaias, [i] *Ecce*, inquit, *Deus noster. Ipse veniet, & salvabit nos.* Afferens autem signum adventus ejus in carne subjungit: *Tunc aperientur oculi cæcorum & aures surdorum audient. Tunc saliet ut cervus, claudus, & diserta erit lingua balborum.* Quæ quidem omnia re ipsa perfecta humanam carnem ab illo assumtam indicio certissimo testantur. Idemque rursus ait: Non legatus, non Angelus, sed *ipse Dominus servavit eos.* Legatus enim est intercessor, qualis fuit Moses, & si quis alius post Mosem. Ac per legatos quidem atque Angelos multi sæpenumero servati sunt, ut illi quos vel Moses vel Jesus Nave filius, & alii ejusmodi rexerunt & gubernarunt. Et qui fuerunt sub Ezechia [k], quo quidem tempore Angelus una nocte centum octoginta quinque millia Assyriorum delevit. Hæc profecto Dei peregrinationem clarissime patifaciunt.

Esaiæ.

[l] *Dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet, & pariet filium.* Omnis enim quæ fetum in utero gerit, non est virgo. Hæc autem fetum in utero gerens erit virgo. Quod quidem ut admirabile testimonium atque indicium proponitur.

Ejusdem.

[m] *Antequam sciat puer bonum aut malum*, dissuade malitia eligere bonum. Cuinam puero hæc dices convenire? Solus Christus [n] *peccatum*, inquit, *non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus*; id est, neque re neque verbis peccavit. Aliorum autem omnium [o] *nullus*, inquit, *purus a macula.*

Micheæ.

[p] *Et tu Bethleem terra Juda, nequaquam minima es in principibus Juda. Ex te enim mihi exibit dux, qui regat populum meum Israelem.* Verum ut ostenderet hunc non esse hominem nudum & solum, sed cum Deo conjunctum, adjecit: *Exitus ejus ab initio, a diebus sæculi.* Actiones, inquit, ejus ad divinitatem pertinentes, vel ortus ejus, ab initio, ex seculi intervallo, hoc est, ab omni æternitate. Zorobabel autem Babylone natus est. Vides exquisitissime subductam rationem ad locum usque, in quo natus est Christus.

C

Daniel.

[q] *Videbam in visione noctis, & ecce cum nubibus cæli quasi filius hominis veniebat, & ad antiquum dierum accessit, & ad ejus conspectum adductus est, & datus est illi honor & imperium & regnum; & omnes populi, tribus, linguæ servient illi. Potestas ejus potestas sempiterna quæ non pertransibit, & regnum illius non evertetur.* Ecquis est hic quasi filius hominis, qui potestatem accipit absolutam in omnes ac sempiternam? homo quidem omnino nullus, sed ipse Deus & homo Christus. De quo & David Deum & Patrem sic alloquitur. [r] *Deus judicium tuum Regi da, & justitiam tuam filio Regis.* Christus enim & uti Deus Rex est, & filius Regis. Et uti homo factus est Rex, & filius Regis, nempe Davidis. Ex quo postea, [s] *Data est*, inquit, *mihi omnis potestas in cælo, & in terra.* Ad quem Pater, postquam, ut homo potestatem accepit, *sede*, inquit, *a dextris meis.* [t] *Dixit* enim, ut ait David, *Dominus Domino meo, sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* Quinam sunt hi duo Domini ipsius Davidis, nisi hos concesseris? At cum dixisset David: *Deus judicium tuum Regi da*, & quæ sequuntur, subjecit, quoniam [u] *ante solem permanet nomen ejus*, nomen illud utique quod illum Deum, aut filium (Dei) esse demonstrat. Semper enim utrumque fuit. Ecquis igitur ejusmodi Rex, nisi hic? Cui servierunt omnes gentes, nisi Christo? Quem nisi Christum collaudarunt, beatumque prædicaverunt? Sin adhuc ipsum exspectas, quoad præcurrat Elias; secundum servatoris descensum exspectas, cum aderit mundi finis. Nam cum duo sint Christi descensus, unus cum ad naturam humanam assumendam venit, alter cum

D

E

a Job XXVII. 2. 3. *b* Agg. II. 5. 6. *c* Isa. XLVIII. 16. *d* Gen. XXXI. 11-13. *e* Joan. XVII. 6. *f* Isa. IX. 6. *g* Ibid. *h* Baruch III. 36. 38. *i* Isa. XXXV. 4-6. *k* IV. Reg. XIX. II. Paral. XXXII. *l* Isa. VII. 14. *m* Ibid. ℣. 16. *n* I. Pet. II. 22. *o* Prov. XX. 9. *p* Mich. V. 2. *q* Dan. VII. 13. 14. *r* Psal. LXXI. 2. *s* Matth. XXVIII. 18. *t* Psal. CIX. 1. *u* Psal. LXXI. 17.

veniet ad judicandum orbem universum; prior jam fuit, cujus præcursor tamquam alter Elias Joannes exstitit; posterior erit, & Eliam tamquam alterum Joannem habebit præcursorem. Ambo enim sunt ejusdem Spiritus, & ejusdem gratiæ atque virtutis, quatenus Christum præcurrunt.

Unctus ille & Messias quem exspectatis, est purus homo, an Deus & homo? Nam si purus homo est, non est ille quem prædixerunt Prophetæ, qui signa ei divinitatis adjunxerunt, ut ipsum a puris & meris hominibus separarent: vos autem a quibus aliis didicistis notas & signa illius, quem exspectatis? Sin Deus est & homo, nonne animadvertitis, vos aliam divinitatis personam confiteri? Neque enim dicetis hunc esse patrem. Nam [a] *puer*, inquit, *natus est nobis* filius, non autem pater. Jam Messias, & Christus, & unctus idem est. [b] *Intelligite insipientes in populo, & stulti aliquando sapite*. Et Esaias vos alloquitur, [c] *Cæci*, inquiens, *inspicite, & surdi audite*. Ultrone cæci estis, an omnino sensibus caretis? Ecquando igitur nominum ambiguitates, aut verborum significationes, aut dictionum proprietates distinguetis, quibus veritas comprehenditur?

De Christi cruciatibus & morte.

David ex persona Christi, [d] *concilium*, inquit, *malignantium obsedit me. Foderunt manus meas, & pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea. Diviserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem*. Hæc cum illis quæ narrantur in Evangeliis plane congruentia, cuinam alii, nisi Christo dices convenire? Eadem per Esaiam de se prædixit Christus. [e] *Dorsum meum percutientibus præbui, genas vellentibus, & faciem ab ignominia conspuentium non averti*. Et rursum David, [f] *Dederunt*, inquit, *in escam meam fel, & in siti mea potaverunt me aceto*. Quod si hæc intelliges de populo in captivitate constituto, cum constet eum, licet alia multa pertulerit, hujusmodi tamen non fuisse perpessum; sententia tua facile refelletur. Mortem ipsius prædixit Esaias, [g] *ut ovis*, inquiens, *ad occisionem ductus est*. Verum ut cognosceres eam nobis fuisse salutarem, rursum idem, [h] *livore*, inquit, *ejus sanati omnes sumus*. Ut intelligeres autem ob ejus mortem Judæorum genus ad exitium pervenisse, subjecit, [i] *& dabo impios pro ejus sepultura*. Quid enim Judæorum impietate flagitiosius, qui eum a quo tam multa beneficia acceperant, interfecerunt?

De Christi resurrectione.

[k] *Non relinques*, inquit David, *animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem*, nempe, corporis. Deinde *notos*, inquit, *fecisti mihi dies vitæ*. Oseas multo clarius: [l] *Et sanabit nos post dies, in die tertia, & resurgemus, & vivemus in conspectu ejus*. Hæc autem dicta sunt ex persona eorum qui dormierant, quorum corpora cum Christo surrexerunt tertio die quo surrexerit ipse, [m] *& apparuerunt multis*, ut Evangelium docet. Quin etiam Josephus Hebræus in XVIII. libro *de antiquitate Judæorum* de Christo loquitur ad hunc modum: *Fuit eodem tempore Jesus, vir sapiens, si tamen eum appellare virum fas est. Erat enim mira-*

A *bilium operum effector, & doctor hominum qui cum voluptate quæ vera sunt, amplectuntur. Ac multos quidem tum ex Judæis, tum ex aliis gentibus adjunxit sibi. Hic erat Christus. Quem nostræ gentis principibus accusantibus a Pilato damnatum cruci affixerunt Judæi. Nec tamen qui eum prius dilexerant, doctrinam ipsius promulgare destiterunt. Tertio namque post die se rursus viventem illis conspiciendum præbuit. Cum & hæc & alia de ipso innumerabilia divini prophetæ prædixissent.*

De Ecclesia ex gentibus.

[n] *Lætare solitudo, sitiens. Exsultet solitudo, &*
B *floreat quasi lilium. Et loca deserta Jordanis exsultabunt, & gloria Libani data est ei, & honor Carmeli*. Hæc sensu quidem nec facta sunt umquam, neque fient. Quis enim solitudinem & loca deserta deligat ad habitandum, nisi forte Christianos monachos dixeris? Spiritu autem plane contigerunt. Nam gentium Ecclesia nullos antea fructus ferentium erat quædam veluti solitudo, in qua degebant vitiorum feræ. Hæc Dei cognitionem salutemque sitiens lætatur & exsultat & floret, fructuum pulcritudine & suavitate decorata. Data autem est illi gloria Libani, hoc est, antiqui populi quem & Carmelum vocat, cui gloria & honor est pietas, religio & amicitia Dei, & gloriæ legisque sublimitas, & divinorum munerum copia
C atque gratiarum abundantia. Et rursum. [o] *Lætare sterilis quæ non paris, erumpe & clama quæ non parturis: quoniam multi sunt filii magis desertæ, quam habentis virum:* sterilis enim erat Ecclesia quam ostendimus, nec ullos ante ferebat virtutum fructus. Post autem, pietatem & religionem amplexa multorum facta est filiorum mater, Judaicamque synagogam cujus antea vir erat Deus, qui eam diligebat & providentia sua fovebat ac tuebatur, vel etiam lex, vicit fecunditate. Rursum ex persona Dei & Patris Filium & Deum alloquens sic ait Esaias: [p] *Ecce dedi te in fœdus gentium, ut terram constituas, solitudinis suscipias hereditatem*, & quæ sequuntur. Quod etiam per Davidem filio
D pollicitus est, [q] *& dabo*, inquiens *gentes hereditatem tuam*. Ac ipse quidem David patrem ad hoc hortabatur, [r] *constitue*, inquiens, *Domine legislatorem super eos*. At Esaias ex hujus legislatoris persona: [s] *Lex*, inquit, *egredietur a me in lucem gentium, & in brachio meo gentes sperabunt*. Quænam alia est lex, præter evangelicam? Quæ gentes in ignorantiæ tenebris aberrantes illustravit? Nam lex quidem Mosaica multis jam annis antecesserat. Jam de novo Evangelii testamento rursum Esaias ante locutus est: [t] *Ex Sion*, inquiens, *exibit lex, & sermo Domini ex Hierusalem*. Siquidem Dominus noster Jesus Christus nunc in monte Sion sedens & docens, nunc in civitate Hierusalem versans, legem & doctri-
E nam evangelicam tradidit. Neque enim de Mosaica lege Propheta nunc loquitur. Quei enim id fieri queat? cum ea non in Sion nec in Hierusalem, sed in monte Sina fuerit lata, multo antequam natus esset Esaias, quemadmodum evangelica multo post ipsum Esaiam tempore promulgata fuit? Quapropter apposite dixit, *Exibit*. Quoniam antiqua lex jam exierat. Hoc autem tempus Hieremias item pronuntiavit his verbis: [u] *Ecce veniunt dies, dicit Dominus, & feriam vobiscum fœdus novum, non secundum illud fœdus quod inivi cum patribus*

a Isa. IX. 6. b Psal. XCIII. 8. c Isa. XLII. 18. d Psal. XXI. 17. 18. e Isa L. 6. f Psal. LXVIII. 22. g Isa. LIII. 7. h Ibid. ℣. 5. i Ibid. ℣. 9. k Psal. XV. 10. 11. l Osee VI. 3. m Matth. XXVII. 53. n Isa. XXXV. 1. 2. o Isa. LIV. 1. p Isa. XLIX. 6. q Psal. II. 8. r Psal. IX. 21. s Isa. LI. 4. 5. t Isa. II. 3. u Jerem. XXXI. 31. 32.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.

vestris, qua die manum eorum apprehendi ut educerem eos de terra Ægypti; quoniam illi fœdus meum non observarunt, & ego neglexi eos. Hæc & his similia obscure tradita sunt, ne delerentur libri. Nam qui Christum præsentem, & res admirabiles efficientem, & certissima divinitatis suæ afferentem indicia contuentes non susceperunt, sed egerunt in crucem; hi scilicet prophetiis pepercissent de ipso loquentibus, si eas nulla contectas umbra, sed apertas ac nudas accepissent.

Jam vero nos Christi nomine appellatum iri prædixit Esaias, [a] *Vos*, inquiens, *tollet evertetque Dominus. Illis autem qui servient mihi, novum nomen imponet, quod in universa terra celebrabitur.* Idemque rursus, [b] *Videbunt*, inquit, *gentes gloriam tuam, & omnes reges justitiam. Et vocabitur nomen novum, quod ipse Dominus pronuntiabit.* Hoc Oseas item prædixit, [c] *Et erit*, inquiens, *in novissimis temporibus nomen ejus illustre in universa terra. Et nomine illius multi populi appellabuntur. Et ibunt in viis ejus, & vivent in ipsis.*

Ejusdem.

[d] *Et in te precabuntur. Quoniam in te Dominus est. Et Deus præter te. Et non cognovimus.* Illud, *& precabuntur in te*, præsignificat eos qui crediderunt in Christum. Illud autem; *Quoniam in te Deus est*, in carne assumta præmonstrat divinitatem. At illud; *Tu enim es Deus, & non cognovimus*, excusationem indicat Judæorum in judicio futuro, quæ stulta atque inanis erit.

Si Christus impostor fuit, quomodo quæ prædixit, eventu comprobata sunt omnia? Ut ea quæ ad templi destructionem, quæ ad civitatem Hierosolymorum expugnandam evertendamque & ad internecionem Judæorum, quæque ad discipulos suos, & ad res admirandas quæ in nomine suo erant facturi, pertinentia prænuntiavit?

Idem tit. IX. pag. 30. seq.

Ex libro qui GREGORIO NYSSÆ *pontifici adscribitur*, de cognitione Dei.

[e] *Et tenebræ*, inquit Moses, *erant super abyssum.* Ex quo malitiose isti ratiocinantes dicunt tenebras fuisse, quarum effectrix caussa sit malum principium. Deinde [f] *& divisit Deus inter lucem & tenebras.* Si lux est, & tenebræ sunt, quas a luce sejunctas intelligis. Hæc tenebricosi isti, qui in luce cæcutiunt. Nos autem dicimus, tenebras non esse naturam ullam, sed accidens, & nihil aliud nisi lucis absentiam. Etenim cum cælum initio involveretur eorum quæ circum erant objectu, tenebræ exstiterunt. Quod etiam nunc in iis quæ obstruuntur, evenire consuevit. At harum divisio est spatium illud, quod lucis absentia demetitur. Quæ quidem lucis absentia, & privatio est habitus quodammodo & essentia tenebrarum. Principium autem malum non est. Nam si Deus est, non est malum, hoc est, Deus malus non est. Nam si Deus est, non est malus, cum bonitatis sit fons. Sin malus, non est Deus. Quomodo enim Deus malitia, aut peccatum esse potest; Quæ quidem si Deus est, omnia pereunt & evertuntur?

Ex eodem.

Quonam pacto duo possunt esse principia, bonum unum, alterum malum? Bonum enim & malum contraria sunt, seque vicissim interimunt, & nequeunt simul consistere. Quare aut in parte universitatis alterum erit, & ab ea circumscribetur, aut se se contingent, mutuoque corrumpent, aut inter illa medium aliquod intercedet, atque ita tria jam erunt principia. Præterea aut pace utentur, quod malum non potest: aut pugnabunt, quod bonum recusat. Nam illud quidem si utatur pace, non erit bonum. Quamobrem non sunt duo principia, præsertim inter se contraria & inimicissima, sed unum, idque bonum. Malum enim non est principium, sed privatio & amissio boni.

Ex eodem.

Si duo sunt Dei, bonus quidem unus, alter autem malus; aliud habebunt principium. Binarius enim numerus non potest esse principium, cum ipse ab unitate principio proficiscatur. Quod si principium non sunt, ne Dei quidem erunt omnino. Quoniam igitur unitas est rerum omnium principium, unus utique & Deus est rerum auctor, & effector omnium.

Ex eodem.

Si bonum per se est, malum non est. Si malum per se est, non est bonum. Hæc est enim contrariorum medio carentium ratio atque conditio. Qualia sunt valetudo, & ægritudo: vita & mors. Non igitur Deus malus.

Ex eodem.

Deus bonus essentia & natura bonitatem habet, malus bonitatis privationem ut habitum obtinebit. Quomodo autem Deus, qui eo tantum est, quod deficit, caret, non assequitur, & non est?

Ex eodem.

Si duo, aut tres, pluresve essent Dei, cum aliud alio modo & diversa ratione ageretur & moveretur, mundus jam pridem intercidisset. Nunc autem cum omnia ratione certa & stabili semper moveantur & disponantur, firma hæc atque perpetua rerum omnium concinnitas, & ordo, & moderatio, & conservatio unam eamdemque clamant esse caussam, unum auctorem, a quo & procreata sint omnia & regantur & conserventur.

Ex eodem.

Si malus & scelestus est hic mundus inferior, & vos nimirum mali scelestique, quippe qui pars sitis ipsius. Quod si natura estis improbi & mali, veritas non adest vobis. Veritas enim bonum plane est. Bonum est alienum a malo. Jam qui veritate carent, eorum doctrina falsa nullo solido innititur fundamento.

Ex eodem.

Si mundum hunc bonum esse confitemini, Deum

a Isa. LXV. 15. 16. sec. LXX. *b* Isa. LXII. 2. *c* Osee. *d* Isa. XLV. 14. 15. *e* Gen. I. 2. *f* Ibid. ℣. 4.

autem & patrem malum non hujusce mundi effectorem; erit utique mundus alter malus a Deo illo confectus malo. Atqui mundus istiusmodi non est: ne Deus igitur quidem malus. Nam Deus principium est, effectrixque caussa. Quare cum non exsistant quæ a principio effecta & condita sint, ne principium quidem est, nec Deus igitur malus.

Ex eodem.

Veteris, inquiunt, testamenti Deus non ea est providentia & scientia quæ omnia complectatur. Interrogat enim Adam, [a] *Ubi*, inquiens *es?* Et Cain, [b] *Ubi est*, inquiens, *frater tuus?* Et Abraham, [c] *Ubi est*, inquiens, *Sara uxor tua?* Et alia multa ad eumdem modum. His respondemus, ejusmodi interrogata non ab ignorantia, sed potius a cognitione proficisci. Nisi enim cognovisset & Adam & Cain peccasse, non eos continuo interrogasset. Cognovisse autem, ex iis quæ sequuntur perspicuum est. Sic enim alloquitur Adam prius, quam ille se comedisse fateretur: [d] *Ecquis indicavit tibi te nudum esse, nisi quod e ligno de quo solo præcepi tibi ne comederes, comedisti?* Cain vero, qui conabatur & ipse latitare, compellat his verbis: [e] *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me.* Hæc non ignorantis sunt, sed plane & perspicue cognoscentis, qui ea specie interrogationis vult iis qui peccaverant, persuadere ut resipiscant, cum se deprehensos animadvertant. Ea item verba: *Ubi est Sara uxor tua?* declarant eum non ignorare, Abraham uxorem habere, eamque vocari Saram. Qui autem hæc scit, is profecto non erat nescius, ubi esset Sara. Neque enim, cum Sara post ostium staret, risissetque clam audiens, se matrem fore, dixisset, [f] *Cur risit Sara?* risus etiam caussam subjecit, secum ipsa inquiens, vere ne pariam? Hæc enim illius sunt, qui cor etiam atque animum novit. Interrogavit autem, *Ubi est Sara uxor tua?* eo consilio, ut Abraham cognoscens, se ante cognoscere & omnia scire, sibi ut præstantiori vacaret, & omnibus quæ deinceps dicerentur, fidem adhiberet. Atque etiam illud, quod de Sodoma, & Gomorrha dictum est: [g] *Descendam & videbo, utrum re ipsa, quæ clamor ipsorum indicat compleverint, an non, ut sciam.* Quid aliud significat, nisi eo consilio Deum ita locutum esse, ut nos erudiret, ne umquam præcipites irruamus ad irroganda supplicia, propterea quod aliquorum flagitia prospiciamus, sed exspectemus, ut re ipsa perfecta sint? Nam si non cognovisset, quomodo potuisset dicere: [h] *Clamor Sodomorum & Gomorrhæ venit ad me?* Terra, inquit, clamat, etiam ante res. Et ipsæ res vociferantur & clamant. Multæ sunt ejusmodi interrogationes non solum in veteri, sed etiam in novo testamento, quæ tamen omnes mysterium continent, & aliquid aliud agunt. Nam Dei proprium est cuncta cognoscere; & qui omnia non habet cognita, non est Deus.

Ex eodem.

B Quomodo dicitis antiqui testamenti legislatorem justum, novi autem bonum, atque ideo unum ab alio diversum esse contenditis? Nam si quod justum est, bonum est; justus erit bonus omnino. Neque enim contraria sunt justum, & bonum: sed justo repugnat injustum, & bono malum adversatur. Præterea si malum injustum, bonum utique justum, & bonus omnino justus. Cum autem innumerabilia sint testimonia, quibus veteris testamenti Deus esse declaratur bonus; ego unum dumtaxat in medium afferam: [i] *Dicat*, inquit, *Israel*, *quoniam bonus*; & qui deinceps sequuntur, duo versiculi. Unum item, quo novi testamenti Deus justus ostenditur. [k] *Et judicium*, inquit, *meum justum est*. C Quod autem unus atque idem sit veteris ac novi testamenti Deus, prædixit Hieremias, [l] *Ecce*, inquiens, *dies veniunt*, *dicit Dominus*, *& constituam vobis testamentum novum*, *non ut testamentum illud quod cum patribus vestris constitui*, *quo die manum eorum apprehendi*, *ut educerem eos ex Ægypto*. *Quia ipsi non manserunt in testamento meo*. *Et ego neglexi illos*. Et ipse tum antiqui, tum novi testamenti auctor Christus. [m] *Non veni*, inquit, *ut legem solverem*, *sed ut eam implerem*. Hoc est, ut illam propter Hebræorum imperfectionem imperfectam, majore quadam & viris congruente philosophia perficerem & absolverem. Illa enim [n] erat *pædagogus*, qui ad Evangelium suscipiendum D instituebat. Hæc autem est præceptor ipse, qui docet perfectiora. Et illa quidem corpora informabat, hæc autem animos erudit. Vetus ergo est ministra novæ: ad novam enim ducit & viam ostendit & parat.

VII.

Ibid. tit. II. *pag.* 7. *seq.*

GREGORII NYSSÆ *pontificis ex* oratione contra Ablabium.

[1] Quum & Patrem Deum, & Filium Deum, & Spiritum sanctum Deum esse fateamur, cur non dicimus tres Deos, sed unum Deum? Primum, ut quod in promtu est respondeamus, ne multiplicem deorum turbam a Græcis confictam introducamus. Deinde, si quid elegantius magisque reconditum dicendum est; quoniam nomen hoc, *Deus*, actionem significat: a verbo enim θέειν deductum est, quod passim currat; vel a verbo θεᾶσθαι quod cernat omnia; vel a verbo αἴθειν, quod improbitatem exurat ac perdat. Quemadmodum igitur unaquæque persona talem actionem perfectam habet, sic nomen actionem illam significans obtinet, ut & sic & ap- E pelletur Deus. Rursus quemadmodum una atque incommutabilis in tribus est actio, sic etiam est una divinitas & unus Deus in tribus personis. At enim, inquies, Petrus & Paullus & Joannes tres personæ cum sint, dicuntur etiam tres homines. Respondeo, primum nos & heic abuti hominis vocabulo, cum eo tres homines appellamus. Siquidem homo, &

[a] Gen. III. 9. [b] Gen. IV. 9. [c] Gen. XVIII. 9. [d] Gen. III. 11. [e] Gen. IV. 10. [f] Gen. XVIII. 13. [g] Ibid. ℣. 21. [h] Ibid. ℣. 20. [i] Psalm. CXVII. 1. [k] Joan. V. 30. [l] Jer. XXXI. 31. 32. [m] Matth. V. 7. [n] Gal. III. 24.

1. *Quum & Patrem Deum* cet.] Observat Fabricius *Bibl. Gr.* tom. VIII. pag. 165. quæ heic recitat Euthymius, non exstare in oratione, *De eo quod non putandum sit tres Deos dici oportere*, ad Ablabium, quæ occurrit tom. III. pag. 15. seqq. edit. Paris. 1638.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 370.



humanitas universum quiddam significant, quod singularia complectatur. Deinde illud adjungo, nomen hoc rei naturam explicare. In Trinitate vero quæ creata non est, nullum inveniri nomen quod ejus naturam declaret. At cur, cum personas singulas appellemus Deum, non etiam earum singulas divinitatem appellamus? Quoniam quemadmodum licet homo & humanitas pariter de universis dicantur, non tamen æque dicuntur de singulis: Socrates enim A homo dici potest, humanitas autem nequaquam potest: sic etiam Deus, & divinitas habent. Deus enim agentem significat: divinitas autem actionem. Trium vero personarum nulla est, quæ sit actio; sed agens potius est unaquæque illarum. Dicimus tamen divinitatem Patris & divinitatem Filii & divinitatem sancti Spiritus, sicut humanitatem Socratis & essentiam & naturam, & si quid aliud est personis commune.

I N D E X

OPERUM, EPISTOLARUM ET FRAGMENTORUM

S. GREGORII EPISCOPI NYSSENI,

Quæ in ejusdem sancti Patris antea editis desiderantur.

F R A G M E N T A

Ex operibus S. GREGORII NYSSENI *deperditis.*

I N D E X
L O C O R U M
SACRÆ SCRIPTURÆ.

GENESEOS.

EXODI.

LEVITICI.

NUMERORUM.

DEUTERONOMII.

II. REGUM.

III. REGUM.

IV. REGUM.

I. PARALIPOMENΩN.

II. PARALIPOMENΩN.

II. ESDRÆ.

TOBIÆ.

JUDITH.

JOB.

ECCLESIASTÆ.

CANTICI CANTICORUM.

SAPIENTIÆ.

JEREMIÆ.

THRENORUM.

BARUCH.

EZECHIELIS.

DANIELIS.

OSEE.

JOELIS.

AMOS.

I. MACCABÆORUM.

II. MACCABÆORUM.

MATTHÆI.

MARCI.

LUCÆ.

JOANNIS.

AD ROMANOS.

I. AD CORINTHIOS.

AD EPHESIOS.

AD PHILIPPENSES.

AD COLOSSENSES.

I. AD THESSALONICENSES.

II. AD THESSALONICENSES.

I. AD TIMOTHEUM.

II. AD TIMOTHEUM.

AD TITUM.

AD HEBRÆOS.

JACOBI.

INDEX

RERUM ET PERSONARUM.

D

E

F

M

N

O

P

T

V

Z

EMENDANDA.

In Textu Græco.

Pag. 112. a. 4.	Ἐξεχιήλ	Ἰεζεκιήλ·
136. c. 4.	*σῶμα του θ.*	*σῶμα τοῦ θ.*
476. c. 2.	Ζαχαίου	Ζακχαίου.

In Versione Latina.

Pag. 6. b. 10.	& in eo cum eo	& in eo & cum eo.
21. b. 8.	voce Verbis	voce Verbi
34. c. 12.	*oſtim ovium*	*oſtium ovium.*
33. a. 3.	tenere	teneræ.
40. c. 4.	Danubis	Dunubis.
42. a. 5.	intracta	intacta.
— b. 12.	judici	judicii.
61. a. 12.	perſuaſit ipſi	perſ. ipſis.
75. c. 14.	incerta	inſerta.
80. b. 1.	divinoribus	divinioribus.
83. a. 1.	eſt to	eſt tota.
— — 7.	*niſi viderit*	*niſi quod viderit.*
— c. 3.	omnia faceret?	omn. facere?
100. a. 9.	ad eadem	ad eamdem.
102. a. 1.	fonte	fontes.
103. d. 8.	ſationem	ſationem.
105. d. 2.	nutrientem augeſcentem	nutrientem & augeſcentem.
— e. 15.	ſubditos prodire	ſubditos non prodire.
109. a. 5.	Fide autem	Fide autem dignus.
— d. 7.	nihilomini manibus	nihilominus in manibus.
110. c. 2.	Ætiopiam	Æthiopiam.
118. c. 8.	aſtili	haſtili.
128. a. 2.	ſi tibi	ſi ſibi.
145. e. 1.	amphoram unam?	*Dele interrogationem.*
147. b. 10.	fiugura	figura.
268. b. 12.	nomem	nomen.
269. c. 13.	ſignifibant	ſignificabant.
272. a. 9.	indiferentiam	indifferentiam.
274. c. 5. 14.	dicens . . . *Spritu*	*dicens . . . Spiritu.*
275. d. 2.	Spiritu	Spiritus.
278. c. 12.	jam a via.	jam a vita.
284. d. 1.	intriore	introire.
286. b. 4 5.	immarceſſibilem . . . Apocalyſi	immarceſcibilem . . : Apocalypſi.
287. a. 7.	po ius	potius.
— a. 1.	*exſultat*	*exaltat.*
— e. 5. 6.	præpararans . . . Hæc ſunt	præparans . . . *Forte*, Hæ ſunt.
289. b. 12.	hos vid.	hoc vid.
— e. 7.	quei ſignif.	qui ſignif.
290. a. 4.	derogantes	*Forte* derogant.
— c. 9.	propoſitionem.	poſitionem.
292. a. 10.	ut utamur.	*Forte* ut bene utamur.
298. a. 14.	in quod	*Forte* in quo
300. c. 9.	*fecit juſt.*	Forte *facit juſt.*
— d. 6.	reliquentes	relinquentes.
302. b. 14.	elegit	*Forte* eligit.
— d. 6.	tranſscedens	tranſscendens.
— c. 3.	animarum	animatum.
304. c. 10.	ex natuta	ex natura.
305. a. 11.	congnoſcit	cognoſcit.
— d. 7.	idolis	*Forte* idoliis.
307. a. 10.	quid dixit	qui dixit.
308. a. 13.	Caim	Cain.
356. a. 3.	nividum	invidum.
384. b. 8.	Proſequimi	Proſequimini.
403. e. 12.	effigendas	effingendas.
406. d. 5.	mulierm	mulierem.
407. d. 7.	gaudium	gladium.
409. a. 1.	parte ab ogni	parte ab omni.
415. b. 1.	alumus	alumnus.
423. d. 8.	pores	potes.
425. c. 13.	Quamorem	Quamobrem.
452. a. 13.	veſtra	veſtram.
465. b. 5.	& terreſtrium	cæleſtium & terreſtrium.
467. a. 7.	virgitatem	virginitatem.
468. a. 8.	circuncideretur	circumcideretur. *Sic & alibi.*
— e. 9.	*Spiritus ſanctum*	*Spiritus ſanctus.*
470. a. 2.	inhoneſtam	inhoneſta.
477. a. 4.	cum hominibus?	cum hominibus;
Pag. 477. 13. b. 13.	ſeu oves . . . . ſeu ovem	ceu oves . . . . ceu ovem.
— c. 9.	nihil ominus	nihilominus.
479. a. 7. 8.	inſeruit . . voluptatem	inſevit . . . voluptatem.
480. c. 6.	ejum	enim
482. d. 11.	pauperem	pauperum.
483. a. 9.	ungunti	unguenti.
— b. 13. 14.	ſexus, ne quis . . . fiant, ne quis	ſexus: ne quis . . . fiant: ne quis:
484. b. 10.	*demtem*	*dentem.*
— c. 3.	*debeat*	*debebat.*
— e. 3. 5.	illius . . . utriuſque	illis . . . utriſque.
486. d. 12.	ralia	talia.
— e. 3.	crimem	crimen.
487. b. 1.	egeſti	egiſti.
491. d. 9.	effere	efferre.
496. a. 5.	actis	aſtris.
499. d. 2.	ſcientiœ	ſcientiæ.
502. c. 4.	ex homine	ex homine Deus.
505. d. 8.	ex ornet	exornet.
511. a. 9.	poſſectionem	poſſeſſionem.
— b. 12.	occurit	occurrit.
517. a. 1.	deceptionis ſpecies	deceptionis larva.
522. c. 3.	naque	neque.
523. d. 4.	non erat	non erant.
524. b. 8.	accomodans	accommodans. *Sic etiam alibi.*
543. c. 8.	ut ego	& ego.
547. a. 6.	abſorta	abſorpta.
548. a. 1.	ob Judæis	ab Judæis.
555. a. b.	differe	differre.
557. d. 13.	imperfecta	perfecta.
559. c. 2.	Emanuel	Emmanuel.
563. b. 4.	manifectum	manifeſtum.
566. e. 3.	hircirna	hircina.
573. e. 3.	loquirur	loquitur.
583. b. 7.	*ſecundum gloriam*	*ſecundum opinionem.*
586. a. 9.	adductus	abductus.
— c. 2.	*dederunt eum*	*dederunt eos.*
589. a. 6.	*offerent*	*offerrent.*
590. b. 6.	*in manu ejus. Audientes*	*in manu ejus: audientes.*
593. c. 2.	*cor principium*	*cor principum.*
596. a. 6.	*omnem*	*& omnem.*
598. b. 1.	pronuntiatum	prænuntiatum.
603. b. 6.	Spiritus ſancto	Spiritui ſancto.
— c. 9.	fecem	fæcem.
611. b. 10.	prophanis	profanis.
617. b. 10.	concilicet	conciliet.
— c. 2.	tranquilitatem	tranquillitatem.
619. b. 12.	coducebat	conducebat.
620. e. 4.	redditibus	reditibus.
629. a. 9. 14.	duracinam . . . plantantione	doracinam . . . plantatione.
636. d. 6.	omni- ipſis	omnibus ipſis.
640. b. 7.	effrænato	effrenato.
642. d. 13.	illud aut	illud autem.
646. d. 12.	*odoleſcentulæ*	*adoleſcentulæ.*
649. e. 5.	tu quis	tu qui.
657. b. 2.	Eccleſiam	Eccleſia.
663. e. 11.	allegoricæ	allegorice.
668. d. 12.	draconum	draconem.
672. e. 3.	conficiat	conficit.
678. e. 3.	*Veni in*	*Veni de.*
697. d. 9.	Quando gloria	Quandoquidem gloria.
702. a. 3.	egrediamus	egrediamur.
— c. 2. 13.	diſciplinarum . . . . proprer	diſcipularum . . . . propter.
— d. 8.	imbutum	imbuam.
— e. 10.	ſenſiblium	ſenſibilium.
711. b. 8.	*fecit Deum*	*fecit Deus.*
714. a. 5.	*Et Deus præter te*	*Et non eſt Deus præter te.*
715. d. 10.	ut & ſic	ut & ſit.

In Textu Latino.

Pag. 155. c. 11.	*olera feni*	*olera fœni.*
170. c. 3. 8.	Soporinus	*Forte* Sapor.
179. c. 2.	Criſtianos	Chriſtianos.
188. d. 8.	Chriſti mancipio	Antichriſti mancipio.
190. a. 1.	in Deum deliquit	in Deum deliquit?
195. c. 9.	ſaciebat	faciebat.
208. c. 5.	*ſalvus eris: & ſcies ubi fueris*	*ſalvus eris; & ſcies ubi fueris.*
— d. 12.	fuge adulatores, qui ſibi non fuerint dignati dicere ea quæ in ſe habent perniciosam laudem.	fuge adulatorum, qui tibi non fuerint dignati quæ ſe habent dicere, perniciosam laudem. *Sic princeps Luciferi Tiliana editio apud Pariſienſes.*
Pag. 243. a. 3.	immnndi	immundi.
247. b. 5.	adnegemus	abnegemus.
250. a. 11.	blaſpemiæ.	blaſphemiæ.
254. c. 7.	Certum tene	Ceterum tene. *Ita edit. Tiliana apud Pariſ.*
— d. 4.	habituri ſumus	habeamus. *Sic eadem edit.*
255. b. 14.	torquens lanias	*Forte* torques, lanias.
258. c. 13. 14.	Inde ſine lege? ... Unde beatiſs.	Unde ſine lege? ... Inde beatiſs.
321. a. 13.	Vincentium	Vicentium.
342. e. 1.	VA-	VA.
343. b. 6.	AIM	AIN.
451. c. 13.	*elegi*	*eligi.*

In Notis.

Pag. 112. not. 1.	Ιεζεχιὴλ	Ιεζεκιήλ.
196. n. 3. l. 7.	Luc. xix.	Luc. xix. 3.
222. n. 4. l. 6.	perfamliaris	perfamiliaris.
250. n. 2. l. 1.	ediſtionum	editionum.
263. n. 3. l. 1.	Ruffinus	Rufinus.
322. n. 9. l. ult.	*epiſcoi*	*epiſcopi.*
326. e. 7.	Paulli	Paullini.
366. e. 1.	nomime	nomine.
377. col. 2. l. 7.	Nonnas	Nonnus.
430. d. l. ult.	*Prolegominis*	*Prolegomenis.*
465. n. 1. l. 4.	*Fecit potentia*	*Fecit potentiam.*
468. n. 1. l. 18.	peſpicacitate	perſpicacitate.
476. n. 1. l. 2.	circunſtantiam	circumſtantiam.
Pag. 476. n. 5. l. 5. 16.	ceremonias	cærimonias.
490. col. 1. l. 2.	Apocol.	Apocal.
——— 2. l. 2.	fœlicem	felicem.
491. col. 1. l. 4.	exordus	exornandus.
——— l. 15.	Columnella	Columella.
492. col. 2. l. 1.	populam	pupulam.
510. n. 4. l. 20.	ſubſiſtantia	ſubſiſtentia.
511. n. 4. l. 13.	concilandamque	conciliandamque.
512. n. 5. l. 2.	reverenria	reverentia.
524. n. 2. l. 2.	reſtatur	teſtatur.
621. n. 3. l. 1.	tegendum.	legendum.
634. n. (*a*) l. 5.	ſe *templo*	de *templo.*

In Indicibus Capitum.

Pag. 318. VII. *Similitudo carnis peccati, ex coitu orta.*	*Similitudo carnis peccati, quid?*

In Inſcriptionibus.

Pag. 490. l. 6.	Epſtola	Epiſtola.
509-513.	GESTA S. AMPHILOCHII PER METAPHRASTEN.	GESTA S. AMPHILOCHII, VET. ANONYMO AUCTORE.

NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padova.

AVendo veduto per la Fede di Revisione, & Approvazione del P. F. *Filippo Rosa Lanzi Inquisitor General del Santo Offizio di Venezia*, nel Libro intitolato: *Bibliotheca Veterum Patrum, antiquorumque Scriptorum Ecclesiasticorum, cura & studio Andreæ Gallandii Presb. Congreg. Oratorii: Tomus sextus Ms. e Stamp. &c.* non vi esser cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per Attestato del Segretario Nostro, niente contro Principi e buoni costumi, concediamo licenza a *Gio: Battista Albrizzi* Stampator di Venezia che possa essere stampato, osservando gli ordini in materia di Stampe, e presentando le solite Copie alle Pubbliche Librerie di Venezia, e di Padova.

Dat. li primo Zugno 1770.

(Angelo Contarini Proc. Rif.

(Andrea Tron Kav. Rif.

(Sebastian Foscarini Kav. Rif.

Registrato in Libro a Carte 38. al Num. 294.

Davidde Marchesini Segr.

Adi 12. Zugno 1770.

Registrato al Magistrato contro la Bestemmia in Libro a Carte 20.

Andrea Grattarol Seg.

NOI RIFORMATORI

[illegible]

[illegible]

Dat. li [illegible] Giugno 1770.

(Angelo Contarini Rifor.

(Andrea Tron Kav. Rif.

(Sebastian Foscarini Kav. Rif.

Registrato in Libro a Carte [illegible] al Num. [illegible]

Davidde Marchesini Segr.

Adì [illegible] Giugno 1770.

Registrato al Magistrato [illegible] la Bestemmia in Libro a Carte [illegible]

Angelo [illegible]